Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iınages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iınages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CES ASSAS 24009 TOL

D. DIONYSII CARTHVSIANI in quatuor Euangeliſtas enarrationes, præCLARAE ADMODVM, ET AB ERVditiſſimis optimiſque viris qüàm diutiſſimè deſideratæ : atque nunc ex quarta, eáque diligentiſſima ad archetypon recognitione, ſublatis mendis quibus ſcatebant pluribus, quàm diligentiſſimè excuſæ.



PARISIIS,

Apud Iacobum Keruer via Iacobæa ſub duobus Gallis.

M. D. LII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sereniſsimo atque inuictiſsimo Anglorum

REGI, HENRICO, EIVS NOMINIS OCTAVO, THEODO-

RICVS LOER ASTRATIS, PRAECLARAE CARTHVSIENSIVM domus in Colonia Agrippina humilis Vicarius

S. P. D.



PERAE pretium me duxi facturum, ſereniſsime Rex Hnriece, atque Chriſti athleta inuictiſsime, ſi lucidiſsimas ac plane diuinas in quatuor Euãgeliſtas Dionyſij noſtri Enarrationes, regię tuę celſitudini, periculoſis hiſce temporibus, cũ omni qua decet reuerẽtia atq; honore dedicarem. Sic enim placuit (nec id quidem indecenter) venerabili ac religioſo patri D. Petro Blomeuennæ Leidẽſi, dignisſimo Carthuſianæ noſtrę domus S. Barbaræ in Colonia priori, ac principali prouinciæ Rheni viſitatori, cæteríſq; cõfratribus noſtris, tũ Regiæ tuę Maieſtati, tũ reliquis omnibus catholicæ fidei principibus, in Chriſto deditiſsimis. Et quid mirũ? Scriptis enim tuis, in quibus de Sacramẽtis agitur, dilataſti gloriam populo tuo, & ante annos aliquot induiſti te loricã doctrinæ catholicæ, ſicut gigas: ſuccinxiſti quoque & lũbos tuos arma ſcripturæ bellica in diſputationũ pręliis contra hęreticos, & protexiſti Seruatoris noſtri caſtra gladio eruditionis tuę. Similis inſuper leoni factus es Euãgelico, & ſicut myſticus leonis catulus è cælo in terrã miſſus in venatione perfidorũ. Perſequutus enim es iniquos in regno tuo, eóſque perſcrutãs, qui populum tuũ fidelem condẽnatis quibuſdã hæreſibus nequiter conturbabant. Tuæ igitur Regię celſitudini tã præclaras Dionyſij noſtri enarrationes nõ immerito nuncupamus, vel ex eo etiam argumento, quod dignæ ſint propter quas vadimoniũ quã rectiſsime relinquatur. Prętereà ſi ſanctus Vuillefridus epiſcopus iſtic Eboracẽſis, libros quatuor Euangeliorũ aureis literis (vt Beda refert) conſcribi voluit, atq; precioſis ſubinde amicire chlamydulis, quid nõ faciet hac in re ſingularis tuæ Maieſtatis prudentia? Ipſe enim Dionyſius fortitudine ſancti ſpiritus indutus, veteres eneruans hæreticos, Chriſti doctrinam luce lucidius declarat, nihílque quod ad rem facit nobis intentatum relinquit. In hiſce quidẽ ipſius enarrationibus mens noſtra vegetatur, eloquutio diuinitus expolitur, ſupellex arcanorum cæleſtium copioſiſsima comparatur. In his quoque animus omnium noſter grauioribus eſt exuendus curis, literis etiam demulcendus ſacratioribus, & deliriis quotidie refouendus nunquam perituris. Sunt præter hęc in Dionyſio noſtro, prudentię oculus, libra iuſtitiæ, fortitudinis ſedes, regula temperantię, honeſtatis exemplar, charitatis ſplendor, fons gratiarum, bonorum ſpes, refugium innocentium, præſidium miſerorum, nec minus philoſophorum quam theologorum ſacrarium. Porro per hũc ſanctum virum ſpiritus domini loquutus eſt, cuius & ſermo per linguam eius. In hoc inquam viro vapor quidam fuit virtutis dei, & emanatio quædam claritatis euiſdem, cum candore etiam lucis æternæ. Nec mirum: nam omnia quæ ſcripſit idem ipſe Dionyſius noſter ex ore prodierunt altiſsimi, eorúmque virtus in magna diuinorum chariſmatum abundantia ad extremum, procul dubio, terræ diffundetur. Et ne longum faciam, hic nunquam acquieuit carni aut ſanguini, ſed in eo fuit plena priuati amoris extinctio, & diuini duntaxat pura ardenſq́ue affectio. Quapropter oramus atque obſecramus regiam maieſtatem tuam in Chriſto Ieſu, vt haſce D. Dionyſij elucubrationes boni conſulat, & venerabilem noſtri ordinis patrem F. Ioannem Batmanſonum, cœnobii Annunciationis beatæ virginis Mariæ prope Londinum priorem, ac Arnoldum Birckman bibliopolam Coloniẽſem, qui Dionyſij opera apud Britannos in precio eſſe teſtantur, commẽdatos ſibi in tutelam ſuſcipere non recuſet. Valeat eadem regia tua celſitudo fœliciter. Coloniæ ex ſacris noſtris ædibus. Anno domini, M. D. XXXII. pridie Idus Martias.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eorum quæ præcipua in hiſce habentur EVANGELIORVM ENARRATIONIBVS, Index copioſiſsimus.

ALma bifariam accipitur 5.a
A bimatu & infra, bifariam ponitur 7.f
Ab æquitatis tramite nunquã deflectendum 88.a
Abrahã amicus dei, perfectæ obedientiæ forma, fidei & ſpei exemplum 1.d
Abraham quos ſpiritualiter ſignificet 1.d
Abraham quomodo diem Chriſti vidiſſe dicatur 300.b
Abſque charitate non eſt diuinorũ ſapor 98.d
Abſtinentia quid ſecundum Baſilium 147.a
A prædicatoribus qui peccatores viſitandi, quíve vitandi 36.a
Abyſſus multipharia accipitur in ſcripturis 164.a
Acetum in paſsione Chriſto bina vice porrectum 244.b
Actiuæ vitæ opera duplicia 182.a
Actus charitatis & diligendi modus 71.e
A dei ſeruitio propter cognatos nõ recedendum 162.e.f
Ad deum feſtinare quid 118.f
Adiuratus Chriſtus reſpõdet Caiphæ 86.e
Admiratio quomodo in Chriſto fuerit 29.f
Adoratione latriæ ſi Chriſti diſcipuli ipſum adorauerint 51.d
Aduentus chriſti duplex 248.e
Aduerſarius quis 18.f
Aduerſarios ſuos Chriſtus variis modis conuincit 197.d
Adulatio nutrix eſt peccati 147.a
Aegyptum cur chriſtus ingreſſus 7.d
Agendũ quid Chriſti fidelibus in præſenti vita 38.c
Ager quid deſignet 49.b
Agonia Chriſti quæ & qualis 238.c
Alabaſtrum quid ſignificet 157.f
Aliquid eſt cauſa alterius bipharia ratione 277.e
Aliquid dicitur deus multipharia 307.d
Amare & regratiari quis magis teneatur, innocens, an conuerſus peccator 125.e
Amicum propter deum diligere, quanti meriti ſit 93.a.b
Amicorũ dilectio quã diuerſimo de inimicorum dilectioni præmineat & è diuerſo 21.c
Amor carnalis quid efficiat 50.a
Amor exceſsiuus quid faciat 34.g
Amor multiplex in ſcriptura ſancta 316.b
Amor turbæ Chriſtum ſequentis 56.d
Amoris vis quid efficiat 125.f
Angelus quemadmodum Ioannes Baptiſta dicatur 39.h
Angelorũ miniſterio reſuſcitatio mortuorum fiet 48.f
Angelũ ſpecialem quilibet hominum ſortitur 45.g
Angelus reſurrectionis nuncius, cur in veſte ſplendida apparuerit 102.f
Angelorum malorum dignitas, & nobilitas ante caſum 298.c
Anima qualiter ſaluãda atque perdenda 56.h
Anima in hoc mundo cur ſalubriter perdenda 57.a
Anima per corpus meretur 71.g
Animam excæcat inuidia 143.f
Animam ponere ſeu mori pro amicis, quemadmodum maxima charitas 329.a
Anima motrix eſt corporis 152.c
Animæ rationalis nobilitas 59.f
An propter ſcandalum vitandum bona ſpiritualia ſint omittenda 213.2.b
An ſuperior publice à ſubdito arguendus ſit 56.h
Apparitiones chriſti poſt reſurrectionem quot fuiſſe dicantur 92.d
Apex quid 17.d
Apoſtolos à Chriſto baptizatos probabile eſt 10.h
Apoſtoli ante Chriſti reſurrectionem perfectam fidẽ non habuerunt 51.d
Apoſtoli quam gloriam in chriſti transfiguratione viderint 56.d
Apoſtoli an mortaliter peccauerit de maioritate diſputando 58.e.f
Apoſtoli quidã diuites fuerũt 63.c
Apoſtoli montes tranſtuliſſe dicũtur 67.g
Apoſtolatus gratia ſtare poteſt cũ peccato 191.e.f
Apoſtoli quomodo mũdi erant carendo mortalibus, ſed non venialibus, &cætera 336.b
Apoſtolos quibus rationibus chriſtus fratres nominet 343
Arbor quæ bona, quæve mala 27.d
Aream ſuam deus quotidie triplici ter purgat 130.b
Arguere peccantem actus eſt iuſtitiæ 60.e
Arguere proximum, actus eſt charitatis ibidẽ.d
Arrij lætalis error, dicentis verbũ ſecũdum naturam verbi factum, vn de occaſionem ſumpſerit 257.a
Arcta via ſalutis quæ 198.b
Auaritiæ deſcriptio 192.c
Auaritia ſacerdotum inſatiabilis 43.h
Auditus triplex aſsignatur in ſcriptura ſancta
BAlaam quãquam ariolus & malignus, tamen verus propheta 313.d
Baptiſmatum genera multa ſecundum Damaſcenum, & Gregorium Nazianzenum 8.g
Baptiſmus Ioannis an ſacramentũ, vel ſacramentale fuerit 9.a
Baptiſmatis Ioãnis forma ibidem.
Baptiſmus Ioannis gratiam non contulit ſua virtute, ſed ſuſcipientis deuotione & fide &c. 9.b
Baptiſmi Ioannis inſufficientia 9.g
Baptizati à Ioanne denuo rebaptizandi erant à chriſto 10.h
Baptiſmus chriſti figura noſtræ regenerationis 56.e
Baptiſmo ſuſcepto, Ieſus orauit multipharia ratione 130.e
Baptizaſſe quomodo Chriſtus creditur 27.d
Beatorũ mãſio cælũ empyreũ 63.a
Beatitudo in actu conſiſtit 14.d
Beatitudo fructúſque in quibus cõueniant & differant ibidem
Beatitudo bifaria 14.e
Beatitudo quælibet & meritum atque præmium complectitur ibid.
Beatitudo viæ & patrię 146.h
Beatitudo eſſentialiter, & directe in actu intellectus conſiſtit 334.f
Beatitudo ſeu diuina fruitio bifariã comparationem ſortitur 323.c
Benedictio duplex 123.a
Benedictio dei quid 110.g
Beneficia propter retributionẽ nõ conferenda 112.g
Bifariam res à cognoſcente cõprehenditur 258.c
Blaſphemare quid 8.g
Boni quibus ex cauſis filij lucis vocentur 209.d

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bonorũ corporalium finis est bonum spirituale 128.g
Bonum quàm multiplex sit 131.b
Booz ætas longæua 2.b
CHananeæ mulieris fides. 56.v.
Charitas à seipsa incipit 18.e.f
Charitate vacuus, de condigno nihil meretur 38.b
Charitatis ordo quis 58.g
Charitas forma virtutum & finis 72.a
Charitas virtutum præstantissima, ac diuinissima 113.d
Charitatis & dilectionis signa quomodo & quando exhibenda aduersariis 157.b
christi generatio cur per Matthæũ & Lucã descripta sit, cũ per Esaiam inenarrabilis dicatur 1.b
christus quare potissimũ filius Dauid & Abrahæ dictus ibidem
Christi generatio spiritualis quomodo inenarrabilis ibidẽ.d
Christus cur ex virgine desponsata nasci voluerit 4.c
Christus à peccato liberauit omnes sufficienter, solos electos efficienter 4.g
Christus cur baptizatus à Ioanne 10.g
Christus quas ob causas in desertũ ductus sit 11.c.d
christus quicquid fecit aut pertulit totum homini meritorium ibidẽ.e
christus quomodo non venit vocare iustos, quomodo intelligendum 32.h
Christus quomodo nisi ad oues domus Israël missus dicatur 35.d
Christus spiritualiter quomodo cęcos videre, claudos ambulare, &c. fecerit 39.d
Christus quibus aduersetur 44.d
Christi mater & fratres qui dicantur pulchre 46.b
Christus cur in mõtem fugerit 51.a
Christus innocẽtes cur excusset, nocentes vero accusat ibidem
Christus cur discipulos interrogarit 54.d
Christus cur prohibuerit prædicari se esse Christum 56.c
christus quare nõ dixit se animam suam tradere pro omnibus, sicut ait pro multis 65.g
Christus quã ratione Iudæis, cũ potuisset, non responderit 67.e
christus vbi sit 76.f
christus in vniuersali ecclesia est ibidem.h
christus confecit in azymo 83.b
Christi passioni grati simus 89.f
christus cum ecclesia quibus modis esse dicatu 93.b
Christus cur in curatione surdi & muti ingemuerit 38.b
Christus quare apostolos die Ascẽsionis increpauit de incredulitate, quando vtique crediderunt, & valde deuoti extiterunt 10.d
Christus propter pacem pectoris & æternitatis ad nos venit atque passus est 117.c
christus cur baptizatus 130.f
Christus cur manifestationem, baptismum, prædicationem, &c. tãdiu distulerit, vsque pene tricesimũ annum ibidem.f
Christi dignatio, atque humilitas 137.b
christus de essentiali prẽmio nil sibi promeruit 142.b
Christus in essentiali merito non profecit 241.e
Christũ crescere oportet quomodo intelligendum 271.b
Christus quemadmodum secundum diuinam naturam audire aliquid à patre intelligatur 377.f
Christus modis variis cũ fidelibus est in hoc inferiori mundo 301.c.d
Christus quantum nos diligat secũdum vtranque naturam 328.e.f
Christum omnia nota fecisse discipulis, quę audiuit à patre, quomodo accipiendum. ibidem
caiphas licet prophetauerit, nõ tamen dicẽdus propheta 312.g
Caiphæ prophetia de christi mortalitate, quomodo accipienda ibid.
caiphæ consilium multipliciã erroneum ibidem
Cantici christiferę virginis Marię laus atque præconium 114.c
Cãticum Symeonis qua ratione ad completorium dicatur 123.a
Caro & pellis Christi quantę tenuitudinis 237.a
cautela contra veritatis impugnatores vti licet 68.e
cælũ quãdo aperiri dicatur 130.b
Cæli quomodo aperiri dicãtur 10.g
centuplum relinquentibus omnia reddendum, quomodo accipiendum 99.a
Centurionis fides, humilitas, charitas, sapientia 28.f
centurioni vnde tanta fides in christum fuerit. ibidẽ
cibus quomodo spiritualis immunditiæ possit esse occasio 34.b
Circuncidi cur christus voluerit 120.f
clarificatum christum egresso Iuda discipulo, quadrifariam intelligitur 322.a.b
clarificatio Iesu multipharia 315.h
clauis ecclesiæ quàm diuersa ratione in deo chr, isto & ministris sit 64.h
clauis ecclesiæ spiritualis qua ratione sic vocetur ibidem
clauis, character, sacerdotalis ordo, virtúsve conficiendi, idem sunt ibidem
clauium vsus & potestas data apostolis, ac sacerdotibus 346.a
comprehẽsio multipharia dicitur 343.a
confessio culpæ & laudis diuinæ 41.d
confessio laudis & culpæ 124.c
confessio triplex laudabilis 177.g
confessio fidei quando, & qualiter necessaria sit ad salutem 170.c
cogitationes malas non immitti à deo 55.g
Consuetudo bona legis vim obtinet 134.e
contemplatio certum nõ exigit locum
Consummasse virtutis est, non inchoasse 36.h
Cõtinentia triplex à Saluatore tradita 62.c
conuiuia atque inuitationes ex diuersis causis procedunt 200.g
contemplatiua vita dignior actiua 182.a
Cornu salutis erigere quid 117.d
Cornu salutis quid designet 115.d
Corpus christi ex purissimis sanguinibus virginis Marię formatum est 4.c
corpore & anima ægrotos curat Iesus 13.h
corpora sanctorũ quomodo vt sol fulgebunt 48.g
corporis resuscitatio pluribus rationibus futura astruitur 71.d
corporis christi in conceptione exilitas 128.c
Corpore si christus quandoq; turbatus 321.d
correctio fraterna trib⁹ omittitur modis 60.c
correctio fraterna circũstantiis debitis exercenda ibidem
coruorum quare christus specialem mentionem faciat, solicitudinem vetans 106.b
crastinũ quomodo accipiatur in scripturis 25.d
Creatorem offendens, totius creaturæ meretur offensam 205.f
creatura relatiõe reali ad deum refertur 71.e
crucifigi cur christus voluerit, & non aliquo alio mortis genere mori 338.f
crucifixionis hora christi quæ extiterit 242.g
crucifixus qua hora christus dicatur 102.b

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Crux duobus modis tollitur 169.c
Culpę remiſsio naturali ordine vltimum in iuſtificatione impij 17.h
Culpæ pœna debetur ſecundū iuſtitiam 232.c

DAuid cur rex ſolus nominetur 2.c
Damnati qualiter pœnitent de peccato 27.f
Derelictum ſe à deo Ieſus clamās in cruce, qūo accipiendum 340.g
Deſertū & ſolitudo Chriſto grata fuerunt pluribus ex cauſis 138.e
Deſolatiōis abominatio quid 76.c
Deſperatio peccatū in ſpiritum ſanctum 87.f
Deus ſicut infinitæ actualitatis, ſic & cognoſcibilitatis 41.h
Deus qua ratione odiatur, & qua non 24.e
Deus animā habere quomodo intelligatur 43.e
Deus cur fœnerator dicatur 158.d
Deum nō differre iniuriā electorū ſuorū,qūo accipiēdum 215.e
Deus quomodo viuorū dicatur,& non mortuorum 237.g
Deus per iudicem iniquū quomodo deſignetur 215.e
Deus rationalem creaturam libere mouet & trahit 286.e
Deum ſuū qua ratione Ieſus appellet patrem,ſeu trinitatem 344.a
Damnati ſi ad infernum deſcendere poſsint corporibus glorificatis 122.e
Damnatum eſſe ratione culpę,peius quàm non eſſe 83.f
Dati & cōmendati diſtātia 107.d
Debitor dei, omnis homo 61.b
Debitores qui dicantur 161.a
Decem virgines,ſi delium vniuerſitatem ſignant 76.e
Decimatio triplex in lege 106.h
Decuit Chriſtū hominē eſſe abſq; oī pctō, multipharia rōne 307.a
Dedicatio tēpli Hieruſalē triplex ibidem
De diſcipulorum Chriſti ſequela 262.a
Dæmonis potentia naturalis 44.f
Dęmō tentans Chriſtum quis fuerit 133.h
Dæmones an cognouerint Ieſum eſſe Meſsiam in lege promiſſum 128.c
Dæmones porcos intrare quas ob cauſas permiſi ſunt 164.b
Dęmonum mira ſubtilitas,& potestas hominibus ignota 58.a
Dei iniuria nunq; diſsimulāda 12.f
Deum tentare quid 134.h
Diabolus cur per mulierē Chriſtū liberare nititur 88.d
Diaboli qua ratione volucres cæli dicantur 46.e
Diabolus cur homo dicatur 48.e
Diabolus cur ſurdus ac mutꝰ dicatur 98.b
Diaboli pōpa indurata,velle adorari 12.d
Diabolus ſi cognouit Ieſum eſſe chriſtum 133.d
Diabolus homicida ab initio,qua ratione dicatur 298.d
Diabolus hominem introire quomodo intelligitur 330.h
Dies purgationis Mariæ dicūtur ſecundum hominū æſtimationē, &c. 121.c.d
Differens modus ſuſcitandi mortuos Chriſti,& prophetarū Heliæ, ac Heliſei 33.g
Dignꝰ aliqs dupliciter dicitur 10.b
Dignitas nominis Saluatoris 120.g
Dilectio dei ex toto corde,&c.biſariam intelligitur 72.a
Diſectionis pręceptū quomodo in via impleatur ibidem
Diligēdi proximum ſpiritualiter quæ ſit ratio 148.a.b
Diligere quid ſit 232.a
Dilectio dei ad nos ex traditione filij pro nobis perpēditur,itémque iuſtitia 317.h
Dilectiōis rationes multæ 278.b
Dilectio dei & proximi inſeparabiles ſunt 322.e
Dimittere homo patrem & matrē, quomodo intelligatur 61.h
Dionyſius Areopagita princeps theologorum 7.d
Diſcipulorum chriſti triplex vocatio 13.g
Diſputare de meritis & maioritate ſanctorum,ſtultū eſt 39.a.b
Diſpenſatio quibus rationibus aduocanda & amittenda 42.d.e
Diſcipulorum chriſti imperfectio 55.d.e
Diſcipulorū Chriſti ruditas & imperfectio 65.f
Diſcipuli cur Chriſto templi ædificationem oſtenderint 73.d
Diſciplinæ rectus ordo 125.c
Diſcretionis moderamen in omnibus ſeruādum 143.a
Diſcubitum quid diuinus Dionyſius appellet 193.c
Diſcretio,ſeu prudentia,quadriga virtutum 200.c
Diſtantia inter renūciare omnibus & relinquere omnia 202.g.h
Diſtātia principū ſeculi & eccleſię 236.f
Diſcipulorū Chriſti hebetudo grādis,ſimplicitas,ac ignorātia ante ſpiritus ſancti receptionē 343.f.g
Diuerſorum dęmonū varia tentandi poteſtas 58.a
Diuerſorium quid dicatur 118.c
Diuortium illicitum 21.d
Diuortiū qua ratione Iudæis permiſſum 62.b
Diuitiæ ſpirituales theſaurizandæ Chriſtiano 24.c
Diuina remuneratio in momento fiet 64.e
Diuinæ poteſtatis efficaciā, in inſtāti opari & ſolo imperio 43.a
Diuinæ poteſtatis, naturæ,& artis diſtans operatio ibidem
Diuitiæ qua ratione fallaces dicantur 47.f
Diuitem ſaluari,quibus rationibus difficile 63.b
Diuitem qualem difficile ſit intra re.regnum cælorum ibidē
Diuites in duplici differentia ſunt 114.a
Docebat Chriſtus viam ambulans 66.a
Doctori & prædicatori,ſiue prēlato male viuenti,an liceat alios increpare aut corrigere 151.b
Doctrina chriſti ſupnaturalis 14.a
Doctrinā Chriſtinō eſſe ſuā, quomodo accipiendū 290.g
Doctus à patre quomodo Ieſus dicatur 296.b
Documēta duo pręcipua Chriſtꝰ in cœna docuit verbo & facto 320.g
Dominus cæli & terræ ſolus deus, & quare dicatur 177.g.h.
Donec,multifariā in ſcripturis accipitur 5.c. item 195.f
Dubia quando in meliorem interpretanda partem 25.h
Dubia quibus exhibenda 134.e
Dubitatiue quare Ieſus loquatur quandoque 41.c
Duplex voluntas in deo 60.a
Duplex virtuoſa confeſsio 188.d
Duplici electione Chriſtus non elegit 337.e
Duodecimo anno cur Chriſtus exorſus ſit ſapientiam ſuam declarare 126.d
Duo mira & incōparabiliter digna ī Chriſti miraculis penſanda 308.f
Duo piſces,quibus à chriſto turba refecta eſt,quid ſignificent 284.b
Duo perſequentium genera 236.b

EAdem veritas diuerſimode abiicitur 120.b
Eccleſiæ prælati quales eſſe debeāt 16.c
Eccleſiā ædificari ſupra petrā quo modo accipiendum 27.g
Eccleſię fides ſynagogę pręferī 29.h
Eccleſia grano ſinapis comparatur 50.h
Eccleſia militans bonos & malos cōtinet 49.c.d
Eccleſia cur ſagenę cōparetur,ibidē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ecclesiæ pastori arx contemplationis scandẽda 53.a
Ecclesia qua ratione grano sinapis comparetur 110.d.& sequẽt.
Ecclesia aut synagoga quẽadmodum vinea dicatur 232.h
Efficacia passionis,& mortis christi maxima 313.b
Effigie alia Christus post resurrectionẽ discipulis apparens quomodo accipiendum 247.h
Electio ex libertate procedit 43.c
Electos in prẽsenti seculo deus tribulari permittit 51.b
Electi ad tempus affliguntur 51.b
Electis dei pro vindicta ad deum clamare quomodo liceat 206.f
Episcopi quanta doctrina & scientia præeminere debeant 49.e
Error dicentium filium dei patre minorem,improbatur 67.h
Error triplex circa deum 266.c
Et,coniunctio,quandoque expositiue tenetur 10.c
Eucharistiæ sacramentum à christo multiplici rõne institutũ 227.e.f
Eucharistiæ sacramẽto tria insunt 287.e
Euangelista cur nõ quod in ea cõceptum, sed quod in ea natum,dicere maluerit 4.f
Euangelii prædicatio per totũ mũdum,bifariam intelligitur 7.h
Euangelij doctrina minime celãda 96.h
Euangelistæ nõ omnia Christi miracula & facta conscripserunt, nec rei gestæ ordinem seruarunt 139.a
Euangelica doctrina quãtum prẽstet legi Mosaicæ 148.c
Euangelium de Maria & Martha qua ratione in assumptione beatæ virginis legatur 181.h
Euangelij sancti Ioannis excellentia & præ cæteris canonicis scripturis dignitas 250.d
Ex deo omnia esse,bifariam intelligitur 299.a.b
Excõicatio diuino iudicio approbatur,& à deo efficaciã habet 60.c
Excusat se Christus multifariã de sabbati violatione 186.g
Exercitatio corporalis ad modica prodest 30.b
Exteriores sensus refrenandi 18.h
Extremi iudicij dies incerta 79.e
Extremi iudicij rigor 78.b
Exultare quid 16.c
Ezechiæ fletus vberrimi quæ causa extiterit 2.e
Facere quod in se est,quid 26.e.f
Facies cẽli quare dicatur 35.h
Fallaces diuitiæ qua ratione dicantur 47.f.g
Febricitantium natura 29.h
Fœminarũ sanctarũ cur nulla in genealogia Saluatoris assumitur 1.b
Fermento qua ratione ecclesia assimiletur 29.g.h
Fermentum quid designet 48.c
Fermentum, hypocrisim & peruersam doctrinam signat 187.c
Fide sola non sufficit esse ecclesiẽ membrum 17.d
Fides sola nõ sufficit ad salutẽ 26.e
Fidei nihil impossibile 57.g
Fidem & opera quatuor Christianus secum feret ad iudicium 78.f
Fides catholica operibus piis adornanda 79.g
Fides discipulorũ imperfecta 50.g
Fidem modicam qui habeant 51.c
Fides sola non saluat 62.d.e
Fides primæ veritati inititur 99.g
Fides naturali ratione probari nequit 102.e
Fidei confessio quando de necessitate salutis 170d.
Fides modo dupliciaugetur 212.g
Fidei augmentum apostoli multifaria ratione à domino Iesu petierunt ibidem
Fides incommutabili veritati inhæret, & innititur 275.a
Fides Marthæ quemadmodum Iesum credidit filium dei 311.a
Fidei actꝰ vnde meritoriꝰ fiat 337.g
Fidelium malorum damnatio maior an infidelium 36.d
Fieri aliquid dicitur per aliud multifariam 242.e
Filij regni qui dicantur 29.d
Filius dei quo,se nobis dedit 115.h
Fletus & stridor dentium quid significent 29.g
Fletus damnatorum post resurrectionem si corporalis erit 198.f
Fratres,duo quomodo in lege eandem potuerunt habere vxorem 3.b
Fratres qui appellentur in scriptura sancta 5.d
Fratres christi qui dicantur 46.b
Fraternę correctiõis modus 59.f.g
Fraterna societas fructuosa 60.g
Fructũ qui centesimũ,qui sexagesimũ,quíve tricesimũ ferant 46.g.h
Fugere pastores ecclesiæ quibus rationibus licite possunt 305.e
Furori cedendũ quandoque 50.e
Futuri iudicii rigor 80.h
Gallinæ similitudinem cur Christus ponat 76.g
Gaudere quid 16.h
Gaudendum in aduersis trifaria ratione ibidem.d
Gazophylacium triplex 228.f
Generatio Christi triplex in scriptura sancta describitur 1.d
Generosi animi est pronum esse ad dandum 150.e
Gentilis quare lapides dicãtur 9.b
Gentiles cur canes vocentur 60.f
Gentilis populus cur adolescentior 206.f
Genus humanum quomodo per Christum liberatum,cũ tamen pauci saluantur 116.d
Gladius animam Mariæ pertransiens quid,& quam multifariam intelligatur 123.c.d
Glorificatorum corporum dotes vnde erunt 56.d
Gloria quid sit 119.c
Gratiæ gratis datæ bonis malisque communes sunt 26.d.e
Gratias Christus deo agit sc̃ũdũ humanitatem 62.g
Gratiæ gratis datæ à malis haberi possunt 53.e
Gratiæ plenitudo in Christo quãta fuerit 124.g
Gratia triplex in Christo 126.a
Gratiæ plenitudo Christo propria 132.d
Gratiæ tempus in Christi incarnatione incepit 142.e
Gratia à deo collata diligentius custodienda 162.a.b
Gratia dꝫ plena dupliciter 286.h.
Gratiæ gratis datæ in Christo fuerunt & virtutes,sed nõ oẽs ibid.f
Gratia dei quibus rationibus aquæ comparetur 272.h
Gratia naturę fraternitatẽ ꝓficit,& ipsam extinguit & ordinat 261.f
Gratia dei non ex meritis præuiis 337.f
Gradus plenitudinis gratiæ spiritussancti 113.g.h.
Gradus baptismorum sex 194.h
Grano frumenti qua ratione se Iesus comparauit 316.b
Græcorum error in fermẽtato cõsecrantium reprobatur 82.f.g
Gregem porcorũ ingredi cur Christus dæmonibus concesserit 30.b
Gulę vitio cur primo tentatur christus 133.d
Helias per quem modum Heliseo duplicem spiritum dederit 167.a
Heluidii hæritici error conuincitur 15.d
Heremũ cur christꝰ ingressus 132.f
Hęretici an sustinendi sint 48.h
Hæretici quando non sunt extirpandi 49.a.b
Hæreticorum errores circa verbi incarnationem ponuntur 256.g
Herodes tres extiterunt 5.e
Herodes quibus rationibus turbatus,& omnis Hierosolyma cum ipso 6.g
Herodes quomodo credidit christum se posse extinguere 7.g

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Herodes ficte contristatus, Ioānis optauit mortem 56.b
Herodes Ascalonita sex habuit filios
Hierosolymam magos qua ratione deus introire voluerit 6.a
Hierusalem qua ratione sancta dicatur 11.g
Hominum corda quibus mediis Christus ingrediatur 59.d
Homo cur omnis creatura dicatur 103.a.b
Homo quis vere & proprie dicatur 230.b
Homini naturalis est exercitiorū instantia, ocium vero innaturale 128.f
Homo animal admirationum naturaliter scire desiderat 164.b
Homo dicitur alteri proximus multipliciter 17.d
Hominum genera septem ab ecclesia expellenda 231.e
Honor fugientem insequitur 96.b
Honor dei ante omnia expetēdus, promouēdus, desiderādus 318 g.h
Hostię spirituales quæ sint 18.f
Humana laus fugienda 96.g
Humanitatis Christi dignitas, sanctitas & perfectio 231.h
Humilitas ad gratiæ profectum disponit in præsenti, & gloriæ incrementum in futuro 58.g
Humilitas Ioannis Baptistæ profundissima 129.e
Humilitatis commendatio, & superbiæ detestatio 178.b
Humilitas Christi dicitur templū verbi & vnitæ deitatis 365.a
Humanæ naturæ quanta calamitas, & miseria 320.b.c
Hypocrisis vitanda 21.e
Hypocrisis species quatuor 23.e
Hypocrisis pharisæorum, fermētum à christo appellatur 187.c
Hydropici proprietates septem, peccata mortalia septem denotantes 197.a

IAcob Christi figuram gerit 1.g
Iesus vnigenitus dei secundum perfectam rationem nondum dicitur Iesus aut Christus 1.b
Iesus & Christus æternam increatámque supponūt hypostasim verbi ibidem.b
Iesus christus plures scripturas cō memorat 2.b
Iesus & Emanuel diuinam & humanam naturam in vna persona astruunt 5.b
Iesus à quo spiritu ductus sit in desertum 11.f
Iesus quare Helias putabatur 54.e
Iesus quantæ magnitudinis, & dignitatis exiſtat 112.b
Iesus saluator multiplici ratione 120.g
Iesus quomodo in signum positus dicatur 123.e
Iesus quomodo profecit sapiētia, & gratia 126.b
Iesus quomodo adulteram absoluens scribebat in terra 294.d.e
Iesus lux mūdi qūo dicatur ibid.
Iesus doctus à patre quemadmodum intelligatur 198.h
Iesus omnes liberasse quomodo dicatur 298.f
Iesus quemadmodum suos diligat, & quanto amore 221.h
Iesus quēadmodū quęrēdus 150.e
Iesse trinomius fuit 2.h
Ignis noīe quid intelligatur 10.d.e
Ignorantia multiplex 198.e.f
Impii iustificatio, maior creatione mundi 63.a
Incarnationis opus cur spiritui sancto approprietur & ascribatur 4.d
Incarnationis Christi mysteria, modus & vtilitas 255.f.g
In christi passione quid discēdū, & imitandum 37.d
In Christo vna filiatio atque personalitas, duæ vero generationes 109.b.c
Incēsum multiplex à sacerdōtibus veteris legis ponebatur 165.d
Indulgenda offensa, sed non semper pœna 99.d.e
Inferni pœna perpetua, & interminabilis 10.d
In fide cum spe orandum 67.g
Infidelis iam iudicatus dicitur trifaria ratione 269.a.b
In igne baptizari quid 9.g
Inimicus quomodo diligendus, & quomodo odiendus 147.f
Iniuria quo ad culpam, semper dimittēda 212.d
Innocentes pœnitentibus meliores 59.f.g
Innocētia pœnitētiæ pstat 212.g.h
In qbus vera cōsistat ecclesia 34.d
In qua fide ecclesia saluetur 55.f
In quo corpore christus discipulis post resurrectionem apparuerit 56.b
In solitudinem Christus sequendus 53.g
Insufflatio Christi dando spiritū sanctum quid significet 345.f
Intentio speciem imprimit operationi 24.d.e
Intentio dupliciter dicitur 24.d
Interrogat hō multiplici rōne 39.a
Interrogatio variis ex causis fit 220.a
Inuidia omnia bona siniſtre interpretatur 44.b
Inuidiorū hypocritarum proprietas 67.b
Inuidia omnia siniſtre interpretatur 143.d
Inuidia quid sit 232.f
Ioannes vox clamantis quare dicatur 8.e
Ioannes cur baptizauerit ibidē.g
Ioānes à Christo baptizatus, quibus ex causis 10.f
Ioannes de persona Christi non dubitauit, dum missis discipulis interrogauit 39.h
Ioannes ob discipulorum interrogauit ignorantiam ibidem
Ioannis Baptistæ commendatio à Christo 39.g
Ioannes cur plusq̄ propheta 40.a
Ioannes cur Helias dicatur ibi.e.f
Ioānem Baptistam quomodo Iudei non cognouerūt 52.e
Ioannes cur angelus dictus 64.f
Ioannes in vtero purgatus ab originali pctō quare circūcisus 114.e
Ioannes Iesum interrogauit per discipulos, si ipse esset Christus, pter discipulorum institutionem, &c. 181.e
Ioannes prophetam se esse quemadmodum neget 259.a
Ioannem indignum soluere corrigiam calciamenti christi quomodo accipiēdum 259.f
Ioannes quomodo nesciisse Christum intelligatur 260.c
Ioannes Baptista qua ratione nullum miraculū fecerit 321.f.g
Ioannes Euangelista quomodo martyr dicatur 66.e
Ioannis Apostoli doctrina mari qūo appropinquari dicatur 250.b
Ioannis apostoli excellētia dignitásque ibidem
Ioannes apostolus an vere mortuus sit 252.c.d
Ioānis apostoli euangelistæ, quāta firmitas & certitudo ibidem
Ioseph & Mariæ verum matrimonium extitit 3.b
Ioseph cur occulte Mariā dimittere voluerit 4.c.d
Ioseph quando quāve visione angelus apparuit ibid.
Ioseph quemadmodum post partum virginem cognouisse intelligatur 5.d
Ioseph nocte qua ratione fugit 7.c
Ioseph à Luca cur filius Heli, à Matthæo vero filius Iacob asseratur ibidem
Ioseph, & Mariæ paupertas 121.g
Ioseph in virginitate permansit 160.d.e
Ira quid 17.g
Iræ triplex gradus 17.g
Ira quādo & quomodo, ac qualiter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fit peccatum ibid.
Ira per zelum fuit in Christo 95.f
Ira per vitium quid 136.d
Isaac in quibus Christi figura fuerit 1.f
Israëlitis cõtrahere matrimoniũ cũ Moabitis quo casu licitum erat 2.b
Iudam Christus eucharistia communicat 83.g
Iudas qualis fuerit ab initio electionis ad apostolatum 287.f
Iudas si electus, qũo præscitus ibi.
Iudas Ischariotes ab initio electionis in apostolum creditur fuisse bonus 314.d
Iugum Christi in quibus legi Mosaicæ præstet 42.b
Iudæorum status ter mutatus 3.g
Iudæorum sectę triplices 9.c
Iudæis christus cur specialiter missus 52.h
Iudæi viperis comparantur 9.c
Iudæi cur filii nominentur 53.a
Iudæorum cæcitas atque peruersitas 49.f.g
Iudæi christũ cur occiderint 69.c
Iudæi an Christum cognouerint esse verum Messiam, seu verũ Christum in lege promissum ibidem
Iudæi cur in responsione Christi mirati 71.a
Iudæi quemadmodum nunquam audisse vocem patris intelligantur 280.h
Iudæos non potuisse credere propter Esaiæ verba, quomodo intelligendum 318.c
Iudicio contendere an Christiano liceat 19.h
Iudicium quando licitum 25.f
Iudicium multiplex ibidem.g
Iudicium in quibus vitandũ ibi.h
Iudicium discretionis & discussionis 43.h
Iudicii veritas & rectitudo multa exigit 282.f
Iurare quid 19.g
Iurare non prorsus illicitum 19.d
Iurare per creaturas quomodo & quando liceat 187.a
Iuramenti comites tres 19.d
Iurare per creaturas Christus cur prohibuerit 16.g
Iustitiam regni quærere quid 25.c
Iustum esse hominem ante deum, trifariam intelligi potest 106.h
Iustificari quomodo deum dicimur 156.d
Iustificari quis dicitur tribus modis 157.c
Laborantium disparilitas in huius via exilii 42.a.b
Lachrymatus est Iesus pluribus vicibus 222.a
Leprosum cur Christus per manũ extensionem sanarit 28.c
Lapides de quibus Ioannes dixit deum posse suscitare filios Abrahę quid significent 128.a
Lasciuia deo displicet 121.f
Latriæ seruitute soli deo seruiendum 142.a
Laus humana non appetenda 21.e
Latria soli deo debetur 6.a
Laudatur christus à veritate vitæ, doctrinæ & iustitiæ 70.g.h
Laus Ioannis Baptistæ multifaria 155.f.g
Laus virtuti debetur 208.a
Laudare & recommẽdare seipsum quomodo Christus, & sancti plures licite potuerunt 295.b
Lazari suscitatio mirabilius cæteris & famosius miraculum 309.c
Lectus statum contemplationis signat 214.f.g
Legis præcepta trifaria 17.b
Legem quomodo Christus nõ soluit, sed adimpleuit 17.b
Legis diuinæ diuisio 104.h
Legis diuinæ finis quis ibidem
Legis Christi & Moſi differentia, amor & timor 105.f
Legis naturalis duo præcepta præcipua 148.h
Leges mutandæ dum adest necessitas 237.c
Leprosum mundatũ cur christus reticere iusserit 28.d
Leprosum cur Christus tetigerit 28.d
Leprosi ad sacerdotes quare missi 213.e
Lex multiplex 104.f
Lex æterna quæ dicatur ibidem
Lex naturalis quæ dicatur ibidem
Lex diuina quę dicatur ibidem
Lex humana quæ dicatur ibidem
Lex multifariam accipitur in diuinis scripturis 309.a
Libellus repudii quid 19.b
Liber vitæ in deo metaphorice dicitur 177.e
Liberũ arbitrium cogi nõ potest 106.b
Libertas duplex 58.c
Literalis sensus scripturæ solus efficax ad probandum 7.d
Literalis sensus scripturæ sanctæ, bifariam intelligitur 343.f
Locusta quid sit 8.f
Longe esse à deo quid sit 52.a
Lõgius ire quibus rationibus christus se finxerit 245.h
Lucas in carne xp̃m vidit 104.d.e
Lucernæ quibus rationibus Ioannes Baptista comparetur 280.e
Lumbi spirituales qui sint 192.h
Lumen vitæ christũ sequẽs, quẽadmodum habere dicatur
Lunatici qui dicantur 13.h
Lunaticum cur Christus adduci iusserit 58.d
Machometi perfidia sceleratissima & Alchoranus ipsius reprobatur 227.f
Magi qua ratione dicti sint, reges Christum adorantes 5.g
Magi sapientes, non malefici vocati ibidem
Magi quid in Christo muneribus professi ibidem
Magi supernaturale aliquid in puero Iesu viderunt 75.e
Magi responsum quomodo accepisse credantur ibidem
Magorum munera myſtice quid significent ibidẽ
Magi gentium designant conuersionem ibidem
Magistri & domini ratio, secũdũ vtranque naturam quam differenter christo conueniat 320.f
Maiestas & gloria Saluatoris cui nulla æquari queat 53.d
Malchum cur Christus sanauerit 237.e
Male operantium genera multa 375.h
Malitia dici quomodo intelligatur 25.e
Mandata legis triplicia 62.b.c
Manuũ impositio quid designet 97.b
Marcus Euangelista cur per leonem designatus 94.e
Margarita preciosa quid significet 49.c
Maria Magdalena bis Christum vnxit 81.g
Mariæ turbatio qualis fuerit 110.h
Mariæ suauitas quanta sit 120.c
Marthæ fides de diuinitate & filiatione domini Iesu 18.b
Martha qũo sororem silentio vocauerit, cũ tamẽ locuta fuerit ibid.
Mansiones multæ in regno cælorum quomodo accipiendæ 323.b
Matthæus Euangelium suum cur scripserit 1.a
Matthęi Euang. conuersio 32.f.g
Matthęi erga christũ reuerẽtia 14.g
Matrem esse dei pene infinita dignitas 110.a
Matrimonium verum extitit inter Ioseph & Mariam 3.b
Matrimonio iuncti qua ratione quandoque separari possint 62.b
Matrimonium quid, & quomodo diffiniatur ibidem
Maxilla dextera quomodo præbẽda 20.a
Maxima spes à Christo peccatoribus data 90.d
Medicus animarũ Christus secũdũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vtranque naturam 142.c
Medius quomodo ſtare dicatur Chriſtus 259.e
Mel ſylueſtre quid 8.f
Membrorũ mutilatio illicita 59.d
Mentis auerſione receditur à deo 204.g
Merces quanta deum timentium 37.g
Mercenarii in duplici differentia inueniuntur 205.g
Meritoria actio eſſe non poteſt niſi inhærendo per charitatem Chriſto 327.h
Militia licita eſt, ſi bene exerceatur 130.h
Miracula interdum non merito operantis, ſed recipientis fiunt 27.e
Miracula chriſti calumniari non poterant 67.d
Miracula maiora Chriſtus per apoſtolos fecit, quam per ſeipſum legatur feciſſe 103.d
Miraculorum virtus, qua ratione fiant, & à quibus 302.a
Miſericordes qui cenſendi 15.f
Miſericordiæ deſcriptio 176.e
Miſereri proprium Chriſto, iuſtitię rigorem noſtra peruerſitas exigit & efficit 175.e.f
Miſsio filij dei bifaria 280.g
Mititas quid 14.g
Moralis actus à fine ſpeciem ſortitur 24.d
Mortuorum reſurrectio probatur 70.c
Mortuos tres legitur ſuſcitaſſe Saluator 33.h
Morte naturali affectu abhorruit Chriſtus 85.a
Mors Chriſti & ipſius æternitas quemadmodum conſtent 317.g.h
Mortui corporaliter quemadmodum dicantur audire vocem filij dei 253.a
Mortuum aliquid dicitur duplici ter 228.g
Moſes & Helias cur cũ chriſto in trãsfiguratione apparuerint 54.a.b
Munditia cordis, triplici via ſeu actione acquiritur ibidem
Mulieri Syrophœniſſæ cur Chriſtus non reſponderit 52.g
Mulier Chananæa eccleſiam gentilium conuerſam ſignificat ibidẽ
Multi ſine propriis ſaluabũtur meritis 56.g.h
Munditia cordis quid 15.e
Mũditia interior amplexãda 81.f
Mundus trifariam ſignificationem habet 240.h
Mundum quibus de cauſis deus ex tempore produxerit 252.d
Mundum viciſſe quemadmodũ Chriſtus intelligatur 336.h
Murmuratio ſeruorum conductorum in vinea domini, quid ſignificet 64.g
Mutatio aquę in vinum, quemadmodum primum fuiſſe intelligatur miraculorum à Saluatore factorũ 264.c.d
NAthan verus naturalis filius Dauid 3.e
Natiuitati Ioannis Baptiſtæ quare multi congratulati 109.d
Naturam ars non adæquat, tametſi eam imitetur 24.e.f
Naturalis timor mortis nõ reprobatur, ſed ratione frenãdus 37.e
Naturalia in dęmonibus manſerunt integra 49.e.f
Naturali appetitu Chriſtus à ſe transferri petit paſsionem 85.a
Nauicula, quam chriſtus aſcendit, crucem Chriſti ſignat 30.e. 31.a
Neceſsitas bifaria 53.f
Neceſsitas, communiſque vtilitas diſpenſationem expoſcit 42.g
Neceſſarium aliquid bifariã 232.b
Negatur Chriſtus tribus modis 37.h
Nemo hic ſe alteri pręferat, aut quenquam contemnat 72.h
Notitia duplex, approbationis, & ſimplicis viſionis 198.e.f
Nubes cur apoſtolos in tranſfiguratione obumbrauerit 66 f
Nulla pro anima commutatio fieri poteſt 49.e.f
Nulla creatura pura potuit humanum genus ab originali liberare peccato 136.b
Nullũ bonũ creatum ſatiare & quietare valet animæ appetitum 205.b
Numerus electorum paruus reſpectu reproborum 64.g
Nummularii qui dicantur 79.h
Nunquam improuidi ſimus & ſecur 311.e
Nuptiis intereſſe quibus rationibus Chriſtus voluit 263.d
OBſecratio quæ ſpecies orationis dicatur 142 e
Obſecratio proprie quid ibidem
Obſequium noſtrum ſine charitate deo non placet 18.e
Obſeruatio præceptorum decalogi ſemper ſufficiebat ad ſalutẽ ibid.
Obſtaculum ingrediendi regnum cælorum bifariam 52.b
Occidi iuſte vtilius quam impie viuere 58.h
Oculus dexter quis 18.h
Oculos cur Chriſtus in cælum leuauerit, cum hoc ipſi nihil ad mentis erectionem contulerit 312.b
Oculos in cælũ qua ratione chriſtus leuauerit 334.b.c
Odiri ꝓpter xp̃m optabile 75.g.h
Odij cauſa quæ ſit 229.g.h
Offenſus quẽadmodũ offenſori dimittere poſsit peccata 23.e
Offerẽda deo fides illuminata, oro deuota, corpus mortificatũ 6.g.d
omnia quomodo tradita ſunt chriſto à patre, pulchre 46. c.d
Omiſsionis peccatũ quando mortale ſit 9.g
Omnia regna mundi dæmon quomodo Chriſto oſtenderit 12.c
Omnia præcepta in præceptis charitatis continentur 72.b
Omnia quomodo Chriſto tradita intelligantur 178.d
Omnis ſtatus in ſacra ſcriptura eruditur 40.h
Omnis ſcriptura ſancta ſcandalũ hæreticis parit 52.f
Omnia quomodo chriſto ſunt ſubiecta 243.h
Omnis peccans ignorans & errans 194.c
Origenes quomodo à quibuſdã excuſatur hæreſeos expers 253.g
Originalis iuſtitia quæ ſit 231.g.h
Originale peccatum quemadmodum vnum & multa dicatur 310.g
Ordinata ſolicitudo quæ dicatur 24.e
Ordo perueniendi ad contemplationem 132.h
Ordo correctionis quomodo ſeruandus 151.d
Ordine quodam peccator à deo cuaatur 197.a
Ordo dignitatis in beatis 220.f
Ordinem rerum geſtarum ab euãgeliſtis deſcriptarum ſcire difficile eſt 306.c.d
Operarii veri in eccleſia qui dicẽdi 173.h
Opera quæ in publico fienda 17.b
Operatio formam arguit 44.h
Operatio miraculorum ſi requiratur ad verum Chriſtianũ 324.f.g
Opera ſanctæ trinitatis ab extra indiuiſa 178.f
Opera Chriſti omnia, perſecutiones, mors, ad noſtrum meritũ & ꝓfectum relata ſunt 336.c.d
Opera miſericordiæ potiſsimũ ad Chriſtianos pertinent 248.h
Optimis in omni cõditione & gradu iũcti ſunt peſsimi 76.b
Opus ſeruile quid 42.h
Opus triplici ex cauſa dicitur ſeruile 143.h
Orandum pro omnibus 21.e
Orationis dominicæ laudes & prę conia 23.c
Orationem tria faciũt exaudibilẽ 26.f
Orandum attente & abſque euagatione 184.e

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Orandum attentè & absque euagatione 184.e
Orandum semper quomodo accipiendum 215.b
Oratio quid secundum Damascenum 21.f
Oranti ostiũ claudendum ibidẽ.e
Oratio clamosa quæ mala pariat ibidem
Oratio quid 215.g
Orationis virtus & efficacia 257.f
Orauit Christus quod nouerat fieri non debere 85.a
Oratio mixta præconiis efficacissima est ad impetrandum 315 c
Oratio debito modo effusa semper exauditur 228.b
Oraturus Christus cur montẽ ascẽdit 322.g
Osculari cur se christus à Iuda permiserit 85.f.g
PAcem triplicẽ proximis optare debemus 174.g
Pacem cum diabolo inire vitupera bile est 202.f
Patientiæ commendatio 231.g
Pacifici qui dicantur 15.g
Pacis triplicis descriptio 175.h
Pacis nomine quibus rationibus Christus discipulos salutauit 345.e
Panis nomine quemlibet cibũ scriptura designat 51.f
Panis multiplex in scripturis inuenitur 182.g
Panes propositionis qui 142.e
Panem fregisse quomodo Christus dicatur 234.c
Parentibus in necessitatis casu succurrendum magis quam vxori, aut filiis 52.g
Parabolice cur Christus turbis loquebatur 85.f
Paralysis spiritualis acedia est 141.d
Parare domino viam quid sit 8.e
Paruulus in scripturis tripliciter dicitur 178.b
Pascha vnde nomẽ acceperit 81.b
Paschæ nomen diuersis modis in scripturis accipitur 82.h
Pascha in scripturis multifariam accipitur 234.a
Passio christi cur excessus dicatur 56.g
Passionem suam cur Christus discipulis suis prædixerit 57.h
Passio Christi præstitit futura, quod confert iam facta 270.a
Passiones animę quomodo in christo fuerunt, & in qua animæ parte 311.f
Passionis Christi ratio multifaria 338.c.d
Pastoris & prędicatoris boni conditio 33.h
Pastor malus quantum obsit 52.d
Pastorum ecclesiæ cæcitas 138.e
Pastori per ostium intrãti quomodo ostiarius aperiat 304.b
Pastor bonus quemadmodũ Christus Iesus existat secundũ vtranque naturam 314.d
Paterfamilias cur Christus dicatur 63 h
Paterfamilias tota trinitas dicitur ibidem
Pater in scripturis multifariam dicitur 182.g
Pater solus, quomodo solus iudicij diem, & horam scire dicitur 70.b.c
Pater quomodo in filio & quemadmodum in patre filius 233.c
Pati Christum quomodo necessarium 169.d
Pauperem vitam cur Christus elegerit 30.c
Pax multifaria 37.h
Pax, certũ indiciũ filiationis Christi 98.h
Pax multifariam sumitur 119.f.g
Pax quid & in quo cõsistat 327.c.d
Pax mundi quę dicatur ibidem
Peccata relaxare diuersis diuersimode congruit 14.e
Peccandi desiderium iugiter in dãnatis est 27.f
Peccatum in spiritum sanctũ quid 44.g.h
Peccatum in spiritum sanctũ cur irremissibile dicatur ibidem
Peccati radix est libertas 59.b
Peccans pœna compellendus, quo à malo desistat 59.e.f
Peccatorum diuersitas, ac multiplicitas ibidẽ
Peccata quo redire dicantur 6.e.f
Peccata semel dimissa an eadem redeant ibidẽ
Peccati abundantia mors charitatis est 75.h
Peccator aut peccatrix multifariã quis dicitur in scriptura sancta 158.a
Peccata diuersis modis dimittũtur 118.a.b
Peccati effectus varii detestabiléque 179.a
Peccatum quæ mala hominibus inferat 159.c
Peccatum in spiritum sanctũ quomodo irremissibile dicatur 188.d
Peccata in spiritum sanctum sex, ibidem
Peccare in spiritum sanctum quid sit ibidem
Peccatur circa cibum & potũ sex modis 197.b
Peccata infideliũ an grauiora sint impiorum Christianorum peccatis 233.c.d
Peccata mundi Christus quemad modum tollere dicatur 260.c.d
Peccata mundi tollere nulla pura creatura valuit ibidem
Peccator dicitur quis multifaria cõsideratione 302.h
Peccatores quomodo deus non audire intelligatur ibidem.e
Pedum nomine quid significetur 206.h
Pœna ęterna soli culpę mortali debetur 73.c
Pœnæ Sodomitarum, & Christũ non accipientium comparatio 176.d
Pœnitentia cur amplexanda 9.f
Pœnitentia quàm multifariam capiatur 8.e
Pœnosissima Christi manuũ & pedũ perforatio, ac corporis in cruce distentio 242.f.g
Perfecti & sancti viri quomodo appetant, & quemadmodum mortem refugiant 345.b.c
Periculi grauitate imminente, feruor & orationis instantia crescere debet 238.g
Persecutionis tempore quando fugiendum, quandóve persistendum 37.h
Perseuerandum in oratione 189.a
Petere in nomine Christi quid 332.h
Petitio filiorum Zebedæi inordinata fuit multipliciter 65.b
Petri nauis concuti potest, nunquam demergi 31.a
Petri fides ac charitas 51.e
Petri ruditas in sermone perspicuo 53.g
Petrus si Christo non consensisset in pedum lotione, quomodo mortaliter peccasset 320.a
Petro cur Christus post resurrectionem primo apparuit 251. b
Petrum cur Christus interrogauit, an ipsum, & plus cæteris discipulis diligat 347.g.h
Petrus an vere sciuerit se amare Christum ibidem.g
Pharisæorum scribarumque iustitia 17.f
Pharisæi qua ratione christum, auaritiam reprobantem deridebant 209.d
Philippi apostoli laus, & humilitas 315.b
Philosophorum quantumcunque sublimis doctrina, Christi nequit doctrinæ comparari 104.b
Pilatus toto affectu liberare nisus est Christum 88.c
Plantationem omnem eradicandam, quã non plantauit pater, quomodo accipiendum 52.g

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plenitudinis gratiæ gradus plures 111.e
Pluralitatem personarum in deo esse, an lumine naturalis rationis probari possit 254.c
Porcos intrare qua ratione dæmones petierunt 163.h
Præcepta legis triplicia 17.c.42.d
Præceptum de dilectione dei ex toto corde, ex tota anima. &c. tripliciter exponitur & intelligitur 179.e
præcepta sua monet Christus impleri multiplici ratione 315.f
Præcipere ac dominari proprie Christo conuenit 163.c
Præceptum de proximo diligendo cur dicatur nouum 322.d
præcursor quomodo Ioannes dicatur per similitudinem 8.e
prædestinatio non ex meritis 22.c
Prædestinationé diuinam nulla præcedũt merita 41.d
Prædestinatio libertatem non tollit 86.a.b
prædicationis officium, quibus cõmittat Christus 14.a
Prædicatio apostolorum, & messis fuit, & seminatio seu semen 274.h
prægnãtibus cur christus væ prædixerit 76.c
prælatorum deploratur negligentia 16.g
Prælato aut iudici in mortali occulto existenti, si liceat alium iudicare 26.c.d
Prælatus seuerus sit, increpando illicita 55.e.f
Prælatos corripere in quibus vitiis liceat subditis 60.g.h
Prælatis optandum diligi magis quam timeri 139.h
Prælati boni atque pastoris conditiones præclaræ ibid.
Prima dies azymorum quæ dicatur 82.f
Primogenitus Christus cur magis dicatur quam vnigenitus 118.a
Principium quomodo Iesus dicatur 305.c
Principale animæ in corde, non in cerebro 53.b
Post Christi passionem permissum est apostolis de necessariis prouidere 36.h
Profundissima Ioannis Baptistæ humilitas 129.e.f
Prohibitio Christi de non possidendo aurum, & argentum, peram, &c. quomodo intelligatur 35.f
Pro spiritualibus nihil accipiendum per modũ precii, sed per modum stipendii vitæ ibidem
Prophetarum quorundam libris caremus 8.c
prophetã non esse acceptum in patria sua, quomodo accipiendum, & ipsius dicti ratio 275.f
prouidentia dei ad quæ pertingat 192.a
Publicanorum amicus quomodo Christus 40.g.h
Puer in scripturis dicitur quis triplici ratione 289.a
Puluis pedum quibus de causis excutiendus 168.e
Puniri filios propter parentum peccata, quomodo accipiendum 300.f
QVadraginta diebus cur christus tantum ieiunauerit 11.e
Qua æquitate genus humanum reconciliatum deo patri per passionem, & mortem vnigeniti filij 232.c.h
Quadruplex semẽ inuenitur in scriptura sacra 161.d
Quadruplex dei visio 258.e
Quadruplex ratio amandi deum 268.e.f
Quando & qualiter confessio fidei necessaria sit ad salutem 168.b
Quam vnionem Christus abstulerit à propinquis 38.c
Quàm diuersimode quidã in christo scandalizati 39.d
Quàm differẽter iudicabunt in extremo iudicio, deus, christus, apostoli, electi minus mali 63.e
Quam virgam gestare Christus apostolis prohibuerit 35.g
Quanta certitudo sit fidei christianæ 271.h
Quanti meriti diligere spiritualiter amicum 148.g
Quatuor hominum genera verbum dei audientium 47.e
Quatuor millium de septem panibus, & paucis piscibus refectio, quid significet 53.f
Quatuor dotes corporis Christus ante passionem assumpsisse fertur secundum Hugonem 56.d
Quatuor vulnera genus humanũ contraxit ex originali peccato 181.b
Quatuor noctis vigiliæ, & quid significent 193.b.c
Quatuor superbiæ species 216.a
Quatuor ad voluntariam paupertatem inducunt 217.h
Quatuor in iudicio considerantur 278.g
Quatuor ex charitate amanda 328.h
Quæ ad infernum ducant 64.e
Quẽadmodũ ridere liceat 146.g
Quæ coram mũdo sunt eminentiora, coram Christo sunt frequenter viliora 165.d
Quibus miseretur Christus 54.a
Quibus dulia exhibenda 134.e
Quid sit de ratione dotis 56.d
Quid sint grauiora legis 152.a
Quinque panes à Christo multiplicati, quid designent 120.c
Quinque passeres, quid spiritualiter designent 187.h
Quinque difficultatem faciunt cõ sequendæ salutis 217.d
Quinque panes ordeaci quibus Christus turbam ferè quinque milium refecit, quid significent 284.f.g
RAab meretricem fuisse quomodo intelligendum 2.b
Rachel quid designet 7.h
Rama quàm multifariam capiatur ibidem
Regem christum esse, vtriusq; paginæ testantur scripturæ 340.a.b
Reges tres qua ratione in genealogia christi omittantur 2.d
Regnum cælorum quid 14.f
Regnum cælorum diuersa ratione primæ & vltimæ beatitudini pro præmio ponitur 16.a
Regnum cælorum quomodo vim patiatur 40.c.d
Regnum christi quid 56.b
Regnũ cælorum quorũ sit 62.g.h
Regnum cælorum quidam rapiũt, quidam mercantur, alij furantur 209.g
Regnũ cælorũ in sanctis scripturis multifariam sumitur 197.f
Regnum Christi quomodo dicatur non esse de hoc mundo 111.g
Reliquiæ peccati quæ dicantur 14.b
Religiosis satagendum ne tepescant, sed quotidie feruentiores efficiantur 202.f
Reprehenditur homo facilius in verbo quam facto 71.d
Reprobi quomodo electos visuri sint in regno dei 198.h
Res dicitur bona dupliciter 62.f
Resurrectio mortuorum probatur 227.f
Rete, prædicationis verbum significat 15.d
Rex Israël quemadmodum Iesus dicatur & sit 314.g
Rhinoceros quale animal 120.b
Ridere quemadmodum liceat 14.a.b
Rubeus in cælo color vnde exoriatur 54.a
Ruditas discipulorum increpatur à Christo ibid.b
SAbbato ab operibus seruilibus cessandum 144.a
Sacerdotes & scribæ in Christi cõ senserunt necem saltem materialiter 7.h
Sacerdotes quomõ soluere, ligaré-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

que debeant 55.c
Sacerdotum veteris legis insatiabilis auaritia 67.c.d
Sacerdotum veteris legis continentia 109.e
Sacerdoti confitendum, & eius iudicio standum 140.d
Sacramẽtorum veteris, ac nouæ legis differentia 55.e
Sacramenti eucharistiæ duplex institutio 287.a.b
Sacra scriptura scriptis doctorum prę ferenda 54.h. item 56.b
Sacræ scripturę profunditas ineffabilis & incomprehensibilis, maxime in euangelio sancti Ioannis 324.g
Sal quid spũaliter significat 222.b
Saluos fieri omnes homines quomodo deus velit, pulchre 60.d
Saluatoris omnis operatio atque locutio, regula est virtutis & pietatis 181.d
Salus gregis nunquam omittenda 85.d
Saluator quàm diuersimode dicatur Iesus secundum diuinitatem & assumptam humanitatem 118.d
Salutationem quemadmodũ Christus prohibuerit discipulis & prædicatoribus 174.c
Sanctus sanctorum Christus secũdum vtranque naturam 298.h
Sanctificare deum quomodo dicimur 112.g.h
Sanguinis effusio affectu vindictę prohibetur 86.a
Sanguinem verum Christus sudauit 238.e
Sapientis officium quod 93.g
Sapientes & prudentes qui intelligantur per Iesum 41.d
Sapientia & gratia quomodo christus profecerit 126.a
Satum, mensuræ genus apud Palæstinos 192.f
Scandalum quid sit 213.e
Scandalum actiuum quid 52.b
Scandalum Christus vitare volens, tributum soluit 58.c
Scandala quomodo necesse sit venire 59.b
Scandalo pusillorum abstinendũ 87.a.b
Scientia ad debitum clauis vsum exigitur 55.c.d
Scientia bifariam sumitur 310.g
Scribarum phariſæorumque auaritia 51.h
Scribarum ac phariſæorum in ecclesia successores 74.b.c
Scribarum phariſæorumque non sequenda vestigia ibidem
Scripturas sanctas citantes Christus, & apostoli ac euangelistę, sensum magis quam verba commemorant 6.g
Scriptura eadem multiplicem sensum literalem continet 10.d
Scripturis diuinis vincendę sunt tẽtationes 14.a
Scripturæ sacræ excellentia 104.d
Scriptura de minuto tempore vim non facit aut supputationem 158.a
Sectæ triplices apud Iudæos 9.c
Secularis non aspernanda potestas 276.a
Secundum duplicem Christi naturam quædam cum ipso erant altissima, quædam abiecta 39.d
Securis metaphorice quid 9.f
Semẽ quadruplex inuenitur in scriptura sacra 161.d
Sermo ad quid datus hominibus 53.a
Sero, quomodo intelligatur à christo 64.d
Separare propinquos ab inuicem quomodo christus venit 38.b.c
Septem genera hominum ab ecclesia expellenda 214.a
Septem spiritus nequiores cur dicãtur 46.a
Sequi Christum quid 56.a
Sequi Christum & per angustam portam intrare quid 198.b
Serpens exaltatus in deserto, multifaria ratione Christum figurabat 268.c
Seruitus multifaria in scripturis inuenitur 297.e
Seruus prudens quis 76.d
Seruus Centurionis quid moraliter significet 29.g
Sex incommoda Christus per gratiam suam tollit à nobis 155.d
Sicera quid significet 108.e
Signum trifariam sumitur 113.c
Silentio Mariam sororem quemadmodum Martha vocasse intelligatur 311.b.c
Sitis, trifariam in scripturis sumitur 273.b
Synagoga quomodo à deo plantata 52.c
Solicitudo superflua quæ dicatur 24.f
Solicitudo de crastino cur prohibita 25.a
Solicitudo ordinata quæ vocẽtur 24.f
Solicitudo prohibita quæ 190.c
Solicitudo à Christo prohibetur, non labor ibidem
Sola perseuerãtia coronatur 75.h
Solis obscuratio in Christi passione quemadmodum facta narretur à sanctis 244.f
Solitarius locus cõtemplationi ac pœnitentiæ peragendæ proficit 141.e
Solus deus perfectus absolutè 71.h
Somnus in Christo secundum partem sensitiuam 163.a
Somnus superfluus indecens Christiano 231.c
Somnus diuersis modis in scripturis accipitur 309.e
Specialis & multiplex ratio gloriandi est Christo de peccatore conuerso 203.e.f
Spirituale beneficium nulli denegandum 20.g
Spiritualia beneficia gratis administranda 20.f.g
Spiritus sanctus super Christũ cur descenderit 11.a
Spiritus sanctus in columbæ specie qua ratione apparuerit ibidem
Spiritus multiplex 11.d
Spirituales viri quibus rationibus pauciores sine aliorum comparatione 208.c
Spiritus sanctus dicitur veritatis spiritus multifaria ratione 325.e
Spiritus sanctus à christo quomodo mittatur 330.d
Spiritus sanctus non nisi post christi ascensionem mittendus 331.c.d
Spiritũ sanctum qua ratione christus bina vice dederit discipulis 345.e.f
Sponsam triplicem Christus habet 270.f
Status innocentiæ præstat statui pœnitentiæ 203.g
Stella cur disparuerit regibus Hierosolymam intrantibus 6.a
Stellæ fulgor quid significet 6.f
Stella Magorũ dustrix ab aliis stellis differt 6.g.h
Sterilitas in lege maledictionis subiacuit 109.f
Stultos cur Christus phariſæos appellet, cum dicat, qui dixerit fratri, fatue, &c. 284.d.e
Stola prima quæ dicatur 208.b
Stultus omnis peccator multiplici ratione 161.h
Stultos qua ratione discipulos eũtes in Emaus Christus appellauerit 245.f
Summa in scriptura concordia atque inuiolata veritas 104.b
Superbia omnium vitiorum regina 45.g.h
Superbiæ species quatuor 216.a
Supererogationis perfectio præcepta non est 62.c
Super quam petram Christus ecclesiam ędificarit 54.g
Suspitionis triplex gradus 26.a

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

TAlenta euangelica quid deſignent 79.c
Temerarium iudicium nocet iudicanti 29.a
Templum quibus rationibus Chriſtus ingreſſus 67.d.e
Temporalia bona quando obſcandalum omittenda 20.d
Temporibus præeſſe, ac dominari Chriſto proprium 38.e.f
Tempus præſens eſt tempus pœnitentiæ 128.c
Tenebræ an ſuper vniuerſam terram fuerint 26.a
Tentari Chriſtus quare voluit 11.e
Tentare proprie quid ibidem
Tentator Chriſti in deſerto Lucifer fuiſſe fertur ibidem
Tetatio quid profit electis 236.h
Terrena omnia à deo creata 12.e
Theſaurizare quomodo liceat, & quomodo prohibeatur 24.a
Teſtium productio qua ratione fiat 60.b
Timoris filialis obiectum 32.a
Timor multiplex in ſcripturis inuenitur 192.d
Timor triplex dei 187.h
Timor à peccato retrahit 243.f.g
Transfigurationem ſuam cur chriſtus manifeſtari prohibuerit 126.f
Transfigurationis gloriam Chriſtus diſcipulis prohibuit manifeſtari multifaria ratione ibid.
Tres apoſtolos duntaxat qua ratione Chriſtus in transfiguratione ſecum aſſumpſerit 169.g
Tribus Iuda cur principatum obtinuerit 2.a
Tria fata quid ſignificent 47.e.f
Triplex abnegatio à Chriſto cõſulta, in qua religionis fundatur eſſentia 169.g
Triſte cælum qua ratione dicatur 54.a
Thomas apoſtolus an ſpiritum ſanctum receperit cum deeſſet, chriſto aliis apoſtolis eundem dante 344.a.
Torcular quid deſignet 68.e
Totis viribus magnificandus deus 113.a
Tunica Chriſti inconſutilis qualis fuerit 89.d
Turbauit ſeipſum Chriſtus, & fremuit in Lazari reſurrectione propter multa 311.f
Turbatio Chriſti ante paſſionem nobis extitit meritoria & conſolatoria 307.a
Turturis columbæque ſignificatio 121.d.e
VAlles impletæ quæ dicantur 127.d
Vana prophetia de aduentu Chriſti 74.d.e
Vana gloria abiicienda 27.e
Vanæ gloriæ, præſumptioniſque pompa quid remedij habeat à Chriſto 34.b
Variarum Chriſti paſsionum pro nobis ratio explicatur 339.h
Velum tẽpli duplex 245.a
Vendere tunicam, & gladium emere myſtica ratione chriſtus apoſtolis præcepit 236.h
Ventilabrum quid 10.c
Verbi dei fructus multiplex 11.g
Verbi dei virtus, vtilitas & efficacia 134.a
Verbum dei audientes, & facientes quomodo mater & fratres chriſti ſunt 162.e.f
Verbi nomine & non filij, cur euãgeliſta Ioannes magis vſus, diuinitatem chriſti oſtenſurus 251.a
Verbum tribus modis accipitur 251.b
Verbum cur ſpecialiter dicatur lux hominum 253.h
Verbum cur potius incarnatũ quã pater aut ſpirituſſanctus 255.f.g
Verbum caro factum eſt, cur euangeliſta dixerit potius, quàm verbum factum eſt homo ibidem
Verbi verba quantæ efficaciæ & virtutis 262.b
Veritas quemadmodum liberare dicatur 297.b
Verba dei affectuoſe audienda, atque legenda 299.b
Veritatem faciens quemadmodũ ad lucem venire cenſeatur 250.d
Veritati trifariæ Chriſtus teſtimonium perhibuit 339.g.h
Veſtigia chriſti imitantes, quid mercedis conſequentur 50.e
Veſtium abuſus, & cultus ſuperfluus reprobat multipliciter 210.a.b
Veſtimentorum Chriſti diſpoſitio & forma 23.g
Via, veritas & vita quemadmodũ Ieſus dicatur 324.g.h
Viæ domini quę dicantur 127.b
Vigiliæ noctis quatuor 193.b.c
Vinea patrisfamilias quid deſignet 68.d
Vinea ad literam ſynagogam deſignat 224.h
Violenti lquomodo regnum cælorum rapiant 40.a
Viperę proprietates tres, quibus aſſimilantur Iudæi 9.e
Virtutum & donorum conueniẽtia differentiáque 14.d
Virtus circa difficile, in medio cõſiſtens ibidem
Virtutes cęlorũ quę dicantur 77.c
Virtus ſpiritus quid 135.c
Virtus Chriſti quæ dicatur 141.f
Virtus quid ſecundum Auguſtinum 151.f
Virtus quomodo in medio conſiſtere dicatur 228.g
Virtutes cælorum quomodo moueri dicantur 230.e
Virtus prædicationis apoſtolorum excellentiſsima 249.h
Vitæ auſteritas Ioannis Baptiſtæ deſcribitur 8.f.g
Videre quæ voluerunt prophetæ 47.e
Viſus pro quocunque ſenſu accipitur in ſcriptura 54.f
Vita Chriſti meritoria cũctis hominibus, ſed in paſsione & morte meritum conſummabatur 261.d.e
Vitem ſe dixit chriſtus varias ob cauſas 327.e.f
Vltra condignum remunerat deus 112.g.h
Vngere Chriſtum quis dicatur 82.f.g
Vnctus Chriſtus bina vice vnguẽto ibidẽ
Vnctio extrema inſtituta à Chriſto 96.f
Vnum proprie dictũ baptiſma 8.h
Vocatio apoſtolorum triplex 13.e. 138.h
Volucres cæli qua ratione diaboli dicantur 46.d
Voluntas diuina nulla præſtringitur lege 210.c
Voluntas multifariam accipitur 118.h
Voluntas duplex in Chriſto, ſicut & natura 280.a
Vox quomodo dicatur verbum præcedere, cum ſint realiter idem 259.a
Vſus rationis acceleratus in Ioanne 112.b
Vſura quam graue ſcelus 149.b
ZAchariæ tres ſancti fuiſſe leguntur 106.f
Zacharias pro quo dominum orauerit 108.a
Zacharias angelo incredulus, iuſte punitus 109.b
Zachæus quomodo Abrahæ filius dicatur 219.f.g
Zelus carnalis & ſpiritualis 265.g.h
Zizania qui ſunt 48.d.e

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Index Euangeliorum quæ in templis, domi

NICIS ET ALIIS FESTIS DIEBVS LEGVNTVR, IVXTA CONsuetudinem eccleſiæ Pariſienſis & Romanæ: in quo animaduerte ſignatum Euangelij principium tantum, & ſubinde quod finem illorum cõſequitur. Præterea R. literam, quæ vſum Romanum ſignificat, euangelio præpoſitã, quando non conueniunt. Poſtremo adiicitur, quoto folio, quotáque eius per Alphabeti literas partitione, quodlibet Euangelium explanetur.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Euangelium, Et cũ appropinquaſſet. Finis. Et cum intraſſet. Matt. 21. c. folio 66. in Dionyſij enarratis.

Dominica ſecunda

Euang. Et erunt ſigna in ſole. Attendite autem. Luc. 2. g. fol. 236 Roma. Ioannes autem cũ audiſſet. Matth. 11. g. folio 38

Dominica tertia

Euang. Ioannes autem cum audiſſet. Amen dico vobis. Matth. 11. g. folio 38. Rom. Et hoc eſt teſtimonium quando miſerunt Iudæi. Ioan. 1. d. folio 258

Feria quarta quatuor temporum

Euangelium, In menſe autem ſexto miſſus. Exurgens autem. Lucæ 1. h. folio 109

Feria ſexta

Euangelium, Exurgẽs autem Maria. Quia reſpexit humilitatem. Luc. 1. a. folio 112.

Sabbato

Euang. Anno quintodecimo. Dicebat ergo ad turbas. Lucæ 3. d. fol. 126

Dominica quarta

Euang. Et hoc eſt teſtimonium quando miſerunt Iudæi. Altera die vidit Ioãnes Ieſum. Ioã. 1. d. fol. 258. Rom. Anno quintodecimo. Luc. 3. vt in ſabbato.

Natalis domini,

In vigilia

Cum eſſet deſponſata. Hoc autem totum. Matt. 1. c. folio 4

In gallicantu

Euangelium, Factum eſt autem in diebus illis, exiit edictum. Et factũ eſt. Lucæ 2. f. folio 117

In aurora

Euangelium, Et factũ eſt, vt diſceſſerunt ab eis angeli. Et poſtquam. Lucę 2. b. folio 121

In die ad ſummam miſſam

Euang. In principio erat verbum. Ioannes teſtimonium. Ioan. 1. c. folio 254

In die S. Stephani

Euangelium, Ecce ego mitto vos, ad finem vſque capitis. Mat. 23. c. folio 74

In die S. Ioannis Euangeliſtæ

Euangelium, Sequere me. Sunt autem. Ioannis 21. folio 348

In die ſanctorũ Innocentium

Euãgelium, Qui cum receſsiſſent, ecce angelus. Defuncto autem. Mat. 2. b. folio 7

Dominica infra octauas

Euang. Et erat pater eius & mater. Et ibant parentes. Luc. f. fol. 124

In circunciſione domini

Euangel. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo. Et poſtquam impleti ſunt. Luc. 2. c. folio 121

In Epiphania domini

Euangelium, Cum autem natus eſſet Ieſus. Qui cum receſsiſſent. Matthæi 2. b. folio 7

Dominica infra octa. Epipha.

Euangelium, Et cũ factus eſſet annorum duodecim, &c. ad finẽ vſq; capitis. Luc. 23. h. folio 124

Dominica prima poſt octauas Epiphaniæ

Euangel. Et die tertia nuptię. Poſt hęc deſcendit Ioã. 2. b. fol. 262

Dominica ſecũda

Euangel. Cum autem deſcendiſſet. Cum autem introiſſet. Matthæi 8. e. folio 28

Dominica tertia

Euangelium, Et aſcendente eo in nauiculam. Et cum veniſſet. Matthæi 8. e. folio 31

Dominica quarta

Euangelium, Simile factum eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit. Aliam parabolam. Matth. 13. g. 47

Dominica in ſeptuageſima

Euangelium, Simile eſt regnũ cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane. Et aſcendens. Mat. 20. h. folio 63

Dominica in ſexageſima

Euangeliũ, cum autem turba multa cõueniret. Nemo autem lucernã. Lu. 8. c. folio 160

Dominica in quinquageſima

Euangelium, Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, vſque ad finem capitis. Luc. 18. h. folio 217

Feria quarta cinerum

Euãge. Cum autẽ ieiunatis. Lucerna corporis. Matth. 6. f. folio 23

Feria. v. in capite ieiunij

Euãgelium, cum autem introiſſet caphar. Et cum veniſſet Ieſus in domum. Matth. 8. h. folio 29

Feria vj. in capite ieiunij

Euãgel. Audiſtis quia dictum eſt, Diliges proximum. vſque ad finẽ capitis. Matth. 5. g folio 20

Sabbato in capite ieiunij

Euangelium, Et cum ſero factum eſſet, ad finem vſque capitis, Marci 6. h. folio 96

Dominica prima in Quadrageſima, Inuocauit

Euangeliũ, Tũc Ieſus ductus eſt. Cum autem audiſſet. Matth. 4. c. folio 11

Feria ſecunda

Euangelium, cum autem venerit filius, &c. ad finem vſque capitis, Matthęi 25. b. folio 80

Feria tertia

Euangelium, Et cum intraſſet Ieſus Hieroſolymã. Mane autẽ reuertẽs. Matt. 21. a. folio 67

Feria quarta

Euangelium, Tunc reſponderũt quidam de ſcribis, &c. vſque ad finem capitis. Matt. 21. d. folio 45

Feria quinta

Euangelium, Et regreſſus inde Ieſus. Et cum tranſiſſet inde Ieſus. Matt. 15. g. 52

Feria ſexta

Euangelium, Et poſt hæc erat dies feſtus. Propterea perſequebãtur. Ioannis 5. e. folio 276

Sabbato

Euangeliũ, Et poſt dies ſex aſſumpſit. Et interrogauerunt. Matt. 17. c. folio 56

Dominica ij. Reminiſcere

Euangelium, vt in præcedente ſabbato

Feria ſecunda

Euangelium, Ego vado & quæretis me. Hæc illo loquente. Ioannis 8. a. folio 296

Feria tertia

Euangelium, Tunc Ieſus locutus eſt ad. Væ vobis ſcribæ. Matthæi 23. e. folio 72

Feria quarta

Euan. Et aſcendens Ieſus Hieroſolymam. Et egredientibus illis à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hierico.Matthæi.20.b.folio 65.
Feria quinta
Euang.Homo quidem erat diues, &c.ad capitis finem vſque Luc. 16. b.folio 210
Feria ſexta
Euãgel.Homo quidam erat pater familias,&c.vſque ad 22.capitis principium.Matth.21.d.fol. 68
Sabbato
Euang.Homo quidã habuit duos filios.Lucæ 15.e.folio 204
Dominica tertia.Oculi
Euang.Et erat eiiciens dęmonium, & illud . Turbis autem concurrentibus.Lucæ 11.f. folio 184
Feria ſecunda
Euang.Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem.Et deſcẽdit in capharnaum.Lucæ 4.g.folio 137
Feria tertia
Euangel.Si autem peccauerit in te. Ideo aſsimilatum eſt regnum cælorum.Matt.18.a.folio 60
Feria quarta
Euang.Tunc acceſſerunt ad eum. Et egreſſus inde Ieſus. Matth.15.f. folio 51
Feria quinta
Euang.Surgens autẽ Ieſus de ſynagoga,&c.vſque ad principiũ quinti capitis.Lucæ 4.folio 137
Feria ſexta
Euãgeliũ, Venit ergo in ciuitatem Poſt duos autem dies. Ioannis.4.d. folio 272
Sabbato
Euange.Ieſus autẽ perrexit in mõtem Olueti. Iterum ergo locutus. Ioannis.8.folio 294
Dominica quarta Lætare
Euang. Poſt hæc abiit Ieſus.Ieſus ergo cum cognouiſſet. Ioannis.6.b folio 282
Feria ſecunda
Euãg.Et prope erat paſcha,vſque ad tertiũ caput.Ioan.2.f.fol. 264
Feria tertia
Euange.Iam autem die feſto medi ante.Chriſtus cum venerit . Ioannis 7.g.folio 290
Feria quarta
Euangelium,Et præteriens Ieſus. Et dicit eis Ieſus Ioannis9.e.folio 301
Feria quinta
Euang.Et factum deinceps ibat Ieſus.Et exiit hic ſermo.Lucæ 7.e. folio 154
Feria ſexta
Euangel.Erat autem quidam languens. Quidam autem ex ipſis. Ioannis 11.folio 308
Sabbato
Euang.Ego ſum lux mũdi . Dixit ergo iterum eis,Ioã. 8.g.folio 294
Dominica in paſsione
Euangelium,Quis ex vobis arguet me de peccato,vſque ad finem capitis.Ioannis 8.a. folio 298
Feria ſecunda
Euangel.Audierunt Phariſæi turbam.Nondum enim erat ſpiritus. Ioannis 7.e.folio 292
Feria tertia
Euangelium,Poſt hæc autem ambulabat. Iam autem die feſto mediante.Ioannis 7.f.folio 289
Feria quarta
Euang. Facta ſunt autem encęnia. Quærebant ergo eum . Ioannis 10. f.folio 306
Feria quinta
Euangelium,Rogabat autem illum quidam Phariſęus,&c. vſque ad finem cap.Luc 7.d fol.157
Feria ſexta
Euangelium. Collegerũt ergo põtifices . Proximum autem erat paſcha.Ioannis 11.f.folio 312
Sabbato
Euãg.Hęc loquutus eſt Ieſus,&c. vſque ad finem cap.Ioannis 17. b. fol. 334. R. Cogitauerunt autem principes ſacerdotum. Cum autem tot ſigna.Ioannis 12.b.folio 318

Dominica in ramis palmarum
Euangelium,Et cũ appropinquaſsent.Et cum intraſſet Hieroſoly. Matth.21. g.folio 66
Ad miſſam
Paſsio domini ſecundum Matth. capite 26. & 27.eiuſdem fol.81
Feria ſecunda
Euangelium,Ieſus ergo ante ſex dies paſchę.Cogitauerunt.Ioannis 12. g.folio 313
Feria tertia
Euangelium,Paſsio domini ſecundum Marcum. capite 14. & 13. eiuſdem folio 101.e
Feria quarta
Euangelium,Paſsio domini ſecundum Lucam,cap.22.& 23. eiuſdem folio 233.f
Feria quinta in cœna domini
Euang.Ante diem feſtum paſchæ. Amen amẽ dico vobis, non eſt ſeruus maior.Ioan.13.d.folio 319
Feria ſexta in paraſceue
Euangelium,Paſsio domini ſecundum Ioan.cap.18.&19.338. c
Sabbato ſancto
Euang.Veſpere autem ſabbati . Et exierunt.Matth.28. g.folio 91
In die ſancto
Paſchæ
Euang. Et cum tranſiſſet ſabbatũ Et illi exeuntes.Marc.16.e. 102
Feria ſecunda
Euangelium,Et ecce duo ex illis. Dum autem hæc loquuntur . Lucę 24.a.folio 147
Feria tertia
Euangelium, Dum autem hęc loquuntur .Vos autem teſtes eſtis. Lucæ 24.d.folio 248
Feria quarta
Euangelium, Poſtea manifeſtauit ſe.Cum autem prandiſſent.Ioannis 21.f.folio 346
Dominica prima poſt paſcha
Euang. Cum ergo ſero eſſet vſque ad finẽ capitis,Ioã.20.b. 343
Dominica ſecunda
Euangelium,Ego ſum paſtor bonus.Propterea me diligit.Ioãnis 10. b.305
Dominica tertia
Euangelium,Modicum & iam nõ videbitis me.Et in illo die . Ioannis 16.b.fol. 332
Dominica quarta
Euangelium , Et nunc vado ad eũ qui.Omnia quęcunque.Ioannis 16. ibidem
Dominica quinta
Euangelium,Amen dico vobis,ſi quid petieritis.Reſpondit eis Ieſus. Ioannis 16.ibidem
Feria ij.in Rogationibus
Euangelium , Quis veſtrum habebit amicum.Et erat eiiciens dæmonium,Luc.11.f. folio 183
Feria tertia in Rogationibus
Euangelium,Petite & dabitur vobis.Omnia ergo quæcunque .Matthæi 7.e.folio 26
In vigilia Aſcenſionis
Euangelium,Subleuatis Ieſus oculis in cælum.Ioan.17.b.folio 334
In die Aſcenſionis
Euangelium, Nouiſsime autẽ,&c. vſque ad finem capitis . Marci 16.a. folio 103
Dominica infra octauas Aſcenſionis
Euangelium, Cum autem venerit paracletus.Hæc autem vobis. Ioannis 15.d.330
In die pentecoſtes
Euangeliũ, Si quis diligit me.Surgite eamus hinc. Ioannis 14.c. folio 326
Feria ſecunda
Euangelium , Sic enim deus dilexit mundum . Poſt hæc . Ioannis 3.d.folio 268
Feria tertia
Euãgelium,Amen dico vobis,qui non intrat per oſtium.Ego ſum paſtor bonus .Ioan.10.b. folio 305

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Feria quarta quatuor temporum

Euangelium,Nemo poteſt venire ad me. Litigabant. Ioannis 6.d.folio 286

Feria ſexta

Euangelium, Et factum in vna dierum.Et poſt hæc exiit.Lucę 5.g. folio 140

Sabbato

Euangelium,Surgens autem Ieſus de ſynagoga. vſque ad finem capitis,Lucæ 4.h.folio 139

In die trinitatis

Euangelium,In principio erat verbum. Ioannes teſtimonium. Ioannis primo 9.folio 251

Ro.Eſtote ergo miſericordes.Nō eſt enim.Lucæ 6.e.folio 151

Dominica prima poſt Pentecoſten

Euangelium, Homo quidam erat diues, &c. vſque ad finem capitis. Lucæ 16.d.folio 207

In die Sacramenti

Euangelium, Caro mea vere eſt cibus.Hæc dixit in ſynagoga.Ioannis 6.h.folio 287

Dominica ſecunda poſt Pentecoſten

Euangelium, Homo quidam fecit cœnam.Ibant autem turbæ.Lucæ 14.a.folio 201

Dominica tertia

Euangelium, Erat autem appropinquans. Aut quæ mulier. Lucæ 15.b.folio 203

Dominica quarta

Euangelium,Eſtote miſericordes. Non eſt enim. Lucæ 6.f.folio 149. Rom.Factum eſt autem. vt proxima ſequenti.

Dominica quinta

Euangelium,Factum eſt autem cū turbæ irruerent. Et factum eſt.Lucæ 5.f.folio 138. Rom. Dico autem vobis,quia niſi abundauerit. Eſto conſentiens. Matthæi 5.e. folio 17

Dominica ſexta

Euangelium, Dico autem vobis, &c.vt proxime ſupra. R.In diebus illis iterum cum turba. Et ſtatim aſcendens.Marc.8.e.folio 97

Dominica ſeptima

Euangelium,In diebus illis,&c.vt ſupra proxima dominica.R.Attendite à falſis prophetis.Multi dicent mihi.Matthæ.7.b.folio 27

Dominica octaua

Euangelium,Attēdite à falſis prophetis,vt ſupra.Ro.Homo quidam erat diues, qui habebat villicum. Qui fidelis eſt in minimo. Luc.16. d.folio 212

Dominica nona

Euangelium,Homo quidam erat diues, vt ſupra proxima dominica. Ro.Et appropinquauit. Principes autem.Lucæ 19.h.folio 221

Dominica decima

Euangelium, Et factum eſt cum appropinquaſſet,&c. Principes autem,vt ſupra.Ro.Duo homines aſcendebant. Afferebant autem. Lucæ 18.h.folio 215

Dominica vndecima

Euangelium,Duo homines. Afferebant autem,vt ſupra. Ro. Et iterum exiens de finibus Tyri.ad finē vſque capitis,Mar.7.c.folio 97

Dominica duodecima

Euangelium,Et iterum exiens, vt ſupra.Rom. Beati oculi qui vident quæ vos videtis.Factum eſt autem. Lucæ 10.h.folio 178

Dominica decimatertia

Euangelium,Beati oculi, vt ſupra proxima dominica. Et factum eſt dum iret in Hieruſalem.Interrogatus autem.Lucæ 17.c. folio 213

Dominica decimaquarta

Euangelium,Et factum eſt dum irent in Hieruſalem,vt ſupra proxima dominica.R.Nemo poteſt duobus. Nolite ergo ſoliciti eſſe. Matthæi 6.d.folio 24

Dominica decimaquinta

Euangelium, Nemo poteſt duobus,vt ſupra. Roma.Et factum eſt deinceps exiit hic ſermo.Lucæ 7.e. folio 153

Dominica decimaſexta

Euangelium, Et factum eſt deinceps,vt ſupra.R.Et factum eſt cum introiſſet.Dicebat autem.Lucæ 14. g.folio 199

Feria quarta quatuor temporum

Euangelium.Et reſpondeus vnus de turba dixit. Et inde profecti. Marci 9.a.folio 98

Feria ſexta

Euangelium,Rogabat autem illū quidam phariſęus,&c. vſque ad finem capitis.Lucæ 7.d.folio 157

Sabbato

Euangelium,Arborem ſici. Dicebat ergo.Lucę 13.c.folio 196

Dominica decimaſeptima

Euangelium, Et factum eſt cum introiſſet. Dicebat autem.Lucę 14. g.folio 199.Ro.Phariſæi autem audientes quod ſilentium.vſque in finem capitis,Matth.22.f.folio 71

Dominica decimaoctaua

Euangelium, Phariſæi autem,&c. vt ſupra.Ro.Et aſcēdens in nauim. Et cum tranſiret. Matthæi 9.e.folio 31

Dominica decimanona

Euangelium,Et deſcendens, &c. ſicut dominica decimaoctaua. Ro. Simile factum eſt regnum cælorū homini regi. Tunc abeuntes. Matthæi 22.g.folio 69

Dominica xx.

Euangelium, Simile factum eſt rēgnum cælorum homini regi, vt dominica decimanona. Roma.Et erat quidam regulus.Hoc iterum. Ioannis 4.d.folio 275

Dominica xxj.

Euangelium.Et erat quidam regulus,vt ſupra.Roma. Ideo aſſimilatū eſt regnum cælorum homini regi, vſque ad capitis finem.Matthæi 18. b,folio 61

Dominica xxij.

Euāgelium,Ideo aſſimilatum eſt, vt dominica 21.Ro. Tunc abeuntes phariſæi, conſilium. Et audientes, Matthæi 22.g.folio 70

Dominica xxiij.

Euangelium,Tunc abeuntes phariſæi, &c. ſicut dominica vigeſima ſecunda. Roma. Hęc illo loquente ad eos. Et tranſeunte in.Matt.9. b.folio 33

Dominica xxiiij.

Euangelium, Hæc illo loquente,&c. vt ſupra proxima dominica. Ro.Cum videritis abominationem deſolat.De die autem illa.Matthæi 24.b.folio 76

Dominica xxv.

Euang. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus.Ieſus ergo cum cognouiſſet.Ioan.6.e.folio 282

Proprium Sanctorum.

In die ſancti Andreæ.

Euangelium,Ambulans autem Ieſus. Et circumibat Ieſus. Matthæi 4.d.folio 13

In conceptione Mariæ

Euangelium, Liber generationis. Omnes itaque. Matth.1.a.folio 1

In die S.Thomæ apoſtoli

Euangelium.Thomas autem vnus ex duodecim.Multa quidem.Ioannis 20.a.folio 346

In die purificationis Mariæ

Euangelium, Poſtquan impleti ſunt.Et erat pater eius. Luc.2.b.folio 121

In die ſancti Matthæi

Euangelium, Hoc eſt præceptum meum.Hæc mando.Ioānis 15.b.folio 328. Roma. Confiteor tibi pater,&c.vſque ad finem cap. Matth. 11.c.folio 41

In die Annunciationis

Euāgelium, In mēſe autem ſexto.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et diſceſsit ab illa angelus. Lucæ 1. a. folio 112

In die S. Marci

Euangelium, Ego ſum vitis vera. In hoc clarificatus. Ioan. 15. e. fo. 327

In die ſanctorum Philippi & Iacobi apoſtolorum

Euangelium, Non turbetur cor veſtrum. Si quid petieritis me. Ioã. 14. a. folio 327

In die Ioannis Baptiſtæ

Euangelium, Fuit in diebus Herodis. Et dixit Zacharias. Lucæ 1. e. folio 106

In die apoſtolorum Petri & Pauli

Euangelium, Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. Tunc præcepit diſcipulis. Matth. 16. h. folio 54

In die Mariæ Magdalenæ

Euangelium, Maria ſtabat ad monumentũ. Cum ergo ſero eſſet. Ioannis 20. c. folio 344. Ro. Rogabat autem illum. &c. vſque ad finẽ ca. Luc. 7. d. folio 157

In die Iacobi apoſtoli

Euangelium, Tunc acceſsit ad eũ. Et egredientibus. Matt. 20. b. fo. 65

In die ſancti Laurentii

Euang. Amen dico vobis, niſi granum frumenti. Nunc anima mea. Ioan. 12. a. folio 316

In die Aſſumptionis beatæ Mariæ

Euang. Factũ eſt autem dum irẽt. &c. vſque ad finem cap. Lucæ 10. c. folio 181

In die natiuitate beatæ Mariæ

Euangelium, vt ſupra in conceptione eiuſdem.

In exaltatione ſanctæ crucis

Euange. Et ego ſi exaltatus fuero. Hęc locutus. Ioan. 12. e. folio 317

In die ſancti Matthæi

Euangel. Et cum tranſiret inde Ieſus. Tunc acceſſerunt. Matthæ. 9. a. folio 32

In die ſancti Michaelis

Euangelium, In illa hora acceſſerunt. Venit enim filius hominis. Matth. 18. e. folio 58

In die ſanctorum Dionyſii, & ſociorum.

Euangelium, Et deſcendens cum illis. Secundum hæc enim. Lucæ 6. h. folio 145

In die ſancti Lucæ

Euangeliũ, Poſt hæc autem. Nolite tranſire. Lucæ 10. c. folio 175.

In die omnium ſanctorum

Euangeliũ, Vidẽs autem. Sic enim perſecuti. Matt. 5. b. folio 14

In cõmemoratione defunctorũ.

Euangelium, Dixit ergo Martha ad Ieſum. Et cum hæc dixiſſet. Ioã. 11. e. folio 311

Item Euan. Ego ſum panis viuus. Caro enim mea. Ioan. 6. c. folio 287

Item Euang. Sicut enim pater ſuſcitat mort. Amen dico vobis, quia venit. Ioan. 5. e. folio 278

Item Euang. Omne quod dat mihi pater. Murmura. Ioan. 6. fo. 285. h

Item Euangeliũ, Amen dico vobis, quia venit hora. Non poſſum ego. Ioannis 5. b. folio. 279

Commune ſanctorum,

In natali apoſtolorum

Euang. Hoc eſt præceptum meũ, hæc mando vobis. Ioã. 5. h. folio 328

Itẽ Euan. Ecce ego mitto vos. cũ autẽ perſequẽtur. Matt. 10. b. fo. 36

Item, Hæc mando vobis. Cũ autẽ venerit. Ioan. 15. d. folio 330

Itẽ, Ego ſum vitis vera. In hoc clarificatus. Ioan. 15. e. folio 327

Item, Facta eſt contentio. Ait autẽ dominus. Luc. 22. a. folio 236

Item, Vos eſtis ſal terræ. Nolite putare. Matth. 5. e. folio 16

In natali vnius martyris

Euang. Si quis vult poſt me venire, &c. vſque ad finem cap. Matth. 16. a. folio 56

Item, Euang. Amen dico vobis, niſi granũ fru. &c. vt ſupra Laurẽtii.

Item, Qui vos audit me audit. In ipſa hora. Lucæ 10. h. folio 176

Itẽ, Si quis vult poſt me venire. Factum eſt autem. Lucę 9. e. fo. 170

Item, Nolite arbitrari, &c. vſque ad finem cap. Matth. 10. d. folio 37

Item, Nihil eſt opertum. Qui autẽ negauerit. Matth. 10. c. folio 37

Item, Si quis venit ad me, & non. Bonum eſt ſal. Lucæ 14. a. folio 202

In natali plurimarum martyrũ

Euang. Et deſcendens cum eis. Secundum hæc. Luc. 6. h. 145. vt ſupra Dionyſij feſto. Item, Cum autem audieritis prælia. Cum autem videritis. Lucæ 21. b. fol. 229

Item, Et cum egrederetur de templo.

Cum autem videritis. Marc. 13. b. folio 100

Item, Attendite à fermento phariſæorum. Qui autem negauerit me coram. Lucæ 12. c. folio 187

Item, Euang. Sedente autem eo ſuper. Et prædicabitur. Matt. 24. folio 75

Item, Videns autem Ieſus turbas. Sic enim perſecuti. Matt. 5. b. fo. 14

Item, Cum autem perſequentur vos in ciuitate. Qui autem negauerit. Matth. 10. a. folio 37

Item, Qui vos audit. In ipſa hora. Lucæ 10. h. folio 176

Itẽ, Væ vobis quia ædificatis, &c. vſque ad finem capitis. Lucæ 11. d. folio 186. d

In natali vnius confeſſoris

Euang. Sicut enim homo peregre. Accedens autem. Matt. 25. c. fol. 79

Item, Sint lumbi. Ait autem ei Petrus. Lucæ 12. g. folio 192

Item, Vigilate ergo. Si autem dixerit malus. Matt. 24. d. folio 76

Item, Videte vigilate, &c. vſque ad finem capitis. Marc. 13. c. folio 100

Item, Euan. Nemo lucernam. Et cũ loqueretur. Lucæ 11. f. folio 184

Item, Nolite timere puſillus. Sint lumbi. Lucæ 12. e. folio 192

Item, Homo quidã nobilis. Verũtamen. Lucæ 19. a. folio 220

Item, Euange. Ecce nos reliquimus, &c. vſque ad finem cap. Matt. 19. c. folio 63

In natali plurimarum virginum

Euang. Simile eſt regnum cælorũ theſauro. Matt. 13. b. folio 49. Iterũ Simile eſt regnum cælorum ſagenæ. Matt. ibidem

Item, Euang. Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus. Sicut enim homo. Matt. 25. e. fo. 78

In dedicatione eccleſiæ

Euangelium, Et ingreſſus perambulabat. Hęc illis audientibus. Luc. 19. h. folio 218

In ſponſalibus.

Euangelium, Et accedentes phariſæi. Et in domo. Marc. 10. h. fo. 99

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DE ORIGINE CARTHVSIANAE RELIGIONIS, HENRICI Glareani Heluetij, poëtæ laureati, centimetrum.

Quæ Carthusiacæ sit religionis origo,
Qua fluat historia, Calliopea refer.
Parrhisiis, rapidas vbi spumifer aggerit vndas
Sequana, & occiduas vellet adisse domos,
Atque vbi culta viret doctorum turba sophorum,
Turba salutifero non male grata Deo:
Quidam erat insignis, doctrina visus honesta,
Quem coluit populus, quem coluere senes.
Huic mors extremam postquam spirauerat auram,
Non pompam inuidit funereásque faces:
Hic aderant magníque viri, doctíque magistri,
Præclari iuuenes, decrepitíque senes.
Mos etenim est, functum vita deferre sepulchro,
Qui fuit illius gymnasiarcha scholæ.
Ecce sed erectus, feretro proclamat ab alto:
Iudicio iusto sum reus ipse Dei.
Obstupuere omnes, nec enim leue pondus habebant
Verba resurgentis terribilísque viri.
Quid facerent? quis enim quæ sint arcana Tonantis
Iudicia explanet? quis penetrare queat?
Non sepelire placet, donec lux altera cælum
Pulset, vti videant quid ferat hora sequens.
Vix sol prodierat, quando replet omnia vulgus,
Irruerant proceres, turbáque tota simul.
Dum rursus famuli mœstum mouere cadauer,
Dum stupet attonito gens male lecta foro,
Ecce iterum claro tales dat pectore voces:
Iustitia & iusto iudice victus ego.
Rursus inauditus gelidos tremor occupat artus,
Contremuere omnes, omnia terror habet.
Expectare placet quid fors feret vltima monstri,
Quippe tonant dubio verba priora sono.
Tertia lux aderat, iam tota cursat in vrbe
Fama mali, & miro murmure tecta subit.
In circum stupidi atque arrectis auribus astant,
Quid velit, auscultant, corpus inane loqui.
Intonat horrendum, vocémque in sidera tollit:
Damnatus iusto iudice digna fero.
Et quis non timeat? quis non tremat? aut quis ab illis
Exemplis vitam non velit esse suam?
Bruno erat in cũctis longè venerabilis oris,
Et decus, ac Vbî gloria rara soli.
Is septem iusti comites facit esse pauoris,
Qui syluas secum, tristiáque antra petant.
Postquam illuc venere, simul sedere sub vmbra,
Atque ab eremita consilia alta rogant.
Prodijt in vocem canis pater ille capillis,
Et docuit quo sit vita paranda modo.
Effugite ô iuuenes stulti consortia mundi,
Temnite quæ vobis mors inopina rapit.
Quicqd id est quod mũdus habet, linquam⁹ oportet.
Nil sane æterni vile cadauer habet.
Temnite fortunas hominum, mala gaudia mentis
Effugite ad mœsti vulnera quinque dei.
Quærite diuitias cæli, nam summa voluptas,
(At donum ignotum) dulcis eremus erit.
Hæc ait, illi inter sese pia verba retractant,
Cordibus accensis incaluere Deo.
Transierant Ararim, deinde Hœdua rura relinquunt;
Dextera Lugdunum, læua Gebenna fuit.
Iámque aderat Rhodanus, qui gurgite lapsus aperto
Ducit ab Alpinis frigora sæua iugis.
Hinc prata Allobrogũ atq; Vocãtia rura premebant,
Suscipiunt syluas & nemora alta loci.
Scilicet aëreæ quo protenduntur & Alpes,
Atque vbi perpetuo frigus & algor adest.
Hæc placuit duri mira inclementia cæli.
Hi scopuli digni carceris esse loco.
Hugo erat Allobrogum bene dignus episcopus oris,
Candidior quo non vnus & alter erat.
Viderat hic septem (dictu mirabile) stellas
In nemora excelsi verticis ire palam.
Somnium erat, talíque viam sibi calle parari
Coniicit ad cælum, stelligerasque domos.
Hunc adiit Bruno sociis comitantibus, hisce &
Quid veniant paucis commonuere modis.
Inclyte forte tuas præsul peruenit ad aures,
Qui modo Parrhisia fertur ab vrbe pauor.
Is nos hinc alios vertit, vale diximus orbi,
Vrgemur tacito, tum sine fine, deo.
Non nos huc pepulit fictæ mala gloria famę,
Non simulatus amor, non simulata fides.
Da, petimus, paruum nostris conatibus orbem,
Seu scopulos isto, seu nemora illa loco.
Obstupuit præsul, tacitę prędagia mentis
Cõcutiunt totum pectus adusque virũ.
Felices animæ, dixit, felicia certè
Tẽpora, quæ nostris vos tenuere locis.
Ite, inquã, ite, viã vestro disponite fratri.
Quod petitis cautum est, quódque petetis, erit.
En sequor ipse ego vos, manibúsq; opibúsq; iuuabo,
Immemorem vestri non sinet vlla dies.
Illi abeũt, loca fœda situ, squalentia muco
Tecta vident, trucibus vix habitanda feris.
Hugo subit, templúmque struit, tutósque recessus,
Et modico immensum tempore creuit opus.
Ipse quoque, vt maior grauitas ornaret eremum,
Induit hunc habitum, rupibus hisce fauet.
Hi primi tantæ sunt religionis alumni.
Hac fluat historia, Calliopea Vale.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM

PROLOGVS AVTHORIS.

Ecclesiastici 50. Sapientiæ 11. Psalm. 73. Hiere. 14. 2. Cor. 8. Zacha. 9. Baruch. 3. Esaiæ. 2. Oseę. 10. Lucæ. 1. Iob. 12. Hæretici etiam Euãgelia & Epistolas scripserũt, inscribentes ex nominibus apostol. 2. Thess. 2. Hiere. 23. Ezech. 11. Ioan. 10. Ezech. 1. Eccle. 30.

QVasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena, & quasi sol refulgens, sic iste effulsit in domo dei. Quamuis vniuersitatis creator, generísque humani redemptor christus, sapientia partis, cuncta ordinatè produxerit, & singula in numero, pondere & mensura sapienter molitus sit: nostram tamẽ salutem ac reparationem ordinatissimè, imo & sapienter compleuit. Venturus nempe in mundum hunc, & operaturus nostram salutem in medio terræ, præmisit sui aduẽtus, seu incarnationis præcones, sanctos prophetas, qui omnes super dies regis Messiæ locuti sunt. Deinde in propria venit persona, nostræ naturæ assumpta substantia: & sicut sacer Hieremias admirando prædixit, Ipse quasi colonus, & quasi viator ad manendum aduenit. Factus est enim egenus propter nos, cum diues esset: quemadmodum Zacharias quoque testatus est, Ecce, inquiens, rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Visus ergo & cõuersatus in terra, docuit homines, prout Esaias fatetur, Docebit nos vias suas, & ambulabim' in semitis eius. De hoc nanque doctore dixit Oseas propheta, Tempus requirendi dominum, cum venerit qui docebit nos iustitiam. Porrò, cum excellentissimus modus sit docendi, proprio ore docere, seu prædicare, idcirco hic modus christo potissimum conueniebat, propter quod librum nõ edidit, sed voce edocuit. Vnde & inter philosophos præcipui, Socrates, atque Pythagoras, libros facere renuerũt, viua duntaxat voce docentes. Verum quia necesse fuit ad posterorum informationem cõponere libros, ne obliuioni traderentur præterita, Christus hoc genus docendi suis commisit, ac inspirauit discipulis. Inter quos quatuor ad euangelicę veritatis describenda mysteria, documenta ac gesta elegit, Matthęum, Ioannem, Lucam & Marcum: quorum libri & dogmata vniuersis libris atque doctrinis præfulgent, ac præseruntur. Fuere nihilominus (vt in Euangelij sui exordio tetigit Lucas) quidam, qui non diuinitus inspirati, sed proprio animo tumidi (iuxta illud beati Iob, Vir vanus in superbiam erigitur) conati sunt euangelium scribere, inter quos fuerunt Basilides & Apelles hęretici, qui vt suos colorarent, ac promulgarent, seu authenticos redderent errores, sub nominibus apostolorum scripserunt, videlicet Bartholomęi & Thomę, itémque Matthię. Sic etiam quidam peruersi sub nomine Pauli apostoli scripserunt ac transmiserunt epistolas. Vnde ad Thessalonicẽses hortatur, Ne quis vos seducat, neque per spiritum, neque per epistolam tanquam per nos missam. Rursusque in finibus epistolarum suarum adiungit, Salutatio mea manu Pauli, quod signum in omni epistola, ita scribo. Hoc enim signo sciebatur epistola ab ipso composita. Sic & in veteri testamento nonnulli officium prophetandi sibi vsurpauerunt. De quibus per Hieremiam loquitur dominus, Ipsi currebant, & ego nõ misi eos. Et per Micheã, Populum meum deceperunt propter fragmen pànis. De talibus ait Saluator, Omnes quotquot venerunt, fuerunt fures & latrones. Sancta ergo ecclesia, quam constat regi à spiritu sancto, illorum duntaxat recepit euangelia, quorum sanctitas manifesta fuit, qui & fide digni fuerunt, sequentes in hoc propheticæ reuelationis mysterium, secundum quod in Ezechiele quatuor animalia oculis plena describuntur. Per quę quatuor euãgelistę signantur, ita vt per animal simile homini, significetur Matthęus, quia ab humana Christi generatione sumpsit exordium. Per bouem, seu vitulum Lucas, per leonem Marcus, per aquilam Ioannes: de qua propheticę reuelationis elucidatione ac prosecutione nunc trãseo, quoniam satis commune est, & ab expositoribus copiose tractatum. Denique ad commendationem sacratissimi Euãgelistæ, & gloriosi apostoli, diuini, sapientissimíque Matthæi reuertor, de quo introducti thematis verba conuenientissime exponuntur, quamuis ad literam de Symone Oniæ filio, sacerdote magno, sint dicta. Fulsit ergo Matthæ' in domo dei, vt stella matutina, vt luna, vt sol, hoc est, vehementer, vehementius, & vehementissime: seu clare, clarius, atque clarissime, quẽadmodũ stella matutina vehementer claréque fulget, sed luna clarius, sol autem clarissime. Fulsit enim clare per conuersationem exemplarem, clarius per euangelicam prædicationẽ, clarissime per euangelij cõscriptionẽ. Sua etenim sanctissima conuersatione illustrauit præsentes & secũ cõuersantes: sua prædicatione illuminauit omnes aduẽtãtes & audiẽtes: sua vero scriptura vniuersum edocuit mũdum, & incessabiliter edocet auditores, siue lectores. Ipse quoque præ cæteris euangelistis moralitatẽ Christianæ sapientiæ, hoc est, morales Christi doctrinas plenius descripsisse videtur, ita vt Marco fulgente clare vt stella matutina, Luca clarius tanquam luna plena, ipse clarissime fulgeat instar solis: quamuis absolute loquendo, Ioannes cunctis præfulgeat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EVANGELIVM SECVNDVM Matthæum enarratio.

¶ Expoſitio primi capituli [*Liber generationis Ieſu Chriſti.*]
Articulus primus.

B *Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abrahæ.*] Sicut in prologo proteſtatur Hieronymus, Matthæus ante cæteros Euangeliſtas ſuum conſcripſit Euangelium in Iudæa. Scripſit autem Iudæis conuerſis ſtylo Hebræo. Chryſoſtomus verò refert, quòd facta magna perſequutione fidelium in Palæſtina, fratres diſperſi precabantur Matthæum, vt eis verborum, & operum Chriſti veritatem deſcriberet, quatenus librum Euangelicæ legis ad manum haberẽt, ſecúmque deferrent quocunque venirent. Hæc autem ſimul ſtare poſſunt. Quamuis enim in Iudæa ſcripſerit, potuit tamen plebs Chriſtiana in Palæſtina exiſtens, eſſe occaſio huius ſcripturæ: præſertim cum plurimi Iudæorum in Palæſtina morati, conuerſíque fuerint. Porrò intentio Matthæi fuit, oſtendere Chriſtum veraciter incarnatum, atque ex ſemine Dauid progenitum: quoniam infideles Iudæi ex hoc arguebant Ieſum Nazarenum, non eſſe Meſſiam ſeu Chriſtum, eo quòd à Nazareth vrbe Galilææ fuerat oriundus: ſcriptura verò prædixit Chriſtum de Bethleem Iudæ, & ſemine Dauid venturum. Hinc enim principes Iudæorum loquuti ſunt Nicodemo, Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Declarans ergo Matthæus Ieſum eſſe filium Dauid, ſic ortus eſt, [*Liber generationis Ieſu Chriſti,*] id eſt liber præſens à generatione Chriſti intitulatur. Solent enim Hebræi libros denominare ab eo de quo in exordio prætractatur. Quemadmodum primus liber Moſi dicitur Geneſis, quia de mundi creatione ſumit initium. Liber quoque in cuius principio dominus fertur iuſſiſſe numerari filios Iſraël, vocatus eſt liber Numerorum: Ita iſte eſt liber generationis Ieſu Chriſti, id eſt deſcribens humanam, ſeu temporalem generationem Chriſti, de cuius diuinitate, ac diuina generatione Ioannes plenius ſermocinatur. Quamuis in veteri teſtamento plures dicti ſunt Ieſus, vt Ioſue, aliàs Ieſus filius Nauę, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus: plures quoque vocati ſunt Chriſti, per quandam participationem & nuncupationem, imperfectámque rationem: videlicet, quoniam populum Iſraël temporaliter, ſeu corporaliter, vel diſpoſitiuè & ſolum inſtrumentaliter liberauerunt, & oleo ſancto vncti fuerunt corporaliter vel ſpiritualiter, vel modo vtroque: nullus tamen ſecundum perfectam rationem ac plenam proprietatem dici poteſt Ieſus aut Chriſtus, niſi vnigenitus dei homo factus, qui ſolus perfectam animæ, & corporis liberationem nobis promeruit, fecit, ac tribuit, omniúmque diuinorum chariſmatum vnctione pleniſsimè eſt perfuſus: quia non ad menſuram dat deus ſpiritum homini Chriſto. Vnde in pſalmo canitur, Vnxit te deus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Propriè itaque Chriſtus eſt nomen perſonæ in duplici natura ſubſiſtentis, diuinæ videlicet & humanæ: imo tam Ieſus quam Chriſtus ſupponunt æternam & increatam hypoſtaſim verbi, ita vt vera ſint, Ieſus eſt æternus, immenſus, omnipotens: Chriſtus vbique eſt, omnia implet, omnia continet. Hic ergò eſt liber generationis Ieſu Chriſti [*Filij Dauid, filij Abraham,*] id eſt qui ſecundum aſſumptam humanitatem eſt filius Dauid regis, & Abrahæ patriarchæ: iuxta quòd Gabriel apud Lucam diſſeruit virgini benedictæ, Dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius. Et Apoſtolus ad Romanos, Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Secundum Hieronymum, horum duorum duntaxat filius nominatur iam Chriſtus, quia ad hos tantùm de Chriſto facta eſt diuina promiſsio. Ad Dauid etenim dictum eſt, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Ad Abraham autem, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Sed huic obuiare videtur, quòd in Geneſi
D hæc eadem promiſsio legitur Iſaac facta, ad quem inter cætera conteſtatus eſt dominus, Multiplicabo ſemen tuum, Et, Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Imò & Iacob patriarchæ in Geneſi legitur dominus hoc ipſum promiſiſſe. Præterea Iacob quoque patriarchá manifeſtè prædixit Iudæ, quod de ſemine eius naſceretur Chriſtus, expectatio gentium. Arbitror ergo idcirco Chriſtum potiſsimum dici filium Dauid & Abrahæ, quoniam cæteris principaliores, & fortè ſanctiores fuerunt. Dauid nanque regum, Abraham verò patriarcharum maximus fuit. Sed cum per Eſaiam de Chriſto prædictum ſit, Generationem eius quis enarrabit? quid eſt quod Matthæus & Lucas Chriſti generationem deſcribunt? Ad hoc Hieronymus, Chryſoſtomúſque reſpondent, quod Eſaias de diuina Chriſti generatione loquatur, Euangeliſtæ autem de generatione humana. quamuis autem hoc verum ſit, quantùm ad hoc quod diuina Chriſti generatio præcipuè inenarrabilis eſt, quæ ſecundum Dionyſium poſuit tenebras latibulum ſuum: nihilominus verbum Eſaiæ iam introductum, de humana quoque Chriſti generatione intelligi poteſt: quemadmodum Leo papa vbertim fatetur. Quis enim viator concipere, comprehendere, aut eloqui valeat, quomodo virgo æternam perſonam, verum & incommutabilem deum concipiat, quomodo de clauſo vtero eius Chriſtus procedat, quod ſine penetratione dimenſionum, omnem rationem excedente, non potuit fieri: imò vt aliqui probabiliter aſtruunt, verbum Eſaiæ iam allegatum ad literam intelligendum eſt: nec de diuina, nec de

Hierony. Chryſoſt. Michęæ.5. Num.10. Ioan.1. Exod.33. Num.12. Ioſue.3. 1.Reg.6. 4.Reg. 23. 1.Mach. 1. Agg.1.2. Ioan.3. Pſalm. 44. Hebr.2. Lucæ.1. Roma.1. Hierony. Pſalm. 131. Gene. 22. Geneſi.28. Gene. 49. Eſaiæ. 53. Hierony. Chryſoſt. Pſal.17. Eſaiæ. 13. Leo papa.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

humana, ſed de ſpirituali Chriſti generatione, qua homines ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcuntur in E
Ioan.3. Chriſto: & per Apoſtolorum prædicationem, cæleſtiſque gratiæ infuſionem ad ipſum cõuerſi ſunt.
Eſaiæ. 53. Prædictis enim verbis Eſaias adiecit, Quia abſciſus eſt de terra viuentium, id eſt Chriſtus per mortem ablatus eſt à conſortio hominum in mundo viuentium. Hæc verò abſciſio non eſt cauſa inenarrabilitatis diuinæ vel humanæ generationis Chriſti, ſed generationis eius ſpiritualis: cum hoc ſit valdè mirabile, quòd in hominem crucifixum totus penè crediderit mundus. Quamuis itaque quælibet harum trium Chriſti generationum inenarrabilis ſit, ita quòd perfectè comprehendi, recitariſque ne-
1.Cor.1. quit, ſingulæ tamen aliqualiter deſcribuntur. De diuina ſiquidem generatione ait Chriſtus ſapientia
Prouer.8. dei, Nec dum erant abyſsi, & ego iam concepta eram: ante colles ego parturiebar. In Eccleſiaſtico
Eccleſi. 24 quoque, Ego ex ore altiſsimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Vnde in Sapien. lib. legi-
Sapien.7. tur, Vapor eſt virtutis dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei ſyncera. Candor eſt enim
Act.2.3.5.9 lucis æternæ. Spiritualis autem generatio Chriſti, iam dicta in Actibus Apoſtolorum, cæteriſque le-
Gene. 21. gendis ſanctorum deſcribitur. [*Abraham autem genuit Iſaac*] ſupernaturaliter de Sara nonagenaria
Lucæ.3. naturaliter ſterili, quando & ipſe ferè centenarius erat. De Iſmahele autem primogenito Abrahæ
Gene.11.17 non fit mentio, ſicut nec de cæteris filiis Abrahæ: quia ex eorum ſemine non prodiit Chriſtus. Nec
Geneſi.16. myſtica ratio compulit eos commemorari, ſicut inferius commemorantur fratres Iudæ & Iechoniæ,
de quibus tamen non eſt natus ſaluator. Iſte eſt Abraham, quem deus per Eſaiam appellat amicum,
Gene.15. qui fuit perfectæ obedientiæ forma, fideique ac ſpei exemplum. Vnde in Geneſi dominus ait ad F
Gene.21. eum, Ego protector tuus, & merces magna nimis: cuius preconia in Geneſi deſcribuntur. Quo-
Galat.3. niam ergo ex Iſaac natus eſt Chriſtus, dictum eſt Abrahæ in eodem Geneſis lib. In Iſaac vocabitur
tibi ſemen. Apoſtolus quoque ad Galatas dicit, Iſmahelem natum ſecundum carnem: Iſaac autem
ſecundum ſpiritum, id eſt ſecundum ſpiritus ſancti promiſsionem & operationem, ac typicam Chri
Gene.21. ſti præfigurationem. In multis ſiquidem erat figura Chriſti, videlicet quia diuinitus promiſſus, ſu-
Gene.22. pernaturaliter conceptus ac genitus: & quia ad ſui ipſius immolationem ſigna portauit, ſicut &
Matth. 27. Chriſtus baiulans ſibi crucem exiuit ad paſsionem. Iſaac quoque interpretatur riſus ſeu gaudium.
Gene.21. Nam eo nato Sara mater eius, Riſum (inquit) fecit mihi dominus, omnis qui audierit corridebit mi-
Lucæ.2. hi. Quis autem eſt ſpiritualis riſus & gaudium electorum, deſideratúſque gentium, niſi is de quo
Gene.17. angelus paſtoribus, Ecce (ait) annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus. Spiritualiter per Abraham (qui interpretatur pa-
Gene.25. ter multarum gentium) intelligitur quilibet virtuoſus, qui eſt principium multarum operationum
Auguſtin. bonarum. Talis generat Iſaac, id eſt ſpiritualem habet lætitiam, quoniam actibus virtuoſis ſyn-
Malachi. cera delectatio eſt annexa. [*Iſaac autem genuit Iacob*] qui erat vir ſimplex, in tabernaculis habitans:
Gene.31. de quo Auguſtinus ſentire videtur, quòd fuerit in vtero ſanctificatus. Vnde & apud Malachiam
Gene.35. prophetam loquitur dominus, Nonne frater erat Iacob Eſau? Et, Iacob dilexi, Eſau autem odio ha- G
Gene.49. bui. Hic Iacob angelorum viſionibus frequenter potitus eſt, qui ab angelo dictus eſt Iſraël. Porrò
quàm præclariſsimus propheta extiterit, quanque ſanctiſsimum vitæ finem habuerit, ex Geneſi elu-
Gregor. ceſcit. Spiritualiter Iſaac, id eſt gaudium in domino generat, Iacob, id eſt vitiorum ſupplantatorem.
Gene.9.30 Qui enim delectatur in domino & actibus ſanctis, vitiis fortiter reluctatur, alios ad vitiorum eradicationem inducit. ſecundum quod dicitur, Guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro. [*Iacob autem genuit Iudam & fratres eius*] vndecim patriarchas, videlicet Ruben, Symeon, Leui, Iſachar, Zabulon, hi
Gene. 49. ſex de Lya exorti ſunt: Ioſeph quoque & Beniamin ex Rachaele. Dan verò & Neptalim ex Bala:
Pſalm.33. Gad autem & Aſar ex Zelpha. Iacob pater duodecim patriarcharum, figura eſt Chriſti patris duo-
Pſal.9.110. decim Apoſtolorum. Iudas autem interpretatur confeſsio. Qui ergo ſpiritualiter Iacob eſt, vitia ſup-
Eccleſi. 15. plantando, generat Iudam, id eſt confeſsionem laudis diuinæ. dicens cum Pſalmiſta, Benedicam do-
1.Parali. 5. minum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Itémque, Confitebor tibi domine in toto
Gene.38. corde meo. Talis quippe dignus eſt deum laudare, cum non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris. De hoc
Iudę ſcriptum eſt in libro Paralipomenon, Iudas fortiſsimus erat inter frater ſuos. [*Iudas autem genuit*
Hierony. *Phares & Zaram de Thamar*] nuru ſua. Cui cum Iudas dare nollet filium ſuum in maritum, vt ſuſcitaret
ſemen fratrum ſuorum maritorum Thamar, ſine liberis defunctorum, illa prolem habere deſide-
rans, mutato habitu ſedit in via qua nouerat Iudam iturum: qui putans eam eſſe ſcortum concubuit H
cum ea, concepítque & peperit filios duos iam nominatos.

¶ Hoc loco dicit Hieronymus, in genealogia ſaluatoris nullam ſanctarum aſſumi fœminarum, ſed eas quas ſcriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus naſcens omnium peccata deleret. contra quod dictum Lyra argumentatur, quia inferius virgo Maria (quæ erat ſanc-
Matth.1. tiſsima) ponitur. Hieronymus aſſerit etiam, tres Reges propter iniquitatem patris eorum omiſſos, ne in ſanctæ natiuitatis ordine ponerentur. Non ergo hæ mulieres ponuntur hoc loco quoniam peccatrices. Certum eſt autem, quod harum obiectionum prima non ſit contra mentem Hieronymi, ſicut nec illa qua aliquis dicere poſſet contra verba Hieronymi, quibus ait quòd Matthæus nominat Chriſtum filium Dauid, & Abrahæ tantùm. Poſſet enim quis obiicere, quòd etiam nominat eum filium Mariæ. De ſecunda obiectione dubium eſſe poteſt, quid Hieronymus ſenſerit: non autem opinor eum ſenſiſſe, quòd hæ quatuor mulieres quas appellat non ſanctas, ſed peccatrices, videlicet Thamar, Raab, Ruth & Berſabee, ſint in vitiis conſummatæ ſeu condemnatæ. Vn
Ambroſi. de Ambroſius eas multum excuſat, etiam ipſam Thamar, quæ inexcuſabilior eſſe videtur, quaſi rea
Dionyſi. incæſti. Sed quoniam (teſte Dionyſio) ſanctum dicitur quaſi immaculatum, Hieronymus vocat eas non ſanctas & peccatrices, eo quòd aliqua reprehenſibilia commiſerint, de quibus pœnituiſſe cre

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A duntur. Fuerant ergo peccatrices, eo modo quo de Maria Magdalena iam pœnitente in euangelio legitur, Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Simonis, &c. De virtutibus autem earum statim dicetur. Bona est igitur ratio sancti Hieronymi, quòd hæ fœminæ peccatrices in genealogia Christi ponuntur, propter exemplum sperandæ salutis, & propter spem excitandam: non solùm inquantùm peccatrices, sed inquantùm peccatrices pœnitentes, vt dum audimus sanctum sanctorum de peccatricibus mediatè natum, nullatenus desperemus, sed peccatricum illarum pœnitentiam imitemur. Interea quod regibus illis omissis obiicitur, non est contra intellectum Hieronymi. Non enim dicit eos duntaxat omissos, quia iniusti fuerunt: nam simili ratione Roboam, Achaz, Amon, & alij quidam omissi fuissent: sed propter commixtionem patris eorum, videlicet Ioram regis Iuda, cum filia impiissima Iezabel muliere gentili, atque idololatra, vnde propter labem gentilitatis omissi sunt. Sícque opposita ratio est de omissione regum istorum & prædictarum mulierum, eo quod Raab & Ruth gentilitate relicta ad Iudaismum conuersæ sunt. Ioram verò legitimo thoro contempto, acceperit vxorem gentilem in gentilitate manentem. [*Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson.*] Hic Phares cum patre suo Iuda Aegyptum ingressus est, in qua genuit Esrom. Esrom quoque in Aegypto genuit Aram, & ille Aminadab. Sed & Aminadab in Aegypto genuit Naasson, quorum vtérque egressus est Aegyptum cum Mosæ. Dicunt quoque Hebræi quod mari rubro diuiso, & Mose il

B lud ingresso, cum cæteræ tribus formidarent eum sequi, Aminadab cum tribu Iuda, in qua principalior fuit, primo sequutus est Mosen: quo viso, aliæ tribus sequutæ sunt. Vnde per hoc dicunt tribum Iuda meruisse principatum & regnum. Potius tamen tenendum est, quòd tribus hæc sine suo meritò ad regnum electa, atque promota est, propter reuerantiam Christi, qui de ea incarnari elegit [*Naasson autem genuit Salmon.*] Iste Naasson fuit princeps tribus Iudæ: cuius sororem nomine Elizabeth, accepit Aaron in vxorem. qui etiam Naasson fuit vnus duodecim principum, quem dominus iussit in patibulis poni, propter peccata filiorum Israël cum filiabus & idolis Madianitarum fornicantium [*Salmon autem genuit Booz de Raab.*] Salmon iste cum Iosue terram Chanaan introiuit. Non enim numeratus fuit in prima numeratione inter filios Israël, Accepit autem Raab meretricem in coniugem, gignens ex ea Booz. Quamuis enim filiis Israël esset prohibitum, inire coniugium cum mulieribus alienígenis, maximè Chananæis, hoc tamen intelligendum fuit de mulieribus in infidelitate durantibus. sed quando conuersæ erant ad Iudaismum, & notabiliter virtuosè viuebant, poterant in matrimoniũ recipi. Talem autem fuisse hanc Raab constat ex libro Iosue, Recepit enim, abscondidit, atque dimisit exploratores missos à Iosue, & omnipotentiã dei Israël confitebatur: deinde gentilitate contempta, cum omni sua progenie apposita est ad filios Israël. Vnde propter hanc fidem, veritatem, atque iusti-

C tiam, meruit à viro nobili in coniugem recepi, scilicet à filio Naasson. Quidam tamen asserit hãc Raab non fuisse meretricem, quamuis sic nominetur: sicut frequẽter aliquis pauper dicitur dux, qui non est dux. Dicit enim in Hebræo haberi, mulierem hospitatricem, vbi nostra translatio continet, mulierem meretricem. Non videtur etiam verisimile, quòd Salmon potentissimus penè & maximus in tribu Iuda, recepisset meretricem in coniugem. Sed hoc dictum non cõsonat communib⁹ dictis sanctorũ, qui asserunt Raab meretricem fuisse. Tale quoque agnomen nõ fit communiter in eodẽ casu, nec tam turpe agnomen conueniisset mulieri honestæ. Idcirco meretrix non videtur fuisse dũtaxat agnomen fœminæ huius. Sed nec probabile arbitror, q̃ beatus Hierony. in lingua Hebræa tam eruditus, loco hospitatricis transtulisset meretricẽ. imò potius æstimo q̃ nomẽ hebraicũ sit æquiuocum, ad hospitatricẽ & meretricem. Sic enim frequẽter inuenio, q̃ Lyra dicit aliter haberi in hebræo, quàm nostra habeat translatio. Tamen in libris Hieronymi inuenio, quòd sermo hebraicus sit æquiuocus, possítque diuersimode interpretari. Vnde Hieronymus significationem conuenientiorem accepit, & ita nõ propriè habetur in Hebræo aliter quàm Hieronymus transtulit.

¶ Denique quod arguitur non esse probabile, Salmon accepisse meretricem in coniugem: Respondendum est secundum Chrysostomum, quòd propter virtutes eius accepit eam post iuam emenda-

D tionem, quando etiam magna & sublimata fueratin populo Israël. Est quoque consuetudo scripturę, vt mulieres incontinentes & lubricæ, meretrices vocentur, quamuis non sint publicum scortum. Vnde ad saluandum quòd Raab fuerit meretrix, non oportet opinari, quòd omnibus se exposuit [*Booz autem genuit Obeth ex Ruth.*] Ista est Ruth Moabitis, quæ (vt legitur in libro Ruth) venit cum Noemo à terra Moab in terram Iuda, quam Booz accepit in coniugem, eo quòd esset propinquus priori marito Ruth, filio Noemi sine prole defuncto. quamuis enim illicitum fuera Israëlitis contrahere cum Moabitis, imò tale matrimonium non erat verum matrimonium, propter disparem cultum personarum: propter quod Esdras abiecit à filiis Israël vxores eorum Moabitidas: nihilominus quando conuersæ fuerunt fœminæ tales ad Iudaismum, & virtuosæ effectæ, recipi poterant, saltem ex dispensatione. Quàm autem virtuosa & fidelissima, humilis atque obediens fuerit Ruth, patet in eius historia. Vnde & Booz dicit ad eam, Scit omnis populus vrbis meæ mulierem te esse virtutis. Quoniam verò inter matrimonium Salmon & Raab, quod fuit tempore Iosue, & matrimoniũ Booz & Ruth, quod fuit tempore Heli, vel circiter tempus trecentorũ annorum transierit, vt potest probari, computando tempora iudicũ intermediorũ: mirum apparet quomodo Salmon genuit Booz maritum Ruth. Ad quod aliqui dicunt, tres fuisse Booz, quorum primus erat filius Salmon, & auus huius Booz: comprehenduntur tamen sub nomine vno. Sed ista responsio ex nulla canonica scriptura authoritatem sortitur: imò vbicunque in nouo & veteri testa. describitur ordo generationis istorum, de vno duntaxat Booz fit mentio. Non tamen pro præsenti occurrit responsio melior, nisi hic

Lucæ.7.
Gene.38. Ruth.4.
2.Parali. 2. Exod.14.
Exod.6. Num.25. Ruth.4. Ios.13.14. Num.1. Ruth.3.4.
Ios ue.2.
Hierony.
Chrysost.
Ruth.2. Ruth.4. Deute.23. Noemi.13.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Booz dicatur tempore tam longo vixiſſe. Erat autem hic Booz homo magnarum opum, vir bonus E
& iuſtus. [*Obet autem genuit Ieſſe*] Ieſſe trinomius fuit. dictus eſt enim Iſai & Naas: vnde ſecundò re-
gum habetur, quod Amaſa fuit filius Iether Iſmahelitis, qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas, ſoro
rem Saruiæ, quæ fuit ſoror Dauid, & mater Ioab. Naas ergo erat pater dauid atque Saruiæ. Et quia
Matthæus loquitur iam de Iſai, ſecundum quod Chriſtus ex eo natus eſt, ideo nominat eũ Ieſſe. quia
ſic appellatur apud Eſaiam, vbi Chriſtus de eo naſciturus aſſeritur. Sic enim habemus, Egredietur vir
Eſaiæ.11. ga de radice Ieſſe. Sic ergo oſtenditur prophetia illa in ipſo completa. De hoc Ieſſe primo Regum in-
ducitur, quòd in diebus Saul erat vir grandeuus & magnus inter viros Iſraël. [*Ieſſe autem genuit Dauid
regem.*] Nominatur ſolus Dauid rex, propter excellentiam gratię ſibi conceſſę, & quoniã nullus præ-
cedentium rex fuit eorum, videlicet qui nunc ante Dauid expreſsi ſunt: & quoniam primꝰ electus eſt
ad regnum tanquam ſtabiliendus in eo. hic Dauid, hõ ſecundum cor dei, penè in oĩbus Chriſti erat fi-
gura. [*Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ,*]. i. ex Berſabee quæ fuerat vxor Vriæ He-
thæi, viri iuſti, qui meritò ſuæ virtutis, hoc loco exprimitur. Genuit autem Dauid ex Berſabee filium
vnum in adulterio, qui & mortuus eſt infans, accepítque eam in coniugem, antequam ex ea genuit Sa
Pſalm.77. lomonem. Porrò quod Berſabee iuſta fuerit, conſtat ex lib. Prouerbiorum, vbi Salomon recitat, quo-
modo à matre ſua inſtructus ſit. Iſte eſt Salomon, qui inclinauit fœmora ſua mulieribus, & dedit ma-
culam in gloria ſua. Reliquit quoque poſt ſe ſtultitiã. i. filium ſtultum, de quo ſubditur, [*Salomon autem* F
genuit Roboam,] propter cuius ſtultam reſponſionẽ, decem tribus omnino receſſerunt à domo Dauid,
conſtituentes ſibi Ieroboam Effratæum in regem. [*Roboam autem genuit Abiam,*] ex filia Abſalonis fra
tris ſui, quã ſecundũ legem habere non potuit, propter cognationis propinquitatẽ. [*Abias autem genuit
Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat*] Magnificentia atq; præconia Aſa & Ioſaphat in lib. Paralip. pleniſsimè
deſcribuntur. Erant nanque plurimum virtuoſi & boni: quibus & maximas victorias, atque diuitias
deus conceſsit. [*Ioſaphat autem genuit Ioram,*] virũ prauiſsimũ, qui Athaliam filiam Achab & Iezabel
ſumpſit in coniugẽ, cuius conſilio plurima mala operatus eſt. [*Ioram autem genuit Oſiam.*] In lib. Regũ
Hierony. fertur ꝙ Ioram genuit: Ochoſiã Ochoſias autẽ genuit Ioas, de quo natus eſt Amaſias, qui genuit O-
Chryſoſt. ſiam qui alio nomine vocatus eſt Azarias, ſub quo Eſaias orſus eſt prophetare. Tres ergo hoc loco re
ges omiſsi ſunt, videlicet Ochozias, Ioas, & Amaſias, cuius ratio vna eſt ſecũdum Hieronymum Hy
larium & Chryſoſtomum, quoniam Ioram accepit filiam Iezabel fœminæ gentilis ac peſsimæ in vxo
rem: idcirco filij eius de iniquo & maledicto ſemine nati, vſque ad quartam generationem tolluntur,
ne in ſanctæ natiuitatis ordine commemorentur, aut collocẽtur. Aliam rationem ponit Hieronymus.
Nam Euangeliſtæ propoſitum erat, tres quaterdenas generationum. i. ter quatuordecim in Chriſti ge
nealogia diſponere, & hoc indiuerſo temporum ſtatu. vt plenius oſtendetur: ita vt à Dauid vſque ad
tranſmigrationem Babylonis eſſet vna quaterdena. Quoniam ergo decem & ſeptem generationes G
inter Dauid & tranſmigrationem fuerunt, hi tres reges conuenientius quàm alij fuerant omittendi,
propter cauſam inductam. Ioram ergo genuit immediatè Ochoſiam mediatè verò Oſiam: qui cũ thu
Hierony. rificare vellet in templo, lepra percuſſus eſt, manſitque leproſus vſque ad mortem. quem conſtat iu-
ſtum fuiſſe, & de ſua præſumptione pœnituiſſe, plagam quoque paternæ correctionis dei patienter
tuliſſe. [*Oſias autem genuit Ioathan,*] qui rexit palatium, patre eius propter lepram habitante ſeorſum.
Hunc Ioathan dicit Hieronymus ſuper Eſaiam, fuiſſe iuſtiſsimum. [*Ioathan autem genuit Achas*] homi-
nem prorſus malignum: cuius idolatria, peruerſitas & infortunia in libro Regum & Paralipomenum
recitantur. [*Achas autem genuit Ezechiam,*] qui tantæ perfectionis & gloriæ extitit, vt de ipſo in libro
Regum legatur, quòd nec ante eum, nec poſt eum aliquis ei ſimilis fuerit. Denique ipſe bona conſci-
entia auſus eſt dicere coram deo, Memento domine quomodo ambulauerim coram te in veritate, &
corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis feci. Ad cuius inſtantiam reuerſus eſt ſol decem li-
Eſaiæ.38. neis, per quas deſcendit in horologio Achaz, ita quòd dies ille prolongata fuit horis viginti. Vnde
Dionyſius in epiſtola ad Polycarpum, affirmat diem illam penè triplicatam fuiſſe. Angelus quoque
percuſsit centumoctogintaquinque milia virorum Aſſyriorum. Cúmque Ezechias ab Eſaia audiſ-
4.Reg.21. ſet ſe moriturum, fleuit vberrime. non ex formidine mortis, nec deſiderio vitæ præſentis, ſed quoni-
am promiſsionem patribus ſuis factam de Chriſti natiuitate ex eis, vidit fruſtrari in ſe (nondum e- H
nim habuit filium) miſertus dominus Ezechiæ prolõgauit vitam eius per quindecim annos [*Ezechias
autem genuit Manaſſen,*] cuius grauiſsima ſcelera in libro Regum & Paralipomenum recoluntur. Ob-
2.Para.33. ſeruauit ſomnia atque auguria, ſeruiuit omni militiæ cœli, repleuítque Hieruſalem ſanguine inno-
Chryſoſt. centum, vſque ad os. Eſaiam quoque patruum ſuum iuſsit lignea ſerra ſecari. Refert Chryſoſtomus,
quòd Exechias ægrotans præſente Eſaia, docere cœpit Manaſſen, quomodo deo ſeruire, legem ſerua
re, & populum gubernare deberet. Dixit autem Eſaias, Verè verba tua non deſcendunt in cor eius, &
ego ab eo occidendus ſum. Quod audiens Ezechias, voluit Manaſſen occidere: Melius (inquiens) mi-
2.Parali.2. hi eſt ſine filio mori, quàm talem relinquere. Eſaias verò tenuit eum, ne illum occideret. Poſtremò
4.Reg.21. Manaſſes propter peccata ſua à rege Aſſyriorum captus, incarceratus, & dire ligatus egit pœniten-
tiam valde, toto corde conuerſus ad deum, & liberatus, ad regnum ſuum reductus eſt. [*Manaſſes au-
tem genuit Amon,*] qui ſequutus eſt peccata patris ſui, non tamen pœnitentiam eius. [*Amon autem
genuit Ioſiam*] virum ſanctiſsimum, qui in pueritia ſua quæſiuit dominum, ſub quo Hieremias or-
Eccle.49. ſus eſt vaticinari. De cuius laude ſcriptum eſt, Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta, opus pig
4.Reg.23. mẽtarij in omni ore quaſi mel indulcorabitur, & vt muſica in cõuiuio vini. Occiſus eſt autẽ à ſagitta-
.2Parali.35. riis Pharaonis Necao regis Aegypti, quẽ Hieremias maximè deplorauit. Huiꝰ Ioſię nomẽ per annos
penè quadringentos diuinitus prænũciatũ fuerat à propheta? qui dixit corã Ieroboã rege Iſraël, Ec-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ce naſcetur domui Iuda filius, Ioſias nomine, &c. [*Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigrationem Babylonis.*] In libro regum legitur, Ioathas filius Ioſiæ immediatè regnaſſe poſt patrem ſuum. qui cum menſibus tribus regnaſſet, captus & in Aegyptum perductus eſt à Pharaone Necao iam expreſſo, qui loco Ioathas conſtituit Eliachim fratrem, Ioathas filium Ioſiæ in regem. Vocauitque eum Ioachim, qui etiam dictus eſt Iechonias, & iſte iam dicitur genitus à Ioſia. Qui cum vndecim annis regnaſſet, obſeſſus & captus eſt à Nabuchodonoſor rege Babylonis, quẽ aliqui dicunt tranſlatum in Babylonem. Certum eſt autem, quòd Nabuchodonoſor eum remiſit in Hieruſalem vt regnaret, accepta ab eo promiſsione, quòd non rebellaret. Vnde ſecundum quoſdam, in via remiſit eum rex Babylonis. Cum autem tribus annis ſeruiuiſſet regi Babylonię, repugnauit, propter quod ab exercitu eius interfectus eſt, proieceruntque eum extra portas Hieruſalem inſepultum: quemadmodum dixerat Hieremias, Sepultura aſini ſepelietur. Quo mortuo, regnauit filius eius pro eo, qui etiam appellatus eſt Ioachim & Iechonias, ſicut pater ipſius, quamuis diuerſis literis ſcribantur. Cum verò & iſte regnaſſet menſib. trib. à rege Babylonis vallatus eſt cernenſque ſe non poſſe reſiſtere, exiuit ad regem qui miſit eum cum matre, vxoribus atque principibus ſuis in Babylonem, & fecit Mathatiam auunculum eius filium Ioſiæ regem pro eo, appellans eum Sedechiam, qui tandem rebellans, captus, excæcatus, & in Babylonem perductus eſt. ſicut Hieremias ei prædixit, Babylonem intrabis, & eam nõ videbis. Sic ergo Ioſias genuit Iechoniam, & fratres eius iam nominatos. in tranſmigrationem Baby

B lonis, id eſt tranſmigratione ſeu tranſlatione Iudæorum in Babylonem iam imminente, quæ poſt generationem iſtorum ſequuta eſt, euolutis annis circiter viginti ſeptem. [*Et poſt tranſmigrationem Babylonis*] id eſt poſtquam Iudæi in Babylonem tranſlati fuerunt, [*Iechonias,*] iſte ſecundus eſt filius prioris Iechoniæ, & nepos Ioſię, [*Genuit Salathiel,*] de quo dicit Chryſoſtomus, Putamus eum ſanctum fuiſſe, & in captiuitate dominum aſsidue exoraſſe, pro liberatione populi ſui. Verum Hilarius & Chryſoſtomus ſentiunt eundem eſſe Iechoniam, qui ante & poſt tranſmigrationem fuit: ſed verum eſt quod ait Hiero. quòd vnus fuerit pater alterius. Si enim idem eſſet non inuenirentur quatuordecim generationes poſt tranſmigrationem vſque ad Chriſtum, cuius contrarium infra habetur. Vnde Hiero. Si voluerimus (inquit) Iechoniam in fine primæ teſſeradecades ponere, hoc eſt vltimo loco ſecundę, ſeu mediæ quaterdenæ, in ſequenti, id eſt in vltima quaterdena, non erunt quatuordecim, ſed tredecim. Sciam⁹ ergo Iechoniã priorem ipſum eſſe, quam & Ioachim, ſecundum aũt filium non patrem. Quorum prior per K, & M, ſequens per Ch, & N, ſcribitur. [*Salathiel autem genuit Zorobabel,*] cuius prœconia in apocryphis Eſdræ narrantur. ad eius quippe petitionem Darius rex Perſarum, dedit Iudæis licentiam redeundi à Babylone in ſua: de quo in Eccleſiaſtico inducitur, quomodo amplificemus Zoro-

C babel. Ipſe enim quaſi ſignum in manu dextera Iſraël. & Apud Aggæum, In die illo dicit dominus, aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, & ponam te quaſi ſignaculum, quoniam te elegi. [*Zorobabel autem genuit Abiud.*] in libro Paralip. legitur Zorobabel genuiſſe Meſollam & alios quoſdam, inter quos non ponitur Abiud. Ad quod reſpondendum, quòd vnus illorum alio nomine appellatus eſt Abiud: vel non omnes filij eius ibi ponuntur. De reliquis generationibus quæ ſequuntur vſque ad Ioſeph, nihil habetur in ſcriptura canonica veteris teſtamenti. Aliqui tamen Iudæi diligenter ſcripſerunt genealogias patrum ſuorum, præſertim ex cathena & ſemine Dauid, de quo nouerant Chriſtum naſciturum, propter quod eius ſcilicet Dauid poſteritatem diligentius deſcripſerunt. [*Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.*] Erat autem autem Ioſeph veraci ter vir Mariæ. Nam inter eos verum extitit matrimonium, quamuis non fuerit conſummatum. De qua Maria, id eſt ex cuius puriſsimis ſanguinibus loco ſeminis à ſpiritu ſancto formatis, natus eſt Ieſus, ſecundum humanam naturam, qui vocatur, & eſt Chriſtus, id eſt deus & homo in vna perſona, duplicique natura. [*Omnes ergo generationes ab Abraham (incluſiuè) vſque ad Dauid,*] incluſiuè, fuerunt [*Generationes quatuordecim, & a Dauid (excluſiuè) vſque ad tranſmigrationem Babylonis,*] videlicet vſque ad pri

D mum Iechoniam incluſiuè, fuerunt [*Generationes quatuordecim,*] loquendo de generationibus hic enumeratis, videlicet omiſsis tribus generationibus prædictis, propter cauſam inductam. [*Et à tranſmigratione Babylonis,*] id eſt à ſecundo Iechonia incluſiuè [*Vſque ad Chriſtum (incluſiuè) fuerunt generationes quatuordecim.*] Ita vt quartadecima generatio in Chriſto compleatur. hoc planum eſt numeranti perſonas præſcriptas.

¶Determinatio dubiorum concernentium locum iſtum. Articulus II

DIfficultam interea facit lectori in primis, quòd beatiſsimi Euangeliſtæ, Mattheus & Lucas, deſcribendo genealogiam Chriſti, in aliquibus diſſonare videntur, & oppoſito modo procedere. Primò itaque dubitatur, quomodo Lucas aſſerat Ioſeph eſſe filium Heli, Matthæus verò affirmat, quòd Ioſeph ſit filius Iacob. Et reſpondendum, quòd Ioſeph fuit filius naturalis ipſius Iacob, filius verò legalis Heli. Mathat enim & Mathan fratres fuerunt, qui ſucceſſiue eandem habuêre vxorem, de qua Mathan genuit Iacob, Mathat verò genuit ex ea Heli, ita quòd Iacob, & Heli fuerunt fratres vterini. Heli verò accepta coniuge, mortuus eſt non relicto ſemine, propter quod Iacob frater eius de præcepto legis, accepit coniugem fratris ſui defuncti, vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo: genuitque ea ex Ioſeph, qui fuit filius Iacob ſecundum naturam, & filios Heli ſecundum legem Moſaicam, quæ præcepit, vt fratre aliquo vxorato ſine liberis mortuo, frater eius, ſeu propinquus vxorem eius acciperet, & filium ex ea natum defuncto aſſcriberet, ne nomen eius deleretur ex Iſraël. Sed tunc dubium occurrit qũo duo fratres poterant eandem habere vxorem, ita ꝙ vnuſquiſq; eorum ex ea propriũ ſemen habebat. Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ quãdo aliquis non habuit niſi vnã pro lẽ ex cõiuge ſua, non reputabatur ſemen relinquere, & ſic propinquus ſeu frater ipſius cũ vxore ſua

Hiere.22. 4.Reg.23. 4.Reg.24. Hiere.22. Chryſoſt. Hierony. 1.Eſdr.3. Eccle.46. Aggæi.2. 1.Para.3. Lucæ.3. Lucæ.10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

contrahere potuit, ac si nullum semen reliquisset. Vnde in Deuteronomio pluraliter dicitur, Si frater E
sine liberis mortuus fuerit, propinquus accipiat eius vxorẽ, &c. Secundò dubitatur, quomodo Mat-
thæus asserat Salathiel filium Iechoniæ, cũ Lucas dicat eum esse filiũ Neri. Dicendum quòd Salathiel
fuerat filius Iechoniæ naturalis, Neri verò legalis vel adoptiuus. Tertiò quæritur, quomodo Zoroba
bel nunc dictus sit filius Salathiel, cum primo Paralipomenon appelletur filius Phalaida. Respondent
1. Parali. 3. aliqui, quòd Salathiel alio nomine nuncupatur Phadaida, sed hoc non videtur, cũ loco præallegato, in
quo filij Iechoniæ describuntur, inter Salathiel & Phadaida alius medius nominetur. Ideo alij dicunt,
quòd Zorobabel filius Salathiel fuit alius ab isto Zorobabel filio Phadaidæ. Quartò principaliter du
bitatur, quomodo Lucas dicat Christum descendisse à Dauid per Nathan, Mathæus per Salomonem.
Ad hoc diuersi diuersimode responderunt. Quidam, ꝙ Nathan iste fuit filius Dauid adoptiuus. non
naturalis. Et horum aliqui dixerunt, quòd fuit Nathen propheta, quem propter suã sanctitatẽ Dauid
adoptauit in filium. Alij, quod fuit filius Sẽma fratris Dauid, quem Nathan Iesse auus eius adoptauit
in filium. defunctóque Iesse, ipse Dauid eũdem sibi filium adoptauit, & hoc dicit magister in hist orijs.
Lyra autem potius sentit, quod fuit Nathan propheta. Quod enim non fuerit filius naturalis Dauid,
probat per hoc, quod Salomon in Prouer. de seipso testatur, Fui tenellus & vnigenitus coram matre
mea, videlicet ex parte matris. Nã quamuis Bersabea habuerit filium de Dauid ante Salomonem, ille
tamen non cõputatur, quoniam ante circũcisionem defunctus est secundũ Hebræos. Sed his obuiat, F
quod in lib. Paralip. manifeste habetur, ꝙ in Hierusalẽ nati sunt Dauid quatuor filij de Bersabea, quo
rum vnus ibidem Nathã vocatur. Nec videtur sufficere, dicatur filius naturalis Bersabeę ex Vria & fi
lius Dauid adoptiuus, vt aliqui dicunt, asserentes, quod tres illic nominati fuerunt filij Vriæ, quos Da
uid adoptauit in filios, dum matrem eorum accepit in coniugem. Si enim sic esset, non propriè dicerẽ
tur nati ipsi Dauid ex Bersabea. Ideo probabilius reor, quòd Nathan fuit verus & naturalis filius Da
uid ex Bersabea, ad quod valet dictum Damasceni lib. 4. vbi declarat beatam virginem descendisse de
Soluitur Dauid per Nathan. Si ergo Nathan non erat naturalis filius Dauid, sed fratris sui, vel alterius: dicere-
obiectio. tur Christus potius descendisse de Iesse per Semma, quàm per Dauid, vel de alio aliquo etiam secun-
Prouer. 4. dum carnem, cum tamen Apostolus dicat eum factum ex semine Dauid secundũ carnẽ, imò secũdum
hoc Christus nõ diceretur præcipuè filius Dauid. Præterea, secundũ Ambrosiũ super Lucã, Christus
secundum carnem veraciter natus est ex semine Nathan. Quod autem allegatur in oppositũ, ex Pro-
uerbiis soluitur. Si dicatur Salomonem notanter dixisse, sui vnigenitus & vnicus, & non sum: hoc e-
nim refert de seipso pro tempore pueritiæ suæ, quando & mater eius docuit eum, sicut subiungit. Po-
tuit autẽ accidere, ꝙ vsque ad illud tempus fuerit vnicus vnigenitus, alijs postmodum natis: quod ta-
men dici non potest, si cum Hieronymo asseratur Salomon. nõ fuisse, nisi vndecim annorum, cum cœ
pit regnare, cuius oppositũ alij satis probabiliter tenent. ¶ Quintò quęritur, cur, Lucas genealogiam G
Christi describat ascendendo. Matthæus descendendo. Respondendum, quod Matthæus principali-
Lucæ. 3. ter loquitur de carnali & naturali Christi generatiõe, secundũ, quod venit ad nos, & carnẽ assumpsit,
ideo à superiori incipit, descẽdendo vsque ad Ioseph & S. Mariã: Lucas verò loquitur de Christi ge-
neratione, prout per eam ad deũ reducimur, & eius filij adoptiui efficimur. Ideo incipit ascendendo à
Ioseph vsque ad Adam. Sed quare nõ sistit in Abrahã, in quo Matthæus exorsus est? Dicẽdum quod
ideo, vt ostẽdat omnes electos in quacũque mundi ætate extiterint, per Christũ ad deũ reductos atq;
saluatos. ¶ Sextò quæritur, cur inter Ioseph & Abrahã multo plures patres ponãtur à Luca, quàm à
Matthæo. Lucas quippe enumerat. 50. Matthæus. 42. Dicẽdum ꝙ Lucas ponit triplices patres, videli-
cet naturales, legales & adoptiuos. Matth. naturales dũtaxat, qui etiã ex certa causa quosdam naturales
patres omisit, sicut ostensum est. Septimò quæritur, quomodo secundũ Ambrosium atq; Hilariũ Lu-
cas genealogiã Christi describere dicitur secundũ gradũ sacerdotalis originis: Mathæus verò secun-
Ambros. dum succesionẽ regalis ꝓpaginis. Ad hoc aliqui respõderunt, ꝙ ideo, quia Matthæus ponit Salomo-
nem, qui fuerat rex, Lucas autẽ Nathan, quẽ dicũt fuisse sacerdotẽ. iuxta illũd, Filij autẽ Dauid sacer-
dotes erãt. Sed hoc nõ videtur sufficere. Nõ enim sic intelligendum est, quòd legales hostias in tẽplo
more sacerdotũ Leuiticorũ offerebãt, & in altari ministrabãt, quia nõ erãt de genere Aaron. sed quia
2. Reg. 8. religiosi, vel (vt alij dicunt) principales & primi ad honores fuerunt. Vnde in Paralipo. scriptum est, H
Filij autem Dauid erant primi ad manum regis. Conuenientius ergo dicendum, quod tribus Iuda &
Leui, seu regia & sacerdotalis principales fuerunt, idcirco frequenter coniuncti fuerunt vinculo ma-
trimoniali, etiam ante Dauid. Nam Aaron vxorem habuit Elizabeth filiam Aminadab de tribu Iu-
da Dauid quoque vt tangit Hilarius coniugium inijt cum tribu sacerdotali, quod secundum eum Sa-
lathiel atque Zorobabel confirmatum fuit ex genere, sicque Nathan & alij quidam à Luca positi, ex
vna parte de tribu sacerdotali fuerunt, quemadmodum & Maria: quod innotescit per hoc, quod Eli-
Lucæ. 1. sabeth vxor Zachariæ, eius cognata ex filiabus Aaron duxit originem, vt in Luca habetur. ¶ Octauò
inquiritur, cur Matthæus has generationes tripartitur, seu in tres quaterdenas partitur. Cum enim
summatim posuisset generationes ab Abraham vsque ad Christum, quadragintaduæ fuerunt, distin
cte loquutus est dicens: Omnes generationes ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim, &c. sicut
Chrysost. in fine præcedentis dicebatur articuli. Respõdet Chrysosto. quoniã status hominũ in Iudæis ter mu
tatus est, generationibus quatuordecim ter cõpletis. Ab Abrahã enim vsque ad Dauid fuerunt sub iu
dicibus. A Dauid vsq; ad trãsmigrationem sub regibus. A transmigratione vsque ad Christũ sub põ
tificibus. Hoc ergo vult demonstrare, ꝙ sicut bis mutatus est hominũ status binis quaterdenis cõple
tis: ita completa quaterdena à trãsmigratione vsque ad Christũ, oportuit hominum statum mutari a
Christo, quẽadmodum factũ est. Post eius nanque aduẽtũ cœpit humanũ genus esse, nõ sub multis iu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dicibus,regibus & pontificibus,ſed ſub vno iudice,rege atque pontifice Chriſto, qui trium illorum ſtatuum,ac perſonarum ſortitus eſt dignitatem. Pater quippe iudicium omne dedit filio. Et ipſe eſt ſacerdos in æternum,ſecundum ordinem Melchiſedech.habetque in veſtimento,& in fœmore ſuo ſcriptum,Rex regum,& dominus dominantium.His verbis Chryſoſto. obiici poſſet, quòd Iudæi ante Dauid habuerunt regem Saulem, & ante Chriſti aduentum, Ioannem Hircanum, itemque Herodem.Ad quod dici poteſt,quòd Saul non fuit aſſumptus ad permanendum in regno. Ioannes quoque Hircanus non diu regnauit,ſicque tempus illud non reputabatur. Herodes verò alienigena fuit. Ioan.5. Pſal.199. Hebr.10.

Nono inquiritur,cur potius Ioſeph,quàm Mariæ origo deſcribitur, cùm tamen propoſitum euangeliſtæ fuerit demonſtrare Chriſtum ex ſemine Dauid natum, qui non de Ioſeph, ſed de Maria natus agnoſcitur. Ad hoc omnium vna reſponſio eſt,conſuetudinem non eſſe diuinæ ſcripturæ, mulierum genealogiam deſcribere.& quoniam euangeliſta docuit Ioſeph iuſtum fuiſſe,ſatis declarauit eum atque Mariam ad eandem tribum ſpectare,cum ſecundum legem quælibet tribus contrahere debuit cũ perſonis propriæ tribus.Sed obiici poteſt quòd cõſequentia iſta non teneat, eò quòd tribus Leuitica cum qualibet tribu contrahere potuit.Ad hoc pro præſenti aliam reſponſionem non video, niſi vt dicatur Euangeliſta id ſuppoſuiſſe, quod omnibus ſuo innotuit tempore: vtpote patrem Mariæ fuiſſe de tribu Iuda & Dauid:vel ſequutum eſſe communem curſum, ſecundum quod vterque coniugum ad eandem tribum ſpectabant.Sed tunc rurſus occurrit, cur non potius origo Ioachim patris Mariæ,

B quam Ioſeph enarretur.Dici poteſt quod ideo, quoniam maior eſt vnitas mariti & coniugis, quam patris & prolis.iuxta quod ſcriptum eſt.Erunt duo in carne vna.&, Relinquet homo patrem & matrem,adhærebit vxori ſuæ. ¶ Denique de ortu & genealogia ſuperlaudabilis benedictæque virginis, Damaſcenus lib.quarto ſic ait,Dauid inter cæteros duos filios habuit,Salomonem & Nathan. Ex cathena itaque Nathan Leui genuit Melchi & Panthera.Panthera genuit Barpãthera,qui genuit Ioachim patrem Mariæ. Ex cathena verò Salomonis Mathan deſcendens,habuit coniugem de qua genuit Iacob.Mathan autem defuncto, Melchi duxit vxorem, videlicet matrem Iacob, de qua genuit Heli fratrem vterinum ipſius Iacob.Heli verò ſine liberis mortuo, frater eius Iacob duxit eius vxorem, de qua genuit Ioſeph. Ioachim inſuper nupſit Annæ matri Mariæ. Soror verò Annæ nomine Hiſmeria genuit Elizabet,quæ genuit Ioannem Baptiſtam. 1.Cor.7. Damaſce. Lucæ.1.

¶ Proſequutio expoſitionis huius capituli,ab eo loco quo dicitur,
[*Chriſti autem generatio ſic erat.*] Articul. III.

C DEſcripta conſuetà ac naturali generatione patrũ, nunc noua & ſupernaturalis generatio Chriſti deſcribitur. [*Chriſti autem generatio ſic erat.*] tanquam dicat: prædicti ſolito modo generati ſunt,ſicut prædixi, per ſeminis deſcenſionem.Chriſti autem generatio ſingulari modo & ordine facta eſt.quemadmodum ſubditur. [*Cum eſſet deſponſata,*] id eſt promiſſa, vel in matrimonium tradita [*Maria mater Ieſu, Ioſeph*] id eſt viro ſic dicto, de eiuſdem Mariæ cognatione exorto: qui ſecundum Hieronymum cogebatur eam accipere vt propinquam, [*Antequam conuenirent*] ad cohabitandum (vt aliqui dicunt) vel ad carnalem coniunctionem ſecundum alios, ad quam nec poſtea conuenerunt, [*Inuenta eſt*] Maria à Ioſeph eius diligenti cuſtode ac ſponſo, [*In vtero habens*] id eſt filio imprægnata, [*De ſpiritu ſancto*] id eſt virtute & operatione ſpiritus ſancti, qui ex puriſſimis virginis ſanctæ ſanguinibus corpus Chriſti formauit, organizauit, & anima rationali decorauit: quæ omnia facta ſunt in inſtanti à tota ſuperbeatiſſima trinitate, quamuis aſcribantur & approprientur ſpiritui ſancto,eo quòd ad miſericordiam bonitatemque dei pertineat, tanquam effectus in effabilis clementiæ dei. Clementia autem & bonitas appropriantur ſpiritui ſancto.De deſponſatione autem & conuentione Mariæ & Ioſeph multa leguntur, quæ pro magna parte apocrypha ſunt: idcirco talia prætermitto. Cur autem vnigenitus dei de virgine deſponſata naſci voluit, potius quàm de non deſponſata,multę rationes traduntur. Prima ſecundum beatum Ignatium martyrem,vt partus virginis lateret diabolũ.Dicit tamẽ Thomas,& alij multi,quòd ſi deus permiſiſſet,diabolus aliũde bene perpendiſſet Mariam eſſe virginem,non obſtante eius diſpenſatione. Poterat enim ſua na-

D turali induſtria faciliter percipere,quòd corpore integra fuit. Secunda ratio, Ne virgo ſanctiſſima à Iudæis reputaretur adultera:maluitque Chriſtus Iudęos de ſuo ortu ambigere,quàm de matris pudore peruerſe ſentire.Tertia,ne Iudæi occaſionem haberent abiiciendi Chriſtum quaſi de fornicaria natum.Quarta,vt virgo beata haberet caſti viri ſolatium,atque obſequium,& Chriſto nutritium, Alias plurimas cauſas aſsignant doctores,quæ ſatis notæ videntur.Denique cõuentionem prædictam Hieronymus accipit de conuentione concubitus.Dicit enim quòd nec poſtea conuenerunt.[*Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere*] id eſt Iudæis quaſi adulteram tradere, ſeu puniendam exponere,vel publicè accuſare,[*Voluit occulte dimittere eam.*] Secundum Hieronymum & Bernardum,ſanctus Ioſeph certus fuit de caſtitate Mariæ.Si enim cognouiſſet eam fuiſſe adulteram, & non traduxiſſet eam,fuiſſet iniuſtus.quia ſecundum legem non ſolùm actor ſceleris,ſed & conſcius eius obnoxius eſt peccato,ſi taceat.Dum ergo Euang.affirmat Ioſeph iuſtum fuiſſe, atque ob id Mariam non traduxiſſe,innuit quod de caſtimonia ſponſæ ſuæ non dubitauit. Et ſi Chriſtus noluit Iudæos de ſuæ matris pudore,ſiniſtrum quid ſuſpicari,probabile eſt quòd non permiſit iuſtum Ioſeph de tanta virgine adulterium opinari.Sed cur tunc voluit eam occultè dimittere? Ideo, quoniam ſe reputauit cohabitatione,præſentiaque Marię indignum.quamobrem & Petrus repulit Chriſtum,dicendo,Exi à me domine,quia homo peccator ſum. Et Centurio,Domine,nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ. Chryſoſtomus verò teſtatur,q; Ioſeph deſpõſata ſibi virgine,accepit eã in domũ ſuam.vbi cũ angelus Gabriel ignorante Ioſeph,virgini cõceptionẽ filij dei nũciaſſet,& iam ipſa cõcepiſſet,ſuamq; cognatam Hierony. Hierony. Hierony. Bernard. Lucæ.5. Matth.8. Chriſoſt. Lucæ.1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Elizabet concepiſſe audiſſet, mox ſurgens accepta à ſponſo ſuo licentia, abiit & viſitauit Elizabeth, E
vt ei cõgratularetur, obſequeretur, & ex Chriſti preſentia magnus profect⁹ accreſceret tam ipſi Eliſa
beth quàm eius infanti. Reuerſa autẽ Maria poſt triũ menſium ſpatia, videns Ioſeph eam iam impre-
gnatã, prima facie ſuſpicatus eſt malũ de ea, excuſationẽ verò ab ea recepta, attẽta etiam ſanctitate ſuæ
conuerſationis, ambiguus fuit quid finaliter de ea ſentiret. Idcirco voluit eã occulte dimittere, ne vel
Chryſoſt. innocentẽ traduceret, vel adulteræ cõſentiret. Verba Chryſoſtomi, quę in diuerſis locis de hac mate-
ria introducit, intelligenda ſunt ſapienter, quoniã ſibiinuicẽ contrariari videntur. Alicubi enim ait, ꝙ
Ioſeph putauit eam adulterã: alibi verò dicit, quòd inæſtimabilis laus Mariæ; magis credebat Ioſeph
caſtitati eius, quàm ventri eius, & magis gratiæ q̃ naturæ. Cõceptionem manifeſtè videbat, & forni-
cationẽ ſuſpicari nõ poterat: poſsibili⁹ credidit mulierẽ ſine viro poſſe concipere, quàm Mariã poſſe
peccare. Quod ergo dicit Ioſeph putaſſe Mariã fuiſſe adulterã, referendum eſt ad tempus quo primo
vidit eã prole fœcundã. Quòd verò dicit eum nõ potuiſſe fornicationẽ de ea ſuſpicari, referendũ eſt
ad tempus excuſationis receptę & ſanctitatis penſatæ. Dubium enim non eſt quin interior gratia, ſan
ctitas caſtitaſque Mariæ mirabiliter ac potenter refulſit, nõ ſolũ in eius vultu, ſed in toto corporis ge-
ſtu & apparatu, intantũ, quòd qui eius conuerſationẽ diligenter aduertit, fornicationẽ aut crimen ali-
quod de ea ſuſpicari non potuit. Preterea, aliqui aſſerunt quòd Ioſeph profectus eſt cum Maria ad vi F
ſitandum Eliſabeth, tanquã obſequioſus ac diligens cõmiſſæ ſibi virginis cuſtos. Aliqui etiam dicunt
quòd Ioſeph nondum accepit Mariam in domũ ſuam, ſed quod deſpõſatione peracta, ipſe deſcẽdit in
propriã domũ, quaſi nuptiis neceſſaria præparaturus: Maria verò interim fuit in domo parentũ ſuo-
rum. Cũque reuerſa fuiſſet ab Eliſabeth, cernens eã Ioſeph grauidã, noluit eã in domũ ſuam recipere.
Quid horum ſit verius ignoratur. [*Hæc autem eo (videlicet Ioſeph) cogitante*] vtpote ꝙ Mariam occul-
te dimitteret. [*Ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph*] id eſt ipſi Ioſeph dormienti. Apparuit autem
ei apparitione viſionis imaginariæ, & hoc tẽpore ſomni, in quo reuelationes diuinæ atque prophetica
ſolent fieri. quia tũc anima aptior eſt ad taliũ receptionẽ, propter exteriorũ ſenſuum clauſurã, & à
ſenſibiliũ perceptione vacantia, & preſertim ꝓpter imaginationis ampliorẽ quietẽ. propter quod dici
tur, Per ſomnũ in viſione nocturna aperit aures virorũ, & inſtruit eos. Apparuit ergo Ioſeph, [*dicens,
Ioſeph fili Dauid*] non ſolùm carnis propagine, ſed fidei atque iuſtitiæ imitatione: vnde ad commen-
dandam iuſtitiam Ioſeph, nominat eum filiũ Dauid. [*Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*]. i. auda
Iob. 33. cter eam recipias ad cohabitandum, nec aliquid mali ſuſpiceris de illa. [*Quod enim in ea natum eſt*] id eſt
proles quam habet in vtero, [*De ſpiritu ſancto eſt*] hoc eſt, virtute & operatione ſpiritus ſancti concepta
eſt, non humano ſemine, ſed deifico lumine ſine virginitatis iniuria. Cur non potius ait Euangeliſta
quod in ea conceptũ eſt, q̃ ꝙ in ea natũ eſt? Reſpondendum, quod natiuitas ſeu generatio eſt produ-
ctio ſeu acquiſitio eſſe ſubſtantialis. Res ergo tunc naſcitur, cum formam ſubſtantialẽ ſortitur. Hanc
autem proles recipit primũ in vtero matris, ideo prima eſt natiuitas in vtero, deinde ex vtero cũ fœ- G
tus ſeparatur à matre, incipitque apparere, & in ſe perfectè ſubſiſtere. Quamdiu nẽpe manet in vtero,
eſt quaſi aliquid matris, quemadmodũ pomum eſt aliquid arboris. Alia ratio eſt, ad inſinuãdũ, quod
conceptio Chriſti non fuit ſucceſsiua ac naturalis, procedens ab imperfecto ad perfectum, ſed inſtan
tanea & ſupernaturalis, ita quod in eodem inſtanti completa eſt corporis Chriſti organizatio ac ani-
matio. Ideo dicit, [*Quod in ea natum eſt.*] Quoniam puer quem concepit à primo conceptionis ſuæ in-
ſtanti, fuit homo perfectus, imò & vir non corporis quantitate, ſed animæ perfectione. Vnde Hiere-
Eſaiæ. 1. mias dicit, Nouum creabit dominus ſuper terram, mulier circundabit virum. [*Pariet autem filium.*] De
quo Eſaias, Puer (inquit) natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: [*Et vocabis*] in die circunciſionis, quã
do Iudæi nomina pueris imponebant, [*Nomen eius*] nominatum, id eſt ipſummet puerum [*Ieſum*] id eſt
nomine tali: vel vocabis. i. vocãdo dices, nomẽ eius nominãs eſſe Ieſum. i. ꝙ nomẽ pueri ſit Ieſus. Cur
autem ita vocandus ſit, ſubditur, [*Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum*] id eſt omnes electos peccato ob
noxios [*A peccatis eorum*] originali & actuali. Chriſtus enim meritò ſuæ incarnationis, ſanctiſsimæ cõ
uerſationis atq; diriſsimæ paſsionis, liberauit genus humanũ ab omni peccato ſufficienter, quantùm
in ſe eſt, ſolos autem electos ſaluauit efficiẽter. Oportet tamen, vt meritum Chriſti, ſeu virtus paſsio-
nis eius nobis applicetur, per ſacramẽta eccleſiæ ſeu fidẽ & charitatẽ, ad hoc quod liberemur à Chri- H
ſto. Ieſus autem interpretatur ſaluator aut ſalutaris. cõſuetudo verò Iudeorũ fuit, rebus imponere no
mina ab aliqua proprietate, quemadmodum Eſaias dicit, Puer iſte qui ſpoliauit infernum, vocatur
velociter ſpolia detrahe, cito prædare. Conuenienter ergo filius virginis, ſalus mundi dictus eſt
Ieſus. In cuius figura Ioſue & filius Ioſedech ſacerdos magnus dicti ſunt Ieſus. Quæritur, quomodo
ſecundum Matthæum angelus vocet nomen filii huius Ieſum, poſt eius conceptionem, cum Lucas di
cat, Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab angelo, priuſquam in vtero conciperetur.
Dicendum, quod Lucas loquitur de vocatione angeli ad Mariam, cum dixit, Ecce concipies in vte-
ro, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. [*Hoc autem totum factum eſt.*] Scilicet quòd vir-
go de ſpiritu ſancto concepit, quòd ſaluatorem peperit, quòd nomen pueri vocatum eſt Ieſus, [*vt
adimpleretur quod dictum eſt a domino per prophetam Eſaiam, dicentem, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet
Lucæ. 1. filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum (id eſt expoſitum) nobiſcum deus,*] id eſt per hoc nomen Emanuel deſignatur, quod puer iſte ſit deus nobis per noſtræ naturæ aſſum-
ptionem vnitus, & per humanæ vitæ conuerſationem coniunctus: iuxta illud Baruch, Poſt hæc in
terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Vnde apud Eſaiam teſtatur, Propter hoc ſciet
populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Allegat autem Euan
geliſta potius ſenſum quàm verba Eſaiæ. Sic enim ait Propheta, Ecce virgo concipiet. Porrò per hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quod filius virginis appellatur Ieſus, quia ſaluat à peccatis, & Emanuel, quia nobiſcum deus, declaratur duplex natura, puta diuina & humana, in vna Chriſti perſona. Nullus enim niſi deus à peccatis valet ſaluare. Et nobiſcum deus, eſt deus & homo. Arguunt autem Iudæi hoc loco aduerſum nos, aſſerentes Euangeliſtam noſtrum mendaciter allegaſſe ſcripturam propheticam. Eſaias nanque ſecundum hebraicam veritatem ſic ait, Ecce adoleſcentula, concipiet & pariet. Adoleſcentula autem eſt nomen commune virgini & corruptę. Reſpondendum ſecundũ beatum Hieronymum, quòd in hebręo pro eo quod euangeliſta dixit, Ecce virgo, ita habetur, Ecce alma. Alma autem duo ſignificat, ſcilicet adoleſcentulam, & abſconditam, núncque accipitur pro abſcondita, id eſt pro puella abſcondita, ſeu diligenter cuſtodita, aſpectibúſque virorum ſubtracta, intantùm ut de eius integritate dubitari non poſsit. Talis autem extitit ſancta Maria, quæ vſque ad tempus ſuæ deſpõſationis manſit, dominóque ſeruiuit in templo. Vnde Matthæus ſpiritu ſancto repletus, mentem Eſaiæ certiſsimè ſciens, allegauit ſenſum magis quàm verba. De hoc plenius dixi in expoſitione Eſaiæ proprio loco. De natiuitate autem Chriſti ex virgine Pſalmiſta fatetur, Deſcendit ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Et in Zacharia diſſeruit dominus, Ecce ego adducam ſeruum meum orientem, videlicet Chriſtũm, & cælabo ſculpturam eius, id eſt corpus eius in vtero virginis ſupernaturaliter prępparabo. Pſalm. 71.

B Hoc idem in Eſaia pulchrè legitur prophetatum, cum de Chriſto illic inducitur, Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Quemadmodum enim virgultum oritur de terra non ab hominibus culta, ſed cæleſti influentia fœcundata: ſic Chriſtus de matre non ab hominibus tacta, ſed diuinitus imprægnata. Quemadmodum etiam radix de terra ſitienti, id eſt ſicca, non compluta, pullulat: ſic Chriſtus matre non virili ſemine imprægnata proceſsit. Circa hæc quæritur, cur dicat Euangeliſta, Hoc totum factum eſt, vt impleretur &c. & non potius hoc totum prædictum fuit, quia ſic fuit agendum. Non enim ideo factum eſt quia prædictum, ſed ideo prædictum quia ſic erat futurum. Et reſpondendum, quòd in talibus ſermonibus, hoc quod dicitur, vt, tenetur non cauſaliter, ſed concomitanter, vt ſit ſenſus: hoc factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, id eſt ideo eſt prædictum, quia ſic fuit futurum. & hoc etiam dicit Albertus in libro de laudibus virginis gloriоſæ. Eſaiæ. 35.

[*Exurgens autem Ioſeph a ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus domini. Et accepit coniugem ſuam*] quam decreuit dimittere. Accepit autem eam vel ad cohabitandum & obſequendum, ſecundum eos qui aſſerunt, quòd nondum ſuſcepit eam in propriam domum: vel ad permanendum cum ea ex animo, ſecundum eos qui dicunt, quòd iam ante in domum ſuam eam accepit. Vnde Chryſoſtomus, Non in domo accepit eam: nondum enim de domo dimiſerat eam, ſed de animo ſuo diſpoſuerat eam, & iterum in animum ſuum recepit eam. Itaque eam accepit, tanquam de cætero iugiter permanſurus cum ea ſine ſuſpitione, cum ingenti humilitate, puritate, ac reuerentia, miniſtrando ei in omnibus velut dignisſimæ genetrici creatoris ſaluatoríſque ſui. [*Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum.*]

C Hoc Chryſoſtomus de intellectuali cognitione ſatis ſubtiliter veracitérque exponit. Nam ante virginis partum ipſe Ioſeph perfectè non ſciuit quantæ dignitatis & gloriæ eſſet hæc virgo. Poſt partum verò ipſius, plenius eius excellentiam nouit. quia ex tunc in animo Ioſeph facta eſt ſpecioſior atque præſtantior quàm totus mundus. Quidam exponunt de cognitione ſenſitiua, dicentes, quòd Chriſto in vtero virginis conſiſtente, tantus in vultu eius ſplendor claritatis ex præſentia Chriſti refulſit, quòd Ioſeph eam intueri non valuit, ſicut nec filij Iſraël poterant vultum inſpicere Moſi, propter eius fulgorem ex conſortio angeli. Literaliter verò exponitur de cognitione copulæ carnalis, ita, quòd Ioſep non acceſsit ad eam maritali affectu, donec peperit Chriſtum. Sed nunquid poſtmodum eam cognouit? Non vtique. Tunc enim impiiſsimus & præſumptuoſiſsimus extitiſſet, ſi templũ filij dei, ſi ſacrarium ſpiritus ſancti, ſi vterum puritatis violare tentaſſet. Maria quoque ingrata fuiſſet, ſi tantò filio nõ fuiſſet contenta. Sciendum ergo quod dictio, donec, interdum importat tẽpus determinatum, quo euoluto ſit aliquid. Sic Iob ait, Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertranſeat furor tuus? Sícque communiter dicimus, Non faciam hoc, donec veneris. Interdũ verò accipitur pro tempore indeterminato, ſicque includit omnem differentiam temporis. Excludendo enim illud tempus quo magis videbatur aliquid eſſe, vel non eſſe, conſequenter excludit alia tem-

D pora, quibus minus tale quid videtur. Et ita habetur in Pſalmo, Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum. Et iterum, Oculi noſtri ad dominum deum noſtrũ, donec miſereatur noſtri. Et rurſus, Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum, & c. Non eſt ſenſus, quòd poſtquam hoſtes Chriſti fuerint ei ſubiecti, tũc ipſe ceſſabit ſedere ad dexteram patris imò tunc maior eſt ratio vt ſedeat. Vndè, cũ ſcriptura dicit eũ ſedere ad dexteram patris donec ponãtur aduerſarij ſcabellum pedum ei, innuitur q̃ poſtea æternaliter ſedeat. Hoc itaque modo ſumitur, donec, in propoſito. Poſsibili° quippe videbatur, quòd Ioſeph cognouerit ſpõſam & coniugẽ ſuam ante conceptionem filij dei, quàm poſtea. Ideo cũ Euangeliſta edocuit, quòd nõ cognouit eam ante Chriſti generationem. pro certo reliquit, quòd nec poſtmodum eam acceſſerit. Iuxta hũc ſenſum dicit de Chriſto Apoſtolus, Oportet autem illum regnare, donec ponantur inimici ſcabellum pedũ eius. Nũquid poſtea non regnabit? Hinc ait Chryſoſtomus. Hoc quod fieri potuit, dixit Euangeliſta factum non eſſe. Id autem quod fieri nõ potuit, quid neceſſarium habuit dicere, quia factum non eſt? Ex his patet error Heluidij hæretici, qui erat ſacerdos & idiota, dicens, quòd Ioſeph non cognouit Mariam ante partum Chriſti, ſed poſtea, eò quòd ſcriptum ſit, Non cognouit eam donec peperit. Item, quoniam Chriſtus nũc dicitur primogenitus Marię, ergo & poſtea alium genuit. Prę ſertim cum in euangelijs legatur Chriſtus fratres habuiſſe, ſicut patebit. Dicendum, quòd in ſcriptura primogenitus nominatur, non ſolùm reſpectu ſequentis, ſed etiam quia priorem non habuit. Sic enim in Exodo legi-

Pſalm. 109. Pſalm. 122. Pſalm. 70. Hebr. 10. Chryſoſt. Exod. 12. Pſalm. 77.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psal.104. tur Dominum percussisse omne primogenitum in terra Aegypti, nec erat domus in Aegypto, in qua E
Psalm.134. non iaceret defunctus. Nunquit in qualibet domo erant plures filij? Sic etiam in lege Mosi fuit præce
Psal.135. ptum, omne primògenitum deo offerri: & si parentes non habuerunt nisi vnigenitum, tamen vi huius
Exod.13. præcepti tenebantur illum offerre. Postremò fratres Christi dicuntur, quia cognati, quomodo Abra-
Lucæ.8. ham dixit ad Loth, fratres sumus: & Ioab ad Amasam, Salue mi frater. Et in iudicum lib. dixit Iudas
Gene.13. Symeoni fratri suo. Contra istum Heluidium prorsus turpissimum & insanũ, composuit sanctus Hie
Matth.22. ronymus librum. Quod verò subiungitur, [*Et vocauit nomen eius Iesum,*] hoc tam de Maria, quàm de Io
2.Reg.20. seph intelligi potest. Vtrique enim seorsum præceperat angelus, vt puerum Iesum vocarent, quod vti
Iudicũ.1. que nomen, secundum suam plenariam proprietatem, id est saluatiuam virtutem, à deo impositum &
Matth.1. appropriatum est filio virginis, qui solus perfectè saluat, & vniuersaliter liberat. Propter quod Esaias
Esaiæ.49. dicit, Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

¶Elucidatio secundi capituli, [*Cum ergo natus esset Iesus, &c.*]

Articulus. IIII.



Christi descripta generatione præcedenti capitulo, nunc eius apparitio, seu manifestatio describitur, [*Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ.*] Secundum quod Lucas plenius enarrat: Cum (egresso edicto Augusti, vt describeretur orbis) Ioseph cum Maria ascendisset à Galilæa in Bethleem Iudæ impleti sunt dies vt pareret virgo, peperitque deum infantam in diuersorio seu stabulo, reclinans eum in præsepio, quia non vacuit ei locus in diuersorio. Dicitur autem in Bethleem Iudæ, ad differentiam alterius Bethleem in Galilæa, pertinentis ad tribum Zabulon, vt habetur in libro Iosue. [*In diebus Herodis regis*] Ascolonitæ natione Idumæi, cuius filius dictus Herodes Antipas, occidit Ioannem, & Christum in passione illusit. Fuit & alter Herodes Agrippa, qui Iacobum decollauit, & Petrum incarcerauit, qui ab angelo percussus, consumptus est à vermibus. Sicut in Actibus Apostolorum recolitur. Nominatur autem hoc loco Herodes secundum Chrysostomum, ad ostendendum, quod prophetia. Danielis de natiuitate Christi, post septuaginta hebdomadas annorum à tempore Danielis sit in Christo impleta, quia ab illo tempore vsque ad regnum Herodis, tot hebdomadæ transierunt. Vna autem hebdomada continet septem annos, omnésque simul continent circa quadringentos annos. Alia ratio est, vt prophetia patriarchæ Iacob declaretur impleta in Christo. Prædixit enim, Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quoniam ergo tempore Herodis alienigenę ablatum fuit sceptrum, id est dominium de Iuda, & dux de eius prosapia, certum est Christum tunc aduenisse, qui est expectatio gentium prout in Aggæo habetur, Veniet desideratus cunctis gentibus. Nam vsque ad tempus Herodis, aliqui de tribu Iuda præfuerunt Iudæis. Quamuis enim tempore captiuitatis Babylonicæ, regia dignitas sit ablata à Iuda, tamen post captiuitatem illam rursus præfuerunt aliqui de tribu Iuda, videlicet Zorobabel, cum quo redierunt de Babylone. & Machabæi, qui erant de tribu Iuda. Et Leui & aliqui alij. [*Ecce Magi*] id est sapientes viri [*Ab oriente*] id est a Perside, quæ est in plaga orientali respectu Iudææ. [*Venerunt*] cum grandi comitatu, vtpote reges. Illis nanque temporibus sapientes regnare solebant, quales erant amici Iob, qui in libro Tobiæ, & à sancto Ambrosio reges vocantur. [*Hierosolymam dicentes,*] Viri isti Magi vocantur, non ab arte magica, seu quia malefici, vt Magi, Pharaonis, nec quia illusores, sed quoniam sapientes. Nam qui apud Hebræos dicuntur Scribæ, hi à Græcis appellantur Philosophi, à Latinis Doctores, à Persis Magi. Quidam verò affirmant quòd secundum Chrysostomum dicti sunt Magi, quia fuerunt malefici, quamuis conuersi sint postea. Veruntamen Chrysostomus hoc loco dicit, quod fuerunt viri orientales à Perside, & quod apud Persas Magi, non malefici, sed sapientes vocantur. Vnde nescio, si hoc dicat Chrysostomus, Magi isti secundum Hieronymum fuerunt successores Balaam prophetæ, & de eo nati feruntur. [*Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?*] Quàm certa atque se cura interrogatio? Iam Romani legem dederunt, vt sub periculo mortis, nemo aliquem regem vocaret sine eorum consensu. Fuit quoque præceptum, & Magis non ignotum, quòd qui rege viuente alium regem pronunciat aut adorat, punitur in sanguine. Quomodo ergo Magi audebant viuente & regnante Herode, in eius præsentia sine Romanorum licentia, regem alium profiteri? Proculdubio, istam eis audaciam puer natus influxit. Dicit enim Chrysostomus, quod non curabant de sanguine. Quòd si curassent de morte, ita locuti non essent. Nondum viderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. Denique verbo, operè, atque muneribus, Magi professi sunt Christum esse verum hominem, verum regem, verúmque deum. Verbo quidem, quia dum dicunt, Vbi est qui natus est? humanitatem eius fatentur. Cúmque adijciunt, rex Iudæorum, regiam eius potestatem declarant: Dum verò annectunt, & venimꝰ adorare eum. Diuinitatem eius testantur. Quomodo autem idem egerunt operè, & muneribus, infra dicetur. Insuper causam cur tam securè interrogent de ortu regis Iudæorum aperiunt. [*Vidimus enim stellam eius.*] id est stellam suæ natiuitatis declaratiuam [*In oriente*] quia in terra eorum apparuit eis, ita quòd stetit propè in conspectu ipsorum. Non enim sic intelligendum est, quòd ipsi existentes in oriente viderunt stellam hanc in Iudæa, [*Et venimus adorare eum*] adoratione latriæ, quæ solo deo debetur. quod Esaias testatus est, Ego dominus. hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Secundum doctores, Magi notitiam stellæ apparituræ, ex vaticinio Balaam patris sui sumpserunt. Sic enim in Numeris legitur prophetasse, Orietur stella ex Iacob, id est causa Christi nati de semine Iacob, videlicet, ad manifestandum ipsius natiuitatem, & exurget virga de Israël. Crediderunt ergo hanc stellam apparituram, eiúsque ortum seu apparitio-

Lucæ.3. F
Iosue.19.
Actu.12.
Daniel.9.
Gene.49.
Aggæi.1. G
1.Esdr.1.
1.Mach.12.
Iob.2.
Tobiæ.4.
Exodi.7.
Chrisost.
Hierony. H
Esaiæ.42.
Nume.24.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A nem præſtolabantur,& obſeruabant.Cũque in hora natiuitatis Chriſti vidiſſent coram ſe quandam nouam ac radioſiſsimam ſtellam,mox deo inſpirante intellexerunt hanc eſſe ſtellam diutiſsimè expectatam:propter quod ſtatim ſurgentes,paratis parandis,ſecuti ſunt ſtellæ ducatum.Refert Chryſoſtomus (quod tamen ipſe non aſſerit ſicut nec reprobat) fuiſſe gentem quandam in principio Orientis iuxta Oceanum,quæ ex doctrina Seth didicit futuram hãc ſtellam:propter quod elegerũt ex ſe duodecim viros ſapientes atque cæleſtium myſteriorum amatores,qui nominabãtur Maguſæi,quoniam in ſilentio deum glorificabant,qui & obſeruabant ortum ſtellæ iſtius. Cum verò aliquis iſtorũ duodecim moriebatur,alius ſubſtituebatur.Cum igitur quodam tempore eſſent in monte altiſsimo, quẽ vocabãt montem victorialem,apparuit eis ſtella deſcendens ſuper hunc montem,habẽs in ſe formam pueri paruuli,crucẽ baiulantis in humeris,& locuta eſt eis,vt tenderent in Iudæam.Quibus per biennium itinerantibus,nec cibus nec potus defecit in peris eorum ſtellam iſtam ſequentiũ.Præterea Magis Iudæam ingreſsis,ſtella ad tempus diſparuit:dicuntque aliqui,quòd idcirco diſparuit, quoniã Magi recurrentes ad humanum præſidium.ſ.ad Hieroſolymitas, perdere meruerunt diuinum ducatum. & ita ingreſsi fuiſſent,vel ingredi Hieroſolymam propoſuiſſent,antequã ſtella diſparuit,nec eius ducatum ſecuti fuiſſent aſsiduè.Quod non eſt veriſimile: quoniã auidiſsima ac deuotiſsima mẽte ſectabantur hanc ſtellam.Vnde & ea denuo viſa,gauiſi ſunt gaudio magno valde.Probabilius itaque dicitur,quòd ſtella ex diuina diſpẽſatione diſparuit,qua non apparente,Magi opinati ſunt regium pue- Chriſoſt.

B rum in vrbe regali Hieruſalem eſſe quærendum.Voluit ergo deus,vt Hieroſolymã introirent,ad maiorem ſui confirmationem,& Iudæorum confuſionem ac condemnationem.videlicet,vt teſtimonio prophetali certificarentur de puero natò,& vt Iudæi inexcuſabiles fierent,eorúmque cæcitas atq; dedidia confunderetur,dum gentibus Chriſtum confitentibus,ac deſideranter quærentibus,ipſi nec crediderunt,nec quæſierunt:imò regem ſuum quem ex libris Prophetarum aliis monſtrauerunt,ipſi videre neglexerunt. [*Audiens autem Herodes rex (verbà Magorum) turbatus eſt*] non ſolùm turbatione admirationis propter rei nouitatem,ſed etiam turbatione inordinatæ affectionis. quia cum eſſet ambitioſus & alienigena,formidauit regno priuari,& velut alienigena à populo Iudæorum, cui proprius prius rex natus eſſet,repelli. In quo impletum eſt illud Iob, Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & cum pax ſit,ſemper inſidias ſuſpicatur.[*Et omnis Hieroſolyma cum illo*]id eſt omnes & maximè principales habitatores Hieruſalem cum Herode turbati,commoti,& admirati ſunt:non quia Herodem, & eius principatum amabant,ſed quoniam eius crudelitatem ſcientes,timebant maxima bella concitari ab eo,aduerſus regem natum & eius fautores.Et ita Iudæi propriæ vitæ ac rebus timebant. Multi quoque turbabantur,quoniam Herodi applaudere atque fauere volebant, conformantes ſe domino ſuo.quia vt dicitur in Eccleſiaſtico,Secundum iudicem populi,ſic & miniſtri eius. Et, Qualis eſt Iob.15.

C rector ciuitatis,tales & habitantes in ea, Ex quo innoteſcit, quam periculoſus, nociuuſque ſit indignus,impiúſque prælatus. In hac turbatione impletum eſt,quod Pſalmiſta prædixit, Quoniam ecce reges congregati ſunt,conuenerunt in vnum.Ipſi videntes ſic,admirati ſunt,conturbati ſunt,commoti ſunt, &c. [*Et congregans Herodes omnes principes ſacerdotum*]quorum vnus ſuccedere alteri ſolebat in pontificatu,quamuis pro eodem tempore non eſſet niſi vnus princeps ſacerdotum. [*Et ſcribas populi*]id eſt doctores & legiſperitos Iudæorum,[*ſciſcitabatur,*]id eſt inquirebat.[*Ab eis vbi Chriſtus naſceretur.*]Ex hoc conſtat,quòd Herodes per regem Iudæorum,non quemlibet regem, ſed regem Meſſiam,ſummum,& verum regem Iudæis promiſſum intellexit.Erat quippe proſelytus,id eſt ad Iudaiſmum conuerſus,ſed imperfectè inſtructus fuit in lege, putans Chriſtum in primo ſuo aduentu temporaliter regnaturum.Quod & multi excæcati putant Iudæi,cum tamen prophetæ primum eius ad- Eccleſi. 10 Pſalm. 47.

D uentum in paupertate & humilitate futurum deſcripſerint:iuxta quod ait Eſaias, Inglorius erit inter viros aſpectus eius.Et Zacha.Ipſe pauper,& aſcendens ſuper aſinam.[*At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudæ.*]Sic enim ſcriptum eſt,per prophetam Michæam. [*Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda,ex te enim exiet dux, qui reget populum meum Iſrael.*]Noſtra tranſlatio aliter ſonat,quæ talis eſt,Et tu Bethleem Effrata,paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël.Chriſtus enim & Apoſtoli & Euangeliſtæ allegando ſcripturas veteris teſtamenti,frequenter potius ſenſum,quàm verba commemorant. Interdum quoque allegant ſecundum aliam tranſlationem.Allegatio autem Euangeliſtæ quantùm ad ſenſum,redit in idem cum noſtra tranſlatione.Eſt itaque ſenſus,Et tu Bethleem terra Iuda, id eſt pertinens ad Iudæam, vel ad ſortem tribus Iudæ, nequaquam minima es in principibus Iuda, id eſt inter principales vrbes, ſeu præcipuos ciues Iudæ. Quamuis enim fuerit parca quantitate ædificiorum,vel paucitate habitatorum, tamen præclara fuit dignitate ciuium.ſ.Dauid & aliorum digniſsimorum,qui erant nati ex Bethleem:& maximè ex natiuitate Chriſti in ea,ſicut ſubiungitur,[*Ex te enim exiet*]id eſt procedet & orietur[*Dux*]id eſt Chriſtus, de quo in Daniele legitur,Ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtum ducem,&c. Chriſtus nanque ex loco & ciuibus Bethleem natus eſt[*Qui regat*]ſpiritali regimine[*Populum meum Iſrael*]id eſt electos ac fideles Iſraëlitas,in quorum cordibus Chriſtus per fidem gratiámque regnauit: iuxta quod archangelus loquitur,Regnabit in domo Iacob in æternum.Chriſtus etiam per ſeipſum.deinde per Apoſtolos aliósque diſcipulos,rexit plurimos Iudæorum,docendo eos quando conuerſabatur & videbatur in terris.Porrò ſenſus noſtræ tranſlationis concurrit in idem,videlicet,[*Et tu Bethleem Effrata*] id eſt,quę alio nomine appellata es Effrata, vt patet in Geneſi. [*Paruulus es (locus) in milibus Iuda*] id eſt inter cætera loca & oppida Iudæ, quæ propter ſuam multitudinem milia nuncupantur: paruulus (inquam)ſpacio non dignitate [*Ex te mihi*] id eſt ad honorem & gloriam meam. [*Egredietur qui ſit dominator in Iſrael,*]id eſt in populo Iudæorum, non corporaliter præſidendo, ſed ſpiritualiter prin- Eſaiæ.52. Zacha.9. Michæ.5. Daniel.5. Lucæ.1. Baruch. 3. Gene.25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Chryſoſt. cipando. Secundum Chryſoſtomum, Principes ſacerdotum & ſcribæ peccabant, dicendo Herodi lo- E
cum natiuitatis Chriſti. nam nouerant Herodem velle Chriſto inſidiari. [*Tunc Herodes clam vocatis Magis*] Noluit enim propoſitum ſuum indicare Iudæis, quia nec in eis confidentiam habuit,
& verebatur ne ipſi ſibi reſiſterent, adhærendo proprio regi ex eorum ſemine nato. [*Diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ*] id eſt certum & determinatum diem apparitionis ſtellæ, [*Quæ apparuit eis*] quando videlicet eis primò apparuit. Hoc inquiſiuit, vt cognata nati regis ætate, melius pue-
rum cognoſceret iſtum, ad interficiendum. [*Et mittens*] id eſt ire ſuadens, [*Illos in Bethleem, di-*
Hierony. *xit, Ite*] in equis ſeu alijs iumentis, non enim pedeſtres venerant, ſed in dromedarijs, ſecundum Hiero-
nymum. [*Et interrogate diligenter*] à ciuibus Bethleem, [*De puero*] ſcilicet, in quo loco ſit, & cu-
ius potentiæ. [*Et cum inueneritis (eum) renunciate mihi*] reuertendo ad me, vel per alium mihi inſi-
nuando determinatam domum, in qua puer ſit. [*Vt Et ego veniens adorem eum.*] hoc ſimulatoriè dixit,
vt per falſam obſequij promiſsionem induceret Magos ad renunciandum ſibi de puero. Talis nem-
pe eſt conſuetudo peſsimorum. vt dum aliquem in occulto grauius lædere quærunt, humilitatem ei,
& amicitias fingant. Vnde tunc amplius metuendum & præcauendum eſt à nocumento, dum aduer-
ſarius magis arridet. Non puto quòd Herodes voluerit puerum natum in præſentia Magorum acce-
dere vel occidere, ſed eis ad ſua reuerſis, decreuit cum ſuis ſatellitibus Chriſtum extinguere. Non
ergo ſic voluit ſibi, de puero renũnciari, vt Magis adhuc in Bethleem conſtitutis veniret, [*Qui cum* F
audiſſent regem] id eſt verba Herodis, de quo nil mali contra puerum ſuſpicabantur, [*Abierunt*] à Hie-
ruſalem verſus Bethleem cum feſtinatione non modica: quoniam ardens affectus nati regis impulit
eos. [*Et ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos.*] Quemadmodum enim deo diſponente circa
Hieruſalem diſparuit: ſic deo rurſus volente, mox vt Hieroſolymam egreſsi ſunt, eis apparuit, atque
præceſſit in aëre mota ab angelo, [*Vſque dum veniens ſtaret ſupra domum*] id eſt in qua, vel ſupra,
ſcilicet, caput (vt alij aſſerunt) puta in domo, [*Vbi erat puer*] regalis, quaſi diceret, Ecce quem quæ-
ritis [*Videntes autem ſtellam*] cum egrederentur Hieruſalem, [*Gauiſi ſunt gaudio magno valde*] ſicut
& ante de eius diſparitione vehementiſsimè triſtabantur. His verbis Euangeliſta oſtendit, Magos
ineſtimabili, & vltra humanum modum gaudio eſſe lætatos, ſtella rurſus conſpecta, tanquam dupli-
citer certificati de pueri inuentione iam proxima. Dum enim aliquid cum deſiderio quæritur, tantò
maius, eſt gaudium, quantò deſiderati inuentio certior fuerit, vſque vicinior. [*Et intrantes domum*] vi-
delicet ſtabulum ſeu diuerſorium, brutis potius quàm hominibus aptum, ad quod nemo declinare ſo-
Chryſoſt. lebat, niſi itineris neceſsitate inductus, ſecundum Chryſoſtomum, [*Inuenerunt puerum cum Maria ma-*
tre eius] & forte in gremio eius. Ioſeph verò ſecundum aliquos, deo ordinante, tunc abfuit, ne pater
pueri putaretur. Vel forte adfuit, quatenꝰ viſa tanta pueri veneratione, eum de cætero amplius reuere
retur. Potuit enim puer hic à corde Magorum talem ſuſpicionem excludere, quos in alijs mirabiliori G
bus ſupernaturaliter docuit. [*Et procidentes*] humiliter cum maxima réuerentia coram puero ſuper ge-
nua ſua, vel proni in terram [*Adorauerunt eum*] adoratione latrię, tanquam dominum maieſtatis, regẽ
cœleſtem, & omnium ſaluatorem, de quo locuti erant prophetæ. Viderũt enim proculdubio nõ ſolũ
intellectualibus, ſed & corporalibus oculis, aliquid ſupernaturale, in puero iſto: videlicet, quẽdam dei-
formem fulgorẽ in vultu ipſius: intus quoque inſtruxit eos ſpirtuſſanctus, omnẽ exteriorem pauper
tatem & abiectionẽ in puero. eiuſque matre apparentẽ, nõ eſſe humanæ neceſsitatis, ſed diuinæ diſpo
ſitionis: in ſignum quòd puer iſte nõ temporalem opulentiam, atque mundanã proſperitatem, ſed ve
rã, & item cœleſtem, ac ſempiternam beatitudinem in ſe credentibus impartiretur. ideo moti non ſunt
ex ſtabuli vilitate, ex matris inopia, ex pueri ſolitudine: imò quo exteriora videbantur abiectiora, eo
interiora intellexerũt eſſe diuiniora. [*Et apertis theſauris ſuis*] id eſt repoſitorijs diuitiarum ſuarum, quas
ſecum detulerant, [*obtulerunt ei munera (vtpote) aurum, thus, & myrrham*] hæc tria ſinguli obtulerunt. Pri-
mò, quoniam Perſæ & Arabes his rebus abundant, eaſque magnis perſonis offerre ſolebant. Hi verò
Magi Perſæ fuerunt, qui & in Arabia minori regnaſſe creduntur, quę Arabia non multum diſtat à Iu
dæa & Perſide: vnde in oblatione iſta magorum, ex parte impletum conſpicimus, quòd Eſaias prædi
xit, Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domini annunciantes. Et quod ait
Pſalm.71. Pſalmiſta, Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabũ & Saba dona adducent. Secunda H
ratio oblationis munerũ horũ, eſt ſpiritalis & myſtica. Magi nãque (vt dictũ eſt) cognouerunt puerũ
iſtum eſſe verũ hominẽ, regem, ac deum. Aurum ergo obtulerunt ei vt regi, myrrham vt mortali, thus
vt deo. Tertia ratio, quia videbant matris paupertatẽ, pueri teneritudinẽ, & ſtabuli fœditatẽ. Aurum
itaque obtulerũt ad ſubleuationem inopiæ matris, thus ad expulſionẽ fœtoris, myrrham ad membro-
rum pueri conſolidationem. Hæc quoque munera, & nos ſpiritualiter Chriſto quotidie offerre debe
mus. Per aurum enim ſignificatur fides illuminata, vel donum ſapientiæ, vel charitas feruida: vnde in
1.Cor.3. Apocalypſi legitur, Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum. Et ſecũdum Apoſtolum, Alius ſu-
2.Cor.2. perædificat aurum, argentum, lapides precioſos. Per thus verò figuratur bonę famę ſuauitas, vita exẽ-
plaris, vel affectuoſa ac dulcis oratio. dicit enim Apoſtolus, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.
Et Pſalmiſta, Dirigatur (inquit) oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. In Apocal. quoque ha-
betur, Aſcendit fumus incenſorũ de orationibus ſanctorum coram deo. Per myrrham autem ſignatur
mortificatio carnis ſeu opera bona. Nam ſicut myrrha corpora defunctorum præſeruat à putredine
vermium, & à corruptionis diſſolutione: ſic mortificatio carnis cuſtodit hominem à putredine, vitio-
rum, & diſſolutione diuiſionis à deo. Debemus ergo deo offerre fidẽ illuminatã, ardentem affectum
ſeu animam ſapientia decoratam, hoc eſt, aurum. Item bonam famam, atque deuotam orationem: iux
Galat.5. ta quod ſcriptum eſt, Curam habe de bono nomine. Et rurſus, Oportet ſemper orare & nõ deficere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A hoc eſt, thus. Tertiò, immolare debemus corporis mortificationem, ſeu corpus mortificatum per opera pœnitentiæ. Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis. [*Et reſponſo accepto in ſomnis*] id eſt tempore dormitionis eorum in aliquo hoſpitio in Bethleem, [*Ne redirent ad Herodem*] videlicet, ne Herodes cognito loco pueri, eum occideret. Hoc reſponſum habuerunt ab angelo, vel à puero nato, eis in ſomnis viſione imaginaria apparente. Reſponſum autem propriè datur interroganti, & ſic Magi interrogaſſe videntur forſitan à Maria, an ad Herodem redire deberent. Vel reſponſum iſtud datum eſt non ſermoni, ſed operationi eorum: quoniam ſuo obſequio meruerunt ſic admoneri à deo. [*Per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam*] Sic & nos cum ab Herode, id eſt mundi ac dæmonis ~~cultu per pœnitentiam ad~~ Chriſtum acceſsimus per aliam viam, quàm eſt via iniquorum, in qua ambulauimus olim, reuerti debemus in regionem noſtram. Videlicet in ſocietatem Eccleſiæ militantis, ac triumphantis, ſeu paradiſum cœleſtem. Præterea hi tres Magi, omniũ gentium conuerſionem figurauerunt. Ternarius nanque eſt numerus perfectionis: in quibus impleri cœpit illud Eſaiæ, Ecce gentem quam neſciebas vocabis: & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current. Per fulgorem inſuper ſtellæ, præſignata eſt claritas gratiæ, per quam corda gentilium contemplata ſunt Chriſtum. Bethleem quoque interpretatur domus panis, per quam intelligitur anima religioſa, quæ pane obedientiæ, pane lachry~~marum~~, & pane ſacramentali, fouetur. In tali anima naſci-
B tur Chriſtus: quo cognito, Magi, id eſt ~~pœnitentes~~, veniunt, & ~~Chriſtum in anima tali~~ honorant.

¶ Proſecutio expoſitionis huius ſecundi capituli.

Articulus, quintus.

Qvi cum receſciſſent.] Deſcripta pueri Ieſu veneratione, in qua eius diuinitas patuit, cõſequenter deſcribitur eius perſecutio, in qua ſua humanitas clare innotuit. Qui cum receſsiſſent, id eſt Magi à Bethleem, ad ſua redire cœpiſſent per aliam viam, [*Ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens ei, Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & eſto ibi, vſque dum dicam tibi*] .i. tam diu, donec annunciem tibi de reditu. Cauſa autem huius cõmiſsionis ſubiungitur, [*Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum*]. i. interficiendum non ad adorandũ, ſicut vulpino corde ſpopondit. Iſta apparitio, & allocutio angeli facta eſt ſancto Ioſeph, poſt præſentationem pueri Ieſu in templo, vbi Symeon accepit eum in brachiis, & Anna prophetiſſa confeſſa eſt dño, omnibúſq; habitatoribus Hieruſalẽ de Chriſto locuta eſt. Herodes quippe cernens Magos non reuerti ad ſe, æſtimauit eos per phantaſticam ſtellam illuſos, ſicq; ex verecundia non rediſſe ad eum, ſed clam abceſsiſſe, ideo nõ curauit requirere puerũ. Verũ poſt purificationem Marię percipiẽs verba Symeonis, Annæ, atque paſtorum perhibentium teſtimonium Chriſto, tunc credens Magos non eſſe deceptos, vehe-
C menter turbatus eſt, ſuſpicatus ſucceſſorem regni. Hæc eſt enim implacabilis regum iracundia, dum ſentiunt regnum ſuum ab alio impeti. [*qui (Ioſeph) conſurgens*] à ſomno ſine dilatione, quia de pueri præſeruatione, atque cuſtodia diligentiſsimus extitit. [*Accepit puerum & matrem eius nocte*] id eſt ſuo itineri eos aſſociauit, & fortè in propriis vlnis vel ſcapulis puerum baiulauit: niſi dicatur Mariam & Ieſum iumento vexiſſe, propter itineris prolixitatem: ſicut & virginem ſacram in aſino creditur deduxiſſe ad Bethleem hora natiuitatis Chriſti iam proxima. Accepítque eos nocte, fortè eadem qua angelum vidit. quoniam tempus nocturnum magis aptum eſt fugę, ne de fuga accuſaretur ab aliquo: ſecũdum principem theologorum diuinum Dionyſium, eccleſiaſtica Hierarchia ab angelica gubernatur, & omnia opera dei ordinatiſsima ſunt. Quamuis ergo puer natus, poterat ſanctum Ioſeph intus docere, imò & foris affari de fuga arripienda, tamen hoc fecit per angelum, vt ordo Hierarchicus ſeruaretur. Poterat quoque Ieſus alio modo euadere manum Herodis, quemadmodum euaſit manus Iudæorum, eum præcipitare & lapidare volentium. Sed quia noſtram aſſumpſit naturam, & ad patiendum atque ad exhibendum totius perfectionis exemplum aduenit, voluit humano modo procedere, fu- Matth. 10.
giendo, aduerſa patiendo, & exemplum prębendo: ſicut in euangelio loquitur, Cũ vos perſecuti fue- Eſaiæ. 19.
rint in vnam ciuitatem, fugite ad aliam, [*Et ſeceßit*] Ioſeph cum Maria & infantulo [*In Aegyptum*] pro vt per Eſaiam fuerat prophetatum, Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegy
D ptum, & commouebuntur ſimulachra Aegypti à facie eius. Fertur equidem in ſcholaſtica hiſtoria, quòd Chriſto Aegyptum ingrediente, omnia idola in phanis Aegyptiorum in terram colapſa ſunt, Chriſti præſentiam ferre nequaquam valentia: ſicut nec Dagon præſentiã arcæ, ſed corruit. Per quod figurabatur idololatriam penitus deſtruendam in toto mundo Chriſti virtute: iuxta illud, In die illa, dicit dominus, diſperdam nomina idolorum de terra. Quæritur cur potius Aegyptum ingreſſus ſit Chriſtus. Reſpondendum, Primò, quoniam Aegyptij olim tempore Ioſeph circa populum Iſraël Geneſi. 50
multum beneuoli erant. Nam & Iacob patriarcham primo ſeptuaginta diebus, deinde triginta planxerunt, vt in Geneſi dicitur. Secundò, quoniam deus qui non in perpetuum iraſcitur, poſtquàm percuſsit, rurſus medetur. ideo ſicut quondam grauiſsimè cecidit Aegyptios propter populum Iſraël, ſic nunc eam curandam miſericorditer viſitat. Tertiò, quia Aegyptus fuit euidens mundi huius figura: Pſalm. 102.
ideo eã intrauit, ad præſignãdũ quod per Apoſtolorũ prædicationem toto mundo in veheretur [*Et erat Ioſeph ibi*] videlicet in Aegypto, cũ matre & puero, manibus ſuis victũ cõquirẽs, [*Vſque ad obitum Herodis*] vtpote ſeptẽ annis, vt fertur. Herodes enim triginta ſeptẽ annis dicitur regnaſſe eiúſque imperi
triceſimo anno Chriſtus legitur natus fuiſſe, [*Vt adimpleretur*,] in Chriſti reuerſione ab Aegypto Exod. 4.
poſt mortem Herodis [*Quod dictum eſt a domino per prophetam (Oſee) dicentem, Ex Aegypto vocaui filium meum*] Hoc Iudæi ad literam exponunt de populo Iſraël, qui dicitur filius, imò & primogenitus dei. Iuxta illud, Iſraël primogenitus meus. Dixi tibi, dimitte filium meum vt ſacrificet mihi, quod cer

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum est dici de populo Iudæorum ad Pharaonem. Sic in proposito asserunt per filium designari popu E
lum Israël, non Christum. Vnde in Osea ita habetur, Puer Israël, & dilexi eum, & ex Aegypto voca-
ui filium meum. Veruntamen Euangelista docente, compellimur profiteri, hoc ad literam de Christo
prædictum. Probatio náque per allegationẽ scripturæ non valet, nisi ex sensu literali, secundũ Augu-
stinum. Oportet itaque scire quòd cum aliquid dicitur de populo, vel certa persona veteris testamen-
ti, prout erat figura Christi siue ecclesię, quamuis ad literam de illis exponatur, principalis tamen ac li
2.Para.22. teralius exponitur de Christo, vel Ecclesia, quemadmodum illud de Salomone, Ego ero illi in patrẽ,
& ipse erit mihi in filium, Apostolus introducit de Christo prędictum ad Hebręos. Dictum est enim
de Salomone, inquantùm Christi figuram gerebat. Idcirco de Christo principalius intelligitur. Sic
quod apud Oseam habetur, Ex Aegypto vocaui filium meum, quamuis ad literã dictum sit de popu
lo Iudęorum, literalius, principaliúsque de Christo accipitur. quia de populo illo prędictum est, secũ-
dum quod erat figura Christi: qui non solùm per determinatas personas, sed per totũ populũ synago
gæ multoties præfiguratur. [*Tunc*] vtpote crescente rumore de Christo, propter Symeonis & Annę,
pastorũque verba: puto etiam ꝙ Zacharias & Elizabeth parentes Ioannis, non tacuerunt de Christo.
[*Herodes videns*] id est considerans [*quoniam illusus*] id est deceptus atque contemptus [*Esset a magis*]
non redeuntibus ad ipsum iuxta condictum [*Iratus est valde*] indignè ferens se esse deriium, & de
puero nato vindicare se cupiens, quem ad suam iniuriam natum putauit [*Et mittens*] crudeles satellites, F
[*Occidit*] per manum seruorum suorum [*Omnes pueros (mares) qui erant in Bethleem, & in omnibus fini-
bus eius*] id est in locis & in villis vicinis ad eam pertinentibus. Secundum historias istud non con-
tigit statim, postquam se illusum pensauit. Quamuis enim tunc statim decreuit occidere pueros, tamẽ
propter accusationem filiorum suorum coactus est Romam venire, & ibi cum filiis suis corã impera-
tore comparere. Obtenta autem sententia pro se, videns se confirmatũ in regno, cum rediisset, impleuit
quod de nece infantum cõcepit, interfici faciens omnes pueros [*A bimatu*]. i. ab ętate, seu tẽpore duo-
rum annorum, videlicet, omnes infantes biennes, seu duorũ annorũ tẽpus habentes [*Et infra*]. i. etiam
illos qui erant minoris ętatis, vsque ad pueros vnius diei inclusiuè. vt videtur insinuari per hoc quod
dicitur infra [*Secundum tempus quod exquisierat a magis*]. i. iuxta mẽsuram temporis cuoluti ab hora ap-
paritionis stellæ, natiuitatísque pueri, quod tẽpus, videlicet diem apparitionis stellæ, exquisiuit & di-
dicit à Magis, per quod agnouit, quantæ ætatis consisteret Christus. Herodes quippe certificari vo-
lens de Christi occisione, & sciẽs eum iam esse vnius anni, & modicũ amplius (tantùm enim tẽporis
fluxit à natiuitate eius vsque ad regressum Herodis à Roma) præcepit occidi pueros maioris ætatis vs
que ad bimos, itémque minoris ętatis vsque ad pueros diei vnius, ne puer requisitus euaderet. Ista est
expositio præsentis loci cõmunior, procedens secũdum eos qui dicũt ꝙ stella in die natiuitatis Chri-
sti Magis apparuit, eósque infra tredecim dies vsq; ad Christũ perduxit, & ita hæc dictio infra, deno G
tat ordinẽ temporis. Secundò exponitur, prout denotat ordinẽ numeri, vt sit sensus, Abimatu, id est à
pueris duorũ annorum, & infra. i. etiam illos qui erant infra ætatem duorũ bimatuum. s. pueros qua-
tuor annorũ, vsque ad pueros quinquennes, secundũ tẽpus quod exquisierat à Magis à quibus secun
dũ exponẽtes hoc modo, didicit stellã apparuisse eis per duos annos antequã Hierosolymã intrauerũt.
Herodes ergo putãs Christũ tũc natũ cũ stella apparuit, æstimauit eũ iam plus esse quã triũ annorũ:
quia annus iã fluxit à recessu Magorũ, antequã ipse à Roma reuersus est. Ideo interfecit omnes pueros
bimos vsque ad quinquẽnes, ne Christus euaderet, si fortè solito maioris, aut minoris existeret quã-
titatis. Ista expositio fertur esse Chrysostomi, eo ꝙ dicat stellã diu apparuisse Magis ante Christi na
Chrysost. tiuitatem. Verũ (vt tetigi) hoc Chrysostomus non dicit asserendo, sed quandam scripturam apocry-
pham recitando. Nihilominus huic opinioni apparẽtiam confert, quòd quorumdam innocentũ ossa
adeò magna sunt, ꝙ biennium vixisse credantur. Alio modo exponitur quòd dictum est, infra, vt sit
sensus, quòd pueros annorum duorũ, vsque ad pueros vnius dici fecit occidi, quod verius æstimatur.
Ecce quanta crudelitas impiissimi regis. ¶ Sed quoniã dictum est, Herodem fuisse proselytũ, & credi
disse scripturis de Christi aduentu, mirũ videtur, ꝙ tentauit eũ extinguere, quasi posset dei cõsilium, H
& prophetarum scripturas mutare. Respõdendum, quòd credidit fide informi, vel opinione humana,
sicut credit hæreticus, qui nec fidẽ informem habet. Nihilominus malitia, & passionum vehementia,
obtenebrarunt intellectum Herodis, quòd nõ attendit, neminẽ posse resistere deo, vel eius immobile
consiliũ variare, vel diuinas scripturas falsificare. Sed tẽtauit suis passionibus satisfacere, malo supera-
tus affectu, qui non aduertit iudiciũ. Et quid hoc mirum de Herode, cum & Salomon, qui tempore
suæ sapientiæ dixit, scripsitque, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra domi-
2.Reg.11. num, à mulieribus infatuatus, tentauerit simile aliquid perpetrare? Cum enim audisset à deo regnum
suum esse scindendum, percepissétque à propheta Achia, prænunciatũ esse Ieroboam Effrateo, quod
super decem tribus regnaret, tentauit occidere Ieroboam, qui in Aegyptum aufugit. [*Tunc adimple-*
Hiere.31. *tum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem, Vox in rama*] id est in sublimi [*Audita est*] vtpote
longè & latè diffusa, propter vehementiam soni. vox inquã [*Ploratus*]. i. plorationis, puerorũ, qui à ma
tribus auellebantur & occidebantur, matribúsque lamentantibus miserabilius flebant: vox quoque
[*Vlulatus*] matrum, qui de filiorum separatione, & interfectione, dupliciter & incredibiliter crucia-
bantur, quas sola tantæ crudelitatis memoria supra modum afflixit. [*Rachel*] id est congregatio fœmi
narum Bethleemitarũ, quę nomine Rachaelis signantur: primò, quoniam Rachael iuxta Bethleem est
Hierony. sepulta, & matrum corpusculi hospitio nomen matris accepit secundum Hieronimũ: secundò, quo-
niam tribus Iuda & Beniamin iunctæ erant loco & sorte. Herodes autem iussit non tantùm in Beth
leem, sed in locis quoque adiacentibus pueros trucidari: ficque ex propinquitate locorum nõ solùm,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A filij Liæ habitantes in Bethleem, quæ pertinebat ad tribum Iudæ nati ex Lya: ſed & multi ex filiis Rachel matris Beniamin, hoc eſt de tribu Beniamin, interfecti fuerunt. Propter quod Rachel, id eſt poſteritas eius dicitur plorare filios ſuos ab Herode necatos. [*Et noluit conſolari*] id eſt matres filiorum oc eiſorum conſolationem recipere noluerunt de morte filiorum: ſicut nec Iacob, cùm putauit Ioſeph à fera peſsima deuoratum. [*Quia non ſunt*] id eſt quoniam filij earum ab hac vita ſubtracti ſunt eis per mortem crudelem, quod fuit eis inconſolabilis cauſa doloris. Rama interdum eſt proprium nomen loci, interdum verò eſt nomen commune, & interpretatur excelſum, ſicque accipitur nunc. Vnde in Hieremia habetur, Vox in excelſis audita eſt, lamentationis & planctus &c. Quod autem aſſeritur, Hiere. 31.
vox iſta in excelſis audita, ſic quoque intelligi poteſt, quia in cœlum coram deo aſcendit: ſecundum quòd à Iacobo de pauperibus dicitur, Clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit. Et alibi, Oratio humiliantis ſe, penetrat nubes. [*Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens, Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade*] ex Aegypto [*In terram Iſrael.*] Determinatam autem vrbem ad quam reuertatur non ei exprimit angelus, quia de hoc poſtea inſtructurus erat ſanctum Ioſeph, quando ſpecialis ratio hoc exigit. [*Defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri,*] id eſt Herodes & eius fautores, qui animam, id eſt vitam animalem pueri quærebant extinguere. Per quòd ſecundum Hieronymum & Chryſoſtomum, datur intelligi ſacerdotes & ſcribas de morte Chriſti cogitaſſe, & Herodis ſtudio conſenſiſſe. quod intelligi poteſt de Chriſto materialiter & formaliter. Ma
B terialiter, quia conſenſerunt in mortem eius qui fuit verus Chriſtus, quem ipſi non crediderunt eſſe Chriſtum. Formaliter, quia & Chriſtum etiam cognitum, optauerunt occidi. An hoc ſecundò modo intelligi poſsit, difficile eſt, & ſatis ambiguum: cum Apoſtolus dicat, Si enim cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Et Petrus Iudæis loquens, dicit, Scio quòd per ignorantiam feciſtis, Exod. 13,
ſicut & principes veſtri. Et dominus in cruce pendens, dixit: Pater, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. [*Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Iſrael. Audiens autem (Ioſeph) quod Archelaus*] filius Herodis, [*Regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo,*] refert Ioſephus quod Herodes totum regnum ſuum dimiſit Archelao, quem diligebat præ cæteris filiis. Herodes ergo & Philippus filij huius Herodis, & fratres Archelai, petierunt ab Imperatore partem regni paterni: qui conſilio habitato, diuiſit regnum maioris Herodis in duas partes, dans vnam medietatem Archelao: aliam verò medietatem in duas partitus eſt, dans vnam Herodi minori videlicet Galilæam. aliàmque Philippo, puta Ituriam & Traconitidem regionem. Medietas verò Archelao conceſſa, tenuit nomen Iudææ, ideo Archelaus dicitur in Iudæa regnaſſe. Et quoniam à patre ſuo conſtitutus erat hæres totius regni, & charior patri, idcirco fuit machinationibus patris ſui, de Chriſti occiſione, & aliis malis. Vnde Ioſeph proditionem formidans, non audebat ad terram Archelai reuerti, ſicut ſubiungitur, [*Timuit illo ire (id eſt ad Iudeam tranſire.) Et admonitus in ſomnis*] haud dubium quin ab angelo, [*Seceſſit in partes Gali*
C *lææ*] id eſt per loca & terminos Galilææ tranſiuit, quia Herodes dominus Galilææ patrem ſuum non dilexit, à quo regno erat priuatus. Ideo Ioſeph in terra eius ſecurius morabatur. [*Et veniens (Ioſeph) habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth*] cum Maria & puero. in qua angelus virgini Chriſti conceptionem annunciauit, [*Vt adimpleretur*] in Chriſti habitatione in Bethleem, [*Quod dictum eſt per prophetas, quoniã Nazareus vocabitur*] Chriſtus, quia in Nazareth fuit moratus, conceptus atque nutritus. Hoc in Eſaia ſecundum Hebraicam veritatem ſic legitur, Egredietur virga de radice Ieſſe. & Nazareus de radice eius conſurget. Loco cuius nos habemus, Et flos de radice eius aſcendet. Et forſitan alij prophetæ, Hierony.
quorum ſcripta non habentur, idem dixerunt. Non enim omnium prophetarum libros habemus, & tamen omnes prophetæ de Chriſto loquuti ſunt. Vnde Philippus ſciens hoc à prophetis prædictum, ait ad Nathanael, Quem ſcripſit Moyſes & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Cui concordans Nathanael, à Nazareth, inquit, poteſt aliquid boni eſſe? ¶ Poſtremò in fine capituli recolo, quod pene excidit menti, videlicet ſtellam quæ Magis apparuit, non dici ſtellam vniuocè cum veris ſtellis. Differebat nempe ab illis, ſicut corruptibile, ab incorruptibili. Formata eſt enim angelico miniſterio de materia elementali & corruptibili, peractoque ſuo obſequio, in præiacentem eſt reſoluta materiam. Sed & motu, loco ac tempore, differebat à veris ſyderibus: ſicut in diuerſis libris ſatis o-
D ſtenditur, idcirco pertranſeo. Item circa illud quod dictum eſt, Ex Aegypto vocaui filium meum, dicit Hieronymus, Poſſumus hunc locum aliter exponere propter contentioſos, & teſtimonium profe remus ex Numeris, dicente Balaam, Deus ex Aegypto vocauit eum, gloria eius vt vnicornis: loco cuius habemus, Fortitudo eius ſicut rinocerotis, hoc enim in Numeris ſcriptum eſt. Sed agnoſcendum quòd hoc non minus literaliter dictum eſt de populo Iſraël, quam præinductum verbum Oſeę. Cum enim Balaam retuliſſet, Non eſt idolum in Iacob, nec ſimulachrum in Iſraël, ſubdit, Dominus deus eduxit eum de Aegypto, &c.

Expoſitio Cap. III. [*In diebus autem illis venit Ioannes.*]

Articulus VI.

EVangeliſta beatiſsimus tractaturus in ſequentibus de conuerſatione, doctrina atque miraculis Chriſti primò de præcurſore ipſius mentionem inducit, ſanctitatem, idoneitatem, doctrinam & vitam Ioannis deſcribens: vt innoteſcat Ioan. 2.
quàm dignum & credibile ſit teſtimonium eius de Chriſto. chriſtus ergò qui eſt lux vera, ſumma & infinita, ſciens mundum ſui immediatè non eſſe capacẽ, præmiſit magnum quẽdam ſui aduentus præparatorem, qui corda Iudęorũ ad Chriſti receptionem diſponeret. [*In diebus autem illis*] quando videlicet Ieſus adhuc habitabat in Nazareth, puta circa triceſimũ annum Chriſti: nõ quando

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

redijt de Aegypto,[*Venit Ioannes Baptiſta.*]Vnde,niſi à latibulis heremi,in quibus ſiue vſque ſolitariam E
Marci.1. vitam duxit? Venit ergo ab occulto loco deſerti,ad loca eiuſdem deſerti publica,vbi hominibus ſe vi-
Lucæ.23. dendum exhibuit, [*Prædicans in deſerto Iudææ,*] in quo vtique deſerto fuerat enutritus,[*Et dicens, Pœnitentiam agite,*]id eſt peccata veſtra deflete,& per opera pœnitentię pro eis ſatiſfacite,nec deplorata reiterate.Pœnitentia tripliciter ſumitur. Primò, pro ſacramento, Secundò, pro virtute morali,quæ eſt pars iuſtitiæ.Tertiò,pro actu pœnitentiæ,ſic modo accipitur. [*Appropinquabit enim regnum cælorum*] id eſt iam in proximo eſt,vt ianua patriæ aperiatur per Chriſtum:vt gratia & veritas fiat per ſaluatorem:vt beatitudo cœleſtis condonetur electis.Chriſtus nanque per ſuam paſsionem, regnum cœlorum aperuit.Regnum ergo cœlorum vocatur patria,vel præminum electorum, ſeu triumphans eccle ſia.Hoc regnum primum publicè prædicatum eſt à Ioanne.In veteri etenim teſtamento promitteban tur bona terrena aperte:cæleſtia verò quaſi implicite.Conſequenter dignitas Ioannis prophetico te-
Eſaiæ.40. ſtimonio declaratur[*Hic*]id eſt iſte Ioãnes Baptiſta[*Eſt enim qui dictus*]id eſt prænunciatus [*Eſt per Eſaiam prophetam,dicentem:Vox clamantis in deſerto,*] id eſt ſermo Ioannis in ſolitudine prædicantis eſt iſte qui ſubditur,[*Parate viam domini,*].i.corda veſtra diſponite ad receptionem, inhabitionémque Chriſti,vitiorum obliquitates,ſeu gratiæ obicem repellendo,& quod in vobis eſt faciendo, [*Rectas facite ſemitas eius*].i.diuina præcepta atque conſilia,quibus itur ad deum,pure & irreprehenſibiliter obſeruate.Itaque dimino viam parare,eſt pœnitentiam agere.Quemadmodum autem terrenus rex vrbem a- F
liquam ingreſſurus,habet præcurſores,qui viarum ſordes amoueant,vias complanent,hoſpitium ornent:ſic Chriſtus rex cœleſtis ad hominum corda venturus,præmiſit Ioãnem, qui viam ſibi pararet, inducendo homines ad virtutes. Ipſe quoque Ioannes,vox clamantis vocatur.Sic enim reſpondit Iudæis,Ego vox clamantis,&c.Dicitur enim vox per ſimilitudinẽ.ſeu ratione officij. Primò,quoniam
Ioan.1. ſicut vox prior eſt verbo ordine naturæ,ſic Ioannes præceſsit Chriſtum.Secundò, quia vt vox rem ſignificatam notificat,ſic Ioannes Chriſtum monſtrauit, Dicitur autem vox clamantis.i. Chriſti ſeu dei per ipſum loquentis in deſerto:quia non ipſe erat qui loquebatur,ſed ſpiritus ſanctus,& Chriſtus per eum:ſecundum quod Paulus ait,An experimentum quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus?De inde deſcribitur auſteritas vitæ Ioannis in victu & veſtibus. [*Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum*]videlicet veſtem cilicinam, ſeu pellem cameli, vnáque veſte erat contentus, [*Et zonam pelliceam*]id eſt groſſam corrigiam, [*Circa lumbos ſuos,*]quemadmodum & Helias, eratque de duris & crudis pellicearum minutijs facta.[*Eſca autem eius erat,locuſtæ,*]Locuſta ſignificat tria, videlicet herbam,radicem,& auem minutam. Chryſoſtomus autem & alij multi hoc loco per locuſtas intelligunt animalia parua,non alte volantia,quæ in deſerto Iudææ abundabant:& frixa cum oleo eſca ſunt pauperum. Alij per locuſtas intelligunt herbas deſerti, cum non videatur probabile, quòd Ioannes qui nec pane viſcebatur,carnes animalium,aut aliquid coctum comederit, [*Et mel ſylueſtre*]id eſt quod in G
ſyluis reperitur,& arborum truncis,Rabanus autem, per mel ſylueſtre intelligit quoddam genus foliorum,quæ alba & tenera,manibúſque attrita,melleum habent ſaporem. [*Tunc exibat ad eum,*]videlicet ad Ioannem in deſertum,& poſtea quando Ioannes deſcendit ad Iordanem,vt Lucas dicit, venit ad eum illuc,[*Hieroſolyma*].i.habitatores Hieruſalẽ etiam in maxima multitudine. Vne Marcus enarrat quod egrediebantur ad eum Hieroſolymitæ vniuerſi, [*Et omnis Iudæa*].i.aliquid de omni genere populi Iudæorum,[*Et omnis regio circa Iordanem.*i.etiam illi qui circa Iordanam morabantur, videlicet Galilæi.Ponitur hoc loco continens pro contento,& locus pro locato.[*Et baptizabantur*].i.corporaliter lauabantur,non intus purgabantur à culpa,[*In Iordane ab eo,confitentes peccata ſua*]in cõmuni,nõ cõfeſsione ſacramẽtali diſtincta atque plenaria,prout cõfeſsio eſt ſacramẽtũ nouæ legis & gratiæ. Sic enim inſtituta eſt à Saluatore,nec erat in vteri lege,in qua data nõ erat poteſtas hominib⁹ ligãdi atque ſoluẽdi,ſeu vitia relexãdi:imò nec Ioanni data eſt iſta poteſtas.Deniq; Damaſ.4.lib.cap.1.ponit octo genera baptiſmatũ.Primũ vocat diluuiũ,ſecundum tranſitum maris rubri,tertiũ oblutionem legalem quartũ baptiſma Ioannis,quintũ baptiſma Chriſti,quo ipſe à Ioanne baptizari dignatus eſt , ſextum baptiſma pœnitentię ſeu lachrymarum,ſeptimum ſanguinis ſeu martyrij,octauũ flaminis ſeu ſpiritus. Gregorius verò Nazãzenus nõ ponit niſi quinque genera baptiſmatum.Nã tria prima genera cõpre hẽdit ſub vno,quod nominat baptiſma figuratiuũ.Baptiſma quoq; quod Ioannes dedit, & Chriſtus H
Exod.14. accepit,ſub vno videtur genere cõprehẽdiſſe. Primũ itaque genus baptiſmi ſecundum eum vocatur figuratiuum, vt erat trãſitus maris rubri,& lotio corporalis in aqua,ſecundum Moſaicã legem.Secundum genus,vocatur præparatoriũ, puta baptiſma Ioannis, quod diſponebat ad Chriſti baptiſmum,à Chriſto inſtitutũ.Tertiũ dicitur purgatiuũ,quo regeneramur ex aqua,& ſpiritu ſancto,& purgamur ab omni piaculo.Quartum vocatur ſupererogatiuũ,videlicet baptiſmus ſanguinis. Quintũ eſt quotidianum,videlicet lachrymarum baptiſmus. Sciendũ ergo ſecundum Thomã ſuper quartũ ſententiarũ, vnum duntaxat eſſe baptiſma propriè dictũ,quod celebratur in aqua ſub determinata & certa verborũ forma à Chriſto præfixa.de quo Matthæus ait,Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eas, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.alia vero nomẽ baptiſmi ſortiuntur ſecundum ordinẽ quẽdam ad iſtud baptiſma:& hoc tripliciter.Primò,inquantùm aliquid fuerat ſignum huius baptiſmatis:ſicq; diluuium appellatur baptiſma, prout noſtrum baptiſmum præfigurauit : quantùm ad ſpiritualis vitæ ſaluationem,ex ſaluatione naturalis vitæ humani generis facta in arca Noë. Vnde ſcriptum eſt apud Petrum Apoſtolum, In arca pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam,quod & nos nunc
Exod.14. ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Tranſitus quoque maris rubri baptiſma aſſeritur, quoniam noſtrum baptiſmum præfigurauit quoad liberationem à poteſtate diaboli : ſicut per tranſitum maris liberabantur Hebræi à poteſtate regis Aegypti . Hinc dicit Apoſtolus , Omnes in Moyſe bapti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A zati ſunt, in nube & in mari. Nubes autem ſignificauit ſpiritum ſanctum & gratiam eius: Mare verò aquam baptiſmi. Ablutiones etiam legis figurabant baptiſmum, ſecũdum quòd mundat à macula culpę, quẽadmodum ablutiones illæ mũdabant ab immunditiis corporalibus. Alio modo dicitur aliquid baptiſmus, quia aliquo modo cauſa fuit noſtri baptiſmi, ſicq; baptiſmus Ioannis vocatur baptiſmus, tanquam diſponens ad eum, & baptiſmus Chriſti paſsiuus, tanquã dans efficaciam ei. Tertiò aliquid nuncupatur baptiſmus, ſecundum proportionem ad eundem effectum baptiſmi propriè ſumpti, & ita martyriũ, pœnitẽtia, & ſpiritus ſancti infuſio, baptiſmata appellantur. De baptiſmate autẽ ſpiritus, ait Saluator apoſtolis, Vos baptizabimini ſpiritu ſancto, nõ poſt multos hos dies. De baptiſmate inſuper ſanguinis, Ego (inquit) baptiſmo habeo baptizari. ¶Quæritur, an baptiſmus Ioannis fuerit ſacramentum, vel ſolùm quid ſacramentale? Reſpondendum, quod erat ſacramentum, quoniam fuit ſignũ rei ſacræ, puta baptiſmatis Chriſti. Quamuis enim nõ contulit gratiã, fuit tamẽ inchoatio quædam ſacramẽtorũ gratię, nouęque legis. Vnde propriè dicitur mediũ inter ſacramẽta veteris teſtamẽti & noui, quemadmodum diſpoſitio ad formã media eſt inter priuationẽ & formã. Conueniebat enim cũ ſacramentis legis in hoc ꝙ erat ſignum duntaxat: cum ſacramentis verò nouæ legis & gratiæ in hoc ꝙ de propinquo diſponebat ad gratiã, & in forma, atq; materia cõuenientiam habuit cũ noſtro baptiſmo. Fiebat nanq; in aqua in nomine Chriſti. ¶Quæritur ergo, ſub qua forma baptizauit Ioannes? Reſpondendum, quòd ſub iſta, Ego te baptizo in nomine vẽturi, iuxta illud, Ioannes baptizabat popu- 1.Cor.1.

B lum, dicens, In eum qui vẽturus eſſet poſt ipſum vt crederẽt, hoc eſt in Ieſum. Quamuis enim Chriſtus tunc venit in carnẽ, nondum tamen venit ad prædicationẽ, ¶Sed ſi baptiſmus Ioannis non præſtitit gratiã, quæritur, cur baptizauit? Reſpondendũ, quod multas ob cauſas. quarũ primã ipſemet tangit Ioannes loquẽs de Chriſto, Vt manifeſtaretur (inquit) in Iſraël, propterea veni ego in aqua baptizans. i. ad hoc vt oſtenderẽ populo Iſraël, ꝙ Chriſtus eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto, Ex hoc enim Ioan.1.
quòd Ioannes baptizauit, quod nulli ptophetarum ante eũ conceſſum eſt, cõcurrebat ad eũ populus, ſicq; omnib⁹ manifeſtare potuit Chriſtũ, cuius fuit ipſe præcurſor. Secundò, vt ordinẽ ſuæ pręcurſionis in omnibus obſeruaret, quatenus ſicut Chriſtũ præuenit naſcẽdo & prædicãdo, ſic eũ quoq; præcederet baptizando. Tertiò, vt ad Chriſti baptiſmum diſponeret. Quod enim cathecuminis nondum baptizatis cõfert inſtructio fidei, hoc cõtulit credentibus bapriſmus Ioannis. Quartò, vt homines ad pœnitendũ induceret. Quintò, vt ad ſuſcipiendũ Chriſti baptiſmũ hoſtes mã ſuetos efficeret. Quoniã ergo baptiſm⁹ Ioannis dabatur in nomine vẽturi, videlicet Chriſti, idcirco erat quędã ꝓteſtatio, atq; profeſsio, credendi in Chriſtũ, & opera pœnitẽtiæ digna agẽdi: ordinabatur quippe ad hæc. Et quia pœnitẽtia nõ cõpetit pueris, ideo eis nõ cõferebatur ſicut nec fœminis, vt aliqui dicũt, quoniã inſtruẽdæ erant per viros. Quãuis autẽ baptiſmus Ioannis nõ contulit gratiã ſua virtute, tamẽ ex fide & deuotione ſuſcipiẽtes, ex ſanctitate quoq; & precib⁹ dantis, præſtitit gratiã, ſicut & ſacramẽta legis. [*Vi-* Lucæ.3.

C *dens autem Ioannes multos phariſæorum & Saducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis.*] ¶In populo Actu.1.
Iudæorum erant tres ſectæ, quæ ſe cæteris præferebant, puta Eſſæi, qui abſtractam & rigoroſiſsimã vitam duxerunt, ſed errauerũt in multis, putãtes ſe ſua iuſtitia ſine gratia poſſe ſaluari. Phariſęi quoq; qui quaſi diuiſi ab aliis, dicebãtur quaſi religioſiores & doctiores, eratq; honeſta ſecta eorũ, de qua ſe Paulus fuiſſe teſtatur, Ego, inquiens, phariſæus ſum, filius phariſæorũ. Item & Saducęi, dicentes ſe natos de ſemine Sadoc põtificis, qui libros Moyſi recipientes, prophetas nõ receperũt, & nec angelum, nec ſpiritũ, nec reſurrectionẽ cõceſſerunt, quæ omnia phariſæi admiſerunt. His ergo dixit Ioannes, [*Progenies viperarum*] id eſt generatio, ſeu filij ſerpentum, videlicet peruerſorum, venenatorumque patrum, [*Quis demonſtrauit vobis fugere a ventura ira?*] locus iſte dupliciter explanatur. Ambroſius enim ſuper Lucam exponit, vt ſit cõmendatio pœnitentium, hoc modo, [*Gennima*] id eſt progenies [*Viperarum*] patrum impiorum: non tamen impij filij, quoniam pœnitentes. Ad generationem itaque non ad ſucceſsionem, id eſt ad genitores, non ad filios referenda eſt comparatio viperarum ſecũdum Ambr. Lucæ.3.
[*Quis demonſtrauit vobis*] id eſt quis docuit vos iã pœnitẽtes, [*Fugere a ventura ira?*]. i. timere extremum Ambroſi.
iudicium, & vitam corrigere, per quòd ſententia damnationis vitatur? Nullus vtique, niſi miſericors deus, cum ſitis filij peſsimorum. [*Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*] id eſt quia iam datum eſt vobis

D intus pœnitere, curate exterius opera ſatiſfactionis idonea perpetrate, quatenus ſecundum menſuram peccati & delectationis illicitæ, ſit mẽſura operũ pœnitentialium & afflictionis ſpõtaneæ: iuxta illud, Quantũ glorificauit ſe, & in delicitiis fuit, tantũ date ei luctũ & tormentũ. Peccata nempe ſunt vulnera animæ: medicina verò eſt pœnitẽtia. Certum eſt quòd vulnera profundiora ac magis mortifera maiori ac acerbiori indigent medicina. Secundò exponitur ſecundum Chryſoſtomũ & Bedam, vt ſit Lucæ.3.
exprobatio impœnitẽtium ficte venientium ad baptiſmũ, vt inſidientur Ioanni. His igitur loquitur, Progenies viperarum, id eſt venenati, fallacesque filij patrũ ſerpẽtinorum, quorum venenoſam prauitatem, ac ſimulationem ſectamini. Quis demõſtrauit vobis fugere à vẽtura ira, id eſt nullus poteſt vobis dare conſilium, viam, ſeu modum euadendi diuinæ iuſtitiæ, vltionem vobis imminentem, niſi pœniteatis. Et quamuis nunc occultetis hominibus veſtram malitiã, tamen in die iudicij deducetur in publicum. Vnde in ſapientia ſcribitur, Manũ tuã domine impoſsibile eſt effugere. Et Pſalmiſta, Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, ſcilicet ex intimo corde, cum diligenti cuſtodia mentis, & animo timorato, ne recidiuetis. Horrendum eſt enim incidere in manus dei viuẽtis. Porrò ꝙ iſte ſit ſenſus, videtur ex eo quod infra habetur, quẽadmodum Chriſto interrogante phariſæos, Baptiſmus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? non audebant reſpondere de cælo, ſcientes quod diceret ipſis, Quare ergo vos nõ credidiſtis ei? Quod autem prior expoſitio aptior ſit, apparet ex hoc quod in Luca fertur Chriſtũ verba iſta dixiſſe ad turbas communiter. Lucæ.20.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Turbæ autem credebant Ioanni, propter quod phariſæi dicere non audebant ex hominibus, propter E
populum. Omnes enim habebant Ioannem quaſi prophetam, vt euangeliſta diſſeruit. Probabilius er
Matth.11. go apparet Ioannem dixiſſe hæc verba ad omnes communiter, quorum aliqui boni, aliqui mali fuerunt, non tamen ſecundum eundem ſenſum, nec propter finem eundem. Nec hoc mirum putetur, cum ſecundum Auguſti. eadem ſcriptura habeat ſenſum literalem multiplicem. Bonis ergo & pœnitentibus, ſed nondum perfectis ſic fatur, vt eos magis humiliet, ad melioraque prouocet. Frequenter enim viri ſancti dure loquuntur etiam valde bonis, propter hanc aut ſimilem cauſam: malis verò ſic loquitur, vt terreantur atque pœniteant. [*Et ne velitis dicere intra vos*]. i. ne cogitetis inaniter gloriando de ingenita carnalis propagationis nobilitate, [*Patrem habemus Abraham*] magnum patriarcham, de cuius ſemine ſumus exorti, quaſi hoc vobis ad ſalutem ſufficiat. ¶ Iactabant etenim ſe Iudæi de dignitate proſapię, quod friuolum eſt, quoniam imitatores fidei itaque iuſtitiæ, patriarcharum, potius appellan
Eccle.16. tur filij eorum, quam filij ſolùm carnales. Propter quod Saluator ait Iudæis, Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Quod quoniam non fecerunt, audierunt à veritate, Vos ex patre diabolo eſtis. Vnde ad Galatas dicit Apoſt. Qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ. Meritò denique non debetis de iſta paternitate præſumere, [*Dico enim vobis quoniam potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*] ſecundum duplicem intellectum. Primò, nam deus omnipotens qui cuncta creauit, poteſt facillime de ſaxis procreare homines iuſtos qui ſint ſpirituales filij Abrahæ, veriores nobilioréſque filij eius, quàm eſtis F
vos. Secundò, quia de gentilibus, qui propter cordis ſui duritiam, ſtoliditatem, ac idololatriam, lapides nominantur, poteſt miſericordia dei facere homines ſanctos & ſpirituales, qui digni ſint dici filij Abrahę quemadmodum per Ezechielem affirmat, Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum: quod de Iudæis literaliter dicitur. Hanc ſuſcitationem deus impleuit, quando ad prædicationem apoſtolorum obſtinati ſunt Iudæi, & gentiles illuminati, quando deus vocauit non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam, ſicut Oſeas prædixit, hoc eſt plebem gentilem, quæ tempore ſuæ perfidiæ fuit non dilecta, & deo odioſa ſecundum præſentem iuſtitiam, fecit ſibi dilectam, conuertendo eam ad fidem. Tunc quoque impletum eſt illud Eſaiæ, Quia multi filij diſertæ; id eſt gentilitatis olim relictæ, quàm eius quæ habet virum, hoc eſt, ſyna
Chryſoſt. gogæ. cuius ſponſus & vir extitit deus. ¶ Secundum Chryſoſtomum Iudæi à Ioanne dicuntur progenies viperarum, propter tres viperæ proprietates. Prima eſt, Cum vipera momorderit hominem, ſtatim ipſa currit ad aquam: quam ſi inuehire non poteſt, moritur. Sic Iudæi peccata mortifera committentes ad baptiſmum currebant, vt more viperarum periculum mortis euaderent. Secunda, nam ſicut natura viperarum eſt rumpere viſcera materna, & ſic naſci: ſic Iudæi perſequentes aſsidue ſanctos prophetas, corruperunt matrem ſuam, videlicet ſynagogam Tertia, nam viperę foris ſpecioſę & quaſi pictæ videntur, intus verò replentur veneno: ſic phariſæi & ſaducæi ſanctitatem forinſecus ſimulabant, ſed venenum malitiæ portabant in corde. Deinde ſubditur ratio cur efficaciter pœnitere oportet, [*Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*] id eſt de proximo imminet vobis interitus mortis atquæ æternę damnationis, niſi pœnitentiam dignam egeritis, ſicut arbori propinqua inſtat ruina, quando ſecuris applicatur radici, vt arborem amputet, funditusque auellat. Loquitur autem metaphorice, vt per ſecurim intelligatur rigor, ſeu vltio diuinæ iuſtitiæ, quæ frequenter tollit & damnat impœnitentem repente, ac improuiſe, iuxta illud Eccleſiaſtici, Non tardes conuerti ad dominum, ſubitò enim veniet ira illius, & in die vindictæ diſperdet te. Arbor verò eſt genus humanum, ſeu homo quicunque: radix verò eſt firmitas vel ſubſiſtentia vitæ præſentis. Securis ergo. i. rigor diuinę equitatis ad radicem arboris, id eſt ad ſubſiſtentiam vitæ hominis poſita eſt, vt peccatorem tollat & puniat, quoniam deus paratus eſt impium extirpare, prout in Eccleſiaſtico habetur: In peccatores reſpicit ira illius. Vt in libris Machabæorum legitur, A verbis peccatoris ne timueritis, quoniã gloria eius ſtercus & vermis, hodie extollitur, & cras non inuenitur. Hinc etiã per Eccleſiaſten inducitur, Non ſit zonũ impio, nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vmbra prætereant. Poteſt quoque per ſecurim intelligi tranſitus vitæ præſentis, quæ quantò prolongatur, tantò amplius breuiatur. Vnde Ezechias, Præciſa
Math.7. eſt (inquit) velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me. Vel, ſecuris, hoc eſt, comminatio ſacræ ſcripturæ, ad radicem arboris, hoc eſt, ad intellectum hominis, poſita eſt, vt eum hortetur, ac ter
reat. Deus nanque in ſcripturis comminatur hominibus vt corrigant ſemetipſos: propter quod Hie- H
remias proteſtatur, Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram? [*Omnis ergo arbor*] hoc eſt, quilibet homo adultus & compos rationis, [*Qui non facit fructum bonum*,] id
Hiere.23. eſt actum meritorium interiorem vel exteriorem, imò vtrumque ſi adſit facultas & tempus debitum, [*Excidetur*,] hoc eſt, ab electis ſeparabitur: [*Et in ignem (Infernalem) mittetur*.] talis enim non implet præcepta affirmatiua. Nec ſufficit declinare à malo, ſed oportet inſuper bene facere. Omiſsio ergo interdum eſt peccatum mortale. Hinc ſeruus inutilis iubetur mitti in tenebras exteriores. Et Chriſtus dicit, Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater. Ex prędinductis pateſcit veritas iuſtitiæ in Ioanne, qui ſine perſonarum acceptione peccatores durè redarguit, neminem palpans, nulliqne blandiens. Cõſequẽter Ioannes oſtendit inſufficientiã ſui baptiſmi, & proprię perſonæ cõditionẽ. cuius ratio eſt vt tangitur in Luca, quoniã omnes opinabantur Ioannẽ eſſe Chriſtũ
[*Ego quidem baptizo vos in aqua*,] id eſt exterius lauo vos, aquam ſuper vos fundens, non inte-
Ioan.13. fi rius purgo peccata tollens, aut gratiam conferens, Baptizo ergo, & corpora veſtra in aqua lauo, [*In pœnitentiam*,] hoc eſt, ad hoc vt ad pœnitendum vos inducam, non vt peccata dimittam. [*Qui autem poſt me venturus eſt*] in publicum, id eſt Chriſtus, qui cito poſt hæc manifeſtabit ſeipſum, prædicando, miracula faciendo, atque per ſuos diſcipulos baptizando, [*Fortior*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A id est maior & dignior [*Me est*] secundum vtramque suam naturam: quia vt deus est infinitæ potentiæ, dignitatis ac perfectionis, secundum humanitatem quoque assumptam, data est sibi omnis potestas in cælo & in terra. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manus eius: imò Christus vt homo excedit perfectionem, dignitatem & gratiam omnium creaturarum simul sumptarum, propter immediatã & hypostaticam, seu personalem vnionem suę humanitatis cum verbo. [*Cuius non sum dignus calciamenta portare,*] hoc est, intantùm excedit me, quòd non sum dignus ei in minimo ministrare. De Christo legitur, quod cœpit facere & docere: cum ergo ipse discipulos suos ad prædicandum miserit sine calciamentis, credibile est quod ipse calciamentis vsus non sit. Quod ergo ait Ioannes de Christo, cuius non sum dignus calciamenta portare, intelligendum est secundum communem modum loquẽdi, quo aliquis volens se multum humiliare sub aliquo, dicit se non esse dignum gerere calcios eius: per quod Ioannes declarat se incõparabiliter Christo minorẽ. O quanta humilitas in corde Baptistæ. Meritò vtiq; à Christo excellentissimè laudari sublimariq; meruit, qui se tantũ sub illo deiecit, quãuis nec plenè se humiliare potuerit per comparationẽ ad Christum: qui tamẽ de Ioanne testatur, Inter natos mulierũ, non surrexit maior Ioanne Baptista. ¶ Sed quæritur, cùm secũdum doctores quosdam, homo de condigno possit mereri vitam æternam, quomodo Ioannes dignus non fuit Christo in minimo ministrare, seu eius calciamẽta portare? Deniq; si dignus fuit, & meruit Christũ baptizare, quomodo dignus nõ fuit ei in minimo deseruire? Respondendum, ꝙ aliquis dicitur dignus per cõparationem ad Christum dupliciter. Primò, simpliciter: secundò, secundum modum humanæ possibilitatis & conditionis. Primò modo nemo dignus fuit vel est Christo appropinquare aut ministrare, propter infinitum excessum suæ perfectionis præ omnibus: tamẽ secũdò modo est aliquis dignus ei seruire, imò & corpus & sanguinem eius consecrare, ac manducare, præsertim cum dicat Apost. Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. [*Ipse vos*] hoc est vosipsos, vel alios per vos designatos, & vobis in specie similes [*Baptizabit*] per suos ministros, ita quod ipse erit principalis baptizator, mundans interius: ministri verò ipsius erunt baptizatores instrumentales. Christus qui per seipsum non baptizauit, vt dicit Ioannes. [*In spiritu sancto*] hoc est, virtute & gratia spiritus sancti, videlicet, gratiã spiritus sancti infundendo, & vitia diluendo, [*Et igni.*] & si dixisset, in spiritu sancto & aqua, consonare videretur Saluatori dicenti, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Quid ergo per ignem intelligitur? puto quod charitas feruor, de quo Christus dicit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Christi nanque baptismus ordinatur ad diuinæ charitatis perfectionem atq; feruorem, propter quod lex euangelica appellatur lex amoris & gratiæ. Baptizabit ergo vos in spiritu sancto & igni, id est baptizando charitatem in vobis accendet, inducendo vos in memoriã beneficiorũ suorũ. Hieronymus per spiritũ sanctum & ignẽ, idem intelligit, eo quòd spiritꝰ sanctus sit ignis: iuxta illud Apostoli ad Hebræos, Deus noster ignis consumens est, sicque cõiunctio, &, tenetur expositiuè. Chrysostomus & Beda per ignem intelligunt, ribulationis atque tentationis feruorem, quo Christi fideles purgantur. nam omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Lyra per ignẽ intelligit sensibile signum, in quo spiritus sanctus frequenter in primitiua Ecclesia dabatur baptizatis, quemadmodum & apostolis in die pentecostes in igneis linguis legitur datus. Alij per ignem intelligunt purgatorij pœnam, in quo post vitam præsentem lauantur atque purgantur qui cum reatu decedunt. [*Cuius ventilabrum in manu sua,*] Ventilabrum est instrumentum quo blada purgantur, separando ea à paleis, per quod intelligitur iustum iudicium Christi, quo electi à reprobis segregãtur. Area autem vocatur ecclesia, in qua boni ac mali commixti sunt, sicut in area triticum paleáque simul ponuntur. Triticum verò electos significat, horreum verò regnum cæleste, palea reprobos. Est igitur sensus, [*Cuius*] videlicet Christi, [*Ventilabrum,*] id est iustum iudicium, iudiciariáque potestas est, [*In manu*] id est in potestate sua. Pater enim omne iudicium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filiꝰ hominis est, & [*Permundabit*] id est perfecte purgabit [*Aream suam*] id est ecclesiam militantem in die iudicij, quando separabit agnos ab hœdis. Nũc enim peruersi cũ bonis miscentur, sed tũc loco & præmio separabũtur. Quotidie quoque purgat deus areã suam dupliciter. Primò, impios de hac vita tollendo, ne inficiant
D simplices. Secũdò, electos multipliciter castigando, spiritualiter circunscindendo, ad futuram beatitudinem disponendo per tribulationes diuersas. quemadmodum in Sapientia scribitur, Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit eos, Reprobos verò dimittit secundum desideria cordis eorum, vt erant in adinuentionibus suis. super quos non est virga dei, vt in Iob legitur. [*Et congregabit triticum suum in horreum suum,*] id est electos in regnum supernum, quando dicturus est eis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis ab origine mundi paratum. [*Paleas autem*] .i. infructuosos, leues & reprobos, de quibus in psalmo, Non sic impij, non sic, sed tãquã puluis quem proiicit ventus à facie terræ. [*Comburet,*] id est puniet, non consumet, [*Igni inextinguibili*] id est flamma & pœna infernali nunquam cessante. Per quod damnatur error dicentium pœnas inferni tandem post longa spacia terminari. Vnde in Ezechiele testatur ad impios, Conflabo & congregabo vos, vt succẽdam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, sicut conflatur argentũ in medio ignis. Vnde Psalmographus, Cadent inquit, super eos carbones, in ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent. Et Ioannes in Apocalypsi, Pars illorum erit in stagno ardenti & sulphure, & fumus tormentorum ascendet in secula seculorũ. O vtinam verba ista terrifica anima sapienter saperet, & aure cordis ea perciperet, vtiq; nil carnale aut transitoriũ eam delectaret, sed cum sancto Iob diceret, Semper quasi tumẽtes super me fluctus timui deũ. ¶ Sed cũ de impiis dicatur, Ad nimium calorem transeant ab aquis niuium, cur de solo igne nũc fit mentio? Dicendum quòd nomine ignis quæ-

Lucæ. 3. Marci. 1.

Actu. 2.

Ioan. 5.

Iob. 23.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Esaiæ.82. libet grauis afflictio designatrix: vel de igne solùm fit mentio, tanquam principali tormento. [*Tunc*] E
videlicet Ioanne prædicante, ac baptizante [*Venit Iesus a Galilæa,*] puta à ciuitate Nazareth, in qua ipse
hucusque iuuenis habitauit cum virgine, sponsus cum sponsa, creator cum creatura, Christus saluator
cum Maria præelecta incomparabiliter benedicta, cum qua deus tantò tempore in terris conuersari,
ac demorari elegit, quia delicitiæ eius esse cum illa. [*In Iordanem*] id est ad loca iuxta Iordanis fluenta,
[*Ad Ioannem (Baptistam) vt baptizaretur ab eo*] in Iordane. ¶ Cur agnus sine macula, cur deus & homo
inter populares aduenit, vestimenta deposuit, & vt baptizaretur manibus serui se nudum supposuit?
Ostupendum, ac metuendum, paritèrque amandum spectaculum: quid mirum si expectauit Ioannes
oculis corporalibus hoc cernens, cum & nos sola consideratione intellectualis oculi contremiscimus? Cur ergo hoc factum sit, statim dicetur, [*Ioannes autem*] ex humilitate [*Prohibebat eum*] non per
modum imperii, cum hoc sit superioris, sed per modum humillimæ abnegationis, sciens se indignum
Ioan.13. 8 ad baptizandum filium dei, quemadmodum etiam Petrus ait ad Iesum, Non lauabis mihi pedes in æternum. Considerans namque Ioannes suam paruitatem, & Christi maiestatem, incredibiliter mirabatur de tanta dignatione & humiliatione dei incarnati. Prohibebat itaque eum publice coram popu
lo dicens, [*Ego a te debeo,*] id est indigeo & debito condecentiæ teneor, [*Baptizari*] baptismo tuo, euangelicæ legis sacramento, vel saltem interiori baptismo: quod & factum est, sicut ait Chrysostomus,
quod Christus postea baptizauit Ioannem. ¶ Debuit autem Ioannes baptizari à Christo, propter ve- F
nialium remissionem, propter gratiæ incrementum, propter propriæ doctrinæ approbationem, quatenus ipse faceret ad quod alios hortabatur, Admonuit enim alios vt Christi baptismum susciperent:
Apostolos quoque baptizatos esse à Christo probabile est. [*Et tu venis ad me?*] seruum tuum. quasi
dicat, Hoc omnino mirabile est, mysteriumque ignoro. [*Respondens autem Iesus (Ioanni) dixit ei, Sine,*]
id est ab hac tua prohibitione cessa, & dimitte me baptizari [*Modo,*] nunc, cum tempus est humiliationis [*Sic enim*] videlicet, vt ego baptizer à te, túque baptizes me, [*Decet nos*] ambos, & me specialiter
[*Implere omnem iustitiam,*] id est omnem perfectionem, virtutem, & maximè humilitatem, Hæc est præcipua ratio baptizationis Christi, vt omnem impleret iustitiam. Sumitur verò iustitia hoc loco communiter, prout omnem virtutem includit. ¶ Iustum itaque fuit Christum baptizari. Primò, quoniam
in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, vt humanam operaretur salutem. Quemadmodum ergo
occisus est, vt nos à morte eriperet: sic baptizatus est, vt suo baptismo animas nostras purgaret, tactu:
que sui sanctissimi corporis, aquis vim regeneratiuam præstaret. Tertiò, vt baptismum Ioannis approbaret. Quartò, vt nobis perfectæ humilitatis formam ostenderet. Quintò. vt primo faceret quod
statim edocuit: docuit enim Christus alios vt baptizarentur. [*Tunc dimisit eum Ioannes,*] id est ratione
tanti mysterij cognita, dimisit Christum suis se subdere manibus, præparans se ad baptizandum dominum vniuersorum. [*Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua,*] id est Iordanem exiuit, G
stans in ripa vel prope. [*Et ecce aperti sunt ei cæli,*] non per diuisionem cælestium corporum, quæ incorruptibilia sunt, sed per effectum quendam cælestem cælitus apparentem.
¶ Cum enim pater & spiritus sanctus in cælo habitare & esse dicantur, tunc cæli asseruntur aperiri, quã
do per subiectam creaturam apparent hominibus: iuxta quem modum orat Psalmista, Domine inclina cælos tuos & descende. Esaias quoque, Vtinam (inquit) disrumperes cælos, & descenderes. Pro-
Hierony. pter quod dicit Hieronymus, Aperti sunt cæli, non reseratione elementorum nomine autem elemen
Chrysost. torum intelligit etiam orbes cælestes. Et Chrysostomus, Non rupta est creatura cælestis. Veruntamen
aduertẽdum, quòd lux quædam copiosa desuper fusa descendit, & circa Christum apparuit, propter
quam videbatur quædam scissio siue apertio esse in cælo, quemadmodum tempore magnæ fulgurationis. Vnde Ezechiel, cum visiones Dei describeret, cælos, affirmat apertos fuisse. Similiter Stephanus de apertione cælorum loquitur. Sic ergo aperti sunt ei (videlicet, Christo, id est ad manifestandam gloriam eius) cæli omnes. [*Et vidit*] visione corporali ipse Christus siue Ioannes. Vterque enim
eorum vidit quod subditur, [*Spiritum dei,*] id est spiritum sanctum [*Descendentem sicut columbam*] id est in forma columbæ, [*Et venientem super se,*] id est sedentem super caput Christi, vt supra apostolos sedit in igneis linguis. Vnde Ioannes Baptista ait, Vidi spiritum descendentem de cælo quasi columbam, & mansit super eum. Hanc columbam angelus ex materia elementari formauit H
vt dicitur, eamque mouit, sed ipsa spiritum sanctum repræsentauit, quæ ministerio suo peracto, in
præiacentem est reuersa materiam. [*Et ecce vox de cælis (intonuit) dicens.*] vox ista ab angelo formata est in persona dei patris, qui dicitur apparuisse in voce, non quia visus est, sed quia auditus. [*Hic*
Math.17. *est filius meus*] naturalis, coæternus, & vnicus, non adoptiuus, [*Dilectus,*] quem secundum
quòd Deus est tantùm diligo sicut meipsum, videlicet, superæstuanti, dulcissimo, penitusque infinito amore. Secundum verò humanitatem eius assumptam, verbo vnitam, diligo eum amplius quàm totum vniuersum: quoniam maius bonum contulit ei soli, quàm omnibus aliis simul, videlicet, per sonaPsalm.103. lem vnionem cum verbo, & gratiam sine mensura. [*In quo mihi complacui,*] id est de seipso & eius perfectione in meipso complacentiã delectationemque habeo, tanquam qui talem filium genui, tam speciosum, sanctum, & mihi omnino simillimum. Si enim letatur deus in operibus suis, & si beneplacitum est domino in populo suo, quantò magis in filio suo vnigenito delectatur & complacet, in quo
nil dissimilitudinis, nil cõtrarietatis, nil mali inuenitur. Denique secundum diuinitatẽ Christi cõplacet sibi pater in Christo, complacẽtia infinita: secundum humanitatẽ verò assumptã, habet in eo complacentiam singularẽ, tanquã in filio obediẽtissimo. Vnde & ita potest exponi, In quo mihi cõplacui,
Ioannis.7. id est in quo volũtas mea implebitur, quantũ ad reparationẽ generis humani: propter quòd Christus
testatur Quæ placita sunt ei facio semp. ¶ Circa præhabita quæritur, an baptizati baptismo Ioannis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A erant rebaptizandi baptiſmate Chriſti. ¶De hoc duplex opinio fuit: vna dicentium, quod baptiſmus Ioannis, quia prę paratorius fuit ad Chriſtum, idcirco ſi baptiſmũ illũ ſuſcipiens, retulit eũ ad Chriſtũ, conſtituẽdo ſpem ſuam in gratia eius, non indiguit denuo baptizari. Hæc eſt opinio Magiſtri lib. iiij. Thomas verò & alij multi dicunt, quòd quia ſacramenta nouæ legis gratiã cõferunt ex opere operato, idcirco quãdo baptiſmus Chriſti fuit de neceſsitate ſalutis, nõ ſuffecit baptiſmº Ioannis, cũ relatione prędicta: ſed baptizati baptiſmo Ioannis, baptizãdi erãt baptiſmate Chriſti, ſicut & Paulus in Actibus apoſtolorum feciſſe narratur. Et iſta opinio roboratur verbis Auguſtini, qui dicit ſuper Ioannẽ, Baptizauit Ioannes, & baptizatum non eſt: Baptizauit Iudas, & baptizatum eſt. ¶Inſuper quæritur, cur ſpiritus ſanctus in forma columbæ apparuit in baptiſmo? Dicendum, q̃ per columbã innocentia, puritas, atque ſimplicitas deſignantur: quæ omnia ad bonitatem pertinent, quæ ſpiritui ſancto appropriatur. Conuenienter ergo in ſpecie columbæ oſtenſus eſt. Secũdò, ad deſignandum quòd in Chriſto vera innocẽtia, ſumma puritas, & circunſpecta ſimplicitas fuit. Tertiò, ad denotandum quòd per baptiſmum homo ad originalem innocentiam, puritatem ac ſimplicitatem reuertitur, dum ab omni labe peccati mundatur, & omni virtute infuſa ſubitò decoratur. ¶Quæritur, cur ſpiritus ſanctus deſcendit ſuper Chriſtum baptizatum. Reſpondendum, q̃ primò quatenus Ioãnes plenius inſtrueretur de Chriſto & efficacia ſui baptiſmatis: propter quod ait, Ego neſciebã eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, ſuper quem videris ſpiritum deſcẽdentem, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſan-
B cto Secundò, vt Ioannes dignitatem & gloriam Chriſti populo nuntiaret, ſicut & fecit: iuxta illud, Teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens, quia, vidi ſpiritum deſcendentem, & manſit ſuper eum. rurſuſque, Ego (inquit) vidi & teſtimoniũ perhibui, quia hic eſt filius dei. Tertiò, ad demõſtrandũ pleni tudinẽ gratiæ Chriſti, cuius gratia in baptiſmo aucta nõ eſt. Quartò, propter myſteriũ, ſcilicet ad inſinuandum, quòd baptizatis Chriſti baptiſmo ſpiritus ſanctus infunditur, regnumq; cæleſte aperitur: ideo enim & cęli aperti ſunt, tunc quoq; trinitas ſuper benedicta monſtrata eſt, in cuius nomine chriſti baptiſmus confertur, quæ vſque ad illud tempus nulli præcedentium patriarcharum aut prophetarum ita aperte atque diſtinctè reuelata eſt, ſicut Ioanni, in quo eius excellentia declaratur: Tunc e- Ioan. 1.
nim pater apparuit in voce, quæ formata fuit in aëre, ad inſinuandũ, q̃ dicendo genuit vnicum filium
ſuũ. qui eſt verbũ ore patris æternaliter intellectualitérq; prolatũ: iuxta illud Eccle. Ego ex ore altiſsi Eccleſ. 14.
mi prodiui, primogenita ante omnẽ creaturã, Filius verò apparuit in humanitate aſſumpta. Spiritus ſanctus in columba, non vtique ſicut aſſumpta, ſed velut in ſigno repręſentatiuo. Poſtremò quęritur, an ſolus Ioannes viderit columbam ſuper Chriſtũ deſcendentem, an etiam ipſe audierit ſolus vocẽ patris, præſuppoſito, q̃ Chriſtus vidit & audiuit illam & iſtam. De hoc nil legi, ſed apparet quòd ſic: aliter non indiguiſſet teſtari populo, quemadmodum viderit ſpiritũ ſanctum in Chriſtum deſcendere.

C ¶Elucidatio cap. 1111. [*Tunc dictus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu*]

Articulus. VII.

OStenſa vera diuinitate, humanitatéque Chriſti, conſequenter tendit Euangeliſta ad deſcribendam conuerſationem ipſius, cuius tota actio noſtra inſtructio eſt. [*Tunc*] videlicet mox vt baptizatus eſt [*Ductus eſt*] rationali ſuggeſtione atque interna inſpiratione [*Ieſus in deſertum a ſpiritu*] ſancto, qui animam Chriſti induxit ad hoc vt ingrederetur deſertum, propter rationabiles cauſas. Chriſtus quippe vt homo pleniſsimus fuit ſeptẽ donis ſpiritus ſancti, quemadmodum in Eſaia legitur, Requieſcet ſuper eũ ſpiritus domini, &c. ¶Sicut autẽ virtutes morales efficiũt hominẽ prompte mobilem à ratione, vt eius ſequatur iudiciũ: ſic dona ſpiritus ſancti reddunt eum faciliter mobilem à ſpiritu ſancto. Idcirco Chriſtus homo à ſpiritu ſancto directus, ductus & motus eſt, vt introiret deſertum. Vnde Lucas dicit, quòd agebatur à ſpiritu in deſertum. Qui autẽ ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei. Quòd enim hoc loco per ſpiritum deſi-
D gnetur ſpiritus ſanctus, patet ex duob⁹. Primò, quoniam in Luca dictũ eſt, Ieſus plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, mox ſubditur, Et agebatur à ſpiritu in deſertũ. Secũdò, quia hoc loco dictum eſt, in deſertum à ſpiritu, ſubiungitur, [*Vt tentaretur a diabolo.*] per quod notatur diſtinctio inter ſpiritum & diabolum. Poteſt quoque per ſpiritũ quo ductus eſt Ieſus intelligi ſpiritus eius rationalis creatus, videlicet anima, de quo ait, Spiritus quidem prõptus eſt, caro autẽ infirma: ad denotandum quòd
propria atque ſpontanea voluntate, & ex rationis iudicio, non coacte, deſertũ ingreſſus ſit. ¶Dicunt Lucæ. 4.
aliqui, quòd deſertũ de quo iam ſermo, ſit illud quod eſt inter Hieruſalẽ & Hiericho. ¶Oportet aduertere, quòd multiplex eſt ſpiritus, ſcilicet increatus, qui eſt incircunſcriptus, videlicet deus: & creatus, ac circunſcriptus. Spiritus quoque creatus, alius eſt rationalis, alius irrationalis, de quo Salomon, Quis ſcit, ſi ſpiritus filiorum hominum aſcendat, & ſpiritus iumentorum deſcendat? Spiritus autem rationalis creatus, alius eſt coniunctus, vt anima rationalis: alius ſeparatus: & iſte eſt duplex: alter e- Ibidem.
nim eſt ad deum inauertibiliter conuerſus, vt angelus: alius à deo inconuertibiliter auerſus, vt dęmõ. Denique ratio ſubditur cur in deſertum ductus eſt Ieſus, vt tentaretur à diabolo: Iſta eſt vna cauſa non tamen tota, nec ſola, neque præcipua. Poterat nanque & extra illud tẽtari, ſicut & in pinnaculo templi tentatus eſt. Sunt ergo & aliæ cauſæ potiores. Prima, vt ſolitariam vitam commendaret, atque eremiticæ, ac anachoriticæ conuerſationis exemplum præberet: Secunda, vt pro noſtris peccatis in eremo pœnitentiam, id eſt opera ſatisfactoria ageret. Tertia, vt formam vitandi laudem hominum demonſtraret. Mox enim vt à Ioanne tam magnifice commendatus eſt populo, ſeceſsit in eremum:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et nos ergo laudati, quæramus abſcondi, amantes neſciri. Voluit quoq; Chriſtus tentari, vt nos ad tẽ E
tationes perferendas animaret, vt gratiã triũphandi nobis mereretur, vt formã vincendi oſtenderet, vt
tentatoris virtutẽ debilitaret, noſque à tẽtationibus liberaret. Aliam rationẽ tangit Apoſtolus ad He-
bræos, Debuit (inquit) per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deũ. In
quo enim paſſus eſt ipſe & tẽtatus, potens eſt eis qui tentantur auxiliari. [*Et cum ieiunaſſet quadraginta*
diebus (artificialibus) & quadraginta noctibus] non vtique eo modo ſicut nos ieiunamus, qui quotidie ſe-
mel reficimur, & tamen ieiunare cenſemur: ſed tantò tempore nullum corporeum cibũ ſumpſit, nec
Lucæ.4. potum: vt in Luca habetur, Nihil manducauit in illis diebus. [*Poſtea eſuryit*] non neceſsitate naturę, ſed
diuina diſpẽſatione ac ppria volũtate. ¶Quãuis enim omnino ſupernaturale ſit hominem tot diebus
nil edere, ſicut in Moſe & Helia, tamẽ in Chriſto mirabilius fuit, quòd poſtea eſuriit, quàm ꝙ interim
3.Reg.19. nihil comedit: quia (vt ait Aug. in epiſtola ad Dioſcorũ) Tanta extitit beatitudo animæ Chriſti, quòd
ex redundantia eius poterat corpus Chriſti ab omni paſsione & læſione præſeruari: & præſeruatum
fuiſſet, niſi deo diſpenſante redundantia illa fuiſſet ſuſpẽſa vſq; ad reſurrectionẽ. Nõ ergo indiguit ci-
bo, niſi ex voluntate, qua voluit redundantiã beatitudinis animæ ſuæ in corpus ſuſpendi. Eſuriit quo-
que, vt ſua fame mereretur nobis gratiã magnã, & animæ ſaturitatẽ. Quicquid enim fecit aut pertu-
lit vt viator, nobis meritoriũ fuit. Item, vt aſſumptæ humanitatis veritatẽ oſtẽderet. Rurſus vt dæmo-
ni daret occaſionẽ tẽtandi. In veteri teſtamẽto legũtur Moſes & Helias tot ieiunaſſe diebus, de quo- F
rum eſurie nihil ſubiũgitur. Certũ eſt tamẽ, quòd poſtea eſurierũt. ¶Quæritur quare Saluator nõ ieiu
nauit diutius, quàm Moſes & Helias. Dicendum, ne eius diuinitas pateret diabolo, & etiã propter my
ſticã rationẽ, eo ꝙ quadragenarius numerus cõueniat pœnitẽtiæ. Cõſtat nãque ex denario quater du
cto, ſicq; ſignificat caſtigationẽ hominis ex quatuor elementis cõpoſiti cũ obſeruatione decalogi ſe-
cundum quatuor euãgeliorum doctrinam. Et iterum, Quoniã tot diebus ieiunãdo offerimus deo de-
cimas anni ſiue dierum, cui & aliarũ rerum decimas offerre iubemur ſecundum Gregorium. [*Et acce-*
dens tentator, dixit ei.] Iſte tentator & dæmon fertur fuiſſe Lucifer, quod Magiſter ſententiarum ſentire
videtur: Hilarius quoq; teſtatur, quòd fuerit dæmonũ princeps. Acceſsit autem ad Chriſtũ in forma
viſibili & humana, & forte in forma hominis religioſi, vt ſimulata ſanctitate circundatus, citius falle-
ret. ¶Porrò tentare propriè ſumptũ, eſt experientiã explorare de re ignorata, vel dubia. Dæmon ergo
dubitauit de Ieſu Nazareno, an eſſet Chriſtus, idcirco optauit certificari de hoc, habuit nanque pro
vtraque parte rationes ſibi quodammodo inſolubiles. Dicit autẽ Chryſoſtomus, quòd audiuit ange-
los, Gloria in excelſis deo, cãtantes. Angelum quoque euangelizantem paſtoribus, quia natus eſt vo-
bis hodie Saluator. vidit & Magos venientes, & puerum adorantes. verba etiam Symeonis & Annæ
audiuit, teſtimoniumque Ioannis, ex quibus coniiciebat Ieſum eſſe Chriſtum: præſertim quia ex va-
ticinio Danielis de numero hebdomadarũ cognouit tempus aduentus Chriſti impletum. Ex prophe-
tiis inſuper Eſaiæ & Hieremiæ, quorũ vnus ait, Vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, deus G
fortis, &c. Alius verò, Hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter, loco cuius in He
bræo habetur, nomen domini Tetragrammaton, quod ſoli verò cõuenit deo. Ex his (inquam) & aliis
prophetarum ſcripturis, ſciebat quòd Chriſtus eſſet deus & homo in vna hypoſtaſi, ſeu perſona, ex
quibus omnibus ſimul penſatis, vehementer opinatus eſt quòd Ieſus eſſet Chriſtus mundi ſaluator.
Sed ex alia parte, videns eum inter populares baptizatum, & fame confectum, dubitauit quomodo ta
lis poſſet eſſe deus & homo ſeu Chriſtus. Hinc ergo dicit ad eum, [*ſi filius Dei*] vnigenitus, de quo
locuti ſunt prophetæ [*Es, dic,*] id eſt propria authoritate iube, & dicendo effice, [*Vt lapides iſti*] qui
coram te iacent, [*Panes fiant.*] Cogitauit autem diabolus verſipellis, ſi ſine meo ſubſidio poterit pro-
pria poteſtate ſubitò rerum naturas mutare, ſciam quòd ſit vniuerſorum creator, de quo legitur,
Pſalm.32. Ipſe dixit, & facta ſunt. Si autem non poterit, ſcio quòd homo purus conſiſtat. Tentauit autem de la-
pidum mutatione in panes, eo quòd eſſet fame laborans, & per conſequens magis inclinatus ad tale
miraculum. Sed non eſt ſapientia, nec eſt ſcientia, neque conſilium contra dominum. Sapientia enim
in omnibus ſapienter agit. Quid ergo reſpondit fons ſapientiæ, verbum dei in excelſis, ſequitur. [*Qui*
reſpondens dixit ei, ſcriptum eſt, Non in ſolo pane,] id eſt corporeo cibo [*Viuit homo,*] ſecundum vtram
que partem ſuam, videlicet corpus & animam, [*ſed in omni verbo*] ſacræ ſcripturæ, [*Quod procedit de ore*
dei,] id eſt ab intellectu diuino inſpiratur, & per angelos reuelatur hominibus ſanctis. Quemadmo- H
dum enim corpus ſuſtentatur & conſeruatur in vita naturæ per panem materialem: ſic anima conſer
uatur ac roboratur in vita gratiæ per verbum dei, ſeu ſacram ſcripturam quemadmodum ait Saluator,
Ioan.5. Qui audit verbum meum, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam. Et alibi, Beati qui audiunt
verbum dei, & cuſtodiunt illud. Itaque verbum dei intellectum illuminat, ad fidem inducit, opera
Pſalm.118. dirigit, errores excludit: propter quod ait Pſalmiſta, Lucerna, pedibus meis verbum tuum, & lumen
ſemitis meis. Spem roborat, iuxta illud, Memor eſto verbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpem dedi-
ſti. Charitatem accendit iuxta illud, Ignitum eloquium tuum vehementer. Animam conſolatur, à vo
luptate auertit, timorem inducit, & breuiter ſicut ait Apoſtolus, Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata,
vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo ad omne o-
pus bonum. Quemadmodum ergo merito deſperatur vita naturalis eius, qui corporalem cibum non
ſumit, vel ſumptũ nõ retinet: ſic rationabiliter deſperatur ſpiritalis vita illius, qui verbũ dei non audit
Ioan.8. atque cuſtodit. Qui enim ex deo eſt, verbum dei audit. Ait autẽ Ambroſius, Cum diabolus ſic explo-
ret vt tentet, & ſic tẽtet vt exploret, Chriſtus eũ ſic fallit, vt vincat: & ſic vincit, vt fallat. ¶Aduerten-
dũ autẽ tres eſſe ſpecies tẽtationis, ad quas aliæ reducũtur, videlicet gulæ, auaritiæ, & ſuperbiæ prout
Ioannes aſſerit, Omne quod eſt in mundo, aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A aut ſuperbia vitæ. Iſta ſunt arma diaboli contra famulos dei. Quoniam ergo in prima tentatione quæ fuit de gula ſuperatum ſe conſpicit, aggreditur Chriſtum per aliam tentationem, quæ eſt de ſuperbia vanaque gloria. Nouerat quippe hoſtis verſutus, viros perfectos, qui gulam facile vincunt, ſæpe tangi motu ſuperbiæ. [*Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem.*] ¶ Quomodo autem eum aſsumpſerit, ſcriptura non exprimit. Quidam verò affirmant quod portauit eum in brachijs, vel humeris ſuis, tanquam fatigatum & debilem ex longo ieiunio, & magnitudine famis, quaſi compatiens ei, cui & Chriſtus acquieuit, vt falleret deceptorem. Aliqui dicunt, ꝙ portauit eum volando per aërem: vnde Lyra dicit quòd intentio dæmonis Chriſtum portãtis erat, vt Chriſtus à populo volare videretur, atque ex hoc inaniter gloriaretur. Alij dicunt, quòd duxit eum quaſi manu ad manum per terram quod magis conſonare videtur ei, quod in Luca habetur, Tunc duxit eum diabolus in ſanctam ciuitatem. Aliquo ergo horum modorum aſſumpſit eum diabolus non violenter, ſed quaſi ex præuia admonitione, vt iret ad homines cauſa veſcendi, ſeu prædicandi, vel ob aliquid tale quod bonum videbatur. [*In ſanctam ciuitatem*]. i. Hieruſalem, in qua ſanctus ſanctorum ſanguinem fudit, & primitiua Eccleſia ſpiritum ſanctum recepit, atque euangelicam legem prædicare exorſa eſt, [*Et ſtatuit*] id eſt poſuit [*Eum ſupra pinnaculum templi*] id eſt deambulatorium ſeu tectum quod fuerat planum vbi ſacerdotes ſedebant cum populo prædicabant. Poſuit autem eum illic præſente populo, vt Chriſtus alliceretur ad laudem Lucæ. 4.

B humanam, putans Chriſtũ videri ab omnibus: ſed ipſe ſe inuiſibilem reddidit. Intantùm enim fuit corpus eius ſubiectũ rationi ac deo, ꝙ ad imperiũ dei ac proprię rationis immutauit vel nõ immutauit vſum aliorũ: ſicut & corpora glorificata. [*Et dixit ei, Si filius dei es*] patri æqualis, [*Mitte te deorſum*] in conſpectu aſtantium, vt videntes ſine caſu volare, vel ſine læſione cadere, mirẽtur & laudent te & ne timeas de periculo, [*Scriptum eſt enim*] in Pſalmo, [*Quoniam angelis ſuis mandauit*] id eſt præcepit deus pater [*De te.*] Id quod in Pſalmo illo ſubiungitur, [*Vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis;*] non autem in vanis præcipitiis. Ideo dæmon ſubticuit hoc, ne ſua fraudulentia notaretur à Ieſu, quem ſciuit eſſe aſtutum, ac prouidum. [*Et in manibus*] id eſt ſua virtute & operatione. [*Tollent*] id eſt portabunt, [*Te*] cum fuerit opportunum, [*Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*] id eſt ne aliquid tibi in via obſiſtat aut lædat. Secundum Hieronymum Bedam & alios, Pſalmus iſte non eſt ad literam ſcriptus de Chriſto, ſed de quocunque homine virtuoſo & viatore, angelorum cuſtodia indigente, qua Chriſtus non eguit: in quo patet dolus diaboli ſcripturam mendaciter, & tamen veriſimiliter, ſeu multum apparenter applicantis. [*Ait illi Ieſus rurſum: ſcriptum eſt, Non tentabis dominum deum tuum*] id eſt ô homo quicunque ſis ille, non præſumas deum tentare. Non autem dixit chriſtus hæc verba, vocando ſe deum diaboli, cuius vtique deus fuit, ſed vt per veram alegationem ſcripturę impio præualeret, ita quòd nec eius diuinitas dæmoni patuit, nec aliquid certum de eius conditione atque perſona cognouit, an ſcilicet eſſet Pſalm. 90. Hierony. Deute. 6.

C purus homo. ¶ Porrò deum tentare, eſt ſine neceſsitate de eius prouidentia vel poteſtatẽ experimentum accipere, omittendo videlicet quod in ſe eſt, & ſecundum humanum modum ſibi incumbit, atque diuinæ potentiæ ſe indiſcrete commitendo: vt ſi quis fame laborans poſsit medicando panem acquirere, ſed hoc omittens, committit ſe diuinæ prouidentiæ, non intelligens quòd hoc ex diuina prouidentia omnia complectẽte, ſit, quòd poſsit mendicando acquirere panem. Quoniam ergo à pinnaculo templi ad pauimentum paratus fuit deſcenſus per gradus, ſi Chriſtus ſe præcipitaſſet: deum videretur tentaſſe. Conſequenter deſcribitur tentatio tertia, quæ fuit de ambitione & auaritia, utpote de concupiſcentia oculorum, [*Iterum aſſumpſit eum diabolus,*] forte eo modo vt ante, [*In montem excelſum valde,*] vt locus eſſet occaſio conſentiendi tentationi, ſciens ex mutatione locorum frequenter mutari affectum. [*Et oſtendit ei omnia regna mundi*] principalia. Oſtendit autem ei non ignoranti. ¶ Sed quomodo potuit ei omnia regna, id eſt vrbes, terras, prouincias mundi demonſtrare, cum certum ſit, nullum montem eſſe tam altum, vt ab eo omnes prouinciæ poſsint videri? Et licet ſatis altus conſiſteret, tamen propter localem diſtantiam, viſum conſtitutum in monte immutare nequaquam valerent. Reſpondendum ꝙ oſtendit ei omnia regna mundi, non quia obiecit ea oculis intuenda determinate & corporaliter, ſed proxima regna oſtendit ad oculum, quantùm fieri potuit, verſus quatuor plagas mũdi: cætera verò dixit in tali, vel tali parte terræ ſituata: velut ſi aliquis exiſtens in turri cum alio, dicat, Hierony.

D ecce ibi eſt Roma, ibi Leodium, ibi Colonia, [*Et gloriam eorum*] id eſt pompas, delicitias atque diuitias regnorum terrenorum expoſuit Chriſto, [*Et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens*] genua flectendo, vel in terram te proſternendo [*Adoraueris me*] adoratione latriæ. ¶ Hæc eſt antiqua & ſolita dæmonis põpa, vt deo aſsimilari & à concreaturis adorari deſideret. [*Tunc dixit ei Ieſus, Vade*]. i. recede à me [*Satana*] id eſt aduerſarie veritatis. Vade inquã in ignem æternum, ſecundũ Hierony. Veruntamen tempore paſsionis creditur rediiſſe & chriſtũ per Iudęos tẽtaſſe. [*Scriptũ eſt enim, Dominũ deũ tuũ adorabis*] adoratione interiori & exteriori, [*Et illi ſoli ſeruies*] propter ſe atq; finaliter. Vel loquitur de ſeruitute latriæ, quę deo dũtaxat debetur. Soli ergo deo ſeruiẽdũ eſt propter ſe: quia & ſi aliis nõ ſolũ ſuperioribꝰ, ſed etiã ęqualibꝰ, ac inferioribus ſeruiẽdũ ſit, pro loco, cauſa & tẽpore, iuxta illud Apoſtoli, Per charitatẽ ſeruite inuicẽ. Et Saluator in Euãg. Qui maior (inquit) eſt veſtrũ, ſit veſter miniſter. Omnis tamẽ ſeruitus iſta ad dei honorẽ referẽda eſt, & propter eiꝰ ordinationẽ ac volũtatẽ impẽdẽda, neq; alicui ſeruiendum vel obediendũ eſt in his quæ diuinitus prohibentur, quemadmodum Petrus teſtatur, Quia obedire oportet deo magis quàm hominibus. Cum igitur homini miniſtramus, nõ tam homini quã deo in homine miniſtremus: præſertim cum dicat Saluator, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Seruitus autem duliæ, hominibus poteſt & debet impendi. Cum enim deus ſit ſummus in ſe, & maximus benefactor noſter, atque altiſsimus princeps vniuerſorum, propria poteſtate potens ſaluare quoſcunque voluerit, conſtat quòd ſumma & ſingularis ei reuerentia debeatur, videlicet Matth. 20.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cultus latriæ. Considerandum in Christi responsionibus, quomodo falsas de scripturis à diabolo sum- E
ptas sagittas, veris scripturarum clypeis reijciat atque cõfringat. [*Tunc reliquit eum*] in monte isto subli
mi [*Diabolus*] confusus & victus recedens, nec aliquid certi de Christi persona cognoscens. [*Et ecce an-*
geli accesserunt] motu repetino ad Iesum in monte, [*Et ministrabant ei,*] non quasi inferiori aut indigenti,
sed vt domino, cum humilitate & reuerentia, deponendo eum à cacumine montis ad terrę planiciem.
¶ Quia enim humanam assumpsit naturam, humano modo se habuit, conformando se fratribus, atq;
angelico famulatu vtendo. Nec solum hac vice, sed etiam prius angeli ministrabant ei in eremo: iux-
ta illud, Spiritus expulit eum in desertum, erátque cum bestijs, & angeli ministrabant ei. In quibus
omnibus diuinæ naturæ sublimitas. & item humanæ naturæ decliuitas manifestantur in Christo.
¶ Circa præinducta primò inquiritur cur Lucas tentationem factam super pinnaculum templi ponit
tertiã, quã Matthæus ponit secundã. Ad hoc quidam dixerũt, Lucam describere tẽtationes has Chri-
sti secundũ ordinem factas, ita q̃ Christus secundò tentatus est in monte excelso, quem dicunt fuisse
in eodẽ deserto, in quo facta est prima tẽtatio: sicque in montẽ quasi in locũ propinquiorẽ, duxit eũ
diabolus statim post primã tentationẽ: Matthæũ verò dicunt describsisse tẽtationes Christi, nõ secun
dum ordinẽ rei gestæ, sed iuxta quandam correspõdentiam, ad tentationẽ primorũ parentum: qui pri
mò tentati fuerũt de gula, secundò de superbia, tertiò de auaritia. Hæc autẽ respõsio nõ videtur con
ueniens. Euangelista nanq; Matth. apertissimè docet, q̃ diabolus Christũ reliquerit quasi confusus & F
Gene.3. victus, audita respõsione Christi, qua demonẽ de auaritia tentantẽ, & idololatriã quodammodo sug-
gerentem, dure obiurgans dicebat, Vade Satana: Ergo tẽtatio ista vltimo facta est. Denique Lucas de-
scripta tẽtatione in pinnaculo facta, quam tertiam ponit, non dicit, q̃ tunc reliquit eum diabolus, sed
omni (inquit) consummata tentatione, recessit ab eo ad tẽpus. Non ergo recessit ante cã, quæ in mon
Lucæ.4. te cõpleta est, postquã dicit eum recessisse Matth. Hæc ergo vltima fuit. Hoc quoque patet per hoc q̃
tẽtatio dæmonis gradatim processit ad deteriora. Tertia autẽ, in qua se adorari suggessit, pessima fuit.
Veruntamen August. asserit nos ignorare, quæ duarum vltimarũ tentationũ præcesserit, & dicit, non
referre quæ ante aliã recitetur: quia scriptura nõ semper recitat gesta ordine illo quo facta sunt. ¶ In
super quęritur, an tentator duxit Christum innuitum, vel quasi spontaneũ, hoc est, an putauit q̃ Chri
stus secum tendebat libẽter, vel magis coacte. Respondendũ secundũ Hieron, & Chrysost. q̃ dæmon
voluntatẽ Christi putauit infirmitatem, ac necessitatẽ, puãs se eum cõpellere ad proficiscendũ secum.
Hierony. Alij verò satis probabiliter dicunt, q̃ dæmon in specie viri religiosi apparẽs, & Christum decipere cu
piens blandiebatur ei, & suam malitiã occultabat ne sciretur esse diabolus: sicq; Christum quasi spon-
taneũ secum assumpsit. Ex quo sequi videtur, q̃ non volauit secum per aëra. Sic enim patuisset eũ nõ
hominẽ fuisse. Nihilominus in tertia tentatione, in qua manifestũ crimen suasit, ostendit se nõ esse ta-
lem, qualis apparuit. Cernẽs quippe se per simulationẽ sanctitatis & allegationem scripturarum nihil G
proficere, manifestam iniquitatẽ apposuit: ad quã vt induceret, magnũ obtulit præmiũ, vtpote omnia
regna mundi. ¶ Quæ quia diabolus dicit se posse dare, Manichei opinabantur omnia ista terrena à dia
bolo esse creata, eiusq; imperio ad nutũ subiecta. Sed hoc dictum stultũ, ac debile est. Cum enim diabo
lus sit mẽdax & arrogans, nõ verè, sed præsumptuosè asseruit se regna omnia posse dare alicui: nisi in-
telligatur q̃ permissione diuina frequenter diabolus cooperatur aliquibus ad obtinenda dominia mũ
di. Quòd verò non sit sic intelligendum, quasi propria potestate & iure creationis valeat ea dare ali-
cui: euidentissimè constat per illud quod apud Lucam habetur, dicente ad Christũ diabolo, Tibi da-
bo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, quoniã mihi tradita sunt. Postremò per hoc quod
Christus duas primas tentationes ad suam iniuriam pertinentes, cum mãsuetudine pertulit, solùm ad
Ioan.8. verba satanæ congruenter respondens. Tertiam verò tentationem cum exprobatione quasi exaspera-
tus reiecit, dicens tentanti. Vade satana. Per hoc inquam secundũ Chrysost. edocemur, nostras iniu-
rias magnanimiter sustinere: Dei autem iniurias & contemptum, nec vsq; ad auditum sufferre. quo-
niã in proprijs iniurijs patientem esse laudabile est: iniurias autem dei dissimulare, nimis est impium.
Lucæ.4. ¶ Insuper per hoc quòd Christũ post baptismum atque ieiuniũ tẽtator aggressus est, insinuatur tunc
quemlibet nostrum fortius à diabolo impugnare, vel etiam à proximis infestari, cum vehemẽtiori af- H
fectu applicamus cor nostrum puritati internæ, ac veræ deuotioni. Tunc enim fremit & fuerit impijs-
simus hostis, incitátque frequẽter proximos nostros, aduersum nos. Nos verò inuictissimo animo in
sistamus custodiæ cordis, tantò ardentius quantò sentimus nos durius impeti. ac tentari, dicẽtes cum
Propheta, Persequar inimicos meos, & compræhendam illos, & nõ conuertar donec deficiant. Et ita
verè in nobis implebitur quod dicit Apost. Deus conteret satanã sub pedibus vestris velociter. Rur-
sus per hoc quod Christus deiecit diabolum allegãdo scripturas, instruimur tẽtationibus obuiandum
esse scripturis diuinis, vnicuiq; tentationi obijciendo scripturã contra tale vel tale peccatum, de quo
tentamur: vt si de elatione tentemur, cogitemus quod scriptum est, O dibilis coram deo & hominibus
Pfal.17. est superbia. Et illud, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Si de inuidia, cogitemus illud
beati Ioannis, Omnis qui odit fratrẽ suum, homicida est. ¶ Porrò modus qui dictus est, quomodo, sci
licet diabolus ostendit Christo omnia regna mũdi, videtur quibusdã superficialis. Vnde quasi subti-
lius loqui volentes dicunt, q̃ cum intelligẽtia sit plena formis diabolus. qui omniũ regnorũ species in
se cõtinebat, potuit eas præsentare intellectui animæ Christi: & ita omnium regna sibi ostendere, vel
etiã depingendo ea in terra, sicut fit in mappa mundi, vel exponẽdo ei dispositionẽ regnorũ. Quam-
uis autẽ huiusmodi ostensiones fieri potuissent, tamen propter eas dęmõ nõ indiguisset Christum in
montẽ altum assumere: quia tam cõuenienter fieri possunt in valle sicut in monte: ideo præinductus
modus, etiam qui concordat Chrysostomo, rationabilior existimatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Prosequutio expositionis huius cap. ab eo loco, quo dicitur, [*Cum audisset Iesus.*] Articu. VIII.

RECitata domini saluatoris tentatione, prosequitur Euãgelista ordinem & processum conuersationis, institutionis, & miraculorum ipsius. Porrò (vt Beda testatur in prologo suo super Ioannem) Matthæus, Lucas, Marcus referunt Christum post incarcerationem Ioannis Bapt. cœpisse miracula facere, & ea omittunt quæ ante incarcerationem hanc fiebant à Christo, videlicet mutationem aquæ in vinum, sanationem filij reguli, &c. quæ Ioãnes in suis cap. describit. Cœpit ergo Iesus prædicare, discipulos congregare, per apostolos baptizare, & signa facere ante incarcerationem Ioannis: idcirco Euangelista Ioannes qui vltimus euangelium scripsit, & aliorum trium Euangelium legit, suppleuit quod illi omiserunt. Veruntamen Christus non prædicauit tam aperté, nec miracula fecit tam copiosè ante incarcerationẽ Ioannis, vt postea: propterea tres Euangelistę satis putauerunt si facta & documenta Christi post incarcerationem Ioannis exhibita prosequerẽtur, quamuis vnusquisque eorum multa omiserit nã omnes tres suscitationem Lazari omiserunt, Vnde non mirum, si multa quoque omiserint minora. Ex- Ioan. II.

B ordium itaque sumens Matthæus ab operibus Christi, quæ post Ioannis incarcerationẽ contigerunt, subiecit, [*Cum autem audisset Iesus*] à discipulis Ioannis vel propriis, quod tamen certissimè prænouit, videlicet [*Quod Ioannes*] Baptista [*Traditus esset*] à deo permissiuè, in manum Herodis Antipæ, & ab Herode in manum seruorum suorum, vt Ioannem incarcerarent, eo quòd illicitas nuptias Herodis ac Herodiadis increpasset. [*Secessit in Galilæam*] id est à loco quo captus est Ioannes se elongauit, cœdens furori Herodis, ne occideretur ab eo, secundum Chrysostomum: nõ quòd timuit mortem, sed vt opportuniore tempore pateretur. & item vt fugiendi daret exemplum quando non prodest comparere. [*Et relicta ciuitate Nazareth*] in qua fuit nutritus & conceptus [*Venit & habitauit in ciuitate*] dicta [*Caphar naum maritima*] id est supra mare Genezareth sita, in cuius littore sitæ erant Capharnaum, Tyberias, Bethsaida, Corrosaim, ciuitates pertinentes ad fines Zabulõ & Neptalim: ideo subditur, [*In finibus*] id est sorte vel terminis [*Zabulon ac Neptalim*] scilicet, duarum tribuum, ad quarum vnam pertinebat Capharnaum. Vnde Christus habitando in Capharnaum, habitauit in finibus Zabulon & Neptalim, id est inter fines & vrbes Iudæorum descendentium de tribu ac semine Zabulon & Neptalim: [*Vt adimpleretur quod dictum est*] à spiritu sancto, [*Per Esaiam prophetam, Terra Zabulon & terra Neptalim*] quæ est Esaiæ. 9.

[*Via maris*] id est in qua est via communis, qua deferuntur merces à Iordane ad mare Mediterraneum [*Trans Iordanem*] id est per quam viam itur trans Iordanem tendendo in eam vsque Iordanem [*Galilææ gentium*] id est iuxta quam est Galilæa gentium, id est, prouincia illa, quam in lib. Regum legitur

C Salomon dedisse Iram regi Tyri, cui dedit viginti oppida in Galilæa. ¶ Et quoniam Iram fuit gentilis, illa pars Galilææ vocata est Galilæa gentium, quam ipse Iram appellauit, terram Cabul. Vel sic, via maris trans Iordanem, id est via qua itur à mari prædicto ad Iordanem Galilææ gentium. Hæc igitur terra dicitur via, quoniam via publica erat in ea. Quid autem per terram Zabulon & terram Neptalim principaliter intelligatur, subiũgit, [*Populus qui ambulabat in tenebris*] id est habitatores harum terrarum qui conuersabantur in tenebris ignorantiæ, perfidiæ & peccati, [*Vidit lucem magnam,*] videlicet Christum, qui ait, Ego sum lux mundi. Allegatio Euangelistæ decurtata est, & dum breuitati studuit, obscuritatem induxit. Ad pleniorem ergo intelligentiam habendam, sciendum quòd in Esaia sic dicitur, Primò tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat, &c. sicut nunc allegatur: Est itaque sensus [*Primo tempore*] id est in principio euangelicæ prædicationis factæ ab ipso Christo, [*Alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim*] id est habitatores terrarum istarum, videlicet nati de Zabulon & Neptalim, qui pro maiori parte translati & capti fuerunt diu ante Christi aduentum, aliqui tamen remanserunt, de quibus nunc agitur: Hi ergo alleuiati sunt, & animo releuati à iugo diaboli: & seruitute peccati. In his etenim locis cœpit Iesus prædicare & signa facere, crediderúntque multi in eum. [*Et nouissimo*] id

D est circa finem prædicationis Christi [*Aggrauata est via maris*] id est populus iste in his terris habitans oneratus est vitiis, induratúsque corde, reuertens ad vomitum, & fidem, doctrinámque Christi abiiciens. Vnde infra Saluator exprobat ciuitatibus istis, dicẽs, Væ tibi Bethsaida, væ tibi Corrosaim, &c. [*Populus iste qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.*] nam oculis cordis viderunt & intellexerunt Math. II.

Christi doctrinam. [*Sedentibus*] id est degentibus seu manentibus [*In regione vmbræ mortis*] id est terra plena peccatis: quæ sunt vmbræ mortis, quoniam lucem gratiæ abscondunt, & morti æternæ proximum faciunt, [*Lux*] Christianæ veritatis [*Orta est ei. Exinde*] id est post traditionem Ioãnis & mansionem in Capharnaum, [*Cœpit Iesus prædicare*] manifestè, & quasi continuò, tamen & ante incepit, [*Et dicere, Pœnitentiam agite, appropinquabit in regnum cælorum.*] Tale fuit etiam exordium prædicationis Ioannis: cuius prædicationem volens confirmare Saluator, & ostendere quòd ipse sit de quo Ioannes testatus est, simili modo exorsus est. Hæc autem verba supra exposita sunt. [*Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ,*] quod alio nomine vocatur stagnum Genezareth, eratque lacus magnus secundum Hierony. sed Lucæ. 3.

dicitur mare iuxta consuetudinem idiomatis Hebræorum, qui quamlibet magnam congregationem Matth. 3.

aquarum nominant mare. [*Vidit duos fratres*] videlicet [*Simonem qui vocatur*] alio nomine [*Petrus*] id est firmus, & Cœphas, id est principalis: quæ duo nomina Christus illi imposuit, [*Et Andream fratrem eius,*] qui erat discipulus Ioannis [*Mittentes rete*] suum [*In mare*] vt caperent pisces, [*Erant enim piscatores,*] quod vtique officium futuro eorum officio spiritualiter congruebat, vt per piscium captionem figuraretur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rationalium piſcium in hoc mari magno & ſpacioſo defluentium, vtpote hominum adunatio per re- E
te verborum cæleſtium. [*Et ait illis, Venite poſt me*] id eſt greſsibus corporis atque virtutibus animæ ſe-
quimini me, voſipſos abnegando, & propria deſerendo, vt euangelicæ perfectionis apicem apprehen
datis, [*Et faciam vos fieri*] id eſt conſtituam vos per gratiam apoſtolatus [*Piſcatores hominum,*] id eſt colle-
ctores diuerſorum populorum infra vnam Eccleſiam per expanſionem doctrinæ veſtræ ſuper eos,
quemadmodum piſces diuerſi colliguntur per rete in vnam nauiculam. Per rete ergo ſignificatur ver
bum prædicationis: per nauim, Eccleſia: per mare, mundus: per piſcatorem, doctor ſeu prædicator: per
piſcationem, inſtructio, qua diuerſi in eadem fide, ſpe, & charitate ſpiritualiter colliguntur. Iuxta hanc
Hiere. 16. ſimilitudinem ait dominus, Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabũt eos [*Et illi continuo relictis*
Matth. 19. *retibus*] & cæteris quæ habebant, ſecundum quod alibi loquitur Petrus, Ecce nos relinquimus omnia.
[*Sequuti ſunt eum*] mente & corpore. ¶ Triplex fuit diſcipulorum iſtorum vocatio. Vna ad ſimplicem
notitiam, quæ apud Ioan. deſcribitur. Cum enim Andræas à magiſtro ſuo Ioanne Bapt. audiſſet, Ecce
agnus dei qui tollit peccata mundi, demonſtrante Chriſtum Ioanne, Andræas ſequutus eſt Ieſum, ad-
duxítque Symonem fratrem ſuum ad eum: ibi quoq; deſcribitur vocatio Philippi & Nathanael. Se-
cunda vocatio fuit ad familiaritatem, quæ deſcribitur apud Lucam, quando Petrus viſa miraculoſa pi
Lucæ. 1. ſcium captione, procidit ad genua Ieſu, dicens, Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Tunc e-
nim omnia reliquerunt ad tempus, & rurſus ad piſcandum reuerſi ſunt ſicut & ante. Tertia fuit ad a- F
poſtolatum, quando ſimpliciter omnia reliquerunt, & iſta deſcribitur hic. Hæ autem duæ vocationes
Ioanni & Iacobo filiis Zebedæi exhibitæ ſunt ſimul cum Petro & Andræa: vnde nunc ſubditur, [*Et*
procedens inde] id eſt Ieſus vltra paululum tendens [*Vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi*] filium [*Et Ioan-*
nem] Euangeliſtam [*Fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes*] id eſt reparantes & melioran-
tes [*Retia ſua, & vocauit eos*] fortè per eadem verba quæ dixit ad Petrum & Andræam, videlicet, [*Venite*
poſt me, faciam vos piſcatores hominum.] Ioannes & Iacobus conſanguinei erant Chriſti, videlicet filij ſo
roris virginis benedictæ Mariæ. [*Illi autem ſtatim relictis retibus & patre*] ſuo Zebedæo [*Sequuti ſunt eum*]
corde deuoto & corpore prompto.

¶ Referunt multi, videntúrque Hieronymus & Beda hoc ſentire, Ioannem iſtum fuiſſe ſponſum, in
cuius nuptiis Chriſtus conuertit aquam in vinum, & quòd Chriſtus tunc vocauerit eum ad ſuum diſ-
cipulatum, ita quòd ſponſam ſuam nunquam cognouit: ſicque Ioannes ter vocatus fuiſſet à Chriſto.
[*Et circumibat Ieſus*] cum diſcipulis ſuis [*Totam Galilæam*] eundo de vna ciuitate in aliam [*Docens in ſyna-*
Ioan. 2. *gogis eorum*] id eſt in domibus deputatis cultui dei & actibus religioſis. Quamuis enim Iudæi non habe
bant niſi vnum templum, in quo ſecũdum legem ſacrificia immolabant: ſingulæ tamen vrbes habe-
bant ſynagogam, in quam conuenerunt horis ſtatutis ad laudandum deum, ad legendũ in lege & pro-
phetis, ad docendum, orandum, ac audiendum ſalubria. [*Et prædicans Euangelium regni*] id eſt doctrinam G
nouæ legis ac gratiæ, in qua doctrina proponitur regnum cæleſte pro præmio, quod Chriſtus docuit
appropinquare, & in ſe credentibus mox eſſe præſtandum. Exceſsit enim doctrinam Moſaicam at-
que propheticam. Et quia doctrina Chriſti noua fuit & ſupernaturalis, omnem humanam rationem
tranſcendens, & inuiſibilia bona pro mercede proponens, oportuit eam confirmari miraculis, tanquã
diuinæ veritatis argumentis, & dei ſigillis, vt ſciretur verus & à deo miſſus eſſe talia prædicans: quem-
admodum etiam veritas naturalis ſciẽtiæ per principia prima probatur, & per rationes ex primis prin
cipiis per modum concluſionum deductas: Sic veritas fidei, per opera miraculoſa ſoli deo poſsibilia
roboratur, & à deo eſſe oſtenditur, qui falſitatis confirmator ac teſtis eſſe non valet. Idcirco dicit Sal-
Matth. 10. uator, Opera quæ dedit mihi pater teſtimonium perhibent de me. Hinc ergo deſcripta Chriſti noua
Marci. 1 admirabilíque doctrina, quæ tamen infra plenius introducitur, de eius miraculis ſubinfertur, [*Et ſanãs*
Lucæ. 10. *omnem languorem*] inueteratum ſeu grauem, vel naturaliter incurabilem, [*Et omnem infirmitatem*] mino-
rem & per artem ſeu viam naturę curabilem, qualis fuit cęcitas Tobiæ, [*In populo*] ad ipſum pro reme-
dio humiliter accedente, non tamen ſimpliciter omnes infirmos Iudææ vel Galilææ curaſſe videtur.
Cum eius diſcipuli poſt reſurrectionem ipſius multos infirmos curauerint in Iudæa & Galilæa, qui
ante Chriſti paſsionem infirmi fuerunt. [*Et abiit opinio eius*] id eſt fama & rumor de Chriſto diuulga-
Ioan. 10. tus eſt [*In totam Syriam,*] quæ eſt regio propinqua Galilææ. Crebra nanque & magna prodigia fece- H
runt eum famoſum. [*Et obtulerunt ei omnes male habentes*] videlicet [*Variis languoribus*] intus latentibus,
[*Et tormentis*] foris apparentibus [*Comprehenſos & qui dæmonia habebant*] id eſt à dæmonibus obſeſſos [*Et*
lunaticos.] ¶ Lunatici nuncupantur, qui ſingulis vexantur lunationibus, & mente laborant: & accidit
dum luna eſt plena. Lunatio autem eſt tempus quo luna recedit à ſole, & rurſus ſequitur eum. Deni-
que ſecundum Hierony. tales non verè lunatici ſunt, ſed putantur lunatici propter fallaciam dæmo-
num, qui obſeruantes lunaria tempora, creaturam, videlicet lunam, diffamate cupiebant, quaſi ipſa
cauſaret huiuſmodi mala, vt in creatorem blaſphemiæ redundarent, tanquam qui tam nociua ſydera
condidiſſet. Sumit ergo Hierony. lunaticos ſecundum intentionem eorum qui ab influxu lunæ ip-
Marci. 3. ſos vexare dixerũt. [*Et paralyticos*] id eſt contractos morbo, qui vocatur paralyſis, [*Et curauit eos*] Quos
autem corpore ſanauit, creditur curaſſe in anima, quoniam dei perfecta ſunt opera, quamuis multi
eorum recidiuauerint. [*Et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa & de Decapoli*] id eſt prouincia
decem vrbes continente.

¶ Decapolis nanque dicitur à decas, quod eſt decẽ, & polis ciuitatis, quaſi regio decẽ ciuitatum. [*Et de*
Hieroſolymis & de Iudæa]. i. cæteris vrbibus quarũ metropolis eſt Hieroſolyma, [*Et de trãs Iordanẽ*]. i.
de terra duarũ tribuũ & dimidiæ, vtpote Ruben, Gad, & Manaſſæ, quæ terra fuit vltra Iordanẽ reſpe
ctu Iudææ & Galilææ. Horum aliqui ſequebantur Saluatorem propter informationem, ſicut diſcipu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A li, aliqui propter curationem, vt lãguidi: aliqui propter cibum corporalem, vt famelici: aliqui vt ſigna viderent, quemadmodum curioſi: aliqui vt occaſionem calumniandi inuenirẽt, vt ſcribæ & phariſæi.
¶ Circa vocationem prædictorũ quatuor apoſtolorũ dicit Hierony. Piſcatores & illiterati eliguntur & mittuntur ad prædicandum, ne fides credentiũ, non virtute dei, ſed eloquentia & doctrina fieri putaretur. Myſticè autem per Simonem Petrum, ſignãtur obedientes & firmi in fide: Simon quippe interpretatur obediens, Petrus dicitur firmus. Per Ioannem ſpeciali gratia decorati. Ioãnes enim interpretatur habens gratiam. Per Iacobum ſupplantantes peccata, quia Iacobus interpretatur ſupplantator. Per Andream, qui interpretatur virilis, deſignantur magnanimitate fulgentes, in quorum conſpectu ad nihilum deductus eſt malignus. Hos tales vocat & mittit Saluator ad docendũ, ad preſidendũ.
¶ Oportet enim omnino, vt dignus & efficax prædicator, doctor, ſiue prælatus, ſit rectæ rationi, deo atque eccleſiæ ſemper obediens, & firmus in fide, quatenus alios ad ſanctam obedientiam, fideíq; immobilem firmitatem inducat. Oportet quoq;, vt ſpeciali gratia adornetur, imò exuberet, quatenus de plenitudine eius accipiant alij, ſcilicet purgationẽ, illuminationem & perfectionem. Item neceſſe eſt, vt vitiorum ſit victor, quatenꝰ quod alios docet, ipſe in primis adimpleat: ne ſibi dicatur, Qui aliũ do- Ioan. 1.
ces, teipſum non doces. Et, Medice cura teipſum. Rurſus, neceſſe eſt vt ſit virilis in omnibus, non puſillanimis, non põderans iſta terrena, non ſuccumbens aduerſis, nec mortem formidãs amore iuſtitiæ.
¶ Poſtremò, cum actio Chriſti ſit omnium noſtrorum inſtructio, per hoc quòd ipſe totam Galilæam
B tam ſollicitè circumiuit, docentur prelati & prædicatores oues ſibi commiſſas vigilanter circumire, viſitare, docere, conſolari, ſouere per ſeipſos, ſi congruè fieri poſsit, vel per idoneos vicarios: ſicut & de religioſo rege Ioſaphat ſcriptum eſt. Miſit de principibus ſuis, & cum eis leuitas & ſacerdotes habentes, librum legis, & circumibant cunctas vrbes Iudæ, erudiebántque populum.

¶ Elucidatio capituli quinti. [*Videns autem Ieſus turbas, aſcendit in montem.*]
Articulus, IX.



Voniam dominus noſter Ieſus Chriſtus ſecundum omnium vaticinia prophe Ioan. 8.
tarum ſalus & lux mundi eſt, doctor iuſtitiæ, & euangelicæ inſtitutionis legiſlator, idcirco cum opportunum adfuit tempus, fecit quod de ſeipſo prædictum erat, tradens euangelicam legem. Et quoniam lex omnibus danda eſt, apertè proponenda, & ad hominum correctionem ac perfectionem ordinanda: propterea videns Saluator copioſiſsimam turbam ſe ſequentẽ, inſtructione indigentem, & vitiis oneratam, aſcendit in montem, vt ab omnibus melius videretur, ac planius audiretur. Secundò, vt per montem ſublimem, euangelicæ legis Lucæ. 6.
C ac diſciplinæ excellentia monſtraretur: de cuius vtique legis excellentia accipi poteſt illud Pſalmiſtæ, Iuſtitia tua ſicut montes dei. Tertiò, vt demonſtraret prædicatorem verbi dei, virtutum altitudinem debere conſcendere. Iuxta illud Eſaiæ, Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Siõ. De- Pſalm. 30.
nique ſecundum Auguſtinum, in hoc ſermone domini continetur quicquid ad optimos pertinet mo Eſaiæ. 40.
res, & ad Chriſtianæ conuerſationis perfectionem. Ideo prout dominus dederit, diligentius immorandum eſt preſenti, ſequentibúſque quibuſdam capitulis. Ait ergo, [*Videns Ieſus*] oculo corporali [*Turbas*] Matth. 4.
de quibus in fine præcedentis capituli dictum eſt, quas oculo intellectuali inceſſabiliter vidit: Nam anima Chriſti ſemper à principio ſuæ creationis, actu intellexit, ſcientia viſionis omnia quæ vnquam fuerunt, ſunt, & erunt, [*Aſcendit in montem*] quendam Galilææ: in montem Thabor, vel alium aliquem ſecundum Hieronym. non in montem Oliueti, vt aliqui putauerunt. Cur autem in montem aſcenderit dictum eſt. [*Et cum ſediſſet*] in monte tanquam magiſter, ad quem pertinet ſeſsio in docendo, [*Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,*] qui quaſi cæteris perfectiores, magiſtrum perfectionis ſequi valebant, & ei appropinquius copulari. [*Et aperiens os ſuum*] Per hanc circumlocutionem notatur magnitudo dicendorum. Itaque aperiens os ſuum, id eſt per ſeipſum atque in propria perſona loquens, legémque tradens, qui olim per angelos & prophetas loquebatur; & per Moyſen legem propoſuit,
D [*Docebat eos, dicens,*] Non dicitur, quòd docuit turbas, ſed diſcipulos: quod quomodo intelligendum ſit, mox oſtendetur. [*Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*] In exordio huius ſacro ſancti ſermonis docet vnigenitus filius dei octo beatitudines.
¶ Oportet ergo aduertere, quòd virtutes, dona, fructus & beatitudines, in aliquibus conueniunt, & in aliquibus diſtinguuntur. Virtus enim & donum in hoc conueniunt, quòd vtrumque eorum eſt habitus: differunt tamen in hoc, quòd dona perficiunt, & in operando expeditas reddunt virtutes, eáſque in dignitate excellunt, demptis virtutibus theologicis, quæ præſtantiores ſunt donis: vnde virtutes ſunt plures quàm dona, quæ non ſunt niſi ſeptem. Beatitudo verò & fructus in hoc conueniunt, quod vtrumque eorum eſt actus virtutis: ſed beatitudo ſuperaddit fructui rationem perfecti & eminentis: ita quòd de ratione beatitudinis eſt, vt ſit actus excellentis virtutis: ad rationem verò fructus, ſufficit, quòd ſit actus virtutis delectationem ſpiritualem habens annexam. Interdum autem fructus accipitur pro delectatione actus virtuoſi, & beatitudo pro virtute ſeu habitu: imò hoc loco quidam per beatitudines iſtas intelligunt ipſas virtutes: quamuis magis propriè per eas intelligantur actus. Beatitudo enim conſiſtit in actu, non in habitu, ſecundum Peripateticos: tamen Platonici dixerunt eam in habitu conſiſtere. Quemadmodum autem Chriſtiani doctores diſtinguunt virtutes, ita quòd virtutes in ſummo gradu conſiſtentes dicuntur diuinæ, conuenientes ſtatui perfectorum, non incipientium, nec profitentium: ſic Peripatetici tales virtutes vocabant heroicas, Platonici verò ſeu Stoici vocabant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eas virtutes purgati animi, à paſsionibus & vitiis abſoluti. Harum ergo virtutum, actus præſertim beatitudines dicuntur. Quidam prætereà aſſerunt beatitudines potius eſſe actus donorum, quàm virtutũ: quoniam dona excedunt virtutes. Sed hoc ſic intelligendum opinor, quia virtutes non producunt eli citiuè ipſas beatitudines, niſi ſecundum quòd dona perficiunt ipſas virtutes, vt ſint promptæ ad operandum, & omne obſtaculum citò, faciléque repellant. De prima ergo & fundamẽtali beatitudine veritas ait, [*Beati pauperes ſpiritu.*] ¶ In qualibet beatitudine duo tãguntur, videlicet meritum & præmiũ. Meritum eſt ipſa beatitudo viæ, videlicet actus virtutis, quod tangitur cum dicitur. Beati, &c. Pręmiũ verò eſt merces meritò correſpondens, quæ tangitur cum dicitur, Quoniam, &c. Cum enim actus virtutis in hac vita ſit laborioſus aliquo modo, maximè in principio. Ars nanque & virtus ſunt circa difficilia, ſecundum Philoſophum. Idcirco Saluator beatitudines commendans, protinus ſubdit de præmio, vt ad beatitudines exercendas nos excitet. Commemoratio enim mercedis prouocat & confortat laborantem. ¶ Expedit inſuper ſcire, quòd beatitudo eſt duplex, videlicet viæ & patriæ. Beatitudo viæ, eſt meritum ſeu actio virtuoſa, vnde iam ſermo. Beatitudo patriæ, eſt præmium cæleſte. Beatitudo quoque habetur dupliciter, ſcilicet in ſpe & in re. Beatitudo ergo patriæ nunc habetur in ſpe, per hoc quòd beatitudo viæ habetur in re. Hęc eſt enim diſpoſitio propinqua & ſumma ad illam. Præterea cum beatitudo ſtrictè accepta ſit optima operatio perfectiſsimæ virtutis, oportet quòd inter octo beatitudines, ſit vna ſumma & eſſentialiter beatitudo vocata, præſertim cum in omni genere & ordinata multitudine ſit vnum primum atque præcipuum, ad quod alia ordinantur. Hæc autem beatitudo in via, eſt munditia cordis: in patria verò eſt viſio dei, quæ ponitur tota merces. Ad munditiam ergo cordis aliæ beatitudines diſponunt ac referuntur. Ex quo patet, quòd beatitudines non annumerantur hoc loco ſecundum ordinem dignitatis ſeu perfectionis quo eminentiora ac meliora priora vocantur: ſed partim ſecundum ordinem generationis, quo imperfectum præcedit perfectum: iuxta quẽ modum dicit Apoſtolus, Non prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Primã autem beatitudinem, qua dicitur, Beati pauperes ſpiritu, Hieronymus, Auguſtinus, & Chryſoſtomus exponunt de humilitate, vt ſit ſenſus, Beati pauperes ſpiritu, id eſt humiles corde, qui non inflantur, non magna de ſeipſis præſumunt, nec aliquid boni ſibi, ſed totum deo attribuunt, penſantes illud Apoſtoli, Quid habes quod non accepiſti? Et illud, Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. De quibus ait Pſalmiſta, Humiles ſpiritu ſaluabit. Qui autem in propriis oculis magni & ſapientes, cæteríſque perfectiores ſunt, non ſunt pauperes ſpiritu. Ambroſius verò & Leo papa exponunt de voluntaria paupertate, propter deum aſſumpta, deſiderata vel complacente, vt ſit ſenſus, Beati ſunt iam in ſpe, imò & beati in re, loquendo de beatitudine viæ: pauperes, id eſt temporalibus bonis carentes, ſpiritu, id eſt cum affectu cordis, ita quòd diuitias non appetunt, ſed contemnunt, & in paupertate ſua lætantur, nil proprium poſsidentes: dicentes cum Paulo, Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Hæc eſt paupertas euangelica, quam conſulit Chriſtus, dicendo, Qui non renuntiat omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Itémque, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Hæc eſt paupertas illa ditiſsima, de qua Apoſtolus loquitur, Altiſsima pauperras eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. Hæc quoque eſt paupertas potentiſsima, de qua Petrus claudo nato, Argentum (ait) & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Ieſu ſurge & ambula. De vtriuſque autem pauperibus intelligi poteſt illud Eſaiæ, Domine deus confitebor tibi, quia factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione ſua. Hæc ergo paupertas contemnit omnia exteriora, honores atque diuitias, quantum poſsibile eſt: quatenus ſummo enti, in quo omnia bona, omnia pulchra ac deſiderabilia ſuperpleniſsimè continentur, abſoluta, tota & libera mente adhæreat homo: qui tanto minus deo coniungitur, quantò amplius tranſitoriis implicatur, & per diuerſa diſtrahitur. O amanda, ueneranda, & amplectenda paupertas, cuius ſe Chriſtus dedit exemplum, propter nos pauper factus, cum eſſet dives ſecundum quod ait, Volucres cæli nidos habent, & vulpes foueas: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Denique ſecundum utranque expoſitionem, paupertas ſpiritus eſt baſis ſeu fundamentum beatitudinum cæterarum. Humilitas enim eſt radix, cuſtos, & ſtabilimentum virtutum & omnis perfectionis. Similiter diuitiarũ abiectio efficit hominem ad omnia ſpiritualia expeditum, cæleſtiúmque gratiarũ abundanter capacem. Deinde ſubditur præmium pauperum ſpiritu, ſeu merces voluntariæ paupertatis, [*Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*] id eſt cæleſtis patriæ opulentia eis pro mercede debetur, atque parata eſt. Per regnum ergo cælorum pleniſsima omnium bonorum ſufficentia deſignatur, de quibus Eſaias & Paulus teſtantur, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Quæ autem ſunt bona hæc, niſi obiectaliter ipſemet deus glorioſus, & fœlix, dives in ſe, & dives in aliis, qui erit omnia in omnibus? Formaliter verò ſunt dotes animæ & corporis, & cætera quæ cæleſtem beatitudinem ornant, complent, perficiunt. Cum enim præmium correſpondeat meritò, pauperibus & humilibus ritè promittitur opulentia atque ſublimitas regni cæleſtis. [*Beati mites,*] id eſt qui omnem irrationabilem iram refrenant, & animo manſueto illatas aduerſitates atque iniurias ſuſtinent, nec propter aliquod contrarium occurrens iraſcuntur. ¶ Mititas nempe ſeu manſuetudo eſt virtus moralis, paſsionem iræ refrenans, ac moderans. Nunc tamen præſertim ſit mentio de mititate purgati animi. Et ſumitur mititas pro actu mititatis. Videtur autem mititas iam parum extenſius accipi quàm modo prædicto, videlicet prout patientiam, paſsionem triſtitiæ ordinantem includat: & mites vocentur homines patientes, amaritudinis felle & indignatione, & appetitu vindictæ carentes. Quemadmodum autem ira comparatur ſtultitiæ, quoniam actum rationis plurimum impedit, & inhoneſtos geſtus in vultu ac corpore parit: propter quod Eccleſiaſtes dicit, Ne ſis velox ad

Hierony. Auguſtin. Chryſoſt. Galat.6. Ambroſi. Lucæ.4. Actu.3. Eſaiæ.26. Lucæ.9. Eccleſi. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A iraſcendum, quoniam ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et Iob, Virum ſtultum interficit iracundia. Salomone quoque teſtante, Qui impatiens eſt operatur ſtultitiam. Et, Doctrina viri per patientiam noſcitur: Sic mititas maximè ornat ſcientiam, atque diuinæ ſapientiæ illuſtrationem meretur, faciens hominem veraciter ſapientem, modeſtum, ornatum, ſecundum quòd ait Pſalmiſta loquens de deo, Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas. Et quoniam mititas ſapientiam promeretur, & ad ſtabilem contemplationem diſponit, impedimenta contemplationis, & cauſas internæ inſtabilitatis tollendo, videlicet iram, impatientiam, indignationem & amaritudinem, ideo mites experiri merentur internæ pacis dulcedinem: iuxta illud Pſalmiſtæ, Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Hæc etiam virtus ſpecialem à deo gratiam ac familiaritatem ſortitur, imò & ſublimationem ac beatitudinis altitudinem, prout fertur in Pſalmo. Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutem. Facit quoque hominem proximis ſuis vehementer amabilem, ſicut Eccleſiaſticus ſcribit, Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris. Hinc Iacobus ait in ſua Canonica, Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Vnde Dionyſius in Epiſtola ad Demophilum monachum aſſerit ideo Moſen, Ioſeph & Dauid maximam apud deum gratiam inueniſſe, quoniam manſueti fuerunt. ¶ Conſequenter ponitur proportionatum præmium beatitudinis

B huius, [*Quoniam ipſi poſſidebunt*] in præſenti vita [*Terram*] proprij corporis, id eſt carnem ſuam habebunt rationis imperio ſubditam, compoſitam, gubernatam. Cum enim radio diuinæ ſapientiæ doceãtur, ſeipſos gubernant in omnibus, in futuro autem poſsidebunt terram, id eſt firmam & ſtabilem mãſionem paradiſi cæleſtis, de qua Propheta, Credo videre bona domini in terra viuentium. Et, Placebo domino in regione viuorum. De qua in Eſaia habetur, Si glorificaueris dominum dum non inuenitur voluntas tua, ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ, dicit dominus. Hoc eſt correſpondens præmium mitium, vtpote ne æſtimemus in futuro mites ſic poſſe repelli à terra cæleſti, per inuiſibiles hoſtes, quomodo nunc frequenter expelluntur à terra elementari ac hæreditaria per hoſtes viſibiles.

¶ Conuenienter præterea ponitur mititas poſt paupertatem ſpiritus. Primò, quoniam humiles & inopes faciliter contemnuntur, iniuriantur, & multas penurias atque incommoda ſentiunt: idcirco in primis maximè indigent mititate, ne ad iram, vel impatientiam concitentur. Secundò, quoniam humiles ac pauperes maximè diſpoſiti ſunt ad manſuetudinem obſeruandum, ſicut ſuperbi & cupidi ad iracundiam proni ſunt: iuxta illud, Vbi fuerit ſuperbia, ibi & contumelia: vbi autem humilitas, ibi & ſapientia. Sequitur beatitudo tertia, [*Beati qui lugent,*] propria vel proximorum peccata deflendo, & ad patriam ſuſpirando, vel Chriſto paſſo ac crucifixo compatiendo cordialiter. Sic luxit qui ait, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. Sic Samuel luxit Saulem, Hieremias Hieruſalem, Daniel populi ſui captiuitatem, Sic ex deſiderio patriæ luxit Apoſtolus, dicens, In-

C fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Pſalmiſta, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt deus tuus? Et denuo, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Hic luctus omnem carnalem delectationem guſtus & tactus, omnem inanem gloriationem in verbis, factis, & ~~ludis abſcindit~~: quemadmodum ſcriptum eſt, Renuit conſolari anima mea. Et Eccleſiaſtes, Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, cur fruſtra deciperis? Videtur quoque hic luctus eſſe actus pœnitentiæ, vel charitatis fraternæ ſiue diuinæ, ſecundum quòd diuerſæ ſunt cauſæ ac ſpecies luctus. Aliqui verò infœliciter lugent propter damna ~~temporalia~~. Præmium luctus eſt, [*Quoniam ipſi conſolabuntur*] per internam diuinę viſitationis dulcedinem, ſicut teſtatur Prophe ta, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Conſolantur autem in præſenti inchoatiuè & aliqualiter: in patria verò complete atque totaliter. Si enim compatimur & conglorificabimur. Pio etenim luctui ſæpe miſcetur, & penè ſemper eum concomitatur conſolatio ſpiritus ſancti, ſecundum illud, Domine poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt fletum exultationem infundis. Verè enim & copioſè meretur guſtare quàm dulcis eſt dominus, ita vt cum admiratione exclamet, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Qui hunc ſanctum luctum aſſumit, omnia vana oblectamenta aſpernatur, dicens cum Salomone, Melius

D eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. ¶ Conueniẽter autem ordinatur beatitudo luctus tertio loco, quia poſt exteriorũ abnegationẽ, & adeptam animæ manſuetudinem, aptus eſt homo ad conſiderationẽ eorum, quæ prę inductum pariunt luctum. Sequitur quarta beatitudo, [*Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam*] id eſt tam ardenti affectu appetunt in omnibus iuſtitiam obſeruari, vt deus honoretur in omnibus, ſicut famelicus appetit cibum & potum corporalem. Itaque eſurire & ſitire iuſtitiam, quæ eſt virtus generalis, de qua nunc ſermo, eſt vehementer optare vt omnes deo obediant, & tam ip ſe q̃ alij in bona vita proficiant, vnicuiq; quod ſuũ eſt conferatur. De tali ſiti loquitur Eſaias, Omnes ſitientes venite ad aquas. Et Chriſtus apud Ioannem, Si quis ſitit, veniat ad me. Hac fame & ſiti laborant homines religioſi, qui toto conatu ſtudẽt quotidie in gratia creſcere, de virtute in virtutem procedere, & deo ſemper cum ampliori reuerentia deſeruire, ſecundum quòd ait Apoſtolus, Ego non arbitror me apprehendiſſe, unum autem quæ quidem priora ſunt obliuiſcens, in anteriora autem extendens meipſum, ad deſtinatũ ſequor, Nemo autem tantùm proficit quantùm deſiderat, quatenus hoc ipſum quod agit pro nihilo reputet, ſeque humiliet, & iuſtitiam eſurire nullo ceſſet in tempore. Cum enim fecerimus omnia quæ præcepta ſunt nobis, dicere debemus, Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Magna perfectio eſt iſta eſuries, quæ peccata conſumit ~~quemadmodum~~ ignis deuorat ſtipulam, cuius præmium ſubditur, [*Quoniam ipſi (ſic eſurientes) ſaturabuntur.*] Nunc enim aliqualiter ſaturantur pane ſacramentali, de quo ait Saluator, Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè

Iob.3. Prouer.14. Prou.10. Pſalm.24. Pſalm.28. Pſalm.114. 2.Reg.19. Hiere.12. Daniel.10. Roma.7. Pſalm.41. Pſalm.119. Pſalm.70. Eccleſi.2. Pſalm.93. Lucæ.17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt potus. Pane quoque obedientiæ, de quo ait Ioannes, Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris E
mei. Augetur enim in eis gratia dei quotidie, quia quò aliquis ſe magis præparat gratiæ, eò copioſius
eam ſortitur. In futuro autem ſaturabuntur pleniſsimè in intellectu atque affectu, quia tam clare deũ
videbunt, poſsidebunt ac diligent, ſicut optabũt, eũmque habendo obtinebunt quicquid optauerint.
Pſal.38. Propter quod dicit Pſalmiſta, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et, Satiabor cum appparuerit
gloria tua. ¶ Porrò iſta eſuries & ſitis ſequitur luctum prædictum. quia dum homo imperfectum ſu-
um conſpicit, aliorum peccata perpendit, ad futuram fœlicitatem ſuſpirat, aliud non exquirit niſi vt
purgetur à culpa, tam ipſe quàm alij creſcat in gratia, & patriæ appropinquet iugiter per feruida deſi-
deria. [*Beati miſericordes*] aliis compatiendo, ſubueniendo, ignoſcendo, imò eorum miſeriam quaſi pro
priam æſtimando ac releuando, corporales ac ſpirituales eleæmoſynas impartiendo: quorum præ-
mium eſt, [*Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*,] id eſt peccatorum remiſsionem, optatæ gratiæ in-
fuſionem, atque diuinæ pietatis ſuccurſum in omnibus. Hoc eſt quod dicit Pſalmiſta, Beatus qui
intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Ideo Salomon dicit, Per
fidem & miſericordiam purgantur peccata. Et, Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. To-
bias quoque inſtruens filium ſuum, ſic eum hortatur, Quomodo potueris ita eſto miſericors, & ne
auertas faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec auertatur à te facies domini. Planè miſericor
des rite cenſendi ſunt, qui implent illud Apoſtoli, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcanda F
lizatur, & ego non vror? Et rurſus, Alter alterius onera portate. Hinc admonet Epheſios, Eſtote in-
uicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit vobis. Hac virtute
deo aſsimilamur, cui proprium eſt miſereri & parcere. [*Beati mundo corde*] hoc eſt puri intellectu, &
ſynceri in voluntate, ita quòd conſcientiam peccati non habent, nec aliqua intentione obliqua fœ-
dantur, ſed contemplationi ac dilectioni dei altiſsimi cæleſtiúmque bonorum vacant ſine permixtio-
ne erroris, & abſque occurſu paſsionis animam obtenebrantis. Ad hanc cordis munditiam diſponunt
virtutes morales, appetitum ſenſitiuum à paſsionum inordinatione purificantes, & cæteræ virtutes
intellectuales, naturales, atque iuſtitia, quæ eſt virtus ſpecialis moralis. Omnia enim hæc ordinantur
ad hoc, vt intellectus dono ſapientiæ ſupernaturalis ſupernaturaliter illuſtretur, donis quoque intel-
lectus ſcientiæ & conſilij. Et vt voluntas diuina charitate feruescat, doníſque tribus, ſcilicet fortitudi-
ne, timore & pietate perficiatur, quibus peractis, potens eſt anima ſtabiliter, ſyncerè & affectuosè deo
vacare, contemplando ac diligendo, ſicque munditia cordis eſſentialiter eſt ardens contemplatio dei,
ſeu contemplatiua eius dilectio. Ad hanc cordis munditiam perducitur homo triplici via ſeu triplici
actione: hierarchica (vtpote purgatiua) qua mundantur à culpa: Illuminatiua, qua diuinitus illuſtratur,
fitque ſedes ſapientiæ, & vnitiua ſeu perfectiua, qua charitate accenſus deo coniungitur. Cum ergo
puritas cordis ſit finis omnium exercitiorum noſtrorum, ac ſumma præſentis vitæ perfectio, debe- G
mus inceſſabiliter eam intendere, ad eam ſuſpirare, ad eius conſiderationem intellectum reducere, to-
tiéſque dolere ac reſipiſcere, quoties ſentimus nos ab ea corruiſſe, receſsiſſe, vel elõgationem aliquam
incurriſſe. Propter quòd Salomon monet, Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita proce-
dit. Et Moyſes, Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſollicitè. Ne obliuiſcaris verborum domini, &
ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Hoc deo iuuante facere poſſumus, ſi diuini vultus
4.Reg. 17. præſentiam atque iudicium ſapienter penſemus, dicentes cum ſancto Helia, Viuit dominus, in cuius
4.Reg.1. conſpectu ſto hodie. Et cum Pſalmiſta, Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Talis erat ſan-
Pſalm.18. ctus Iob, dicens, Nonne deus conſiderat vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat? Nec ſolùm paſ
Iob.32. ſiones & vitia magna, ſed & cogitationes ſuperfluæ, & diſtractiones inanes cordis tollunt, aut minu-
Eccleſi. 19 unt puritatem, quia veriſsimé ait ſcriptura, Qui negligit modica, paulatim decidit. Oportet ergo om-
nem animi euagationem & cogitationem inutilem deuitare, atque ad ſortiendam cordis puritatem in
fatigabiliter vigilare, laborare, & exorare. [*Quoniam ipſi deum videbunt*] facie ad faciem, id eſt clarè per
ſpeciem: quæ viſio beatifica correſpondet munditiæ cordis. Sequitur beatitudo ſeptima, [*Beati pacifi-
ci*] hoc eſt internæ pacis, fraternæ concordiæ communíſque vnanimitatis amatores, ſectatores, & ope
ratores: qui primò in ſeipſis pacem habere conantur, vt appetitus inferior ſuperiori obediat, ſenſuali-
tas rationi, & caro ſpiritui, & ipſe totus homo obediat deo. H
¶ Deinde cum aliis ſatagunt pacem habere, & diſcordantes reconciliare, omnéſque ad vnanimita-
tem quandam reducere, quemadmodum in primitiua eccleſia, Multitudinis credentium erat cor vnum
& anima vna. Sic enim deus habitare facit vnius moris in domo. De qua habitatione concor-
Actu.4. dí atque fraterna cantamus, Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Hæc
pax ex charitate procedit: iuxta illud Pſalmiſtæ, Pax multa diligentibus legem tuam. Et per iuſtitiam
cuſtoditur, ſicut Eſaias fatetur, Et erit opus iuſtitiæ pax, de qua pace dicit Saluator, Pacem meam do
vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis. Itémque Apoſtolus, Pax Chriſti quæ exuperat o-
mnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra. Quòd enim pax iſta appetenda ſit, præcipuè omni Chriſtiano,
conſtat ex hoc quòd Chriſtus diſcipulos ſalutando dicere conſueuit, Pax vobis, eſſque præcepit, In
quancunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui. Idcirco ad hanc beatitudinem ſæ-
pe nos hortatur Apoſtolus, vt cum ait Epheſiis, Sollicite ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pa-
cis. Et alibi, Si fieri (inquit) poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.
Præmium autem pacificorum ſubiungitur, [*Quoniam filij dei vocabuntur*] hoc eſt adoptiui, & digni e-
runt vocari filij dei in præſenti ſeculo, & in futuro potiſsimùm. Homines nanque filij dei vocantur
propter aliquam aſsimilationem cum eo. Hoc autem maximè conuenit deo, amare & facere pacem,
ſecundum illud Apoſtoli, Deus erat in Chriſto mundũ reconcilians ſibi, Et de Chriſto ait, Ipſe enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Pacifici ergo sunt similes deo, qui cũ Psalmista dicere possunt, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Veruntamen sicut dicit Chrysostomus, Multi sunt qui alios libenter reconciliant, & ipsi inimicis suis nunquam ex corde reconciliantur. Hic tales, illusores sunt pacis, non amatores. ¶ Octaua demum beatitudo subiungitur, [*Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam*] hoc est propter veritatem doctrinæ, propter veritatem vitæ, vel propter veritatem iustitiæ, scilicet propter fidem, bonam conuersationem, vel æquitatis, & iuris defensionem, & hoc ex amore dei, ad eius honorem & gloriam. Veritas enim & æquitas pariunt odium. Qui igitur propter nullam aduersitatem & persecutionem relinquit viam iustitiæ, ille beatus est, dicens cum sancto Iob, Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, & iustificationem quam cœpi non deseram. Multi autem propter suos excessus, castigantur, qui volentes seipsos excusare, & quasi beatificare, inconuenienter allegant istam scripturam, dicentes, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: cum ipsi condignam luant disciplinam propter suam malitiam. Veruntamen si quis excessit, & pœnam sibi inflictam pro culpa sua æquanimiter tolerat, etiam ipse quodammodo beatus esse videtur. Quamuis enim non patitur propter iustitiam suam, tanquam propter causam alios ad persequendum mouẽtem, patitur tamen propter iustitiam, tanquam propter causam finalem, videlicet vt sua culpa per pœnam ordinetur, & dei iniuria vindicetur, amissaque gratia reparetur. Idcirco quicquid aduersitatis & pœnæ nobis acciderit, debemus propter nostra peccata patienter sufferre, reputantes hæc ipsa suppli-

B cia nostris flagitiis esse minora. Sed hoc multo minus est, quàm propter iustitiam pati. Vnde Petrus inquit, Hæc est gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniustè. Quæ enim gratia, si peccantes & collaphizati suffertis? Si autem bene facientes sustinetis, hæc est gratia apud deũ. In hoc enim vocati estis.

¶ Insuper taliter patientium præmium subditur, [*Quoniam ipsorum est regnum cælorum,*] id est æternam victoriam consequentur. Oppressis enim atque afflictis maximè conuenit gloria regni, consolatióque cælestis. Hoc præmium octauæ & vltimę beatitudinis primę quoque beatitudini est promissum, cum dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Considerando nempe in regno cælesti sublimitatem & opulentiam vniuersorum bonorum, sic ponitur prȩmium paupertatis. Considerando autem in eo plenitudinem gaudiorum, sic ponitur præmium patientium & afflictorũ propter iustitiam. Prædictarum autem beatitudinum præmia vnum & idem sunt, vel essentialiter vel reductiuè. Quid enim est regnum cælorum, nisi possessio terræ viuentium? Et quid est consolatio patriæ, nisi prædicta possessio, vel aliquid consequens eam? Similiter saturari & deum videre idem existunt. Huius vltimæ beatitudinis ad martyres maximè pertinentis, omnes electi participes sunt, prout testatur Apostolus, Quia omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur.

¶ Consequenter Saluator quasi exponit beatitudinem vltimam. [*Beati estis cum maledixerint*] .i. malum

C de vobis dixerint vobis [*Homines*] secundum modum qui subditur .s. propter Christum. [*Et persecuti vos fuerint*] mala inferendo, vel de loco ad locum fugando, [*Et dixerint omne malum aduersum vos*] varia crimina vobis imponendo, non veraciter, sed [*Mentientes*] .i. mendaciter vos accusantes [*Propter me*] .i. omnia mala hæc vobis inferentes ob id, quoniam mihi adhæretis ac ministratis, videlicet propter iustitiam vestram. [*Gaudete*] interius cordialiter delectando in istis aduersis, quemadmodum dicit Apostolus, Gloriamur in tribulationibus. [*Et exultate*] .i. ex plenitudine interioris iucunditatis signa lætitiæ foris ostendite: iuxta illud, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Hoc est quod in Iacobo docetur, Omne gaudium existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. Hæc enim sunt magna beneficia dei, sicut affirmat Apostolus, dicens, Vobis datum est pro Christo, non solùm vt credatis in eum, sed etiam vt patiamini pro illo. Et Petr⁹, Si exprobamini (inquit) in nomine Christi, beati. Hinc ait Saluator, In mundo pressuram habebitis, sed cõfidite quia ego vici mũdum, [*Quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*] Hæc est vna ratio gloriandi in aduersis, magnitudo remunerationis, quia testante Apostolo, Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde saluator ait discipulis suis, Vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum

D nemo tollet à vobis. Cum ergo non sint condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, debemus in omni tribulatione cordialiter exultare. Gaudendum quoque est in istis aduersis propter alias causas. Videlicet quia per eas Christo passo assimilamur, deum veneramur, & sanctis hominibus cõformamur: ideo subditur, [*Sic enim*] hoc est etiam ideo in aduersis & persecutionibus istis gaudete, [*Persecuti sunt*] Iudæi [*Prophetas, qui fuerunt ante vos*] videlicet Esaiam, Hieremiam, & cæteros. propter quod Stephanus ait, Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Ex hoc patet, verba ista specialiter dici ad apostolos cæteróque discipulos. ¶ Circa præinducta magna oritur quæstio, an sermo præsens, quem hoc loco describit Matthæus, sit idem cum sermone qui in Luca describitur. Ad hoc quidam dixerunt, quod imò, quia vterque sermo idem habet principium, eundémque finem, & in multis intermediis coincidit. Alij tenent oppositum. Primò, quoniam secundum Matthæũ Christus prædicauit in monte: secundum Lucam autem descendit de monte, & prædicauit in loco campestri. Secundò, quia secundum Matthæum prædicauit sedendo, secundum Lucam stando. Tertiò, quia secundum Matthæum docuit octo beatitudines, secundum Lucam quatuor. Quarrò, quoniam Lucas multa omittit quæ ponit Matthæus. Quid horum sit verius ignoratur: vtriusque tamen opinionis rationes satis faciliter soluerentur. Primam nanque opinionem tenendo diceretur, quòd Christus primo cum discipulis montem ascendit, ibique electione Apostolorum facta, & prædicatione incepta descendit versus pedem montis, & ibi stans docuit discipulos, & populum simul, & si mons ille

2. Cor. 5. Ephes. 20 Psalm. 119. Iob. 37. Iudith. 8. 1. Para. 60. 2. Timo. 3. 2. Corin. 4 Ioannis. 6. Lucæ. 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lucæ.11. fuit in campo,tunc vtique ſtando circa montis aſcẽſum,ſtetit in loco cãpeſtri.Nec obſtat quod mul E
ta omittit Lucas,quæ ponit Matthæus,ſicut in oratione dominica Mattheus ponit ſeptem petitiones,Lucas quinque duntaxat,vterque tamen eorum eandem orationem deſcribit.Sciens enim vnus Euangeliſta,aliquid ab alio plene digeſtum minus proſequitur illud. Qui verò ſecundam opinionẽ tuetur,dicere poteſt,quòd nõ ſit incõueniens,diuerſos ſermones eodem modo inchoari ac terminari atque in multis communicare. Hæc ſecũda opinio verior exiſtimatur à quibuſdã,videlicet quod fuerint diuerſi ſermones,ſicut pateſcit diligenter conſpicienti vtriuſque ſermonis deſcriptionem.

¶Proſecutio expoſitionis præſentis capituli,ab eo loco quo dicitur,
[*Vos eſtis ſal terre.&c.*] Arti. x.

Lucæ 6. QVamuis ſermo iſte ad turbas factus dicatur,ad apoſtolos tamen præſertim directus eſt.In principio enim huius cap.dicebatur,Acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius,& aperiẽs os ſuum,docebat eos.Lucas etiam dicit,Eleuatis oculis in diſcipulos ſuos,dixit,&c,Eoſdem ergo nũc alloquẽs,docet quales debeant eſſe,tãipſi quàm eorũ ſucceſſores,videlicet omnes prælati.[*Vos eſtis ſal terra*].i.con- F
dimentum hominum in terra viuentium,quia per diſcretionem & exemplarem conuerſationem veſtram,corda aliorum condiri ſeu dirigi debent,vt ſaporem habeant operum virtuoſorum,& vt præſeruentur à putredine vitiorum,quemadmodum ſal confert cibo ſaporem,& à putrefactione conſeruationem.Per ſal ergo notatur diſcretio,quę in omni opere neceſſaria eſt.proprer quod in Leuitico dicit, Quicquid obtuleris ſacrificij ſale cõdes,in omni oblatione offeres ſal.Vnde ait Saluator.Habete in vobis ſal. Et quia exempla ſuperiorum maximè dirigunt,& conſeruant animas ſubditorum,conuenienter per ſal deſignatur conuerſatio exemplaris.[*Quòd ſi ſal euanuerit*] hoc eſt,corruptum fuerit.& ſuum vigorem perdiderit,[*In quo ſalietur?*].i.quid illo condiri poterit?Nil vtique.Tunc enim potius inficit cibum quàm proſit,ideo ſubditur,[*Ad nihilum valet vltra,niſi vt mittatur foras*]hoc eſt,penitus effundatur,ne locum in domo inutiliter occupet,vel per errorem cibo immiſſum corrumpat.[*Et conculcetur ab hominibus*] in via vbi effuſum eſt ſal pergentibus.Per hoc inſinuatur,quòd prælatus indiſcretus vel inexemplariter viuens,non condit,nec dirigit corda ſubditorum,nec poteſt eis prodeſſe,ſed potius obeſt,idcirco prelatione indignus eſt:& ab ea auelli meretur,ac humiliari,atq; ſubeſſe.Propterea Paulus admonet Timotheũ,imò & omnem prælatum,Eſto exemplum fidelium in verbo,in cõuerſatione, in charitate:hoc enim faciens teipſum ſaluum facies,& eos qui te audiunt.¶Conſequenter Chriſtus comparat eos luci,[*Vos eſtis lux mundi*] hoc eſt,doctores hominum in mundo degentium,quoniam mentes aliorum illuſtrare debetis radio ſapientiæ atque ſcientię,docendo eos quid credendum,quid ſperandum,quid diligẽdum,quomodo diſcernere debeant inter bonum & malum,inter verum & falſum,inter pretioſum & vile.De talibus prælatis dominus loquitur, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum:& paſcent vos ſcientia & doctrina.Ex his conſtat,quòd paſtor aliorum debeat eſſe actione præcipuus,& contemplatione ſublimis:imò in vtraque vita perfectus, vt valeat gregem ſibi commiſſum ad inſtar cæleſtis hierarchiæ,purgare,illuminare & perficere.Sed heu multi iam aliorum curam ſuſcipiunt,in quibus non eſt aqua ſapientiæ ſalutaris,nec panis ſanctæ conuerſationis, qui ſi ſeipſos diligenter attenderent,puto quòd dicerent, Non ſum medicus,& in domo mea nõ eſt panis,nolite me conſtituere principem populi.De talibus loquitur,Eſaias,Speculatores cæci,canes muti, nõ valentes latrare,videntes vana,& dormientes. ¶Sed cum de Ioanne (quo maior inter natos mulierum non ſurrexit)legatur(Non erat ille lux,quomodo apoſtoli appellantur lux mundi?Et reſpondendum quòd Ioannes non erat lux principalis & ſubſtantialis, ſed miniſterialis & participata. Denique triplex eſt lux,videlicet lux illuſtrans non illuſtrata,vt deus,& ſic Chriſtus ſecundum diuinam naturam lux erat,non Ioannes.Lux illuſtrans & illuſtrata,tales præſertim fuerunt Ioannes & ſancti apoſtoli atque prophete.Deinde glorioſus Dionyſius,alijque doctores dicuntur lux illuſtrata non illuſtrans,ſicut de pœnitentibus & conuerſis dicit Apoſtolus,Fuiſtis aliquando tenebre, nũc autem lux in domino. Quod autem Apoſtoli & prelati debeant ſapientiam ſibi communicatam alijs publice prædicare,eosque ſplendore virtutum ædificare,oſtendit Saluator per duo, quibus hi comparantur,videlicet per ſimilitudinem ciuitatis altæ, & lucernæ accenſæ [*Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita*] hoc eſt in loco ſublimi conſtructa,omnibus enim etiam à longinquo apparet. Sic vos aliorum paſtores ſeu eccleſia prælatorum,qui eſtis fundati in Chriſto monte altiſſimo,de quo in Daniele aſſeritur,quòd creuit in montem magnum,non debetis ſapientiam vobis conceſſam abſcondere neque latere.Scriptum eſt enim,Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus,que vtilitas in vtroque?Deinde idem oſtenditur per ſimilitudinem lucernæ, [*Neque accendent homines lucernam, & ponunt eam ſub modio*]hoc eſt,cum eam accenderint,non abſcondunt accenſam communiter,niſi forte ad tempus,vt opportuno tempore ponatur in publico, [*ſed ſuper candelabrum*]ponunt eam,[*Vt luceat omnibus qui in domo ſunt.*]ſimili modo deus non illuſtrauit apoſtolos tam copioſo lumine ſapientiæ,vt occultentur ac lateant,ſed totum mundum luce veritatis perfundant:ideo ſubditur, [*Sic luceat lux veſtra*] hoc eſt, virtuoſa,ac ſplendida conuerſatio veſtra [*Coram hominibus*] id eſt,in eorum præſentia manifeſtetur, fiat ac pateat.[*Vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt*]hoc eſt,ad hoc ſeu propter hunc finem opera bona coram alijs facite, vt pater veſter cæleſtis glorifice-

Ioan.1.

H

Epheſ. 5

Danie.2
Eccleſi. 2

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tur, laudetur, & iustus esse noscatur ab illis, per vitæ vestræ sanctitatem. Deus nanque per seruos peruersos inhonoratur, per bonos laudatur: secundum quòd Apostolus ait quibusdam. Per vos nomen domini blasphematur inter gentes. Et per Ezechielem ait dominus, Frequenter commaculastis nomen meum sanctum. Rursusque, Sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est per vos inter gentes. Gentiles nanque & perfidi si viderint Christianum in omnibus sanctè & irreprehensibiliter conuersantem, nónne dicturi sunt, Vera & sancta est lex quæ talem instruit vitam, & sanctus dominus cui talis complacet vita? Si autem conspexerint Christianum scelerate agentem, nónne mox Christi legem derident, & talem esse dominum suspicantur quales sunt serui eius? Fideles verò & boni cum viderint quempiam honestè & sanctè viuentem, statim gratiam dei collaudant, deum in suo ministro atque effectu extollunt, eiusque misericordiam admirantur, dicentes, Mirabilis deus in sanctis suis. Non ergo debemus bona coram aliis operari, vel proprias manifestare virtutes propter propriam laudem, sed ad dei honorem, & etiam ad proximorum ædificationem. Solique deo debemus velle placere finaliter. Ideo enim dicit Saluator, Videte ne Psalm. 57.
faciatis iustitiam vestram coram hominibus vt videamini ab illis.

¶Porrò, sciendum quòd operum bonorum quædam sunt communia, ad quæ communiter obligamur, nec alicuius singularis sanctitatis aut simulationis speciem habent: talia coram aliis fieri de-
B bent. Alia sunt opera singularis deuotionis, & gratiæ eminentis: ista itaque potius occultanda videntur, ne homo vltra modum ab aliis reputetur aut honoretur, & ne speciem simulationis incurrat, aut singularis appareat. Vnde non debemus in manifesto pectus specialiter tundere, suspiria magna emittere, manus in cælum extendere: sed cum generali exterioris hominis apparatu esse contenti: interius verò semper ad præcipuam deuotionem anhelare, Et quoniam Christus noua do- Matth. 6.
cumenta intulit mundo, ne quis putaret suam doctrinam esse contrariam documentis Moysi & prophetarum, subiecit, [*Nolite putare quoniam*] id est quod [*Veni soluere*] hoc est, falsificare, reprobare, aut etiam destruere [*Legem*] Mosaicam, [*Aut prophetas*] diuinitus inspiratos: quorum aliqui fuerunt Gentiles, & ante legem, vt Iob, Enoch, [*Non veni soluere*] illa [*Sed adimplere.*]
¶Legem Christus impleuit, secundum duplicem sensum. Primò, quia quod lex iussit, fecit. Factus est enim sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, secundum Apostolum. Etenim secundum legem est circunciſus, in templo oblatus. Secundò quoniam quod legi defuit, perficiendo suppleuit, præceptis legis euangelica consilia adiiciendo. Similiter Christus impleuit prophetas, quia quod illi de eius incarnatione, doctrina, conuersatione, prodigiis, passione, resurrectione, & ascensione prædixerunt, verificauit & actu compleuit, cætera quoque in die iudicij adimpleuit. Propter quòd ait, Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. ¶Denique præcepta legis fuerunt triplicia, scilicet Moralia, vtpóte præcepta
C decalogi. hæc Christus impleuit, secundum quòd ait, Si vis ingredi ad vitam, serua mandata. Alia erant cærimonialia, vt circunciſio, discretio ciborum, esus agni paschalis, & cætera quæ certum est Christum obseruasse. Cum enim de Ioanne Baptista prædixerit angelus, Vinum & siceram Lucæ. 1.
non bibet. Et Petrus post resurrectionem Christi testatus sit, quia nunquam comedi omne immundum & commune: constat quòd Christus quoque seruauerit discretionem in cibis. Tertia legis præcepta erant iudicialia, & hæc Christus interdum misericorditer relaxauit, tanquam legislator præcipuus. Interdum verò probabile est eum talia obseruasse. ¶Sed videtur contrarium: nã præcepit sanato, vt tolleret lectum suum in sabbato: sabbato quoq; fecit lutum quo oculos cęci nati liniuit. Propter quod Iudęi dixerunt, Non est hic homo à deo qui sabbatum non custodit. Respondendum, quòd opera corporalia quæ directè ordinabantur ad dei honorem, licebant in sabbato, sicut ornare templum offerre sacrificium. Quòd autem iussit sanato ferre lectum in sabbato, fuit ad declarationem facti miraculi, in quo diuina virtus resplenduit. Simili modo fecit lutum ad exhibendum miraculum, in quo omnipotentia dei fuit ostensa. Iudæi verò malè intellexerunt præceptum de honoratione sabbati, multisque aliis, sicut inferius eluescet. Quòd igitur Christus impleuit hæc omnia manifestat, subden Lucæ. 16.
do, [*Amen quippe dico vobis, donec (id est quousque) transeat cælum & terra*] id est vsque ad finem seculi, in
D quo cælum & terra transibunt, & peribũt, seu esse cessabunt, quantùm ad esse accidentale, non quantũ ad esse substantiale, hoc est, quoad qualitatem, situm, motum, & influentiam, non quoad eorum substantiam: tunc enim mutabuntur in melius, nec habebunt motum, & influẽtiam vt modo. [*Iota vnum*] hoc est, minimum verbum seu minima litera, [*Aut vnus apex*] id est minima particula, [*Non præteribit a lege*] id est non remanebit non adimpletum, sed erit sicut lex asserit. [*Donec omnia*] in lege contenta [*Fiant*] seu impleantur. Per hoc autem quod dicit, donec transeat cælũ & terra, iota vnum, &c. non datur intelligi, quòd postmodum iota prætereat: sed per hoc quod ait interim non prętterire iota vnum, insinuat, quòd nunquam aliquid ibit incassum, nec erit mendosum, quod continetur in lege. Nam & figuræ atque mysteria legis ac prophetarum in Euangelio adimplentur. Iota propriè est minima litera hebraicà. Apex verò iam sumitur pro particula literæ in summitate literæ posita, ad discernendum. ¶Insuper docet Saluator in tantùm oportere impleri, & obseruari omnia verba legis, vt nec minimum eius præceptum posset omitti sine damnationis periculo. [*Qui ergo*] hoc est, cum necesse sit omnia illa impleri, idcirco qui [*Soluerit*] id est transgressus fuerit [*Vnum de mandatis istis mini-* Exod. 20.
mis] in lege contentis: quæ significaui per iota & apicem, & quæ statim dicturus sum, videlicet, Non occides, non mœchaberis, non peierabis, quæ licet pertineant ad præcepta decalogi, tamen minima appellantur, quoniam parui meriti (comparatiuè loquendo) est ea implere, pertinẽntque ad imperfectos, rudes, & incipientes. Vnde secũdum Augustinum inchoant hominem, faciunt enim declina-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re à malo. Qui igitur ſoluerit vnum de mandatis his minimis, [*Et docuerit ſic homines*] id eſt malè E
& inobedienter viuendo prædicauerit aliis, [*Minimus vocabitur*] id eſt infimus erit & dicetur, quan
tùm ad bona gratiæ gratum facientis, quamuis interdum ſit magnus prælatus, [*In regno cælorum*] id eſt
in eccleſia militante, de qua dicit Apoſtolus, loquens de ſuis diſcipulis, Hi ſoli ſunt adiutores mei in
regno dei. Talis nanque non eſt in ſtatu ſalutis & gratię, quia præuaricando præceptum, peccat mor-
taliter: docendo quoque alios, quod ipſe non facit: imò cuius contrarium facit, grauius peccat, & deo
1. Cor. 3. acceptus non eſt. Peccatori enim dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Propterea itaque mini-
mus iudicatur à ſanctis & ſapientibus viris, quoniam ſola fide ad corpus eccleſię pertinet, non per cha
ritatem & opera. [*Qui autem fecerit & docuerit, non*] adiecit vnum de mandatis iſtis minimis, ſed abſo-
lute affirmat, [*Qui autem fecerit & docuerit,*] id eſt qui diuina præcepta ſeruauerit, & taliter conuer-
Pſalm. 49. ſando verè inſtruxerit alios, [*Hic magnus vocabitur*] id eſt magni meriti erit [*In regno cælorum*] prędi-
cto, imò & in futuro. Nihil enim diuinius ſecundum Dionyſium, quem deo cooperari in reſurre-
ctione animarum ad ſuæ beatitudinis fontem. Hinc in Danielis legitur, Qui multos erudiunt ad iuſti-
tiam, quaſi ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Quòd verò non ſufficiat docere, niſi adſit cuſto
dia præceptorum, adiecit Saluator, [*Dico enim vobis*] diſcipulis meis, [*Quia niſi abundauerit iuſtitia*]
id eſt bona conuerſatio [*Veſtra plus quam*] abundat iuſtitia [*ſcribarum & phariſæorum*] hoc eſt, niſi
maior fuerit iuſtitia veſtra quàm illa, [*Non intrabitis in regnum cælorum*] id eſt in patriam beatorum. F
Quod tripliciter accipi poteſt. Primò, quoniam ſcribę & phariſæi veraciter docuerunt, ſed opera non
correſponderunt doctrinæ, prout infra habetur, Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſęi,
omnia quæcunque dicunt, facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non fa-
ciunt. Secundò, quoniam ſcribarum & phariſæorum iuſtitia fuit ſeruare præcepta minima ſecundum
ſuperficialem intellectum eorum, videlicet, non occidere, non mœchari, vitando duntaxat opera ex-
teriora nepharia, non deſideria praua. Per talia quippe præcepta putabant prohiberi opera, non affe-
ctum, ſecundum quod verba ſonant. Talis autem iuſtitia non ſufficit ad ſalutem, Huic ſenſui concor-
dant ſequentia, ſicut patebit. Tertiò accipi poteſt, quaſi dictum ad Apoſtolos, & prælatos, ac eos qui
ex ſpeciali vocatione, profeſsione, ſeu gradu ad perfectionem tenentur, ideo eorum non eſt circa
communia languere, quia nec ſufficit eis, ſed opertet vt vitam aliorum alta puritate tranſcendant. Ita
que quod non ſufficiat iuſtitia ſcribarum ac phariſæorum, ſubiungitur, [*Audiſtis quia dictum*] id eſt
præceptum à deo, per Moyſen [*Eſt antiquis*] hoc eſt, populo Iudæorum egredientium de Ægy-
pto, [*Non occides. Qui autem occiderit*] hominem prætermiſſo ordine iuris, [*Reus erit iudicio*] damnationis, id eſt mortem corporalem meretur, & item æternam. [*Ego autem dico vobis*] id eſt non
ſolùm occidi prohibeo, ſed dico. [*Quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo*] ira inordinata, rationem ob-
fuſcante, [*Reus erit iudicio*] id eſt accuſatione coram diuina iuſtitia, hoc eſt, tantùm dicere, Ego legem
non ſoluo, ſed impleo, expono, atque perficio, & ad perfectam ac ſufficientem iuſtitiam doceo ac per G
Leuiti. 15. duco. In lege enim aperte prohibetur homicidium cum dicitur, Nō occides, ſed lex non exponit per-
fectè quomodo intelligendum ſit illud præceptum. Propterea ego verum intellectum illius pando præ
Nume. 25. cepti: & dico, quod omnis qui iraſcitur, id eſt vindictam deſiderat, ſeu nocumentum inferre propo-
nit, reus eſt iudicio. Eſt ergo ſciendum quod aliqui Iudæorum per præcepta huiuſmodi negatiua, qui
bus dicitur, Non occides, non mœchaberis, non furaberis, æſtimabant ſola facta vetari, non autem co
gitationes & affectiones, vnde putabant eas non eſſe peccata, niſi in opus procederent. Hunc errorem
aufert Saluator, inſinuans non ſolùm facta, ſed etiam motus interiores & verba peruerſa eſſe damna-
tione condigna. Obſeruatio autem præceptorum decalogi fuit ſemper ad ſalutem ſufficiens. Si ergo
ſola facta impia prohiberentur, nemo propter deſideria praua, cogitationes, & animi motus damnare-
tur, cuius oppoſitum nunc docet Saluator, imò ex lege & prophetis patet oppoſitum. Scriptum enim
eſt, Væ qui cogitatis inutile. Et, Malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Imò per Hieremiam
dominus ſæpiſsimè ait, Reuertimini à cogitationibus veſtris peſsimis. Ira quoque in veteri teſtamen-
to prohibetur. Vnde in Geneſi Iacob, Maledictus (inquit) furor, quia pertinax & indignatio. quia du
ra. Et Ioſeph ad fratres ſuos, Ne iraſcamini (ait) in via. Vnde quod dictum eſt. [*Audiſtis quia dictum eſt
antiquis, Non occides,*] quidam exponunt hoc modo, Audiſtis quia dictum eſt antiquis per modum in- H
terpretationis ſeu expoſitionis, Non occides. id eſt præceptum de non occidendo interpretabantur
de ſolo facto. [*Ego autem*] corrigendo huiuſmodi expoſitionem, [*Dico, vobis, quia omnis qui iraſcitur,
& cætera*] [*Qui autem dixerit fratri ſuo*] id eſt proximo [*Racha*] id eſt verbum indignantis animi effude-
rit, tamen confuſè & quaſi in generali, non certam vituperationem aut contumeliam inferens, ſed af-
fectum interioris commotionis per ſignum ſeu verbum indignationis aperiens, [*Reus erit conſilio*] id eſt
Exodi. 20. tractatu quo inueſtigatur, qua pœna torquendus ſit, quem conſtat eſſe damnandum. [*Qui autem dixe-
rit*] proximo ſuo, [*Fatue*] id eſt per commotionem iræ verbum contumelioſum, manifeſtam vitu-
perationem deſignans effuderit, [*Reus erit gehennæ ignis*] id eſt pœnæ infernalis. ¶ Ecce triplex gradus
culpæ, cui correſpondet triplex gradus reatus ſeu pœnæ. Eſt enim ira latens in animo, quæ notatur.
cum dicitur, Qui iraſcitur: cuius pœna eſt, mereri iudicium. Et eſt ira prorumpens in vocem indigna-
tionis & vituperationis in generali, quod grauius eſt primo: cuius pœna eſt, prolatio ſenten-
tiæ contra eum, quæ pœna grauior eſt quàm prima. Et eſt ira in verbum contumelioſum procedens,
quod eſt grauius primis duobus, cuius pœna eſt, punitio ignis gehennæ, quæ prædictis pœnis eſt gra-
uior: ordinantur tamen & tendūt ad eam. Loquitur ergo Saluator de ira prout eſt mortale peccatum,
videlicet prout eſt ex conſenſu cum affectu nocendi iniuſtè. Dicere autem Racha ex tali ira, eſt gra-
uius: dicere verò fatue, extat grauiſsimum. Secundum Hierony Racha eſt verbum Hebraicū, ſignifi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cans vacuum vel inane. & idem dicit Chryſoſt. Auguſtinus tamen teſtatur, ꝙ ſit vox non ſignificans aliquid determinatè, ſed ſolum commoti cordis affectum, cuiuſmodi ſunt interiectiones. Sed hoc facilè concordatur, quia ſecũdũ Chryſoſt. quãuis ſignificat vanũ ſeu inane. i. ſtultum, hic tamen accipitur ſecundum vſum loquẽtium. ſ. Iudæorũ, ſecũdũ quòd quælibet prouincia habẽt aliquod verbũ expro bratorium. ¶ Circa prædicta inquiritur, quando quomõ & qualiter ira ſit peccatum. Quamuis autem hæc quæſtio cõmunis ſit, habet tamen difficultatẽ prẽcipuam propter ſanctorũ atq; catholicorum doctorum contrariam (vt videtur) determinationẽ. Dicit enim præſenti loco Hieron̄y. Definita ſententia eſt, vt ira penitus tollatur. Si enim iubemur verberanti alteram præbere maxillam, & inimicos diligere, & pro perſequentibus exorare, omnis iræ occaſio tollitur, quoniã ira viri iuſtitiã dei non operatur. Sed aliter ſonant verba Chryſoſtomi dicentis hoc loco, Qui ex cauſa iraſcitur, reus non eſt, Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur. Iuſta ergo ira mater eſt diſciplinæ. Itaque non ſolum non peccat qui cum cauſa iraſcitur, ſed econtra niſi iratus fuerit peccat, quoniã patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligẽtiam nutrit: & nõ ſolũ malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum: quia malus quamuis incorreptus fuerit nõ emendatur: bonus autem niſi correptus fuerit. perit: quia in corpore prævalet magis malũ quã bonum. Ad habendam autẽ huius quæſtionis plenam noticiam, aduertendum, ꝙ Stoici ſiue Platonici dixerunt, paſſiones ſimpliciter eſſe malas atq; culpabiles ac animę morbos. Et horũ modum loquendi multi Theologi ſunt ſequuti. Peripatetici autem dixerunt paſſiones eſſe quoſdã motus naturales indifferẽtes, videlicet, nec bonos, nec malos moraliter ex ſua ratione: ſed fieri bonos, ſi per rationem moderentur: & malos, ſi metam rationis excedant. Horum ergo ſentẽtiam imitando, quã Auguſtinus & poſteriores cõmuniter imitantur, dicendũ, ꝙ ira propriè ſumpta, ſecundũ Damaſcenum, eſt deſiderium vltionis ſeu appetitus vindictæ propter iniuriam illatã ſeu culpam alterius. Hæc autem vindicta bene & male optari poteſt & exerceri, videlicet ſecũdũ rationis cenſurã & ordinẽ iuris, & item modo oppoſito. ¶ Itaq; ira ad rationẽ ſe habet dupliciter. ſ. antecedenter, ſicque impedit actum rationis, & dicitur ira per vitium. Secũdò ſe habet ad rationem conſequenter, prout mouetur contra peccata ſecũdum rationis dictamen, quæ dicitur ira per zelum, & eſt bona, & actus virtutis moralis, quæ appellatur vindicatiua, de qua ira dicit Grego. Tunc robuſtius ratio contra peccata erigitur, cũ ira ſubdita rationi famulatur. Et denuo, Cauendũ ſummopere eſt, ne ira, quæ vt inſtrumẽtũ virtutis aſſumitur, rationi dominetur ne quaſi domina præeat, ſed tanquam ancilla ad obſequium parata à tergo rationis nunquam recedat.

B

¶ Deniq; moderamen ſeu ordo rationis circa iram penſatur dupliciter. Primò, quantum ad id in quod tendit ira, quod eſt vindicta: quæ ſi quæratur propter correptionem peccantis, punitionem culpæ, ſeu conſeruationem iuſtitiæ, erit ira laudabilis & per zelum. Secundò, quantum ad modum iraſcendi, videlicet, ne ira immoderatè ferueſcat, ſic enim fieret vitioſa, quamuis in finem laudabilem tenderet. Dicẽdum ergo ſecundum Thomam, quòd ira immoderata ex parte vindictæ optatæ ſeu irrogatæ, ex ſuo genere eſt mortalis, quoniam charitati contrariatur, quæ non irritatur, nec cogitat malum: contrariatur quoque iuſtitiæ, quia maiorem expetit vltionem quàm culpa meretur, vel iuſtum eſt poteſt tamẽ eſſe venialis propter paruitatem nocumẽti illati, vel propter imperfectionem actus rationem præuenientis. Ira verò immoderata intus vel foris in ſignis ex modo iraſcendi, non eſt ex genere ſuo mortalis, niſi in tantum concreſcat, vt faciat hominem à charitate dei vel proximi ſui excidere: quod contingit dum impedit rationem ab eo ad quod tenetur. Denique præter prædictam acceptionem ſumitur ira adhuc dupliciter, quamuis improprie. Primò pro ſola cõmotione animi ex imaginatione contrarij, quæ non eſt graue peccatum. Secundò, pro motu voluntatis, pœnam iuſtè infligẽtis, & ita dicitur eſſe in deo ac angelis. Eo autẽ modo quo ira laudabilis eſt, defectus iræ eſt vitioſus. Doctores ergo qui iram dicunt omnino vitandam atque culpabilem, accipi poſſunt de ira rationem præueniente, & dicta per vitium, de qua exponendæ ſunt authoritates ſcripturę, quæ iram vituperant. Alij verò loquuntur de ira per zelum, quam bonam eſſe præſertim hinc conſtat, quòd de Chriſto ſcriptum eſt, Circũſpiciens eos cum ira. Hac ira motus eſt Phinees & Sampſon. De ira autem per vitium Chriſtus iam loquitur.

C

¶ Quæritur, quomodo dicens fratri ſuo, ſatue, mereatur gehennam, cum dicat Apoſtolus O inſenſati Galatæ. Et iterum, Tu inſipiens quod ſeminas, &c. Chriſtus quoque ait diſcipulis, O ſtulti & tardi corde ad credendum. Dicendum, quòd cum verba ſint notæ & ſigna conceptionum animæ, ex ipſa cordis intentione & affectione conſideratur culpa in verbis. Dum ergo huiuſmodi verba dicuntur, non animo calumniandi ſeu contemnendi, ſed inſtruendi, aut charitatiue corripiendi, non eſt peccatum. Sicque Chriſtus & eius Apoſtolus ſunt locuti. Ex hac præinducta doctrina, infert Saluator, [*Si ergo*] id eſt, cum nõ licet iraſci fratri, vel dicere ei racha, aut fatue, idcirco [*offers munus tuum*] id eſt, oblationem corporalem vel ſpiritualem, quam das deo vel eius miniſtris: nõ ꝙ deus ea indigeat: ſed quoniam ſponte hanc offers in ſignum quòd omnia bona tua à deo receperis, ſecundum quod David teſtatur, Tua domine ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. [*Ad altare*] materiale in templo, Vel, ad altare, ſpirituale in anima, quod eſt fides ſecundum Auguſtinum, vel charitas ſecundum Gregorium. Nil enim acceptum eſt deo niſi in fide & charitate agatur, & per eas deo exhibeatur. [*Et ibi*] videlicet in loco & tempore oblationis, [*Recordatus fueris, quia frater*] id eſt, proximus [*Tuus habet aliquid*] hoc eſt, iuſtam quærelam, [*Aduerſum te*] propter iniuriam ſibi à te illatam. hoc eſt, quia ei in aliquo male feciſti. Si enim tu eum offendiſti, ipſe habet aduerſum te, non tu contra eum. Si vero ipſe te offendit, habes aduerſus eum, ſed tunc ſufficit vt ignoſcas ei ſicut vis tibi à deo ignoſci, nec oportet facere quæ ſequuntur. Quæ tamen ſi feceris, opus magnæ perfectionis exibes maximamque mercedem acquiris. [*Relinque ibi munus ante altare*] id eſt, inchoatum obſequium

D

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

seu oblationem, suspende vel intermitte actu aut proposito, quia nō esset deo acceptū, nisi quod sub- E
ditur, feceris, [*Et vade prius reconciliari fratri tuo*] id est, placa, & satisfac ei, veniam postulando, & emendationem exhibēdo, secundum exigentiam culpæ. Obsequium enim nostrum deo non placet nisi ex charitate nascatur, quam non habet, imò & contra iustitiam agit, qui fratri à se læso non satagit reconciliari & satisfacere. Eundum est autem pedibus corporis, si commodè fieri possit, videlicet, si frater offensus non longè sit & haberi queat: aliâs eundum est pedibus mentis. hoc est, desiderio atq; proposito, quatenus proponas & optes ei statim satisfacere: quod quia nō vales, intendas eū accedere & placare, loco & tempore opportuno. In his quoque pensanda est mensura offensæ seu iniuriæ proximo irrogatæ: quæ quanto maior extiterit, tanto celerius ac laboriosius conandum est, vt reconcilietur offensus. Debemus verò interim munus ante altare relinquere. i. non facere opera bona, nisi primo proponamus ire ad fratrem offensum, quod vtiq; propositū exequi oportet statim cùm cōuenienter fieri potuit. ¶ Porro secundū Chrysost, & Cassianum ad charitatis perfectionē præcipue pertinet, vt etiam ille qui læsus est studeat aduersarium mitigare, non solū dimittendo illatam iniuriam, sed blando sermone cor eius placādo, quatenus de cætero syncerum ad se affectū retineat. Sic enim possum alterius quamuis iniuriatoris iracūdiam, inuidiam, peruersitatem sanare, eiusque animam à morte culpæ eripere. Primò accedendo ad eum, & pacem reformando inter eum & me: & cum non facio hoc, non videor esse perfectus in charitate Christi, qui pro iniquorum salute sanguinem fudit: nec proximi, quē F
possum à tanto liberare periculo, humiliando mei psum. Dicit ergo Chrysostomus, Ne dicas, ille mihi nocuit, ille mihi satisfacere debet, non ego illi, si pro gloria salutis tuæ iubet te dominus amicitias facere, tu potius nocitus seu nocumentum perpessus, debes nocentem rogare vt duplicem gloriam consequaris. Vnam, quia nocitus es: alteram, quia prior rogasti. Festina ergo inimicum tuum præuenire ad amicitias, ne fortè te tardante ille perueniat ad rogandum, & rapiat de manibus tuis pietatis mercedem. Nam si ille tibi nocuit, & ille te rogat, infructuosa est amicitia tua. Quam enim iustitiam fecisti ante deum, si rogatus te placaueris? [*Et tunc veniens*]. i. localiter rediens, vel intentionem tuam ad id quod cœperas, reuocans, [*Offeres munus tuum*] id est, inchoatum dei obsequium perficies & continuabis, spiritualem vel corporalem hostiam immolando. Spirituales autem hostiæ sunt deuota oratio, dei laudatio, cordis compunctio, præceptorum impletio. Insuper infert Saluator aliud documentum ex his quæ de ira inducta sunt, [*Esto consentiens aduersario tuo cito*] id est concordiam fac cum eo quem læsisti velociter, quoniam periculum est in mora, cum ignores diem ac horā, [*Dum es in via cum eo*] id est cum iu vita præsenti secum conuersaris, quæ vita est via ad patriam, peregrinatio atque exilium. [*Ne fortè tradat te aduersarius iudici*] id est ne læsus à te, faciat te reum coram Christo, sicque tradat te materialiter, quoniam est occasio & materia, propter quam coram Christo culpabilis inueniris: iuxta G
quem modum, dracones, abysi, ignis, grando, & cætera inanimata & irrationabilia dicuntur deum
Psal. 148. laudare. [*Et iudex tradat te ministro*] id est, Christus det te in manum diaboli, [*Et in carcerem*] id est lacum inferni mittaris, in æternum damnatus, quia non satisfecit offenso. [*Amen dico tibi, non exies inde*] videlicet de inferno quasi liberatus, quamuis in die iudicij omnes egressuri sint in inferno detenti, rursus grauius retrudendi in eum. [*Donec reddas nouissimum quadrantem*] id est, pro minima culpa satisfacias, hoc est, nunquam redimeris, quoniam in inferno nulla est satisfactio. Potest quoque per aduersarium intelligi sacra scriptura, mandatum seu lex, quæ nostris concupiscentiis & propriæ voluntati aduersatur, prohibendo quod cupimus. Huic bono aduersario consentire debemus obediendo sacræ scripturæ dum sumus cum ea in via, id est, quandiu viuimus in seculo isto, in quo verba dei audimus, & locum merendi ac demerendi habemus. Ne fortè aduersarius iste tradat nos iudici, id est, testimonium proferat contra nos, reprobando scelera nostra in conspectu diuino. Non autem possumus per aduersarium istum intelligere carnem aut dæmonem, quoniam nulli eorum con-
Exod. 20. sentire aut concordare debemus. Deinde Saluator ostendit verum intellectum præcepti negatiui prohibentis mœchationem seu adulterium, vel illegitimum concubitum, [*Audistis quia dictum est*] id est, diuinitus iussum [*Antiquis*] egredientibus ex AEgypto cum Moyse, [*Non mœchaberis. Ego autem dico vobis*] id est, non solùm corporalem fornicationem prohibeo, quam Iudæi putabant duntaxat hoc prohiberi præcepto, non concupiscentiam interiorem: imò præceptum quod dicitur, Non concupisces vxorem proximi tui, exposuerunt de signis concupiscentiæ, vt sunt amplexus & oscula: H
non de concupiscentia intus latente. Dico itaque vobis, [*Quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam*] id est, ad hoc & eo fine, vt concupiscentia fœminæ concitetur in eo, [*Iam mœchatus est eam in corde suo*] id est, animo seu consensu cum ea fornicatus est, & ipse inordinatus cordis affectus facit eum reum ac si opere perpetrasset. Deus enim inspicit intima cordis. Concupiscentia itaque quæ est cum animi deliberatione atque consensu in delectationem vel opus, est mortale peccatum. Quoniam hoc non est solum titillare, sed consentire. Refrenandi sunt ergo sensus exteriores, maximè visus, tactus, auditus, ne mors intret animam per corporis sui fenestras. Testante quippe scriptura, Colloquium mulieris quasi ignis inardescit, & in specie mulieris multi corruerunt. Propter quod ait beatus Iob, Pepigi fœdus cum oculis, ne saltem cogitarem de virgine. Vnde secundum Gregorium, Non licet videri quod non licet concupisci. [*Quod si oculus*
Iob. 3. *tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te.*] Oculus dexter intelligi potest tripliciter. Primò ipse oculus corporalis. Si ergo iste scandalizat, id est, occasionem peccandi ingerit, & ad concupiscendum inducit, [*Erue eum*] non essentialiter, sed quantum ad vsum, id est, reprime eum, ne intueatur illi-
Eccles. 9. cita, quemadmodum in Eccles. legitur, Auerte oculos tuos à muliere compta. Et in Psalmo:
Psal. 118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. [*Et proijce abs te*] id est, separa eum à te, quantum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ad vſum illicitum, non quantùm ad organum. Iuxta hunc ſenſum dicit Apoſtolus, Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Et ne hoc malè intelligeretur, adiecit quaſi exponens ſeipſum, fornicationem, immunditiam, & cætera id eſt vitia membrorum occidite. Secundò, per oculum intelligitur oculus cordis, videlicet intellectus ſeu conſideratio curioſa, quæ abiicienda ſunt modo præfato cum ſcandalum pariunt. Tertiò, per oculum dextrum intelligitur quicunque proximus, ſeu quælibet res adeò chara vt oculus, cuius occaſione ſi ad ruinam peccati inducimur, debemus eam vitare. Cauenda eſt ergo familiaritas & contactus eius, cuius occaſione ſcandalum patimur. [*Expedit enim tibi vt pereat*] id eſt prædicto modo eruatur ac proiiciatur à te, [*Vnum membrorum tuorum,*] videlicet oculus dexter, præſertim dilectus, [*Quam totum corpus tuum*] id eſt caro tua in die iudicij. [*Proiiciatur in gehennam ignis.*] Poteſt quoque per corpus intelligi congeries operum, de qua infra dicetur. Si fuerit oculus tuus ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: opera autem illorum ſequuntur eos. Melius ergo eſt vnius membri vitioſum actum abſcindere, quàm totius corporis opera bona amittere & damnari. [*Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam & proiice abs te.*] Sicut de oculo, ita de manu intelligi poteſt tripliciter, videlicet de manu corporali, de manu interiori, videlicet voluntate, & de quocunque ita dilecto ac vtili, vt eſt manus dextera. Quodcunque ergo iſtorum ſcan Matth.6.
dalizauerit te, id eſt occaſionem peccandi intulerit, [*Abſcinde*] illud quantùm ad actum, vſum at-
B que affectum immoderatum, quatenus manus corporis à contactu libidinoſo, & opere malo cohibeas, voluntatem quoque à prauo deſiderio retrahas, proximorum vtilitatem ac delectationem, propter bonum honeſtum, id eſt animæ tuæ ſalutem & gratiam vites. Non enim poteſt vitare peccata, qui non vitat occaſiones peccandi. Prætereà Chriſtus corrigit Iudæorum errorem circa matrimonium, [*Dictum eſt antiquis*] per Moyſen, [*Quicumque dimiſerit vxorem ſuam*] id eſt dimittere voluerit, [*Det illi libellum repudij*] id eſt cauſam repudiationis ſcribat, & repræſentet antequam eam dimittat.

¶Libellus repudij eſt ſcriptura continens cauſam cur vxor dimittitur. Præcepit autem deus per Moyſen, non vtique vxorem dimittere tanquam in ſe bonum ac licitum, ſed hoc præcepit, vt non dimitteretur, niſi dato libello repudij. Sic enim ſcriptum eſt, Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij, quem dabit in manu illius, dimittetque eam. Iudæi verò putabant dimiſsionem vxoris eſſe ſimpliciter bonam, iuſ- Matth.19.
ſam ac licitam, ignorantes verba prædicta intelligenda eſſe per modum permiſsionis, ne maius ma- Marci.10.
lum accideret, ſcilicet ne Iudæi vxores ſuas odioſas occiderent, ad quod proni fuerunt. Per quem modum etiam permittebantur dare ad vſuram extraneis: non autem per modum iuſsionis. Chriſtus ergo errorem Iudæorum excludens, ſubiecit, [*Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit*] id eſt à ſe expu-
C lerit, [*Vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa,*] corporalis vel ſpiritualis, videlicet idololatriæ, [*Facit eam mœchari*] id eſt dat ei occaſionem adulterandi: ex quo patet quòd diuortium ſit illicitum, & quòd illa toto tempore vitæ ſuæ maneat vxor prioris mariti ſi vixerit. [*Et qui dimiſſam duxerit, adulterat*] quia alterius viri vxorem ſumit in coniugem, cognoſcitque eam. Propter vtramque autem fornicationem prædictam, videlicet adulterium, idololatriam, licet relinquere coniugem ſeu maritum quantùm ad cohabitationem & debiti redditionem. Non tamen oportet niſi in caſu. Sunt etiam varij caſus, in quibus propter fornicationem corporalem non licet relinquere coniugem, ſcilicet ſi mulier ab alio ſub ſpecie proprij viri ſit cognita, vel ſi vir eam proſtituit, vel ipſe quoque adulter exiſtat, &c. His verbis conſonant dicta Apoſtoli ad Corinthios, His qui in coniugio ſunt præcipio, non ego, ſed dominus, vxorem à viro ſuo non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem non dimittat. De hac materia infra plenius diceretur. [*Audiſtis, quia dictum eſt antiquis*] per Moyſen [*Non peierabis reddes autem domino iuramenta tua*] id eſt nec per idola, neque per elementa, ſed per deum iurabis; dixit enim, Dominum deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Hoc Iudæi male intellexerunt, putantes ſola iuramenta mendoſa eſſe prohibita, iuramenta quoque iniuſta & incauta eſſe ſeruanda. Hunc errorem excludēs Saluator, ſubiungit, Hieronym.
[*Ego autem dico vobis, non iurare omnino.*] ſecundum Hieronymum Chriſtus non prohibet iurare per
D deum, ſed per ea quæ ſubſequuntur, videlicet, [*Neque per cælum, &c.*] ſed quoniam ſtatim ſubiungitur, [*Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non.*] intelligitur ſecundùm aliquos Chriſtum etiam iuramentum per Auguſti.
deum diſſuaſiſſe vel prohibuiſſe: non quia ſemper malum atque illicitum ſit, ſed (vt Auguſtinus) ne Iacob.5.
per aſsiduitatem iurandi, incidat homo in periurium. Eſt quoque alia ratio cur non debeamus iurare Roma.1.
ſine neceſsitate, vel magna vtilitate, quamuis ſint vera quæ dicimus. quia hoc cedit ad irreuerentiam 2.Cor.1.
dei, quod homo tam leuiter, inaduertenter & intimorate aſſumit tantę ſanctitatis maieſtatem in teſtē. Philip.4.
Quòd autem iurarē non ſit prorſus illicitum, innoteſcit per hoc, quod Paulus in ſuis epiſtolis toties 2.Tim.4.
inuenitur iuraſſe, dicendo, Teſtis eſt mihi deus. Et, Teſtificor coram deo, &c. Hiere.4.

¶Porrò ſecundum Hieronymum ſuper illud Hieremiæ, Iurabis, dicit dominus, in veritate & iudicio & iuſtitia: tres ſunt comites iuramenti, videlicet veritas, iudicium & iuſtitia, & quodcunque horum defuerit, iuramentum erit illicitum: imò ſic iurans, eò ipſo quo iurat, periurus efficitur, ſecūdum Thomam, quia hæc obſeruare tenetur in quolibet caſu. Si enim deſit veritas, iuramentum eſt mendax: ſi iudicium deſit, iuramentum eſt temerarium & incautum: ſi iuſtitia, iniquum eſt, leue atque inutile.

¶Veritas itaque ad iuramentum ordinata requiritur ex parte rei de qua iuratur: iudicium verò ſeu diſcretio ex parte iurantis: iuſtitia autem ex parte cauſæ, vt ſit neceſsitas ad iurandum. Iuratio ergo debitè circunſtantionata, videlicet, vt fiat ex cauſa neceſſaria, tunc vbi taliter & propter congruum finem, non ſolùm eſt licita, ſed & actus virtutis, quæ dicitur latria. Qui enim ſic iurat, exhibet reueren-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiam deo, præſupponens eum habere infallibilem veritatem, omniumque certam notitiam, ac vniuerſalem prouidentiam. Vnde ait ſcriptura, In omni corde ſuo iurauerunt domino, & inuenerunt. Et Pſalmiſta, Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Hieronymus quoque affirmat, quòd iurans veneratur vel diligit eum per quem iurat. Sic ergo intelligenda eſt litera, [*Dico vobis non iurare omnino*] hoc eſt, non iurare omnibus modis indifferenter ſeu ex qualibet cauſa, ſed ſolummodo iam dicto, videlicet [*Per cælum, quia thronus*] id eſt ſedes & habitatio [*Dei eſt.*] Quamuis enim incircunſcriptus, immenſuſque deus loco nullo claudatur, ibi tamen eſſe aſſeritur, vbi operatur, & ſeipſum oſtendit. Cum ergo in cælo empyreo maximè operetur, illicque facie ad faciem conſpiciatur, meritò cælum empyreum appellatur thronus eius. Vnde vnigenitus dei, Ego (inquit) vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. [*Neque per terram*] iuraueris, [*Quia ſcabellum pedum eius eſt*] id eſt diuinæ poteſtati ſubiecta, & à deo in vltimo ac infimo rerum ordine collocata. Per pedes itaque dei deſignatur operatio ſeu prouiſio eius, pertingens vſque ad infima. Hoc idem in Eſaia ſcriptum eſt, Hoc dicit dominus, Cælum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum. Non eſt itaque ſic intelligendum, quaſi deus in diuinitatis natura corporalia habeat liniamenta, & ſitualiter ſedeat, præſertim cum de ipſo ſcriptum ſit, Excelſior cælo eſt, & profundior inferno, longior terra menſura eius, & latior mari. [*Neque per Hieroſolymam*] iuraueris, [*Quia ciuitas eſt magni regis,*] de quo legitur in Heſter, Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita. Et in Pſalmo, Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus ſuper omnes deos. Fuit enim Hieruſalem deputata ad huius regis obſequium. [*Neque per caput tuum*] iuraueris, [*Quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum*] propria poteſtate & ſolo imperio, quamuis per artem & naturalium rerum applicationem, poſsit homo diuerſos colores crinibus capitis ſui inducere. Ecce non ſolum per deum, ſed etiam per creaturas iurare prohibuit vel diſſuaſit.

Pſalm.62. Eſaiæ.6. Iob.11. Pſal.94.

¶Sed quomodo intelligendum eſt hoc? Nonne per Euangelium & per ſanctos fit licitum iuramentum? Nonne Ioſeph per ſalutem Pharaonis iurauit? Nonne Apoſtolus dicit, Ego teſtem inuoco deum in animam meam? Quæritur ergo, quando & quomodo liceat per creaturas iurare. Reſpondet beatus Thomas, quòd iuramentum fit dupliciter. Primò, per ſimplicem conteſtationem. Secundò, per execrationem. Iuramentum primo modo factũ principaliter diuinę veritati innititur. Secũdario autem aſſumuntur aliquæ creaturæ ad iurandum, non ſecundum ſe, ſed inquantùm diuina in eis veritas manifeſtatur, ſicque iuratur per Euangelium, id eſt per deum, cuius veritas in Euangelio continetur, & item per ſanctos, qui hanc veritatem crediderunt. In iuramento autem quod fit per execrationem aſſumitur creatura, tanquam id in quo diuinum execratur iudicium, ſi non verum aſſeritur, vt cum homo iurat per caput, vel filium ſuum, ſeu aliam rem dilectam. Denique ſicut licitum eſt iurare per deum pro loco, cauſa & tempore: ſic & per creaturas, tam per ſimplicem conteſtationem quam per execrationem. Per execrationem nanque iurauit Apoſtolus, Ego (inquiẽs) teſtem inuoco deum in animam meam. Quòd verò Ioſeph per ſalutem Pharaonis iurauerit, vtroque modo intelligi poteſt, videlicet per modum execrationis, ita quòd Pharaonis ſalutem obligauit deo: & per modum conteſtationis, conteſtando veritatem diuinæ iuſtitiæ, ad cuius exequutionem principes terræ conſtituuntur, quorum vnus fuit Pharao, ſicque per eius ſalutem iurauit Ioſeph, inquantùm diuina iuſtitia in Pharaonis imperio monſtrabatur. Cum ergo per creaturas iuratur, iurans obligatur implere iurata, ac ſi per deum iuraret: quia non iurat per creaturas, niſi inquantùm diuina virtus in eis relucet. Ideo quoque non licet per eas iurare, niſi circunſtantiis debitis obſeruatis, quemadmodum nec per deum. Eſt etiam alia ratio cur Chriſtus per creaturas iurare prohibuit, quia ſpeciem idololatriæ habet huiuſmodi iuramentum. Idololatræ enim ſic iurant, & eis per quod iuratur diuinus honor impendi videtur, vt tangit hoc loco Hieronymus. Quid enim eſt iurare, niſi infallibilem teſtem ad confirmationem verborum inducere? Chriſtus verò inſinuat ideo per creaturas non eſſe iurandum ſine cauſa neceſſaria, quia in eis aliquid diuinæ virtutis relucet. Dicit enim, [*Non per cælum, quia thronus dei eſt*] id eſt gloria dei manifeſtatur in cælo, [*Neque per terram, quoniam ſcabellum pedum eius eſt*] id eſt in terra relucet diſpoſitio poteſtatis diuinæ, ſicque iurando per cælum aut terram, iuratur per eum, cuius maieſtas præſentatur in cælo, vel cuius diſpoſitio relucet in terra. Per hoc quoque, quòd non poſſumus vnum capillum capitis noſtri facere album vel nigrum, euidenter pateſcit, quòd non à nobis, ſed à deo ipſum caput accepimus. [*Sit ergo ſermo veſter, eſt eſt, non non*] id eſt ſimpliciter affirmate quòd verum eſt, & negate quod falſum eſt: nec adhibeatur iuratio ſine neceſsitate. [*Quod autem his abundantius eſt*] id eſt iuramentum quod affirmationi ſeu negationi ſuperadditur, [*A malo eſt*] id eſt ex malo culpæ, vel malo pœnæ procedit, videlicet ex infirmitate, incredulitate, vel ſuſpitione eius qui exigit iuramentum: vel ex malo iurantis, qui iurat omiſsis tribus prædictis inramenti comitibus. Non dixit, quod his abundantius eſt, malum eſt, ſed à malo, quia iuramentum non eſt ſemper peccatum, ſed origo iuramenti eſt malum quoddam, videlicet, quoniam homines ſibiinuicem diſcredunt.

Eſaiæ.66. Iacobi.5.

¶Elucidatio ſequentis partis huius capituli, vſque ad finem ipſius, videlicet.
[*Audiſtis quia dictum eſt,*] Articulus xi.

C Onſequenter Saluator informat diſcipulos circa iudiciale legis præceptum, de pœna talionis, [*Audiſtis quia dictum eſt*] id eſt per Moyſen denuntiatum eſt filiis Iſraël [*Oculum pro oculo*] requires, [*Dentem pro dente*] exiges id eſt ſi quis tibi excutiat, dentem vel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A oculum,ſiat ei ſimiliter.Dixit enim Moyſes,Qualem læſionem quis intulerit, talem ſuſtinere cogetur,vel liuorem pro liuore,vulnus pro vulnere,animam pro anima.Hæc vltio licita erat in lege rudibus data,quatenus timore eadem patiendi retraherentur ab iniuriatione,& ne læſi ex impatientia & crudelitate excederent modum in vlciſcendo.Eſt enim commune hominibus,vt velint plus læſionis rependere,quàm paſsi ſunt,eo quòd alius prior in eos peccauit:ſicq; non ſolùm læſionem,ſed & cõtemptum,iniuſtitiamq; perpeſsi ſunt.Lex ergo aliqualiter reduxit ad pacem, & præparauit ad patientiam,dum,iubet non plus inferre quàm illatum eſt.¶Iudæorum vero nonnulli circa verba prædicta dupliciter errauerunt.Primò,quoniã exiſtimabant vindictam propter ſe appetendam.Secundò,quia putabant hæc verba ſic dici per modũ præcepti,vt non liceret aliter agere,ſeu penitus indulgere:non penſantes illud in Pſal. Si reddidi retribuentibus mihi mala,decidam merito ab inimicis meis inanis. Hieremias quoque virum perfectum deſcribens,ait,Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis,Chriſtus ergo iſtos errores excludens,ſubiecit, [*Ego autem dico vobis,non reſiſtere malo*] .i.non repugnare,non reddere malum pro malo,non litigare nec repercutere.Per hoc non datur intelligi,vitia non eſſe coercenda,nec exceſſus eſſe corrigendos ab his,quibus ratione officiij competit ſeruare iuſtitiam:ſed ne priuata perſona vindicet ſemetipſum,& ne aliquis affectu vindictæ potius quàm zelo
B iuſtitie,corrigendique animo reſiſtant malo,id eſt peccatori ſeu peccato.Si autem per hoc quòd nõ reſiſtitur malo,periret ordo iuſticiæ,ac rigor diſciplinæ,& impii in ſuis malignitatibus indurarentur ac fouerentur,reſiſtendum eſſet ſecundum ordinem iuris ex charitate, præſertim ne iniqui in æternum perirent.Si vero ex reſiſtentia mali oritur graue ſcandalum infirmorum vel maius malum,tenetur homo nõ reſiſtere malo,ne ponat offendiculum proximo,aut peior fiat ſciſſura,vel ſcandalum tale alio modo cedendum eſt.Si autem deſiſtat homo reſiſtere malovindictam non quærendo,quamuis reſiſtendo nõ oriretur ſcandalum predictum maiusve malum,tunc erit opus ſupere rogationis atque conſilij non reſiſtere.Hinc ergo dicit Apoſtolus,Noli vinci à malo,ſed vince in bono malum. Denique imperfectis,& paſſionatis hominibus tutius atque ſalubrius eſt,vt aſſueſcant non reſiſtere malo, quamuis poſsint.Nam & ſi æſtiment ſe reſiſtere ſecundum ordinem iuris,timendum eſt tamen,quod potius impellantur paſsione quàm ratione,impatientia quàm iuſticia,priuato amore quàm ſyncera dilectione.Itaque vindicta non eſt optanda neque quærenda ſub ratione vindictæ.ſed medicinæ atque iuſticiæ,vt pote vt tranſgreſſor in hoc ſeculo corrigatur,ordo iuſticiæ obſeruetur,alij terreantur vel propter aliquid ſimile.Propterea ſecundum Chriſti perfectiſſima documenta parum eſt non reſiſtere:ſubditur enim, [*ſed ſi quis te percuſſit in dexteram maxillam tuam,præbe ei & alteram*] vel ſecundũ
C realem exhibitionem ſi ratio id depoſcat,ad oſtendendam patientiam,& aliorum ædificationem, vel ad demonſtrandum charitatis feruorem,quo homo paratus eſt ad omnia ſuſtinenda pro fide & Chriſto.Si autem nil tale occurrat,præbenda eſt altera maxilla,ſeu alia pars corporis, ſicut beatus Martinus præbuit dorſum cædentibus ſecundum animi præparationem,ita vt homo paratus ſit plura perferre,quia non ſemper corporaliter præbenda eſt altera maxilla,præſertim cumi Chriſtus alapa recepta dixerit ſacrilego. Si male loquutus ſum,teſtimonium perhibe de malo:ſi autem bene quid me cædis?Paulus quoque Apoſtolus cum à militibus cæderetur,dixit,Si ciuem Romanum & indamnatum licet vobis flagellare?Et tamen vtique non ſolum flagellari,ſed & mori pro Chriſto paratus fuit, ſed deſiderauit primo Romam videre & informare.

¶Videtur tamen prædictis contrarium, quòd ilico iuſſus cædi dixit pontifici id iubenti , Percutiet te deus paries dealbate.Thomas quoque Apoſtolus in vultu percuſſus, ſatis horrendam legitur vltionem impetraſſe,ita vt percuſſorem leo occideret.Ad primum reſpõdet Auguſt.quòd verba Apoſtoli erant prophetia, non imprecatio mali.Ad aliud dicit, quòd non cogimur illæ hiſtoriæ credere. Poſſumus autem dicere,ꝙ ex miſericordia potius quàm ex crudelitate Thomas hoc fecerit, vt Deus parceret animæ percuſſoris,& ceteri diuinam poteſtatem agnoſcerent.[*Et ei qui vult tecum iudicio contendere,& tunicam tuam tollere,dimitte ei & pallium.*]Iſtud ſecundum Auguſt.intelligitur non quoad operis oſtenſionem,ſed animi preparationem.Sed quia Apoſto.dicit.Iam omnino delictum eſt in
D vobis,quòd iudicia habetis inter vos,quare nõ magis iniuriam accipitis,quare non magis fraudem patimini.Hinc ergo oportet diligentius intellectum horum verborum inquirere. Chryſoſtomus itaque hoc loco multis perſuaſionibus videtur velle probare,nequaquam ſeruum dei debere coram iudice pro temporalibus cauſam habere vel apparere,propter peccati periculum,quod vix euitari poteſt, & ſcandalum aliorum:& quoniam Chriſtus maiora rependere poteſt,ſi eius amore vitetur iudicium.Idem videtur Auguſt.ſentire exponendo præmemorata verba Apoſtoli dicens:Hoc ipſum veſtro peccato agitur,quòd inter vos negotia iudicio determinanda habetis,quia peccatum eſt habere iudicium contra fratrem,Verum ſi hoc abſolute intelligatur,daretur impijs magna libertas atque occaſio ſpoliandi & rapiendi,præſertim bona ſimplicium,fierentque innumerabilia mala. Gloſſa igitur quaſi exponens verba Auguſtini addit. Perfectis licet repetere ſua ſimpliciter,vtpote ſine lite,ſine cauſa,ſine iudicio,ſed non conuenit eis inde mouere cauſam ante iudicem.Infirmis vero licet repetere ſua coram iudice,iudiciumque habendo contra fratrem,ſed non contentioſe vel fraudulenter, vel apud iudices infideles.Verum nec iſtud videtur alijs ſatis reſolutum. Eccleſia nanque non peccat habendo iudicia,& religioſi poſſunt coram iudice ſua repetere,Fideles quoque in terris infidelium habitantes,nec fideles iudices habere potentes, poſſunt ad iudices infideles recurrere.Alij ergo reſpondent,quòd liceat(non autem expediat)ſecularia habere iudicia,& quòd religioſi ac perfecti poſſunt ſua repetere coram iudice quaſi bona cõmunia,non vt propria.Aliqui etiam breuiter dicunt, quòd non licet repetere ſua in iudicio,ſi ex repetitione oriatur ſcandalum & malum deterius.Sed tunc ſci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re oportet quando & quomodo bona temporalia omittenda ſunt propter vitanda ſcandala aliorum. E
Ad quod Thomas reſpondet, quòd temporalium bonorum, quædam ſunt nobis commiſſa, quemadmodum bona eccleſiæ committuntur prælatis, & bona reipublicæ committuntur rectoribus. Horum itaq; conſeruatio imminét his quibus commiſſa ſunt de neceſsitate, ſicut & depoſitorum. Ideo propter ſcandalum vitandum dimittenda non ſunt, ſicut nec alia quæ ſunt de neceſsitáte ſalutis. Vnde beatus Thomas Cantuarien. Epiſcopus repetiit bona eccleſiæ cum grandi ſcandalo regis. Alia bona temporalia ſunt noſtra ſeu propria, & hæc propter ſcandalum dimittenda ſunt, vel largiendo ea aliis, ſi apud nos ſunt: vel dimittendo ea aliis, ſi apud nos non ſunt, quando ſcandalum ex infirmitate vel ignorantia oritur, quod eſt ſcandalum infirmorum: dimittenda ſunt inquam, vel ſcandalum alio modo ſedandum eſt, vt errans inſtruatur & ſcãdalizari deſiſtat. Quòd ſi noluerit, iam ſcandalum eius erit ſcandalum phariſæorum. Dum igitur ſcandalum ex malitia ſcandalizati procedit, non ſunt bona temporalia, quamuis propria, propter id vitãdum dimittenda, quia hoc vergeret in detrimentum boni cómunis, & rapientibus hoc noceret in anima. Quod ergo ait Saluator & eius Apoſtolus, intelligendum eſt ſecundum promptitudinem animi, ita quod homo paratior ſit pati fraudem atque iniuriam, quàm iudicio agere, deſiderio pacis internæ & quietis, & ne alij offendantur, dummodo aliunde expediat. Ex his aliqualiter eluceſcit, quomodo intelligendũ ſit quod alibi præcipit Chriſtus: Qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas: ſcilicet cum lite & contentione, vel cum ſcandalo puſillorũ. F
[*Et quicunque te angariauerit*] id eſt, coegerit ſeu violenter compulerit [*Mille paſſus*] hoc eſt ambulare tecum per mille paſſuum ſpacium. quinque autem pedes faciunt paſſum. [*Vade cum illo alia duo milia*] paſſuum, ſecundum animi præparationem, vel ſecundum operis executionem, ſi ſine maioris mali & ſcandali ortu vitare non poteris, id eſt, ſi aliquis à te exegerit indebitam ſeruitutem ſed licitam, debes animo eſſe paratus plus facere quàm ille angariando requirit. Si autem in omnibus præinductis percutiens, rapiens ſiue angariens, ex noſtra patientia in ſua malitia confirmetur ac foueatur, expedit ei reſiſtere ſecundum iuris proceſſum. Si tamen habeatur ſpes de eius emollitione, videlicet quòd eius pruitas per noſtram pietatem, charitatem & patientiam corrigatur, ſuſtinendum eſt, ſicut Apoſtolus loquitur: Vince in bono malum. Vnde Chryſoſto. Patientia, inquit, tua illius vincat crudelitatem, & oſtende quòd maior ſit benignitas dei in ſanctis, quàm malitia diaboli in iniquis hominibus. Interea ſi ſeruus Chriſti libenter eat cum impio vel ſeruiat violẽto, non angariatur, ſed ille æſtimat ſe iſtum angariare. [*Qui autem petit à te da ei*] quod poſtulat, ſi rationabiliter quærat, & tibi facultas adſit. Da itaque ei ſecundum exigentiam & poſsibilitatem tui ſtatus ac facultatum tuarum, & ſi nõ corporale, tamen ſpirituale munuſculum: vt ſi inconuenienter vel inconuenientia poſtulauerit, informes errantem, quia verbum melius quàm datum. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum? Vt autem teſtatur Ambroſius, Eiuſdem criminis eſt habenti ſua auferre, & indigenti quod quærit denegare, cum poſsis tribuere. Quoniam, conteſtante Chryſoſtomo, homines non domini, ſed diſpenſatores ſunt diuitiarum, idcirco omnia ſunt quodammodo communia. Huic conſonat quod in Actibus dicit Apoſtolus, Oportet reminiſci verbi domini Ieſu, quia beatius eſt magis dare quàm accipere. Denique ſecundum principem theologorum, bonum eſt ſui diffuſiuum, & charitas non quærit quæ ſua ſunt. Ideo dicit Apoſtolus ad Thimotheum: Diuitibus præcipe facile tribuere. Veruntamen prodigalitas non laudatur. G

❧ Nec obſtat prædictis illud in Eccleſiaſtico, Bene fac humili, & ne dederis impio. Hoc enim intelligendum eſt de beneficio corporali, quod non eſt impio dandum, ſi ſit in fomentum & adiutorium ſuæ impietatis. Spirituale autem beneficium nulli negandum eſt, ſicut nec corporale, in articulo neceſsitatis. [*Et volenti mutuare à te*] id eſt aliquid ſibi concedi ſeu mutuum accipere à te, [*Ne auertaris*] negando ei quod petit, ſi rationabiliter petit, & tibi adſit facultas. Hoc enim ſpectat ad charitatem, vt neceſsitatem proximi quaſi propriam æſtimemus ac ſubleuemus, ſubueniendo egenti, imo agendum quod in Eccleſiaſtico ſcribitur, Perde pecuniam propter fratrem & amicum. Teſte quoque Pſalm. Iucundus homo qui miſeretur & commodat, quia in æternum non commouebitur. Præterea Chriſtus exponit præceptum legis de dilectione proximi. De qua ait Apoſtolus, Qui diligit proximum, legem impleuit. [*Audiſtis quia dictum eſt*] in lege Moyſi [*Diliges proximum tuum*] non dilectione carnali, nec ſolum dilectione naturali, ſed & dilectione charitatiua atque gratuita, quæ H
fundatur in communicatione fælicitatis æternæ, [*Et odio habebis inimicum tuum*] non odiendo naturam, ſed culpam: non perſonam, ſed vitium. quod vtique odium ex charitate procedit, & ad perfectionem pertinet. De quo in Pſalmo cantatur, Perfecto odio oderam illos, & iniquos odio habui. ¶ Hoc autem quod de odio inimici ſubijcitur, quidam Iudæorum peſsime intellexerunt, dicentes, inimicos ſimpliciter odiendos, ad quod multa veteris teſtamenti teſtimonia adduxerunt. Multa enim ſunt quæ ſuperficialiter intellecta videntur hoc ipſum pretendere. Sicut cum Moyſes ait, Non quęres ei bonum. Et Neemias, Confundantur, & peccata eorum non deleantur. Sed talia atque ſimilia intelligendo ſunt, quantùm ad temporalia bona, vel de inimico ſecundum vitium inimicitiæ, non ſecundum eſſe naturæ: vel dicuntur zelo iuſtitiæ, ſeu modo propheticæ, non affectu inuidiæ. Quòd autem inimici non ſint odiendi ſecundum verum intellectum legis, hinc liquet, quod in Leuitico ſcribitur, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum. Et denuo, Ne quæras vltionem, nec memor eris iniurię ciuium tuorum. Salomon loquitur, Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuum. Iob quoque proteſtatur, Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & exaltaui, quòd inueniſſet eum malum. Iudæorum ergo errorem Chriſtus excludens, adiunxit, [*Diligite inimicos veſtros.*]

Pſal. 138
Pſal. 118.
Prou. 24.
Iob. 31.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Quantum ad id quod habent à deo, puta naturam ad dei imaginem factam, & beatitudinis ſuſceptiuam. ¶ Diligere autem, eſt alicui bonum velle ſecundum Philoſophum. Debemus ergo aduerſarijs noſtris bona ſpiritualia velle, videlicet gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, imò & bona corporalia eis optanda ſunt, ſecundũ quod expedit eorum ſaluti. [*Benefacite his qui oderunt vos,*] interiorem affectum extendendo in opus, vt ſcilicet impendatis eis beneficia ſpiritualia ſeu corporalia, ſecundum congruentiam cauſæ, loci ac temporis. Vnde & Salomon admonet, Si eſurierit inimicꝰ tuus, ciba illũ, ſi ſitit potum da illi. [*Et orate pro perſequentibus & calumniantibus*] hoc eſt, calumniam inferentibus, [*Vos.*] in generali pro omnibus illis orandum eſt, & etiam in ſpeciali, ſi ſpecialis cauſa orandi occurrit, & ſi viderimus inimicum grauiter anxiatum, ſeu damnationis periculo expoſitum. De neceſſitate ergo præcepti eſt, vt omnibus quantumcunque aduerſarijs appetamus ſaltem in generali gratiam conuerſionis, & cætera ad ſalutem neceſſaria. Nec alicui tali ſpecialiter nos precanti negemus ſubſidium ei neceſſarium, ſi dare poterimus. In ſpeciali autem alicui aduerſario charitatiue affici, & auxiliari ſpeciali neceſſitate non occurrente, ad ſupererogationem pertinere videtur. [*Vt ſitis filij (adoptiui) patris veſtri qui in cœlis eſt,*] ſcilicet dei patris, vel totius ſuperbeatiſſimæ trinitatis, quæ eſt vnus creator ac deus & pater omnium noſtrum, [*Qui ſolem ſuum*] corporalem in cœlo fulgentem ac diſcurrentem [*Oriri facit ſuper bonos & malos,*] omnibus enim hominibus ſol miniſtrat & naſcitur, radios ſuos omnibus in-
B fluendo, [*Et pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.*] Inuitat ergo nos Chriſtus ad inimicorum dilectionem exemplo dei, qui naturalia beneficia nemini ſubtrahit. [*Vt ſimus filij eius*] id eſt, vt ei aſsimilemur, conformando nos eius bonitati ac pietati. Lucæ.6. Prou.25. Rom.12.

¶ Ratio enim filiationis in quadam aſsimilatione conſiſtit: propter quòd dicit Apoſtolus, Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſsimi, Vnde Ioannes loquitur. Sicut ille eſt & nos ſumus in hoc modo, videlicet aduerſarijs noſtris affectum & effectum charitatis impendendo. Conſequenter ponit Saluator aliam rationem amandi inimicos. [*Si enim diligitis eos qui vos diligunt*] id eſt ſi ſolum amatis amantes vos non tam propter deum, quàm ideo quia vos diligunt. [*Quam mercedem habebitis*] à deo in patria: quaſi dicat, nullam. [*Nonne & publicani*] hoc eſt, publici peccatores, [*Hoc faciunt?*] vtique & tamen nullam à deo mercedem ſortiuntur, [*Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum*] id eſt, ſalutem & bona optaueritis propinquis veſtris, [*Quid amplius facitis*] quã publicani? [*Nonne & Ethnici*] id eſt, Gentiles [*Hoc faciũt?*] Quia in hac clauſula additur, tantum, datur intelligi quòd in præcedenti quoque clauſula ſubaudiendum erat. Epheſi.5. 1.Ioan.4.

¶ Siendum ergo quòd amicos diligere ex charitate, non eſt immeritorium: diligere vero amicos alia quacunque dilectione non eſt meritorium. Signum autem quòd amici diliguntur, quia amici & non
C principaliter propter deum eſt, cum ſic diliguntur, quòd inimici non diliguntur.

¶ Denique qui vnum odit, nullum veraciter diligit, cum ſit in mortali peccato, quod charitatem extinguit. Idcirco qui amat amicos & non inimicos, non amat amicos per charitatem, ſed per naturalem, carnalem, ſiue politicam amicitiam: Non ergo habet à deo mercedem.

☞ Quæri poteſt hoc loco, quid ſit magis meritorium, diligere amicum vel inimicum. Ad hoc diuerſimode ſatis à diuerſis reſpondetur. Thomas vero reſpondet hoc modo, Dilectio refertur ad diligentem, & ad deum qui eſt ratio diligendi proximum. Referendò ergo dilectionem ad diligentem, ſic dilectio amici eminet dilectioni inimici. Quia amicus cum ſit melior atque propinquior, eſt materia aptior dilectioni quàm inimicus, propter quod actus charitatis tranſiens ſuper talem materiam eſt melior, & oppoſitum eius eſt peius, videlicet odium amici quàm inimici. Quantùm vero ad id quod eſt oratio diligendi proximum, quod eſt deus, dilectio inimici præeminet. Primò, quoniam ſolus deus eſt cauſa huius dilectionis. Secundò, quia ex dilectione inimici oſtenditur amor dei fortior eſſe in diligente, quàm ex dilectione amici. Nihilominus dilectio amici ſecundum ſe eſt melior, feruentior, magisque meritoria, quia ad rationem virtutis ac meriti, plus facit bonum quàm difficile. Quamuis ergo dilectio inimici ſit difficilior, non tamen eſt melior vel magis meritoria, niſi præmij accidentalis ratione laboris annexi. Præmium vero eſſentiale correſpondet feruori dilectionis. [*Eſtote ergo vos perfecti.*] Non ſolum amicos, ſed etiam æmulos diligendo, pietatis viſcera ſemper habendo, & in omni virtute viriliter vos habendo, [*Sicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt*] perfectione ſimpliciter dicta, & extra
D omne genꝰ, ita quod nulla ei deeſt nobilitas, ſed omne quod abſolute loquẽdo melius eſt ineſſe quàm deeſſe, conuenit deo cum plenitudine infinita. Huic ergo perfectioni aſsimilari non poſſumus ſimilitudine æqualitatis, ſed imitationis. Scriptum eſt enim, Cui ſimilem feciſtis deum, aut quam imaginem ponetis ei, & cui aſsimilaſtis me, dicit ſanctus. De hac perfectione deiformi, qua deo aſsimilari præcipimur, ait Moyſes, Perfectus eris, & abſque macula cum domino deo tuo. O vere quanta eſt bonitas atque dignatio dei, & quanta eſt dignitas rationalis creaturę, eo quòd deus immenſus, in cuius comparatione totus mundus eſt velut puluis exiguus vult ſibi aſsimilari, ſimilemque vocari creaturam ſuã rationalem. Ad hanc quippe perfectionem, etiam in veteri teſtamento diuinitus inuitamur, iuxta illud, Nolite contaminare animas veſtras: Ego enim ſum dominus deus veſter. Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum. Eſaię 40 Deut.18. Eſaiæ 40

☞ Poſtquam ſublimia perfectaque documenta Saluator propoſuit, congruentiſsimè admonet vitare vulpeculam, vtpote vanam gloriam, quæ tunc fortius atque latentius ingredi ſolet ſiue pulſare, non ſolum puſillos, ſed & proficientes ac feruidos, quando efficacius diuinis obtemperauerunt præceptis ſiue conſilijs. [*Attendite ne iuſtitiam veſtram,*] videlicet opera virtuoſa quæ docui [*Faciatis coram hominibus vt videamini ab illis,*] hoc eſt, ad hunc finem, quòd virtuoſi ab illis reputę- Gene.17. Eſaiæ 42 Eſaię 50

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psalm.52. mini & laudem humanam captetis, hoc enim esset hominibus velle placere, deus autem dissipat os- E
sa eorum, qui hominibus placent. [*Alioquin*] id est, nisi attenderitis sicut admoneo, [*Mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est*] id est, in conspectu dei, in patria, quoniam cœlestem beatitudinem sortituri non estis. Non enim aliquid meremini sic agendo, quia in moralibus actus habet speciem à fine. Et secundum Ambrosium, Intentio imprimit speciem actui tuo: si ergo finis est vanus, opus est vitiosum. Denique secundum Dionysium, bonus est ex integra causa, videlicet omnibus circunstantijs concurrentibus: Malum uero contingit omnipariè, in est, quæcunque circunstantia omittatur. Inter omnes autem circunstantias actus virtuosi, propter quod extat præcipua: & ergo si opus agatur pro ter laudem humanam, maxime vitiatur atque inficitur. [*Tu ergo cum facis eleemosinam noli tuba canere ante te*] id est, noli alta voce, vel signo alio manifestare teipsum propter laudem homi num obtinendam, [*sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis*] hoc est, templis & plateis, Sic enim multi Iudæorum fecerunt. [*Vt honorificẽtur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam,*] videlicet laudem humanam. O vanitas ac miseria infinita, propter volatilem, vilem, fallacem, et momẽtaneã hominum laudem, diuino, æterno & cœlesti honore priuari. [*Te autem faciente eleemosinam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua,*] id est, tam occulte hanc facias, quantùm ad animi intentionem, vt nec ab illo videatur qui tibi tam vicinus est vt vna manus alteri. ¶Per talem etenim modum loquendi, da- F
tur intelligi, quòd homo debet à nemine velle videri propter gloriam hominũ capiendam: quamuis ad aliorum ædificationem & dei honorem, possit eleemosina fieri, in aperto. Vel spiritualiter. Nesciat sinistra id est, cogitatio peruersa seu vana affectio, quid faciat dextera tua, id est, cogitatio & affectio bona, hoc est, cogitatio vana omnino abijciatur, nec bonæ cogitationi de qua eleemosina nascitur,
Hiere.23. admisceatur. [*Vt sit eleemosina tua in abscondito*] loco, id est, occulte fiat, saltem secundum desiderium
1.Reg.10. cordis, intentionemque animi ne cupias inaniter apparere. [*Et pater tuus*] cœlestis [*Qui videt*] oculo intellectuali, [*In abscondito*] id est, intus in anima, scrutans corda & renes, & etiam in occultis tenebrosisque locis: quemadmodum Hieremias ait, Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum. Homo quippe videt quæ foris apparent, deus autem intuetur cor. [*Reddet tibi*] copiosum præmium eleemosinæ, quod in præsenti inchoatur & in futuro perficitur.

¶Explanatio capituli sexti, [*Et cum oratis.*]
Articulus. xii.

G

POst exhortationem operum misericordiæ & charitatis fraternæ, quibus homo ad proximos suos virtuose extenditur, docet Saluator de actu latriæ, per quem anima ad deum eleuatur, videlicet de oratione, quæ secundum Damascenum, est ascensus mentis in deum, vel petitio docentium, id est. rerum quas decet peti à deo. [*Et cum oratis*] deum supplicitèr inuocando, [*Non eritis sicut hypocritæ*] id est assimilari non debetis vanis hominibus, humanum laudem potius quàm dei honorem vel honorationem à deo quærentibus, [*Qui amant in synagogis*] id est, in publicis conuenticulis seu templis, [*Et in angulis platearum stantes orare.*] Stant enim, vt sic remotius videantur. Quod autem apud Christianos designat ecclesia, hoc apud Iudæos significabat synagoga, videlicet locum cultus diuini, vel collectionem fidelis populi. Secundum Chrysostomum dicit non in plateis, sed in angulis platearum, ad insinuandum, quòd hypocritæ interdum quærunt secretum locum orandi, non vt lateant, sed vt videantur quasi in absconditò orare,
Lucæ.14. sicque dupliciter commendentur. Primò quoniam orant: secundò, quoniam latere desiderant. sciunt
Lucæ.18. enim laudabilius esse in occulto orare. Tales sunt multi qui simulant se honores refugere, nolle præ-
Eccles.19. se, gloriam vanam odire, vt honorem prælationem & gloriam consequantur. Sciunt enim quoniam honor sequitur fugientem, & quòd se humilians exaltetur. Ideo scriptum est, Et qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Sic igitur orant, [*Vt videatur ab hominibus*] id est, deuicti putentur, laudentur & honorentur. [*Amen*] id est, veraciter [*Dico vobis, receperunt mercedem suam.*] imo si à nullo homine videantur neque laudentur, receperunt tamen mercedem suam in præsenti, quantum ad suum propositum & affectum, nec à deo, præmium sortiuntur, sed pœnam tanquam sacrilegi, qui re sacra abutuntur in vanitatem. His verbis non prohibet Christus in ecclesia materiali ac publicis locis orare, cum dicat Apostolus, Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus.
Psalm.117. Et Psalmista, Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Itemque, Adorate dominum in
Psalm.28. atrio sancto eius. Et quomodo poterimus semper & sine intermissione orare, si non oraverimus
Psalm.65. vbicunque fuerimus?
1.Tim.5. ¶Denique quædam sunt orationes solemnes ac publicæ, quas faciunt ministri ecclesiæ pro populo,
Lucæ.18. quas certum est in ipsa ecclesia publice fieri oportere. Orationes quoque priuatæ singulorum maxi-
Esaię.56. me in ecclesia fieri debent, propter loci sanctitatem & sacramẽti præsentiam: iuxta illud, Domus mea
Matt.21. domus orationis vocabitur, cunctis gentibus, dicit dominus. Quod ad literam de materiali ecclesia dictum esse Christus allegat, Prohibet ergo dñs in tẽplo & angulis platearũ orare, more hypocritarum,
Lucæ.19. videlicet appetitu laudis humanæ, vel cõmodi tẽporalis. Et ne solũ oremus in publicis locis, ideo sub-
Marci.11. ditur, [*Tu autẽ cum oraueris*] i. orare intendis vel incipis. [*Intra in cubiculum tuum*] id est, locum secretũ & quietum, [*Et clauso ostio*] loci, ne quis accedat, atq; impediat, vel ad inanẽ gloriã excitet, eo quòd inueniaris in tam sancto opere, humanum aspectum, præconiúmq; vitare. Aliqui enim solent subito &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A inaniter gloriari, cum inueniuntur præter vel contra propositum suum laudabiliter occupari, [*Ora patrem tuum*] cælestem deum trinum ac simplicem [*In abscondo*] loco, [*Et pater tuus qui videt in abscondo.*] non enim latent eum quæ fiunt in locis abstractis. Specialiter quoque videt deus per approbationem, in absconso, id est misericorditer aspicit, & acceptat opera bona, quæ fiunt in abditis ad vitandum vitiũ vanitatis. ¶ Locus verò secretus & quietus plurimum confert ad orationis puritatem atque feruorem: quia tunc homo securior est, nec à sensibilibus totiens inquietatur, vnde imaginatio eius quictior est, & intellectus stabilior: voluntas quoque tanto ardentius fertur in deum, stabiliúsque in eo permaneat fixa, quãto amplius à multis abstrahitur, Potest etiam per cubiculum spiritualiter accipi cor hominis. Sic ergo debemus intrare cubiculum animæ, id est ad cor nostrum redire, & spiritum nostrum intra se colligere. Iuxta illud, Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & in eos qui conuertuntur ad cor. Et patrem in abscondo, id est in cordis secreto soli deo patenti orare: sicut ait Saluator, Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Hoc modo orauit Anna, cuius tantùm labia mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Et pater tuus qui videt in abscondo, hoc est in intimo cordis fundo, quem nulla latet cogitatio, [*Reddet tibi*] quod postulas, imò multiplicem orationis effectum tibi præstabit, videlicet dulcem in orando saporem, optatæ gratiæ infusionem, sempiternámque gloriam, si tamen infatigabiliter oras. [*Orantes autem nolite multum loqui*] id est verba coram deo multiplicare, [*Sicut Ethnici*] id est Gentiles [*Faciunt,*] qui Psalm. 84. Ioann. 13. 1. Reg. 2. Iob. 42.

B deo orando multum loquuntur. [*Putant enim quod in multiloquio suo*] hoc est virtute multorum verborum [*Exaudiantur*] á diis suis, & non mirum quòd diu orant, & verba multiplicant. nam orant dæmones, qui & si audiant, exaudire non valent, nec aliquid facere, nisi permissi à deo. Orãt reges mortuos, Iouem, Mercurium: quorum crimina sunt notiora, quàm nomina: qui & si viuerent, salutem conferre non possent. Orant idola insensata, quæ habent aures, nec audiunt. [*Nolite ergo assimilari eis,*] verba multiplicando ea ratione, qua illi, vt arbitremini in multiloquio, & non potius in affectu feruido, exaudiri. Patet ergo quòd Christus non absolutè prohibet verba in oratione protendere, sed ne hoc faciamus more Ethnicorum. Nam ipse hortatur nos, vt oremus instanter & semper, quod sine multiplicatione verborum mentalium siue vocalium non fit. Ipse quoque in oratione pernoctauit. [*Scit enim pater vester, quid opus.*] id est necesse vel vtile. [*Sit vobis, antequam petatis eum*] pro quocunque negotio. Scientia enim dei æterna, perfecta, inuariabilísque consistit. Ideo non oportet multum loqui, quasi in multiloquio exaudiret deus: quia si sic, tunc per nostros sermones aliquid sibi notificaretur, quod antea ignorasset: vel per verborum multitudinem flecteretur, quorum nullum omni scienti & incommutabili competit deo. ¶ Denique circa hunc locum dicit Chrysostomus, De oratione nobis est sermo, quam solam quasi spirituale tributum anima de visceribus suis offert deo. Vis autem scire, quàm pretiosa sit oratio? Nulla iustitia thymiamati comparatur, nisi sola oratio. Sicut enim thymiamata bene

C confecta delectant hominem odorantem, sic & oratio iusti suauis est ante deũ. Vis autem scire dignitatem eius? Mox vt de ore processerit, suscipiunt eam angeli manibus suis, sicut Tobiæ angelus dixit, Ego orationem tuam obtuli deo. Orans autem, nil noui faciat quod aspiciant alij: alte clamando, manus extendendo, pectus tundendo, vel oculos impudenter ad cælos leuando. Sed interiora sua ingrediatur, vt nihil cogitet, nisi de quo orat, & quem orat, vt claudat ostium sensus carnalis, omnésque cogitationes carnales, & solicitudines foras expellat. Si autem de extraneis & carnalibus rebus cogitaueris, non introisti in interiorem intellectum tuum, neque clausisti ostium sensus, sed tacite cum cogitationibus superfluis loquens, tempus orationis amittis. Possumus & per ostium intelligere, vt non clamosè oremus. ¶ Ex clamosa enim oratione multa mala sequuntur: maximè hæc tria. Primum, quia clamosè orans non credit deum esse vbique, & absconsa audire, id est ita se habet alte sibilando, ac si non crederet illa. Secundum, quia mysteriũ orationum tuarum aliis pandis, & non audiris à deo, quoniam indisciplinatè orasti, sed adhuc ab hominibus derideris. Tertium, quoniam alterum iuxta te non permittis orare: vocibus enim tuis rapis sensum illius ad tuos sermones: & non solum non exaudiris, sed adhuc peccatum colligis, dum orare alios non permittis. Sic igitur ora vt Anna, cuius labia mouebantur, vox non exaudiebatur. Hæc Chrysostomus. ¶ Porrò per hoc dictum, Scit pater vester quid opus

D sit vobis antequàm petatis eum, videretur aliqualiter confirmari opinio Socratis asserentis, Nihil determinatum petendum à deo, quoniam melius scit quàm nosipsi quid nobis expediat: nisi immediatè subiungeret Christus, orationem determinata bona petentem. Sed cum deus inuariabilis non flectatur, nec solum sciat quid nobis necesse sit, sed etiam quid ipse daturus existat, cur eum oramus? Respõdendum quòd ideo vt ipse donet eo ordine quo se daturum præuidit. Quamuis enim prædestinatio non sit ex meritis, tamen ex sua æterna prædestinatione disposuit se daturum gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, per preces nostras ac merita. Oramus quoque vt orando feruentius desideremus, & copiosius mereamur, ficque capaciores reddamur, & plura beneficia obtineamus, susceptámq; gratiam diligentius custodiamus, in spe diuina roboremur, acquirendo quod petimus, & deo familiariores quodammodo efficiamur, cum omni fiducia ad thronum gratiæ accedentes. Consequenter docet filius dei formam orationis perfectæ, materiámque petendam, [*Sic ergo vos orabitis.*]

¶ Expositio orationis dominicæ, [*Pater noster.*]

Articulus, XIII.

DE huius orationis expositione, laude & efficacia, tanta iam à sanctis atque catholicis doctoribus dicta sunt, vt pene tædio sit ea perlegere. Veruntamen, nec digna nec sufficientia dicta sunt, nec vsquam dicentur. Tanta nempe est huius glorioſæ orationis profunditas in sensu, fœcunditas in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mysteriis, efficacia in effectu, artificialitas in processu seu ordine, vt nemo capere queat vel eloqui. Im E
mensum igitur æternúmque dei verbum propter nos incarnatum, & quodammodo breuiatum verbũ abbreuians & consummans fecit super terram. [*Sic (inquit) orabitis, Pater noster*] quid tam auget fiduciam, quid tam inflammat affectum, quid tam lætificat humilem animam, sicut deum verum & summum uelle á fidelibus patrem vocari, eúmque fiducialiter patrem vocare? Vt ergo cum plena fiducia postulemus, eiúsque quem inuocamus beneuolentiam conciliemus seu capiamus, voluit Christus vt sic inchoemus, Pater, pater vtique creatione, prouisione, adoptione, redemptione, ad cuius imaginẽ conditi sumus, cuius prouidentia gubernamur, cuius gratia adoptati sumus, cuius pietate sumus redẽpti. Quamuis autem hoc loco nomine patris possit intelligi deus pater, prout pater relatiue accipitur, imò quælibet diuina persona, tamen secundum Augustinum, per patrem deus trinitas designatur. Dicit autem, Pater noster potius quàm pater meus, vt dicendo noster intelligamus nos omnes fratres esse, atque ad fraternam dilectionem ac mutuam orationẽ teneri, sicque oremus pro inuicem vt saluemur. Et etiam ideo vt sciamus quòd deus sit vniuersale bonum, apud quem nõ est personarum acceptio, qui bonum commune diligat ac requirat. ¶ Secundum Chrysost. libenter exaudit deus precem, dum orans non solum pro se, sed & pro aliis orat. Pro se enim orare naturę est & necessitatis: orare autem pro altero, charitatis & gratiæ. Sed pensemus ac satagamus ne tantæ dignationi, charitati & gratiæ creatoris simus ingrati, non considerando beneficia eius, nec eius maiestatem honorando, ne dicat F
nobis, Si pater ego sum, vbi est honor meus? [*Qui es in cælis*] id est, in cælestibus ciuibus, seu beatis, in quibus es excellentissimo modo per gloriam beatificámque præsentiam. Vel in cælis materialibus. præsertim in cælo empyreo, vbi specialiter esse & habitare diceris, quoniam ibi excellentius operaris, & teipsum ostendis, quamuis secundum veritatem ad nullum locum vel tempus determineris vel habitudinem habeas quantum in te est, sed sis ante omnia, non solum post omnia, non præuentus, in omnibus non inclusus, extra omnia non exclusus, supra omnia nõ elatus, infra omnia non oppressus, manens æternaliter in tua substantiali simplicitate, inuariabiliter, incircumscribilitérque subsistens. Vel in cælis, id est sanctis ac virtuosis hominibus, quorum conuersatio est in cælis, qui terrenis non inhiant. Talibus enim dicit Apostolus, Templum dei sanctum est, quod estis vos. in omnibus quippe est deus per essentiam, præsentiam, & potentiam omnia penetrans, ambiens & conseruans, singulisque magis propinquus ac intimus quàm aliqua pars suo toti, vel aliquid sibimetipsi, quoniam ipse solus illabitur rerum essentiis, nec aliquid alteri adest, nisi virtute diuinæ præsentiæ seu præsentis vt sic loquar, præsentissimi dei, qui Per Hieremiam testatur, Nunquid non cælum & terram ego impleo? [*Sanctificetur*] id est cum omni puritate & reuerentia honoretur, sanctum esse sciatur, in sanctitate & iustitia ei ministretur, laudetur & glorificetur [*Nomen tuum*] nominatum, videlicet tuipse qui diuersis nominibus designaris: qui testatus es, Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. G
De quo Esaias inducit, Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester. & ipse terror vester. Ecce hoc ad bonos pertinet filios, vt primò omnium patris sui honorem & gloriã quęrant. Deus enim bonorum nostrorum non eget, nec ei nostro obsequio aliquid fœlicitatis aut gloriæ accrescit: sed hoc prorsus iustissimum est, vt omnis illi honor & gloria impendatur. Itaque sanctificetur ab omnibus nomen tuum, præstàque gratiam adimplendi hoc ipsum. Heu me miserum, ingratum ac frigidum, qui toties sine attentione, & per consequens sine reuerentia & affectu, verba ista pronuncio.
Studeamus igitur agere qnod ab omnibus fieri cupimus, videlicet, vt deum vbique & semper honorare conemur, quoniam maledictus qui habet se ad eum intimoratè & irreuerenter. Vnde in Eccle-
Eccles. 41 siastico habetur, Et tunc in òmni corde & ore collaudate & benedicite nomen domini [*Adueniat regnum tuum*] id est ad tuam beatitudinem perducamur, vt ædificentur muri cælestis Hierusalem, & ruina angelorum suppleatur, numerus beatorum in patria compleatur, sicque regnum triumphantis ecclesiæ consummetur, ac cito adueniat, vt transferamur de via ad patriam. Vel adueniat regnum tuũ, id est ecclesia militans, in qua per fidem & gratiam regnas ac habitas, perficiatur ac multiplicetur, totóque orbe diffundatur, vt tu solus regnes in ea, hostesque eius, maximè dæmones, eiiciantur foras, [*Fiat voluntas tua*] id est omne præceptum tuum ac beneplacitum custodiatur, seu impleatur [*Sicut in cælo*] hoc est, in beatis & comprehensoribus, [*Et in terra*] id est in viatoribus, hoc est, da gratiam, H
per quam nos in hac valle degentes, tibi tam prompte, reuerenter ac pure obediamus, sicut beati in cælo viuentes, quantùm nostra fragilitas hoc permittit videlicet vt corpore & anima tibi in omnibus pareamus: [*Panem nostrum supersubstantialem*] id est Christum verè superessentialem, & tibi consubstantialem; qui ait, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, hoc est, panem sacramentalem [*Da nobis hodie*,] vt hoc cibo spirituali ac saluberrimo quotidie sustentemur ac roboremur, suscipiendo eum sacramentaliter & spiritualiter, vel spititualiter solùm. Vel, supersubstantialem, id est præcipuum secundum Hierony. hoc est, panem vitæ & intellectus, panem animæ, panem gratiæ & obedientiæ. De quo dicitur, Meus cibus est, vt faciam uoluntatem patris mei. Vel certè, vt dictum est, Panem eucharistię, quem Dionysius supersubstantialem appellat. Lucas dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis, id est quo indigemus quotidie, scilicet ad sufficientiã alimenti, da nobis hodie, vt licet iam panem pro multis diebus sufficiẽtem habeamus. nihilominus cibum corporalem cum gratiarum, actione, & sobrietate quasi de manu tua accipiamus: hoc est quod in Prouerbiis petitur, Tantùm victui
Ioann. 6. meo tribue necessaria. [*Et dimitte nobis debita nostra*] id est peccata & pœnas quas peccando meruimus, [*Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*,] qui nos offenderunt, & emendare tenemur. Qui igitur non ignoscit. contra se orat. Aliqui verò dicunt se culpam dimittere, non pœnam, quam secundum viam iustitiæ proponunt inferre. Qui tales sunt, videant quomodo deus eis pœnas debitas relaxabit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Non tamen ſemper dimittenda eſt pœna, preſertim à prælato vel iudice, quia non expediret delinquẽti. Si autem homo quantum in ſe eſt mallet pœnam clemẽter dimittere quam iuſtè vlciſci, niſi fraterna charitas & ordo iuſticiæ aliud flagitarent, poteſt ſecure deum orare pro pœnæ relaxatione [*Et ne nos inducas in tentationem*] Secundum Iacobum deus neminem tentat, loquendo de tentatione hoſtili & deceptoria, quæ ordinatur ad malum tentati: tentat tamen electos tentatione probationis & exercitationis, quæ ordinatur ad purgationem & perfectionem tentati. Probat autem ſeu tentat non vt ſibi aliquid innoteſcat, ſed vt homo purificetur, & alijs oſtendatur; atque ſeipſum cognoſcat. Vnde locutus eſt Moyſes, Recordaberis itineris, per quod adduxit te dominus, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ verſabantur in corde tuo. In exodo quoque legitur, Vt probaret vos deus, venit vt terror illius ſemper in vobis ſit. Sic & Chriſtus tentauit Philippum. De qua ſancta tentatione in Sapientia legitur, Deus tentauit iuſtos & inuenit illos dignos ſe. De qua ſanctus Iob conteſtatur, Probauit me dominus quaſi aurum quod per ignem tranſit. Non ergo petimus non induci in hanc tentationem, non enim directe inclinat ad culpam. Ideo dicit Pſalm. Proba me domine & tenta me, Et in Iudith habetur, Illi qui tentationes non ſuſceperunt in timore domini, & in patientia ſua exterminati ſun. Tobiæ quoque tẽtationẽ angelus affirmauit, Quia acceptus eras deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Nihilominus orare debemus deum, vt præſtet nobis gratiam patientiæ atque conſtantiæ in
B tentatione huiuſmodi. De alia vero tẽtatione iam dicta, quæ eſt ab hoſtibus animæ, ſcilicet mundo, carne & dæmone, petimus vt non inducamur in eam per conſenſum, quamuis ipſa inducatur in nos per impugnationem. Imbecilles quoque & imperfecti ſuam infirmitatem ſcientes, quandoq; vtiliter orant ne tententur, ptopter vitandum ruinæ periculum, vel ne grauiter impugnentur. Tentatio autem huiuſmodi dum ei non conſentimus, eſt magni profectus occaſio Qui enim nõ eſt tentatus, quid ſcit? Itaque, Et ne nos inducas in tentationem, ne opprimat nos, nec mergamur in ea, nec deſinas nos ſupra vires tentari, ſed da fortitudinem reſiſtendi, & fac cum tentatione prouentum ¶ Porro viri perfecti ora re poſſunt vt tententur vtroq; modo, qui cum Apoſtolo dicere poſſunt Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Et, Certus ſum quia neq; mors, neque vita, neq; angeli, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto domino noſtro. Talibus quippe dicitur, Omne gaudiũ exiſtimate fratres cũ in diuerſas tentationes incideritis. Vnde Hieremias orauit, Corripe me domine, In hanc malam tentationem inducit deus permiſſiue, ſubtrahendo auxilium: iuxta quem modũ dicitur induraſſe Pharaonem, Seon & Og, & quomodo dicit Apoſtolus, Mitte illis ſpiritum erroris vt credant mẽdacio. [*Sed libera nos à malo,*] Hoc eſt, ab omni incentiuo & occaſione peccati, à malis pœnalibus propter originale peccatum inflictis. ab omni periculo, & ſalutis obſtaculo. [*Amen*] id eſt, fiat.

C ¶ Hæc dictio, amen, eſt hebræa, quam nec Grecus nec Latinus interpres tranſtulit, propter reuerentiã eius, eo quòd Chriſtus totiens vſus eſt ea. Eſt autem orationis ſignaculum fructuoſum, & animi recollectiuum. Dicendo enim, Amen, anima ſummatim fertur ad omnia præinducta, & renouatur affectio impetrandi: ſicque oratio cum feruore finita, pleniorem ſortitur effectum.

¶ Poſtremo de huius dominicæ orationis perfectione, & ſeptem petitionum in ea contentarum congruentiſſimo ordine dicit Thomas hoc modo. Oratio dominica omnino perfectiſſima eſt, quia non ſolum continetur in ea quicquid orandum eſt, ſed etiam eo ordine quo petenda ſunt. Ita quòd ipſa eſt informatiua totius noſtri affectus. Primò enim cadit in deſiderio animæ ipſe finis. Deinde media ad finem. Finis autem noſter eſt deus, ad quem dupliciter tendimus Primò deſiderando gloriam dei, quantum ad ipſum, videlicet, vt ipſe honorificetur in omnibus, quod procedit ex charitate qua diligimus deum in ſeipſo, & ad hoc pertinet prima petitio qua dicitur, Sanctificetur nomen tuũ. Secundò prout deſideramus perfrui gloria dei, quod oritur ex charitate, qua noſipſos in deo diligimus, ad quod ſpectat ſecunda petitio, Adueniat regnum tuum. Ad hũc autem finem ordinat, ſeu adducit nos aliquid dupliciter. Primò per ſe, & hoc rurſus dupliciter, ſcilicet principaliter & directe, vt ſunt opera virtuoſa quibus meremur, ad quod reſpicit petito tertia, Fiat voluntas tua: Secundò inſtrumentaliter, vtpote cooperando ſeu adiuuando ad opera bona, quod facit alimentum, & hoc quærit quarta petitio, Panẽ noſtrum quotidianum. Secundò, ordinat nos aliquid ad finem prædictum per accidens, ſcilicet remouendo prohibens, ſiue impedimentum ſalutis conſequendæ, quæ eſt noſter finis, Sunt autem tria quæ
D nos à ſalute impediunt. Primum eſt peccatũ quod directè à fœlicitate excluditur. Ideo quinta petitio eſt, Et dimitte nobis debita noſtra. &c. Secundum eſt, tentatio à deo nos retrahens. Ppropter quod ſexta petitione oramus, Et ne nos inducas, &c. Tertium eſt præſens pœnalitas, quæ vitæ ſufficientiam impedit. Ideo ſeptimò petimus, Sed libera nos, &c. ¶ Harum ſeptem petitionum, tres primæ nũc impleri incipiunt, in patria vero pefectè implentur. Aliæ quatuor ad præſentis vitæ neceſſitatem atque miſeriam pertinent, ſecundum Auguſtinum. Sed quia militia eſt vita hominis ſuper terram, nec à pœnalitatibus originalis peccati liberamur in ſeculo iſto, videtur quòd etiam duæ vltimæ impleantur in patria, in qua neque tentatio locum habet, neque pœnalitas. ¶ Hanc igitur ſacratiſſimam orationem ex diuinæ, ac ſempiternæ ſapientiæ fonte immediate manantem deuotiſſime proferamus, & tanto deuotius quanto frequentius, ne frequentia incuriam pariat atque faſtidium, ſed eam, ſæpius iterando, creſcamus ſemper in eius affectu, ſeu gratia, per quem ardentius ſolito repetatur. Noui fratrem, qui vt hanc orationem attentius diceret, quamlibet eius petitiunculam ad digitum manus per ordinem legit. Quod autem harum ſeptem petitionum quinta, videlicet, Dimitte nobis, fit maximè attendẽda propter pactum, quod in ea cum domino facimus, conſtat per hoc, quod hanc ſolam Chriſtus quaſi exponendo proſequitur. [*Si enim dimiſeritis*] tanquam dicat, rectè docui vos ſic orare, & merito ſic oratis, Dimitte nobis debita noſtra. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum in vos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

commissa vel omissa.[*Dimittet & vobis pater cælestis delicta vestra*]in eum patrata.[*Si autem non dimiseritis hominibus,nec pater vester*]cælestis[*Dimittet vobis peccata vestra.*]Hoc inferius magis tractabitur, & ex E
Math.8. præhabitis patet.tenemur enim omnes,etiam persequutores diligere.Vnde in Eccl.dicitur. Qui vin-
Eccle.28. dicari vult,à deo inueniet vindictam,& peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo no-
centi te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et in lib.Iudicum,Sicut feci,ita reddidit mihi do-
minus.¶Quæritur,quomodo homo quicunque offensus offensori peccata dimittere possit,cum scri
ptum sit,Quis potest peccata dimittere,nisi solus deus? Dicendum,quòd solus deus dimittit pecca-
Matc.2. tum simpliciter per gratiam:tollendo maculam culpæ,relaxandoq; pœnam,quæ secundum diuinam
æquitatem debetur.Homo autem dimittit peccatum quodam modo,id est,quantum ad in-
iuriam,seu offensam sibi illatam,vel quoad satisfactionem sibi debitam.

¶Declaratio residuæ partis. Articulus. xiiii.

Cvm ieiunaueritis,nolite fieri sicut hypocritæ tristes.¶Ieiunium est actus abstinentiæ,quæ est pars tem
perantiæ:Est enim ieiunium moderata alimẽti carẽtia, & ordinatur ad multa, præsertim ad
quatuor,vtpote ad concupiscentiæ refrenationem, ad contemplationis puritatem, ad culpæ
emendationem,ad virtutum & gratiæ adeptionem.Vnde cantatur, Qui corporali ieiunio vi- F
tia reprimis,mentem eleuans,virtutem largiris,& premia.Cum ergo ieiunium sit actus virtutis,ad dei
duntaxat honorem fieri debet,non ad ostẽtationem inanem : ideo ait Saluator,Cum ieiunatis, vos ip-
sos corporaliter affligendo ex parsimonia victus,nolite fieri,id est,non solum non sitis,nec efficiami-
ni,sed nec cupiatis esse vel fieri sicut hypocritæ tristes.Hoc quòd ait,Hypocritæ tristes,legi potest di
uisim & coniunctim. Diuisim sic,Nolite fieri tristes in corde vel apparatu,sicut hypocritæ tristes sũt
vel corde vel apparatu.Coniunctim sic,Noli fieri sicut hypocritæ tristes.i.non efficiamini similes hy
pocritis tristibus simulando mœrorem in vultu quasi ex magna deuotione.[*Exterminant enim*] id est
extra conuenientem dispositionem,seu naturalem ac solitum terminum ponunt [*Facies suas,*] pallo-
rem,attenuationem,seu maciem assumendo in vultu.Secundum diuersas enim animæ affectiones fa-
cies facile immutatur.Quemadmodum ergo Hester regina animum celauit vultu iucundo:sic hypo
critæ inanem animum celant facie mœsta.Aliqui autem hypocritę ieiunat,vt faciem macilentam,pal-
lidamq́ue acquirant:& sic sancti ac ieiunantes putentur.Aliqui vero non ieiunant, & tamen ficta ex-
terminatione vultus ieiunare se simulant.¶Sunt enim quatuor species hypocrisis.Prima,qua homo se
fingit habere vel facere quod non habet nec facit.Secunda, cum bona facit propter ~~inanem~~ gloriam.
Tertia,cum mala bonis obumbrationibus depinguntur ac palliantur, vnde infra habetur. Væ vobis
Matt.23. qui similes estis sepulchris dealbatis. Quarta,cum homo simulat se velle latere,& tamen hoc facit vt G
Iob.36. videatur,nec hypocrita,sed humilis reputetur,Ecce quam infœliciſsimum,vile,& contemptibile est
genus hypocritarum,de quibus merito dicitur,Simulatores & callidi prouocant iram dei.Deus nan-
que est ipsa veritas:totum ergo negotium hypocritarum falsitati innititur. Exterminant igitur facies.
[*Vt pareant*] id est,videantur [*Hominibus ieiunantes,*] non ad ædificationem intuentium, sed ad pro-
Iob.20. priam laudem.[*Amen dico vobis,quia receperunt mercedem suam,*] quæ modica est. Quoniam gaudium
hypocritæ instar puncti.[*Tu autem cum ieiunas,*] consuetudo scripturæ est,sæpe mutare personam,tem
pus,vel numerum:sic modo à plurali ad singulare descenditur. Tu autem ô fidelis quicunque sis ille,
cum ieiunas, [*Vnge caput tuum,& faciem tuam laua*] id est,syncerum vultum prætende, & festiuus
ac hylaris esto,[*Ne videaris hominibus ieiunãs*] id est,vt vanam gloriam fugias,[*Sed patri tuo*]cælesti[*Qui
est in abscondito,*]id est, inaccessibilem lucem inhabitat, & incomprehensibilis est. Quemadmodum
1.Tim,6. Esaias testatur,Vere tu es deus absconditus,deus Israël.Posuit nempe tenebras latibulum suum, vel
Esaiæ. 42. qui est. id est,habitat in abscondito,id est, in corde humili,latere optanti,non in manifesto, id est, in
Psalm,7. animo vano apparere volentiæ. Secundum Hieronymum,Christus loquitur secundum morem pro-
Hierony. uinciæ Palestinæ,in qua diebus festis homines capita vngunt:sicq́; per capitis vnctionem & faciei lo-
tionem,insinuatur celebritas quædam,seu gaudium vultus.In omni enim opere virtuoso lætandum
est:præsertim cum dicat Apostolus,Gaudete in domino semper.Potest quoque per caput,mens: per
faciem.conscientia designari,vt sit sensus,Vnge caput tuum,id est,mentem tuam spirituali iucundita-
te perfunde:de qua ait Psalmista, Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Est enim oleum prauum de H
quo scribitur,Oleum peccatoris non impugnet caput meum.Et est oleum bonum,de quo in Canti-
cis,Oleum effusum nomen tuum,id est, dulce:clarum ac delectabile, quemadmodum oleum. Hoc
oleum non competit hypocritis:iuxta illud,Nunquid hypocrita poterit in omnipotenti delectari?& fa-
ciem.i.conscientiam tuam laua ab intentione corrupta,omniq́; macula,prout per Hieremiam con
sulitur,Laua à malitia cor tuum,vt salua fias.Et Esaias inquit,Lauamini.mundi estote,auferte malum
cogitationum vestrarũ:& pater tuus cælestis qui videt in abscondito,id est,intima cordis agnoscit, &
in abscondito facta bona accepta,approbandoq́; inspicit.Hoc modo deus non videt inaniter facta in
manifesto,iuxta quod Sapiẽs ait,Non respicit dominus in oblatione iniustorũ. [*Reddet tibi*] salutarem
effectũ ieiunij,& præmium copiosum,videlicet indulgentiam,concupiscẽtiarũ mitigationẽ, cõtẽpla-
tionisq́; gratiam.Deniq́;,q; ieiuniũ mereatur diuinæ sapientiæ illustrationẽ,patet in Daniele, Anania
Azaria & Misaele,quibus deus prestitit sapientiã & sciẽtiã propter abstinentiam,Mereretur & precũ,
exauditionem,sicut ad Danielem angelus loquitur,Ex die quo posuisti cor tuũ vt affligeres te in con
spectu dei tui,exaudita sunt verba tua,Tanta nẽpe est virtus ieiunij,vt de pessimi dæmonibus Chri-
Marc.6. stus dicat,Hoc genus dæmoniorũ in nullo potest exire,nisi in oratione & ieiunio.¶Sed quoniam pa-
rũ prodest abstinere à cibis,nisi abstineatur à vitiis,prout dominus asserit.Ecce in die ieiunii vestri in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uenitur voluntas veſtra. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Nunquid hoc eſt ieiunium quod elegi? Nónne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. Et rurſus, quoniam ieiunij tres ſunt comites, ſcilicet eleemoſyna, humilitas, & oratio: vnde in Tobia legitur, Bona eſt oratiò cum ieiunio & eleemoſyna: Ideo conſequenter Chriſtus docet vitia extirpare, auaritiámque vitare per eleemoſynarum largitionem, [*Nolite theſaurizare vobis*]id eſt Deuter. 10
immoderatè colligere, [*Theſauros*]id eſt temporales diuitias naturales, vt ſunt blada, gemmæ, &c. vel artificiales, vt ſunt pecuniæ, vaſa & veſtes, [*In terra*]id eſt in ſeculo iſto, vbi non habetis manentem locum, ſed peregrini & aduenæ eſtis: iuxta illud in pſalm. Ne ſileas quoniam aduena ego ſum apud te, & Pſalm. 28.
peregrinus ſicut omnes patres mei. Vnde in libro Parali. Dauid fatetur, Peregrini ſumus coram te 1. Para. 29.
domine: dies noſtri quaſi vmbra ſunt ſuper terram, & nulla eſt mora. [*Vbi erugo*]id eſt rubigo, [*Et tinea demolitur*]id eſt corrumpit diuitias ſeu theſauros, [*Et vbi fures effodiunt*] domus vel loca in quibus occultantur theſauri, [*Et furantur*] eos. Theſaurus enim eſt vel de metallis, & hunc demolitur rubigo: vel de veſtibus quas deſtruit tinea: vel de lapidibus, quem ſubtrahunt fures. Hinc ſcriptum eſt Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis, quæ aduenient vobis, diuitiæ veſtræ putrefactę ſunt Iaco. 5.
& veſtimenta veſtra à tiniis comeſta ſunt. Aurum veſtrum & argentum veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit. Hanc theſaurizationem, ſeu auaritiam grauiſsimè damnat
B ſcriptura. Dicit enim Apoſtolus, quòd auaritia idolorum ſeruitus, omniúmque malorum radix ſit cupiditas. Et, Qui volunt (inquit) diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Sapiens quoque ait, Auaro nihil eſt ſceleſtius, & nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim animam ſuam habet venalem. Cum enim temporalia ad ſpiritualia ordinantur, habent rationem inſtrumenti ac medij, ideo non ſunt amplius appetenda vel exquirenda, quàm ad ſpiritualia bona adipiſcenda, augenda, ſeu conſeruanda proſunt & conferunt. Propter quòd dicit Apoſtolus, Habentes victum & quibus tegamur, his contenti ſimus. Veruntamen theſaurizatio procedens ex cauſa honeſta & nemini nocens, atque ad pium finem relata, non eſt illicita, neque his verbis prohibita. [*Theſauritate autem*]id eſt copioſè colligite, & prudenter reponite [*Vobis*]id eſt ad veſtram ſalutem [*Theſauros*] id eſt cumulum operum meritorium, [*In cælo*]empyreo, id eſt ad hunc finem, vt ad cæleſtem perducamini manſionem, committendo opera veſtra bona deo, & mercedem ab eo tantùm quærendo. Hoc eſt quod Apoſtolus monet, Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, diuites fieri in operibus bonis, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Auari autem diuites qui in terra, non cælo theſaurizant, ex- Iob 27.
perientur verum eſſe quod in Iob ſcribitur, Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet, apprehen- Roma. 2.
det eum quaſi aqua inopia. Denique quidam theſaurizant ſibi in inferno, ſicut affirmat Apoſtolus, Secundum duritiam tuam & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iu-
C ſti iudicij dei. Tales ſunt peccatores in peccatis aſsiduis, de quibus Propheta, Neſcierunt (inquit) facere rectum, theſaurizantes impietatem. Peccator enim adiiciet ad peccandum. [*Vbi neque erugo, neque tinea demolitur*]theſauros, [*Et vbi fures non effodiunt neque furantur.*]In regno enim cælorum nihil eſſe poteſt nociuum aut corruptiuum, iuxta illud, Non intrabit in illam ciuitatem aliquid coinquinatum, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ. Propterea verò in cælo theſaurizare debes ô quilibet Chriſtiane. [*Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum.*]Theſaurus nanque eſt quod præcipuè amatur, colligitur & cuſtoditur. Vbi ergo theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, non per eſſentiam, ſed per affectum, intentionem atque memoriam. Per cor enim deſiderium & cognitio cordis exprimitur. Quod ergo magis amatur, hoc frequentius cogitatur. Ideo theſaurizantes immoderatè in terra, conuerſationem non habent in cælo: neque cor ſupernis ac diuinis intentum, ſed in ~~ſenſibilibus preſſum~~ & miſerabiliter occupatum. Sed quoniam Chriſtianus oculum mentis ſemper ad cælum, tanquam ad patriam erigere debet, incumbit ei theſaurizare in cælo ſpirituales diuitias meritorum quas in die mortis inueniat, ædat, & ſine fine poſsideat. [*Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus.*] Non de oculo exteriori, neque de corpore naturali intelligendum eſt hoc. Subditur enim, [*Si fuerit oculus tuus ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, &c.*] Oculus enim exterior non propriè dicitur ſimplex vel nequam,
D ſed ſanus vel infirmus. Et quamuis aliquo modo ſimplex dici poſsit, non tamen propter eius ſimplicitatem, id eſt cuſtodiam, totum corpus naturale lucidum erit, id eſt bonis actibus ornatum, & à carnalibus vitiis incontaminatum. Poteſt enim contingere, vt propter incuſtodiam tactus vel guſtus maculetur, quemadmodum & in cæcis. Intelligendum eſt ergo de oculo interiori & corpore morali: vt ſit ſenſus, Lucerna, id eſt illuminatrix atque directrix corporis tui, id eſt totius operationis tuæ ſeu vniuerſitatis & congeriei operum tuorum licitorum, eſt oculus tuus, id eſt ratio illuminata, vel intentio recta, quæ dirigit animam in agendo ſicut lucerna illuminat hominem in eundo. Si fuerit oculus tuus ſimplex, id eſt ratio non peruerſa, & intentio bona, totum corpus tuum id eſt omne opus tuum, lucidum erit, id eſt ſplendore virtutis ornatum & purum. [*Si autem oculus nequam fuerit*]id eſt intentio obliqua, & ratio errabunda, [*Totum corpus tuum*] congeries operum, [*Tenebroſum erit*]id eſt vitioſum & maculatum. Quamuis ipſa ex genere bona ſint & præcepta, vt ſi quis vadat ad miſſam, vt videat mulierem vel præſtet eleemoſynam vt videatur ab homine. Intentio enim imprimit ſpeciem moralitatis operationi, & à fine maximè pendet ~~bonitas & malitia~~ actionis.

¶Intentio verò & finis eſt duplex, videlicet, correſpondens, connaturalis, ſeu proportionatus operi. De quo fine & intentione nunc agitur. Alius eſt finis & intentio improportionatè ſe habens ad actum, ſed ſolùm ex parte operantis concipitur, & ſic ex ſe mala non poſſunt fieri propter finem bonum, ſeu bona intẽtione, loquẽdo de fine & intẽtione primo modo acceptis: ſed fieri poſſunt bono ff

ne & bona intentione, secundo modo. Hoc tamen non sufficit ad operis bonitatem, vt si quis occi- E
dat aduersarium suum, quatenus illo occiso pacifice viuat. [*Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt*] id est
Psalm.4. si ratio tua quæ debuit alia illustrare, (quia signatum est super eam lumen vultus diuini) tenebris ig-
norantiæ & peccati fuscatur, ipsa quoque intentio peruertatur, [*Ipsæ tenebræ quantæ erunt?*] id est affe-
ctiones carnales & operationes iniustæ quàm impiæ erunt? Erunt quippe dupliciter vitiosæ. Primò,
quia in se malæ sunt. Secundò, quia ex praua intentione procedunt. Consequentur ponit Saluator ra
tionem non thesaurizandi in terra, seu contemnendi superfluitatem temporalium diuitiarum, [*Nemo*
potest duobus dominis] non subordinatis, sed contrariam voluntatem habentibus [*seruire,*] videlicet deo
Galatas.1. & mundo, deo & carni. Propter quod dicit Apost. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.
Dñs verò subalternatis atq; concordibus, potest homo simul seruire, ac obedire, videlicet deo & eius
Lucæ.18. vicariis: imò qui vni eorum repugnat, reluctatur & alteri, sicut ait Saluator, qui vos audit, me audit &
qui vos spernit, me spernit. [*Aut enim vnum odio habebit,*] quantùm ad id quo contrariatur alteri, [*Et al*
terum diliget,] eum videlicet, cui ex animo seruit: iuxta quod dixit Apost. Serui diligite dominos ve-
Ephesi.6. stros, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed ex animo. [*Aut vnum sustinebit*] id est
eum cui seruit, & si non diligat, tamen tolerabit eum, & iugo eius subiiciet se, [*Et alterum contemnet,*]
videlicet eum cui non seruit neque obedit. Non dicit, Aut vnum diliget, & alterum contemnet: quia
interdum non diligit eum cui deseruit, & tamen sustinet eum, quasi durum dominum, vt patet in his F
qui dæmoni seruiunt, quem non diligunt. Item non dicit, & alterum odio habebit, sed contemnet, vi-
delicet deum: quia secundum Augustinum, etiam illi qui non seruiunt deo, non odiunt eum, sed sper-
Augustin. nunt, dum quasi de eius bonitate securi sunt. Dicit enim Augustinus, Nullius ferè conscientia deum
potest odisse. ¶ Sed videtur contrarium quòd de Iudæis ait Christus, Nunc autem viderunt & ode-
runt me & patrem meum gratis. Et Psalmista, Nónne qui oderunt te domine oderam? Et rursus, Su-
perbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Dicendum, quòd considerando deum secundum se, &
vt causam rerum, nemo eum odit: Considerando verò eum vt prohibitorem & punitorem delecta-
tionum ac delectabilium, multi odiunt ipsum. [*Non potestis deo seruire*] id est verè & obedientialiter sub
diti esse, [*Et mammonæ*] id est diuitiis seu dæmoni de auaritia tentanti. Qui enim deo seruit, præfert spi
ritualia & æterna sensibilibus ac transitoriis: qui verò diuitiis seruit, præfert caduca cælestibus. Diui-
tiis nanque seruire, est inordinato eorum affectu ligari, in eis finem ponere, cupiditatísque vitio su-
perari atque subesse. A quo autem quis victus est, huius & seruus est. Vnde Saluator ait, Omnis qui
facit peccatum, seruus est peccati. Talis potius possidetur & regitur à diuitiis quàm regat & possideat
Ioan.8. eas. [*Ideo dico vobis*] discipulis meis, qui ad perfectionem tendere festinatis. Talibus enim præcipuè lo-
quitur Christus in sequentibus, quamuis ad omnes Christianos aliquo modo pertineant. [*Ne solliciti*
sitis] id est inordinatam & anxiam curam habeatis [*Animæ vestræ*] id est vitæ animali, alimoniis indigē- G
ti: vel vobis ipsis, vt ponatur pars pro toto, scilicet anima pro homine, [*Quid manducetis*] .i. de cibo & su
stentaculo vitæ, sub quo intelligitur potus, [*Neque corpori vestro*] solliciti sitis hoc modo, [*Quid indua-*
mini] id est de vestitu. Superflua autem sollicitudo circa huiusmodi appellatur, quando homo in tan-
tùm circa talia adipiscenda occupatur, quòd à spiritualibus debitis impeditur, vel talia abundantius
quærit, quàm necessaria sint. De sollicitudine tali Salomon loquitur, Expectatio sollicitorum peribit.
Porrò sollicitudo ordinata & rationalis vocatur, qua homo secundū exigentiam sui status quærit ne-
cessaria vitæ præsentis in ordine ad spiritualia, talísque sollicitudo est pars prudentiæ. Hanc non habe
re, esset deum tentare, vel ighauiter se habere. Prædictam verò superfluam sollicitudinē non esse habē
dam, probat Saluator multiplici ratione & exemplo, Et primò per locum à maiori. [*Nonne anima plus*]
1.Cor .9. id est præstantior [*Est quam esca*] corporalis, [*Et corpus*] nónne plus, id est dignius est [*Quam vestimen-*
tum?] Vtique. Qui ergo sine vestra sollicitudine ex sua liberalissima bonitate largitus est vobis ani-
mam & corpus: alimentum quoque & vestitum præstabit sine immoderata sollicitudine vestra. Ipsi
enim cura præcipua est de rationali creatura. Deinde ponit aliam rationem ad idem sumptam ex con-
sideratione irrationabilium creaturarum, [*Respicite*] .i. sapienter attendite [*Volatilia cæli*] aërei, quæ di- H
cuntur volucres cæli, quoniam volant in aëre, qui infimum cælum vocatur, [*Quoniam non serunt, ne-*
que metunt, neque congregant] fructus [*In horrea.*] Omnia enim hæc sunt opera rationis, quæ illis con-
uenire non possunt. Videmus tamen quòd multæ aues congregant victum in nidos. Quemadmo-
dum ergo volatilia pergunt ad grana, & colligunt ea secundum naturalem instinctum: sic homini-
bus committitur labor & prouidentia, non sollicitudo inquieta vel auaritia. [*Et pater vester cælestis pa-*
scit ea] per causas secundas. Nam opus naturæ & intelligentiæ est opus primæ causæ. Vnde in Psal.
cantamus, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et Iob ait, Qui
Psal.146. præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad eum vagientes, eo quòd non habeant cibos.
Iob.38. [*Nonne magis vos pluris*] id est maioris dignitatis ac pretij [*Estis illis?*] volatilibus, & per conse-
quens magis vobis prouidebit. In tantùm siquidem maior cura est deo de rationabilibus quàm ir-
1.Corin. 9 rationabilibus creaturis, vt dicat Apostolus, Nunquid cura est deo de bobus? [*Quis autem vestram co-*
gitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?] id est cum nemo ex vobis possit cogitando, seu
alio modo augere staturam seu quantitatem corporis sui magnitudine vnius cubiti, sed deus dat vo-
bis debitam quantitatem, patet quòd etiam de alimento sufficientiam tribuet & de vestitu. Ideo sub-
ditur, [*Et de vestimento quid (id est cur) solliciti estis?*] modo præfato. Quod autem sollicitari non debeant,
pandit exemplo inanimatorum, [*Considerate lilia agri*] id est quæ in agris nascuntur, [*Quomo-*
do crescunt, Non laborant neque nent] pro adeptione naturalis decoris, seu quantitatis: & tamen spe-
ciosissimè vestiuntur seu adornantur à deo in colore & superficie. Ideo subditur. [*Dico vobis, quo-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *niam nec Salomon*]qui erat rex ditiſsimus, valde potens,in veſtibus atque ornatibus ſuis & miniſtrorum ſuorum plurimum glorioſus.Propter quod regina Saba videns veſtes ſeruorum eius, nõ habuit ſpiritum. [*In omni gloria*]id eſt præclara ac ſplendida iuuitione ſua[*Coopertus eſt*] id eſt tam ſpecioſe veſtitus eſt,[*Sicut vnum ex illis*]liiis agri. Quæ enim purpura regum, quæ tinctura artificum æquari poterit pulchritudini florum? Ars nanque humana imitatur naturam, ſed non adæquat eam:ſed nec natura adæquat artem diuinam & exemplarem, quamuis eam aliqualiter imitetur. [*Si autem*]id eſt quia[*Fœnum agri*]id eſt herba [*Quod hodie eſt, & cras*]id eſt cito poſt hæc vel die ſequenti[*In clibanum mittitur*]ad comburendum,[*Deus ſic veſtit*]id eſt ornat viriditate, ſeu alia ſpecie & pulchra ſuperficie, [*Quanto magis*]deus veſtiet,[*Vos modicæ fidei?*]id eſt qui de diuina prouidentia imperfectam fidem habetis,& ob id tam immoderatam ſollicitudinem de neceſſariis acquirendis habetis. [*Nolite ergo ſollicitiẽ eſſe*]cum inquietudine mentis impediente pacem internam,& libertatem cordis in deo, [*Dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus,aut quo operiemur ?Hæc enim omnia*]ſcilicet cibum,potum,& veſtimenta[*Gentes inquirunt*]cum ſollicitudine animi ,id eſt gentiles qui diuinam prouidentiam vel non attendunt vel negant,præſertim quantùm adhæc inferiora,putantes non agnoſcere diſtinctè, neque curare actus humanos,neque hæc corruptibilia prouidenter diſponere:iuxta illud in Pſalmo. Et dixerunt,quomodo ſcit deus,& ſi eſt ſcientia in excelſo?Iob quoque dicit, An cogitas, quòd deus excelſior cælo ſit,nec noſtra conſiderat,& circa cardines cæli perambulat?In perſona talium dicitur per

B Sapientem,Aeſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram& conuerſationem vitæ ad lucra compoſitam, & oportere vndecunque acquirere. Cur autem hæc Chriſtianis cum ſollicitudine inquirenda non ſint,ſubditur,[*Scit enim patet veſter cæleſtis,*]æternus& adorandus.cuius ineffabilis pietas, incomprehenſibiliſque dignatio,patet in hoc,quòd à nobis vermiculis pater vocari dignatur,imò & præcepit, ſicut infra inducitur, Patrem nolite vocare ſuper terram. Sed attendendum eſt nobis ne propter ingratitudinem & negligentiam noſtram mereamur ab eo audire illlud Eſaiæ, Filios enutriui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me. Et illud,Homo cum in honore eſſet non intellexit. Scit itaque pater, [*Quia his omnibus*]ſcilicet victu & indumento ac domo [*Indigetis*] Nomine enim indumenti ſeu operimenti,etiam habitaculum vel hoſpitium inſinuatur,de quo eſt maior ſollicitudo habenda, quàm de indumento.Ex præinductis infert magiſter vniuerſæ perfectionis ſaluberrimum documentum,[*Quærite ergo*]id eſt contemplando,amando.& bene agendo adipiſci ſtudete[*Primum*]id eſt principaliter,& ante omnia inferiora,[*Regnum dei*]id eſt cœleſtem patriam,vitam æternam,triumphantis eccleſiæ ſocietatem,hæc bona à longe aſpiciendo.ſalutando,& confitendo, quoniam peregrini & aduenæ eſtis ſuper terram:de quo regno ſcriptum eſt,Iuſti accipient regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu domini.Hoc regnum eſt finis noſter,ideo debet primo cadere in intẽtione,& quotidie prima ac ſumma occupatio noſtra eſſe debet,pro adipiſcendo hoc regno . Quod quia adipiſci non poſſumus, ni-

C ſi obſeruando mandata,idcirco poſt deſiderium huius finis ſtatim quærere debemus, [*Iuſtitiam eius*] id eſt opera bona ac meritoria, quibus ad regnum perducimur. Hæc verò iuſtitia eſt, quam Chriſtus iam docuit, de qua & profeſſus eſt, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum,non intrabitis in regnum cælorum.His autem æternis ac ſpiritualibus bonis digne quæſitis temporalia neceſſaria nobis non deerunt ſi tamen ſaluti expediat.Vnde ſubiungitur,[*Et hæc omnia*]ad victum & operimentum opportuna[*Adiicientur*]id eſt ſuperaddentur [*Vobis,*]quaſi bona accidentalia,minus principalia ac inſtrumentalia,ſine quibus ſpiritualis conuerſatio nequit ſubſiſtere.Primum autem refertur ad ſecundum:Per hoc igitur quod Saluator docet regnum dei & iuſtitiam eius primo eſſe quærenda,innuit temporalia quoque ſecundario eſſe quærenda,cum labore quidem,ſed non cum ſollicitudine,ſecundum Chryſoſtomum.Scriptum eſt enim,Labores manuum tua rum quia manducabis,beatus es.Et Adæ dictum eſt,In ſudore vultus tui(non in ſollicitudine)veſceris pane tuo. Vnde Apoſtolus.Ad ea(inquit)quæ mihi neceſſaria erant , miniſtrauerunt manus iſtæ. Non ergo ſic adiiciuntur quòd homo debeat ponere manum ſuam in gremio ſuo & non facere quoin ſe eſt.Sed nónne aliqui martyres ex fame extincti ſunt,& multi iuſti maximas patiuntur penurias ſicut & Paulus perpeſſum ſe aſſerit?Et reſpondendum.quòd ſæpenumero ſubtrahuntur prædicta ele

D ctis ad eorum probationem,& copioſius meritum:Saluator verò loquitur in communi. Deus tamen ex cauſis ſibi agnitis facit interdum aliter in particulari. [*Nolite ergo ſolliciti eſſe*] inordinatè, vt dictum eſt, [*In craſtinum*] id eſt in tempus futurum pro temporalibus, quæ vobis tempore futuro neceſsaria erunt: ſed agite quod ait Pſalmiſta, Iacta cogitatum tuum in dominum, & ipſe te enutriet. Et princeps Apoſtolici agminis ; Omnem (ait) ſollicitudinem veſtram proiicientes in deum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Ideo Paulus quoque dicebat , Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Quamuis autem poſsit homo ordinatam habere ſollicitudinem de prouiſione temporalium, illa tamen non erit niſi tempore congruo . Omnia enim tempora tempus habent , & cuilibet negotio aptum tempus debetur . Qui ergo ante tempus ſollicitatur de temporali negotio, ſolli citus eſt in craſtinum, ſicut qui tempore hyemali occupatur pro meſſe ſeu fructibus colligendis.Qui verò inſtante tempore meſsis moderatam curam habet de fructibus congregandis, non ſollicitatur in craſtinum,quia non præuenit debitum tempus.Craſtinum ergo hoc loco accipitur non ſolum.pro die proximè ſubſequente,ſed pro tempore futuro,ſicque frequenter accipitur in ſcripturis. Vt cum ait Iacob,Cras reſpondebit mihi iuſtitia mea.Et moyſes , Cum interrogauerit te filius tuus , cras dicens,& cætera Sic in libro Ioſue duæ tribus & ſemis dixerunt aliis filiis Iſraël, Cras filij veſtri dicent filiis noſtris.

Matth.6.

Chryſoſt.

Pſal.272.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Denique duæ rationes ſubtiles ſubduntur, cur non ſit habenda ſollicitudo, id eſt pœnalis & anxia E
cura de craſtino, quantum ad temporalia: quantùm verò ad ſpiritualia, debemus ſemper eſſe ſolliciti de craſtino: iuxta illud, Vigilate & eſtote parati, quia neſcitis diem neque horam. Prima ratio eſt, [*Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi*] id eſt propriam curam habebit, hęc eſt, quocunque die futuro occurret vobis ſufficiēs ſollicitudinis cauſa ſiue occaſio, nec oportet ſollicitudinem miſerabilem præ uenire, ſeu ante tēpus arripere. Secunda ratio eſt, [*Sufficit enim diei*] id eſt cuilibet tempori [*Malitia ſua*] id eſt ſollicitudo ſua, quæ eſt malum pœnę, & etiam malum culpæ interdum. Hoc eſt, Sufficit homini omni die malitia pœnæ & culpæ, multiplicesque miſeriæ occurrentes quotidie. Ideo non oportet vno die admittere malum futurę diei, ne vno die duplex malum affligat. Vnde Apoſtolus dicit, Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Dicitur autem diei malitia ſua ſufficere, & dies mala eſſe, non quòd tempus in ſe prauum conſiſtat, ſed quoniam his qui in tempore huius ſeculi viuunt, multa mala occurrunt. Nam homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis.

¶Caput VII [*Nolite iudicare, vt non iudicemini.*]
Articulus XV.

F

IN præſentis capituli exordio prohibes dominus iudicare, [*Nolite, inquiens, iudicare, vt non iudicemini.*] Lucas dicit: & non iudicabimini. Et nónne vtique omnes nos aſtare oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſsit? Habet autem hic locus difficultatem præcipuam, propter diuerſas authoritates ſcripturæ, quæ quantùm ad verba, videntur contrariæ. Vbertim quippe ad iudicandum inuitamur, imò iudicare prȩcipimur. Vt enim Apoſtolus dicit, Spiritualis homo omnia iudicat. Et rurſus, Si noſipſos, inquit, iudicaremus, non vtique iudicaremur. Et tamen ait, Neque meipſum iudico. Itémque, Tu quis es, qui iudicas proximum tuum? Et penè innumerabilia ſunt loca ſcripturæ: quorum quædam prohibent, quædam iubent vel admonent iudicare.

¶Aduertendum ergo ſecundum Thomam, quòd iudicium propriè ſumptum eſt actus iudicis, inquantùm huiuſmodi. Iudex verò dicitur quaſi ius dicens, Idcirco iudicium eſt determinatio iuris ſeu prolatio ſententiæ. Iudicium ergo eſt actus iuſtitiæ, tanquam habitus ad iudicandum idoneè inclinantis: rationis verò ſeu prudentiæ, tanquam iudicium proferentis. Iudicium itaque intantùm eſt licitum, inquantùm ex iuſtitia & ratione procedit. Tria verò requiruntur ad hoc quòd G
iudicium de alio per modum ſententiantis ſit licitum. Primò, vt procedat ex habitu iuſtitiæ & ratione, non ex impetu paſsionis. Qui enim in magnis peccatis ſunt, iudicare non debent eos qui in eiſdem vel minoribus ſunt peccatis, ſecundum Chryſoſtomum. Secundò, vt procedat ex authoritate præſidentis, quia iudicare homo non debet niſi ſubiectum. Tertiò, vt proferatur ſecundum ſectam rationem prudentiæ. Si primum horum defuerit, vocatur iudicium iniuſtum & peruerſum; ſi ſecundum, erit vſurpatum: ſi tertium, erit ſuſpitioſum & temerarium. Nihilominus de manifeſtis & quæ bono animo fieri nequeunt, iudicare permittimur vel iubemur: iuxta illud, Attendite vobis à falſis prophetis, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Prædicta ergo tria inordinata iudicia prohibentur.

¶ Denique vt alij dicunt, multiplex eſt iudicium. Primum eſt iudicium diſcretionis, quòd eſt meritorium ſi cum circunſtantiis debitis fiat: de quo per Hieremiam loquitur deus, Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. De quo & in Iob aſſeritur, Nunquid qui non amat iudicium poteſt ſanari? Vnde ait Pſalmiſta, Rectè iudicate filij hominum. Aliud eſt iudicium commendabile, ſcilicet iudicium propriæ diſcuſsionis, de quo Apoſtolus loquitur, Si noſipſos iudicaremus & cætera. Et Pſalmiſta, Ideo non reſurgunt impij in iudicio. Iob quoque ait, iudicium eligamus, & inter nos videamus quid ſit melius, Tertium iudicium eſt tolerabile, vtpote iudicium definitionis de inexcuſabilibus malis. Quartum eſt vtile, puta iudicium præſidentis, ſecundū regulas iuris. Vnde Chriſtus H
apud Ioannē prȩcepit, dicens, Nolite ſecundū faciem iudicare, ſed iuſtū iudicium iudicate. Quintū eſt iudicium inutile, ſcilicet ſuſpitionis, tamen ſine conſenſu rationis. Sextum eſt deteſtabile, quòd fit quatuor modis. Primò, cum fertur ſententia de diſcretis cordis ſine ſufficientibus ſignis. Secundò, cum dubia in peiorem partem trahuntur. Tertiò, dum iudicatur de ~~futuro hominis~~ ſtatu. Quartò, cum contra ius aſſumitur exequutio. ¶Porrò ſecundum auguſtinum, duo ſunt in quibus iudicium eſt vitandum: cum ignoramus quo animo aliquid factum ſit: & cum ignoramus qualis futurus ſit qui peccauit. Et quoniam vnuſquiſque quolibet momento poteſt à deo tangi, conuerti & emendari propterea nunquam definitiuè iudicare debemus ~~perſonam alteri~~, ſeu ſtatum eius futurum. ¶Quęritur, An per ſuſpitiones ſit iudicandum. Dicendum quod ſuſpitio eſt opinio mali de altero ex leuibus cauſis concepta: & procedit ex tribus. Primò, ex malitia ſuſpicantis qui ſibi de ~~propria~~ malitia conſcius, facilè putat alios tales qualis eſt ipſe, Secundò, ex malo affectu ad alterum, ſicut qui alium odit vel ei iraſcitur, facilè ſuſpicatur malum de eo Tales ſuſpitiones ſunt peruerſæ, ſicut & cauſæ earum. Tertiò, ſuſpitio procedit ex quadam experientia. Vnde ſecundum Philoſophum ſecundo Rhetoricæ, Senes ſunt magis ſuſpicioſi, tanquam aliorum defectus magis experti, & iſta ſuſpicio minus culpabilis eſt, quoniam cauſa eius melior eſt, & ipſa propinquior eſt certitudini.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Insuper triplex est gradus suspitionis. Primus, dum quis ex leuibus signis de bonitate alterius dubitat, quod est veniale peccatum, pertinens ad tentationem humanam, sine qua præsens vita non agitur, & ex infirmitate procedit. Secundus gradus est, quando ex leuibus signis firmiter æstimat alium esse peruersum, quod est mortale peccatum, & est contra charitatem fraternam, & contemptum habet adiunctum, si malum quod de alio existimat, sit de genere peccati mortalis. Tertius gradus, est quando ex leuibus signis proceditur ad punitionem alterius, quod est grauius alijs, & contra iustitiam: quamuis autem dubia sint in partem meliorem interpretanda, quantum ad quandam piã fiduciam (quoniam non debemus proni esse ad male sentiendum de alio) tamen quando impendendum est remedium contra animæ morbum, interpretanda sunt in partem deteriorem, propter securitatem, non simpliciter definiendo, sed de peiori timendo. Quàm autem peruersum sit prædictis illicitis modis de alio iudicare, innotescit ex plurimis locis epistolarum Pauli. Siquidem ad Romanos fatetur dicens, Inexcusabilis es ô homo, omnis qui iudicas: in quo enim alium iudicas, teipsum condemnas. Et alibi, Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Itaque, [*Nolite iudicare,*] iudicio vsurpatorio, temerario, suspicioso: vel de incertis, & cæteris modis inordinatis iam dictis, [*Vt non iudicemini*] iudicio reprabationis à deo, tanquam transgressores præcepti de non iudicando. [*In quo enim iudicio iudicaueritis,*] id est, secundum qualitatem meriti vel demeriti ve-
B stri, quod incurritis iudicando bene vel male, [*Iudicabimini*] à deo, qui reddet vnicuique quod meretur. Si ergo temerariè iudicatis, ipsa temeritas vestra vobis nocebit, vósque damnabiles faciet. Et si rectè iudicatis, rectitudo vestra vobis proficiet. Iuxta hunc sensum dictum est Petro, Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit: id est iniquitate, quam facit gladium accipiendo, damnabitur, si non pœnitentiam egerit. Simili modo scriptum est in Genesi, Omnis qui effuderit sanguinem, effundetur sanguis illius. Vniuscuiusque enim peccatum in proprium redundat authorem. Ideo in Prouerbiis dicitur. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Et Ecclesiastes, Qui fodit (inquit) foueam, incidet in eam. Et, Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Et alio in loco, Facienti nequissimum consilium, super ipsum reuoluetur. [*Et in qua mensura mensurati fueritis,*] id est, secundum quòd alijs feceritis, [*Remetietur,*] id est à deo retribuetur [*Vobis*] hoc est secundum proportionem operis vestri ad alios, erit proportio vestræ mercedis. Iudicium enim sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Qualem ergo vis deum esse tibi, talem te exhibe alteri. [*Quid autem vides festucam in oculo fratris tui:*] hoc est, Cur obseruas & pensas, paruum peccatum in conuersatione vel corde proximi tui, iudicando eum, & arguendo de minori excessu. [*Et trabem*] id est: grande peccatum, [*In oculo tuo,*] id est, in animo
C tuo seu vita, [*Non vides?*] Quasi dicat Saluator, Hoc irrationabiliter agitur. Charitas nanque erit ordinata, vt à seipso incipiat homo, nec præsumat alium increpare, iudicare, seu disciplinare, qui seipsum non purgat, discutit, & emendat. Dicit enim Apostolus, Qui alium doces, teipsum non doces: qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis deum inhonoras. Itaque si peccatum arguentis, seu iudicis publicum est, & tamen iudicat alium, peccat peccato præsumptionis ac scandali: si verò peccatum eius sit abditum, peccat per præsumptionem.

Propter quod dicit Ambrosius, Iudicet de errore & culpa alterius, qui in seipso non habet quod iudicet, ne cum de alio iudicat, in semetipsum ferat sententiam. Scriptum est enim, Ex ore tuo te iudico serue nequam. Veruntamen Thomas affirmat, Quòd si peccatum prælati vel iudicis, sit occultum, & non incumbat ei iudicare ratione iniuncti officij, potest cum timore & humilitate iudicare atque arguere. Cui concordat, quod alij dicunt, videlicet, quòd si arguens corde pœniteat, potest fratrem cũ humilitate arguere. [*Aut quomodo*] Hoc est, qua ratione vel fronte, [*Dicis fratri tuo, sine*] id est, permitte & sta, [*Eiiciam festucam de oculo tuo*] id est, paruum peccatum tollam à te, teque mundabo per informationem, increpationem, vel correptionem, [*Et ecce trabs*] hoc est, magnum peccatum, [*In oculo tuo est:*] imo tua præsumptione auges vitia tua priora. [*Hypocrita*] id est, simulator sanctitatis, qui tuam malitiam pallias. nam aliorum parua mala redarguendo ostendis te immunem à vitiis, quod tamen non est. [*Eyce*] per confessionem & pœnitentiam, [*Primum*] antequam alium increpes, [*Trabem de oculo tuo*] id est, magna peccata à corde tuo, quemadmodum scriptum est, Quasi à facie colubri, fuge peccatum.
D [*Et tunc videbis eycere*] id est, illuminatus eris ad eiiciẽdum. [*Festucam de oculo fratris tui.*] tunc enim non poterit tibi dicere, Medice cura teipsum.

¶Circa hanc literam dicit Chrysostomus, Omnis sacerdos qui vult docere populum, prius doceat seipsum: alioquin nec alium reprehendat aut doceat, vt si iudicium dei non euadit, opprobrium hominum non patiatur. Quemadmodum enim medicus ægrotus, argumentum suæ imperitiæ in proprio gestat corpore: sic prælatus iniquus seipsum non curans, suæ stultitiæ iudicium secum portat [*Nolite sanctum*] hoc est, Pura & immaculata mysteria fidei, profunda & secretissima Christianæ sapientię vel sacramenta ecclesiæ [*Dare*] id est, propalare seu tradere [*Canibus*] id est, irrationalibus & insanis hæreticis, vel cæteris infidelibus, aut indoctis, impœnitentibus, & passionatis hominibus, de quibus dicit Apostolus. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. [*Neque mittatis margaritas vestras.*] hoc est, pretiosissima dona cœlestium gratiarum vobis concessa, [*Ante porcos*] id est, homines carnales de quibus Paulus, Malæ bestiæ (inquit) ventres pingues.

Hinc Dionysius primo mysticæ theologiæ capitulo, ait ad Timotheum, Vide ne quis indoctorum hæc videat, qui in sensibilibus detinentur. Isti omnino indigni & incapaces sunt prædictorum bonorum. Quoniã teste Apost. Carnalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia enim est illi,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hoc eſt, quod in Eſaia habetur, Quem docebit dominus ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vbere. Hinc & Apoſtolus, Sapientiam (inquit) loquimur inter perfectos. [*Ne forte conculcent eos pedibus ſuis*] hoc eſt, intellectu & affectu prædicta bona contemnant irrideant, & condemnent, [*Et conuerſi*] non à malo ad bonum, ſed à malo in peius, vel corporaliter ad vos conuerſi [*Dirumpant*] id eſt, perſequantur, impugnent vel occidant [*Vos*]. Quoniam vero præinducta Chriſti præcepta ac hortamenta ſupernaturalia ſunt, & difficilia, quæ humana virtute obſeruari non poſſunt, idcirco Saluator inuitat ad fiduciam deprecãdi pro adiutorio gratiæ per quam faciliter adimplentur. [*Petite*] à deo quæ decent, & vere ſalubria ſunt, [*Et dabitur vobis*] quod petitis, ſi inſtanter petieritis, & pro vobis: quemadmodum ait Saluator, Quicquid petieritis patrem in nomine meo hoc faciã. [*Quærite*] hoc eſt diligẽter inueſtigate, & agite ea per quæ oratio redditur exaudibilis: quæ ſunt facere quod in ſe eſt, diſponendo ſe ad gratiæ poſtulatæ ſuſceptionem, declinando, videlicet à propoſito peccandi, & dando ſe ad obſeruanda præcepta. Vnde ſcriptum eſt, Si omnipotentem deprecatus fueris, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te. E

Ioan.9. ¶Et Chriſtus ait, Scimus quoniam peccatores deus non audit, ſed ſi quis cultor eſt dei. Hoc eſt quod
Prou. 28. Salomon dicit, Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et Ioãnes, Cha-
1.Ioan.2. riſſimi, ſi cor noſtrum, non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus. Ideo ſubditur, [*Et inuenietis. Pulſate*] hoc eſt miſericordiam dei clamore ſanctæ dilectionis F
id eſt, ex alto deſiderio inuocate. [*Et aperietur vobis*] ianua vitæ, theſaurus pietatis diuinæ, id eſt, bonitas dei effundet ſe ſuper vos, & veſtram precem admittet. Vel ſic: Petite deſiderando, quærite vocaliter exorando, pulſate bene viuendo. [*Omnis enim qui petit*] à deo, modo prædicto [*Accipit*] quod precatur, vel aliquid melius [*Et qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur*] hoc eſt, perſeueranter & lachrymoſe aures diuinæ miſericordiæ flagitãti, tribuetur ingreſſus ad bona gratiæ in hoc ſeculo, & ad bona gloriæ in futuro.

¶Vnde Marci vndecimo legitur, Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. In Eccleſiaſtico quoque legitur, Quis inuocauit eum & deſpexit eum? ſed videtur contrarium, quod ait de ſeipſo beatus Iob, Clamo & non audis me, ſto & non reſpicis me, mutatus es mihi in crudelem. Dicẽdum quod hoc ideo dicitur, quoniam deus interdum diſpenſatiuè differt exaudire preces fidelium, tuncque afflicto apparet, quòd deus non attendat neque exaudiat eum, & tali affectu loquitur Iob.

Eccle.2.
Iob.30.

¶Tria autem requiruntur, vt oratio ſit exaudabilis. Primò, vt petantur quæ ad ſalutem pertinent. Ideo Paulus pro ſtimulo carnis auferendo, ter ſupplicauit & exauditus non eſt, quoniam magis erat ei expediens ſtimulum illum manere in ipſo, eo quòd virtus profectorum in infirmitate perficiatur. Secundò, vt perſeueranter oretur. Tertiò, vt pro ſeipſo. G

¶Deus tamen quandoque cito exaudit etiam pro alijs. Quòd autem deus neminem exaudire contem
1.Corin. 12 nat, probat Chriſtus per locum à minori, & per exemplum patris terreni. [*Aut quis eſt ex vobis*] hoc eſt de numero veſtro [*Homo*] pater [*Quem ſi petierit filius ſuus*] famelicus [*Panẽ nũquid lapidem porriget ei?*] pro pane, non vtique. Pater enim prouidet filio de alimento, & ſuſtentaculo vitæ [*Aut ſi piſcem petierit*] filius [*Nunquid ſerpentem porriget ei?*] patet, palam quòd non. [*Si ergo vos cum ſitis mali*] id eſt, non obſtãte quòd eſtis peccatores, & ad peccata procliues [*Noſtis*] per operis exhibitionẽ [*Bona data*] id eſt, vtilia pro ſuſtentatione vitæ [*Dare filiis veſtris*] carnalibus, [*Quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt, dabit*] bona ſpiritualia & honeſta, videlicet virtutes & gratiam [*Petentibus ſe.*] Ipſe enim naturaliter bonus eſt, & o-
Pſalme. 83. mnino miſericors, à quo plus habemus, quàm à parte carnali, videlicet animam immediatè. Idcirco incomparabiliter plus amat nos, & diligentius prouidet nobis, quàm pater carnalis. Et quoniam dictum eſt orationis effectum impediri per impiam conuerſationem, ideo Chriſtus docet hoc impedimentum eſſe vitandum, [*Omnia ergo quæcunque vultis*] voluntate rationabili, & diſcreta [*Vt faciant vobis homines*] proximi veſtri. [*Et vos facite eis*] id eſt, Quemadmodum vultis vt vobis impendatur à proximis veſtris conſilium, auxilium, & omne quod expedit: ſic facite illis pro viribus veſtris. hoc eſt quod Tobias docet, Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alijs facias. Aliqua autem irrationabiliter & contra legem diuinam volunt homines, de talibus non eſt nũc ſermo. Cur vero Chriſtus hoc dixerit, ſubditur, [*Hæc eſt enim lex & prophetæ*] hoc eſt. Doctrinale moralis Moſaicæ legis ac prophetarum ordinatur, & tendit ad hoc, vt faciamus proximis, quod fieri nobis ab illis peroptamus. Ad quod reducitur illud, Non facere illis, quod nobis optamus non fieri ordinata voluntate. Illud eſt enim vnum primum principium naturaliter totum in agibilibus, ad quod naturaliter inclinat ſynderesis, ex quo deducuntur & eliciuntur reliqua præcepta ad proximum ordinantia hominem. Omnia ergo virtualiter in ipſo includuntur. H

¶Pretereà, Chriſtus oſtendit rectam viam perducentem ad patriam [*Intrare*] id eſt, ad veram beatitudinem pergite [*Per anguſtam portam*] hoc eſt, per opera pœnitentialia, laborioſa, ac ardua: vt ſunt ieiunia, abſtinentiæ, diſciplinæ, vigiliæ: & per cæterarum actus virtutum, videlicet per humiliationem, obeditionem, inimicorum dilectionem, continuam cordis cuſtodiam: quæ omnia ſunt anguſta itinera quoniam virtus eſt circa bonum difficile, & conſiſtit in medio quod difficile eſt attingere.

¶Nonne anguſta via eſt nec ad dexteram nec ad ſiniſtram diuertere, regia via incedere, concupiſcentias refrenare paſsiones animi ſuperare, odientem diligere, aduerſanti benefacere? Hæc tamen eſt via perducens ad finem beatum. Ideo dicit Pſalmiſta, Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Denique porta angusta Christus intelligi potest, qui asserit, Ego sum ostium, per me si quis intro ierit. Per hanc portam intrare, est Christi vestigia imitari, iuxta quod dicit, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidiè, & sequatur me. Sed & lex euangelica appellari potest porta angusta, & tantò anguſtior quantò perfectior, tanquam omnium vitiorum prohibitiua, supernaturalia iubens credi & fieri [*Quia lata porta & spaciosa via est quæ ducit ad perditionem*,] hoc est, æternam damnationem. Hæc lata porta spaciosáque via est, in desideriis carnis ambulare, per vitiorum abrupta incedere, mundi vanitatibus inhærere, sine timore peccare. [*Et multi sunt qui intrant per eam*,] id est qui taliter conuersantur. Multi enim vocati, & pauci electi. Stultorum quoque secundum Salomonem infinitus est numerus. Vnde in Osea habetur, Non est veritas, non est misericordia, non est scientia dei in terra. Maledictum & homicidium, mendacium, furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. [*Quam angusta*] hoc est, multum stricta, & laboriosa [*Est porta & arcta via*] iam dicta, [*Quæ ducit ad vitam*] æternam. [*Et pauci sunt qui inueniunt eā*] Nā quamuis eis ostendatur, nolunt tamen per eam incedere. Quamuis autem per portā & viam idem possit intelligi, possumus tamen per portam intelligere actus virtutum theologicarum: præsertim charitatis, cui directè correspondet præmium essentiale. De qua legitur, Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. Per viam verò aliarum seu inferiorum virtutum operationes, quæ disponunt ad
B perfectum actum charitatis, per hoc quòd auferunt passionum vitiorúmque impetus. Itaque arcta dicitur via hæc quoniam omnis qui vult deo placere, oportet in omnibus diuinæ voluntati, matri ecclesiæ & rectæ rationi obtemperare: quod non est parum difficile homini fragili ac mortali, in carne viuenti: quemadmodum Ecclesiastes inquit, Quid est homo vt sequi possit regem factorem suum? tamen dicitur nobis, Si quis totam legem seruauerit: offendat autem in vno, factus est omnium reus. &, Nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit. ¶Porrò, quoniam teste scriptura, Cum peruerso peruerteris, & qui tetigerit picem, inquinatur: ideo Christus docet societatem fallacium atque prauorum vitare, ne impediamur ab introitu regni. [*Attendite*,] hoc est, vosipsos custodite [*A falsis prophetis*] id est peruersis doctoribus, hypocritis, & fictis sanctis, [*Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium*] hoc est, cum apparenti religione, & ficta maturitate: seu vestibus abiectis ac religiosis. Vt enim decipiant simplices, simulant se iustos ac veros. Vnde Apostolus ait, Ipse satanas transfigurat se in angelum lucis: non est ergo magnum, si ministri eius transformentur velut ministri iustitiæ. De talibus prophetis scriptum est, Visionem mendacem & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Vestimenta itaque ouium intelligi possunt corporaliter, ipsa corporis indumenta decentia: & spiritualiter opera virtuosa, vt sunt, ieiunia, orationes, quibus animæ adornantur, quorum imaginem simulatam assumunt isti prophetæ atque hæretici. [*Intrinsecus autem*] id est in anima, [*Sunt lupi rapaces*,] id est rapacibus lupis similes, quia sub pelle seu veste ouina abscondunt ac deserunt cor lupinum, desideC rantes animas fidelium strangulare, inducendo eos ad suos errores. De talibus dicit Paulus, Scio quòd post discessionem meam intrabunt in vos lupi graues non parcentes gregi. [*A fructibus*] id est ex operibus [*Eorum cognoscetis eos*,] quales intrinsecus sint: quia si diligenter considerentur, inueniuntur vane glorioſi non humiles, sapientes in oculis suis, & proprij sensus, non veraciter patientes, sed pleni priuato amore, & aliquibus singularibus vitiis deformati. Hoc in omnibus hæreticis claruit. Operatio igitur arguit formam, quoniam qualis quisquis est, talia operatur. Nec diu potest quis ferre personam fictam, secundum Senecam, sed cito in suam naturam incidunt, quibus non subest veritas. Quòd autem isti peruersi, non possunt opera veraciter bona producere, probat Christus per simile. [*Nunquid colligunt*] homines, [*De spinis vuas, aut de tribulis ficus*?] Non vtique. Sic nec de cordibus prædictorum fallacium (qui propter suam crudelitatem, & passionum suorum aculeos, spinis ac tribulis comparantur) possunt boni fructus procedere: qui vuis & ficubus assimilantur, quoniam animam inebriant atque delectant. Huic similitudini consonat illud Iacobi, Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid potest ficus vuas facere, aut vitis ficus? [*sic omnis arbor bona, fructus bonos facit*,] si tamen ordinetur ad fructificandum, & non potius ad alios vsus. Vel per fructum intelligitur omnis vtilitas ex arbore proueniens: [*Mala autem arbor fructus malos facit.*] Hæc principaliter de hominibus asseruntur, intelligendo per arborem bonam, rectam voluntatem, seu hoD minem iustum: per arborem malam, voluntatem peruersam, seu hominem vitiosum.
Bonus itaque homo inquantùm huiusmòdi, facit fructus bonos, & malus malos. [*Non potest arbor bona fructus malos facere*] inquantùm bona, sic nec homo virtuosus vt talis, facere potest opera mala. Potest tamen malus fieri & peccare. [*Neque arbor mala*,] vt talis [*Fructus bonos facere potest:*] sic homo iniquus secundum quod talis, facere opera bona non potest, quamuis possit fieri bonus. Loquitur ergo Saluator de arbore bona & mala formaliter, non materialiter. Vnde huiusmodi propositiones veræ sunt in sensu composito, & non in sensu diuiso. [*Omnis arbor*] hoc est, quilibet homo adultus, rationisque compos, [*Quæ non facit fructum bonum*,] obseruando præcepta, [*Excidetur*] à consortio electorum: iuxta illud, Tollatur impius, ne videat gloriam dei, [*Et in ignem*] infernalem [*Mittetur*,] in iudicio particulari, quantùm ad animam: iudicio verò vniuersali, cum anima & corpore. Si ergo peccatum omissionis meretur ignem inferni, peccatum commissionis quam horribiliter punietur? Vnde dicit Saluator, Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum & in ignem mittet. Ex his infertur intenta conclusio,

Ioannis.10

Matth.23.
Eccle.1.
Oseę.4.

Psalm.117

Eccle.2.
Iacob.2.
2.Tim.2.
Psalm.18.

1.Corin.11

Hiere.14

Actu.10.

Seneca.

Iacob.3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quòd autem sine fructibus bonis nemo queat saluari, E
pandit Saluator subiungens, [*Non omnis qui dicit mihi*] ex fide informi, [*Domine domine*] sicut fa-
tuæ virgines, [*Intrabit in regnum cælorum,*] quia non sufficit nuda confessio oris. ¶Sed videtur con-
trarium illud Apostoli, Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Et rursus, Cor-
de creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicendum, quòd Apostolus sumit di-
cere propriè, pro enunciatione intenta ac affectuosa, quæ exigit charitatem. Loquitur etiam de con-
fessione oris, procedente ex fide formata. Fides autem sine operibus informis ac mortua est ideo e-
ius confessio non sufficit ad salutem [*sed qui facit voluntatem,*] hoc est præceptum voluntatis [*Patris
mei qui in cælis est, ipse intrabit*] post huius exilij incolatum, omniumque peccatorum plenam satisfa-
ctionem, [*In regnum cælorum.*] ¶Denique ne fideles vanitate seducti, desiderent gratias gratis da-
tas ad excellentiam quandam ac admirationem pertinentes, cuiusmodi sunt prophetia, ejectio dæ-
monum, operatio miraculorum, quæ omnia bonis & malis sunt communia; sed potius cupiant gra-
tiam gratum facientem, & veras virtutes, adiecit, [*Multi dicent mihi in die illa*] hoc est, in
die iudicij, quæ est dies famosissima: ideo intelligitur, quamuis non exprimatur, distinctè dicent,
aut potius verbo mentali quàm vocali, quia iudicium illud celerrime fiet, ac finietur quemad-
modum infra asseritur, Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem: sic erit aduen-
tus filij hominis. [*Domine, domine, nonne in nomine tuo,*] hoc est, in te, & in virtute, & gratia F
tua [*Prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus?*] Videlicet inuocando nomen tuum, &
per illud dæmones adiurando, [*Et in nomine tuo virtutes multas fecimus?*] Hoc est, multa mira-
cula. Hæc non sufficiunt, quoniam Balam diuinitus prophetauit, & in Actibus quidam de circu-
euntibus exorcistis Iudæorum leguntur eiecisse dæmonia, dicentes, Adiuro vos per Iesum,
quem Paulus annunciat. Miracula quoque interdum fiunt, non meritò operationem sed recipien-
Num.22. tis, ad declarationem potentiæ Christi. [*Et tunc confitebor*] hoc est, per inspirationem internam vel
sententiæ contra eos plorationem, respondebo eis, [*Quia nunquam noui vos*] per absolutam appro-
bationem, æternamque prædestinationem, [*Discedite a me*] in infernum, [*Qui operamini,*] etiam
nunc quantùm ad affectum peccandi [*Iniquitatem.*]

¶Quod enim in angelis casus, hoc in hominibus agit mors, secundum Damascenum. Quemadmo-
dum ergo angeli æternaliter manent in illo affectu malitiæ, in quo erant quando cadebant: sic ani-
ma æternaliter manet in illo affectu, in quo recedit à corpore. Ideo reprobi iugiter erũt in affectu pec
candi & in die iudicij, & in inferno erit in eis desiderium peccandi, quamuis non poterunt exequi.
Chrysost. Vnde Hieronymus & Chrysostomus dicunt: Non dicit qui operati estis, ne videatur tollere pœniten
tiam, sed qui operamini, id est qui vsque in præsentem horam cum iudicij tempus aduenit, licet non
habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.

¶Sed opponi posset, quod in Sapientia de impiis legitur, Videntes turbabuntur timore horribili, in- G
tra se pœnitentiam agentes. Dicendum, quòd pœnitebunt de peccato, non inquantùm est malum, sed
inquantum est pœne meritorium. [*Omnis ergo,*] hoc est quia confessio oris sine opere bono non suffi-
cit, ideo omnis [*Qui audit,*] aure carnis & mentis [*Verba mea hæc*] quæ in isto sermone disserui, in quo e-
uangelicam legem proposui, [*Et facit ea*] bene viuendo, [*Assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum
suam,*] materialem, [*Supra petram*] id est stabile fundamentum. [*Et descendit pluuia, & venerunt flumina,
& flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram*] Hoc enim to-
tum literaliter accipi potest de domo materiali, firmo fundamento subnixa, quam flumina, venti, & si-
milia deiicere nequeunt, propter suæ constructionis stabilitatem. Tali igitur viro similis est omnis bo
nus Christianus, qui ædificat domum suam, hoc est, conscictiam, vel operum suorum structurã, supra
petram, videlicet Christum. De quo Apostolus, Petra (inquit) erat Christus. Et, Fundamentum aliud
nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Descendit pluuia, hoc est,
malarum suggestionum ac cogitationũ tumultus seu copia. Et venerunt flumina, id est persecutionum
abundantia, & flauerunt venti, hoc est rumores elationis ac vanitatis: & inuerunt, id est tẽtando impu
gnauerunt, domum illam: hoc est, conscientiam piam, vel operationum bonorum congeriem, sibilan-
te & inuadente diabolo: & non cecedit, à via iustitiæ. Fundata enim erat supra petram, id est, Christo H
fortiter adhæsit, eius gratiæ & adiutorio iugiter innitendo. Omnes enim qui sperant in eo, non infir-
mantur. Mysticè per virum sapientem intelligitur Christus, qui ædificauit per charitatem, fidem, &
gratiam, domum suam. id est ecclesiam, quæ sumus nos, supra petram, id est in deo patre: de quo dici
tur, Dominus petra mea. vel supra petram hoc est, fidei firmitatem. Propter quam & de qua dictum
est Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclẽsiam meam. Itèmque in Psalmo, Statuit
supra petram pedes meos. In hanc domum. irruunt pluuiæ aduersitatum: flumina, id est hominum per
Psalm.25. sequẽtium agmina: venti, id est inuisibiles hostes, spirituales nequitiæ in cœlestibus, contra quos est
nobis præcipua colluctatio: & non cadit nec vincitur, quoad se totam, quoniam in Christo extat fun
data. Huic igitur sapienti viro, imò & sapientiæ dei pro viribus assimilemur, fundando, & conseruan
do corda ac opera nostra in Christo cum timore sancto & diligenti custodia quia veraciter scriptum
est, Si non instanter seruaueris te in timore domini, cito subuertetur domus tua. [*Et omnis qui audit
Matth.16. verba mea hæc*] auribus corporis solùm, [*Et non facit ea*] obediendo præceptis meis iam introductis,
solo nutu, seu voluntate, quam verbo & tactu? Et respondendum, quòd iussit eum tacere. Primò,
Ephesi.6. vt instrueret nos vanam gloriam deuitare, & in mirificis actibus malle abscondi quantum in nobis
est, quàm propalari: quamuis interdum propter aliorum profectum oporteat talia manifestari. Secũ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Ad literam planum est totum hoc. Talíque stulto ædificatori parificatur homo sciens seu audiens verba dei, nec tamen obediens. Aedificat enim domum suam, id est, mentem, conscientiam seu operationem supra arenam, id est, supra bonum creatum, variabile & caducum, videlicet supra humanam laudem, vanam gloriam, propriam adinuentionem. Idcirco à prædictis pluuiis, ventis, ac fluminibus in ipsum eiusque domum irruentibus, cadit totaliter domus ipsius. Potest quoque per virum stultum dæmon intelligi. De quo in Euangelio dicitur, Inimicus homo hoc fecit: qui domum suam, hoc est, ecclesiam malignantium supra prædictam arenam ædificat. [*Et factum est cum consummaßet*] id est prædicando finiuisset [*Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius,*] quoniam talia aut similia nunquam audierant à suis doctoribus. *Erat enim docens eos, sicut potestatem habens*] hoc est, gratiam efficacissimæ sermocinationis sortitus, qua corda audientium sortiter mouit & excitauit, sicut de ipso Iudæi dixerunt, Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Vnde de ipso in Psalmo prædictum est, Diffusa est gratia in labiis tuis. Et Propheta, Posuit(ait) os meum quasi gladium acutum. Vel sic, Sicut potestatem habens non solùm ministerialiter quasi ser- Psalm. 44.
uus, sed propria authoritate, vt dominus legis ac prophetarum: ideo non ea docuit solùm quæ ha- Esaiæ. 40.
bentur in lege, sed legem exposuit & suppleuit, atque pro suo libito addidit & subtraxit. [*Et non sicut scribæ eorum, & pharisæi,*] qui tam efficaciter & authoritatiue prædicare non poterant, sed tenebantur
B ad id quod Moyses in Deuteronomio iussit, Non adijcies ad verbum quod ego propono in conspectu tuo, nec detrahas.

¶CAPVT VIII. [*Cum autem descendißet Iesus de monte.*]
Articulus xvi.



VONIAM præinducta Christi doctrina supernaturalis, est humanæ rationis facultatem transcendens, neque argumentis humanis probabilis, ideo oportuit eam supernaturalibus argumentis, hoc est diuinis miraculis confirmari, vt sciretur esse à deo, qui falsitatis assertor aut confirmator esse non valet. Hinc ergo post euangelicæ doctrinæ descriptionem. describit beatissimus Euangelista Christi miracula: de quibus alibi Christus testatur, Opera quæ dedit mihi pater, testimoniũ perhibẽt de me. Et rursus nõ veniſſem, & operã nõ feciſſem, quæ nullus alius facere potest, peccatum non haberent, videlicet infideles Iudæi. Hæc sunt diuinæ veritatis, veríque dei sigilla, Euangelio Chri-
C sti appensa: quibus certissime scimus euangelicum librum esse velut epistolam nobis à deo per Christum transmissam: sicut & ipse fatetur, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Ait itaque sanctus Matthæus, [*Cum autem descendißet*] Iesus [*De monte*] in quo præscriptum fecit sermonem, qui non erat mons Oliueti, quamuis hoc dicat Chrysost. sed mõs quidam in Galilæa, in quo fecit sermo- Chrysost.
nem hunc: vnde & statim fertur ingressus Capharnaum, quæ erat principalis vrbs Galilææ, & hoc etiã dicit Hieronymus. [*Sequutæ sunt eum turbæ multæ*] propter diuersas rationes, vt tactum est supra. [*Et ecce leprosus veniens, adorauit eum*] Si credidit eum esse verum deum, quod vtique Christus de seipso in Hierony.
sermone præscripto insinuauit, dicendo, Multi dicent mihi in die illa, Domine, domine, nónne in no- Matth. 7.
mine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quæ fieri non possunt, nisi in nomine dei. Si ergo leprosus hoc intellexit, & Iesum deum esse credidit, tunc dicendum quòd adorauit eum adoratione latriæ. Si autem credidit eum esse prophetã tantùm & hominem purum, quamuis sanctum, adorauit eum veneratione dulię, quæ creaturis impenditur: sicut & Iosue adorauit angelum, & Salomon matrem suam: illáque Dauid regem. Adorauit ergo Iesum prostratus in terram vel genibus flexis, [*Dicens, Domine, si vis potes me mundare.*] Quàm fiducialis, certa, ac reuerentialis petitio. Non enim de potentia subueniendi dubitauit, qui voluntatis pietatem implorauit. Certissimus fuit iste leprosus hominem illum amantissimum esse deo, & omnia posse impetrare ab eo, cuius doctrinam tam potestatiuam efficacissimamque esse aduertit. Et quoniam Chrysost.
plena fide orauit, exaudiri mox meruit. Omnia nanque possibilia sunt credenti: ideo subditur, [*Et ex-*
D *tendens Iesus manum*] suam, vnitæ deitatis organum, [*Tetigit eum, dicens, Volo: Mundare*] hoc est, volo vt mũderis, vt legantur hæc verba diuisim. In lege prohibitum erat tangere leprosum, sed hoc intelligendũ erat de his qui maculari poterant à leproso, non de his qui suo tactu poterant purgare leprosum. Po- Marc. 2.
tuit vero Saluator sanare leprosum sine manus suæ extensione & tactu: sed quia humanitatem assumpsit, per eam operatus est, & in agendo humano modo se habuit, vt sciamus totam salutem nostram per assumptam Christi humanitatem esse completam.

¶Denique Christus dicendo, Volo: Mundare, ostendit se esse de quo dictum est, Ipse dixit & facta sunt. [*Et confestim mundata*] id est. repulsa seu ablata [*Est lepra eius.*] in quo patet quàm libere ac imperialiter operatus sit Christus, magísque mirandus est modus agendi, quàm acti. [*Et ait ille Iesus, Vide*] id est, perpende quod tibi iniungo, videlicet [*Nemini dixeris*] quòd curauerim te.

¶Nónne in præsentia multorum Christus curauit hunc languidum etiam ad suæ doctrimæ confirmationem? Cur ergo iussit eum tacere? imò si voluit miraculum esse occultum, cur non potius curauit eum silenter solo nutu, seu voluntate, quam verbo & tactu? Et respondendum, quod iussit eum tacere. Primò vt instrueret nos vanam gloriam deuitare, & in mirificis actibus malle abscondi quantùm in nobis est, quàm propalari: quamuis interdum propter aliorum profectum oporteat talia manifesta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ri, Secundo, vt ait Hieronymus, quia neceſſe nõ erat, vt voce iactaret, quod corpore prę ferebat. Tertiò, E
Hierony. ſecundum Chryſoſtomum, ne ſi fama ſanationis eius ad ſacerdotes perueniret, recuſarent cum ex in-
Chryſoſt. uidia Chriſti, tanquam mundatum admittere. [*Sed vade oſtende te ſacerdotibus*] vt illi iudicent te mundatum, ſicque inter homines cõuerſeris, [*Et offer munus tuum,*] id eſt, debitam oblationem deo pro gratiarum actione beneficij tibi impenſi, & pro emundatione tua, hoc eſt, pro manifeſtatione tuæ purgationis, [*Quod præcepit Moyſes*] à leproſis mundatis offerri [*In teſtimonium illis*] id eſt, ad hoc vt teſtimonium eis perhibeatur à ſacerdote quòd ſint vere à lepra purgati, quemadmodum in Leuitico legitur, Iuſſerat Moyſes, vt leproſus mundatus offerret tortam panis, duos turtures, atque ſextarium olei, iuxta ritum qui prædicto loco deſcribitur. Chriſtus qui non venit legem ſoluere, nec cærimonialia reprobare ante ſuam paſsionem, miſit leproſum mundatum, vt legalem hoſtiam cærimonialia legis vſque ad Chriſti paſsionem durabant, & vim obligandi habebant.

Matth.5. ¶Porrò ſecundum Hieronymum multis de cauſis mittit Chriſtus leproſum ad ſacerdotes. Primò, ex
Hierony. humilitate, vt ſacerdotibus videatur deferre. Secundò, ne legem videatur infringere. Tertiò vt ſacerdotes vel credendo propter tantum miraculum ſaluarentur, vel non credendo inexcuſabiles fierent. Eſt etiam alia ratio, ſcilicet figura futuri. Miſit enim eum ad ſacerdotem, ad figurandum quòd Chriſtianus quamuis ſit per contritionem & gratiæ infuſionem à lepra animæ ſeu peccato mundatus, tenetur tamen congruo tempore (ſi adſit facultas ſe ſacerdoti nouæ legis oſtendere, aperiendo ei cor ſuum F
per veram confeſsionem, quia nec dimittit peccatum, niſi ſub hac conditione, videlicet vt pœnitens proponat confiteri ſecundum Chriſti præceptum.

Lucæ.5. ¶In Luca legitur iſte leproſus mundatus à Chriſto in vna ciuitatum, puta Capharnaum. [*Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eũ, & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus,*] Sciendũ quòd iſte Cẽturio. i. princeps centum militum ſeu hominũ armatorum, non acceſsit ad Chriſtũ in propria perſona, ſed per alios à ſe miſſos, ſecundũ quod Lucas dicit: Miſit ad Ieſum ſeniores Iu-
Lucæ.7. dæorum. At illi cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſollicite, dicentes ei, Quia dignus eſt, vt illi
Ioan.4. hoc præſtes. Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Et poſt pauca, Me ipſum (inquit) non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te. Sed quia homo dicitur facere quod facit per alios, maximè per amicos, quemadmodum dicimus regem aliquem obſidere ciuitatem, eo quòd populus eius eo iubente eam obſideat, idcirco Matthæus aſſerit Centurionem acceſsiſſe ad Ieſum: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, id eſt, paralyſim vtpote reſolutionem ac immobilitatem
Lucæ.7. membrorum & ſenſuum ſuſtinens, [*Et male torquetur*] hoc eſt, grauiſsimè infirmatur, quia (vt dicit Lucas) moriturus erat præ infirmitate. [*Et ait illi Ieſus,*] hoc eſt, per alios reſpondit, non immediate dixit ad Centurionem verba ſequentia, [*Ego veniam, & curabo eum*] Quæritur, quomodo hoc verum ſit G
quod ait, Ego veniam. Non enim vſque Centurionis domum, vt patet ex conſequentibus. Ad hoc reſponderi poteſt dupliciter. Primò, quia (vt Lucas dicit) Ieſus cœpit ire ad domum Centurionis, & appropinquauit domui eius: ideo ait, Veniam ſcilicet vſque ad locum domui tuę propinquum. Secundò
Luce.7. vt intelligatur conditionaliter, ſcilicet ego veniam ad paralyticum, domumque tuam, ſi deſideraueris hoc, vt ſit promiſsio beneuolentiæ, non aſſertio operis.

¶Denique propter magnam fidem, humilitatem, charitatem, ac ſapientiam Centurionis, Chriſtus tam prompte promiſit, Ego veniam & curabo eum. Fides enim Centurionis apparuit in hoc, quod credidit Chriſtum poſſe curare letaliter infirmantem, quod non fuit multominus miraculum quàm ſuſcitare defunctum. Humilitas, quòd indignum ſe æſtimauit in propria perſona coram Chriſto apparere, vel eum in domo ſua recipere: ſicut & Petrus dixit, Exi à me domine, quia peccator ſum. Charitas, quòd pro ſeruo ſuo tam inſtanter rogauit, quem etiam puerum nominat, propter dilectionem ad
Lucæ.5. eum. Vnde Lucas ſcribit, quòd fuerat ei pretioſus, id eſt, charus. Sicque Centurio impleuit illud Sapiẽtis, Seruus fidelis ſit tibi quaſi filius. Eſt quoque conſuetudo ſcripturæ, miniſtros pueros appellare. Va-
Lucæ.7. de in libris Regum habetur, quòd Helias venit in Bethſabee, & dimiſit ibi puerum ſuum. Sapientia au-
Eccle.27. tem Centurionis patet in hoc, quòd Chriſti diuinitatem cognouit, eumque ſolo verbo vel angelorum miniſterio poſſe dare ſoſpitatem penſauit. ¶Denique ad dandum humilitatis exemplum, promiſit ſe ad paralyticum ſeruum iturum. Vt enim in Ioanne habetur, Rogatus viſitare filium regu-
Ioan.4. li, non acquieuit: ſed rogatus viſitare ſeruum Centurionis, ſtatim aſſenſit, ne dedignemur abiectas & H
pauperes viſitare perſonas. In quo facto ſecundum Gregorium, ſuperbia noſtra retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginẽ dei facti ſunt, ſed honores & diuitias veneramur. Hinc ait Bernardus, Ad ſanandum filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur: ad ſeruum pergit, ne ſeruilem conditionem contemnere putaretur. [*Et reſpondens Centurio ait, Domine, non ſum dignus,*] iſtam reſponſionem fecit Centurio per nuncios intermedios. Cum enim aliqui retuliſſent ei verba Chriſti, Ego veniam, remiſit nuncios ex parte ſua, dicentes, Domine non ſum dignus, prout Lucas plenius recitat, Itaque non ſum dignus, [*Vt intres ſub tectum meum,*] hoc eſt, in domum meam tecto apertam.
Lucæ.7. Cum tu ſis genere Iudæus, ego Gentilis. Tu ſaluator, ego peccator. Tu deus, ego homo. Quæ enim conuentio lucis ad tenebras? Et quid tritico cum paleis? Agnouit Centurio quàm abominabile erat Iudæis alienigenam accedere, vel cum Gentibus manducare, bibere, ingredi, vel miſceri. Quidam dicunt, quod ideo dixit Centurio, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, quia fortaſsis habuit idola in domo ſua: ſed hoc non videtur probabile, quia (vt dictum eſt) ipſe ædificauit ſynagogam Iudæis, propter quod certum eſt, quod fuerat feruens cultor vnius veri dei, ſicut Cornelius Centurio. Quis enim nunc ſponte conſtrueret Chriſtianis eccleſiam, niſi coleret Chri-
Luce.1. ſtum? [*ſed tantùm dic verbo*] imperiali, id eſt, dicendo præcipue, vt puer meus ſanetur, [*Et ſanabitur*] à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A paralyſi [*Puer meus.*]Non enim eſt tibi difficile omne verbum.

¶Vnde habebat Centurio iſte tantam fidem de Chriſti potentia? Dicendum,quòd partim ex fama, qua audierat predictum leproſum tam potenter ac imperioſe à Chriſto curatum:partim ex inſpiratione diuina.

¶Propterea,quòd nõ exigeretur corporalis præſentia Chriſti,probat per locũ à minori,[*Nam & ego homo ſum,*]videlicet homo purus,non deus & homo,vt tu.[*Sub poteſtate conſtitutus*] id eſt,ſuperiori pricipi ſubditus,vtpote imperatori ac præſidi.Ex parte enim Romanorum poſitus fuit Centurio in vrbe Capharnaum,vt eam ſecundum legem Romanorum gubernaret & cuſtodiret, [*Habens ſub me milites*] centum mihi obedientes,[*Et dico*] imperando,[*Huic*] militi,[*Vade*]quo mitto te[*Et vadit*]vt iubeo.[*Et alio*]ſecundum antiquam grammaticam,id eſt,alteri militi dico,[*Veni*]ad me[*Et venit: & ſeruo meo*]dico,[*Fac hoc*]quod tibi iniungo,[*Et facit*]per hæc verba dedit Centurio intelligere quòd Chriſtus ſolo præcepto,atque angelorum obſequio,ſine ſua corporali præſentia poterat facere omne quod voluit,nec indigeret ad curandũ paralyticũ corpore, preſens eſſe, [*Audiens autem Ieſus*]verba hæc ab ore nuntiorum.[*Miratus eſt*] vel vere vel ſecundum apparatum,vt plenius inquireretur. Miratus, eſt ergo de tam inſolita fide,eximia humilitate,ingenti ſapientia viri gentilis.[*Et ſequentibus ſe*] turbis [*Dixit amen*]id eſt,veraciter, [*Dico vobis,non inueni tantam fidem in iſraêl*] id eſt, in populo Iudeorum, ſicut in

B iſto Centurione,Non eſt hoc intelligendum de fide omnium Iſraëlitarum ſimul accepta,ſed de fide cuiuſque ſeorſum.Secundum Hieronymum Chriſtus loquitur de præſentibus, non de præteritis prophetis ac patriachis. Hierony.

¶Sed nunquid fides Centurionis maior erat fide beatę virginis,Ioſeph Zachariæ,Elizabeth,Simonis & Annæ?Non vtique.Quomodo ergo intelligenda ſunt hæc,Et reſpondendum,quòd modicum pro nihilo reputatur,ſecundum Philoſophum.Quoniam ergo Iudæi in Chriſtum pefecte credentes,pau ciſſimi erant reſpectu aliorum.Nondum enim fratres eius in eum credebant,vt apud Ioannem dicitur Ideo ait,Non inueni tantam fidem in Iſraël.Simili ſenſu ait in Pſalmo.Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur & non fuit,cum tamẽ ſcriptum ſit,quòd multæ mulieres ſequentes plangebant eum,& diſcipuli eius vehementiſſimè contriſtabantur.Per Iſraël ergo intelligit maiorem partem Iudæorum, & principes eorum.Vel dicendum,quòd ideo aſſerit ſe non inueniſſe tantam fidem,id eſt,tam manifeſtam & excellentem fidei confeſſionem in Iſraël,quoniam nemo Iudæorum tempore conuerſationis chriſti in mundo tam publice ac preclare confeſſus eſt eius maieſtatem ſicut Centurio, niſi fortè paucisſimis quibuſdam exceptis,vt Ioanne Bap.&c. Poteſt inſuper dici myſtice intelligendum eſſe hoc dictum,videlicet de eccleſia,reſpectu ſynagogæ,non de perſona Cẽturionis & quocunq; Iudæo Lucæ.17.

C vt ſit ſenſus,Non inueni tantam fidem in Iſraël,id eſt,in ſynagoga veteris teſtamen.ſicut in Centurione,id eſt,in eccleſia nouæ legis,Per Centurionem deſignata, qui ſecundum doctores figura fuit eccleſiæ ex gentibus congregatæ.

¶Sed tunc rurſus dubium oritur,quomodo fides eccleſiæ præferatur ſynagogæ, cum virgo benedicta apoſtoli (& tota pene eccleſia primitiua cuius fides perfectiſſima erat) fuerint ex populo Iudeorũ Et reſpondendum,quòd nomine eccleſiæ intelligi poſſunt omnes renati fonte baptiſmatis, & ſic fides eccleſiæ maior eſt fide ſynagogæ perfectione ac numero.Si autem per eccleſiam intelligatur ſola gentilitas conuerſa ſeu eccleſia ex gentibus adunata, ſic fides eccleſiæ maior eſt fide ſynagogæ numero,id eſt,credentium multitudine.Nam plures ex gentibus quàm ex iudeis crediderunt in chriſtum Aliqui etiam dicunt,quòd fides centurionis prefertur fidei Iſraël & apoſtolorum diſcipulorumq́ue chriſti,non quantùm ad deuotionem,ſed quantum ad facilitatem credendi.Quod autem per Centurionem figuretur fides eccleſiæ ex gentilitate collectæ,hinc conſtat,quòd chriſtus ad occaſionem fidei Centurionis,de gentium conuerſione prædicit. [*Dic autem vobis,quod multi ab Oriente & Occidente*] ac cæteris partibus terræ,quæ per duas principales partes mundi ſignificantur, puta gentiles ex omnibus finibus mundi,[*Veniunt*] ad fidem & gratiam per prædicationem apoſtolorum: de quibus prædi- Pſal.18.
ctum eſt,In omnem terram exiuit ſonus eorum:quibus & dixit.Eritis mihi teſtes vſq́ue ad vltimum Mart.28.
terræ.Hoc eſt quod Eſaias inquit. Cantate dño canticũ nouum:laus eius ab extremis terræ.Ecce iſti Eſaię.42.
de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & Mari,& iſti de terra auſtrali. [*Et recumbent*] id eſt ſœlici- Ge. 17,19.
ter requieſcent,& ſpiritualiter edent & bibent[*Cum Abraham & Iſaac & Iacob*]cæteriſque electis iu-

D dæis,[*in regnum cælorum*]Nominat autem Chriſtus ſpecialiter hos tres,quia inter patriarchas præcipui,primi ac famoſiſſimi fuiſſe videntur,ſaltem in multis,& quoniam principaliter facta eſt eis promiſſio terræ repromiſſionis,per quam cœleſtis figuratur hereditas ſeu regnum cælorum [*Filij autem regni*] id eſt,iudæi increduli,qui dicuntur filij regni cœleſtis,quia ad illud ſpecialiter inuitabantur, & quia in eis olim deus regnauit cũ crederent in futurũ,in quem non credebant præſentialiter apparẽtẽ & inter eos conuerſantẽ.Iſti ergo ſunt filij vocatione & nomine ſuaq; preſumptuoſa reputatione, nõ Eſaiæ.1.
prædeſtinatione & vera cõſequutione,de quibus ſcriptũ eſt, Prouocauerunt eum filij ſui & filiæ. Et Eſaias,Filios (inquit) enutriui,ipſi autẽ ſpreuerunt me.Hi ergo eiiciẽtur à cõſortio electorũ.[*in tenebras exteriores*[.i.corporales atq; palpabiles tenebras carceris infernalis,ſtatim cum moriuntur quoad animam in die autem nouiſſimo quoad corpus & animam.Tenebræ aliud non ſunt niſi priuatio luminis.Lumen vero eſt duplex,videlicet ſpirituale, ſicut eſt ſapientia, gratia, veritas,& huius priuatio ſunt tenebræ interiores,exiſtentes in ſpiritu.Aliud eſt lumen ſenſibile ſeu corporale,cuius priuatio ſũt tenebræ exteriores,quæ ſequuntur per priuationem. ſicut ſilentium dicitur audiri. Quamuis enim in inferno ſit ignis, ille tamen obſcurus eſt atque fumoſus, non lucidus, niſi forſitan in tantum : vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

damnati posſint ſe mutuo videre ad cumulum ſuæ miſerię, ſecundum Thomam. Poteſt quoque per E
tenebras iſtas infernus tenebroſus intelligi, qui propter ſuæ obſcuritatis horribilem dēſitatem, nomine tenebrarum exprimitur, de quo ait beatus Iob, Dimitte me antequam vadam ad terram tene-
Iob.19. broſam & opertam mortis caligine [*Ibi*] videlicet, in inferno ſeu tenebris eius [*Erit fletus & ſtridor dētiū*] Certum eſt quòd fletus & ſtridor dentium non ſint corporaliter in ſubſtantijs ſpiritualibus, ſcilicet animabus ſeparatis atque dæmonibus: ſed ante diem iudicij eſt in eis fletus interior, id eſt ſumma tri ſticia, ex qua corporalis fletus ſolet cauſari, & dentiū ſtridor, id eſt, interiorū viſcerū horrenda concuſſio. Poſt diem vero iudicij erit in hominibus condemnatis ſtridor dentium corporalis ex frigore infernali, quoniam ibunt à calore nimio ad aquas niuium. ¶In fletu autem corporali duo pēſantur, videlicet, oculorum ac cerebri conturbatio, & reſolutio lachrymarum. Quantùm ad primum, erit in eis fletus, non quantùm ad ſecundum: quia ceſſante motu primi mobilis, omnis generatio atque corruptio finem habebit. Talis etiam fluxus ſeu reſolutio lachrymarum tandem fineretur, niſi deus mira culoſè multiplicaret in illis materiam lachrymarum, puta humorem in corpore. [*Et dixit Ieſus Centurioni*] per internuncios. [*Vade*] id eſt, ab hac tua ſollicitudine & timore recede, ſecuriúſque eſto, [*Et ſicut credidiſti*] puerum tuum poſſe ſanari ſolo verbo meo, me abſēte. [*Fiat tibi*] vt ille curetur. [*Et ſanatus eſt puer in illa hora*] imo eodem vt puto momento, quo Chriſtus verba hæc protulit, vel quo Centurio ea audiuit. ¶Quæritur circa prædicta quomodo in Chriſto fuit admiratio? Ad quod aliqui di- F
cunt, quòd in Chriſto non fuit vera admiratio, vt aſſerit Damaſcenus admiratio ex ſubita imagina-
Damaſc. tione alicuius noui procedit, videlicet ex noua & repentina apprehenſione alicuius inſoliti prius incogniti, vel non conſiderati, Chriſtus autem vt homo à primo ſuæ conceptionis inſtanti vidit actualiter que cognouit in verbo viſione beatifica, omnia quæ cognoſcit verbum notitia viſionis, hoc eſt, omnia quæ vnquam fuerunt, ſunt vel erunt: ideo nil de nouo apprehendit, vnde ad admirationem inductus ſit: ſed in eo fuit admiratio ſecundum exteriorem apparentiam, quæ non fuit deceptoria, ſed ordinata ad noſtram inſtructionem, videlicet, vt fidem Centurionis, aliorumque mirificam conuerſionem, & iudæorum perfidiam admiremur. Sic nempe & deus per modum mirantis ſe habuit, cum de Sodomitis loqueretur in Geneſi, Deſcendam & videbo ſi iuxta clamorem qui venit ad me faciāt. Alij dicunt, quòd in Chriſto fuit vera admiratio, non quantum ad ſcientiam beatificæ viſionis, nec quantū ad ſcientiam habitualem infuſam, qua cognouit res in proprio genere: ſed quantum ad ſcientiam acquiſitam & experimentalem, quam iſti ponunt in anima Chriſti, Sic ergo ſecundum iuſtos fuit in Chriſto aliqnid de nouo cognitum, prius ignotum, quoad iſtum ſciendi modum ſeu habitum, ex cuius inſpectatione admirabatur.

¶Poſtremò moralitatem breuiter tangendo, ſicut pet Centurionem figuratur eccleſia, ita per ſeruum G
eius paraclytum figuratur quilibet languidus, & maximè acedioſus, more paralitici ad diuina piger, & quaſi immobilis: pro tali orat eccleſia Chriſtum, vt puerum huiuſmodi curet, & ad diuina feruidum, agilemque efficiat, cuius precibus Chriſtus frequenter annuit; & ſicut Centurio ex humilitate miſit ſeniores Iudæorum interceſſores: ſic eccleſia per ſacerdotes tanquam per mediatores implorat Chriſti clementiam, quorum fide, prece, ac merito, peccatores frequenter ſanantur, quemadmodum fide Centurionis ſanatus eſt puer eius. Per Centurionem quoque qui dixit humillimè: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, figurati ſunt triumphati ac humiles Chriſtiani, qui Chriſti opem deſiderant ſed eum intra ſe communicando velcelebrando recipere vehementer verentur, vnde cum ſpirituali receptione ſacramenti multoties contentantur. Et quamuis hoc interdum ſit bonum, melius tamen eſt ex feruore & ſpe pietatis diuinæ ſacramentum recipere. Semper enim expedit cum Centurione, Chriſti dignitatem, propriamque vtilitatem perpendere, & intimo corde fateri, Domine non ſum dignus. &c. Per puerum quoque ſeu ſeruum paraliticū, conuenienter intelligitur appetitus ſenſitiuus,
Rom.7. totus infectus & ad mala procliuus, qui iacet in domo noſtra videlicet corpore fragili, in quo ſecundum Apoſtolum non habitat bonum, Hunc ergo petamus ſanari a Chriſto, vt ſine rebellione ſeruiat rationi ac deo.

¶Proſecutio capit. [*Et cum ingreſſus eſſet.* Articulus.xvii.

H

REcitatis duobus miraculis in ſexu virili peractis, deſcribitur tertium factum in ſexu fœmineo. Vtrumque etenim ſexum venit Chriſtus corporaliter, ſpiritualiterque ſanare. congruo ordine, [*Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri*] Apoſtoli,
Ioan.1. qui erat in ciuitate Capharnaum, quamuis. Petrus eſſet de ciuitate Bethſaida, vt legitur in Ioanne. Solebat enim Chriſtus diuertere ad domos familiarium ſuorum & amicorum, ad quieſcendum atque veſcendum: non ex neceſſitate, ſed ex dignatione. [*Vidit ſocrum eius*] hoc eſt, matrem vxoris Petri [*Iacentem febricitātem,*] vt habetur in Luca, quod tenebatur magnis febrib⁹. Erat enim vetula quæ multū debilitabatur ex febribus, propter defectum naturalis caloris. i [*Et tetigit Ieſus manū eius,*] vt habetur in Marco, Quòd accedens eleuauit eam tenens manum eius [*Et dimiſit eam,*] id eſt receſſit
Marci.1. ab ea, [*Febris*] repente, quia (vt Lucas ait) imperauit febri, & continuo ſurrexit. In quo ſigno magis mi-
Lucæ.4. randus eſt modus agendi, quàm actio. Quamuis enim naturaliter poſſit quis ſanari à febribus, non tamen in inſtanti, ſed hoc ſupernaturale eſt [*Et ſurrexit*] ſocrus ſanata, *Et miniſtrabat eis*] ad menſam, vel in alijs, vtpote Chriſto & eius diſcipulis, in quo aliud ſignum conſideratut, quia (vt dicit Hieronymus) natura febricitantiū eſt, vt poſt febrem corpora magis laſſeſcant, & incipiente ſa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A nitate, mala priſtinæ ægritudinis ſentiant. Quòd ergo hæc mulier ſubito vires perfectè recepit, certum eſt ſupernaturale fuiſſe. [*Veſpere autem facto,*] videlicet die iſto ad occaſum tendente, [*obtulerunt ei*] videlicet Chriſto, [*Multos dæmonia habentes*] id eſt dæmoniacos, [*Et eyciebat ſpiritus*] malignos ab obſeſſis corporibus [*Verbo*] id eſt ſolo vocis ſuæ imperio, non longa adiuratione, vt exorciſtæ Iudæorum. Ab inſtanti enim quo Chriſti humanitas vnita fuit verbo perſonali vnione, ſubiecta eſt ei omnis creatura: ideo eius imperio omnia creata obediunt, propter quod ait Saluator, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. [*Et omnes male habentes*] id eſt infirmos [*Curauit.*] Vicini nanque perceptis præſcriptis miraculis, adduxerunt ad Ieſum omnes languidos ſuos, curauítque vniuerſos, [*Ita vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicentem, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes portauit.*] Noſtra tranſlatio continet ſic, Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & redit in idem, vt ſit ſenſus, Ipſe Chriſtus infirmitates, id eſt pœnalitates noſtras ex originali peccato conſequutas, videlicet mortalitatem, famem, ſitim laſſitudinem, cæteróſque indetrahibiles defectus accepit in ſeipſo & habuit eas: ſicut ait in Pſalmiſta Infirmata eſt in paupertate virtus mea. Et rurſus, Ego ſum pauper & dolens. Itémque, Repleta eſt malis anima mea, & ægrotationes portauit, id eſt noſtros languores pie in aliis ſupportauit, & condolendo curauit, ſicut Apoſtolus dicit, Alter alterius onera portate. Non tamen fuit in Chriſto infirmitas corporalis ex in

B diſpoſitione complexionis proueniens, ſecundum Damaſc. Non ergo aſſumpſit omnes defectus noſtros, ſed eos duntaxat, qui integritati & perfectioni naturæ, non repugnant. [*Videns autem Ieſus turbas multas circa ſe,*] quia (vt dicit Marcus) tota ciuitas erat congregata ad ianuam [*Iuſſit ire*] ſecum diſcipulos ſuos [*Trans fretum*] id eſt vltra mare Galilææ, quod iuxta Caphanarum, decurrebat. Abiit ergo natuigiò à Capharnaum in locum deſertum, vt Lucas & Marcus commemorant, vt doceret nos humanam laudem & gloriam fugere: tunc præſertim, quando magnum aliquid egimus, & magis ab vniuerſis cum admiratione intpicimur. Cum enim prædicta miracula faceret, omnes in eius præconium proruperunt. Dæmones quoque copiosè clamabant, dicentes, Tu es Chriſtus & filius dei, ſicut alij referunt Euangeliſtæ. Alia ratio fuit vt daret prædicatoribus ac prælatis exemplum ſæpius recedendi à ſtrepitu populi ad locum ſecretum, ad vacandum contemplationi ac orationi, vt ſic repleantur gratia illuſtrationis diuinæ: & quæ diuinitus perceperunt, aliis affectuosè eructent. [*Et accedens ad Ieſum vnus ſcribarum*] id eſt eruditus in lege [*Ait illi, Magiſter, ſequar te quocunque ieris*] id eſt tibi inſeparabiliter adhærebo. Qua intentione hoc dixerit, ex ſubſequenti Chriſti reſponſione elicitur. [*Et dicit ei Ieſus, Vulpes foueas habent,*] id eſt latibula ſua ſub terra [*Et volucres cæli*] aërem in quo volant, habent [*Nidos,*] in quibus quieſcunt & pullos enutriunt: [*Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*] id eſt propriam domum.

¶ Sed nonne Maria, quæ erat vnica ſuis parentibus, ex parte patris habuit domum parentum ſuo-

C rum? & Ioſeph (qui adhuc vixit ſecundum quoſdam) propriam habuit domum? Et reſpondendum, probabile eſſe quòd virgo beata omnia ſua vendidit, egeniſque contulit, ſimiliter Ioſeph: aliter non impleſſent quod Chriſtus edocuit alios, & apoſtoli perfecerunt, qui relictis omnibus ſequuti ſunt Chriſtum. Chriſtus ergo in ſumma vixit inopia, proprio carens hoſpitio. Propter quod Hieremias vehementer admirans, ait ad eum, Quare quaſi colonus venturus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Quare venturus es quaſi vir vagus?

¶ Quæritur, cur Chriſtus pauperem vitam elegit, Dicendum primò, vt ſcripturas prophetarum impleret. Sic enim primus Chriſti aduentus in paupertate deſcribitur, Exulta ſatis filia Sion, Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator, ipſe pauper. Et in Pſalmo, Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Vnde patet cæcitas Iudæorum expectantium regem Meſsiam in primò ſuo aduentu temporaliter regnaturum, & omnia regna ſeculi poſſeſſurum. Secundò, vt faceret quod docere volebat. Venit enim vt mundi ac diuitiarum prædicaret contemptum: non ergo debuit eas habere. Tertiò, vt non ſolùm verbis, ſed etiam rebus futuri ſeculi vitam doceret. Per hoc enim quòd omnia temporalia contemnuntur, maximè declaratur eſſe vita alia poſt præſentem. Quartò, ne putaretur collatione diuitiarum attraxiſſe ſibi diſcipulos. Quintò, vt

D meritò ſuæ paupertatis, veras diuitias conſequamur: quemadmodum dicit Apoſtolus, Propter nos egenus factus eſt, cum diues eſſet, vt illius inopia diuites efficeremur. Ex prædicta Chriſti reſponſione elicitur, quòd ſcriba peruerſa intentione dixit, Sequar te, vtpote quatenus conuerſando cum Chriſto congregaret ſibi diuitias. Quoniam enim literatus fuit, cogitauit multis infirmis ſanitatem à Chriſto acquirere, inducendo Chriſtum ad ſanationem illorum, ſicque volebat pecuniam multam à ſanatis colligere. Simili intentione Simon Magus dixit Petro & Ioanni, Date mihi hanc poteſtatem, vt cui cunque manum impoſuero, recipiat ſpiritum ſanctum. Ieſus itaque videns mentem illius, repulit eum, dicendo, Vulpes foueas habent, id eſt cum ego tãtam paupertatem eligerim, quid quæris mecum conuerſando congregare diuitias? [*Alius autem de diſcipulis ſuis*] ſcilicet Ieſu Chriſti [*Ait illi, Domine permitte me primum*] id eſt antequam te inſeparabiliter ſequar [*Ire & ſepelire patrem meum.*] Quidam dicunt iſtud non eſſe intelligendum, quaſi pater huius diſcipuli iam defunctus fuiſſet, & ipſe ad ſepeliendum patrem ire rogaſſet, quia hoc ei negatum non eſſet, cum ſit opus pietatis: ſed quòd diſcipulus iſte tenebatur carnali amore parentum, cum quibus vſque ad mortem eorum voluit permanere, eíſque ſepultis Chriſto adhærere. Veruntamen Ambroſius, Iſidorus, & Gloſſa ſuper Lucam dicunt, quòd pater diſcipuli huius mortuus fuit, & ipſe ad patris ſepulturam ire optauit, quod magis conſonat literæ. Nec ratio illa concludit, videlicet, quòd ſepelitio patris non fuiſſet negata diſcipulo, cum ſit opus pietatis. Nam apud diuum Lucam, vbi factum iſtud narratur, alius le-

Matth. 19. Lucæ. 18. Marci. 10. Actu. 2. Pſalm. 85. Actu. 8. Lucæ. 9.

1. Corin. 15 Hebræ. 2. Ioan. 5. Eſaiæ. 53. Pſal. 68. Marci. 1. Lucæ. 8. Marci. 1. Lucæ. 9. Lucæ. 8. 2. Cor. 8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gitur Christo dixisse, Sequar te domine, sed primum permitte mihi renunciare his quæ domus E
sunt: quod quamuis bonum sit, tamen Christus ei id negauit, propter periculum moræ. Similiter
Lucæ.8. negauit huic patris sepelitionem, non quia mala, sed quia maioris boni impeditiua. Dicit itaque
Ambrosius: Docet Christus minora bona pro vtilitate esse prætermittenda. Maius est enim ani-
mas mortuas prædicando suscitare, quàm corpus mortui in terra abscondere. Vnde elicitur, quòd
quando parentes aliunde habere possunt sustentaculum vitæ vel sepulturam, filij non impediuntur à
religionis ingressu. [*Iesus autem ait illi, sequere me*] mentis affectu, operis imitatione, & corporis gressu.
Nec obuiat quod secundum Lucam Christus dixit, Vade & annuntia regnum dei, quia hoc erat Chri-
stum sequi operis imitatione: corporaliter verò sequebatur eum sæpe seu congruis horis. [*Et dimitte*
Lucæ.9. *mortuos*] scilicet morte culpæ, sicut de vidua delicioſa dicit Apostolus, Viuens mortua est. Et Ioan-
nes in Apocalypsi, Nomen (inquit) habes quòd viuas, sed mortuus es. [*Sepelire mortuos suos*] mor-
te naturæ.

¶ [*Et ascendente eo*] videlicet Christo, [*In nauiculam.*] Nunquam legitur Christus intrasse nauim corti-
natam, negotiatorum aut piratorum, sed nauiculam aut nauim piscatorum, in quo eius humilitas com
mendatur. [*Secuti sunt eum discipuli eius:*] quia cum eo ingressi sunt nauim, vt legitur in Luca. Secundum
Originem, Christus cum multa & magna fecisset in terra, perrexit ad mare, vt ibidem excellentiora
Marci. 4. opera demonstraret, quatenus terræ, marisque dominum se ostenderet. Ascendit autem in nauiculam, F
Lucæ.8. vt pergeret ad locum secretiorem, & populum fugeret, propter causas paulò antè prætractas.

¶ Secundum Hieronymum, iste ascensus Christi in nauiculam fuit, quando exiuit Capharnaum; sed
hoc intelligendum non est de exitu facto statim post sanationem socrus Petri. De nauigatione nan-
que seu transfretatione post illum exitum immediatè prædictum est, postquam rursus introiuit Ca-
pharnaum post dies octo, vt habet Marcus: Et postea egressus Capharnaum cum fecisset sermonem
de parabola seminis, eodem die, videlicet tempore vespertino ingrediebatur nauiculam istam, vt pa-
tet in Marco. [*Et ecce motus magnus factus est in mari*] id est in stagno Genezareth vltra quod trans-
fretauit, quod dicitur mare iuxta proprietatem idiomatis Hebræorum. Hi quamlibet magnam col-
lectionem aquarum, nominant mare, eo quòd in Genesi legitur, Congregationes aquarum appel-
lauit deus maria. Motus hic maris creditur suscitatus magis virtute diuina seu miraculosè, quàm na-
Marci.3. turaliter, vt Christi potentia atque diuinitas panderentur per motionis huiusmodi seditionem. Natu-
Lucæ.8. raliter autem motus maris generatur ex vaporibus inferioribus aquarum ascendentibus, & vento
Marci.4. flante ac accurrente in aëre. [*Ita vt nauicula operiretur fluctibus*] maris. nam aquæ eam abundanter ingre-
Gene.1. diebantur. [*Ipse vero*] Iesus [*Dormiebat*] in puppi super ceruical, vt Marcus habet.

¶ Dormiebat autem secundum assumptam humanitatem, vt eius veritatem ostenderet, & futurum mi
raculum glorioſius exhiberet: non secundum diuinitatem, iuxta illud in Psalmo, Ecce non dormita- G
bit neque dormiet, qui custodit Israël.

¶ Denique secundum partem sensitiuam, non secundum portionem intellectiuam dormiuit, iuxta il-
lud, Ego dormio, & cor meum vigilat. [*Et accesserunt discipuli, & suscitauerunt eum dicentes, Domine salua*
nos] id est à tempestate hac libera, [*Perimus*] hoc est mergi incipimus. [*Et dicit ei Iesus, Quid timidi estis*] in-
Marci.4. ordinato timore, qui ex defectu fidei oritur, non solùm timore naturali, qui ex imminentia periculi
nascitur. [*Modica fidei?*] id est vos qui adhuc paruam, sed tamen aliquantulam fidem habetis. Quòd e-
nim dixerunt, Domine salua nos, ex fide manauit, qua crediderunt eum esse dei filium, & ad saluan-
dum potentem: quòd vero dixerunt perimus, ex timore & pusillanimitate processit: quod autem su-
scitauerunt eum, ex ignorantia & fidei imperfectione descendit. Putabant enim quod Christo dor-
mienti, minus innotescerent omnia, quàm vigilanti, quasi somnus actum rationis impediret in ipso,
vnde increpari & audire meruerunt, quid timidi estis modicæ fidei? Nempe si magnæ fidei extitissent
imperassent & ipsi tempestati, moxque cessasset: prout alibi ait Saluator, Si habueritis fidem sicut gra-
num synapis, dicetis huic monti, tolle te, & mitte te in mari, & obediet vobis. [*Tunc surgens Iesus*] a som
no & puppi seu loco dormitionis, [*Imperauit*] id est per modum imperantis potenter iniunxit [*Mari*]
id est commotioni, tempestatique maris, [*Et ventis*] vt cessarent, [*Et facta est tranquillitas magna*] id est
plena quies à procella præfata in instanti, quoniam virtus diuinitatis Christi cum sit infinita, agit in- H
instanti, in quo operè Christus suæ diuinitatis omnipotentiam demonstrauit. Nam vento & mari im
perare, & imperialiter subiecta habere ad nutum, non conuenit nisi verò deo. Propter quod Mar-
cus, vt istud miraculum glorioſius commendaret, sic ait, Surgens comminatus est vento, & dixit
mari, Tace & obmutesce. In isto fundatur positio Theologorum, ponentium in omni natura creata
potentiam obedientialem, qua suo creatori ad nutum obedit in omnibus. [*Porro homines*] existentes in
naui [*Mirati sunt*] viso tanto prodigio, [*Dicentes, Qualis est hic?*] quasi dicant, Aliquid supra hominem ap
paret in eo, videlicet quòd sit deus, vel deo charissimus, ac summè familiaris. [*Quia venti & mare obe-*
diunt ei,] de quo scriptum est. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Inanimata autem propriè non obediunt, nisi deo per authoritatem. Si cæteris obedire dicantur in his
quæ sunt supra naturam, intelligendum est, per ministerium, secundum Hieronymum & Bedam.
Quod dicitur, Porrò homines mirati sunt: non de discipulis Christi, sed de nautis, & alijs qui aderant
intelligendum est. Aliis vero satis probabiliter videtur, quod de discipulis quoque hoc ipsum dica-
tur, quod ex verbis Marci & Lucæ sequi putatur. Miratio enim consurgit ex inspectione affectus &
ignorantia causæ: quemadmodum homines videntes lunam eclypsari, & causam eclypsis ignorantes
mirari cœperunt. cum ergo causa perfectè cognoscitur, cessat miratio, idcirco astrologus eclypsim nõ
admiratur vt rusticus. Discipuli autem nondum cognouerunt Christi diuinitatem, cuius virtute sa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cta ſunt hæc. Ipſi ergo mirati ſunt, quamuis minus quàm alij, quoniam magis ſoliti erant videre miracula Chriſti.

¶ Prætereà per nauiculam quidam myſticè intelligunt crucem, in qua Saluator moriendo dormiuit, quam ſecum aſcenderunt diſcipuli poſtmodum tollentes crucem ſuam quotidie: quo pendente in cruce, facta eſt magna in mundo tempeſtas, quia à ſexta hora vſque ad nonam tenebræ factæ ſunt, terra mota eſt. Apoſtoli quoque turbati fuerunt, ſuſcitauerúntque Chriſtum, eius reſurrectionem optando. Quo reſurgente, magna cordis tranquillitas data eſt chriſti diſcipulis, Chryſoſtomus per nauem intelligit eccleſiam, id eſt, congregationem fidelium, ad quã Chriſtus deſcendit per incarnationem & conuerſationem cum ea. Ipſa quoque portauit Chriſtum, prædicando eum per totum mundum, qui eſt mare magnum, de quo ait Saluator in Pſalmo, Veni in altitudinem maris. Chriſto autem hanc nauem ingreſſo, tentationum & aduerſitatum commotio irruit ſuper diſcipulos, ſed clamando ad Chriſtum euaſerunt. Nauis enim Petri concuti poteſt, non mergi. Sic & nos in omni grauí tribulatione clamemus ad Chriſtum dicentes, Domine ſalua nos, perimus. [*Et cum veniſſent*] Ieſus cum diſcipulis, [*Tranſfretum*] id eſt, vltra ſtagnum ſeu mare prædictum, [*In regionem Geraſenorum*, quę erat ex alio littore huius maris. Et dicitur regio Geraſenorum à principali ciuitate terræ illius. quæ dicitur Geraſa, vel Geneſer [*Occurrerunt ei duo*] homines [*Habentes dæmonia*,] quia quilibet eorum, vel ſal-

B tem vnus à multis dæmonibus fuit obſeſſus, Lucas enim refert, quod legio dæmonũ fuit in eo, Marcus vero & Lucas non loquuntur, niſi de vno habente dæmonia ſed non eſt contradictio inter eos & Matthæum, quoniam numerus minor non excludit maiorem, neque econtra.

[*De monumentis exeuntes*] quia non habitant in domibus, ſed in foſſis factis pro ſepultura, [*Sæui nimis*] id eſt, valde feroces in ſe & in alios, quoniam à dæmonibus obſeſſi erãt, quibus data fuit à deo licentia exercendi crudelitatem magnam per homines iſtos ab ipſis obſeſſos, & tam ſæui erant, [*Ita vt nemo poſſet*] illæſus atque ſecurus [*Tranſire per illam viam. Et ecce clamauerunt.*] Viſo enim Ieſu, demones loquebantur per vaſcula à ſe impleta dicentes, [*Quid nobis & tibi Ieſu fili dei?*] id eſt, quæ conuentio vel ſimilitudo inter nos inſanos atque obſeſſos, & te ſapientem ac ſanctum? Quaſi dicant, Non debuiſti venire ad nos. Hæc verba homines iſti loquebantur, ſed dæmonibus eos ad loquendum mouentibus aſcribuntur. Quod autem nominant Ieſum filium dei, non ex certa cognitione, ſed coniectura & ſuſpitione procedit, ſecundum Hieronymum. Hæc quoque confeſſio ex neceſſitate potius, quàm ex voluntate proceſſit: velut ſi ſerui fugitiui verbera metuentes, verba blanda ſuo domino loquantur, vt eis parcatur. [*Veniſti ante tempus*] id eſt, valde cito & ante tempus à nobis præſumptum, vel ante diem iudicij, in quo erit plena & finalis reproborum damnatio, [*Torquere nos*] quoniam tua præſentia no-

C bis pœnalis eſt, & timemus eiici à te, quod nobis graue eſt valde. Dæmones enim cum maximè odiant homines, delectantur eos torquendo, & dolent dum expelluntur. Ideo autem potiſſimum dixerunt [*Vt reor*] veniſti ante tempus torquere nos: quoniam verebantur in infernum retrudi, in quem nouerant ſe in die iudicij retrudendos. Veruntamen vbique ferunt ignem ſuum ſecum. [*Erat autem non longe ab illis*] dęmoniacis [*Grex porcorum multorum*] vſque ad duo milia, ſecundum Marcum. [*Paſcens*] id eſt, nutrimentum ſumens [*In monte,*] de herbis atque graminibus. [*Dæmones autem rogabant eum*] videlicet ieſum dicentes. [*Si eiicis nos*] ab iſtis duobus obſeſſis, [*Mittè,*] id eſt, ire permitte. [*Nos in gregem porcorum*] id eſt, in porcos. Talis fuit iſta petitio, velut ſi reus timens patibulum, quærat gladium: quia inter duo mala minus malum elegitur [*Et ait illis ieſus: Ite*] in porcos. Hæc Chriſtus conceſſit, non ad inſtantiam dæmonum, ſed propter alias cauſas. Primò, vt oſtenderetur hominibus, quãtus ſit rancor dæmonum contra eos propter hoc quod querunt nocere iumentis, & pecoribus hòminum. Secundò, vt miraculum iſtud eiectionis demonum hac occaſione amplius diuulgaretur ad hominem informationem, quod & factum eſt, vt ſtatim ſubiungitur. Tertiò, quoniam homines regionis Geraſenorum ſuis peccatis, hoc damnum meruerunt. Lucæ.8,

¶ Erant quippe gentiles, vt fertur,] [*At illi*] dæmones [*Exeuntes*] ab obſeſſis, [*Abierunt in porcos*] imò Marci.5. in vnum porcum plures dæmones intrauerunt, ſecundum quòd numerus dęmonum numerum porcorum exceſſit. In vno ſiquidem obſeſſo fuerat legio dæmonum. [*Et ecce impetu*] id eſt, cum ſtrepitu veloci ac vehementi, ſeu motu celerrimo & rapido curſu, [*Abiit totus grex porcorum per præceps*] id eſt

D præcipitanter, ſeu per locum præcipitem & tortuoſum, [*In mare*] Genezareth, dæmonibus porcos im- Lucæ.8.
pellentibus. Porci namque potius agebantur, quam agebant. [*Et mortui ſunt*] porci [*In aquis*] id eſt, Marci.5.
ſubmerſi & ſuffocati. [*Paſtores autem*] porcorum [*Fugierunt*] territi tam inſolito, horrendóque facto. Et ne damnum ipſis imputaretur, & ne ipſi quoque à dæmonibus inuaderentur. [*Et venientes in ciuitatem*] Geneſer metropolim huius prouinciæ, quæ fuit ex oppoſito Galileæ, vt Lucas commemorat. [*Nunciauerunt omnia*] ciuibus, ſcilicet de ſubmerſione porcorum, & de his duobus qui dæmonia habuerunt, quomodo curati eſſent à Chriſto, de cuius licentia dęmones ingreſſi ſunt porcos. [*Et ecce tota ciuitas*] id eſt, populus ciuitatis pro magna vel principaliori parte, [*Exiit obuiam Ieſu*] vt eum honorarent, vel ſigna facta viderent, vt aſſerit Marcus. [*Et viſo eo rogabant eum, vt tranſiret à finibus eorum*] id eſt, ab ipſis, & terra eorum recederet, vel quia ſe indignos reputabant eius præſentia, ſicut Centurio: vel ne talia damna amplius paterentur, ſi Chriſtus plures dæmoniacos in terra ipſorum curaret. Verũtamẽ ſi ſapientes fuiſſent, potius Chriſtũ rogaſſent ſecũ manere quã omnino terrã eorum exire. Marci

¶ Myſticè per hoc quod Chriſtus poſt maris trãsfretationem, dormitionem, & ſuſcitationem ingreſſus eſt terram Geraſenorum gentilem, ſignificatur, quòd poſt conuerſationẽ ſuã in hoc ſeculo, turbulentiſſimo mari poſt dormitionẽ in cruce ac monumento, & reſurrectionẽ, intrauit terras gentiliũ

mittendo ad eos apoſtolos,& introeundo corda eorum per fidem & gratiam. E

¶Per ſanationẽ quoque ſæuiſſimorum dæmoniacorum,deſignatur conuerſio habituatorum & obſti
Eccl.8. natorum in vitijs,qui cum in profundum peccatorum venerint,contemnunt,qui ſine vllo timore per
a. 2. petrant mala,ſuper quos clauſit puteus os ſuum:de quibus ait Pſalmiſta,Prodiit quaſi ex adipe iniqui
tas eorum.Et Salomon,Lætantur cum malè fecerint,Tales ſæpius ſanantur & conuertuntur à Chri-
ſto,ita vt omnes qui viderint,obſtupeſcant.

¶Cha. ix. *Et aſcendens in nauiculam tranſfretauit.* Articulus. xviij.

Marci.8. ET *aſcendens*] id eſt,ingrediens,[*Ieſus in nauiculam*]forte in eandem,in qua venit ad terram Geraſenorum,[*Tranſfretauit*]hoc eſt, nauigando per mare prædictum reuerſus eſt cum ſua comitiua,[*Et venit in ciuitatem ſuam.*]Per hanc ciuitat ẽHieronymus ĩtelligit Nazareth,à qua Ieſus dictus eſt Nazarenus.Auguſtinus vero intelligit per eam Capharnaum,& hoc communius tenetur: quoniã apud Marcum manifeſte deſcribitur ſequens miraculum in vrbe Capharnaũ perpetratũ.Quemadmodum ergo Nazareth dicitur ciuitas chriſti, quia in ea cõceptus:& Bethleẽ,quia in ea natus, Sic Capharnaũ,quia ĩ ea morat⁹ conſeruat⁹ frequẽter & multa miracula operatus.[*Et ecce*] habitãtes vel exiſtẽtes,in Capharnaũ,[*Offerrebant*] hòc eſt,præſẽtabãt[*Ei*] videlicet Chriſto [*Paralyticum iacentem in lecto*] qui ſecundum Marcum à quatuor portabatur, quia per ſe ingredi non valebat.Denique ſecundum Lucam, cum domum in qua Ieſus fuerat,introire viri iſti non poſſent,aſcenderunt tectum,& illo nudato per tegulas ſubmiſerũt ægrotum in lecto ante Ieſum per funes,vt puto [*Et videns ieſus*]oculo interiori [*Fidem illorum*]offerentium paralyticum,atque ipſius paralytici,qui etiam fidem habuit recipiẽdæ ſanitatis,& potentiæ chriſti,quamuis forte minorem quam illi. [*Dixit paralytico. Confide fili*] hoc eſt ſpera te adepturum quod optas imò maiora recipies.Nam [*Remittuntur tibi peccata tua*] propter quæ hanc ſuſtines infirmitatem antequam chriſtus paralytico peccata ſua indulſit,infudit ei quandam diſplicentiam ſeu contritionem culparum.[*Et ecce quidam de ſcribis*]quorum multi tunc aderant,vt Lucas Euangeliſta refert: qui magis venerunt ex curioſitate,vel animo calumniandi,quàm deſiderio proficiendi [*Dixerunt intra ſe,Hic blaſphemat,*] vſurpando ſibi,quod ſoli deo poſsibile eſt,ſcilicet peccata remittere.Dixerant in cordibus ſuis.Quis poteſt peccata dimittere,niſi ſolus deus.Quoniam ergo putabant Ieſum eſſe hominẽ purum:impoſuerunt ſibi crimen blaſphemiæ,eo quòd præſumpſit alicui peccata dimittere.Ieſus vero probat ſe non blaſphemaſſe,verúmque deum eſſe,aperiendo ſecreta cordis illorum, & paralyticũ ſolo imperio,propria virtute & authoritate curando,quorum vtrumque deo eſt proprium. Quis enim nouit qnid agatur ĩ hoĩe,niſi ſpiritus hominis? [*Et cum vidiſſet*]oculo intellectuali [*Ieſus cogitationes illorum*]ſcribarum,quas tunc videre non cœpit,ſed à principio creationis animæ ſuę eas cognouit, ſicut & cætera futura:ſed nunc oſtẽdit ſe eas vidiſſe,vt ſit ſenſus,cum vidiſſet,id eſt,vidiſſe ſe oſtendere vellet Ieſus cogitatus illorum peruerſos.Vnde Ioannes in ſuo Euangelio proteſtatur,Neceſſarium Chriſto non erat, vt quis ei teſtimonium perhiberet de homine.Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.[*Dixit eis,Vt quid cogitatis mala*] id eſt, falſa [*In cordibus veſtris*] hoc eſt,cum cordis conſenſu imputando mihi blaſphemiam,qui non quæro gloriam meam,ſed honorifico patrem meum,Hoc idem ait Chriſtus apud Hieremiam,Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ:deinde probat per experientiam,ſe eſſe deum,& poſſe relaxare peccata,[*Quid eſt facilius dicere*]hoc eſt,dicendo efficere,[*Remittuntur tibi peccata tua,an dicere*]id eſt,dicendo peragere, [*Surge*]ô paralytice [*Et ambula*] omnino ſanatus?[*Vt ſciatis autem,quoniam filius hominis,*]Nouerant turbæ quòd per filium hominis intellexit ſeipſum,[*Habet poteſtatem in terra*]id eſt,in hominibus qui demorantur in terra,[*Dimittendi peccata*] ſecundum quod deus eſt,per authoritatem,ita quòd operari poſsit in anima:maculam culpæ per nitorem infuſæ gratiæ auferendo.Loquitur autem Chriſtus iam de poteſtate ſua increata,diuina ac infinita nõ humana,aliter ratio ſua non videretur concludere. [*Tunc ait paralytico.*] Hoc verbũ interponit Euangeliſta,chriſtus nempe adiecit,tibi dico paralytice,[*Surge*]ſanus à lecto ægritudinis,[*Tolle lectum tuum*] in quo iaces,[*Et vade in domum tuam*]quæ forſan intra Capharnaum fuerat ſita.

Luc.1. Luc.5. Marci.2. Luc.5. 1.Cor.2. Ioan.1, Ioan.8. Hiere.1.

¶Sed quæritur,quomodo iſta agumentatio valeat,cum maius ſit animà languore peccati curare,quã corporalem infirmitatem ſanare.Dicendum,quod Chriſtus intendit probare vtrumque ſoli diuinæ poſſe conuenire potentiæ.Nam licet paralyſim curare poſsit naturaliter fieri,tamen tam imperialiter, ſubito & authoritatiuè eam curare,non competit niſi potentiæ infinitæ. Idcirco oſtendendo ſe taliter poſſe ſanare paralyſim,demonſtrauit quoquoque ſe poſſe dimittere culpam. [*Et ſurrexit paralyticus(iam ſanatus)& abiit in domum ſuam*]proprium portans lectum, ad declarandum.quòd nec veſtigium priſtinæ infirmitatis in eo permanſit. [*Videntes autem turbæ*] tantum prodigium [*Timuerunt.*] Obiectum timoris eſt malum, Nam timoris ſeruilis obiectum eſt malum pœne:timoris vero filialis obiectum eſt malum culpæ, videlicet ſeparatio à deo, vel dei offenſa. Quid ergo vel cur timuerunt turbæ, eum potius exultare, & amare debuerunt? Et reſpondendum quòd ex tanto miraculo perpenderunt ſanctitatem,dignitatemque Chriſti: quem licet nondum putarent deum, certiſſimè tamen tenebant eum eſſe virum ſanctiſſimum, diuina poteſtate agentem, ſicque conſiderata ſanctitate,ipſius propriam prauitatem clarius attenderunt,quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius innoteſcunt,ſicque vltionem diuinæ iuſticiæ metuebant, ſeipſos abhorruerunt,& Chriſti præſen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tia reputabant indignos, eúmque offendere verebantur : [*Et glorificauerunt deum,*] id est glorioſum, pium & omnipotentem esse profeſsi sunt, [*Qui dedit poteſtatem talem hominibus*] scilicet poteſtatem faciendi miracula. Cur non dixerunt, qui dedit talem poteſtatem huic homini, singulariter, præſertim cum ſecundum Marcum dixiſſe legantur, quia nunquam ſic vidimus ? Dicendum, quòd fortè Marci.2. intendebant ponere plurale pro ſingulari, vel nondum putabant ampliorem poteſtatem collatam Chriſto quàm Moyſi, & prophetis. Conſequenter glorioſus Euangeliſta Matthæus ſuiipſius conuerſionem deſcribit, [*Et eam tranſiſſet inde,*] hoc est à Capharnaum, ſeu domo, vbi ſanauit hunc paralyticum, [*Vidit hominem ſedentem in telonio*] id est occupatum in colligendo vectigalia ſeu tributa: & fortè ad literam tunc ſedebat quantùm ad ſitum corporis in teloneo, id est in domo publica, vbi ſoluebantur prædicta, vel teloneum est menſa in qua computantur vectigalia. Hic Matthæus alio nomine appellatus est Leui, ſicque vocant eum Lucas & Marcus, dum eius conuerſionem deſcribunt. Nam pro- Lucæ.5. pter reuerentiam nolunt eum vſitato nomine deſignare, dum inhoneſtum eius officium exprimunt. Marci.2. [*Et ait illi Ieſus, Sequere me.*] Reſpexit Ieſus Matthæum oculo corporali, ſed multo profundius oculo pietatis internæ ſeu compaſsionis affectu, quemadmodum reſpexit & Petrum poſt trinam negatio- Matth.27. nem: Similiter vocat Matthæum verbo vocali ab extra coporales aures pulſando, ſed multo virtuoſius vocauit eum verbo inſpirationis occultę, exhortationiſque intimæ, de quo ait Propheta, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Porrò verba Chriſti operatiua erant, & penetratiua cordis. [*Et ſur*

B *gens*] à priſtina conuerſatione iniuſta, à loco telonei, & ab omni affectu terreno, [*Secutus eſt eum,*] videlicet Chriſtum mentis religioſa deuotione, & corporis greſſu promptiſsimo. [*Et factum eſt, diſcumbente* Pſal.84. *eo*] id est Chriſto manducante [*In domo*] Matthæi, qui fecit Chriſto magnum conuiuium ſecundum Lucam, non tamen immediatè poſt cónuerſionem ſuam, ſed poſtea, imò quod hic dicitur de vocatio- Lucæ.5. ne Matthæi, per recapitulationem dicitur: non ſecúdum hiſtoriæ ordinem, vt habetur in Luca, Quòd Lucæ.6. Ieſus aſcendens in montem antequam illuc ſermocinaretur, vocauit ad ſe diſcipulos ſuos, elegítque ex eis duodecim apoſtolos, quorum Matthæus extitit vnus: ſermo autem in monte diu factus fuit ante prædicti paralytici curationem: poſtquam hic deſcribitur vocatio Matthæi. Sed fortè conuiuium factum est ſtatim poſt curationem paralytici huius. Quamuis enim Matthæus primo mox ſequutus ſit Chriſtum, poſtea tamen de licentia Chriſti vna cum Chriſto & eius diſcipulis rediit ad domum ſuam, forſitan diſpoſiturus de negotiis ſuis, quia teloncarius fuit, & dominis ſuis rationem reddere debebat. Gloſſa tantùm videtur aliter dicere. [*Ecce multi publicani*] id est publici tranſgreſſores, [*Et peccatores*] minus famoſi in vitiis, [*Venientes*] ad domum Matthæi ab eo inuitati, quoniam ſocij eius fuerunt, & exemplo Matthæi Chriſtum ſequi ac pœnitere cœperunt: quemadmodum in libris Regum Heliſæus ab Helia vocatus fecit conuiuium ſociis ſuis, mactans boues duos, [*Diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius*] in domo Matthæi.

C ¶Porrò ſi Matthæus in ſua vocatione omnia ſua penitus reliquiſſet quaſi non reuerſurus nec diſpoſiturus de eis, non rediiſſet ad propriam domum, neque de ſuis facultatibus exhibuiſſet Chriſto & cæteris tam ſolemne conuiuium. [*Et videntes Phariſæi*] Chriſtum & eius diſcipulos cum publicanis comedere, [*Dicebant diſcipulis eius.*] Secundum Lucam & Marcum etiam ſcribæ murmurabunt, dicentes, [*Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter ?*] Quaſi dicant. Hoc indecens est cum dicat Hieremias, Quid tritico cum paleis? Et Dauid, Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Et rurſus ſcriptura hortatur, Viri iuſti ſint tibi commenſales. Et Salomon in Prouerbiis, Ne comedas (inquit) cum homine inuido. [*At Ieſus audiens*] ad minus aure cordis verba phariſæorum qui iſta dixerunt, vt quaſi non audirentur à Chriſto, [*Ait eis*] efficaciter reſpondendo, atque illorum præſumptionem ac elationem redarguendo, [*Non eſt opus*] id est neceſſarius non est [*Valentibus*] id est ſanis [*Medicus*] loquendo de vtriſque formaliter. Medicus enim ordinatur ad vulnerum atque morborum ſanationem, quæ in hominibus ſanis non ſunt: vnde nec indigent medico quàm diu ſunt tales, quod de ſpirituali & corporali ſano ac medico verum est. [*Sed male habentibus*] id est infirmis opus est medicus. Nam ſpiritualiter vulneratis ſeu impiis neceſſarius est medicus ſpiritualis, qui poſsit animam peccatricem ad ſtatum gratiæ reuocare, & illud Apoſtoli

D implere, Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Talis fuerat Chriſtus, qui in Eſaia teſtatur, Dominus, inquiens, dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum qui lapſus est verbo. Itaque miſericordia miſeris neceſſaria est, quod Chriſtus conſequenter probat authoritate Oſeæ prophetæ dicens, [*Euntes autem*] id est corporaliter à me recedentes vel ſpiritualiter à præſumptione, crudelitate & ignorantia abeuntes. Nam dupliciter peccatis. Primò, quòd voſipſos iuſtificatis. Secundò, quòd alios ſpernitis, iudicatis, & condemnare audetis. [*Diſcite quid eſt*] id est quomodo intelligi debeat & obſeruari, [*Miſericordiam volo,*] hoc est compaſsionem & ſubuentionem ad proximum indigentem, [*Et non ſacrificium*] legale, quaſi illud ſit per ſe acceptum ac meritorium ſicut miſericordia. Vel, non ſacrificium legale pro tempore euangelicæ legis, in quo miſericordia maximè prædicatur. Simili modo ſcriptum est apud Eſaiam prophetam, dicentem, Holocauſta arietum, & adipem pinguium nolui. Quid autem velit deus ſubiungitur ilico, ſcilicet ſubueniri oppreſſo. Vnde Micheas propheta hoc ipſum clarius introducit dicens, Nunquid offeram domino holocauſtomata? Nunquid placari poteſt deus in milibus arietum? Quaſi dicat, nequaquam. In quo ergo placatur adiecit, Indicabo tibi homo quid ſit bonum, aut quid dominus requirat à te, Vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam. Conſequenter ſubditur cauſa vel potius ſignum, quòd deus vult miſericordiam potius quàm ſacrificium, [*Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.*] Hoc est quod alibi ait Saluator, Venit filius ho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minis quærere & ſaluum facere quod perierat. Et Apoſtolus, Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quoniam Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Sed nónne Chriſtus vocauit Iacobum iuſtum, Petrum, qui nunquam comedit omne immundum, Andræam, Ioannem, & alios quoſdam iuſtiſsimos? Et nónne Apoſtolus veraciter aſſerit? Quos prædeſtinauit, hos & vocauit. Quomodo ergo non venit Chriſtus vocare iuſtos? Et reſpondendum dupliciter. Primò, quia ſecundum Ambroſium per iuſtos intelligit ſcribas & phariſæos, de ſua iuſtitia præſumentes, qui tamen veraciter iuſti non erant, ſed vani atque elati. Per peccatores verò intelliguntur humiliter pœnitentes, qui veraciter iuſti ſunt. Illos ergo iuſtos Chriſtus non venit vocare per ſalutarem effectum ſeu efficientiam, & conſecutionem ſalutis: iuxta quem modum Chriſtus non eſt crucifixus pro reprobis, ſed electis: quia de taliter iuſtis dicit Apoſtolus, Ignorantes dei iuſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Iſtos verò peccatores venit vocare efficienter atque finaliter, de quibus infra teſtatur, loquens ad Phariſæos, Cum videritis publicanos & peccatores præcedere vos in regnum dei. Secundò dicendum, quòd Chriſtus loquitur hic de vocatione ad pœnitentiam, quæ peccatoribus conuenit, non iuſtis, ſecundum quod tales ſunt. Vnde apud Lucam ſic legitur reſpondiſſe, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. Iuſtos verò vocauit & vocat ad gratiæ incrementum & vitæ ſpiritualis perfectionem. E

¶ Denique authoritates inductæ ad hoc quòd cum peccatoribus veſcendum non ſit, intelligi poſſunt de peccatoribus penitus obſtinatis, de quorum conuerſione non eſt ſpes: & de iuſtis imperfectis, quibus obeſſe valet conuerſatio cum iniuſtis, iuxta quod ſcriptum eſt, Cum peruerſo peruerteris. Vnde Apoſtol. Cum huiuſmodi (ait) nec cibum ſumere: Chriſto autem nocere non potuit conuerſatio cum peruerſis. Publicani quoque & peccatores cum eo veſcentes non erant inconuertibiles, ideo vt illuminarentur & conuerterentur, Chriſtus ſe humane ac affabiliter habuit. Interea per corporale conuiuium quod Chriſto Matthæus exhibuit, miſticè intelligitur ſpirituale conuiuium quod ei in anima ſua parauit, præbendo Chriſto delicias cordis, per hoc quòd eum in anima toto tecepit affectu, aperiens ei oſtium mentis. De quo conuinio ait Saluator in Prouerbiis Salomonis, Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Et in Apocalypſi, Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi intrabo ad illum, & cœnabo cum eo & ipſe mecum. Præterea, per corporale illud conuiuium deſignatur ſpirituale conuiuium, quod Chriſto facit Matthæus quotidie in tota eccleſia, vbicunque eius euangelium legitur & auditur, ex cuius auditione corda hominum proficiunt, Chriſto ſe offerunt, eum recipiunt, & cum eo ſpiritualiter epulantur. Sed & dum exemplo Matthæi graues tranſgreſſores conuertuntur & corriguntur, facit Matthæus Chriſto ſolemne conuiuium. In vocatione quippe publicani & telonearij ad diſcipulatum, & Euangeliſtæ officium, proponitur omnibus quantumcunque peruerſis, grandis fiducia pœnitendi ac veniæ. [*Tunc*] id eſt poſtquam Saluator ſua reſponſione confudit & obturauit ora phariſæorum, vt dictum eſt, [*Acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis (Baptiſtæ) dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter,*] videlicet ſæpius quàm in lege præcipitur ex ſpeciali deuotione: [*Diſcipuli autem tui non ieiunant?*] tam ſæpe, quamuis ieiunia præcepta ſeruauerint. F G

Prouer. 8.

¶ In hac interrogatione multipliciter peccant Ioannis diſcipuli: Primò, quòd ſe de ſuo iactant ieiunio, quod potius fuerat occultandum, maximè quoad illud quod ſupererogationis extiterat. Secundò, quòd ſe phariſæis coniunxerant, quos à Ioanne nouerant reprobatos. Tertiò, quòd Chriſti diſcipulos imò & Chriſtum redarguere præſumpſerunt, quem à Ioanne laudatum ſciebant. [*Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filij ſponſi*] id eſt ſpirituales filij & diſcipuli mei, qui ſum ſponſus eccleſiæ, de quo legitur, Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: de quo dicit Apoſtolus, Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. [*Lugere*] id eſt affligi & contriſtari ieiunando frequenter, & alia rigoroſa exercitia proſequendo? Tanquam dicat, hoc non decet. Amicus autem & filius ſponſi, qui ſtat & audit eum gaudio gaudet propter vocem ſponſi. [*Veniet autem tempus, cum auferetur ab eis ſponſus,*] videlicet dies paſsionis & aſcenſionis, quando Chriſtus ablatus eſt à ſuis, quantùm ad corporalem præſentiam, quemadmodum ait, Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Et iterum, Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Quantùm verò ad diuinæ maieſtatis naturam & gratioſam ac ſpiritualem inhabitationem, ſemper erat & eſt cum ſuis fidelibus: iuxta illud, Eccce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. [*Et tunc ieiunabunt*] corporaliter abſtinendo ſicut & Iacobus qui vouit ſe non commeſturum, donec vidiſſet filium hominis reſurrexiſſe à mortuis: & Petrus, qui egreſſus fleuit amarè, quouſque Chriſtum reſurrexiſſe audiuit. Certum eſt autem apoſtolos, & totam primitiuam eccleſiam, poſt Chriſti paſsionem in magna ſobrietate vixiſſe. Inſuper probat Chriſtus per quaſdam ſimilitudines, quòd diſcipulis ſuis adhuc non congruebat frequens vel magnum ieiunium. [*Nemo autem*] prudenter agens [*Immittit*] id eſt ſuendo transfert & inſerit, [*Commiſſuram*] id eſt iuncturam ſeu particulam [*Panni rudis*] id eſt noui, piloſi, ac ſpiſsi [*In veſtimentum vetus*] illud reformando cum tali particula à nouo panno ſeu veſtimento abrupta. [*Tollit enim plenitudinem eius a veſtimento*] id eſt ſi quis partem panni noui, à noua veſte acceptam, adiungat & conſuat veteri veſtimento [*Aufert plenitudinem eius*] id eſt perfectionem noui panni, à veſtimento nouo, quod deformatur & partim corrumpitur, ſi ei pars ſua abſtrahatur, vt veteri veſti iungatur. [*Et peior ſciſſura*] id eſt damnoſior corruptio [*Fit*] in nouo panno ſeu veſtimento, quàm fuerat in antiquo. Per hoc innuit Chriſtus, quòd ſicut tam differentium pannorum coniunctio, improportionata eſt & deformis: ſic ſtatus ieiunantium, non poteſt ſubito transferri in eos, qui vſitati ſunt manducare frequenter, quales fuerunt diſcipuli Chriſti. Idcirco oportuit eos primo ſpiritualiter innouari, per ſpiritum ſanctum, túncque abſtinere, ſicut & factum eſt. H

Pſalm. 18.

Eſaiæ. 53.

Lucæ. 22.

Marci. 2.
Lucæ. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Nam ſtatim poſt reſurrectionem, receperunt ſpiritum ſanctum, inſufflante in eos Chriſto, quem in die pentecoſtes plenius receperunt, & ex tunc ieiunauerunt. Iſtud videmus quotidie verificari quòd homines quamuis pœniteãt multum, tamen ieiunare non valent, niſi per gratiam confortentur ac renouentur. Aliud exemplum ſubiungitur, [*Neque mittunt*] id eſt, homines non fundunt [*Vinum nouum*] videlicet muſtum [*In vtres veteres*] id eſt, in vaſa antiqua. [*Alioquin*] id eſt, ſi muſtum in veteres vtres transfundatur, [*Rumpuntur vtres*] tales cum ſint debiles, vini violentam ebullitionẽ non potentes ſufferre, [*Et vinum effunditur, & vtres*] tales [*Pereunt*] id eſt, deſtruuntur; [*ſed vinum nouum in vtres nouos mittunt*] homines [*Et ambo conſeruantur*] id eſt vinum & vaſa manent in eſſe. Per hoc Saluator inſinuat, quòd ſicut debilia vaſa ferre nequeunt noua vina: ſic rudes & fragiles diſcipuli ſui nondum diſpoſiti erant ad ſuſtinendum magnum rigorem ieiunij, ſed innouandi erãt per infuſionẽ ſpiritus ſancti, quatenus feruorem perfectionis, abſtinentiæque rigorem, vtiliter & fructuoſe poſſent ſufferre. quia Ioãnis & phariſæorum diſcipuli, quamuis corporaliter ieiunabant, parum tamen interius profecerunt: quoniam gratia innouationis prædictæ non erant repleti. Tali ergo infructuoſo ieiunio noluit Chriſtus ſuos vexari, præſertim cum corporalis exercitatio ad modica proſit, Per vinum igitur nouum, rigor abſtinẽtiæ, & ſeruor perfectionis deſignãtur: per vtres veteres, homines fragiles, nondũ ſpiritualiter, renouati, roborati, accenſi. Idcirco ferre nõ poſſunt rigorẽ iuſtitiæ, & perfectionis laborẽ: ſed rũ

B puntur, quia ſub onere cadunt, niſi miſerabiliter præueniantur à ſpiritu ſancto. propterea paulatim ad perfectionem ducendi ſunt: ſicut nouitiis in religione cõceditur annus probationis, in quo vires proprias experiantur, & pedetentim ad perfectiora exercitia extendantur. Nam & paulatim longius itur. Et Bernardus ait, Nolo ſubito ſummus fieri, ſucceſsiuè proficere volo. [*Hæc*] verba iam præinducta [*Illo*] videlicet Chriſto [*Loquente*] ad illos diſcipulos Ioannis Bapt. [*Ecce princeps vnus acceſsit*] ad Ieſum corde fideli, & corpore celeri. Secundum Lucam & Marcum, princeps iſte fuit archiſynagogus ſeu princeps ſynagogæ cuiuſdam, vocabaturque Iairus. Habebant Iudæi certas domos ſeu templa, nõ ad ſacrificia offerenda, ſed ad vacandũ orationi, lectioni, cõſilio ac laudibus dei: & hæ domus vocatę ſunt ſynagogæ. Qui verò prę erant ſynagogis & eis qui ad ſynagogas cõfluxerũt, nominabãtur archiſynagogi, quorũ vnus extitit Iairus iſte. [*Et adorauit eum*] videlicet Chriſtũ: nõ adoratione latriæ, quia non putauit Ieſum eſſe deum. Nam vt ex ſubditis innoteſcit, non putauit eum poſſe facere quod rogabatur. niſi coporaliter eſſet præſens. Adorauit igitur eum. i. magnam ei reuerantiam exhibebat. cecidit enim ad pedes eius. vt Luc. refert: iuxta quod ſcriptum eſt, Quantò maior es, humilia te in omnibus. ¶Sed quæritur, ſi non credidit Ieſum eſſe deum, quomodo mente fideli acceſsit? Et reſpondendum, quòd credidit eũ poſſe facere quod rogabatur, nec Iairus tenebatur adhuc ad tam explicitam fidem, vt ideo dicatur non fuiſſe fidelis, quia nõ credidit Ieſum eſſe deum. Acceſsit ergo dicẽs, [*Domine filia mea, modo defuncta eſt.*] Videtur huic contrarium, quod in Marco legitur Chriſto dixiſſe. Filia mea in

C extremis eſt. Dicendum dupliciter. Primò, quòd Iairus loquitur ſecundum cõmunem modũ loquẽdi: quo de agonizante, cuius vita deſperatur, cõiter dicimus, ꝙ ſit mortuus homo. Iairo autẽ recedẽte à domo, cœpit filia eius ſe ad mortẽ diſponere. Vnde apud Lucã habetur, quòd moriebatur, idcirco aſſeruit eam defunctã. Secũdò, quòd Matth. narrat verba Iairi quæ dixit Chriſto, poſtquã à ſeruis ſuis percepit filiam ſuam iam eſſe mortuam [*ſed veni*] corporaliter [*Impone manum tuam ſuper eam & viuet*] id eſt reſuſcitabitur. Nõ ergo Iairus tam perfectæ fidei fuit ſicut Cẽturio, ſed corporalem præſentiã Chriſti neceſſariã exiſtimauit. Tantã verò virtutẽ ac ſanctitatẽ credidit ineſſe animæ Chriſti, vt corporali tactu ſuæ manus, filia eius ſuſcitaretur vtique virtute, precẽ ac meritò animæ Chriſti. Nõ enim ignorauit hic Iairus quemadmodum in libris Reg. legitur defunctus quidam ſuſcitatus, ex contactu oſsium Heliſæi. [*Et ſurgens Ieſus*] à domo Matthęi, in qua cum publicanis comedit, ſuosque (vt dictum eſt) diſcipulos excuſauit. [*ſequebatur eum*] videlicet Iairum. Compatiebatur etenim Iairo, quia ſecundum Lucam, filia iſta vnica erat parentibus ſuis, habens annos fere xij. Videtur itaque Iairus præceſſiſſe, quia nunc dicitur quòd Chriſtus ſequebatur eum. Vnde in Marco ſcriptum eſt, quod abiit cum eo, nec in hoc eſt diſſonantia. Quamuis enim itinerantium vnus ante alium vadat, nihilominus ſimul ire dicuntur: & fortè Iairus parum præceſsit, quaſi diſpoſiturus domum ſuam, ad recipiendum Chriſtum cõdignè [*Et diſcipuli eius*] videlicet Chriſti ſimul cum ſuo magiſtrõ ſecuti ſunt Chriſtum, imò &

D turba magna ſecundum Marcum. [*Et ecce mulier.*] cum in diuinis ſcripturis præmittitur, Ecce, innuitur notabile eſſe quod ſequitur. [*Quæ ſanguinis fluxum patiebatur*] fortè in naribus [*Duodecim annis*] & cum vita animalis conſiſtat in ſanguine, patet quod talis infirmitas ſit periculoſa atque letalis [*Acceſsit retro*] quia præ verecundia voluit occulte facere quod fecit, præſertim cum ſecundum legem eſſet immunda [*Et tetigit fimbriam veſtimenti eius*] hoc eſt inferiorem partem veſtimenti. Hoc loco aſſerunt expoſitores, eſtque probabile, quod Chriſtus portauerit veſtimẽtum iuxta conſuetudinem Iudæorum videlicet cum quatuor fimbriis. Legitur quippe in numeris. Quod cum dominus præcepiſſet hominem ſabbato ligna colligentem lapidari, eo quòd præceptum de ſabbati celebratione fuiſſet tranſgreſſus, iuſsit dominus, vt filij Iſraël facerent ſibi fimbrias quatuor, per quatuor angulos palliorũ, ponẽtes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderent, recordarentur omnium prę ceptorũ domini. Hoc ad præcepta cæremonialia pertinebat: idcirco Chriſtus factus ſub lege, id obſeruauit, ſicut & alia quædã legalia, vſq; ad tempus paſsionis, in quo cæremonialium obligatio prorſus ceſſauit. Hanc mulierẽ dicit Ambroſius Marthã fuiſſe. ſed videtur obſiſtere, ꝙ apud Lucam mulier hęc fertur omnem ſubſtãtiam ſuam in medicos erogaſſe. Martha verò poſt huius miraculi perpetrationẽ diues fuit, aliter Chriſtum & eius comitiuam tam frequẽter ac liberaliter aluiſſe ac hoſpitaſſe nõ valuiſſet. Euſebius ergo in Eccleſiaſtica hiſtoria ait, quòd fuit mulier ciuis Cæſareæ Philippi: in cuius teſtimonium dicit, Ante fo-

Lucæ.8. Eccle.3. Lucæ.8. Matth.8. Marci.5. 4.Reg.13. Lucæ.8. Marci.5 Marci.6. Num.15. Lucæ.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

res domus eius erectam imaginem æream genibus prouolutam, iuxta quam est imago Saluatoris dex E
teram protendentis ad statuam mulieris. Dicit Eusebius se ista vidisse. [*Dicebat enim intra se*] id est in
corde, [*Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero*] ab isto sanguinis diuturno profluuio. In quo ma-
gnitudo deuotionis ac fidei huius fœminæ declaratur, quæ non solùm per tactum manus, vt archi-
synagogus, sed etiam per tactum vestis Christi credidit omnem infirmitatem, quamuis naturaliter
incurabilem, posse curari. Nam & iste sanguinis fluxus, naturaliter incurabilis fuit, vt patet ex eius
diuturnitate & impotentia medicorum: in quos dum mulier omnia bona sua expendisset, nihil profe
Lucæ.18. cit secundum Lucam. Tantam igitur credidit Christo sanctitatem ac potestatem inesse, vt diffundere
tur per vestem, quæ licet in se virtutem sanandi non haberet, tamen inquantum erat operimentum
corporis Christi virtuosum & efficax fuit instrumentum curandi, interiori virtute redundante ad ex
teriora [*At Iesus conuersus*] id est retro seu post se aspiciens, [*Et videns eam*] oculo corporali, & notitia
approbationis [*Dixit, Confide filia*] magis quam ante, id est firmiter spera te obtinere quod cupis, atque
Lucæ.8. maiora. Inuitat ergo eam potius ad robur, augmentumque spei, quam ad ipsam spem: nam & ante
Marci.5. confidebat, aliter non tetigisset. Lucas & Marcus plenius recitant istud miraculum, quia secundum
eos Christus interrogauit, quis me tetigit? & Petro respondente, Præceptor turbæ te compri-
munt & affligunt, & tu dicis tetigit?. Christus repetiuit, tetigit me aliquis. Nam & ego noui vir-
tutem de me exisse. Quo dicto videns mulier quia non latuit, venit, procidit, & coram omnibus pro- F
fitebatur quid fecit, & quomodo ei acciderit. [*Fides tua*] id est actio fidei [*Te saluam fecit*] ab isto lan-
guore per modum causæ instrumentalis ac meritoriæ, id est merito fidei tuæ curata es à me, tanquam
à causa principali & efficienti. [*Et salua facta est mulier*] à profluuio sanguinis, & à peccatis [*Ex illa ho-
ra*] qua tetigit fimbriam eius. Christus equidem (cuius perfecta sunt opera) saluauit in anima, quos
saluauit in corpore, quamuis quidam eorum recidiuum inciderint, redeundo ad vitia. Moraliter per
mulierem sanguine profluentem intelligitur quælibet anima peccatrix. fluxu peccati atque immundi
tiæ contabescens, quæ à nullo viatore curari potest, sed tangendo fimbriam vestimenti Christi, id est
sacramenta Saluatoris recipiendo curatur. [*Et cum venisset Iesus in domum principis*] scilicet, Iairi archi
synagogi. Omittit Matthæus quòd alij Euangelistæ pronuntiant, videlicet quod Iesu existente in
via quidam venerunt dicentes ad Iairum, filia tua defuncta est, quid vltra vexas magistrum? Puta-
Deuter.31. bant enim Iesum non posse suscitare defunctam. quamuis potuerit agonizantem sanare. Propter
quod Iesus dixit ad Iairum, Noli timere. Tantummodo crede, & salua erit. [*Et cum vidisset tibice-
nes*] hoc est, quosdam homines lugubre carmen canentes ad prouocandum fletum in aliis. Tales
adducebantur antiquitus in funere magnarum personarum. Quemadmodum enim quædam sym-
phoniæ melodiæ, seu cantus prouocant ad audaciam, sicut in bellis: quædam ad lætitiam, quædam
ad deuotionem: sic quædam inducunt ad planctum, [*Et turbam multuantem*] hoc est, confusum so- G
num, & magnum strepitum facientem, loquendo, lamentando, & funeri necessaria præparando,
Marci.5. [*Dicebat*] ad eos, [*Recedite*] domum exeundo, & ab ista afflictione & tumultu cessando. [*Non e-
nim est puella mortua*] quoad me, quamuis naturali ordine mortua sit, [*Sed dormit*] mihi qui eam va-
leo facilius suscitare à morte, quam vos dormientem à somno. Itaque non est mortua, id est irrepa-
rabiliter destituta à vita, sed dormit dormitione mortis, simili dormitione somni. [*Et deridebant eum,
scientes quod mortua esset.*] laborabant enim in æquiuocis, & non intellexerunt profunditatem verbo-
rum Christi: & fortè puella ista non fuit mortua morte culpæ, quamuis fuerit mortua morte natu-
ræ, vt ideo quoque dictum sit, Non est mortua, sed dormit. [*Et cum ejecta*] hoc est, de domo ex-
pulsa esset [*Turba*] tumultuans, quæ propter incredulitatem & derisionem Christi, digna non erat
Lucæ.8. conspicere tantum miraculum, [*Intrauit*] cubiculum, [*Et tenuit manum eius,*] videlicet defunctæ puellæ
[*Dicens,*] imò secundum Lucam clamans, [*Puella surge.*] Cui hoc dixit, iam non erat puella, seu ca
dauer, seu corpus exanimatum, Anima quoque non surrexit localiter, nisi per accidens. Ponitur er
go pars pro toto. Corpori enim præcipitur, vt resurgat. [*Et surrexit puella*] In quo pensandum quod
3.Reg.4. non orando, sed imperando Christus puellam resuscitat, in quo eius omnipotentia atque diui-
4.Reg.4. nitas declarantur. ¶Recolamus qualiter Helias & Helisæus mortuos suscitarunt, moxque scie- H
mus quanta sit differentia in modo agendi illorum, & Christi: quamuis in facto conuenientia quæ-
dam consistat. Illi ad deum clamando, & super corpora extincta sæpius incũbendo, tandẽ impetrant
Lucæ.8. quod deposcunt: iste solo imperio operatur quod placet. Quanta ergo differentia est inter dominum
imperantẽ, & seruũ orantẽ: tantum iste illos excedit. Porrò secundũ Lucam nemo suscitationi puellæ
interfuit, nisi Petrus, Iacobus & Ioannes Christo familiarissimi, parẽtes quoq; puellæ. Quamuis au-
tem Saluator sine cõtactu potuerit illã reduxisse ad vitã, tenuit tamẽ manũ eius, ad ostendendũ, quòd
Marci.5. tua caro seu humanitas extitit instrumentũ vnitę ac operantis deitatis. Secundum Marcũ puella resus-
citata protinus ambulauit. quo viso, qui aderant obstupuerunt stupore maximo. Iesus verò vehemẽ-
ter eis præcepit, ut nemo hæc sciret iussitque puellę dari cibaria, & comedit, vt veraciter suscitata pro
baretur. Quamuis autẽ apostoli & parentes puellę tacuerũt, non vulgando miraculum istud: turba ta-
Lucæ.7. men ejecta, quę nouerat puellam verè defunctam, percepto quòd reuixisset, non tacuit: ideo subdi-
Matth. 9. tur, [*Et exijt fama hæc,*] id est rumor tanti prodigij [*In vniuersam terram illam,*] hoc est ad omnes habi-
Lucæ.7. tatores Galileę, in qua facta sunt hęc. ¶Denique tres mortuos legitur suscitasse Saluator, per quos
Ioann. 11. spiritualis suscitatio trium generũ hominũ impiorum mysticè figuratur. Suscitauit nanque filiã Iairi
in domo: per quod designatur spiritualis suscitatio eorũ, qui propter peccatum interioris consensus
spiritualiter mortui sunt. Alium suscitauit in via ad tumulum, scilicet vnicũ filiũ viduę: quo designa-
tur spiritualiter suscitatio impiorũ, propter peccatum operationis. vita gratię destitutorum. Tertium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſuſcitauit de monumento, vtpote Lazarum: per quod figuratur ſpiritualis ſuſcitatio habituatorum in malo, qui peſsima conſuetudine velut lapide grandi premuntur. Specialiter verò per Iairum, qui interpretatur illuminans, quilibet bonus ac doctus prælatus omníſque diligens propriæ animæ cuſtos exprimitur. Cùm ergo prælatus talis ſeu homo timoratus, conſpicit filiam ſuam, id eſt, congregationem ſibi commiſſam, ſeu propriam animam grauiter infirmantem, pergat per deſideria ſancta ad Chriſtum, eiq́ue procidens oret pro ſpirituali ſanatione huiuſmodi filiæ, quatenus Chriſtus per gratiæ in- Marci 5.
fuſionem, eam viſitare, viuificare: & ſalúare dignetur. [*Et tranſeunte inde Ieſu,*] id eſt, à domo archiſyna- Hierony.
gogi eo redeunte, & patriam ſuam intrante ſecundum Marcum, videlicet Nazareth ſecundum Hieronymum, [*Secuti ſunt eum duo cæci*] ducti ab alijs [*Clamantes & dicentes,*] tamen clamor & dictio idem fuit in re, ſcilicet dictio ſeu locutio clamoroſa ex magno affectu procedens, [*Miſerere noſtri fili Dauid*] noſtram cæcitatem tollendo, & noſtræ miſeriæ condolendo. Vocant autem eum filium Dauid, quoniam crediderunt eum eſſe Chriſtum, quem Iudæi communiter nouerãt de ſemine Dauid naſciturũ.
[*Cum autem Ieſus veniſſet domum*] id eſt, ad ſuum hoſpitium non enim habuit propriam domum, quia Lucæ. 9.
non habuit vbi caput reclinaret, [*Acceſſerunt ad eum cæci. Et dicit eis Ieſus, Creditis quia,*] id eſt, quòd [*Hoc*] vtpote lumen & viſum oculorum [*Poſſum facere*] id eſt, tribuere [*Vobis?*] Non ex ignorantia ſciſcitatur, ſed vt illi fideli oris confeſsione amplius mereantur, & vt manifeſtetur, omnia poſsibilia eſſe Marci 9.
B perfectè credenti. [*Dicunt ei, Vtique domine*] credimus hoc, aliter non te eſſemus ſecuti. [*Tunc tetigit oculos eorum dicens*] Secundum fidem veſtram]. i. prout credidiſtis, & iuxta exigentiam meriti fidei veſtræ [*Fiat vobis,*] hoc eſt, recipiatis quod creditis vobis poſſe conferri à me. [*Et aperti ſunt oculi eorum*] corporales proprio actu vtẽdo. [*Et comminatus*] id eſt, cum mina locutus, [*Eſt eis dicens*] cum imperio, quoniam mala eis minabatur, niſi obedirent ſuo præcepto quo ait, [*Videte*] quantum in vobis eſt, cauete, [*Ne quis*] abſentium [*Sciat*] iſtud miraculum. [*Illi autem exeuntes*] de domo in qua viſum receperunt [*Diffamauerunt*] id eſt, diuerſimode atque celebriter famauerunt ſeu famoſum fecerunt [*Eum*] à quo tantum beneficium erant ſortiti [*In tota terra illa*] Galilææ.

¶ Quæritur an hoc agendo benè fecerunt? Videtur quòd imò, quoniam ex magnitudine deuotionis & gratitudinis hoc fecerãt: apparet tamen quod non, eo quòd Chriſto non obedierũt. Et reſpondendum, quod omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Interdum ergo Chriſtus præcepit vel permiſit miracula ſua manifeſtari ad gloriam dei, & hominum ædificationem ſeu fidei confirmationem: vt inſtrueret nos, quod viciſsim debeamus ſimili ratione propria bona alijs propalare: iuxta illud, Luceat
lux veſtra coram hominibus. Vnde & Paulus virtutes ſuas & ſigna diligenter deſcribit, in tantum vt Matth. 5.
dicat, Nihilominus feci ab his, qui ſupra modum Apoſtoli. Aliquando verò Saluator iuſsit ſua mira- 2. Cor. 11.
C cula occultari, vt doceat nos hominum laudes & admirationes omnémque vanitatem abhorrere ac fugere. Illi verò qui nihilominus eius miracula ad dei gloriam prædicauerunt, dicuntur non feciſſe contra Chriſti præceptum: quia præceptum eius intelligebatur ſecundum vnam conſiderationem, videlicet ne talia ſigna panderentur ex vanitate propter iactantiam: & etiam vt per tale præceptum doceremur vanam gloriam abiicere. Voluit tamen ea manifeſtari propter alias rationes iam introductas. Idem autem ſecundum diuerſos reſpectus eſt volitum, & non volitum: ſic ergo cæci illuſtrati, mente magis quàm corpore, impleuerunt ſecundum quoſdam Chriſti præceptum, quoad verum intellectũ ipſius. [*Egreſſis autem illis*] duobus cæcis iam illuminatis de domo in qua illuminati ſunt, lumine luminum. [*Ecce*] qui aderant [*Obtulerunt ei,*] videlicet Chriſto [*Hominem mutum, dæmonium habentem*] id eſt, poſſeſſum à dæmone ipſum mutificante. Non enim hic homo mutus erat ex naturali defectu, ſed dæmonis operatione, vſum linguæ in eo impedientis. Quemadmodum nanque dęmones loqui poſſunt per homines à ſe obſeſſos idiomata talibus hominibus prorſus ignota, mouendo linguas eorum ad talium prolationẽ verborũ, eo quod natura corporalis obediat ſpirituali ſubſtantiæ quantũ ad motum localẽ, vt Thomas pulchrè declarat: ſic impedire poſſunt organa corporis humani ab actibus ſuis, videlicet linguam à loquela, ſicque efficiunt hominem mutum. [*Et eiecto dæmonio*] quod Chriſtus ab homine expulit, potenti imperio, quoniam omnia ſubiecta erant pedibus ſuis, [*Locutus eſt mutus*] id eſt, qui mutus extiterat. Ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus. Et ideo ſicut dæmon per ſuam præſentiam fecit hominem mutum: ſic per ſuam expulſionem, reſtitutus eſt homo priſtinæ facultati loquen
D di. [*Et admiratæ ſunt turbæ*] propter inſolitum opus. Imò duo ſigna in eodem pèracta ſunt, videlicet dæ- Pſal. 8.
monis eiectio & linguæ relaxatio. multóque amplius admirabilis, virtuoſus & glorioſus fuit modus agendi, quàm opus, ſcilicet quòd tam imperialiter atque faciliter, & item tam frequenter & quaſi innumerabiliter Chriſtus ſigna iſta peregit: ideo admiratæ ſunt turbæ [*Dicentes, nunquam apparuit ſic in Iſraël*] id eſt, Nunquam aliquis Iſraëlita, patriarcha ſiue propheta, tam glorioſe operatus eſt, vt iſte. Quamuis enim multi eorum fecerint ſigna maiora, quàm ſit dæmonem mutum expellere, ſicut Ioſue & Eſaias, ad quorum inſtantiam ſol à naturali curſu ceſſauit: nullus tamen in veteri teſtamẽto, tot & tanta fecit miracula, támque potenter & imperialiter ſicut Chriſtus. Propter quod Ioannes dicit, Ioan. 15.
Si opera (inquit) non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. [*Phariſæi autem,*] qui erant ambitioſi, auari & inuidi, maximè contra Chriſtum, quia eorum vitia increpabat liberrimè [*Dicebant*] ex inuidia rationis iudicium: obtenebrante. Amor enim priuatus & odium, peruertunt iudicium: iuxta illud Prophetæ, Nunquid veſtrum eſt ſcire iudicium qui odio habetis bonum? [*In principe dæmoniorum*, id eſt, virtute & cooperatione peſsimi dæmonis, huic ſeductori familiaris, cum quo pactum habet [*Eycit dæmones*] ab: obeſsis, ita quòd eiectio dæmonum eſt obedientia in ſuum ſuperiorem, ad cuius inuocationem iſte dæmonia eiicit. Dicebant itaque quòd Ieſus principi dęmoniorum, videlicet Beelzebub eſſet concors & familiaris, & quòd dæmon ille ſuperior præciperet dæmonibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inferioribus exire ab hominibus ad inuocationem seu imperium Iesu', quatenus homines existimantes talia fieri potestate diuina seducerentur, putando Iesum esse Christum siue prophetam. E
Sic quoque dicebant miracula Saluatoris fieri magicis artibus. Falsitatem verò huius dicti Christus infra euidenter ostendit, sicut patebit. [*Et circuibat Iesus*] cum discipulis suis [*Ciuitates omnes & castella*] Galileæ & aliarum terrarum vicinarum, & simpliciter omnes ciuitates & castella: vel quasdam
Marci 6. Lucæ 9. de omnibus, vt sit distributio pro generibus singulorum. Vel fortè est locutio hyperbolica, id est, per excessum prolata, ad insinuandum, quòd valde multa loca circuiuit. [*Docens in synagogis eorum*] videlicet Iudæorum, ad quas conuenire solebant vt audirent verbum dei.

¶ Porrò per hoc quòd Christus non solum ciuitates, sed & castella circuiuit, docētur prælati, & prędicatores non postponere curam paucorum, & eorum qui in paruis locis morantur, sed omnibus & singulis pro viribus prouidere. [*Et prædicans euangelium regni*] id est, euangelicam legem atque doctrinam, in qua regnum cæleste promittitur, & per cuius obseruātiam ad illud directe ac immediate pertingitur, [*Et curans omnem languorem*] grauiorem, [*Et omnem infirmitatem*] minorem vel languor refertur ad vitia animæ: infirmitas autem ad incommoda corporis. Nam quos curauit in corpore, sanauit quoque in anima. Primò itaque prædicauit & docuit: deinde ægritudines repulit, quatenus operatio miraculorum supernaturalem doctrinam commendaret, auditoribúsqùe vehementer infigeret, & vt eos quos sermo non emendauit, signa conuerterent. Frequenter Euangelistæ describunt Christi miracu- F
la in communi: nam tot, tanta, & talia extiterunt, quòd sigillatim & plene recitari non poterāt. in quo euidenter ostenditur virtus & veritas Christi, præsertim cum nil tale legatur de aliquo sancto veteris testamenti, quamuis Helias & Hælisæus plurima fecerint signa. Hinc Ioannes ait, Multa quidem alia fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse, eos qui scribendi sunt libros. [*Videns autem Iesus*] turbas ipsum sequentes, [*Misertus est eis,*] tanquam misericordissimus & amator præcipuus, [*Quia erant vexati*] lassitudine, famæ, & etiam dolore cordis propter cōmissa mala, & bona omissa, de quibus cord aliter multi eorum pœnitebant, ex verbis Christi ad compunctionem inducti. [*Et iacentes*] præ fatigatione, & fortè iacebant in terra sub diuo carentes hospitio quoniam plures eorum pauperes erant, nec poterant præ multitudine faciliter hospitari: & illum sequebantur qui personaliter non habebat reclinatorium capitis. Erant ergo afflicti, [*Sicut oues non habentes pastorem.*] quoniam sicut oues tales non habent alentem, & eas in stabulum colligentem ne deuorentur à lupis: sic isti carebant bonis doctoribus ac prælatis, excepto Christo & eius discipulis. Sacerdotes quippe & scribæ pascebant & quærebant seipsos, non gregem sibi commissum: de talibus enim dominus dicit per Prophetam, Qui comedunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt. Et per Hieremiam, Sacerdotes (inquit) non dixerunt, vbi est dominus, & tenentes legem ne- G
scierunt me, & pastores præuaricati sunt in me.

¶ Sed cum Christus sit pastor bonus, quomodo gregem se sequentem comparat ouibus sine pastore? Et respondendum, quòd excepit semetipsum. Vel ideo dicit eum similem ouibus sine pastore, quoniam licet ipse in spiritualibus pasceret se sequentes non tamen semper in temporalibus seu corporalibus, sed erant sæpe in magna penuria. [*Tunc*] Christus prouidus pastor [*Dicit discipulis suis, Messis quidem multa,*] id est, multi sunt parati audire & facere verba dei, qui messi comparantur, quia dispositi sunt congregari ac recipi in horreum Christi, tanquam boni fructus, & in virtute maturi. De talibus
Lucæ 3. enim ait Ioannes Baptista, loquens de Christo, Triticum colliget in horreum suum, videlicet in ecclesiam militantem & triumphātem. [*Operarii autem*], id est, boni & efficaces pastores, doctores ac prædicatores sunt [*Pauci,*] imò pauciſsimi: & tanto pauciores, quanto maior perfectio requiritur ab bonú pastorem, qui verbo & opere congreget populum in domum seu horreum dei. Nam etsi sint qui audiant, desunt qui dicant. [*Rogate ergo dominum messis,*] videlicet Christum omnium hominū dominatorem: seu deum trinitatem, dominum vniuersorum maximè electorum, in quibus actualiter dominatur dum ei obediunt. [*Vt mittat operarios,*] id est, fructuosos atque idoneos doctores & prælatos [*In*
messem suam,] id est, ad plebem ecclesiæ instruendam ac gubernandam. Maximum etenim, dei beneficium est, habere bonum pastorem: quoniam vere ait scriptura, Qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Hoc Moyses orauit dicens, Prouideat dominus deus spirituū vniuersæ carnis hominem, H
Num. 7. qui sit super multitudinem hanc, ne sit populus domini sicut oues sine pastore. Tales operarios pro-
Hiere. 3. mittit se dominus præstiturum per Hieremiam prophetā, dicens, Dabo vobis pastores iuxta cor meū
2. Cor. 3. & pascent vos scientia & doctrina. Ecclesia ergo quæ (secundum Apostolum) est dei agricultura, &
Esaiæ 6. secundum Esaiam dicitur vinea domini, ipsa quoque nunc dicitur messis domini.

¶ CAP. X. [*Et inuocatis duodecim discip. suis dedit.*]
Articulus. xix.

POstquam Christus docuit se rogādum, vt mitteret operarios in messem suam, statim nondum rogatus, saltem condignè, ex abundantia suæ clementiæ mittit operarios sanctos apostolos in messem suam, de qua alio asserit loco, Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Itaque postquam instruxit apostolos de euangelicæ legis doctrina, multísque miraculis eos confirmauit in fide, mittit eos vt alios doceant. Vt enim Dionysius protestatur, non est aptus alios ad deum reducere, purgando, illuminando, perficiendoque eos, nisi qui in seipso excellenter purgatus, illuminatus, perfectúsque fuerit, quate-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A nus de plenitudine eius accipiant alij[*Et conuocatis duodecim discipulis suis*,]puta apostolis ad se,[*Dedit illis*]Iesus[*Potestatem spirituum immundorum*,]id est virtutem supra & cõtra dæmones impuritate peccati repletos,[*Vt eiicerent eos*,]ab hominibus obsessis,in nomine Christi. Dedit quoque eis potestatem, [*Vt & curarent omnem languorem*,]difficulter sanabilem,inueteratum,latentem,[*Et omnem infirmitatem*,] facilius curabilem,hoc est,omne genꝰ cuiuscunque morbi. Vel per languorem inualetudo animæ seu peccatum:per infirmitatem verò morbus corporis designatur. Nam & corporum curatio ordinabatur ad animæ sanationem,de qua Hieremias,Sana me(inquit)& sanabor. Missi sunt ergo apostoli ad animas reparandas. Data præterea est Apostolis tanta miraculorum potestas,quatenus veritas euangelicæ prędicationis diuino testimonio fulciretur:& quia non aliter crederetur illiteratis ac idiotis[*Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc*]:Ponit Euãgelista nomina apostolorum,ne alij pseudoapostoli reciperentur quasi veri apostoli. Vt enim in epistolis Pauli frequenter ostenditur,tempore apostolorum,multi falsi Apostoli surrexerunt,dicentes se veros Christi apostolos.[*Primus*]dignitate,non vocatione,est[*Simon*,]qui alio nomine dicitur[*Petrus*,]& etiam Cæphas. Simon autem fuit primum nomen ipsius:alia duo nomina imposuit illi Christus. Simon interpretatur, obediens: Petrus, firmus: Cæphas, caput, vel principalis. Petrus tamen & Cæphas idem significant:ita quòd Petrus interpretatur firmus & principalis:similiter Cæphas. Vnde alio in loco Saluator,Tu vocaberis Petrus quod interpretatur Cæphas.[*Et andreas frater eius*] videlicet Petri. Quamuis autem Petrus & Andreas
B primo simul à Christo vocati sint ad apostolatum (vt dictum est supra)Andreas tamen primò à Christo vocatus est ad sui cognitionem: & cognito Christo, Andreas duxit fratrem suum Petrum ipso seniorem ad Christum.[*Iacobus*] maior, id est vocatione prior, & Christo familiarior, qui interfuit resuscitationi puellæ, transfigurationi, & trinæ orationi Christi tempore passionis, [*Zebedæi*] filius, [*Et Ioannes*] Euangelista[*Frater eius*,] vtpote Iacobi. Hos duos(vt Marcus refert) Christus vocauit Boanerges, id est filios tonitrui, propter altisonam & inuictam Euangelij prædicationem[*Philippus*,]quem Christus legitur apud Ioannem statim post suam baptizationem vocasse. Erat- Hiere.17.
que Philippus à Bethsaida, & frater Nathanaelis, de quo testatus est Christus, Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est.[*Et Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus*.] Lucas & Marcus nominant Matthæum ante Thomam, nec addunt publicanus. Matthæus vero sicut verè humilis, Thomam sibi præponit, seque publicanum appellat.[*Et Iacobus*]minor, filius[*Alphæi*,]qui dictus est frater domini,tanquam vultu & conuersatione ei conformis: & fuit primus Hierosolymorum Christianorum antistes.[*Et Thaddæus*,]qui aliis in locis vocatur Iudas Iacobi,id est frater Iacobi minoris, qui etiam(teste Hieronymo)dicebatur Lebbæus,quod interpretatur corculus, id est cordis sui diligens custos. Fuit ergo trimonius.[*Simon Cananæus*,]qui dicitur Chananæus, non quia de genere populi Chanaan, sed à vico Cana.vbi Christus conuertit aquam in vinum. Hunc Lucas vocat Simo
C nem Zelotem, quoniam Cana interpretatur zelus secundum Hieronymum.[*Et Iudas Ischariotes*]id est natus à vico Iudææ nomine scariot,[*Qui & tradidit eum*,]videlicet Iesum, dicens, Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Qui velut alter lucifer cecidit de cælo, & tanquam alter Satan adfuit inter filios dei.[*Hos duodecim misit Iesus*]ad prædicãdum binos & binos,seu cõbinatos secundum Marcum. Vnde quòd Matthæus & Lucas exprimunt eos combinatos,putant nonnulli ideo factum, quia illi pariter missi sunt qui combinantur. Denique post hanc missionem apostolorum, designauit dominus Iesus & alios septuaginta duos discipulos, & misit illos binos & binos ante faciem suam,vt Lucas refert.[*Præcipiens eis*,]puta apostolis,[*Et dicens, In viam gentium*]id est ducentem ad gentiles[*Ne abieritis*,]illas visitando seu instruendo.[*Et in ciuitate Samaritanorum*,]qui receperunt quinque libros Moysi, sed non prophetas, erantque natione gentiles, & à rege Assyriorum adducti,filiis Israël captis, prout in libris Regum plenius edocetur,[*Ne intraueritis*,]gratia prædicandi,nec
in villas aut castella eorum,[*Sed potius ite ad oues quæ perierunt*,]id est perditas,seu propter peccatũ dam- 4.Reg.18.
nationis obnoxias[*Domus*,]id est populi seu familię[*Israel*.]Potest autem per Israël intelligi Iacob patriarcha,de quo Iudęi exorti sunt,qui alio nomine nũcupatus est Israël,vel populus Israëliticus. Quẽ-
admodum ergo Christus ait,Non sum missus,nisi ad oues quę perieruut,domus Israël: sic & apostoD los mittit solùm ad illos,non quòd pse nullo modo missus sit ad gentes,præsertim cum in Actis Apostolorum dicat Apostolus,Notum vobis sit,quia gentibus missum est hoc salutare dei. Et Simeon iustus,Viderunt(inquit)oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, Sed quoniam primo ac principaliter missus est ad conuertendos Iudæos,deinde gentiles sic nunc iubentur Apostoli solis prædicare Iudæis, quoniam primò eis prædicari decebat quam populo peculiari, quorum patres ex quibus Christus,ad quos facta fuit de Christi aduẽtu promissio:& etiam vt Iudęi, inexcusabiles fierent de sua incredulitate. Si enim Christus suos discipulos ad infideles primò misisset,habuissent occasionem calumniandi atque dicendi, quòd ipse non esset Christus in lege promissus populo Iudæorum. Itaque quoniam Christus & eius discipuli ante passionem eius modico tempore prædicauerunt,idcirco ante passionẽ non prædicauerũt nisi Iudęis. Portò post resurrectionẽ di- Actu.27.
xit eis Saluator,Euntes in mundum vniuersum,prædicate Euangelium omni creaturæ. Et tamen nec Hiere.17.
hoc exequuti sunt apostoli.nisi post prædicationem Iudæis copiosẽ & diu impensam:quibus pro maiori parte induratis, ad gentes profecti sunt. Propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis, Vobis oportebat primum loqui verbum dei:sed quoniam repulistis illud, ecce conuertimur ad gentes.[*Euntes autem prædicate,dicentes, Quia appropinquauit regnum dei*]id est gloria regni cælestis, quia per Christi incarnationem ac meritum,ingressus regni patescit. Homines nempe elongantur ac distant à
regno cælesti,& vera fœlicitate per culpam. Quoniam ergo Christus venit tollere peccata mundi,id Actu.13.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

circo à tempore ſui aduentus appropinquauit hoc regnum, & homines ad eius adeptionem diſponi E
cœperunt. Nemo tamen ante paſsionem illud ingredi potuit. Conſequenter Saluator donat apoſtolis
congrua, proportionataque argumenta probandi doctrinam euangelicam, [*Infirmos curate,*] miraculo-
sè & inſtrumentaliter, diuinam potentiam, atque clementiam inuocando. [*Mortuos ſuſcitate.*] Non le-
guntur apoſtoli ante paſsionem mortuos ſuſcitaſſe, ſed poſtea. [*Leproſos mundate,*] orando pro curatio-
ne, eorum. [*Gratis*] id eſt ſine pretio veſtro ac meritò [*Accepiſtis,*] à me dona ſpiritus ſancti, videli-
cet gratias, gratis, datas, & gratiâ gratum facientem, alioqui gratia non eſſet gratia. [*Gratis,*] purè pro-
pter deum [*Date,*] aliis communicate ſpiritualia vobis conceſſa ſacramenta eccleſiæ, beneficia ſanita
tum, ſapientiam & ſcientiam, & cęteros actus ſpirituales, pro quibus nihil ſumendum eſt per modum
pretij, ne ſpiritualia temporalibus comparentur: quamuis aliquid accipi poſsit, tanquam ſtipendium
vitæ Hoc & Petrus in prima ſua hortatur canonica, dicens, Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in al-
terutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. [*Nolite poſſidere aurum*
neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris,] id eſt in burſis ad zonas pendentibus.
¶ Quid mirum ſi hoc dicatur ad diſcipulos, quibus & dixit, Qui non renunciauerit omnibus quę poſ
ſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus? Apoſtoli nanque eſſe debuerant cæteris omnibus maximà præ
dicatoribus exemplum perfectionis, videlicet paupertatis, & plenæ ſpei in deo, non cogitando de cra
ſtino: itémque de libertatis perfectione, ſola futuri ſeculi bona quærendo. Denique non ſolùm pro- F
hibuit Chriſtus apoſtolis nil horum poſsidere, ſed etiam nihil ſecum portare. Vnde apud Lucam, Ni-
hil (inquit) tuleritis in via, & cætera. Temporalium nanque poſſeſsio parit ſollicitudinem, & impedit
animi libertatem, ſicque efficit hominem minus expeditum ad infatigabile prædicationis officium.
[*Non peram*] id eſt repoſitorium victualium in via prædicationis poſsideatis aut circunferatis.
¶ Videtur contrarium quod ait Saluator Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, nunquid aliquid de-
Roma.11. fuit vobis? Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram. Sed & ipſe Saluator aliquid tulit in
via, videlicet ſacculum, peram, pecuniam, quorum Iudas cuſtos fuit. Nam cum in cœna Chriſtus ei
dixiſſet, Quod facis, fac citius putabant Apoſtoli quod dixiſſet ei, Eme nobis quæ ad diem feſtum
1.Petri.4. neceſſaria ſunt, Diſcipuli quoque eius intrauerunt ciuitatem Samaritanorum emere cibos. Et reſ-
pondendum ad primum, quod Chriſtus ſecundum congruentiam loci ac temporis, conuenientia
dedit præcepta. In legatione igitur Apoſtolorum, quæ facta eſt ante paſsionem præcepit ne quid
tollerent in via, quia tunc mittebantur ad notos, nec prædicabant mirabilia aut ſuper naturalia de
Chriſto, ſicut poſt paſsionem, vnde & & tunc perſecutionem perpeſsi non ſunt vt poſtea: ſed ſatis
prouiſum eſt eis ab his quibus prædicauerunt: ideo iuſsi ſunt pro tunc nihil ſecum portare. Poſt paſ-
Lucæ.4. ſionem verò cœperunt mirabilia prædicare de Chriſto, & hominum vitia ac idola publicè reproba-
Marci. 6. re, idcirco tunc permiſsi ſunt ſecum ferre neceſſaria vitæ. Quod autem apoſtoli poſt paſsionem hoc G
egerint, innoteſcit ex eo, quod ad Corinthios dicit Apoſtolus, Nunquid non habemus poteſtatem
mulierem, ſororem circunducendi, ſicut & cæteri, Apoſtoli, & fratres domini, & Cæphas? Ad ſe-
cundum dicendum, quod Chriſtus tulit & habuit talia pro communitate ſui gregis, & pro neceſsi-
Marci.6. tate egenorum, non quaſi priuata & propria bona. [*Neque duas tunicas*] ſuperiores ſeu tales quantum
Lucæ.22. vna duntaxat neceſſaria eſt, id eſt non habete veſtes ſuperfluas: iuxta quem ſenſum ait Ioannes Ba-
ptiſta. Qui habet duas tunicas, det non habenti. Hoc ergo intelligendum eſt, ſecundum qualita-
tem locorum ac temporum: quia in vno loco & tempore pauciora veſtimenta ſufficiunt, quam in
Ioan.18. alio. [*Neque calciamenta, neque virgam,*] Marcus refert Chriſtum dixiſſe, Nihil tuleritis in via, niſi vir-
gam tantùm, ſed calciati ſandalis. Quomodo ergo nunc dicitur, neque calciamenta, neque vir-
gam? Et reſpondendum, quod loquitur de integris calciamentis. Sandalia verò ſunt incompleta
calciamenta, nec reputantur pro calceis. Quod autem ad Epheſios dicit Apoſtolus, Calciati pedes in
præparatione Euangelij pacis, de ſpiritualibus calciamentis intelligi poteſt, de quibus in Canticis
ſcribitur, Quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis. ¶ Denique non omnia quæ iam iubentur
Ioan.4. apoſtolis, exiſtamanda ſunt omnibus prædicationibus ad literam eſſe præcepta, ſed his in quibus ea-
Lucæ.9. dem ratio inuenitur: ¶ De virga maior eſt difficultas. Vnde ſciendum, quod Chriſtus conceſcit dici- H
pulis portare virgam, ſumendo virgam literam, quoniam Iudæorum conſuetudo erat, vt doctores
& prædicatores eorum ferrent virgam in ſignum doctrinæ, & in ſignum quod his quibus prædica-
bant, tenebantur eis de victualibus prouidere. Sed hoc loco virga accipitur ſpiritualiter, pro inni-
tentia animi ſuper quamcunque rem temporalem, vel pro re temporali quantumcũque parua & vili
1.Cor.9. vt ſit ſenſus, Neque virgam, id eſt nolite alicui rei temporali inniti, vel rem temporalem quantum-
cunque minutam, quaſi propriam poſsidere. Cur autem nil horum poſsidendum ſiue portandum ſit
prædicatori, ſubiungitur, [*Dignus eſt enim operarius*] id eſt prædicator verbi dei, & miniſter altaris, ſeu
quilibet ſpiritualis in templo miniſtrans, & ſpiritualia populo exhibens, [*Cibo ſuo,*] id eſt neceſſariis
ad corporis ſuſtentationem. Imò hoc dictat ratio. lex que diuina, & ius humanum. Imò hoc ipſum
Lucę.3. Apoſtolus pro modico reputans, ſic ait, Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus; magnum eſt ſi ve-
ſtra carnalia metamus? Ideo iterum loquitur. Communicet autem qui cathecizatur ei qui cathecizat
in omnibus bonis. Itèmque, Dominus ordinauit his qui Euangelio deſeruiunt. de Euangelio viuere.
¶ Myſticè, per aurum hoc loco prohibitum, intelligitur ſapientia ſecularis: per argentum, ſermo colo
ratus, per pecuniam autem cupiditas: per duas tunicas duplicitas animi, vel ſanctitas ſimulata: per vir-
Ephe.6. gam, rigor vindictę: per peram, theſauri impietas. Omnia igitur hæc abiicienda ſunt prædicatoribus
Cantic.7. atque doctoribus Chriſti, quia vt ait Apoſtolus, Prudentia carnis, mors eſt. Et rurſus, Sermo (inquit)
meus non fuit in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. Iacobus quoque hortatur, Purificate cor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Purificate corda duplices animo.[*In quãcunque autem ciuitatem,*] id eſt,locum maiorem, [*Vel caſtellum*] id eſt,locum minorem[*Intraueritis*]gratia prædicandi,veſcendi,vel hoſpitandi, [*Interrogate,*] id eſt, ab hominibus locorum illorum diligenter inquirite,[*Quis*]habitator[*In ea*] ciuitate,id eſt,tali vel tali lo- lo,[*Dignus ſit*] veſtro introitu,ſeu hoſpitatione,id eſt,Non ad quemlibet indifferenter intretis ad veſcendum,vel quieſcendum,ſed ad aliquem bonæ famæ, ac vitæ laudabilis,ne ex diffamia & peccatis hoſpitis vos recipientis,incurratis diffamiam vel ſuſpitionem malam,& ne alios ſcãdalizetis,veſtráque doctrina vilipendatur ab aliis. Roma.8, 1.Cor.2. Iacob. 4.

¶Sed huic documento videtur contrarium, quòd ipſemet Chriſtus ad publicanos & peccatores ingreſſus eſt,conueſcens cum eis.Porrò apoſtoli & ſucceſſores eorum cùm ſint medici animarum, videntur potiſsimum ingredi debuiſſe domus peccatorum,non iuſtorum.Et reſpondendum,quòd pec catores,ad quos Chriſtus declinauit,veraciter pœnituerunt, & tales à predicatore ſunt viſitandi: qui verò indurati atque infames ſunt, non ſunt viſitandi à prædicatoribus: ſicut nec medicus viſitat languidos omnem medicinam & ſanitatis conſilium reſpuentes.[*Et ibi,*]id eſt,in tali hoſpitio[*Manete donec exeatis,*]id eſt,tandiu quouſque occurrat vobis rationabilis cauſa egrediẽdi de domo illa, videlicet vt alibi prædicetis,vel aliquid boni alibi efficiatis.Vult itaque Chriſtus ne prædicator more gyrouagi & hominis vani currat de domo ad domum, & locum ſine profectu frequenter tranſmutet: quia vt Marci.2. Lucæ. 7.

B Salomon profitetur,Sicut auis tranſuolans de nido ſuo,ſic homo qui relinquit locum ſuum : ſed actu prædicationis & corporalis neceſsitatis ceſſante,conuertatur ad deum,orationi,compunctioni,& contemplationi vacando,quatenus illic ſibi deus infundat,quod alijs poſtmodum affectuoſe proponat. Qui autem non valet corpus ſuum ſtabilire in loco,quomodo poterit cor ſuum ſtabilire in deo?[*Intrantes autem domum*]talem [*Salutate eam dicentes,*] id eſt,veram ſalutem ſeu fœlicitatem optate,& dicite habitantibus & exiſtentibus in ea,[*Pax*] exterior, ſcilicet quies ab hoſtium impugnatione. Paxque interior,puta tranquillitas mentis,ſit[*Huic domui.*] Quid enim Chriſtus pax noſtra aptius, quàm pacem mandaret?Eſt tamen pax quædam carnalis,& vitioſa quam habuit Adam & Eua,quam etiam habet ratio impij cum ſenſualitate.Hanc Chriſtus non mandat:iuxta illud,Non veni pacem mittere, ſed gladium. [*Et ſi quidem fuerit domus illa digna,*] id eſt,ſi exiſtentes in ea fuerint capaces pacis,ſe diſponendo ad grãtiam à vobis petitam:vel ſi fuerint præordinati ad pacem Chriſti, quæ omnem ſenſum exuperat,& prædeſtinati, [*Veniet pax veſtra ſuper eam,*]id eſt, pax quam eis optaſtis præſtabitur ipſis, & oratio veſtra pro illis exaudietur:[*Si autem non fuerit digna,*] id eſt, capax ſeu prædeſtinata, ſed obicem ponens & reproba,[*Pax veſtra ad vos reuertetur,*] id eſt,ſermo quo eis pacem petiſtis, vobis meritorius erit,& ſalutarem in vobis ſortietur effectum in preſenti & in futuro: iuxta quẽ ſenſum ait Pſalmiſta. Fpheſ.2. Geneſ.3. Lucæ.12.

C Oratio mea in ſinu meo conuertetur.[*Et quicunque non receperit vos,*]negando vobis hoſpitium,[*Neque audierit*]auribus cordis[*Sermones veſtros,*]veſtris exhortationibus obtemperando,[*Exeuntes foris de domo vel ciuitate*]non recipientium vos,[*Excutite puluerem de pedibus veſtris*,][id eſt, minutias terræ pedibus veſtris adhærentes remouete,& in loca illorum reijcite,in ſignum damnationis eorum,vt excuſio illa ſignificet illos in infernum excutiendos,& item quòd vos nil temporale ab ipſis quęſiſtis. [*Amen dico vobis,tolerabilius,*]id eſt,minor pœna[*Erit terræ,*]id eſt,populo[*Sodomorum & Gomorrhæorum,*]& per cõ ſequens,aliarum trium vrbium cum illis merſarum,videlicet Seboim, Adama,& Segor, [*In die iudicij quam illi ciuitati,*]id eſt,populo ciuitatis vos non hoſpitanti nec audienti.An hoc intelligendum ſit abſolute,ita quòd ſimpliciter omnibus conſideratis,maior erit damnatio horum, quàm, Sodomitarum, difficile eſt determinare.Videtur enim quòd ſic,quoniam cæteris paribus,maior eſt damnatio malorum fidelium:quàm infidelium: & tanto grauius eſt peccatum,quo maior gratia offertur ac ſpernitur. Sodomitæ autem non viderunt miracula,nec prædicationem tam efficacem, vt fuit ſermocinatio apoſtolorum.Oppoſitum verò huius apparet ex eo,quod in Geneſi legitur,quemadmodum homines Sodomitæ peſsimi erant,& peccatores nimis coram domino.Lyra ergo reſpondet,quòd comparatio iſta intelligenda ſit,ſolum quantùm ad aliquid,hoc eſt,quoad peccatum inhoſpitalitatis & immiſericordiæ Sodomorum,non quoad peccata eorum contra naturam: ita quòd Sodomitis remiſsius erit in die iudicij,quàm iſtis:non ſimpliciter,ſed quoad hoc quod minus peccauerunt,non exercendo opera miſericordiæ in ſuos,quàm iſti qui non recepe- Marci.6. Gene.13.

D rerunt apoſtolos,Sed huic ſolutioni videtur obſtare,quod Chriſtus ſimpliciter loquitur.¶Item qui non receperunt apoſtolos,non videntur minus peccaſſe quàm Iudęi tempore Ezechielis,& tamen de illis ait Ezechiel,quòd Sodoma non peccauit dimidium peccatorum illorum.Rurſus Sodomitæ trãſgreſsi ſunt legem naturalem duntaxat,iſti verò legem naturalem atque diuinam ſeu ſcriptam. Hæc tangendo,ſic dixerim,quoniam nil determinare audeo.Certum eſt tamen quorundã Iudæorum, eorum videlicet,qui Chriſtũ occiderunt, & fortè eorum qui occiderunt eius diſcipulos,peccata eſſe grauiora ſceleribus Sodomorum. Marci.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lucę.10. Eſaiæ 3. Pſalm. 57. Prou. 14. Prou, 11. Prou. 3. Prou. 7. Marci 13. Lucæ.12. Hie.9. Act. 25. 12. 1.Pet.3. Ioan.14 Pſal.84. Act.6. Lucæ 12 Galat.1. Matth. 25.



Vbinde Saluator docet diſcipulos, omnésque prædicatores ad veram prudentiam, ad inuictam atque fortiſsimam patientiam, ad plenam quoque habendam in deo fiduciam, [*Ecce ego mitto vos*] ad prædicandum, [*Sicut oues in medio luporum,*] id eſt, ſicut mittuntur homines pij, innocẽtes, ac ſimplices, qui ouibus cõparantur: inter rapaces, voraces, crudelésque homines, qui more luporum opprimunt innocẽtes iuxta illud Eſaiæ prophetæ, Quare atteritis populum meũ, & facies pauperum commolitis? Tales fuerũt ſacerdotes, ſcribæ, & phariſæi Iudæorum, qui Chriſtum & eius diſcipulos dilaniare conati ſunt. [*Eſtote ergo prudentes.*] id eſt, circunſpecti, cauti, ac prouidi, ne à lupis fallamini, [*Sicut ſerpentes*] qui obturant aures ſuas, ne audiant incantantem, & toto corpore caput ſuum, in quo vita conſiſtit, occultant, & protegunt. Sic nos aures obturemus, ne verba nociua, detractoria, aut deceptoria audiamus, quemadmodum Sapiens nos hortatur, Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam. [*Et ſimplices,*] id eſt, ſine felle amaritudinis, ſine ſimulatione ac duplicitate eſtote, [*Sicut columbæ.*] Non enim eſt ſenſus, vbi abũdat amaritudo: & væ dupplici corde, Ecce ordinata temperies, vt prudentia noſtra ſit ſimplex, non vulpina, aut verſipellis. Callidi nanque prouocant iram dei, & vir verſutus odioſus eſt F vt in Prouerbijs dicitur, Simplicitas quoque noſtra non ſit rudis, indocta, aut indiſcreta. De hac ſancta ſimplicitate Salomon ait, Simplicitas iuſtorum diriget eos, & iuſtitia ſimplicis diriget viam eius. Et alibi, Cum ſimplicibus ſermocinatio dei. Qui itaque inter peruerſos & perſequutores mittitur, viuit, & conuerſatur, maxima eget prudentia, ne aliquo modo peruertatur, aut mente lædatur ab ipſis. Idcirco Sapiens inquit, Dic ſapientię, ſoror mea es, & prudẽtiam voca amicam. [*Cauete autem,*] id eſt, voſmet ipſos obſeruate & cuſtodite [*Ab hominibus,*] ne detrimentum ſalutis & gratiæ inferant vobis, terrendo aut blandiendo. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, A filijs tuis caue, & à domeſticis tuis attende. Et Hieremias, Vnuſquiſque (ait) à proximo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. Et certè multum perfectus atque beatus eſt, qui ſe ita ab hominibus cauet, quòd nullus ſit ſibi peccati occaſio. [*Tradent enim,*] .i. adducẽt [*Vos in conſiliis,*] .i. ad loca ſecreta conſiliorũ, ſeu inter ſeipſos contra vos conſilia celebrantes, [*Et in ſynagogis ſuis,*] id eſt, publicis locis ſeu congregationibus, [*Flagellabunt vos.*] Hęc atque ſequentia non leguntur illata A poſtolis ſeu diſcipulis Chriſti ante ipſius paſsionem, ſed poſtea frequenter & copioſe, vt patet in Actis apoſtolorum. [*Et ad præſides,*] id eſt, iudices ſubſtitutos, quales fuerũt Feſtus & Felix, ante quos ductus eſt Paulus. [*Et ad reges.*] qualis fuit Herodes, qui Iacobum occidit, & Petrum incarcerauit, volens poſt paſcha producere eum populo, [*Ducemini propter me,*] id eſt, G ob conſtantem prædicationem fidei meæ, & nominis mei cultum atque amorem, [*In teſtimonium illis, & gentibus,*] id eſt in teſtimonium damnationis tam regum & iudicum vos condemnantium, quàm gentium eis conſentientium, vel vos eis præſentãtium: ita quòd veſtra innocens adductio, vera confeſſio, libera prędicatio, iniuſtáque paſsio teſtimonium perhibebit & declarabit illos eſſe damnabiles qui credere noluerunt, & vos perſequuti ſunt. Vel, in teſtimonium illis, id eſt, vt teſtimonium perhibeatis de me coram ipſis: vel, vt ipſi teſtimonium ferant aduerſum vos. [*Cum autem tradẽt vos*] ante conſpectũ regum & iudicium, [*Nolite cogitare*] .i. anxiè præmeditari, & cum ſollicitudine quadã inquirere, [*Quomodo aut quid loquamini,*] .i. per quem modũ, vel quã rationem ſeu reſpõſionem detis ad obiecta vel interrogata. Non prohibetur per hoc, quin homo poſsit facere quod in ſe eſt, ſagaciter conſiderando, quid & quàm conſtanter ac ſapienter reſponderi oporteat, præſertim cum princeps apoſtolorum dicat, Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos, de ea quæ in vobis eſt fide & ſpe. Sed ne homo in ſua præmeditatione, inquiſitione, vel eruditione confidat aut turbetur: & metuat ſi tempus præmeditandi non habeat. Huius inſuper efficax ratio aſsignatur, [*Dabitur enim vobis in illa hora*] traditionis veſtræ [*Quid loquamini,*] id eſt, diuinitus mentibus veſtris infundetur ac reuelabitur apta reſpõſio. Tũc enim potiſsimum adimpletur quod dominus loquitur, Aperi ſeu dilata os tuum, & implebo illud: cuius annectitur ratio, [*Non enim vos eſtis qui loquimini,*] quaſi principales loquutores, vel ex proprio ingenio reſpondentes, [*Sed ſpiritus patris veſtri,*] .i. ſpiritus ſanctus à patre æterno procedens, eſt [*Qui loquitur in vobis,*] id eſt, in anima veſtra, per inſpirationem internam, docendo vos: iuxta illud, Audiam quid lo H quatur in me dominus deus. Propter quod dicit Saluator, Paracletus ſpiritus ſanctus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Vel, Loquitur in vobis, id eſt, per os veſtrum, tanquam principalis loquutor, prout in Actis de Stephano ſcribitur, quòd Iudæi non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. [*Tradet autem frater*] infidelis [*Fratrem*] fidelem [*In mortem*] martyrij, [*Et pater*] infidelis [*Filium*] fidelem [*Et inſurgent filij*] infideles, [*In parentes*] fideles [*Et morte eos afficient.*] Hæc omnia frequenter contigiſſe in ſanctis martyribus, multæ teſtantur hiſtoriæ [*Et eritis odio omnibus,*] id eſt, aliquibus de omni genere hominum, puta cunctis peruerſis, de quibus dicit Apoſt. Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. [*Propter nomen meum*] .i. propter me, & propter fidem, ſpem, & charitatem, conuerſationem, & prædicationem, quam habetis in me. Veritas enim generat odium. Hinc Chriſtus inquit, Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuũ erat diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea adit vos mundus. Et Ioan. Nolite, inquit, mirari ſi odit vos mundus. [*Qui autem perſeuerauerit*] in fide, charitate, & opere, [*Vſque in finem*] vitæ præſentis incluſiuè, [*Saluus erit,*] beatitudinem patriæ conſequendo. In quacũque enim hora iuſtus receſſerit à iuſtitia, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradẽtur, vt ait Ezechiel. Et in ea affectione anima æternaliter manet, in qua ſeparatur à corpore, prout Salomon aſſerit, Si ceciderit (inquit) lignum ad auſtrum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A aut ad aquilonem,in quocunq; loco ceciderit,ibi erit.Sola ergo perſeuerantia coronatur, nec inchoaſſe,ſed conſummaſſe,virtutis eſt.Hanc vocem (qui perſeuerauit) non audiunt niſi oues [*Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta*] in qua principaliter eſtis,[*Fugite in aliam.*]Sic enim Chriſtus fugit in Aegyptum,& ſepius abijt, & abſcondit ſe. Petrus quoque de carcere ab angelo liberatus relicta Hieroſolyma,fugit in alium locum Sic & Paulus à Damaſco fugit.Et Stephano lapidato,fideles qui erant Hierosolymis,diſperſi ſunt per regiones Iudææ præter apoſtolos,quę omnia in actis recitantur. Matt.2. Act.5. Act.9. Act.8.

¶Sed videtur huic contrarium,quod apud Ioannem ſcriptum eſt,Mercenarius videt lupum venientem,& fugit,Et reſpondendum quòd iſta admonitio de fuga non eſt vniuerſaliter intelligenda, nec per modum præcepti communiter data. Quando enim ex fuga alicuius alij grauiter ſcandalizarentur, fides irrideretur,iuſticia opprimeretur,ſubditi periclitarentur,nequaquam eſt fugiendum, præſertim prælato,ſuperiori vel doctori niſi omnes ſimul fugere poſſint.Porrò cum ex fuga alicuius non immineat tale periculum,ſed potius aliquod commodum,ſcilicet,quia non expediret eccleſiæ tali paſtore, ſeu membro priuari, propter futurum profectum:& quia qui fugit,poteſt alibi fructicare,& in loco à quo fugit,alium idoneum loco ſui relinquere,tunc fugere licet. Fugere autem ex timore ruinæ, propter propriam infirmitatem non ſemper eſt illicitum,quamuis ſit imperfectum. Sed & multi ſanctorum ex feruore fidei etiam non requiſiti,obtulerunt ſeipſos ad martyrium. Et quaſi Apoſtoli quę-

B rent,quandiu fugiemus, reſpondet,[*Amen dico vobis,non conſummabitis,*] id eſt,perfectè non perambulabitis,nec prædicãdo circuieris,[*Ciuitates Iſraêl*]id eſt,populi Iudeorũ,[*Donec*] id eſt,antequam, [*Filius hominis veniat,*] id eſt poſt reſurrectionem ad vos reuertatur,[quemadmodum apud Ioannem ſcriptum eſt, Non vos relinquam orphanos,vado & venio ad vos.Et alibi,Iterũ autem videbo vos,Tempus quippe prædicationis Apoſtolorum in Iudea ante paſſionem modicum fuit, nec in eo poterant omnes ciuitates Iſraêl conſũmare,Vel ſic,Non conſummabitis,id eſt,non conuertetis ad fidem, ciuitates Iſraêl,id eſt,totum populum Iudæorum,vos & ſucceſſores veſtri,donec veniat filius hominis ad iudicium vniuerſale.Non enim generaliter conuertentur,niſi in fine ſeculi,inſtante ſecundo Chriſti aduentu [*Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum,nec ſeruus ſuper dominum ſuum*] Si per magiſtrum & dominum determinatè intelligamus Chriſtum,certum eſt nullum Chriſtianum hoc magiſtro ac domino eſſe maiorem vel parem. Si verò per magiſtrum & dominum intelligatur indeterminatè quicunque magiſter & dominus,intelligendum eſt verbum hoc formaliter,vt ſit ſenſus, Non eſt diſcipulus, inquantum diſcipulus,ſuper magiſtrum,id eſt,maior aut doctior eo,nec ſeruus,ſecundum quod taliſeſt ſuper dominum ſuum,id eſt,maior ac dignior eo. [*Sufficit diſcipulo,vt ſit ſicut magiſter eius*]id eſt,ei aſſi

C miletur,ſi tamen ille perfectus ſit. Alioquin æmulari oportet chariſmata meliora,& magis proficere præſertim cum dicat Propheta,Super omnes docentes me intellexi.Si verò per magiſtrum Chriſtus ſpecialiter deſignetur,tunc omnino ſufficit diſcipulo,id eſt,cuilibet Chriſtiano,vt ſit ſimilis Chriſto qui omnis perfectionis ac ſanctitatis exemplar eſt,cui nullus æquari valet ſeu parificari. Debet tamen eius ſequi veſtigia:iuxta illud,Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare.Et debet ſeruus eſſe contentus:vel[*Seruo*] ſuffice re debet,]*Vt ſit ſicut dominus eius*] id eſt, domino ſuo conformetur vt decet.Hæc Saluator ait,quatenus ſui ipſius exemplo prouocet diſcipulos ſuos & omnes fideles ad patientiam incõcuſſam.Vnde predicta applicans ad ſeipſum,adiecit,[*Si*] pro quia [*Patrem familias*] id eſt,me Chriſtum, eccleſiaſticæ familiæ patrem [*Beelzebub,*] id eſt, dæmonem ſeu dæmoniacum [*Vocauerunt*] Iudæi dicendo:In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia [*Quãto magis,*]id eſt,multo amplius,[*Domeſticos eius?*]id eſt,diſcipulos meos filios domus meæ quæ eſt eccleſia:appellabunt Beelzebub,aſſcribendo verba,facta,& ſigna eorum principi dæmoniorum. Matth,12. Lucæ,11. Ioan.6

¶Dicitur aliquis dæmon dupliciter,videlicet per naturam & per participationem ſeu imitationem diabolicæ prauitatis,& hoc ſecundo modo vocauerunt Iudæi Chriſtum Beelzebub : ſicq; Chriſtus ait de iuda,Nonne vos duodecim elegi,& vnus ex vobis diabolus eſt? [*Ne ergo timueritis eos,*] propter iniurias & contumelias,quas vobis poſſunt infligere,ſed potius exultate in omni aduerſitate,quam ab eis patimini:conſiderantes quid paſſus ſim ego,& gloriantes in hoc,quòd domino veſtro,ac magiſtro conformari meruiſtis,cum hoc ſit beneficium ingens.

¶Quid enim tam glorioſum eſt ſeruo,quàm vt domino ſuo aſſimiletur?Sæpe contigit vt aliquis in-

D iuriam paſſus doleat,& vlciſci ſe cupiat.Si verò conſpexerit alium,multo ſublimiorem eadem vel grauiora perpeſſum,& tamen ſeruare patientiam,incipit conſolari,& ab ira ceſſare dicens in ſe.Si ille tãtus talia patitur,quantomagis ego?Ita & nos,ſi chriſti paſſionem,patientiàmque penſamus,patientiam diſcimus,& cum Apoſtolo in tribulationibus iucundamur,Cur verò hi impij metuendi non ſint, ſubditur[*Nihil enim operum*] id eſt,nullum opus eſt iam ita abſconditum & ignotum.[*Quod non reuelabitur,*]id eſt,manifeſtum erit cunctis & ſingulis in die iudicij, quatenus omnes ſciant iuſtum eſſe iudicium dei.[*Et occultum*] id eſt,nullum propoſitum,conſilium,deſiderium,vel cogitamen eſt nunc ita ſecretum.[*Quod non ſcietur*] ab omnibus in die nouiſſimo,quando (ſecundum Apoſtolum) aduenier dominus,qui illuminabit abſcondita tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium. Quaſi dicat,Non curetis quid nunc patiamini propter me,quoniam venit hora,in qua veſtra patientia & illorum perueriſtas dignam ac iuſtam ſortietur mercedem,ſecundum illud Ioannis in Apocalypſi 22.Cap.Ecce venio cito,& merces mea mecum eſt dare vnicuique ſecundum opera ſua.]*Quod dico vobis in tenebris,*] hoc eſt in locis ſecretis, vel in tenebris,id eſt, in parabolis, myſteriis, & figuris, de his quæ euangelicam veritatem concernunt .[*Dicite*] alijs [*In lumine*] hoc eſt, publicè coram omnibus, [*Et quod in aure*] id eſt. in ſecreto, & quaſi ſilenter [*Auditis*] à me de finali omnium retributione, & cæteris fidei documentis, [*Prædicate ſuper tecta,*] hoc eſt ſtando in locis eleuatis atque patentibus, Apoca. 22. 1.Corin. 2. 1.Pet,2. Ioan.13. Ioan,14, Ioan.19. 1.Cor.4,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prout Esaias inquit, Clama, quasi tuba exaltans vocem suam. Et alibi, Super montem excelsum ascende, tu qui euangelizas Sion. Ad literam per tecta intelligi possunt, deambulatoria templi, super quæ ascendebant doctores Hebræorum prædicaturi populo. Vel, tecta domorum in Palestina, quę plana erant & apta vt super ea staret prędicans populo. [*Et nolite timere*] timore carnali & inordinato [*Eos qui corpus occidunt*] hoc est, tyrannos & persequutores. [*Animam autem*] rationalem [*Non possunt occidere,*] cum sit immortalis. Non ergo possunt ei auferre vitam naturæ, nec etiam vitam gratiæ, compellendo eam ad culpam, cum libera sit. Ideo dicit scriptura. Qui timet hominem cito corruet. Et Esaias, Nolite (inquit) timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum arescit? Non itaque cessemus ab opere bono propter tormenta quę reprobi infligere possunt, ne simus de eorum collegio, De quibus fertur in psalmo, Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Vnde rursus ait psalmista, Non timebo milia populi circundantis me. &c. Et, Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum. Et Iob, Si expaui (inquit) ad multitudinẽ nimiam. Si autem pensemus huius vitæ breuissimam vmbram, instabilem fluxum, & infinitam calamitatem, atque futuræ beatitudinis quæ pro temporali passione momentanea redditur merces in æternum mansura, non solum non timebimus, sed & affectabimus mori pro Christo, quoniam tamen hoc ipsum magna perfectio est, & donum dei, orare debemus cum Psalmista, A timore inimici eripe animam meam, videlicet, ne timeat persequentem. Veruntamen naturalis timor mortis, qui etiam fuit in Christo, non reprobatur, sed per rationem frenandus est, ne immoderatus consistat. quinimo cesset, [*Sed potius eum timere, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*] hoc est, damnare atque proiicere in infernum, videlicet deum: qui tanto amplius metuendus est omni persecutore, & impio homine, quãto pœnalior ac diuturnior est pœna inferni, quàm pœna huius mundi, temporalisque mortis. Ideo Propheta, Magnus es tu (inquit) & magnum nomen tuum in fortitudine quis non timebit, ô rex Gentium? Et sanctus Iob ait A facie eius turbatus sum, & cõsiderãs eum timore sollicito. Salomon quoque in Prouerbiis, In timore (inquit) domini, esto tota die, & habebis spem in nouissimo. ¶ Deniq; ad habendum cor tam securum ac imperterritum, iuxta illud, Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit, hortatur nos Christus ex consideratione diuinæ prouidentiæ omnia disponentis ac præmiãtis dicens. [*Nonne duo passeres asse væneunt?*] hoc est, pro nummo sic dicto venduntur. Est enim as assis genus nummi parui valoris. [*Et vnus ex illis*] passeribus venditis [*Non cadet super terram*] mactatus, id est, non occidetur [*sine patre vestro*] hoc est, nutu & prouidentia patris cælestis. Vnde in alio loco, inquit, Nonne quinque passeres væneunt dispondio? Et vnus illorum non est in obliuione coram deo? Est autem dispondium, duplicem valorem assis habens. [*Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.*] Quoniam omnia quantumcunq; parua & vilia, distinctè & perfectissimè cognoscuntur à deo. Ex his infert Saluator conclusionem intentam, [*Nolite ergo timere*] corporũ occisores, quasi deus non attendat nec curet de persequutione & morte vobis inferenda, nec præmium tribuat, quod vtique ita non est, [*Nam multis passeribus meliores estis vos,*] cum sitis rationales creaturæ, illæ verò irrationales. Si ergo illorum prouidentiam habet deus, nec sine eius nutu vnus illorum occidi tur, quanto magis habet curam vestri, & pensat, quid pro iusticia sustinetis, reddetq; premium copiosum? Ostendit pretereà Christus quanta sit merces timentium deum non homines persequentes, [*Omnis ergo qui confitebitur me,*] verbo & opere, seu confessiones fidei formatæ ac laudis diuinæ [*Coram hominibus*] maximè infidelibus, impijs, & tyrannis: quod se fecisse gloriatur Psalmista, dicens, Et loquebar in testimoniis tuis, in conspectu regum, & non cofundebar. [*Confitebor*] hoc est, approbabo, & ad me pertinere affirmabo [*Eum coram patre meo, qui in cælis est.*] quia cum fuerit meo tribunali præsentatus, iudicabo pro eo, & eius iustitiam commemorabo, imò Christus indesinenter confitetur tales pertinere ad se [*Qui autem negauerit me, coram hominibus, negabo & ego eum,*] nisi pœnitentiam agens, resipuerit, quemadmodum Petrus, qui post trinam negationem fleuit amare, & veniam meruit. [*Coram patre meo qui in cælis est.*] quia cum fuerit mihi ad iudicandum oblatus, pronunciabo sententiam contra eum, dicamque. Nescio te. ¶ Tripliciter Christus negatur, Verbo tantum, vt in his qui timore pœnarum christum negauerunt: Verbo & opere, sed non corde, vt cum malus Christianus dicit & agit contra fidem cum tamen non dubitet fidem esse veram: Opere sed non verbo iuxta illud Apostoli. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi. Potest etiam addi quartus modus, videlicet cum quis corde non credit, & tamen se credere asserit, vel ostendit. Quælibet harum negationum est peccatum mortale, saltem in casu aliquo. Vnde dicit Apost. Si negauerimus eum, & ipse negabit nos. Et alibi, Noli (inquit) erubescere testimonium domini nostri Iesu. [*Nolite arbitrari quod venerit mittere pacem*] carnalem mundanam, & in malo fundatam [*In terram*] hoc est, inter homines. Est igitur pax nociua & inordinata, quæ est concordia seu consensus, vel quietatio aliquorum in malo: quam Paulus sciens esse inter Sadducæos & Phariseos, ex industria rapit eam, dicens. De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor hodie. De qua pace dicit Saluator, Hierusalem, & quidem in hac die quæ ad pacem tibi. Et Psalmista, Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Denique alia est pax vera, spiritualis interna, que est tranquillitas mentis, ex ordiatione interiorũ (quã charitas facit) procedens. De qua fertur in Psalmo, Pax multa diligentibus legem tuam. Et Rursus, Mansueti delectabuntur in multitudine pacis. Ista non conuenit prauis: prout in Esaia scriptum est, Non est pax impijs, dicit dominus. Hanc Christus venit mittere in terram, sicut in Actis loquitur Petrus, Verbum (inquiens) misit deus in Israêl, pacem annuntians per Iesum. Vnde per Prophetam de Christo prædictum est, Et iste erit pax Assirijs, cum venerit, & cum calcauerit in domibus vestris. Et Zacharias dixit, Loquetur pacem Gentibus.

Esaię. 18. Esaiæ. 40. Prou. 19. Esaiæ. 51. Psal. 19. Psal. 52. Iob. 38. Psal. 61. Iob. 32. Proueb. 27 Frouer. 38. Lucæ, 11. Psal. 118. Matth. 26. Marci. 14. Tit. 1. 1. Tim. 2. Lucæ. 12. Actu. 4. Lucæ. 19. Psalm. 72. Psalm. 118. Psalm. 36. Esa. 57. Act. 10. Mich. 5. Zach. 9.

E F G H

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Conſequenter ergo Chriſtus, quaſi exponens ſeipſum, adiunxit, [*Non veni pacem*] iam dictam ac vi-
A tioſam [*Mittere, ſed gladium,*] hoc eſt eradicationem, ac ſeparationem huiuſcemodi pacis. Poteſt quo-
que per gladium accipi rigor perfectionis, quem docuit Chriſtus, vel ſerino euangelicus. de quo Pau Epheſi. 6.
lus, Et gladium (inquiens) ſpiritus, quod eſt verbū dei. Et in Pſalmo, Accingere gladio tuo, ſuper fœ- Pſalm. 44.
mur tuum potentiſsimè. Hinc in Eſaia Chriſtus teſtatur, Poſuit dominus os meum, quaſi gladium acu Eſaiæ. 49.
tum. Ad literam autem loquitur Chriſtus potiſsimum, de gladio ſeu diſcordia, quæ in toto orbe, ex
Apoſtolorum prædicatione ſequuta eſt, dum pene in qualibet domo quidam conuerſi ſunt, & quidā
in infidelitate manſerunt, inter quos diſſenſio fuit. Propter quod dictum eſt, Tradet frater fratrem in Matth. 10.
mortem, & pater filium. Vt enim dicit Hieronymus, Nullus fidus affectus inter eos eſt, quorū diuerſa Hierony.
eſt fides. [*Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum*] hoc eſt filium à patre diuidere, carnalem eo- Lucæ. 12.
rum pacem deſtruendo, & inordinatam vnionem, tollēdo, ne vnanimes ſint in peccato, ſed altero eo-
rum auerſo à me, alius conuertatur ad me. [*Et*] ſimili modo veni [*Separare filiam aduerſus matrem ſuam*]
malam amicitiam auferendo, & bonam inimicitiam, ſeu veram dilectionem inducendo, vt euellatur
carnalis affectus. [*Et nurum*] hoc eſt coniugem filij [*Aduerſus ſocrum ſuam*] id eſt matrem mariti. [*Et ini-
mici hominis*] patris familias erunt [*Domeſtici eius,*] quia commorantes ſecum ſibi aduerſabuntur atque
diſſentient. Hoc ipſum apud Michæam prophetam legitur, Vir fratrem ſuum venatur ad mortem. Ab Mich. 7.
ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, filia conſurget
aduerſus matrem, nurus aduerſus ſocrum, & inimici hominis domeſtici eius.

B ¶Venit igitur Chriſtus homines quantumcunque propinquos ſeparare ab inuicem, dupliciter. Pri-
mò, auferendo ab eis vnionem carnalis affectionis, & conſenſum in malo, & hæc eſt ſeparatio ſpiritua
lis, neceſſaria ad ſalutem, ſine qua nemo poteſt eſſe ſeruus vel diſcipulus Chriſti. Secundò, auferendo
ab eis vnionē conuictus & cohabitationis, trahendo quoſdā ad religionis ingreſſum, & hæc eſt ſepa-
ratio localis pertinens ad ſupererogationē. Qui autem amat patrē aut matrem carnalem [*Plus quam me*]
maius bonū eis optando quàm mihi, vel magis afficiendo ad eos, quàm ad me, ſeu magis inhærendo
eis q̄ mihi, aut magis appreciādo eos q̄ me, [*Non eſt me*] hoc eſt mea fruitione, aut dilectione [*Dignus,*]
cum non habeat charitatem ordinatam: & per conſequens, nec charitatem, cum ordo charitatis ſit in
præcepto. [*Et qui amat filium aut filiam ſuper me,*] hoc eſt plus quàm me, [*Non eſt me dignus.*] quoniam bo
num creatum, caducum, finitum præfert bono diuino, incommutabili, atque immenſo. Ordo nempe
charitatis efflagitat, vt deus ſummè & incomparabiliter, ac ſine menſura diligatur, videlicet. toto cor
de, tota virtute, &c. Deinde propria anima, deinde proximus, deinde proprium corp⁹. Inter proximos
verò maximè diligendi ſunt parentes, nec propter alicuius rei creatæ fauorem, amorem, ſiue intuitum
recedendum eſt ab amore & cultu diuino. ¶Denique in Euangelio ſecundum Lucam Chriſtus affir-
mat, Qui non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Nō quod
debeamus odio habere illos, quoad id quod ſunt, ſed quoad culpam quam habent, & quantùm nobis
C in via dei obſiſtunt. [*Et qui non accipit crucem ſuam,*] hoc eſt pœnitentiæ afflictionem, vitiorum & con-
cupiſcentiarum crucifixionem. [*Et ſequitur me*] ambulando per arctam viam, & ingrediendo portam
anguſtam, vel etiā mortem corporalem ſuſtinendo pro me, ſi ratio exigat, [*Non eſt me dignus,*] quia nō
habet gratiam gratum facientem. Idcirco hortatur Apoſtolus, Semper mortificationem Ieſu in cor- 2. Cor. 4.
pore noſtro circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Rurſuſque, Si com- 2. Tim. 2.
mortui ſumus, & conuiuemus: Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. Maledicti ſunt ergo qui nunc in Iob. 21.
deliciis & vanitatibus, vel voluptatibus viuunt, qui ~~ducunt in bonis dies ſuos~~, quia in puncto ad infer
na deſcēdent. Ex quo certiſimè conſtat impoſsibile eſſe nunc gaudere cum ſeculo, & poſt regnare cū
Chriſto, ſecundum quod Saluator noſter aſſerit, Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis. Væ vobis
qui ſaturati eſtis. Væ vobis qui hic habetis conſolationem veſtram. Totum equidem tēpus vitæ præ-
ſentis ad gemendū & flendum, ad pœnitentiam peragendam, ad ſuſpirandum ad patriam, ad pugnan-
dum contra vitia nobis indultum eſt, diſtrictéque requirendū eſt à nobis per Chriſtum, quomodo ſit
expenſum. [*Qui inuenit,*] hoc eſt verè cognoſcit, & ſpiritualiter diligit [*Animam ſuam, perdet eam,*] id eſt
præſenti ſeculo eam affliget, ac mortificabit, abſtrahendo ei delectabilia mundi, exponendóque eam
omni propter Chriſtum perſecutioni. [*Et qui perdiderit animam ſuam*] hoc modo [*Propter me,*] hoc eſt a-
D more mei, & vt mihi finaliter vniatur: quod tamen non eſt animā perdere ſecundum veritatem, ſed ſe-
cundum carnalium æſtimationem, [*Inueniet eam*] id eſt in futura beatitudine eam poſsidebit, & ſaluam
reperiet. Hoc eſt, quod alibi dicit Saluator, Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam Marci. 8.
cuſtodit eam. Alij ſic exponunt, Qui inuenit animam ſuam, hoc eſt præſentem vitam carnaliter inor-
dinatéque diligit, perdet eam, hoc eſt damnationi faciet eam obnoxiam, ſeu damnatione condignam,
cum præſens vita non ſit amanda in ſe, nec delitiosè fouenda, ſed ad futuram vitam ordinanda. [*Qui re* Lucæ. 9.
cipit vos] prædicatores & pauperes meos ad ſuam menſam, vel domum, neceſſaria miniſtrando, [*Me re-
cipit*] hoc eſt rem mihi tam gratam ac meritoriam facit, ac ſi meam perſonam reciperet. Recipit enim
membra mea, ſeu myſticum corpus meum. Hinc Chriſtus ad Paulum, Quid me perſequeris? Et ad Sa
muelem, Non te abiecerunt, ſed me. Tantus eſt amor dei ad nos, vt dicat per Zachariam prophetam,
Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. [*Et qui me recipit*] in propria perſona dum adhuc in mun- Zach. 2.
do viuo inter homines, vel in membris meis, vel ſpiritualiter in corde ſuo per fidem & charitatem, [*Re
cipit eum qui me miſit*] id eſt deum patrem, vel totam trinitatem, quæ inſeparabilis eſt. A qualibet nan- Eſaiæ. 48.
que perſona diuina miſſus eſt Chriſtus ſecundum quod homo, quemadmodum in Eſaia teſtatur, di-
cens, Et nunc dominus miſit me, & ſpiritus eius. Qui autem Chriſtum corporaliter recepērunt in
mundo, certum eſt, quòd rem deo patri gratam fecerunt, eúmque per gratiæ infuſionem ſpiritualiter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

suſceperunt. Qui verò me receperunt, Chriſtum, ſpiritualiter credendo in ipſum, receperunt & patrem, totámque ſuper benedictiſsimam Trinitatem. Vnde Ioannes ait in Epiſtola, Qui negat filium, nec patrem habet. Et qui non credit in filium, mendacem facit patrem: quia nõ credit in teſtimonium quo teſtificatus eſt pater de filio. [*Qui recepit prophetam,*] hoc eſt nuntium dei de futuris vaticinantem [*In nomine prophetæ*] id eſt ob hoc, quia propheta eſt, & inſpiratus ac miſſus à deo, [*Mercedem prophetæ,*] id eſt beatitudinem prophetæ in cælo paratam [*Accipiet*] à deo, quamuis non tantam ſicut propheta, niſi aliunde ſit magni præclaríque meriti: imò ſi talis receptus vt Propheta non eſſet verus, ſed pſeudopropheta, ſi tamen recipitur quia putatur propheta, recipiens non priuatur mercede veri prophetæ, quoniam deus mentalis intentionis inſpector eſt. [*Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti,*] hoc eſt ea ratione quoniam iuſtus eſt, & famulus dei, iuſtificatus à deo, non quia cognatus, aut cõpatriota, [*Mercedem iuſti accipiet*] à deo in patria pro operè miſericordiæ. Talis nanque receptio iuſti, cum ex charitate procedat, & actus miſericordiæ ſit, meritoria eſt vitæ æternæ. Si verò recipiens non eſſet in charitate, nil de condigno mereretur. Poſſet tamen deus ei charitatem infundere occaſione receptionis prę fatæ. [*Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis*] diſcipulis meis aut famulis, vtpote [*Calicem aquæ frigidæ,*] id eſt aquam frigidam tam modicam, quæ contineri poſsit in cypho [*Tantum in nomine diſcipuli,*] id eſt ideo ſolùm, quia diſcipulus Chriſti eſt, quod eſt ad Chriſti honorem conferre. [*Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.*] Deus enim nullum bonum dimittit irremuneratum, magíſque penſat affectum & intentionem quàm munus vel magnitudinem eius. Nullus ergo adeò pauper eſt, vt poſsit ſe de omiſsione operum miſericordiæ excuſare, cum regnum cælorum porrectione calicis aquæ frigidæ poſsit mercari, imò ſolo affectu, ſi deſit aqua.

1. Ioann. 2.

¶ Poſtremò ſapienter penſanda eſt diſcretio Chriſti in ſuis præceptis, quomodo rigorem iuſtitiæ clementia temperet. Qui enim præcepit prædicatoribus ſuis ſanctis Apoſtolis aliíſque diſcipulis nil poſſidere vel ferrè in via: nunc alios ad receptionem & ſuſtentationem illorum tam copioſiſsimis promiſsionibus incitat, vt aſſerat ſe recipi ab his, qui illos receperint, recipientes quoque aſſociandos receptis in gloria. [*Et factum eſt cum conſummaſſet*] id eſt terminaſſet, [*Ieſus ſermonem*] præhabitum, [*Præcipiens duodecim diſcipulis ſuis,*] puta Apoſtolis nihil poſsidere aut ferre in via, & cætera quæ nunc expoſita ſunt. [*Tranſiit inde*] id eſt à loco in quo iſtum ſermonem fecit [*Vt doceret prædicaret in ciuitatibus eorum,*] videlicet Iudæorum & Apoſtolorum, quia in eiſdem locis ad quæ præmiſit eos, & de quibus orti fuerunt, prædicauit dominus Ieſus.

Caput XI. [*Ioannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti.*]
Articulus, XXI.

Lucæ. 7. Marci. 6. Deuter. 17 Lucæ. 2. Marci. 1. Lucæ. 3. Actu. 19.

RECitata eruditione, ac miſsione Apoſtolorum, conſequenter agitur de præcurſore. [*Ioannes autem*] Baptiſta [*Cum audiſſet*] à ſuis diſcipulis, iuxta illud, Nuntiauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his, videlicet Chriſti miraculis, quomodo filium viduæ ſuſcitauit à morte, &c. Vnde iam ſubditur, [*Opera Chriſti*] miraculoſa [*In vinculis*] poſitus, hoc eſt ab Herode Antipa incarceratus ad inſtantiam Herodiadis, prout Marcus Euangeliſta deſcribit. [*Mittens duos de diſcipulis ſuis*] ad Chriſtum. Duos miſit ad ſocialis vitæ commendationem, & ad idoneam teſtificationem, quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbũ. [*Ait illi*] interrogando per internuntios, [*Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*] Ioannem non dubitaſſe de Chriſti perſona, videlicet quod ipſe eſſet rex Meſsias mundi Saluator in lege promiſſus, & à Prophetis prænuntiatus, omnes ſancti catholicíque doctores concorditer proteſtantur. Quomodo enim de hoc ambigere potuit, qui nondum natus Chriſti præſentiam ſe cognoſcere exultando monſtrauit? Qui aliis quoque Chriſtum monſtrando diſſeruit, Ecce agnus dei. Qui ſpiritum ſanctum in forma columbæ conſpexit, ſuper Chriſtum deſcendere, ſeque humiliando ei dixit, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Non ergo dubitando interrogauit.

¶ Sed vt breuior fiat tractatus, exponenda ſunt diligenter verba Baptiſtę, Tu es qui venturus es? Quare non ait, Tu es qui veniſti? Et ſi venturus erat, quomodo venit, vel quomodo venturus erat? Arbitror ego hæc verba Ioannis, dupliciter poſſe intelligi. Primò ſic, Tu, de quo talia audio, es, qui venturus es, hoc eſt, prænuntiatus, ſeu prophetatus es eſſe futurus, hoc eſt. An tu es Chriſtus, quem Prophetæ cecinerunt venturum? an alium expectamus? id eſt alium Saluatorem præſtolari debemus? Quoniam enim apud Iudæos celeberrima extitit fama Chriſtum tandem naſciturum, ſicut à principio mundi erat prędictum, idcirco per hanc circumlocutionem, Tu es qui venturus es, Chriſti perſona exprimitur: ſicut & alio loco ſcriptum eſt. Illi homines cum vidiſſent quod fecerat ſignum, dixerunt, Quia hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum. Hoc etiam patet per id quod in Actibus apoſtolorum Paulus affirmat, Ioannes baptizauit populum, dicens in eum qui venturus eſt vt crederent, hoc eſt in Ieſum. Si ergo hoc modo exponatur, certiſsimum eſt Ioannem non interrogaſſe hæc ex aliqua ſui dubitatione.

¶ Cur ergo interrogauit, imò quomodo interrogauit, cum interrogatio videatur eſſe dubia propoſitio? Et reſpondendum, quod interrogauit non ob propriam dubitationem, ſed propter diſcipulorum ſuorum ignorantiam, quos volebat ex Chriſti reſponſione doceri, & certificari. Nouerat enim in ſpiritu, qualiter Chriſtus fuerat reſponſurus. Vt enim ait ſanctus Hieronymus, diſcipuli Ioannis ſuper-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A bierunt, & aliquid mordacitatis habuerunt contra Christū. Nam ex liuore atq; inuidia scíscitabantur à Christo. Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui manducāt & bibūt? Simi- Matth. 19.
li mente dixerunt Ioanni Baptistæ, Magister cui tu testimonium perhibebas, ecce hic baptizat, & om- Ioann. 3.
nes veniunt ad eum, tanquam dicant, Nos relinquimur, & ad illum confluit turba. ¶ Prętereà quòd nũ
tiauerunt Ioāni opera Christi, nõ fecerũt simplici corde, sed inuidia stimulante, vt dicit glossa Lucæ,
Volens ergo Ioannes animas discipulorum suorum sanare, mittit eos ad Christum, vt visis eius mira- Lucæ, 7.
culis, credant ac diligant. Quærit autem non quasi dubitans, sed informationem nũtiorum desiderãs.
Vnde & Christus multoties interrogauit, quæ vtique non ignorauit. Vt cum dixit de Lazaro, Vbi po-
suistis eum? Et ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi? Et alias, Cuius est imago hæc &
superscriptio? Quandoq; enim interrogat homo vt instruatur. Interdum vt instruat. Interdum vt ex- Ioann. 11.
periatur si aliquis sciat, quod quærit. Interdum vt alterius ignorantiam monstret. Ioannes quæsiuit vt Ioan. 6.
discipuli sui instruerentur. Hæc dicta sunt secundum eos, qui exponunt hunc locum modo nunc ta- Matth. 21.
cto. Secundò exponitur sic, Tu Christe fili dei vnigenite, es qui venturus es ad passionem & lymbum Marci. 12.
inferi, an alium expectamus, qui pro mundi salute passurus sit, & ad infernos descensurus? Sic exponit Lucæ. 20.
Gregor. Tanquam dicat Ioannes, Quæro, an sicut natiuitatem tuam præcurri nascendo, & tuam ba-
ptizationem baptizando: sic tuum descensum ad inferos præcurram, nuntiando patribus in inferno te
B descensurum ad eos. Secundum Gregorium autem Ioannes quæsiuit duo. Primò, an christus per seip
sum descenderet in infernum. Secundò, an mori dignaretur pro humana salute. Et secundum Grego-
rium hæc interrogauit Ioannes de eis dubitando. Sed hoc communiter non tenetur. Ioānes enim fuit
plusquàm propheta, & replet' spiritu sancto in vtero matris, præcursor Christi, & iudicis præco: ideo
magis illuminatus fuit de Christo, & eius mysteriis, quàm prophetæ veteris testamenti. Quòd autem
Christus per se pro hominum redemptione moreretur, prophetæ sciuerunt, & apertissimè prædixe-
runt. Vnde est illud Danielis, Post hedomadas sexaginta duas occidetur Christus. Et Hieremias in-
quit, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, Esaias quoque ait, Ipse autem vulneratus Hier. 11.
est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Imò in Psalmo qui incipit, Deus Esaiæ. 52.
deus meus respice in me, passio Christi tam clare prædicta est, vt potius videatur illic res gesta narrari, Psal. 21.
quàm prænuntiari futura. ¶ Insuper quòd Christus per se ad infernum descenderet per Zachariam
prophetam prędictum est, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo Zacha. 9.
non est aqua. Ad quod pertinet illud Oseæ, Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferni. Et illud in Oseæ. 13.
Psalmo, Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem. Psal. 67.
¶ Veruntamen cognoscẽdum, quod expositio Gregorij sumpta est ex verbis Hieronymi, vel saltem
C consonat eis. Sic nanque exponit Hieronymus, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? hoc est,
Manda mihi, quia ad inferna descensurus sum: Vtrum te & inferis debeam nuntiare, qui nuntiaui su-
peris: an non conueniat filio dei vt gustet mortẽ, & alium ad sacramenta hæc missurus es. Hoc omnino
est quod dicit Greg. sed in hoc differunt, quia secundum Hieronymum, Ioannes non quasi ignorans
interrogat, & hoc melius sonat. [*Et respondens Iesus*] discipulis Ioannis [*Ait illis, Euntes renuntiate*] hoc est
pro nuntio mihi ab eo facto respondete [*Ioanni quæ audistis & vidistis,*] hoc est verba & opera mea, vt-
pote doctrinam meam, & quomodo verbis imperatiuis miracula facio, de quibus subiungitur, [*Cæci*]
hoc est qui paulo ante cæci fuerunt, nunc [*Vident*] miraculosè illuminati à me. [*Claudi*] qui vim progres-
siuam penitus perdiderunt, [*Ambulant*] curati à me. [*Leprosi mundantur*] à lepra. [*Surdi audiunt, mortui re-
surgunt.*] Secundum Augustinum incertum est quot mortuos suscitauerit Christus. Tres quippe legi
tur suscitasse: sed multa alia fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ nõ sunt scripta. Quòd
verò suscitauerit plures quàm tres, videtur ex verbis istis apparentiam quandam habere. Cum enim
dixit hæc verba, nondum suscitauerat Lazarum, quamuis fortasse suscitauerit filiam archisynagogi. &
filium viduæ. Si ergo Christus tempore huius responsionis non suscitasset nisi hos duos, non dixisset
forsitan, tam absolutè pluraliter, mortui resurgunt, præsertim cum secundum philosophum morale
sit in his quæ ad propriam commendationem pertinent, declinare ad minus, salua semper veritate. Sed
& omnes tres Euangelistæ omiserunt describere suscitationem Lazari, quæ tamen solennissima exti-
tit. Vnde probabile est, quòd quorundam aliorum suscitationes referre omiserunt. [*Pauperes euangeli-
D zantur,*] hoc est euangelica lege & gratia instruuntur, vel beati prædicantur: iuxta illud, Beati pauperes
spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Vnde per Esaiam prophetam ait Christus, Spiritus Esaiæ. 60.
domini super me, euangelizare pauperibus misit me. Et istud intelligi potest, tam de pauperibus spi-
ritu, quàm de pauperibus opibus, qui contemnunt terrenas diuitias. Sícque Christus ostendit se non
esse acceptorem personarum, dum non præfert diuites pauperibus, sed omnibus indifferenter euan-
gelizat. Prædictorum autem miraculorum multa fecit Iesus in præsentia discipulorum Ioannis se-
cundum quòd Lucas scribit, dicens, In ipsa hora curauit multos à languoribus & plagis, & spiritus
malis, & cæcis multis donauit visum. ¶ Quomodo verò Saluator ista miracula spiritualiter fece-
rit, facile est pensare. Spiritualiter etenim cæci vident, dum Christo desuper radiante, homines ab
ignorantia, errore, vel infidelitate purgantur. Surdi audiunt, dum rebelles verbo dei obediunt. Spi-
ritualiter nanque duritia obstinatæ mentis furditas appellatur. Leprosi mundantur dum à vitiis gu-
læ atque luxuriæ homines expurgantur. Claudi ambulant, dum pigri & instabiles, ad diuina effi-
ciuntur feruentes. Claudicatio enim obliquitas affectionis, accedia vel nutatio mentis accipitur: iux-
ta illud Regum, Vsquequo claudicatis in duas partes? Vnde Apostolus admonet, dicens, Rectos 3. Reg. 8.
facite gressus pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Mortui quoque re- Hebr. 12.
surgunt, dum impij pœnitent. Sed & pauperes euangelizantur, dum infirma & abiecta mundi, & ea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quę non ſunt,prędicantur deo electa,vt fortia & ſuperba confundantur.[*Et beatus eſt*]nunc in ſpe,beatificandus tandem in re,[*Qui non fuerit ſcandalizatus*]hoc eſt ad ruinam peccati, ſeu infidelitatis inductus [*In me,*] id eſt ex verbis & factis meis, præſertim ex humanitate eorum quæ in me apparent, vt quòd inter homines ambulo,manduco,& bibo:& ex acerbitate eorum quæ patior,& paſſurus ſum,vt quòd more aliorum fatigor,derideor,& morte turpiſsima occidendus ſum. Quemadmodum autem in Chriſto erat duplex natura,vna altiſsima & diuina, alia humilis & humana: ſic in Chriſto fuerunt quædam altiſsima,vtpote præmemorata miracula,& alia multa diuinitatis inſignia. Fuerunt quoque in eo quædam humillima & abiecta,vt quòd eſuriit,laſſus fuit,irriſiones ſuſtinuit,& tandem amariſſimam pertulit mortem. Quidam ergo penſantes magnalia chriſti, conceſſerunt quòd eſſet verus filius dei, ſed non hominis:& iſti ex magnificentia Chriſti ſunt ſcandalizati. Alij cõſiderantes abiecta Chriſti,vt quòd mortalis fuit,quòd expauit,triſtis fuit & cruci affixus eſt, cõceſſerunt quòd eſſet filius hominis,ſed non dei:& iſti ex humilitate Chriſti ſcandalum paſsi ſunt. Sícque nunc loquitur Chriſtus, tanquam dicat,Beatus eſt,&c.hoc eſt,Ille qui viſis miraculis meis credit me eſſe Chriſtum filium dei, & viſis tormentis,& tribulationibus meis,non diſcredit de mea maieſtate,ſed ſtabilis manet in fide,& charitate,beatus eſt. Talis tempore paſsionis fuit Maria.non Apoſtoli:quibus dicit Saluator, Omnes
Matth. 26. vos ſcandalum patiemini in me nocte iſta.Prædictis verbis tetigit Chriſtus Ioannis diſcipulos, qui ſcãdalizati fuerunt in Chriſto. Ex præinductis conſtat, quòd Chriſtus non reſpondet directè ad verba F
interrogationis ſancti Ioannis, ſed opera ſua iuſsit ei referri, quatenus ex illis miraculoſis effectibus Ioannes demonſtraret ſuis diſcipulis Ieſum eſſe Chriſtum, quoniam talia ſigna futura eſſe in Chriſti aduentu Eſaias prædixerat dicens,Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures ſurdorum patebunt.Tũc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum. ¶Inſuper Chriſtus conuertitur ad laudem
Eſaiæ.35. Ioannnis,Quoniam enim turbæ noueraut Ioannem ante ſuam incarcerationem teſtimonium perhibuiſſe Ieſu,quòd eſſet Chriſtus,& nunc quæſiuit, Tu es qui venturus es, poterant ſuſpicari Ioannem eſſe leuem,mollem,& mobilem:ideo hoc excludens Saluator,laudat Ioannem.non in præſentia diſcipulorum ſuorum,ne illis vel Ioanni videatur adulari.quoniam certum fuit quòd diſcipuli Ioannis referrent ei,quicquid à Chriſto audiſſent.Subditur itaque.[*Illis autem abeuntibus*]hoc eſt ad Ioannem redire incipientibus,[*Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne,Quid,*]id eſt qualem virum[*Exiſtis*]in deſertum vbi morabatur Ioannes[*Videre*]ante incarcerationem Ioannis. [*Arundinem vento agitatam?*] id eſt,An exiſtis ad hoc,vt videatis hominem leuem atque inſtabilem,ſimilem arundini ſeu calamo, quem ventus in omnem partem impellit,faciliter mouet,quaſi Ioannes ex animi leuitate nunc dubitet de me.
De quo dixit,Quia non ſum dignus vt procumbens ſoluam corrigiam calciamentorũ eius.Hoc Chriſtus interrogat,interrogando innuit talem non eſſe Ioannem.Quaſi dicat,Ioannes vir iuſtus & ſtabilis eſt,quem nulla culpa vel paſsio à rectitudine deiicit.Quemadmodum ſcriptum eſt,Homo ſanctus in ſapientia permanet,vt ſol:nam ſtultus ſicut luna mutatur,Et Salomon ait.Iuſtus quaſi fundamentum æternum.Tales ſunt omnes qui nec blandimentis,nec minis, nec amore,nec odio, nec proſperis, nec aduerſis à veritate & æquitate flectuntur.Sed homines vani cum laudantur,extolluntur:cum vitu
Eccle.27. perãntur,iraſcuntur, quaſi propter aliorum laudem aut vituperationem ipſi meliores eſſent vel deteriores.[*Sed quid exiſtis videre?*]ſecundum ſenſum prætactum, [*Hominem mollibus*] hoc eſt delicioſis indumentis[*Veſtitum?*]id eſt an talem videre exiſtis?Quod ſi feciſtis,erraſtis,quoniam Ioannes talis non fuit:ſicut ſubiungitur,[*Ecce qui mollibus veſtiuntur*]hoc eſt pretioſis & dulcibus veſtimentis, [*In domibus regum ſunt,*]id eſt in palatiis principum.Ioannes autem non in palatiis,ſed in eremo habitauit: non mollia indumenta,ſed veſtem de pilis camelorum portauit,cibúſque eius fuerunt locuſtæ & mel ſylueſtre.[*Sed quid exiſtis videre,prophetam?*]hoc eſt,Nunquid egreſsi eſtis ad videndum prophetam? Hoc Chriſtus quærit,ſed non negat,quin potius auget & roborat. Ioannes enim propheta fuit, ſecundum illud Lucæ,dicentis, Tu puer propheta altiſsimi vocaberis. [*Etiam dico vobis,& plus quàm prophetam*] exiſtis videre,id eſt exeundo ad videndum Ioannem egreſsi eſtis videre virum,qui eſt plus quàm pro-
Lucæ,1. pheta,hoc eſt excellens propheta,& maiori honore ac gratia atque cognitione de Chriſto decoratus, quàm cæteri prophetarum.Nã nóndum natus ſigno prophetauit, & Spiritu ſancto præuentus vſum rationis accepit & Chriſtum agnouit:Chriſtũ quoque baptizauit,ac digito demonſtrauit,& prophe- H
ta prophetatus eſt,atque angelus appellatus, erátque finis legis ac prophetarum, & nouæ legis exordium.Vnde dici poteſt horizon, ligamentum ac cingulus noui & veteris teſtamenti. [*Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt*]per Malachiam prophetam.[*Ecce ego*]deus pater,vel trinitas[*Mitto angelum*]hoc eſt nuntium,vel angelum[*Meum,*]id eſt hominem conuerſationis angelicæ.Vel Ioannes dicitur angelus,quoniam filius ſacerdotis,& per conſequens ſacerdos fuit,ſaltem ſecũdum authoritatem vel poteſtatem. Sacerdos autem angelus appellatur per Malachiam prophetam.dicentem,Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam,& legem de ore eius requirent,quoniam angelus domini exercituum eſt. Quemadmodum enim Dionyſius docet,infimum ſuperioris ordinis, & ſupremum inferioris ordinis,magnam conuenientiam habent in natura & appellatione: In eccleſiaſtica verò hierarchia ſacerdotes ſortiuntur primatum & ſummi cenſentur: idcirco nomen eorum qui in cæleſti hierarchia infimum ordinem ſortiuntur, conuenit eis, ita vt angeli nuncupentur. quia ſic appellantur cæleſtes ſpiritus de infimo or-
Ioann.1. dine ſpirituum ſupernorum.Quidam hæretici dixeruut Ioannem angelum incarnatum, ita quòd angelus appelletur,non tantùm ratione officij,ſed & veritate ac ſocietate naturæ. Itaque mitto angelum meum,de quo Ioannes inquit, Fuit homo miſſus à deo cui nomen erat Ioannes. [*Ante faciem tuam,*] id eſt ante tuam apparitionem,vel ante te ô Chriſte.Ioannes enim orſus eſt prædicare ante Chriſtum, & manifeſtationem Chriſti præceſsit:imò ipſe Chriſtum manifeſtauit,quẽadmodum apud Ioannem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A inquit, Vt manifeſtetur in Iſraël, propterea veni ego in aqua baptizans. [*Qui præparauit viam tuam*] hoc eſt fidem, doctrinam, & opera virtuoſa, per quæ Chriſtus ingreditur corda hominum, diſpoſitiue inducet in animas populi [*Ante te,*] id eſt antequam tu ô Chriſte venias ad prædicandum. Per hoc enim quòd Ioannes diſpoſuit animas Iudæorum ad recipiendum fidem, doctrinámque Chriſti, & ad pœnitentiam peragendam, præparauit Chriſto ingreſſum ad corda audientium. Vnde ſcriptum eſt, Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per ipſum. Hoc plenius expoſitum eſt ſupra cap. 3. quo legitur, Vox clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas facite ſemitas eius. Porrò Euangeliſta hoc loco ſenſum magis quàm verba Malachiæ allegat. Sic nanque continet noſtra tranſlatio, Ecce ego mitto angelum meum & præparabit viam ante faciem meam: ſed ſententia vna eſt, quia ſicut Ioannes diſpoſuit homines ad notitiam Chriſti: ſic & ad notitiam patris. Quod autem Ioannes meritò nuncupetur plus quàm propheta, ſubiungitur, [*Amen dico vobis, non ſurrexit*] id eſt ortus non eſt, nec ad virtutes aſcendit nec fuit [*Inter natos mulierum,*] id eſt inter eos qui ex fœminis à viris imprægnatis geniti ſunt, [*Maior,*] id eſt dignior aut ſanctior [*Ioanne Baptiſta.*] Mulier ergo hoc loco accipitur pro fœmina cognita à viro: ſicque Chriſtus natus de virgine, & virgo mater, quæ fuit inter natas, non inter natos, excipiuntur. Quamuis ergo nullus prophetarum & patriarcharum vel ſanctorum naturali ordine genitorum præferatur Ioanni, non tamen Ioannes cunctis illis præfertur, ſed poteſt eſſe æqualis eis. Matth. 3. Malac. 3. Lucæ. 7.

B ¶Hoc teſtimonio de Ioanne prolato, Chriſtus oſtendit ſe eſſe deum ac iudicem hominum: aliter non iudicaret nullum prædictorum Ioanne maiorem, quoniam (Salomone teſte) ſpirituum põderator eſt dominus. Propter quod ſtultum eſt diſputare de comparatione ſanctorum, quis maior ſit alio, niſi quantùm ex ſcripturis elicitur. [*Qui autem minor eſt in regno cælorum*] id eſt infimus beatorum, ſeu comprehenſorum in patria, [*Maior,*] id eſt perfectior [*Eſt illo,*] puta Ioanne Baptiſta: quoniam clarius videt & ardentius diligit deum quilibet comprehenſor, quàm aliquis purus viator. Præmium quippe excedit meritum, nec poteſt perfectio viæ æquari perfectioni patriæ, quia ſecundum Dionyſium, ſupremũ ordinis inferioris non attingit infimum ordinis ſuperioris, quamuis eius perfectioni multum propinquet. Veruntamen Ioannes & multi viatores in diſpoſitione propinqua maiores fuerunt multis beatis, quoniam tanti meriti extiterunt, quod amplior eis fœlicitas debebatur, quàm multis ſanctis in patria. Præterea aduertendum, quòd cum Chriſtus verba hæc protulit, nullus hominum adhuc in regno cælorum fuit, niſi ipſemet Chriſtus, ſecundum quòd ait, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis, qui eſt in cælo. Quod igitur dicit Saluator, Qui minor eſt in regno cælorum, non de hominibus, ſed de angelis ritè accipitur: & ita intelligi poteſt de dignitate naturali, vt ſit ſenſus, Qui minor eſt in regno cælorum, id eſt infimus angelorum, maior, id eſt dignioris naturæ ſeu ſpeciei eſt illo. Planum eſt enim quod natura angelica altior ſit, quantùm ad eſſentialia, natura humana: Prouer. 16. Ioan. 3.

C ſicque iis verbis Chriſtus excludit errorem dicentium, quòd Ioannes ſit angelus incarnatus. Vnde veritas quæ Ioannem appellauit angelum, volens hoc intelligi ratione officij, non naturæ, dicit minimum angelorum maiorem Ioanne. Quocirca vitandus eſt error Euſtachij Græci Epiſcopi, qui in commentariis ſuis ſuper librum Ethicorum aſſerit, nullum viatorem poſſe pertingere ad æqualitatem beatitudinis cuiuſcunque angelici ſpiritus: ita quòd poſt Chriſtum & virginem benedictam, nemo quantumcunque perfectus perueniat ad aliquem ordinem angelorum, ſed ex vniuerſitate hominum electorum, vnus ac infimus ordo conſtituatur in cælo. Quidam exponunt prædicta hoc modo, Qui minor eſt in regno cælorum, id eſt Chriſtus, qui in eccleſia militante minor fuit Ioanne hominum reputatione, & natiuitate poſterior, atque humilitate profundior, maior eſt illo, quemadmodum idem fatetur Baptiſta, Qui (inquiens) de cælo venit, ſuper omnes eſt. Et rurſus, Illum oportet creſcere, me autem minui. Ibidem.

¶Proſequutio cap. [*A diebus autem Ioannis Baptiſtæ.*] Artic. xxii.

D [*Diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur.*] quid eſt hoc? Quis enim vim inferat regno cęlorum? Et ſi illud vim patitur, cur potius à diebus Ioannis, quàm ante? vel quomodo à diebus Ioannis vſque nunc, id eſt hora qua Chriſtus hæc dixit, quaſi nec poſtea paſſum ſit vim? Eſt igitur ſenſus, A diebus autem, id eſt ab exordio prædicationis Ioannis Baptiſtæ, regnum cælorum, id eſt vita æterna, ſeu gloria patriæ, vim patitur, id eſt per violentiam quandam acquiri prædicatur. Ioannes enim primò ſic legitur prædicaſſe, Pœnitentiam agite, quia appropinquabit regnum cælorum. Sed pœnitentiam agere, eſt ſibiipſi bonam violentiam facere, affligendo & reprimendo ſeipſum. Non ergo ſic intelligendum eſt, quaſi ante Ioannis prædicationem potuerit aliquis regnum cælorum mereri ſine vitali, ſeu pœnitentia, ſed quia ante non docebatur apertè, quod regnum cælorum taliter acquireretur. Per hoc quoque, quòd dicitur, vſque nunc, non datur intelligi, quòd poſt verba hæc Chriſti, non patitur vim. Subditur enim, [*Et violenti,*] id eſt ſuperantes ſeipſos, qui contra ſeipſos & concupiſcentias, cunctáque vitia efficaciter pugnant, [*Rapiunt,*] id eſt cum labore & bona violentia capiunt [*Illud*] pro præmio ſui certaminis. Violenti ſunt ergo qui deſiderio patriæ, ſeipſos quotidie mortificant, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigentes: qui dicere poſſunt cum Propheta, Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Et cum Apoſtolo, Nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus. Foris pugnæ, intus Matth. 3. Lucæ. 3. Lucæ. 16. Galat. 5. Pſalm. 16. 2. Cor. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

timores. Dicitur itaque regnum cælorum vim pati, quoniam propter ipsum adipiscendum, infert homo sibiipsi vim bonam, & patitur affligendo seipsum, & ita est prædicatio causalis, cum dicitur, Regnum cælorum vim patitur, Vnde Lucas sic habet, Omnis in illud vim facit. Vel dicitur vim pati, quia per modum patientis se habet, dum homo cum grandi labore illud apprehendit, secundum quem sensum dominus ait, Laboraui sustinens. Et alio in loco, Si affiget homo deum, quia vos configitis me & inualuerunt super me verba vestra. Insuper Christus aperit causam, cur dixit à diebus Ioannis regnum cælorum vim pati. [*Omnes enim prophetæ, & lex*] Moysi [*Vsque ad Ioannem prophetauerunt*] id est obscurè & figuratiuè de Christo & regno cælesti annuntiauerunt sub promissionibus terrenorum bonorum, intelligendo cælestia, atque per corporalia bona, designando spiritualia beneficia Christi. Ioannes verò de his apertissimè nuntiauit, digito Christum demonstrans, regnúmque cæleste proprio nomine exprimens ac promittens. Et quòd iste sit sensus, patet per illud quod in Luca scriptum est, Lex & prophetæ vsque ad Ioannem, ex eo regnum dei euangelizatur. Sanctus Hieronymus ita exponit, Omnes prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, hoc est de Christo vaticinati sunt, quem Ioannes demonstrauit, & eius tempore fuit, Loquitur ergo de prophetis veteris testamenti, & per legem significat scripturam librorum Moysi. [*Et si vultis recipere*] id est cognoscere, [*Ioannes ipse est Helias*] non per essentiam, sed per magnam assimilationem, secundum quem modum quidam dixerunt Christum esse Hieremiam, alij Heliam, & Christus vocauit Iudam diabolum, [*Qui*] Helias [*Venturus est*] in fine seculi ad conuertendos Iudæos, vt præcedat secundum Christi aduentum sicut Ioannes primum: iuxta illud Malachiæ prophetæ, Ecce ego mittam vobis Heliam Tesbyten, antequam veniet dies domini magnus & horribilis. Dicitur ergo Ioannes Helias, quia vterque eremita, vterque similibus vestibus vtens, præcursor, præcóque iudicis, vterque ardentissimus zelator iustitiæ, rigorosus, strenuus & imperterritus: Nam sicut Helias corripuit Achab & Iezabel: sic Ioannes Herodem ac Herodiadem. Vnde de Ioanne prædixerat angelus, Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ. Sed quia hæc verba, quibus dictum est Ioannem esse Heliam, prudentem intellectum requirunt, ideo Christus adiecit, [*Qui habet aures, audiendi*] hoc est aures cordis, videlicet intellectum aduertentem ac studiosum: de quibus auribus scriptum est in Deuteronomio, Dixit Moyses ad filios Israël, Non dedit vobis dominus aures, quæ possent audire vsque in præsentem diem, [*Audiat,*] id est sapienter aduertat quod dixi Ioannem esse Heliam, ne incidat errore hæreticorum, & quorundam Iudæorum Platonem sequentium atque dicentium, Animas transcorporari. vt qui nunc est in isto corpore, sit idem qui olim fuit in alio corpore. Fideli igitur aure omnia verba dei aduertenda sunt, iuxta illud Sapientis, Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. [*Cui autem similem æstimabo*] hoc est iudicabo & pronuntiabo [*Generationem istam,*] id est rebelles atque peruersos Iudæos. Non de omnibus tunc præsentibus dicit hoc Christus, sed de scribis & pharisæis, de quibus sequenti capitulo scribitur, Generatio praua & adultera signum quærit. Vnde apud Lucam legitur, Omnis populus audiens, scilicet prædictas laudes Ioannis & publicani, iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti consiliũ dei spreuerũt, non baptizati ab corde. his itaque Christus nunc loquitur. ¶ Quærit quoque vt audientes ad diligentem aduertentiam excitet. Et respondet, [*Similis est pueris sedẽtibus in foro, qui clamantes,*] hoc est cantantes [*Coæqualibus,*] id est aliis pueris sibi numero paribus, [*Dicunt*] cum exprobratione [*Cecinimus vobis*] id est carmen lætitiæ cantauimus, [*Et & non saltastis*] id est nobis congratulati non estis, [*Lamentauimus,*] hoc est carmen lugubre vobis cecinimus, [*Et non planxistis,*] id est ad compassionem moti non estis. Pueris ergo, qui nec gaudentibus congaudent, nec dolentibus condolent isti assimilantur: cuius ratio subditur, [*Venit enim Ioannes Baptista neque manducans neque bibens*] hoc est, socialiter non conuersans, nec consueto cibo, potúque vtens, & frequenter ieiunans, sicut de eo prædictum est, Vinum & siceram non bibet, [*Et dicunt*] homines huius pessimæ generationis, [*Dæmonium habet*] id est dæmoniacus est Ioannes, & dæmonis operatione sic abstinet, abstractéque viuit. Possessi quippe & arreptitij multa agunt & sustinent, quæ alij agere, & pati non valent. [*Venit filius hominis*] id est Christus [*Manducans & bibens,*] hoc est socialiter viuens, cum hominibus vescens, & filiis suis licentiam manducandi concedens, dicendo, Nunquid ieiunare possunt filij sponsi, quandiu cum illis est sponsus? [*Et dicunt*] de eo, [*Ecce homo vorax*] instar lupi, seu canis famelici, quasi putaret se non posse saturari, [*Et potator vini,*] tanquam luxo & delitiosus, [*Publicanorum,*] id est magnorum & manifestorum præuaricatorum [*Et peccatorum*] hoc est aliorum minus malorum [*Amicus,*] quia manducat cum eis, non solùm amans eorum naturam, sed etiam culpas. Erat vtique Christus eorum amicus amando naturam, non vitia: nam & animam suam pro talibus posuit: & idcirco cum eis conuersari ac vesci dignatus est, vt sua pietate, charitate, ac mansuetudine eos ad pœnitentiam prouocaret. Quoniam enim mediator erat dei & hominum, reconciliator peccatorum, & medicus infirmorum ac miserorum, tales vitare non debuit, sed benignissimè reparare, conuersando cum ipsis. Prædictis itaque pueris assimilantur scribæ & pharisæi, quia nec Ioanni abstinenti, nec Christo manducanti se conformare vel credere voluerunt, sed vtriusque vitã peruersè interpretati sunt, & in sua obstinatione pertinaciter permansérũt. Referunt quidam quòd Iudei volentes filios suos ad virtutes prouehere, assueserunt eos ad ludos honestos. ita ꝙ pueri conuenerunt in forum, eisq; in duas partes æquales diuisis, vna pars cecinit carmen iucundũ, alia lugubre. Et quę cecinit carmen lætitiæ, exprobrauit alteri cur sibi non cõgauderet: similiter pars cãtans canticũ triste, exprobrauit alteri parti, cur sibi nõ cõpateretur. Et ista fiebant ad insinuandum vanitatem letitię, & defectum compassionis ac amicitię, in hoc mundo. Aliqui per pueros istos intelligunt prędicatores & discipulos Christi de quibus per Esaiam Christus testatur, Ecce ego

Lucæ.16. Esaiæ.1. Malac.3. Matth.16. Ioannis.1 Ioann.6. Malac.3. 3.Re.18.19. Lucæ.1. Deuter.21. Eccles.3. Matth.12. Lucæ.7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & pueri mei quos dedit mihi dominus, hi prædicauerunt Iudęis canticum iucunditatis ſpiritualis, vt delectarentur in deo: canticum quoque doloris, vt pœniterent. Iudęi verò nulli cantico conſenſerunt. Sed non videtur quòd prædictis bonis, ſanctiſque pueris comparentur Scribæ & Phariſæi, imò Chriſtus qui cecinit carmen conſolationis & gratiæ, Ioannes quoque canens carmen comminationis ac pœnitentiæ ęis aſsimilantur. Scribę autem & Phariſæi his aſsimilantur, qui nec flent cum flentibus, nec gaudent cum gaudentibus. Tales prô dolor adhuc multi ſunt qui omnia facta aliorum interpretantur in partem deteriorem, facientes ſibi de melle venenum, & bona quæ nequeunt imitari, malunt detrahendo & deridendo vituperare, quàm humiliter venerari. [*Et iuſtificata*] id eſt laudata & vera cognita, [*Eſt ſapientia,*] id eſt ſapientialis Chriſti doctrina, vel ipſemet Chriſtus, qui eſt increata ſapientia patris, [*A filiis*] id eſt ab amatoribus & ſtudioſis auditoribus eius, puta Apoſtolis, cæteriſque Iudæis fidelibus, qui (vt allegatum eſt) auditis prædictis Chriſti ſermonibus, iuſtificauerunt Deum, & Chriſti eloquia approbauerunt. Stultus autem (vt Salomon dicit) non recipit verba prudentiæ. Nec animalis homo percipit ea quæ dei ſunt, teſte Apoſtolo. [*Tunc Ieſus cœpit exprobare*] ex compaſsionis affectu vel zelo iuſtitiæ, non ex inordinato motiuo, [*Ciuitatibus,*] id eſt vrbium habitatoribus, [*In quibus plurimæ virtutes eius factæ ſunt,*] id eſt multa miracula à Chriſto, & fortè etiam ab Apoſtolis, [*Quia non egiſſent pœnitentiam*] ſtabilem viſis tot ſignis. [*Væ*] id eſt æterna damnatio imminet, [*Tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone,*] vrbibus idololatriæ deditis, [*Factæ eſ-*

B *ſent virtutes,*] id eſt miracula & efficaciſsimæ prædicationes, [*Quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio*] illud induendo, [*Et cinere*] illum capitibus ſuis ſuperponendo, vel in cinerem ſe proſternendo, [*Pœnitentiam*] egiſſent, quemadmodum Niniuitæ ad prædicationem Ionæ. Quàm verum ſit hoc, conſtat ex Actis Apoſtolorum, vbi fides atque deuotio Tyriorum deſcribitur, qui crediderunt Apoſtolis, maximè Paulo. Huic teſtimonio Chriſti omnino ſimile eſt quod ad Ezechielem dominus ait. Fili hominis non ad populum profundi ſermonis & ignotæ linguæ tu mitteris. Et ſi ad illos mittereris, ipſi audirent te: Domus autẽ Iſraël ad quam mitto te, nolunt audire te quia nolunt audire me. [*Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni*] i. populo vrbiũ harum in gentilitate defuncto, [*Remiſſius erit*] i. minor dãnatie, [*In die iudicij*] quoniam ſolam naturalem legẽ tranſgreſsi, ſunt, [*Quam vobis*] qui præuaricati eſtis legem naturalem, ac ſcriptam, & inſuper ſigna documentáque Chriſti paruipendiſtis, propter quod tantò grauiora ſunt ſcelera veſtra, quantò maiora beneficia contempſiſtis, & ingratiſsimi extitiſtis [*Et tu Capharnaum*] principalis vrbs Galilææ, [*Nunquid vſque in cælum exaltaberis*] ſicut præſumis, id eſt nunquid ad tantam ſublimitatem pertinges ſicut elatio tua conatur? Per talem enim modum loquendi deſignatur magnitudo ſuperbiæ, vt eſt illud in Pſal. Poſuerunt in cælum os ſuum, [*Vſque in infernum deſcendes*] propter pompam & ingratitudinem tuam. iuxta illud, Si aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Simile eſt quod ait Abdias propheta,

C Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde detraham te dicit dominus. Porrò Capharnaum, Corraſain & Bethſaida vrbes Galilææ ſitæ in littore laci ſeu ſtagni vel maris Genezareth, primò receperunt doctrinam Chriſti, ſed poſt redierunt ad vomitum: ideo non pœnituerunt veraciter ac ſtabiliter, ſicut ſupra cap. 4. plenius patuit. [*Quia ſi in Sodomis,*] id eſt in Pentapoli, propter peccatum contra naturam ſubmerſa. Illarum enim quinque vrbium principalis fuerat Sodoma, [*Factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te*] à meipſo [*Forte permanſiſſent vſque in diem hanc,*] id eſt habitatores pœnituiſſent, nec eſſent vrbes illæ ſubmerſæ, vel potius combuſtæ igne ac ſulphure. Dicit autem, fortè, non quaſi dubitans, ſed vt ſeruet ſobrietatem ſermonis, & libertatem voluntatis deſignet. [*Veruntamen dico vobis, quia terræ,*] id eſt habitatoribus olim [*Sodomorum remiſsius erit in die iudicij quam tibi*] & probabile eſt quod abſolutè, loquendo, minor erit damnatio Sodomorum quàm iſtorum, & quod minus grauiter peccauerint quàm iſti, prout in præcedenti cap. dictum eſt, de non recipientibus ipſos Apoſtolos. Meritò ait Pſalm. Venite & videte opera dei terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. Et, Iuſtitia tua ſicut montes dei iudicia tua abyſſus multa. Quis enim inueſtiget vel explicet cur iuſtus atque omnipotens deus coram illis miracula fecit, & illis nuntios ſuos ac prædicatores miſit, quos nouerat non credituros, & horum nullum fecit his quos nouerat credituD ros, ſi vidiſſent aut audiſſent quod iſti? Vnde cum Apoſtolo exclamare oportet, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, & cætera. Prætereà ipſemet Chriſtus cum iſta dixiſſet in vocem confeſsionis, laudis ac gratiarum actionis prorupit, ſicut ſubiungitur, [*In illo tempore*] cum iſta dixiſſet, [*Reſpondens,*] id eſt ad prædicta proportionatè ac pertinenter adiiciens, [*Ieſus dixit, Confitebor tibi,*] confeſsione laudis & gratiarum actionis, hoc eſt, laudo te & gratias ago, & ad manifeſtandum iuſtitiam tuam, dico ac fateor, [*Tibi,*] id eſt ad gloriam tuam, [*Pater*] mi naturalis, qui es aliorum pater per gratiam adoptionis, qui in Pſalm. ais ad me, Ex vtero ante luciferum genui te. Et, Ego hodie genui te, [*Domine cæli terræ*] id eſt cœleſtium atque terreſtrium, viſibilium & inuiſibilium dominator de quo Heſter ait, Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita. ¶ Eſt ergo duplex confeſsio, ſcilicet propriæ culpæ, de qua Dauid, Dixi confitebor aduerſum me iuſtitiam meam domino, & laudis diuinę, de qua Sapiens, Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te deum ſaluatorem meum, [*Quia abſcondiſti hæc*] myſteria fidei & ſacramenta nouę legis, & prędicationis meę noticiã [*A ſapientibus & prudentibus*] in oculis ſuis, de qualibus aſſerit Eſaias, Vę (inquiens) qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & corã vobiſmetipſis prudẽtes. Itémque, Sapiẽtia & ſciẽtia tua decepit te. Qui tamẽ veraciter ſtulti ſunt, quemadmodum Hieremias fatetur, Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua. In maleuolam enim animam non introibit ſapientia. Quamuis autem per ſapientes & prudentes intelligi poſſint omnes literati huius ſeculi, philoſophi & legiſperiti, & quos mundus reputat ſapientes: tamen

Rom. 12.
Prouer. 8.
1. Cor. 2.
Ioną. 4.
Lucæ. 11.
Actu. 12.
Exech. 3.
Pſalm. 17.
Iob. 20.
2. Petr. 2.
Matth. 4.
Gene. 19.
Pſalm. 33
Pſalm. 35.
Rom. 11.
Pſal. 104.
Heſter. 13.
Eſaiæ. 3.
Eſaiæ. 45.
Hiere. 10.
Sapien. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc loco per ſapientes & prudentes præſertim ſignantur ſcribæ & phariſæi, qui ſe eruditos putabant, E
ſequentes literam occidentem, non ſpiritum viuificantem. Dicuntur autem ſapientes quantùm ad no
titiam diuinorum, Prudentes quoad humanarum rerum notitiam. [*Et reuelaſti ea*] per illuminationem
internam, [*Paruulis,*] id eſt humilibus, de quibus ait Pſalmiſta, Declaratio ſermonum tuorum illumi-
nat, & intellectum dat paruulis. Et ſapientia in prouerbiis, Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Ad hos e
Pſalm. 118. nim quaſi ad valles profundas deſcendunt à patre luminum & fonte riui bonitatis, ac radij ſapientiæ,
Prouer. 9. quos corda pompoſa nequeunt continere: iuxta illud Pſalmiſtę, Qui emittis fontes in conuallibus, in-
Pſalm. 103. ter medium montium pertranſibunt aquę. Hinc dicit Apoſtolus, Videte vocationem veſtram fratres
1. Corin. 1. quia non multi ſapientes ſecundum carnem ſunt inter vos. Et rurſus, Nónné ſtultam fecit deus ſapien
Ibidem. tiam huius mundi? Sapientes ergo & prudentes in oculis proprij cordis propter ſuam ſuperbiam diui
Prouer. 11. næ veritatis illuſtratione priuati ſunt: Paruuli verò per humilitatem meruerunt à ſpiritu ſancto doce-
ri, ſicut apoſtoli aliique credentes, de quibus iam dicebatur, Iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis: propter
quod Salomon loquitur, Vbi humilitas, ibi ſapientia. [*Ita Pater,*] id eſt ſic verè eſt, & ita contingit ô pa
ter æterne, [*Quoniam ſic placitum fuit ante te.*] hoc eſt, in conſpectu tuo, vel in córde ac luce ſapientię tuę.
Tanquam dicat, Prima cauſa iſtius, quod quidam præ aliis illuminati ſunt, non eſt niſi ipſum benepla
citum voluntatis diuinæ. Quod enim vnus præ alio humilitatem, & cætera, quæ ad diuinam illumina-
tionem diſponunt, habet, originaliter procedit ex prædeſtinatione diuina, quam nulla præcedunt me
rita. Præterea quamuis in communi ratio aſsignetur, cur quidam electi, quidam præſciti ſint, vtpote F
quatenus miſericordia dei refulgeat in electis, qui ſunt vaſa pietatis in honorem & gloriam: & iuſti-
tia dei manifeſtetur in reprobis, qui ſunt vaſa iræ in interitum, in ſpeciali tamen cauſa dari non valet,
cur potius iſte quam ille electus ſit, niſi voluntas diuina. Propter quod ait Auguſtinus, Quem trahat,
& quem non trahat, cur iſtum trahat & illum non trahat, noli diiudicare, ſi non vis errare. Volũtas et-
enim dei, cũm ſit prima omnium entium cauſa, cauſam non habet. Nec tamen irrationalis vel iniuſta
eſſe poteſt, cum eſſentialiter ſit ipſa ſapientia, atque iuſtitia infinita. Quod igitur comprehendere nõ
valemus, cum omni reuerentia veneremur, quoniam ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Præ-
dictis Chriſti verbis conſonat illud Pſalmiſtæ, Brachium eorum non ſaluauit eos, ſed dextera tua &
brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Et quod in Exodo ait deus
ſublimis & benedictus, Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Ideo dicit A-
poſtolus, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. [*Omnia mihi tradita ſunt a patre meo.*] In Chriſto
Pſalm. 43. eſt duplex natura. Secundum ergo diuinam naturam, omnia, id eſt tota diuinitatis plenitudo & quic-
quid perfectionis in patre eſt, tradita, hoc eſt per modum naturalis emanationis data ſunt filio per ge-
Exod. 33. nerationem æternam, quemadmodum apud Ioannem ipſe proteſtatur, Omnia (inquiens) quęcunque
Roma. 1. habet pater, mea ſunt. Et rurſus ad patrem, Omnia (inquit) mea tua ſunt, & tua mea ſunt. Ex quo in- G
noteſcit, Sicut omnia hæc data filio, vt in patre permanſerũt, ita quod idem numero eſſe ac poſſe in v-
troque conſiſtat. Et quamuis in patre non ſit diuerſitas, ſed ſimpliciſsima vnitas, filius tamen plurali-
Ioann. 6. ter dicit, omnia, quoniam diuinitas patris omnium perfectiones, cum infinita plenitudine comprehen
dit. Vnde & Paulus pluraliter dicit. Inuiſibilia dei per ea quę facta ſunt, intellecta cognoſcuntur. In
ſuper ſecundum humanam Chriſti naturam omnia creata, data & ſubiecta ſunt ei, quantum ad autho
ritatem, ab exordio incarnationis. Nam eo ipſo quo eius humanitas vnita eſt verbo hypoſtatica vnio
ne, prælata eſt omni creaturæ. Propter quod ait, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. In re
ſurrectione verò omnia data ſunt Chriſto homini, quantum ad manifeſtationem, quia ex tunc cœpit
Roma. 1. innoteſcere, & publicè prædicari excellentia Chriſti. Ideo infra, Data eſt (ait) mihi omnis poteſtas in
cælo & in terra. In die autem iudicij, omnia ei ſubiicientur, quantum ad pleniſsimam exequutionem.
Loquendo autem de Chriſto, ſecundum quod eſt mediator dei ac hominum, ſic omnia tradita ſunt ei
à patre, id eſt omnia genera hominum ſaluandorum, ſeu omnes electi, qui per ipſum reducuntur ad pa
Ioannis, 5. trem: de quibus ait, Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Et, Nemo venit ad pa-
Matth. 28. trem niſi per me. Et item ad patrem loquens, Dediſti (inquit) ei poteſtatem omnis carnis, vt omne
quod dediſti ei, det eis vitam æternam. [*Nemo,*] id eſt nullus ſeu nulla intellectualis perſona [*Nouit fi-*
lium] ſecundum eius diuinitatem notitia comprehenſionis perfectæ, [*Niſi Pater*] æternus, qui æqualis H
eſt filio, in eſſendo & cognoſcendo. [*Neque patrem quis nouit*] notitia plenæ comprehenſionis, [*Niſi fi-*
lius] patri æqualis, [*Et cui voluerit filius reuelare.*] per fidem in via, vel per ſpeciem in patria, vt ſunt homi
nes electi, & angeli ſancti, non quòd iſti ex reuelatioue Chriſti agnoſcent patrem, aut filium modo
Ioann. 12. prædicto, videlicet comprehenſione plenaria: imò omnis intellectus creatus in infinitum diſtat, id
Ioann. 14. eſt occumbit & deficit ab huiuſcemodi notitia dei immenſi, ſeu ſummæ trinitatis atque cuiuſlibet di-
Ioann. 17. uinæ perſonæ. Quoniam ſicut deus eſt infinitæ actualitatis ac perfectionis, ſic eſt infinitæ cognoſcibi
litatis. Non ergo comprehenditur plenè, niſi ab intellectu virtutis & capacitatis immenſæ. Denique
per hoc quod dictum eſt, Nemo nouit filium, niſi patẽr: nec patrem, niſi filius, non excluditur quin fi
lius cognoſcat ſeipſum, & pater ſimiliter. nec excluditur ſpiritꝰ ſanctus à notitia patris & filij: quia in
his quæ abſolute dicuntur de deo, quod de vna perſona affirmatur, de qualibet trium verè accipitur.
Vnde Apoſtolus dicens. Quæ dei ſunt nullus nouit, niſi ſpiritus eius. Non negat quin pater & fi-
lius cognoſcant quæ dei ſunt. Patet quoque ex his quòd nulla diuina perſona nec trinitas cognita
ſit ex lumine naturali, ſed ex reuelatione ſupernaturali per fidem. Poſtremò ſecundum principem
theologorum in libro myſticæ theologiæ, imò ſecundum theologos atque philoſophos communi-
ter & concorditer perfectiſsima cognitio quæ haberi poteſt de deo in via, eſt per meram ac puram

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ablationem seu negationem: ita vt vniamur deo tanquam enti incomprehensibili & prorsus ignoto, quantum ad quid est. Et quia Saluator dixit sibi omnia tradita à patre, & se patrem perfecte cognoscere: ideo monet nos, vt confidenter accedamus ad ipsum, quemadmodum Saluator ipse monet, Eum (inquiens) qui venit ad me, non eijciam foras. [*Venite ad me*] spirituali accessu seu mentis cõuersione, iuxta illud Prophetæ, Venite & reuertamur ad dominum. Et rursus, Cõuertimini ad me in toto corde vestro. Vnde & Iacobus dicit, Appropinquate deo & appropinquabit vobis. Hoc est ab istis caducis, terrenis & vanis auertite corda vestra, & ad summum bonum dirigite ea, totumque affectum vestrum & cogitatum in Christo stabilire satagite sicut ait Psalmista, Deus cordis mei & pars mea, deus in æternum. [*Omnes qui laboratis*] in via huius exilij. Homo enim ad laborem nascitur, & auis ad volatũ. Quidam enim laborant in operibus pœnitentiæ, quidã in opere manuum, quidam in diuersis languoribus. Quidam in actibus vitiosis, prout apud Sapientem deplorant, dicentes, Lassati sumus in via iniquitatis. Quocunque ergo labore laboremus accedamus ad Christum, malos labores dimittendo, & bonos continuando vel in melius transferendo, eũdo videlicet de labore actionis ad quietem contemplationis, [*Et onerati estis*] malis culpæ & pœnæ seu onere obseruantiarum legalium, quod (Petro teste) importabile fuit. Est autem onus quoddam graue, vniuersis commune, ex originali peccato secutum, de quo in Ecclesiastico legitur, Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super omnes filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Propter quod ait beatus Iob, Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miseriis. [*Et ego reficiam vos*] id est, confortabo & consolabor vos, minuendo grauitatem laboris, vt opera bona quæ cum difficultate, tædioque fecistis, cum feruore & gaudio facere incoetis, sicut ait Propheta, Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meũ. Hinc Saluator inquit, Qui sitit, veniat ad me & bibat. Et Apoca. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Sic refecta fuit sponsa, quæ ait in Canticis, Introduxit me rex in cellam vinariam. Hæc refectio inchoatur in via per gratiam, & consummatur in regno per gloriam. [*Tollite iugum meum super vos*] id est, præceptis meis subiicite vosmetipsos, & euangelicam legem seruate. Vnde inobedienti populo dicit dominus per Hieremiam, A seculo (inquiens) confregisti iugum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. [*Et discite a me*] non miracula facere, non mundum creare, sed [*Quia mitis sum*] inordinationem iræ & impatientiæ penitus nõ habendo. Mititas quippe seu mansuetudo propriè dicitur virtus moralis iram refrenans. Mitis vtique imò mitissimus extitit Christus, qui tanquam ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente obmutuit. [*Et humilis corde*] quia quicquid ago, ad gloriam patris refero, & ei omne bonum adscribo, nullum contemno, claritatem ab hominibus non accipio, in medio discipulorum sui sicut qui ministrat, pedes eorum laui, in omnibus meipsum humilitatis exemplum præbui. [*Et inuenietis requiem animabus vestris,*] id est, in me dulciter quiescitis, motibus iræ atque superbiæ mitigatis. Qui enim mitis & humilis est, ad contemplationem & stabilitatem mentis aptissimus est, & delectatur in multitudine pacis. Hinc Hieremias ait, Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Hæc requies perficietur, & plena erit in patria. Non enim perfecte quietatur cor nostrum, nisi summo bono fuerit immediate seu fruitiue coniunctum. Ideo dicit Psalmista, Conuertere anima mea in requiem tuam. [*Iugum enim meum*] id est, obseruatio præceptorum [*Suaue est*] diligenti, quoniam nulla forma delectabilius vel facilius agit quàm charitas. ideo ait scriptura, Iudicia domini, id est, præcepta vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum, & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea. [*Et onus meum leue*] est scilicet obseruatio consiliorum: quæ sicut pigro & frigido, extat grauissima, sic feruido amatori leuissima est atque dulcissima: ita vt dicat, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et, Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam.

B

C

Ioan.6. Oseę.3. Iacob.4. Psal.72. Iob.5. Sapien.5. Act.15. Eccl 40. Iob.14. Psal.118. Ioan.7. Apoc.21. Cant.2. Hiere.20. Psal.114. Psal.118. Rom.8.

¶Quæritur si iugum Christi suaue est, & onus eius leue, quomodo ait, Intrate per angustam portam. Et, Arcta est via quæ ducit ad vitam. Itemque, Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiũt illud? Et respondendum, quòd vnum & idem est angustum, laboriosum & graue, incipienti imperfecto & spiritualem consolationem nondum experto: quod tamen lætum, iucundum, & leue est exercitato, proficienti, perfecto & habituato in bonis. Denique mandata atque consilia Christi ex sua natura dulcia extant & leuia, quamuis per comparationem ad nostram fragilitatem & pronitatem in malum, difficulter in principio impleantur.

D

¶Quæritur etiam an iugum Christi seu Euangelica lex grauior sit ad obseruandum, quàm lex Mosaica? Et videtur quòd imò: quia quò perfectio maior, eò ad eam difficilius homo pertingit. Maior est autem perfectio nouæ legis quàm veteris. Item superius patuit, quomodo præceptis legis Christus sua maiora præcepta adiecit, prohibuit irasci, & dicere racha aut fatue, quod difficillimum est implere. Gregorius quoq; aperte affirmat hoc ipsum, sed si ita est, non videtur quomodo iugum Christi sit suaue, & onus ipsius leue. ¶Et respondendum, quòd in veteri lege, erant præcepta triplicia, puta moralia, iudicialia, ac cerimonialia. si ergo loquamur de veteri lege, quo ad præcepta eius cærimonialia, constat quòd difficilius fuit eam seruare quàm nouam legem. Vnde in Actis Petrus dicit, Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? quod intelligitur de cærimonialibus legis. Præcepta vero moralia vtriusque legis sunt eadẽ, quæ tamen nunc facilius implentur quàm tunc, propter magnitudinem gratiæ, quæ confertur in noua lege, per sacramenta ecclesiæ. Consilia vero Christi difficiliora sunt quàm præcepta moralia legis per comparationem ad nostram infirmitatem: sed per comparationem ad gratiam, quæ adiuuat nostrã imbecillitatem, etiam ipsa consilia facillime adimplentur. Hanc quæstionem non intendo hoc loco

Act.15. Act.15. Rom.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Iacobi.4. Eccle.15. plenius prosequi,sed sic eam tetigisse sufficiat.Hoc vero summe requiritur,& maximè admonendum E est,vt discamus à magistro nostro (in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, imò qui est sapientia patris) veram mansuetudinem & humilitatem synceram, quoniam hæ duæ virtutes præcipue faciunt hominem tam deo quàm proximis suis amabilem,fratribus exemplarem,laudabilẽ, dulcem,solatiosumque omnibus.Scriptum est enim in in Ecclesiastico,Deus superbis resistit,humi-
Eccle.10. Eccle.15. libus autem dat gratiam.Et iterum,Odibilis coram deo & hominibus est superbia.Et rursus, In mansuetudine opera tua fac,& super omnem hominum gloriam diligeris.Vnde Leo papa optime dicit, Tota Christianæ sapientiæ disciplina,non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, non in apetitu laudis & gloriæ,sed in vera & voluntaria humilitate consistit,quam dominus Iesus ab vtero matris vsque ad supplicium crucis pro omni fortitudine elegit & docuit.Et denuo, Tota (inquit) victoria Saluatoris,quæ & diabolum strauit & mundum,humilitate est concepta,humilitate confecta.

¶ CAP. XII. [*In illo tempore,Abyt Iesus sabbato per sata.*]

Articulus. xxiij.

Marci.2. Lucæ. 6. IN illo tempore,]cum dicta & facta sunt præinducta,*Abyt Iesus sabbato*]id est, septima die hebdomadæ, qui celebris fuit apud Iudæos, [*Per sata*]id est, per fruges,seu segetes agri. [*Discipuli autem eius*] euntes secum per sata edurientes. Sæpius enim(vt Marcus testatur)non habebant manducandi spacium propter F turbam concurrentem.Interdum etiam voluit Christus vt aliquam paterentur inopiam,[*Cœperunt vellere,*]id est, extrahere[*Spicas, & manducare*] grana inclusa spicis,manibus confricatis.[*Pharisæi autem videntes*]hoc,[*Dixerunt ei,*]videlicet Christo. Lucas refert.quòd pharisæi dixerunt discipulis, sed non est contrarietas.Poterant enim tam Christo quam eius discipulis dicere quæ sequuntur: vel quidam eorum dixerunt hæc Christo,alij eius discipulis.Vnde in Luca notanter scriptum est, quòd quidam pharisæorum dicebant discipulis eius.Dixerunt ergo magistro,in quem culpam discipulorum retorquere conati sunt. Dixerunt non zelo iustitiæ, sed rãcoris affectu,[*Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis sabbatis facere,*]scilicet spicas vellere & confricare.Moyses enim præcepit in Exodo, vt filij Israël præparrarent cibaria non in sabbato,sed in die præcedenti. [*At ille,*]videlicet Christus [*Dixit eis,*]excusando discipulos suos,& quodammodo exponendo præceptum,[*Non legistis*] primo Regum, quod vtique legistis,vel legere aut scire debuistis:[*Quid fecerit Dauid quando esuriit,*] fugiens à facie Saul, [*Et qui cum eo erant,*] hoc est quid fecerint viri seu serui,vel pueri eius,[*Quomodo intrauit in domum dei*]id est,tabernaculum domini,in Nobe vrbe sacerdotum, [*Et panes propositionis*] id est,panes qui die sabbati ponebantur calidi super mensam in tabernaculo pro vsu sacerdotũ,[*Comedit,*] tam ipsi quam socij eius ne- G cessitate famis compulsi,quos dedit ei Achimelech pontifex, quoniam panes laicos non habebat ad manum.[*Quos*] panes[*Non licebat ei*]id est,ipsi Dauid [*Edere*] extra necessitatis articulum,seu aliis horis,[*Neque his qui cum eo erant,nisi solis sacerdotibus?*]Si ergo Dauid & sui ac põtifex excusantur à trãsgressione legis propter famis necessitatẽ,cur nõ simili ratione excusantur discipuli mei?Præcepta enim illa intelligẽda non erãt in articulo necessitatis,sed dispensationẽ & expositionẽ admittebãt. Necessitas vero est mater dispẽsationis,secũdũ quod ait ad Eugeniũ papã sanctus Brenardus, Nõ sum tã rudis vt ignorẽ vos dispẽsatores esse positos,sed in edificationẽ,nõ in destructionẽ. Vbi ergo vrget necessitas, excusabilis est dispẽsatio.Vbi vtilitas prouocat,laudabilis est dispẽsatio:vtilitas inquã communis,non propria.Deniq; pharisæi nõ reprehendebãt discipulos Christi de hoc quòd spicas vellebãt & mãducabãt,quia hoc licuit eis,iuxta illud quod in Deuteronomio scriptũ est,Si intraueris segetẽ *amici* tui, Deut.24 franges spicas & manu conteres,falce autẽ nõ metes:sed quod fecerũt hoc sabbato,cõsequenter excusat Christus suos discipulos alia ratione,videlicet quia de eius licẽtia ista fecerũt,ipse autẽ vim dispensandi se habere testatur.[*Aut nõ legistis in lege,*]videlicet in libris Moysi,[*Quia sabbatis,*]hoc est diebus sabbatorũ[*Sacerdotes*]legales[*In templo sabbatum violant*].i. sabbati celebrationẽ non seruant, quantum ad verba præcepti,sed manualiter operantur animalia deo immolando,& ea excoriando,hostiasq; louando[*Sine crimine sunt?*]hoc est sine transgressione præcepti,quia non agunt contra intentionem præcepti,quoniam opera illa directe ordinabantur ad cultum diuinum,& deo iubente fiebant in sabbato. H [*Dico autem vobis,quia templo maior est hic*] locus in quo ego sum.Sic exponit Hieronymus, quoniã locus continens Christum dignior fuit templo.Vel,hic,id est,ego Christus,maior seu dignior sum templo,cum sim dominus templi.Ideo mea authoritate,potest hic fieri à discipulis meis, quod fit in templo à sacerdotibus.[*Si autem sciretis*] hoc est,perfecte intelligeretis, [*Quid est*] id est quid significat illud Oseæ.6. Oseæ prophetæ,[*Misericordiam*] id est, opera pietatis, & affectum compassionis[*Volo*] ego dominus,[*Et non sacrificium*] hoc est, plus quàm legalem hostiam,[*Nunquam condemnassetis,*]id est,præcepti præuaricatores iudicassetis, [*Innocentes*] discipulos meos:sed opera misericordiæ sacrificiis templi præponendo condoluissetis discipulis meis necessitate famis spicas vellentibus, & excusassetis eosdem.

Matth.9. Marci.3 Lucę.6 ☞ Quòd autem Christus potestatem habuerit dispensandi de obseruantia sabbati, declaratur subdendo. *Dominus est enim filius hominis*] scilicet Christus, qui propter humilitatem frequenter se nominat filium hominis, raro filium dei, [*Etiam sabbati,*] id est, septimi diei, & per consequens aliorum dierum, totiúsque temporis. Ex quo ostenditur, quod Christus sit verus deus, cui proprium est temporibus præesse ac denominari.Vnde in noua lege Christi authoritate celebritas sabbati cessauit,& prima feria facta est celebris. Eadem authoritate discipuli spicas sabbato vellere poterant,eundo per sata,seu blada.[*Et cum inde,*]id est, à campo seu agro vbi hæc conti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A gerunt [*Transiſſet*] Ieſus [*Venit in ſynagogam eorum*] videlicet phariſæorum à quibus fuerat redargutus, vel aliorum Iudæorum [*Et ecce homo manum habens aridam,*] id eſt contractam, [*Erat ibi*] in ſynagoga, [*Et interrogabant*] Phariſæi, [*Eum, dicentes, ſi*] id eſt an [*Licet ſabbatis curare?*] id eſt infirmum ſanare, [*Vt accuſarent eum*] quomodocunque reſponderet aut faceret. Quoniam enim Chriſtus diſcipulos ſuos excuſauit, & miſericordiam ſacrificio prætulit, Phariſæi inſidiari cœperunt magiſtro, inquirentes an liceret ſabbato ſanare: vt ſi Chriſtus diceret imò, arguerent eum de ſabbati tranſgreſſione. Si diceret non, arguerent eum de immiſericordia ſeu crudelitate, vel etiam de impotentia, ſi non curaret, vt ſcriptum eſt in Luca & Marco, quod Ieſus interrogauit phariſæos, an licet ſabbato curare? Hic dicitur quod illi interrogauerunt eum, & vtrunque verum eſt. Ipſi nanque primò interrogauerunt Ieſum, de hoc dolosè & inſidiosè, deinde Chriſtus iuſſit hominem in medio ſtare: quo ſtante Chriſtus quæſtionem illorum repetiit, vt eis conuenientius reſponderet. [*Ipſe autem dixit illis*] propriæ quæſtioni reſpondendo, quoniam ipſi reſpondere non poterant, vel nolebant. Secundum Marcum Ieſus circunſpexit eos cum ira contriſtatus ſuper cęcitate cordis eorum. Probat itaque Chriſtus quod liceat ſabbato hominem reparare & confortare, per locum à minori vel maiori, eò quòd liceat in die ſabbati, bruto ſuccurrere, [*Quis erit ex vobis homo*] rationabiliter iudicans rationemque ſequens, [*Qui habet ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam?*] de
B fouea ſabbato: [*Quantomagis melior eſt homo*] ſummæ trinitatis imagine inſignitus, [*Oue?*] & qualibet irrationali creatura? id eſt quantò homo per naturam, & gratiam dignior eſt oue, tantò conuenientius eſt hominem ſabbato curare, quam ouem de lacu leuare [*Itaque licet ſabbatis benefacere,*] id eſt opera pietatis & actus virtutum exercere. Iudæi verò male intelligebant præceptum de ſabbati celebratione, putantes quemlibet actum exteriorem illicitum ſabbato, cum tamen Moyſes notanter præceperit, Omne opus ſeruile non facietis in eo: & poteſt opus ſeruile intelligi quælibet operatio, non habens bonitatem ex ſua ratione in genere moris, vt arare, ædificare, tales actus illiciti erant in ſabbato. Actus verò ex ſe boni, in genere moris liciti erant, vt ſanare infirmum ex charita Leuiti.23.
te & miſericordia, & præſertim quando hoc fit miraculosè. Hinc etiam licuit ſabbato ſe defendere, & vim vi repellere, Quod ignorantes quidam Iudæi, permiſerunt ſe occidi à gentibus. vt legitur in libro. Machabæorum. [*Tunc*] Ieſus [*Ait homini*] contractam manum habenti [*Extende manum tuam*] arefactam [*Et extendit*] eam non naturali ſed diuina virtute, quia vis motiua impedita erat per defectionem ſpirituum, [*Et reſtituta eſt ſanitati*] manus contracta, in illo momento quo dixe- 1. Mach.2.
rat Ieſus, extende manum tuam. In quo patet efficacia poteſtatis diuinæ in inſtanti agentis: quamuis enim ſæpe per naturam & artis operationem contractus curetur, non tamen in inſtanti, vel ſolo imperio. Natura enim & ars operantur ſucceſsiuè, non ſubito. Non autem potuit manus arida extendi, niſi prius ſanaretur. Reſtituta eſt ergo ſanitati, [*ſicut altera,*] id eſt ſiniſtra, quia ſecundum
C Lucam, dextera fuit contracta, non quòd ſiniſtra reſtituta ſit ſanitati, ſed dextera reſtituta eſt ſanitati, id eſt ſana effecta eſt, ſicut ſiniſtra ſana fuit. [*Exeuntes autem phariſæi,*] de ſynagoga [*Conſilium faciebant aduerſus eum*] videlicet Ieſum [*Quomodo eum perderent,*] id eſt accuſarent, atque occiderent. Secundum Marcum, conſilium fecerunt cum Herodianis: in quo patet intolerabilis phariſęorum peruerſitas, qui inde deteriorati ſunt, vnde emendari debebant, Firmauerunt enim ſibi ſermonem nequam, & ex deliberatione, ex certa malitia, ex habitu malo inique egerunt, propter quod inſanabiles, incorrigibileſque fuerunt, præcipuè propter odium contra Chriſtum quod peruertit omne iudicium. Vnde de eis dici poteſt illud Hieremiæ prophetæ, Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. [*Ieſus autem ſciens*] machinationes eorum, [*Receſſit inde,*] eſt, à ſynagoga ad mare, vt Marcus habet. non ex timore mortis, ſed cędens furori & cõdolens cęcitati eorũ: & quoniam nondum venit hora eius, & quia nõ deceat perire prophetam extra Hieruſalẽ: & item vt daret exemplum fugiendi pro loco cauſa & tempore, ſicut ſuperius dixit, Cum perſecuti vos fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Porrò moraliter, per hominem habẽtem manum aridam, & hanc dexteram, intelligitur quilibet piger, acedioſus ſiue peccator, qui negligit operari quę dei ſunt. Vnde de negligente paſtore ſcriptũ eſt, Brachium eius ariditate ſiccabitur. Hinc præcepit Chriſtus vt ſurgat à culpa per pœnitentiam. Stet in me
D dio per exemplarem conuerſationem. Manum quoque extendat, per operum miſericordię exhibitionem. [*Et ſecuti ſunt eum*] cordis affectu, corporis greſſu [*multi*] qui omiſerunt Ieſum ſequi propter timorem phariſæorum, [*Et curauit eos omnis*] qui cura indigebant, & eam requirebant. Alios curauit ſpitualiter, vel realiter, vel quantùm in ſe fuit. [*Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent*] miracula eius aliis inſinuando, in quo docuit nos humilitatem amplecti, & vanam gloriam abominari. Vel, ne manifeſtum eum facerent. id eſt ne aduerſariis ſuis ac phariſęis manifeſtarent: quo iuiſſet ac vbi eſſet. Propter eaſdem enim cauſas, voluit chriſtus latere. propter quas abiit, [*Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam dicentem*] in perſona dei patris, [*Ecce puer meus,*] id eſt Chriſtus, de quo in Actis aſſeritur, Conuenerunt aduerſum ſanctum puerum tuum Ieſum, Pontius Pilatus & Herodes. Et Eſaias, Puer (inquit) natus eſt nobis. In veteri teſtamento puer pro ſeruo frequenter accipitur. Vnde noſtra tranſlatio habet, Ecce ſeruus meus, quod conuenit Chriſto, ratione naturæ aſſumptæ. ſecundum quam pater maior eſt filio, qui exinauiuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Si autem puer pro filio accipia Eſaiæ. 42.
tur, ſic Chriſtus ſecundum diuinam naturam eſt puer naturalis. [*Quem elegi*] non ſecundum diui- Eſaiæ.42.
nam naturam, ſed ſecundum humanitatem aſſumptam. Electio enim ex libertate procedit, & tendit ad bona gratiæ, donaque gloriæ. Chriſtus verò vt verbum ac filius dei procedit à patre per modum naturalis emanationis, & æternaliter eſſentialiterque beatus eſt: imò, eandem numero cum patre ac ſpiritu ſancto beatitudinẽ habens. Electus ergo dicitur Chriſtus vt homo, de quo ſponſa dicit Can-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1.Canti.5. Roma.5. ticis, Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex milibus. Et Apostolus, Qui prędestinatus est (ait) filius dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, dilectus meus quem secundum diuinitatem ipsius diligo amore simpliciter infinito, tanquam æqualem mihi in bonitate, Secundum humanitatem verò eius verbo vnitam, diligo eum magis, quàm totum vniuersum. Verè enim pater diligit filium, amore super dulcissimo, omni creaturę ignoto ac inexperto quantum ad plenitudinem suam. Sancti tamen in patria gustant eum pleno ore, [*In quo bene complacuit animæ meæ*] hoc est, cordi meo. Tantam enim complacentiam habet pater in filio, quantam & dilectionem: nec aliquid inest filio, quod oculos patris offendat: propter quod ait, Ego quæ placita sunt ei facio semper. Et Christo baptizato se transfigurato, audita est vox patris dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Loquitur autem deus pater affectu & more humano, cum ait, In quo bene complacuit animæ meæ, non quod habeat animam, cum sit simplicissima vnitas, purissimaque natura: sed ad denotandum quod intimè diligat filium, secundum qnod sponsa ait in Canticis. Iudica mihi quem diligit anima mea. Et, Inueni quem diligit anima mea. In veteri tamen testamento frequenter dicitur deus animam habere, vel per animam suam iurare, vt patet in Amos quo legitur, Iurauit dominus in anima sua. Detestor ego superbiam. Et Hieremias ait. In gẽte iniqua vlciscetur enim mea. [*Ponam spiritum meum super eum,*] id est spiritum sanctum animæ eius supercopiosè infundam, quia non ad mensuram dat deus spiritum homini Christo, vt Ioannes habet. & in Luca scriptum est, Iesus plenus spiritu sancto, egressus est à Iordane. Denique conceptus est de spiritu sancto. Et à primo illius conceptionis instanti tam plenus fuit spiritu sancto, quòd nunquam in gratia, charitate, vel contemplatione profecit. Propter quod Esaias, Requiescet (inquit) super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, [*Iudicium*] discretionis, id est distantia inter bonum & malum, futurum quoque iudicium remunerationis. Vel iudicium, id est diuinum præceptum, quod deus iudicat esse iustum, [*Gentibus nuntiabit*] per prędicationem Apostolorum, quibus locutus est, Euntes docete omnes gentes. Vnde in Genesi dicitur, Ipse erit expectatio gentium. Et in Aggæo, Veniet desideratus cunctis gentibus. Vnde per Esaiam loquitur pater de Christo, Ecce testem populis dedi eum, ducem & præceptorem gentibus. Christus autem in propria persona, non prædicauit nisi Iudæis. In die quoque nouissimo Christus proprio ore pronunciabit iudicium, id est iudicialem sententiam, dicens iniquis, Ite maledicti in ignem ęternũ. Et iustis, Venite benedicti patris mei [*Non contendet*] contra aduersarios suos ex passione rixando, [*Neque clamabit*] alte loquendo, propter desiderium laudis humanæ, vel affectu vindictę, seu inordinatè & impatienter loquendo: de quo clamore dicit Apostolus, Omnis amaritudo, & ira, & clamor tollatur à vobis. Vnde in passione obmutuit intantum, vt ab Herode illuderetur, atque Pilatus vehementer miraretur. Nihilominus Christus in sua prædicatione frequenter clamauit, ex charitatis feruore, iuxta illud, Iesus hæc dicens clamauit, Qui habet aures, &c. Et rursus, Clamabat Iesus, si quis sitit, veniat ad me. Apostolus quoque ad Heb. dicit, quòd cum clamore valido, & lachrymis preces fudit [*Neque audiet aliquis in plateis vocem eius,*] Videtur contrarium quod alibi Christus ait, Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil. Insuper certùm est, quod Christus eundo per vias & plateas, sæpe prædicauit discipulis suis, & etiam aliis, sicut in die Palmarum, cum venit à Bethania in Hierusalem. Et respondendum, quòd Christus dicitur non esse locutus in plateis, quoniam propter vanam ostentationem & gloriam nihil locutus est. Alij plateas spiritualiter sumunt pro lata via quæ ducit ad mortem, in qua certum est Christum nunquam fuisse aut prædicasse. [*Arundinem quassatam,*] hoc est, calamum læsum, & penè destructum, [*Non confringet,*] id est non penitus relinquet, aut perdet. Per arundinẽ istam, signatur populus gentilis, diuersis erroribus, & peccatis attritus & laceratus, quẽ Christus misericorditer reparauit cõuertendo eum ad fidem & gratiam, prout apud Ioannẽ protestatur, Alias (inquiens) oues habeo quę nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. [*Et linum fumigãs,*] id est populũ Iudęorum, qui propter aliqualẽ legis & Christi notitiam, licet valde obscuram, lino fumiganti comparantur, quibus ait, Adhuc modicum lumen in vobis est [*Non extinguet*] id est penitus ex cæcari nõ desinet, sed quosdam illorum misericorditer illuminabit: quibus & dixit. Cum exaltaueris filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Reliquiæ equidẽ per electionẽ gratię saluę factæ sunt. Possumus autem per arundinẽ quassatã. & linum fumigans, eandem plebem imò eandem personam accipere, quæ dicitur arundo quassata, propter vitiorum corruptionem: & linum fumigans, propter intellectualis luminis paruitatem, cæcitati internæ propinquum, Sic omnis bonus prælatus, prędicator, ac frater non debet arundinem quassatam confringere, nec linum fumigans extinguere, sed subdito, seu confratri vitiis irretito, tentato, & penè exęcato, infatigabili charitate succurrere, sicut hortatur Apostolus, Fratres (inquiens) si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et rursus, Corripite inquietos. consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Vnde Hieronymus ait, Qui peccatori non porrigit manum & non portat onus fratris sui, iste calamum quassatum confringit. Et qui modicam scintillam fidei contemnit in paruulis, iste linum extinguit fumigans. Sequamur ergo vestigia Christi. qui venit quærere & saluum facere quod perierat. [*Donec eyciat ad victoriam iudicium.*] hoc intelligi potest, tam de iudicio discretionis, quàm extremæ remunerationis. Primò sic, prædicta Christus non faciet, sed eorum opposita, donec eiiciat, id est prosequatur, siue effundat, ac perducat iudicium discretionis, id est separationem electorum à reprobis in præsenti per fidem & gratiam, ad victoriam: id est deiectionem diaboli illum ab electorum cordibus excludendo. De hoc iudicio dicit Saluator, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi eiicietur foras. Cœpit quippe istud iudicium, maximè à prædicatione Christi & Apostolorum, quia extunc in toto mundo cœperunt qui-

Cantic.1. Amos.6. Hiere.5. Ioann.3. Lucę.3. Esaiæ.11. Gene.50. Agg.2. Esaiæ.55. Ioan.7. Hebræ. 5.

Ioan.10. Ioan.12. Ioan.8. Roma. 11. Galat.6. 1.Thess. 5. Ioan.12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dam ad fidem & charitatem vocari,aliis derelictis, & ita tunc ſeparabantur ab inuicem, fide, voto,ac merito,quod ad diſcretionis iudicium pertinet:per quod Chriſtus diabolum vicit,eiiciendo eum foras, & retribuendo fidelibus poteſtatem prævalendi contra eum.Secundò ſic,donec eijciat ad victoriam iudicium,id eſt iudicium vltimæ diſcuſsionis,ſeu extremæ remunerationis exerceat & perducat ad victoriam, id eſt, ad plenum ſuiipſius triumphum, quia tunc perfecte deijciet omnes aduerſarios ſuos, ſecundum illud Eſaiæ prophetæ, Ad eum venient,& confundentur omnes qui repugnant ei. Eſaiæ. 45
Illo autem iudicio conſummatoChriſtus non amplius reparabit quaſſatam arundinem, nec illuminabit fumigans linum.

¶Proſecutio expoſitionis præſentis cap.
Articulus. xxiiij.

B [*Vnc oblatus eſt ei*]videlicet Chriſto ad ſanandum[*Dæmonium habens*]id eſt,homo obſeſſus à dæmone[*Cæcus & mutus*]non à natura vel ægritudine naturali,ſed à dęmonis operatione.Vnde in Luca ſcriptum eſt,Erat eijciens dęmonium,& illud erat mutum,non vtique formaliter,ſed efficienter,id eſt,mutificans hominem,[*Et curauit eum*]Ieſus,dæmonem expellendo,[*Ita vt loqueretur & videret,*] qui paulo ante mutus fuit ac cæcus,ſicque ſecundum Hieronymum tria ſigna in eodem peracta ſunt. Nam obſeſſus curatur, mutus loquelam,& cæcus viſum recepit. Tamen duo iſta conſecuta ſunt naturali ordine primum ſignum, videlicet dæmonis eiectionem:quoniam enim dæmon hominem cæcum ac mutum effecit ſua præſentia,ideo eò eiecto homo recepit facultatem linguæ ac oculorum.[*Et ſtupebant*] id eſt,vehementer mirabantur[*Omnes turbæ*]quæ aderant,[*Et dicebant*] quærendo ad inuicem.[*Nonne hic eſt filius Dauid?*]hoc eſt,Chriſtus in lege promiſſus,& prænunciatus naſci de ſemine Dauid?Tanquam dicant, Cum hic ſit Chriſtus,vel ſi eſt Chriſtus prout verba & opera eius teſtantur, non debemus in tantum mirari quòd ſigna hæc operetur, cum hoc ſit prophetatum de eo. [*Phariſæi autem audientes*] turbam tam reuerenter de Ieſu loquentem [*Dixerunt*]ex graui inuidia,quæ omnia etiam bona interpretatur ſiniſtre,& occaſionem calumniandi confingit. [*Hic non eijcit dæmones,niſi in Beelzebub principe dæmoniorum*] hoc eſt, virtute ſummi ac peſsimi dæmonis,cum Ieſu pactum & familiaritatem habentis: cui dæmonum principi alij inferiores obediunt,egrediendo ab obeſeſsis ad verba Ieſu,quatenus homines decipiantur,putando quod Ieſus diuina virtute hæc agat,& Chriſtus exiſtat.[*Ieſus autem ſciens*] certitudinaliter[*Cogitationes eorum,*]quod deo eſt proprium vt propria poteſtate cogitationes cordium intueatur, nec ho-
C mo poteſt eas cognoſcere,niſi deo reuelante, [*Dixit eis.*] Antequam Chriſti reſponſionem elucidam, commemorare oportet,quid moraliter per dæmoniacum iſtum ſurdum ac mutum ſignetur. Significatur autem per eum quicunque habituatus in vitijs,quem dæmon ducit quo vult,habens eum captiuum ad ſuam voluntatẽ,qui verba dei aure cordis non percipit,nec gratias agit deo.Hunc curat Chriſtus,dæmonem per gratię infuſionem eiiciendo,ita vt homo talis audiat quid loquatur ſpiritus,& domino confiteatur,ſicque ſpiritualia loquens, & audiens ſic loquentes. Audiens itaque Ieſus prauitatem phariſæorum,redarguens,non ad verba,ſed ad cogitata eorum reſpondet, vt vel ſic fateantur eius maieſtatem,quam experiuntur cordium ſecreta rimari.[*Omne regnum diuiſum contra ſe*]hoc eſt, inteſtinam diſcordiam habens & pugnam,ita quod vna pars contra aliam præliatur[*Deſolabitur*]hoc eſt,citò deſtruetur,[*Et omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit*]hoc eſt,vrbs & habitatio,quarum habitatio,quarum habitatores contra ſe dimicant,deſtruentur. [*Et ſi ſatanas ſatanam eijcit*] Hoc eſt, ſi adiutorio ſuperioris dæmonis alij ab hominibus expelluntur,[*Aduerſus ſe diuiſus eſt*]id eſt, contra ſe pugnat, & proprium regnum corrumpit,cum regnum eius ſit hominibus prędominare.[*Quomodo ergo ſtabit regnũ eius?*] hoc eſt,qualiter poteſtas & dominatio principis dęmonum perſeuerabit,quam ad probationem electorum ſtare oportet vſque ad diem iudicij?Sed ad hoc poterãt dicere pharifæi, quod ſatanas ſatanam eijciebat,ita quòd electio dæmonum fuit obedientia in principem ſuum in Chriſto,quatenus homines maioribus inuoluerentur erroribus,æſtimando Ieſum eſſe filium dei.Ad quod facile eſt reſpõdere.Nam Chriſtus in omnibus ore & opere docuit, ea quæ maximè contrariantur diabolo, ſcilicet
D charitatem,obedientiam,patientiam,pacem,humilitatem,paupertatem,mundi contemptum,idolatrię deſtructionem,perfectam mentis adhęſionem ſeu vnionem cum deo,plenam abrenunciationem diaboli,per quæ,poteſtas & regnum diaboli deijciuntur.Si ergo diabolus ſibi cooperabatur, directe diuiſus erat contra ſeipſum,nec erat vera eiectio dæmonum,quam fecerat Chriſtus,ſed fraudulenta à vexatione ceſſatio.

¶Interea ponit Saluator aliam rationem ad idem,[*Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones,filij veſtri*]hoc eſt, exorciſtæ,qui proferendo exorciſmos ſeu adiurationes à Salomone æditos,expellebant dæmonia.Vel Filij veſtri,id eſt,Apoſtoli,& alij diſcipuli mei,de veſtra ſtirpe exorti,[*In quo*]hoc eſt, cuius virtute, [*Eijciunt*] dæmones? [*Ideo ipſi iudices erunt veſtri*]id eſt,cum de illis dici non poſsit, quòd magica arte, ſeu dæmonis opere eijciant dæmones, ſed virtute diuina,ideo ipſi in die iudicij iudicabunt vos, hoc eſt,damnatione dignos oſtendent vos,qui eundem effectum,ſcilicet dæmonum eiectionem, in me aſſcribitis principis dæmonum,quam in eis aſſcribitis deo.Itaque iudices veſtri erunt, quoniam vobis non credentibus,ipſi crediderunt.Si autem per filios Iudęorum intelliguntur exorciſtæ,illi iudices erunt infidelium Iudæorum,comparatione vel ſententiæ approbatione, quemadmodum regina Saba dicitur in die iudicij condemnatura Iudæos incredulos.Si autem per filios intelligantur Apoſtoli,aliique diſcipuli viri perfecti,illi iudices Iudæorum erunt per aſſeſsionem cum Chriſto,iuxta illud, Vos

Mar. 3. Lucæ.11. Pſalm.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

12. qui ſecuti eſtis me,ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſraël. [*Si autem ego in ſpiritu dei*] E
Hoc eſt,virtute & operatione ſpiritus ſancti,[*Eiicio dæmones,igitur*] id eſt,ex hoc ſequitur,quòd [*Peruenit in vos regnum dei*]hoc eſt, virtus & dominatio,regimen, ſeu gubernatio creatoris,qui per me operatur in vobis dæmonum expulſionem:ita quod ego ſum Chriſtus,vobis promiſſus, & inter vos regnaturus:ſicut Eſaias prædixit,Super ſolium Dauid ſedebit,& multiplicabitur eius imperium. Et Hieremias,Regnabit(ait)rex & ſapiens erit. Quòd angelus quoque locutus eſt virgini benedictæ,Regnabit (inquiens)in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis. Vel regnum dei, id eſt, vita æterna, quam ego prædico,& præparo vobis,dicendo,Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum,& moriendo pro ſalute veſtra.Peruenit ergo in vos regnum dei,hoc eſt,per me patefit vobis ingreſſus regni cœleſtis,qui à dæmonibus eripio vos & poteſtatẽ do vobis, filios dei fieri.Subditur tertia ratio ad idem,[*Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis*]id eſt,potentis habitatoris[*Et vaſa eius diripere*] id eſt,bona eius auferre,[*Niſi prius alligauerit fortem?*]ne poſsit reſiſtere.Hoc generaliter ſic eſt,quod nemo poteſt potentis domum manifeſtè intrare,ac deprædari,niſi prævaluerit contra potentem qui in domo præſens exiſtit,& vinxerit eum ſiue tenuerit. [*Et tunc domum illius diripiet*] id eſt, ſpolia tollet & domum vacuabit inuito domino.Per hũc fortem Chriſtus intelligit dæmonem,in quo naturalia integra permanſerunt ſecundum Dionyſium,propter quod potens eſt valde, cum naturaliter ſit nobilis immaterialiſque ſpiritus. De quo inquit Iob,Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ com- F
paretur ei,qui factus eſt vt nullum timeret.Domus iſtius fortis eſt mundus,qui totus in maligno poſitus eſt, id eſt,eccleſia malignãtium,ſeu corda malorum.Vnde ait Saluator,Venit ad me princeps huius mũdi.Vaſa eius ſunt omnes peruerſi vel obſeſsi,in quibus regnat ac demoratur. Chriſtus ergo nõ potuiſſet domum diaboli introiſſe,peccatoribus prædicando,& vaſa eius diripuiſſe,obſeſſos à dæmone liberando,vel impios ad pœnitentiam conuertendo, & ſuo dominio ſubiiciendo,quæ ante ſubdebantur diabolo,& ſeruiebant peccata,niſi alligaſſet diabolum ei prevalendo,tanquam aduerſario.Nõ
ergo ſocietatem habebat cum ipſo,nec operabatur ſubſidio eius. Quoniam ergo aduerſarius noſter diabolus,Chriſti victoris ore fortis aſſeritur,non debemus eſſe ſecuri,ſed timorati atque ſolliciti:prout Petrus nos hortatur,dicens,Vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit. Sequitur ratio quarta ad idem, [*Qui non eſt mecum,contra me eſt,*] Hoc eſt, Qui mihi concors non eſt, aduerſatur voluntati meæ.[*Et qui non congregat mecum*]id eſt,homines non reducit à diuerſis erroribus vitij, & diſſenſionibus ad fidei vnitatem,ad pacem,& veri dei vnanimen cultum quantum in ſe eſt orando,exemplariter conuerſando ſiue docendo,[*Spargit*]id eſt,à deo ſeparat,& diuerſis erroribus implicat alios quantum in ſe eſt. Cum ergo ego hoc prædicem vt reducam homines advnitatem,pacem,
& cultum diuinum,diabolus vero laboret ad oppoſitum,conſtat quòd non ſit mecum, ſed cõtra me G
ideo in nomine eius non ago,nec dæmones eijcio.[*Ideo dico vobis,omne peccatum & blaſphemia remittitur hominibus.*]Secundum Auguſtinum locus iſte ita difficilis eſt,vt vix in tota ſcriptura canonica aliquid difficile inueniatur. Veruntamen nunc tam euidenter à ſanctis catholicíſque doctoribus explanatus eſt,vt non oporteat diutius immorari.Eſt igitur ſenſus,Omne peccatum & blaſphemia,præter illam blaſphemiam, de qua ſtatim ſubiungitur,Hoc eſt omne peccatum in proximum,& blaſphemia contra deumvel ſanctos,procedens ex ignorantia,quæ dicitur blaſphemia contra filium cui appropriatur ſapientia:vel ex infirmitate ſeu fragilate, quæ dicitur blaſphemia contra patrem cui appropriatur potentia,remittetur hominibus,id eſt,remiſsibile peccatum eſt:quoniam licet in ſe grande peccatum ſit, tamen ex aliqua parte & circunſtantia exuſabile eſt,ſicque faciliter dimittitur pœnitenti, [*ſpiritus autem blaſphemia*] hoc eſt,blaſphemia procedens ex certa malitia,ex impugnatione agnitæ veritatis, ex inuidentia fraternæ gratiæ,quæ vocatur blaſphemia contra ſpiritum ſanctum,cui appropriatur bonitas, amor & liberalitas.[*Non remittetur*]id eſt,ex ſe irremiſsibile crimen eſt, quoniam nullam habet excuſationem,& obuiat principio,quo fit peccati remiſsio,ſcilicet bonitati,charitati,ſeu pietati. Ideo dicitur irremiſsibile, non quaſi nequaquam remiſsibile, ſed quoniam difficulter & raro dimittitur: non ex immiſericordia dei,ſed quoniam homines de tali peccato raro & difficillimè pœnitent.Itaque cum dicitur,ſpiritus autem blaſphemia,ſenſus eſt,ipſius ſpiritus ſancti blaſphemia, ſeu blaſphemia contra eum.¶Porrò cum dicitur,blaſphemia contra patrem & filium remiſsibilis, blaſphemia vero contra H
ſpiritum ſanctum irremiſsibilis:non eſt ſic intelligendum,quaſi minus peccatum ſit blaſphemare patrem vel filium,quam ſpiritum ſanctum:ſed quòd blaſphemia dicitur contra patrem & filium & ſpiritum ſanctum ex parte originis,quia procedit ex infirmate,ignorantia,vel certa malitia,quæ peior eſt & inexcuſabilior,quàm infirmitas vel ignorantia, niſi ſit ignorantia penitus volita, quæ ad malitiam pertinet. Hæc dicit Saluator ad demonſtrandum grauitatem criminis phariſæorum,qui opera ſua diuinitus facta dæmoni aſſcripſerunt. Peccabant enim ex certa malitia : ideo ſubditur , *Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis*] hoc eſt,blaſphemauerit Chriſtum,quantum ad eius humanitatem, dicendo mala de ipſo ex conſideratione naturalis fragilitatis & defectuoſitatis ſuæ carnis, vt quòd
eſſet filius fabri,potator vini, homo vorax. [*Remittetur ei*] id eſt, tale peccatum aliquo modo excuſabile & remiſsibile eſt, propter conditionem humanæ naturæ, & pœnitenti faciliter dimittitur, quamuis ſit magnum peccatum. *Qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum*] id eſt, Chriſtum blaſphemauerit qnantum ad eius diuinitatem ex pura malitia, dicendo, quòd in Beelzebub eijciat dæmones & dæmoniacus ſit, cæteraque opera deitatis aſſcribendo diabolo, [*Non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro*] id eſt, nunquam:quia nec in præſenti,nec poſtea. In inferno namque non eſt remiſsio, & talis in infernum demergitur, non in purgatorio collocatur. Vnde in Marco ſcriptum eſt, quod erit reus æternĩ dilecti. Cuius cauſam Marcus ſubiungit, quia (inquit)di-

Eſaiæ.9.
Matt. 34.
Iob 41.
1.Pet.5.
Mat.19.
Mar. 9
Matth.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cebant ſpiritum immundum habet,hoc eſt ex conſideratione miraculorum Chriſti, ſtimulante inuidia, moti ſunt ad dicendum,quòd ſpiritum diabolicum haberet per quem operaretur,quod fuit peccatum in ſpiritum ſanctum,videlicet impugnatio apertiſsimæ veritatis. Nam inde excæcati,ad blaſphemiámque inducti ſunt,vnde illuminari & Chriſti diuinitatem agnoſcere debuerunt. Conſequenter Saluator cogit aduerſarios rationabili argumento, vt fateantur ipſum operari in deo,non in Beelzebub.[*Aut facite*]id eſt iudicando affirmate[*arborem bonam*]hoc eſt me operantem ſeu meam voluntatem,quæ eſt operationis principium,& arbori comparatur,eſſe rectam & iuſtam, [Et *fructum*]id eſt opus[Eius]dicite eſſe[*Bonum, aut facite arborem malam*]id eſt me operantem dicite malum,[Et *fructum eius*]id eſt opus iudicate,[*Malum.*]Alterum enim iſtorum oportet vos confiteri. [*Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur*]id eſt ex operatione hominis patet qualis exiſtat. Operatio quippe arguit formam. Lucæ.2.
Per hæc verba Chriſtus innuit talem argumentationem,Cum hominem dæmoniacum,cæcum ac mutum,liberare à dæmone aut cæcitate,& impedimento loquelæ ſit opus charitatiuum ac pium,ego qui hæc fecit non debeo iudicari in principe dæmonum operari,ſed potius bonus atque deificè agens iudicari. Per arborem ergo intelligit voluntatem ſeu hominem operantem. Vnde ſuperius dixit, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur. Facere quoque accipitur hoc loco communiter,pro Matth. 3.
actu quocunque,ſicque accipitur,vt legitur in Iacobo,Tu credis quoniam vnus eſt deus, bene facis,&
B dæmones credunt.[*Progenies viperarum*]id eſt generatio ſerpentina,doloſa ac inuidioſa,[*Quomodo poteſtis bona loqui*]hoc eſt veritatem de me profiteri,& verba virtuoſa bona intentione proferre,[*Cum ſitis mali?*]id eſt vitioſi,inuidi & in vitiis habituati? Quandiu enim homo in malitia permanet, non poteſt bona loqui benè,ſeu recta intentione:quemadmodum dictum eſt, Non poteſt arbor bona fructus malos facere,nec arbor mala fructus bonos facere. Impius tamen poteſt in animo pœnitere,& ſic bona proferre. Per hoc tamen quod dicit, quomodo poteſtis,potius deſignatur difficultas quàm impoſsibilitas:iuxta quem ſenſum ſcriptum eſt,Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas,& vos poteritis benefacere,cum didiceritis malum.[Ex *abundantia enim cordis*] id eſt cogitatione ſeu affectione quę magis abundat in mente,[Os *loquitur*]prout Iob inquit,Conceptum ſermonem tenere quis poterit? Propter quod Helyu ait,Plenus ſum ſermonibus & coarctat me ſpiritus vteri mei.[Bonus *homo de bono theſauro cordis ſui*]hoc eſt ex ſapientia,charitate, bona meditatione ſeu affectione,[*profert bona*]verba ac opera,[Et *malus homo de malo theſauro,*]id eſt interiori prauitate,[*Profert mala.*]vnde ſecundum Philoſophum,Ea quæ ſunt in voce,ſunt earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ: & verba oris, ſigna ſunt interioris conceptus. Quàm periculoſum autem ſit mala verba proferre maximè verba blaſphemiæ, declaratur cum ſubinfertur, [*Dico autem vobis, quoniam omne*
C *verbum otioſum,*] hoc eſt quod iuſta neceſsitate ſeu pia vtilitate caret, [*Quod locuti fuerint homines, reddent*] id eſt dare exigentur, [*Rationem deo in die iudicij,*]niſi interim pœniterent. quod tamen non poterunt facere,quoniam tale verbum non habet rationem,ſed irrationabiliter dicitur: ſi enim rationem haberet,otioſum non eſſet. Simili modo dicit Apoſtolus, Vnuſquiſque rationem pro ſe reddet, & tamen multi non poterunt rationem reddere deo,vt patet de illo qui nō habuit veſtem nuptialem, & interrogatus obmutuit. Sed vnuſquiſque rationem pro ſe reddet, id eſt reddere exigetur: quod ſi non poterit,damnabitur,Ex quibus patet horrenda nimis diſtrictio futuri iudicij. Si nanque de omni Roma. 14.
ac minimo verbo otioſo ratio requiretur à Chriſto,quid erit de verbis nociuis,mēdoſis, contumelioſis,magníſq; peccatis. Ideo monet Apoſtolus, Omnis ſermo (inquiens) malus ex ore veſtro non procedat,ſed qui vtilis eſt ad ædificationē. Et Eccleſiaſtes ait, Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudiciū Matth.22.
p omni errato ſiue bonū ſiue malū.[*Ex verbis enim*]hoc eſt merito tui ſermonis, [*vt teſtificaberis*]nūc Ephe.4.
formaliter,& in futuro iudicialiter,id eſt à Chriſto iuſtus diceris, ſi fuerint verba tua iuſta, quemad- Eccle.12.
modum in Prouerbiis Salomonis legitur,De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. Et in Eccleſiaſtico,Beatus vir qui non eſt lapſus verbo. Propterea ait Pſalmiſta, Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. [Et *ex verbis tuis condemnaberis*]ſi fuerint praua. Propter quod per Eccleſiaſticum aſſeritur,Multi ceciderunt in ore,ſed non ſic ſicut qui interierunt per linguam ſuam. Et Prouerb.1.
D rurſus, Qui cuſtodit os ſuum,cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, Eccleſi. 4.
ſentiet mala. Denique Iacobo conteſtante,Vniuerſitas iniquitatis lingua conſtituitur in membris noſtris. Secundum Hieronymum, Qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert Pſal.38.
turpitudinis, hic non otioſi verbi, ſed criminoſi tenebitur reus. [*Tunc reſpondérunt ei quidam de ſcribis & phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus a te ſignum videre.*] Quod dicunt, Magiſter, ad humilitatem pertinere videtur:quod verò adiiciunt,volumus, ſuperbiam ſonat: ſed quòd ſubdunt, ſignum videre,ex infidelitate & curioſitate procedit. Vnde Lucas habet, quòd dixerunt hoc tentantes eum. Et iam multa ſigna viderunt. ¶ Quid ergo quærunt adhuc ſignum,id eſt miraculum, per quod certitudinaliter innoteſcat, quod ipſe ſit Chriſtus,vel in deo operans. Dicendum quòd priora ſigna quæ Lucæ.3.
viderant, paruipenderunt, tanquam quæ fieri poſſent magica arte ſeu operè diaboli. Ideo quærunt magnum & penitus ſupernaturale prodigium. Scribitur enim in Luca: quòd quærebant ſignum de cælo, videlicet inſolitam inmmutationem in corporibus cæleſtibus, ſicut factum eſt tempore Ioſuę, ſtantibus ſole & luna in medio cæli, & tempore Ezechiæ redeunte ſole retrorſum. vel ſignum in cælo aëreo, ſcilicet deſcenſum ignis vt in diebus Heliæ, vel aliud ſimile: ſed quoniam non humiliter ne- Ioſuę.10.
que fideliter petierunt, eúmque magiſtrum appellauerunt magis timore turbæ, quàm ex ſynceritate 4.Pet.3.
ideo exauditi nō ſunt, propter quod ſubditur,[*Qui reſpondens, ait illis, Generatio mala*].i. vitioſa[Et *adultera,*]Spirituali adulterio,ſcilicet recedendo à deo,de quo ait Pſalmiſta, Perdidiſti omnes qui fornicātur abs te. Et in Oſea, Fornicati ſunt à deo ſuo. Quemadmodum enim corporale adulterium eſt, cum Oſeæ.4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

alter coniugum alienæ corporaliter commiſcetur, ſic ſpirituale adulterium eſt cum homo ſeu anima E
Deute. 16. deo relicto, creaturis finaliter adhæret, ſicut in Deuteronomio dominus dixit ad Moyſen, Populus iſte fornicabitur poſt deos alienos Hæc ergo generatio ſeu populus iſte, [*Signum quærit, & ſignum non dabitur ei,*] hoc eſt ego pro præſenti non dabo ei ſignum, quo ſciat me eſſe Chriſtum, [*Niſi ſignum Ionæ*
Ionæ.1. *prophetæ*] id eſt quod ſignificatum eſt per ſignum ſeu miraculum quod contingit in Iona. [*Sicut enim fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus & tribus noctibus*] iuxta illud Ionæ, Miſerunt Ionam in mare, & præparauit dominus piſcem grandem vt deglutiret Ionam, & erat in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus, & dixit dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam. [*Sic erit filius hominis in in corde terræ*] hoc eſt ſub terra, videlicet in monumento tribus diebus & tribus noctibus. Quemadmodum Chriſtus dicitur fuiſſe in monumento vel in lymbo per ſynecdochen, ſcilicet ratione ſuæ partis. Nam fuit in tumulo per corpus, in lymbo per animam: ſic fuit ibi tribus diebus & totidem noctibus per ſynecdochē vtpote per vnum integrum diem & duorum dierum partes. Concluſio ergo Ionę in piſce fuit ſignum figuratiuum collocationis Chriſti in monumento: Vnde Chriſtus dat Iudæis ſignum reſurrectionis.
Eſaię.7. Et loquebatur tunc de ſigno rememoratiuo præteriti, non de ſigno prænoſtico futuri. De huiuſmodi ſigno rememoratiuo loquitur Eſaias Iudæis ſui temporis, Ecce (inquiens) virgo concipiet & pariet
Ionæ.3. filium. Tale nanque ſignum non præcedit ſignatum, ſed ſequitur. [*Viri Niniuitæ,*] qui habitauerunt in Niniue ciuitate magna tempore Ionæ, [*Surgent in iudicio*] hoc eſt in die iudicij reſuſcitabuntur, [*Cum* F
generatione iſta] id eſt ſicut & generatio hæc ſcribarum & phariſæorum incredula, ſurrectura eſt. Vel, ſurgent, id eſt apparebunt in iudicio cum generatione iſta in conſpectu meo, [*Et condemnabunt eam*] id eſt ſuo facto præterito oſtendent eam damnatione digniſsimam, [*Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ*] dicentis, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Quo audito rex Niniue ſurrexit de ſolio, indutóque ſacco, ſedit in cinere: ſimiliter principes eius & vulgus. Timendum eſt tamē, quod
3.Reg.10. non diu permanſerunt in operè pœnitentiali. [*Et ecce plus quam Ionas hic*] id eſt ego qui in præſentia ve
3.Par.9. ſtra ſum, & à vobis contemnor, maior ſum Iona, qui nec miracula fecit in Niniue, ideo Niniuitis eſtis peiores, duriores, & infideliores. [*Regina auſtri,*] id eſt regina Saba, quæ nūcupatur regina Auſtri, quoniam regio eius fuit in plaga auſtrali, reſpectu Hieruſalem, [*Surget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam,*] ſecundum eundem intellectum, quo dictum eſt hoc de Niniuitis, [*Quia venit*] cum grandi comitatu & aromatibus precioſiſsimis, [*A finibus terræ*] id eſt à remotis valde locis in Hieruſalem.
3.Reg.4. [*Audire ſapientiam Salomonis,*] vt legitur in libro Regum. [*Et ecce plus quam Salomon hic*] id eſt Salomone maior & ſapientior ego. Ille enim potens & ſapiens, ego virtus & ſapientia patris: qui etiam quantùm ad ſapientiam creatam mihi infuſam incomparabiliter Salomonem excedo, & tamen à vobis derideor, diiudicor & contemnor. Ex his conſtat quòd viri perfecti interdum poſſunt proprias virtutes G
commemorare humiliter ad gloriam dei, ædificationémque proximi, Vnus tamen alteri ſe præferre non debet: ſed hoc ſoli Chriſto præcipuè licuit tanquam infallibili iudici. [*Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine.*] Quòd iſtud ad literam dicatur de populo Iudæorum, hinc conſtat, quòd Chriſtus finito hoc exemplo, mox addidit, Sic erit generationi huic peſsimæ. Eſt igitur ſenſus, Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, id eſt quando diabolus eiectus eſt à populo Iudæorum tempore quo ſuſcepit legem dei per Moyſen, & deum colere cœpit ſecundum legis tenorem, [*Ambulat per loca arida*] id eſt tunc circumiuit congregationes ſeu corda gentilium, non habentium rorem gratiæ, vel aquam ſapientiæ. Quando enim ab vno populo eiicitur dæmon, fortius nititur decipere alium, [*Quærens requiem*] id eſt ſtabilem atque perpetuam habitationem in ipſis gentilibus, vt ſuo ſemper ſubdantur obſequio, [*Et non inuenit*] in eis requiem talem. Nam licet ad tempus in idololatria fuerint, tamen ad prædicationem a poſtolorum conuerſi ſunt. [*Tunc dicit*] .i. dæmon videns gentium con-
Ioan.13. uerſionem, ſeque ab eis expelli, quemadmodum Chriſtus alibi dixit, Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. [*Reuertar in domum meam,*] id eſt ſynagogam incredulam, quæ nec Chriſto neque apoſto-
Apoca. 23. lis credidit, de qua in Apocalypſi inducitur, Dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt: ſed ſunt ſynagogæ ſatanæ, [*Vnde exiui*] eo tempore quo deo ſeruiuit. In iſto ſermone ſeu exemplo non loquitur Chriſtus de eiſdem numero gentilibus & Iudæis, ſed ſpecie, ſicut & Eſaias frequenter loquitur de populo ſyna gogæ. [*Et veniens inuenit eam vacantem*] id eſt à fide atque virtutibus vacuam, otioſam, & ſuæ inhabita-
Matth. 23. tioni patentem, quoniam deum habitatorem non habuit, prout ſaluator prædixit, Relinquetur vobis H
Hier.12. domus veſtra deſerta. Et Hieremias, Reliqui (inquit) domum meam, dimiſi hæreditatem meam, [*Scopus mundatam*] id eſt exterioribus obſeruantiis legis ſeu traditionum phariſæorum purgatam, non intus purificatam, [*Et ornatam.*] quoad ſanctitatis apparentiam, & corporalem compoſitionem ſeu ſanctum ſeculare. Propter quod ſimiles aſſeruntur ſepulchris dealbatis atque hypocritis. [*Tunc vadit*] diabolus [*Et aſſumit ſeptem alios ſpiritus*] immundos [*Nequiores ſe,*] id eſt copiam ſociorum ſeu multitudinem tentatorum. Septenario nanque vniuerſitas deſignatur. Vnde Raphaël dixit ſe eſſe vnum de ſeptem ſpiritibus ſtantibus ante deum. [*Et intrantes habitant ibi,*] id eſt dæmones corda Iudæorum iam vſque ad finem ſeculi poſsident multo copioſius quàm antea vnquam.

¶ Dicuntur autem hi alij ſeptem ſpiritus nequiores. Primò quoniam homo recidiuans meretur peioribus dæmonibus ſubiici ac impleri, quàm ante deum nondum recidiuauit. Nam melius eſt viam veritatis neſcire, quàm poſt agnitionem reuerti ad vomitum. Ideo ſubditur, [*Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus*] id eſt grauius nunc peccant Iudæi non credendo, ſed blaſphemando Chriſtum, (quem teſte Hieronymo, quotidie in ſuis ſynagogis tribus vicibus blaſpemant, & pro extirpatione diſcipulorum Ieſu Nazareni, ac deſtructione Romani imperij iugiter orant) quàm peccauerunt ante legis receptionem in Aegypto. [*Sic erit generationi huic peſsimæ,*] id eſt tantùm malum euenjet iſtis incre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dulis. Ex quo elicitur quòd præsens exemplum de vno homine traditum, referatur ad infidelem po-
A pulum Iudæorum. quod tamen moraliter exponi potest de quolibet homine, de cuius corde dæmon expellitur in sacramento pœnitentiæ vel baptismi. Et tunc vadit per loca arida, id est corda bonorum vitantium fluxum luxuriæ, & corda propria per abstinentiam macerantium, circuit quærens quem deuoret, in quibus non inuenit requiem, quoniam viriliter tentationibus reluctantur. Tunc redit ad eum vnde exiuit, & si inuenerit eum vacantem, id est negligentem, scopis mundatum & ornatum, id est solùm exterius cultum non interius reformatum, tunc vadit & assumit septem alios spiritus, secundum sensum iam præinductum, & ingressi habitant in homine tali. Quia à tot dæmonibus homo habitatur, quot mortalibus vitiis implicatur. Vnde de Maria Magdalena eiecta dicuntur septem dæmonia. Patet quoque ex his, quòd septem sunt vitia principalia & mortalia, & vnum simpliciter capitale, puta superbia, omnium vitiorum regina. [*Adhuc eo loquente ad turbas*] videlicet præinducto sermone nondum finito, [*Ecce mater eius*] virginea, glorioſa, & superdignissima, altissimorum angelorum puritatem transcendens, [*Et fratres*] id est, cognati vel consobrini Christi, non filij Ioseph de alia coniuge, secundum Hyeronim. Est autem consuetudo scripturæ idiomatisque Hebræi, vt consobrini & consanguinei fratres vocentur. Vnde Abraham dixit ad Loth, Fratres sumus. [*Stabant foris*] non valentes intrare præ turba, cuius tantus fuit concursus, quòd non poterant
B manducare, vt Marcus habet, [*Quærentes loqui ei*] Secundum Chrysosto. Diabolus videns quòd Ie- Gene. 3.
sus ostendebat se filium dei, introduxit parentes eius carnales, vt per illorum præsentiam diuinita- Marci. 3.
tem Christi obscuraret. Sed non videtur bene sonare, vt virgo sanctissima dicatur intrasse aut aliquid Chrysost.
peregisse suggestione diaboli, [*Dixit autem ei quidam*,] secundum Hieronym. Iste fuit insidiator, & dixit Christo de præsentia matris suæ ac fratrum, volens experiri an propter eos omitteret opus dei seu prædicationem: quod si faceret, argueret eum de carnali affectu. Veruntamen Marcus manifeste habet quòd mater & fratres eius miserunt quendam ad eum. [*Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te alloqui. At ipse respondens dicenti sibi, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?*] Hoc dicit non aspernando vel negando matrem carnalem atque cognatos, quasi phantasticum corpus habens, vt Marcion & Manichæus mentiti sunt: sed ad ostendendum quò non solùm habet matrem & fratres carnales, sed etiam spirituales. Itemque, vt noceat nos carnalem affectum obiicere, & operi dei nihil præferre. Ideo subditur, [*Et extendens manum in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei*] sunt hi. Quod tribus modis intelligi potest. Primò sic, Mater mea & fratres mei sunt, id est tam dilecti vt mater & fratres diliguntur. Secundò sic, Tantò propinquiores sunt mihi, quantò amplius intenti sunt rebus diuinis. Tertiò sic, mater mea sunt, id est per contemplationem internam spiritualiter me concipiunt, & per prædicationem ac vitam exemplarem generant me in cordibus aliorum, sicut Apostolus loquitur, Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sic er- Galat. 4.
C go generant me, id est, esse & habitare me faciunt in aliorum præcordiis. iuxta illud Apostoli, Ha- Ephesi. 3.
bitare Christum per fidem in cordibus vestris, & fratres mei sunt, non solùm quia eiusdem naturæ mecum, sed quia opera patris mei faciunt, mihique affectu & opere similes sunt. [*Quicunque enim fecerit*] perseueranter, [*Voluntatem patris mei qui in cælis est*,] diuinis præceptis seu consilijs obediendo, [*Ipse meus frater, & soror & mater est*,] secundum eundem sensum quo discipulos meos dixi matrem meam & fratres. Imò fœlicior est conceptio spiritualis quàm carnalis, secundum quod libro de virginitate asserit August. Beatior fuit Maria profitendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi, quia nil ei materna profuisset propinquitas, nisi Christum fœlicius gestasset corde quàm ventre.

Cap. XIII. [*In die illo exiens Iesus de domo sedebat secus mare.*] Arti. XXV.

IN illo die exiens Iesus de domo.] Si prudenter pensemus verba Euangelistarum Lu Lucæ. 8.
cæ & Marci, compellimur hoc loco accipere diem non pro determinato die na Mar. 4.
turali aut artificiali, sed pro tempore, sicut & prophetæ communiter diem acci- Roma. 17.
piunt Apostolus quoque cum ait, Nox præcessit dies autem appropinquabit:
D In illo itaque die, id est, tempore quo dicta & facta sunt in præcedenti capitulo recitata, exiens Iesus de domo in qua prædicauit, nec ab omnibus propter eorum multitudinem audiri valebat, [*Sedebat cecus mare*] videlicet in littore maris, forsitã Galilęę. [*Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ*] propter diuersas causas, vt dictum est, [*Ita vt nauiculam ascendens sederet*] in naui, quatenus melius audiretur ab omnibus in littore stantibus. [*Et omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in pa-* Ioannis. 16
rabolis dicens.] ¶Multas ob causas loquitur Christus in parabolis. Primò, vt veritas abscondatur indi- Psalm. 18.
gnis, iuxta illud, Nolite sanctum dare canibus. Secũdò, vt studiosis detur occasio bonę exercitationis, Ibidem.
seu diligentis inquisitionis. Tertiò, vt discamus ex corporalibus ac sensibilibus spiritualia atque diuina intelligere. [*Exiit qui seminat seminare*] In expositione huius parabolæ non præstatur nobis libertas qualitercunque exponendi, vel propriam rationem sequendi, sed Christi summi magistri expositionem sequi debemus. Exiit qui seminat. i. Christus seminans in mundo verbum euangelicę legis, exiit de cęlo in terram, iuxta illud Ioannis, Exiuit à patre, & veni in mundum. Et in psalmo, A summo cęlo egressio eius. Vel, exiit de vtero virginis apparendo in mundo, secundum illud, Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exitus autem conuenit Christo ratione humanitatis assumptæ, imò & ex parte diuinę naturę, quia secundum Augustinũ & Hilariũ eo ipso dicitur filius à patrę exire, quo ge-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neratur ab ipso. Propter quod Michæas, inquit, Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Quantùm E
ad operationem quoque conuenit Christo ex parte diuinæ naturæ, vt secundum quod deus dicatur
exire, id est in actum procedere, non locum mutare. Exiit ergo seminare, id est ad seminandum seu
spargendum in cordibus hominum verbum salutis & gratiæ, prout apud Ioannem testatur, Ego in
hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. [*Et dum seminat*] id est
doctrinam euangelicam prædicauit Iudæis [*Alia*] id est quædam semina sua verba prædicationis. se-
men enim est verbum dei, vt Lucas habet. [*Ceciderunt secus viam,*] id est in corda carnalium hominum,
Ephesi. 6. qui in terrenis versantur, & vias seculi latas perambulant, vanitatibúsque intendunt. De qualibus scri
ptum est, Domine, recedentes à te in terra scribentur, [*Et venerunt volucres cæli*] id est aëreæ potestates,
de quibus Paulus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes &
potestates contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.

¶ Dicuntur autem diaboli volucres cæli. Primò, propter subtilitatem naturæ. Secundò, propter habi-
tationem eorum in aëre caliginoso. Tertiò, ratione inordinati ascẽsus eorum ad alta ex tumore super-
Esaiæ. 46. biæ. Interdum tamen per volucrem intelligitur Christus, ratione suæ altissimæ contemplationis, vt
cum Esaias ait, loquens de deo, Vocans ab oriente autem: quod Hieronymus ad literam exponit de
Christo. Et Iob, Semitam ignorauit auis: vbi Gregorius per auem intelligit Christum. In parabolica
Apoca. 5. quippe loquutione interdum per eandem rem significantur diuersa, secundum diuersam proprieta- F
1. Petr. 5. tem rei, quemadmodum per leonem ratione fortitudinis intelligitur Christus, vt in Apocalypsi patet,
Ecce vicit leo de tribu Iuda. Per leonem quoque ratione crudelitatis, signatur diabolus, vt Petrus in-
quit, Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit. Hi itaque volucres [*Comederunt ea,*] id
est suarum tentationum suggestionibus abstulerunt verba dei de cordibus prædictorum. [*Alia au-
tem semina*] id est verba à Christo prolata, [*Ceciderunt in petrosa*] id est in corda lapidea, dura, rebellia, ro-
re gratiæ destituta, [*Vbi non habebant terram multam*] id est mentes capaces, fructiferas, quæ instar pro-
fundæ terræ possint fructificare in bono, [*Et continuo exorta sunt*] id est semina ista repente creuerunt
in fructum compunctionis instabilem, non firmum aut fixum, [*Quia non habebant altitudinem terræ*] id
est fundamentum profundum, ita quòd verba dei non introierunt intima cordis eorum, nec radicem
fœcundam habuerunt in corde. Videmus quippe quòd corda dura & saxea sæpenumero audito ver-
bo dei de horrore futuri iudicij, ac tormentis inferni, compunctionem quandam concipiunt, & ali-
quid boni agere ordiuntur, sed non perseuerant in compunctione & operè bono. Ideo dicit scriptura,
Cor durum male habebit in nouissimo, & cor nequam grauabitur doloribus. [*Sole autem orto*] id est
igne tribulationis ac tentationis exurgẽte, [*Aestuauerunt*] id est semina ista infructuosa effecta sunt, &
tribulationis calore consumpta. [*Et quia non habebant radicem*] id est firmum atque fœcundum funda-
mentum in corde: videlicet gratiam habitualem & stabilem deuotionem, [*Aruerunt*] id est à compun-
ctione & operè bono defecerunt. Vnde Lucas ait, quòd semen aruit, quia non habebat humorem, vi- G
delicet gratiæ alimentum, quod mentem fœcundat, sicut arborem humor aquarum. [*Alia autem ceci-
derunt in spinas,*] id est in corda sollicitudinis vitæ præsentis amara, curis seculi puncta, & diuitiarum
angustiis lacerata. Istæ expositiones postea tanguntur à Christo. [*Et creuerunt spinæ*] id est curæ super-
fluæ in anima ortæ sunt, [*Et suffocauerunt ea*] id est verba dei amouerunt ab anima, quia dum tales de
spiritualibus meditari incipiunt, statim cogitationes terrenæ & anxiæ se commiscent, & bonas medi-
tationes impediunt. [*Alia vero*] semina cælestis verbi [*Ceciderunt in terram bonam*] id est in cor fidele,
docile, atque tractabile. [*Et dabant fructum*] id est in opus bonum creuerunt, sed diuersimode secundum
diuersam dispositionem cordium recipientium ea. Ideo subditur, [*Aliud*] semen id est quoddam ver-
bum dei dedit [*Fructum centesimum*], i. habuit opus perfectum, sicut in spiritualibus diuinis atque heroi
cis viris. Talis est fructus castitatis in virginibus, [*Aliud*] semen protulit fructum [*Sexagesimum*] id est
opus proficiens habuit, sicut in his qui conantur quotidie tendere de virtute in virtutem, & de statu
proficientium ad statum perfectorum pertingere. [*Aliud*] semen attulit fructum [*Tricesimum*] id est o-
pus bonum habuit, sed imperfectum, inchoatiuum, ac animale vt in incipientibus.

¶ Porrò quod dicitur de fructu centesimo, specialiter solet referri ad statum virginalem. Et quod
dicitur de fructu sexagesimo, ad statum vidualem. Quod verò de fructu tricesimo dicitur, ad sta- H
tum coniugalem. Non tàmen simpliciter & vniuersaliter referri potest ad personas statuum prædi-
ctorum, cum sæpe in statu inferiori inueniantur perfectiores homines, quàm in statu superiori. Ta-
men comparando statum ad statum, sic se habet castitas virginalis ad vidualem, eam excedendo in
meritò, sicut centum ad sexaginta: & ita se habet castitas vidualis ad coniugalem, sicut sexaginta ad tri
ginta. Nam finis ad quem ordinatur seminatio seminis huius, id est prædicatio verbi diuini, est ho-
mines à carnalibus ad spiritualia ducere: quod multo perfectius fit in continentia virginali, quàm vi-
duali: & in viduali, quàm in coniugali. Vnde dicit Apostolus, Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit
sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, &
diuisa est. Consequenter Christus admonet auditores ad diligentem ac mysticam intelligentiam præ
dictorum [*Qui habet aures audiendi*] id est aures mentales, quibus verbum dei salubriter percipitur, at-
que audiendo seruatur & impletur, sicut alio in loco ait, Qui ex deo est, verba dei audit, [*Audiat &
accedentes discipuli*] id est duodecim apostoli, vt Marcus refert. Accesserunt autem ad Iesum, non in na-
uiculam, vel actu prædicationis durante, sed cum esset separatus & vacans à populo. Vnde Marcus,
Cum esset (inquit) singularis, accesserunt ad eum, [*Dixerunt ei, Quare in parabolis*] id est obscuris & me-
taphoricis sermonibus [*Loqueris eis?*] videlicet turbæ?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Denique parabola eſt diſsimilium rerum ſub quadam ſimilitudine facta comparatio. [*Qui reſpondens ait illis, Quia vobis*] apoſtolis [*Datum eſt*] per gratiam ſpecialem [*Noſſe,*] id eſt vt noſcatis, & me docente intelligatis [*Myſteria,*] id eſt ſacra ſecreta ſeu ſpirituales ac myſticos intellectus [*Regni dei*] id eſt eccleſiæ militantis vel diuinæ ſcripturæ, in qua cæleſte regnum nunciatur, & ſpiritualium deliciarum epulæ continentur quaſi in paradiſo dei, ſecundum Damaſcenum. [*Illis autem,*] id eſt turbis [*Non eſt datum,*] propter incapacitatem & culpam eorum, vel quia ad gratiam tãtam prædeſtinati non ſunt. Apoſtolis nanque tanquam poſt Chriſtum primis ac ſummis doctoribus, & quaſi fundamentis eccleſiæ pandenda erant diuina ſecreta, vt de ſua plenitudine influerent aliis. De eis ſiquidem in Apocalypſi legitur, Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina apoſtolorum. [*Qui enim habet*] fidem ſynceram, bonam intentionem, vel humilitatem. Vel, qui habet, id eſt qui deo gratus eſt, recognoſcendo omne bonum ſuum eſſe à deo, [*Dabitur ei*] gratia maior, ſapientia plenior, vita perfectior, [*Et abundabit*] ſpiritualibus bonis, iuxta illud in pſalmo, Gloria & diuitiæ in domo eius. Ideo vobis diſcipulis meis fidelibus datur cognitio myſteriorum cæleſtium. [*Ei autem qui non habet*] id eſt qui modicum habet quod comparatione magnorum donorum pro nihilo reputatur. Vel, qui non habet, id eſt deo datori ingratus eſt, non attendens vnde acceperit, ſed ſic glorians quaſi non acceperit. Vel, qui non habet fidem humilitatem, [*Et quod habet auferetur ab eo,*] id eſt cætera dona ſibi Apoc. 19. Pſal. 111.

B diuinitus præſtita meretur amittere. Ideo increduli & peruerſi Iudæi non meruerunt incrementum, ſed detrimentum ſpiritualis intelligentiæ, cæleſtiũmque bonorum. [*Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes*] oculo corporali [*Non vident*] ſyncerè, oculo intellectuali, quoniam excæcauit eos malitia eorum. Vel, videntes facta & conuerſationem atque miracula Chriſti, non vident, id eſt non conſiderant ea eſſe à deo, ſed principi dæmonum deputant ea. Vel, videntes, id eſt ſcripturas veteris teſtamenti literaliter & ſuperficialiter intelligentes, non vident ſpiritualem & verum intellectum earum, propter quod occiduntur à litera, [*Et audientes*] prædicationem meam, vel verba legis ac prophetarum auribus corporis, [*Non audiunt*] ea auribus cordis, debite auſcultando [*Neque intelligunt*] ea ſalubriter, [*Vt adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ, dicentis, Auditu*] corporali [*Audietis,*] ô infideles Iudæi eloquia Chriſti, parabolicóſque ſermones, [*Et non intelligetis*] ea veraciter, ſcilicet parabolarum myſteria. [*Et videntes videbitis*] opera, humanitatémque Chriſti, [*Et non videbitis*] oculo interiori operum qualitatem, & eius diuinitatem. [*Incraſſatum eſt,*] obtuſum & carnale factum eſt [*Cor populi huius,*] terrenis ac ſenſibilibus inhærendo, prout in Deuteronomio ſcribitur, Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, [*Et auribus grauiter audierunt*] id eſt ad audiendum verbum dei aure mentali tardi fuerunt, [*Et oculos ſuos*] interiores, videlicet intellectum, [*Clauſerunt*] id eſt influẽtiæ ſeu irradiationi lucis diuinæ, inſtructioníſque Chriſti incapacem fecerunt, ponendo obicem gratiæ dei, videlicet contemptum & infidelitatem. Peccata enim ſeparant mentem à deo, vt ſint velut murus ſeu ianua intermedia inter mentem ac deum. Propter quod Hieremias fatetur, Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. De talibus ſcriptum eſt, Dicunt deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. [*Ne quando oculis*] cordis [*Videant*] veritatem, [*Et auribus*] interioribus [*Audiant*] ſalutarem doctrinam, [*Et corde intelligant*] id eſt intus legãt, atque ſubtiliter penetrent ſpiritualem ſenſum diuinorum verborum, [*Et conuertantur*] ab errore ad veritatem, & à caducis rebus ad ſummum, ac incommotabile bonum, [*Et ſanem eos*] liberando intellectum à falſitate, voluntatem à prauitate, animam ab omni læſione peccati: de qua ſanitate Hieremias precatur, Sana me domine, & ſanabor. Et Pſalmiſta, Sana animam meam, quia peccaui tibi. [*Veſtri autem*] ô diſcipuli mei, [*Oculi*] interiores [*Sunt*] iam [*Beati*] in ſpe, beatificandi in re per claram diuinæ eſſentiæ viſionem, [*Quia vident*] id eſt rectè intelligunt, & fidei lumine illuſtrantur, [*Et aures veſtræ,*] de quibus iam dixi, Qui habet aures audiendi audiat. Vnde & Eſaias inquit, Dominus deus meus aperuit mihi aurem, ego aurem non contradico. Hæ itaque aures veſtræ beatæ ſunt, [*Quoniam audiunt*] verba mea fideliter. Beati enim qui audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud. [*Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iuſti,*] qui futuram dei incarnationem ſpiritu prophetali, ſeu fide agnouerunt, [*Cupierunt videre*] id eſt optauerunt, ſi fuiſſet poſsibile, videre, [*Quæ vos videtis,*] videlicet Chriſtum in carne, & conuerſationem ac ſigna ipſius, [*Et non viderunt*] ea præſentialiter corporali intuitu, ſicut vos. Vnde & Symeon iuſtus pro ſuo deſiderio, quo Chriſtum videre optauit, reſponſum accepit à ſpiritu Danie. 10. Eſaiæ. 21. Eſaiæ. 9. Hier. 14. Ioann. 8.

D ſancto, non viſurum ſe mortem, donec videret Chriſtum domini. ¶ Sed quæritur, de quo viſu dicat Saluator prophetas & iuſtos voluiſſe videre quæ viderunt apoſtoli, & non viderunt? Non enim videtur ſpirituali viſu poſſe intelligi, quia prophetæ viſione intellectuali & imaginaria viderũt omnia quæ Eſaię. de Chriſto prænunciauerunt. Intelligẽtia enim opus eſt in viſione, vt Daniel ait. Vnde cum Eſaias Babylonis vaſtitatem prædiceret, Corrui (inquit) cum viderem: multo magis vidit Chriſtum in ſpe, quando dicebat de eius incarnatione, Puer natus eſt nobis. Et multa ſimilia. Hieremias quoque cum dixit, Quare quaſi colonus venturus es in terra? Tunc enim imaginaria viſione vidit Chriſtum. Denique ſaluator ipſe inquit, Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt. Nec videtur poſſe intelligi de viſu corporali, quia de illo nõ intelligitur quod Apoſtolis dictũ eſt. Veſtri beati oculi quia vident. Sic enim Iudas & reprobi Iudæi viderunt. Puto ergo quod intelligendum ſit verbum prædictum de viſu interiori coniuncto viſui exteriori. Vtroq; enim viſu optauerunt videre, quę apoſtoli vtroque viſu intuiti ſunt. Si autem fiat vis in hoc, quod ait, Multi prophetæ & iuſti, & nõ omnes prophetæ & iuſti: dici poſſet, quòd quamuis maiores ſancti ac vates viderunt quæ viderunt apoſtoli, non tamen alij omnes minores. Vel reſpondendum, quod licet prophetæ ac iuſti viderunt quædam eorum, quæ & apoſtoli, non tamen tam multa, nec ita diſtinctè ac circunſtantialiter: & hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maximè verum eſt,ſi hoc quod Chriſtus ait apoſtolis, (Quæ vos videtis,) referatur ad totum tempus E
pus quo Chriſtus cum eis in terra conuerſatus eſt vſque ad horam aſcenſionis, & hoc modo vt arbi-
tror intelligendum eſt. Voluerunt quoque [*Et audire*] verba ſapientiæ ex ore meo, [*Quæ auditis,*] qui
me ad libitum interrogatis,& reſponſionem piam ac informationem recipitis, [*Et non audierunt,*] eo
modo vt vos,nec ita perfectè. Multa tamen documentorum Chriſti reuelata fuerunt prophetis. [*Vos
ergo audite parabolam*] id eſt interpretationem ſeu expoſitionem parabolæ [*Seminantis*] id eſt Chriſti qui
per ſeminantem deſignauit ſeipſum. [*Omnis*] homo [*Qui audit*] corporali auditu [*Verbum regni*] id eſt ſer-
monem de regno cæleſti, [*Et non intelligit*] verbum hoc, id eſt virtutem & ſenſum verborum, cordi ſuo
non imprimit, nec ſagaciter penſat, [*Venit malus*] id eſt diabolus in malitia obſtinatus, non eſſentia, ſed
uoluntate malignus. Venit autem per tentationis congreſſum, [*Et rapit*] id eſt aufert ſeu infructuoſum
facit, & obliuioni tradi procurat, [*Quod ſeminatum eſt in corde eius*] id eſt verbum prædicationis infuſum
menti hominis talis. [*Hic*] homo tam negligens, [*Eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt*] id eſt quem ſupra figu
raui per eum in quem cecidit ſemen verbi cæleſtis, ſecus viam ſeculi huius, iuxta ſenſum præhabitum.
Et dicitur homo ſeminatus, id eſt ſemine tali perfuſus, quemadmodum terra dicitur corporaliter ſe-
minata. [*Qui autem ſupra petroſa ſeminatus eſt*] id eſt in corde duro ac ſaxeo ſemen verbi recepit: quem
Matth. 12. figuraui per eum in quem ſemen cecidit ſupra petroſa, id eſt arida, duráque corda. [*Hic eſt qui verbum
dei audit, & continuo cum gaudio ſuſcipit illud,*] in anima tãquam ſibi proficuum, per cuius ſuſceptionem F
euadat periculum. [*Non autem, habet in ſe radicem*] id eſt habitualem gratiæ fœcunditatem, ac ſtabile fi-
dei fundamentum, ſeu firmum propoſitum, [*Sed eſt temporalis*] id eſt inconſtans, ad modicum tempus
perſeuerans in bono, ſicut arundo vento agitata, & puluis à vento proiectus. [*Facta autem*] id eſt ſibi il-
lata vel imminente [*Tribulatione,*] ab inuiſibilibus hoſtibus, [*Et perſequutione,*] à viſibilibus inimicis,
[*Propter verbum,*] id eſt ob id quòd verbum dei recepit, & implere diſponet. Vel, propter verbum ex-
tinguendum. id eſt vt verbum dei tollant de corde eius, continuo ſcandalizatur, id eſt ex verbis ſeu fa
ctis illorum in peccata prolabitur, non reſiſtens viriliter, relinquens viam iuſticiæ, ne patiatur aduerſa,
vel vt conſequatur delectabilia, [*Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis,*] id eſt qui verbum dei recepit in corde
punctionibus temporalium curarum repleto, [*Hic eſt qui verbum dei audit, & ſollicitudo ſeculi iſtius*] id
eſt ſuperflua cura acquirendi vel retinendi res mundanas, videlicet honorem, famam, voluptatem, [*Et
fallacia diuitiarum*] id eſt fallaces diuitiæ, quæ ſufficientiam quandam promittunt, ſed conferre non va
lent, ſuóſque amatores æternis cruciatibus ingerunt: imò quo plus creſcunt, tanto maius deſiderium
in corde auari accendunt, & eum quotidie inſufficientiorem ac miſerabiliorem efficiunt. Bene ergo
Sapien. 14. vocantur fallaces. Vnde Sapiens inquit, Creaturæ factæ ſunt in tentationem, & in muſcipulam pedi-
bus inſipientium. Vel fallacia diuitiarum, id eſt deceptoria affectio, quam diuitiæ temporales cauſant G
in animo hominis. Blandiuntur enim, ſed pungunt, quia cum labore acquiruntur, cum timore amit-
tendi poſſidentur, cum triſtitia amittuntur, [*Suffocat verbum dei*] id eſt memoriam auditi ſermonis au-
fert ab anima, quæ tanto amplius obliuiſcitur diuinorum, quantò plus in terrenis occupatur, tranſito-
riiſque inhæret, [*Et ſine fructu*] boni operis ac ſpiritualis delectationis [*Efficitur*] verbum dei in tali cor-
de diffuſum. [*Qui vero in terram bonam ſeminatus eſt,*] id eſt qui ſignificatur per eum qui ſemen recepit
in terra fœcunda, ſeu ille qui corde deuoto verbum dei audiuit, [*Hic eſt qui audit verbum dei*] aure cor-
porali atque mentali [*Et intelligit*] illud [*Et fructum adfert,*] id eſt opera bona producit verbum in tali a-
nima ſeminatum. [*Et facit, aliud quidem centeſimum,*] id eſt verbum in cordibus quorundam facit fructũ
centeſimum, [*Aliud autem*] facit fructum [*Sexageſimum, aliud vero trigeſimum,*] ſicut expoſitum eſt, vtpo
te ſecundum diuerſam diſpoſitionem ac diligentiam recipientium. Poſuit Chriſtus hoc loco quatuor
genera hominum audientium verbum dei, & quatuor differentias ſeminis, quorum quartum genus
duntaxat ſaluatur. Nam pauci electi, & quarta pars ſeminis ſolùm fructificat. Veruntamen quod dic-
tum eſt de generibus audientium, ad literam intelligitur de Iudæis, quibus Chriſtus in propria ſer-
mocinabatur perſona, & paucos conuertit ex eis. Miſticè vero intelligi poteſt de cæteris gentibus. Sub
inde Saluator comparat regnum cælorum, id eſt militantem eccleſiam aliis rebus. [*Aliam parabolam
propoſuit*] Chriſtus [*Illis*] videlicet turbis in littore ſtantibus eo exiſtente in naui. [*Simile factum eſt reg-
num cælorum*] id eſt ſtatus militantis eccleſiæ, [*Homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo, & cætera.*]
Cum ipſe vnigenitus filius dei, ſapientia patris æterni, poſt pauca proprio ore parabolam iſtam expo- H
nat, non debemus explanationem illius anticipando præcurrere: Differenda eſt ergo elucidatio præ-
ſentis parabolæ, vſque ad locum vbi à Chriſto exponitur. Et accedendum ad tertiæ parabolæ in-
terpretationem. [*Aliam parabolam*] ordine tertiam, [*Propoſuit eis*] ſcilicet turbis, [*Dicens: Simile eſt regnum
cælorum*] id eſt eccleſia militans, maximè primitiua, quæ fuit parua quantitate ſeu numero, ſed magna
virtute: ideo ſubditur. [*Grano Sinapis*] de quo ſinapium exprimitur, [*Quod*] granum ſinapis [*Accipiens
homo*] agricola [*Seminauit illud in agro ſuo, quod*] granum [*Minimum quidem eſt ex omnibus ſeminibus*] id eſt
inter omnia ſemina valde per modicum, vt patet ad oculum. [*Cum autem creuerit*] granum iſtud
in agro, [*Maius eſt omnibus holeribus*] id eſt in altius germen creſcendo exurgit, quam alia ſemina
herbarum ſeu holerum, [*Et fit arbor*] id eſt per modum arboris creſcit in altum, [*Ita vt volucres
cæli,*] præſertim paruæ vel mediocres aues, [*Veniant & habitent in ramis eius*] quieſcendo ſub illis.
Quemadmodum ergo hoc granum quantitate permodicum creſcit in altum: ſic eccleſia in principio
ſui contempta, & numero parua, creuit in populum infinitum, ſeu eccleſiam toto orbe diffuſam, quan
do in omnem terram exiuit prædicatio apoſtolorum, ita vt ſub ramis eius: id eſt, ſub documentis
atque auxiliis eccleſiæ, habitent volucres cæli, id eſt animæ contemplantes cæleſtia, vel principes &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A magnates huius ſeculi ad fidem conuerſi. Sic ergo per hominem ſeminantem intelligitur Chriſtus, vel prædicator ipſius: per granum, eccleſia primitiua: per agrum, orbis terrarum, per quem longe ac late diffunduntur ac ſeminantur fideles, ita vt per Malachiam dominus dicat: Ab ortu ſolis magnum eſt nomen meum in gentibus. Vnde in Eſaia ſcriptum eſt, Florebit & germinabit Iſraël, & implebunt faciem orbis ſemine. Hieronymus per regnum cælorum intelligit Euangelij prædicationem, vel notitiam ſcripturarum, Per hominem ſeminantem, Chriſtum, vel quemlibet alium, qui in agrum proprij cordis mittit verbum dei, quod ſignificari dicit per granum ſinapis. Sicut igitur granum ſinapis paruum creſcit in altum: ſic prædicatio Euangelii primo valde contempta, & omnibus ſcientiis magis diuiſa, creuit per omnes nationes, ita quòd ſub ramis, id eſt, diuerſis dogmatibus eius prædictæ volucres morentur & conquieſcant, omniſque ſecularis ſcientia, & philoſophorum doctrina minorata eſt ſub ea, eíque ſubiecta. [*Aliam*] vtpote quartam [*Parabolam locutus eſt eis, Simile eſt regnum cælorum*] id eſt eccleſia militans, [*Fermento, quod acceptum mulier*] faciens maſſam pro panibus conficiendis, [*Abſcondit,*] id eſt, locauit ac miſcuit, [*In farinæ tribus ſatis*] id eſt, tribus menſuris farinæ aqua conſperſæ ſeu maſſæ, vel azimi. Satum autem ſecundum Hieronymum, eſt menſura Paleſtinæ, vnum modium cum dimidio capiens, [*Donec fermentatum eſt totum*] id eſt, tam diu dimiſit mulier fermentum in maſſa, quouſque tota fermento permixta eſt, atque conueniens facta, vt de ea fieret panis. Hoc ad literam planum eſt. Matth. 4. Malac. 1. Eſaiæ. 27.

¶ Spiritualiter verò per fermentum intelligitur euangelicæ legis doctrina, per quam corda hominũ
B bonum ſortiuntur ſaporem, vt guſtent quàm dulcis eſt dominus, & rectè de omnibus iudicent, quẽadmodum maſſa ex commixtione fermenti redditur apta, vt de ea ſaporoſi panes effici poſsint. Mulier vero eſt ſapientia dei incarnata, vel ipſa eccleſia ac prędicatorum diligentia. Tria ſata ſignificant diuerſa loca, in quibus fideles conuerſi ſint, vel carnem, ſenſualitatem, & rationalem animæ partem, vel partem intellectualem, vim concupiſcibilem & iraſcibilem. His tribus ſatis, hæc mulier inſudit Euangelii documenta, donec totum fermentaretur, id eſt tria hæc conuenirent ac conſentirent in idem: deo vnanimiter ſeruiendo, ita vt caro & ſenſualitas rationi, & ratio deo obediant: ſicque ſimul ſint vnum in Chriſto, & mundus panis, ſicut Apoſtolus dicit, Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Quamuis autem doctrina euangelica non ſit ſubiectiuè niſi in rationali parte animæ: redundat tamen, effectũque habet in ſenſitiua parte & carne, & ſic in eis abſcondi dicitur vel infundi. ¶ Sed cum dicat Apoſtolus, Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ ac nequitiæ. Rurſuſque, Modicum fermentum totam maſſam corrumpit, quæritur quomodo regnum cælorum, id eſt ſtatus vel doctrina eccleſiæ aſsimiletur fermento? Et reſpondedum, quòd in fermento ſunt duo, videlicet quædã humorum corruptio, & calor incluſus, ſeu virtus latens interius. Quantùm ad primum procedit comparatio Pauli: quantùm ad ſecundum, comparatio Chriſti. [*Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas,*] propter cauſas ſuperius aſsignatas, & ſubditur iam alia ratio. [*Et ſine parabolis non loquebatur eis,*] 1. Cori. 10.

C hac vice, vel in iſto ſermone, [*Vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam*] Dauid vel Aſaph, [*Dicentem*] in Pſalmo. lxxvij. qui incipit. Attendite populo meus legem meam: [*Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mundi.*] Vltimam partem huius verſiculi, noſtra tranſlatio habet ſic, Loquar propoſitiones ab initio. Patet ergo, quòd duo primi verſiculi Pſalmi illius in perſona Chriſti dicantur, qui in parabolis nunc loquutus deſcribitur, & eructauit, id eſt diſcipulis ſuis manifeſtauit atque deprompſit, abſcondita, id eſt parabolarum iſtarum interpretationes ſeu myſteria regni cælorum, quæ à conſtitutione mundi homines latuerunt, ſicut iam dixit, quòd multi prophetæ & iuſti voluerunt audire quæ ipſi audierunt, nec audierunt.

¶ Proſecutio Articulus. Cap. xxvi. [*Tunc dimiſsis turbis, uenit in domum.*]

D [*Vnc,*] videlicet præſcripto ſermone ad populum circa mare habito ac finito [*Dimiſsis turbis*] quæ dignæ non erant audire myſteria regni cœleſtis, [*Venit*] Ieſus à naui [*In domum.*] Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, [*Ediſſere,*] id eſt exponere, [*Nobis parabolam Zizaniorum agri,*] id eſt in qua mentionem feciſti de zizaniis, quæ naſcuntur in agro. Quamuis Mathæus ſolùm recitet diſcipulos quæſiſſe expoſitionem huius parabolæ, creditur tamen quòd aliarum quoque parabolarum expoſitionem quærebant, ſecundum quòd Marcus habet, quòd ſeorſum diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. ¶ Porrò ad habendum intellectum expoſitionis parabolæ zizaniorum, neceſſe eſt textum parabolæ ſuprà omiſſum, hoc loco repetere, Sic enim ait Saluator, [*Simile factum eſt regnum cælorum homini*] qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cùm autem dormirent homines, inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Tum ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? Et ait, Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſsis, dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Hucuſque textus parabolæ, quam Chriſtus exponens, adiecit, [*Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis*] Hoc eſt, per hominem bonum ſemen ſerentem intelligitur Chriſtus. [*Ager autem eſt mundus*] id eſt, terra huius peregrinationis, in qua homines degunt, & exules ſunt, [*Bonum vero*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

semel]quod Christus seminauit in mundo, [*Hi sunt filii regni*] hoc est, homines electi, quos Christus mittit ac spargit per omnia climata mundi, quemadmodum semina mittuntur in agris. De hoc semine Christi, seu spiritualibus filijs eius scriptum est, Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. [*Zizania autem sunt filii nequam*] id est reprobi, præsertim hæretici, & persecutores Ecclesiæ. [*Inimicus autem qui seminauit ea*] videlicet ista zizania. [*Est diabolus*] cuius suggestione & machinatione surrexerunt, & peruersa dogmata inuenerunt hæretici, cuius etiam inspiratione alij reprobi se contra Ecclesiam erexerunt. Dicitur autem diabolus homo, non propter veritatem naturæ, sed propter similitudinem culpæ. Vnde de semine eius prædicto, Ioannes, Qui peccat (inquit) ex diabolo est. Et iterum, Iam Antichristi multi nati sunt. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Hinc de Iudæis Christus testatur, Vos ex patre diabolo estis. Dicuntur autem homines mali seminati, vel esse ex dæ-
Ioannis.8. mone, non creatione, sed prauitatis imitatione, iuxta illud Sapientis, Imitantur illum qui sunt ex par-
Sapient. 2. te illius. [*Messis Verò*] vsque ad quam simul crescunt & viuunt in hoc mundo electi ac reprobi, [*Consummatio seculi est*] id est, finis mundi, vel dies iudicij, in quo electi in palatio dei ponêtur, velut in horreo. [*Messores autem*] qui bonos ac malos ad iudicium deducent, & eos ab inuicem separabunt [*Angeli sunt*] non mali, sed boni. [*Sicut ergo colliguntur*] à messoribus [*Zizania*] hoc est, inutiles herbæ, seu folia, [*Et igni comburuntur sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos*] qui sibi subiecti sunt, etiam secundum naturam assumptam. vt verbo vnitam [*Et colligent*] hoc est, auferent, [*De regno eius*] id est, de ecclesia electorum, seu bonis fidelibus,] *Omnia scandala*] hoc est, persequutiones & tentationes, per quas boni frequenter scandalizantur. Vel, omnia scandala, id est, scandalizatores aliorum qui generant scandala, qui tunc ab electis loco & præmio separabuntur,
Matth. 25. [*Et eos qui faciunt iniquitatem*]. i. cæteros operarios malos, hypocritas, simulatores, & callidos, irâ dei, p-
Apoca.13. uocantes, [*Et mittent eos in caminum ignis*] Christo dicente, Ite maledicti in ignem æternum. Tunc enim
Apoca.14. angeli sancti executores iudicij, omnes reprobos homines atque diabolos, in infernalis ignis fornacem proiicient. Vnde in Apocalypsi legitur, Proiectus est draco ille magnus serpens antiquus. Et alio loco ait Ioannes, Cruciabitur iniquus igne, & sulphure, & fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum. Ministerio itaque sanctorum angelorum dispositiuè agentium, fiet suscitatio mortuorum, quos cineres angeli colligent, & suscitatos ad iudicij locum perducent, reprobos ab electis segregabunt, & damnatos in pœnas retrudent. [*Ibi erit fletus & stridor dentium*] hoc supra expositum est capitulo octauo. [*Tunc*] videlicet statim peracto, vel durante iudicio, & illis in caminum ignis seu infernum, qui comparatur ardenti & fumoso camino, proiectis [*Fulgebunt iusti*] in corpore per dotem claritatis, quæ tantò copiosior erit in corporibus glorificatis, quantò eorum animæ deum clarius viderunt. [*Sicut sol*] iste sensibilis, non solùm sicut nunc lucet, sed sicut tunc lucebit, quando lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum. Estque probabile, quòd claritas corporis glorificati excedit claritatem solarem, quoniam opera gratiæ excedunt opera naturæ. Vel sicut sol spiritualis, videli-
Malac.3. cet Christus, de quo in Malachia dominus perhibet, Orietur vobis (inquiens) timentibus nomẽ meũ sol iustitiæ. Corpora namque electorum assimilabuntur claritati corporis Christi, prout dicit Apo-
Philip.3. stolus, Saluatorem expectamus dominum Iesum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

¶ Denique sicut corpora electorum fulgida erunt vt sol, sic corpora reproborum obcurissima erunt, secundum quòd animæ eorum omni lumine interiori, quantùm ad rectum vsum, omnino priuantur. His dictis patet expositio huius parabolæ, paucis exceptis quæ tangenda sunt breuiter. Cùm autem dormirẽt homines. i. prælati ecclesię & aliorũ doctores de hac vita migrarent, vel à diligenti custodia gregis sui cessarent, venit inimicus eius id est, diabolus aduersarius Christi, & superseminauit zizania, hoc est, hæreticos, & peruersos misit ac miscuit in medio tritici, hoc est, inter electos atque catholicos: & abiit alibi facere aliquid mali. Et citò reuersurus est. Cùm autem creuisset, herba, hoc est, semẽ bonum seminatum à Christo, & fructum bonæ conuersationis feciſſet, id est, cum filij regni numero ac merito aucti fuissent in seculo isto, apparuerunt inter eos & zizania, id est, prædicti iniusti. Accedentes autem spirituali accessu serui patrisfamilias, hoc est, famuli Christi, vtpote angeli secundũ Hieronymum. Vel deuoti prælati, ac vicarij Christi, dixerunt ei, Domine, Nónne bonum semen seminasti in agro tuo? id est, homines fide & opere Christianos in mundo. Vnde ergo habet zizania? Et ait, inimicus homo hoc fecit, id est, diabolus. Serui autem dixerunt, Vis imus & colligimus ea? id est, vis ne vt separemus & auferamus hæreticos & peruersos à societate fidelium, per excõmunicationẽ. vel vel tradendo eos potestati seculari ad occidendum? Et ait, Non. Ne fortè colligenntes zizaniá ista, eradicetis, id est, periculo vel occisioni exponatis & triticum, id est, electos fideles. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, id est, diem retributionis extremæ. seu iudicij: & in tempore messis dicam messoribus, id est, angelis, Colligite primum zizania, id est, antequam proferatur iudicialis sententia sepa-
Prouer.5. rate malos à bonis, & allegate ea in fasciculos, id est. per modum fasciculorum adunate eos ad com-
Esaiæ.24. burrendũ, hoc est, vt in igne gehennæ succendantur, non cõsummantur. Impius quippe funibus peccatorum suorum constringetur, vt Sapiens inquit. De hac impiorum colligatione scriptum est in Esaia, In die illa visitabit deus super malitiam cæli in excelso, & super reges terræ, & congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.

¶ Circa hunc locum quæritur, an hæretici sint sustinendi? Et videtur quòd imò, cùm Christus dicat, Sinite vtraque simul crescere vsque ad messem. Hieronymus quoque hic dicit, Monemur ne citò amputemus fratrem, quoniam fieri potest, vt ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat. Oppositum videtur ex eo quod ait Apostolus, Auferte malum de medio fratrum vestrorum. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A secundum Apostolica documenta, prohibemur hæreticos salutare, & cum quibusdam peruersis cibum accipere. Ad hanc quæstionem respondit Thomas, quòd circa hæreticum duo pensentur, videlicet eius iniquitas & ecclesiæ pietas. Quantum ad primum meretur non solum excommunicari, sed occidi, cum multo grauius sit fidem corrumpere, quam falsare pecuniam: & tamen falsores pecuniæ secundum iura occiduntur. Quantum ad secundum non, decet hæreticum statim damnare, sed ad veritatem proposse reducere. Ideo ecclesia non immediate & subito, sed post primam & secundam correptionem damnat hæreticum, sicut ad Timotheũ docet Apostolus. Si verò ex tunc in suo errore mã serit pertinax, separat eum ecclesia à se per cõmunicationis sententiã, relinquit eũ seculari iudicio mor ti tradendũ. Vnde alia loco Hierony. Secandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caule repellenda est, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeant, corrũpantur putrescant. Arrius, In Alexandriavna scintilla fuit, sed quoniam nõ statim oppressus est, totũ orbem eius flãma depopulata est. Itaque quod dominus ait zizania non esse tollenda, sed sinenda vt crescant cum tritico, si per zizania intelligantur hæretici, tunc intelligendum est in causa, quando videlicet extirpari non possunt sine eradicatione, seu periculo tritici: quando videlicet non sunt aperti, vel satis noti, vel potentes habent defensores. Vnde dicit Hieronymus, Monet dominus ne vbi quid ambiguum, cito proferamus sententiam. ¶Sequitur quinta parabola, [*Simile est regnum cælorum*] hoc est, præmium beatorum in patria [*Thesauro*

B *abscondito in agro*] Nam sicut propter talem thesaurum, possidendum, omnia venduntur: sic propter ad ipiscendum regnum cælorum omnia temporalia deseruntur. Ideo subditur, [*Quem*] thesaurum [*Qui inuenit homo absondit*] tanquam pretiosum clenodium [*Et præ gaudio illius*] id est ex dilectione & amore thesauri inuenti, [*Vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum*] vt habeat ius possidendi thesaurum ex integro. Olim enim thesauri in agro inuenti, quamuis propter temporis longitudinem ignorabatur cuius fuissent, tamen propter communem hominum pacem pro media parte fuerunt dominorum agri. Ager ergo est vita actiua, vel sacra scriptura, in quibus thesaurus iste, videlicet beatitudo cælestis quodammodo latet & continetur vt merces in merito. Homo autem thesaurum reperiẽs, est quicunque deuotus, qui cum Apostolo omnia arbitratur vt stercora, vt Christum lucrifaciat. Vel, Thesaurus est Christi diuinitas: ager, caro ipsius. [*Iterum simile est regnum cælorum*] id est ecclesia militans [*Homini negociatori, quærenti bonas margaritas,*] hoc est, lapides pretiosos. [*Inuenta autem vna pretiosa margarita*] id est gemma quadam dignissima, qualis est iaspis, [*Abiit & vendidit omnia quæ habuit & emit eam*] vt carius venderet ipsam, vel tanquam prænobile, bonum possideret. Sic Ecclesia & quilibet veraciter Christianus, quærens pretiosas margaritas, hoc est, virtutes præclaras & cardinales, & veteris testamenti scripturas, vnam verò pretiosissimam inueniens, scilicet Christianæ legis doctrinã, vel consiliorum euangelicorum perfectionem, vel increatam dei sapientiam dominum Iesum, vendit vel vilipendit cuncta terrena vt margaritam istam obtineat, sicut testatur Apostolus, Omnia arbitror de-

C trimentum propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi, Pretiosior nempe est sapientia cũctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. ¶Postremò, septima & vltima parabola subditur, [*Simile est regnum cælorum*] hoc est, ecclesia militans, in qua deus per fidem & gratiam regnat, quæ & ipsa regnat in nomine Christi, seculare ac spirituale dominium atque iudicium habens & faciens. De quo Petrus Apostolus. Vos (inquit) genus electum regale sacerdotium: qui in Apocalypsi fatetur, loquens ad Christum, Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. [*De hoc*] Regno dixit archangelus de Christo ad virginem, Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Itaque regnum illud simile est [*Sagenæ*] seu reti [*Missæ*] à piscatoribus [*In mare*] vt capiat pisces, [*Et ex omni genere piscium congreganti,*] hoc est, bonos & malos pisces capienti, vel quosdã de omni specie piscium. [*Quam*] sagenã [*Cum impleta esset*] piscibus talibus [*Educentes*] piscatores [*Et secus littus*] hoc est, iuxta ripam aquæ, [*Sedentes elegerunt*] ex sagena, [*Bonos*] pisces [*In vasa sua: malos autem foras miserunt*] id est penitus abiecerunt, & bestiis ac auibus ad deuorandum dederũt. Sic modo ecclesia continet bonos & malos, & quosdam de omni genere hominum. Mystice etiã per sagenam exprimitur prædicatio Apostolorum & successorũ ipsorum, qui ex verbis vtriusque testamenti sermonem per modum retis texentis, miserunt illum in mundum istum, qui magno procel-

D soque mari assimilatur, & congregauerũt intra ecclesiam quosdã de omni natione, plurescq; reprobos quàm electos. Vnde in vocatione priorum Apostolorum dictum est, Venite post me, faciam vos esse piscatores hominum. ¶Præterea ipsemet Christus declarat cur ecclesia comparetur tali sagenæ [*Sic erit in consummatione seculi*] Quantum ad hominum separationem ab inuicẽ, quãdo agni ponentur à dextris, & hœdi à sinistris: sicut nunc dictum est de piscium separatione, Nam tunc, [*Exibunt angeli*] à summo cælo [*Et*] missi à Christo [*separabunt malos de medio iustorum*] hoc est, de tota vniuersitate electorum [*Et mittent eos in caminũ ignis, ibi erit fletus & stridor dentium*] Hoc totum iam euidenter expositum est. ¶Itaque ecclesia per modum sagenæ nunc natat & fluctuat in hoc mari magno ac spacioso, & sæpe fluctibus tribulationum, & aquis tentationum ita afficitur atq; torquetur. vt clamet cum sancto Dauid, Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me, Nunc quoq; nescitur, qui pisces sint electi, & qui reprobi. ¶Porrò in fine seculi, Christo ad iudicium descendente, sagena ista quasi ad littus trahitur, cum omnes ante Christum in valle Iosaphat ducuntur ac præsentantur, tuncque boni manifestè secernẽtur à malis. [*Intellexistis hæc omnia?*] scilicet parabolas istas & interpretationes earum. Hoc Apostolis dicitur, qui tamen apud Marcũ referuntur à Christo reprehensi, eo quòd primam parabolam non intellexerunt. [*Dicunt ei Etiam. Ait illis, Ideo*] Hoc est, ex quo ad vos tanquam ad aliorum magistros spectat hæc omnia intelligere. Propterea [*Omnis scriba doctus in regno cælorũ*] hoc est, quilibet prædicator, & prælatus, præser

1. Corin. 5.
2. Tim. 5.
1. Corin. 5.
Philipp. 3.
1. Petri. 2.
Apoca. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

im epiſcopus militante eccleſia,[*ſimilis eſt homini patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua et vetera,*] E
veſtimenta, vtenſilia, alimenta talenta. Quemadmodum enim talis pater familias vnicuique de filiis, ac familiis ſuis dat ſecundum quòd indiget, & capere poteſt, ſvel dignus eſt ſic ſcriba doctus de quo nunc ſermo eſt, vnumquenque de grege ſuo paſcit ac inſtruit, prout capere valet, ſecũdum quod Paulus lacte portaſſe ſe dicit eos, qui ſolidum non poterant capere cibum. In diuinis enim ſcripturis inuenitur, quod omni ſtatui congruit. Huiuſmodi itaque ſcriba profert de theſauro ſuo, hoc eſt, de plenitudine gratiæ perfectionis & ſcientiæ ſibi diuinitus diſtributæ, Theſaurus enim deſiderabilis in ore ſapientis ſecundum Salomonem: Noua & vetera, hoc eſt, vtriuſque teſtamenti eloquia. ſermonem ſuum confirmans authoritatibus nouæ & veteris legis. Vnde in Canticis ait Eccleſia, Omnia poma noua ac vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Debent ergo maiores prælati in vtraque lege eſſe periti, imò ſecundum dei formem Theologorum ducem ſacratiſsimum Dionyſium, ad Epiſcopos pertinet, vt ſint adeò docti, quod difficillima quæque & omnes ſubditorum dubitationes ſoluere poſſint. [*Et factum eſt cum conſummaſſet*] Hoc eſt, perfecte terminaſſet [*Ieſus parabolas ſuas*] ſeptem, non ſolum ea, ſed etiam earum myſteria, ſeu interpretationes, diſſerenda diſcipulis, [*Tranſiit inde,*] recedendo à domo, in qua loquutus eſt iſta, [*Et veniens in patriam ſuam*] videlicet Galilæam, in qua conceptus, nutritus, atque moratus eſt. [*Docebat eum*] videlicet compatriotas & cum ciues ſuos in vrbe Nazareth ſecundum Hieronymum, [*Ita vt mirarentur*] Nazarei [*Et dicerent, Vnde huic ſapientia hæc & virtutes?*] F
hoc eſt, miracula. Quaſi dicerent, Quis dedit ei tanta dona? Nouerant enim quod non habuit ſapientiam iſtam per ſtudium, iuxta Illud Ioannis ſeptimo capitulo, Vnde hic ſcit literas, cum non didicerit? Virtutem quoque miraculorum eſtimabant ſibi non eſſe collatam à deo, propter ignobilitatem parentelæ. Vnde ſubditur, [*Nonne hic eſt fabri filius?*] ſcilicet ipſius Ioſeph, qui fertur fuiſſe faber lignarius. Marci ſexto ita habetur, Nónne hic eſt faber filius Mariæ? Vocabant ergo Ieſum fabrum, vel deſpectiue, ſicut communiter ſit cum filiis improperatur officium patrum, vocantur nomine talis officij, vt ſi filius fullonis promoueatur in epiſcopum, inuidi dicunt, Ille fullo. Vel, quia Ieſus patrem ſuum putatiuum frequenter adiuuit in ſuo officio, quod Nazaræos iſtos non latuit. Nam vſque ad triceſimum annum habitauit cum eis. [*Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius ſunt iacobus & ioſeph, & ſimon, & iudas?*] De iſtis fratribus dictum eſt ſupra, quod fuerunt conſobrini, Chriſti, & filij Marię vxoris Cleophæ ſororis virginis glorioſæ, vt dicit Hieronymus in libro contra Heluidium hæreticũ. Sanctus Thomas in vno loco ait, quod illi qui in euangelio appellãtur fratres Chriſti, fuerunt filij Ioſeph de alia coniuge. Alibi dicit, quod Ioſeph creditur virgo fuiſſe, quod Beda & alij communiter aſſerunt, & ſic fratres iſti fuerunt Chriſti nepotes. Cum enim in cruce commiſerit matrem ſuam virginem virgini cum eſſet adulta, probabile eſt, quod iuuenculam nõ commiſerit niſi virgini ſponſo. [*Et ſorores eius*] id eſt cognatæ [*Nonne apud nos ſunt?*] hoc eſt inter nos habitando. [*Et ſcandalizabantur in eo*] Id eſt ex conſideratione humilis genealogiæ cognationiſque Chriſti, in peccatum G
prolapſi ſunt, æſtimantes quòd ſapientiam & virtutes habuerit à diabolo, potius quàm à deo. In quo patet infinita eorum cæcitas atque peruerſitas, cum multi prophetarum illiterati, & egeni extiterint, & tamen prophetali ſapientia deo miſerante impleti ſunt, vt Amos agricola vellicans ſycomoros. Hieremias puer [*Ieſus autem dixit eis, Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo*] id eſt familia [*Sua*] Non quod alibi vbique honoretur, vel ab omnibus ſuis compatriotis ſpernatur. ſed quia communiter ſic eſt, quod à ſuis magis contemnitur. quàm ab aliis. & hoc ex inuidia oritur, ſvel ſuperbia, quia homines male pati poſſunt, vt compares ſui præferantur eis. & compatriotæ melius ſciunt imperfectum alicuius, quàm alij, & frequenter conuertunt oculum mentis ad conſiderationem eius, quod homo fuit tempore pueritiæ, vel cum eis ſimilis videbatur. [*Et non fecit ibi virtutes multas.*] Hoc eſt, multa miracula ſaltem ac vice. [*Propter incredulitatem illorum*] videlicet quia indigni erant & etiam ne faceret eos maiori damnationi obnoxios. Fecit tamen ibi quædam miracula, ne excuſationem ſuæ infidelitatis haberent. Vnde Marcus habet, Et non poterat ibi virtutem vllam facere, ſcilicet potentia ordinata, quia non decuit niſi infirmos impoſitis manibus curauit.

Amos.7. Hiere.1.

¶Cap. XIIII. [*In illo tempore, Audiuit Herodes Tetrarcha famam ieſu*]

Articulus XXVII. H

IN *illo tempore. Audiuit Herodes*] Antipas filius Herodis Aſcalonitæ, cuius tempore natus eſt Chriſtus, qui & infantes occidit [*Tetrarcha*] id eſt princeps quartæ partis regni. Nam patre eius mortuo, diuiſum eſt regnum Iudææ in quatuor partes, quarum duæ datæ ſunt Archelao filio prædicti Herodis. Tertia pars Philippo. Quarta, huic Herodi data ab Imperatore Romano, [*Famam ieſu*] .i. rumorem miraculorum, documentorum & operum Chriſti. [*Et ait pueris.*] id eſt ſatellitibus, [*Suis*] vel ſibi familiariter iunctis [*Hic*] Ieſus de quo audio tanta [*Eſt ioannes Baptiſta*] ſciebat enim Herodes Ioãnẽ virũ ſanctũ & iuſtũ fuiſſe, vt habet Marcus. Idcirco audiẽs tãta de Chriſto, putauit quod ipſe eſſet idem iuſtus & ſanctus, quaſi deus non haberet niſi vnum excellentẽ miniſtrum in mundo. Ipſe Ioannes quem ego decollaui [*Surrexit a mortuis*] Ex hoc patet quod iſte Herodes ſicut & pater eius, legem Moyſi acceptauit. [*Et ideo virtutes*] hoc eſt, præcedentia merita, ſeu opera virtuoſa Ioannis [*Operantur in eo*] id eſt ſunt cauſa, quod tante mirabilia agit. Quamuis enim Ioannes ante mortem ſuam nullum fecerat ſignum, æſtimauit tamen Herodes quod poſt ſuam reſurrectionẽ miracula faceret, quaſi ad ſtatum meliorem promotus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Et quia de morte Ioannis iam tactum est, Euangelista describit causam, modum, & ordinem suæ occisionis. [*Herodes autem*] per seruos suos [*Tenuit*] hoc est, comprehendit accepit, [*Ioannem & alligauit eum & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui*] id est ad instantiam Herodiadis coniugis Philippi, qui fuit frater Herodis, cuius legitimam coniugem nomine Herodiadem abstulit iste Herodes, & secum in adulterio sedit: vel propter Herodiadem, hoc est, propter amorem carnalem quem habuit ad eam, quam tantò carnalitatis ardore amauit, quòd increpationem de hoc ferre non potuit. Vel, propter Herodiadem, id est ad hunc finem. Vt Ioanne occiso, cum illa quietius ac securius delectaretur. [*Dicebat enim illi*] puta Herodi [*Ioannes, Non licet tibi*] qui legem Moysi recepisti [*Habere eam*] in coniugem, quia hoc prohibet lex, ne quis vxorem fratris, illo viuente accipiat. [*Et volens*] Herodes [*Illum*] id est Ioannem [*Occidere, timuit populum*] ne insurgeret contra ipsum, si Ioannem occideret, [*Quia sicut prophetam eum habebant*] id est, Ioannem reputauit populus communis esse prophetam. Vnde dictio illa, sicut, hoc loco dicit non tantum similitudinem, sed etiam veritatem. Marcus habet quod Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum sanctum & iustum, & custodiebat eum: & audito eo, multa faciebat, & libenter eum audiebat, quibus verbis Marcus præmisit. Herodias autem insidiabatur Ioanni, volens occidere eum, nec poterat, cuius impotentiæ causam Marcus assignans dicit, quæ allegata est. Herodes enim metuebat Ioannem.

B Ex quibus patet, quòd mulier ista nepharia, primò concepit odium contra Ioannem suæ concupiscentiæ inimicum. Videns enim quòd Herodes Ioannem libenter audiuit eóque audito multa opera batur, cœpit timere ne propter prædicationem Ioannis Herodes eam abiiceret, & primo redderet viro. Quod ergo nunc dicitur, quòd Herodes quærebat Ioannem occidere, intelligendum est, pro cessisse ex Herodiadis suggestione. Effœminatus quippe Herodes intantùm victus est luxuriosæ mulieris concupiscentia & amore, vt contra legem & propriæ rationis iudicium acquieuerit mulieri. Et insidiabatur Ioanni, quem ante libenter audiuit, ac timuit. [*Die autem natalis*] id est vniuersario die natiuitatis [*Herodis, saltauit*] hoc est, corizando tripudiauit [*Filia herodiadis*] ex alio viro, in medio aulæ seu alterius loci, vel in medio eorum qui aderant. [*Et placuit Herodi*] Saltans filia meretricis, & saltatio eius [*Vnde*] id est ex qua vana complacentia [*Cum iuramento pollicitus est*] hoc est promisit [*Et dare quodcunque postulasset ab eo*] quamuis mediam regni partem. [*At illa*] puella [*Præmonita a matre sua*] Herodiade, à qua petiuit consilium, dicens, Quid petam? Et illa caput Ioannis. [*Da mihi inquit*] puella Herodi [*Hic*] hoc est, in loco præsenti, [*In disco, caput Ioannis Baptistæ*] quod fieri non potuit, nisi decapitaretur. [*Et contristatus est rex*] Herodes, quod tam inconsulte iurasset ac promisisset, & quod illa tam crudeliter postulasset. Quidam dicunt, quod Romani abstulerunt à Iudæis nomen regium. Et tamen hoc loco Herodes dominus Iudæorum dicitur rex. [*Propter iuramentum autem*] quod fecit puellæ, ne videretur periurus, [*Et eos qui pariter recumbebant*] id est simul cum ipso manducabant. Fecit enim

C cœnam principibus & tribunis, & primis Galilææ. Itaque propter istos ne in tantorum virorum præsentia videretur periurus & mendax, vel ne ipsi turbarentur, quia fortasis consenserunt Herodiadi in mortem Ioannis [*Iussit dari*] caput Ioannis puellę nequissimæ. ¶ Secundum Hieroynmum, & alios plures, Herodes cum Herodiade ordinauit, quomodo posset Ioannem occidere, & inuento concordi consilio, fecit conuiuium in quo filia Herodiadis tripudiaret, qua saltante finxit se rex vltra modũ delectatum in saltatione illius, moxque iurando promisit dare ei quod peteret. Qua tentenți, simulauit se rex contristari, vt populus haberet eum excusatum de morte Ioannis, cum tamen corde gauderet, & hoc alij probant. Primò, quia vt scribitur hic, Herodes ante saltationem, accubitum & postulationem puellæ, voluit Ioannem occidere. Secundò, quoniam nisi optasset mortem Ioannis, non occidisset eum propter iuramentum quia sub promissione huiusmodi non intelligitur aliquod illicitum cadere. Tertiò, quia non est probabile quod propter saltationem promitteret puellæ tantùm donum. Veruntamen Augustinus sentire videtur, quod Herodes verè metuebat, & libenter audiebat Ioannem, & ex animo tristis affectus est postulatione illa audita, quod literæ huius capituli & verbis Marci magis consonare apparet. Quod igitur dicitur, Herodem voluisse occidere Ioannem, intelligi potest de voluntario permixto inuoluntario, quomodo Pilatus voluit crucifigere Christum, quem is

D vtique voluntarie crucifixit, aliter non peccasset, sed erat voluntarium illud inuoluntario mixtum. ¶ Denique sicut (iuxta Salomonem) vult & non vult piger, si talis vult & non vult, hoc quoque quod vult efficit cum mœrore, quemadmodum negotiator cum tristitia proiicit merces in mare. Habuit ergo displicentiam contra Ioannem propter increpationem ipsius, & inclinationem & occidendum eum, propter Herodiadis preces. Sed non tantum quòd absolute decreuit vel optauit eum occidere secundum Augustinum, ideo contristatus est audita petitione petulantis puellæ. Ad secundum dici potest, quod reges, principes & superbi volunt promissa ac iuramenta sua implere, quamuis illicita, ne ab hominibus iudicentur periuri aut mentientes. Et quod opponitur, Si puella petisset caput patris & matris, Herodes non consensisset, ergo quod iurauit puellæ dare quicquid peteret, insidiando fecit. Hoc solueretur dicendo, quod intentio Herodis non erat absolute promittere, sed dummodo non esset penitus irrationabile, & absurdum. Ideo enim dixit, Licet dimidium regni mei. Quasi diceret, Si aliquod maius petieris, non præstarem. Ad tertium diceretur, quod reges cum vino calefacti sint, faciliter inclinantur ad promittendum, vt patet de Assuero quomodo promiserat Hester. Quamuis autem caput Ioannis dare saltanti fuit maximè irrationabile, tamen Herodes non reputauit hoc tam irrationabile, vt alia multa. [*Misitque*] speculatorem [*Et decollauit*] per manũ illius [*Ioannem in carcere. Et allatũ est caput eius in disco, & datũ est puellæ, & tulit matri suæ*] Herodiadi, vt viso capite increpatoris sui gloriaretur, de condigna vindicta. O qualia sunt iudicia dei. Hester. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et quomodo permittit deus iuſtus & ſanctus electos ſuos in præſenti ſeculo tribulari, à reprobis op- E
primi, multis iniuriis affici. Scit enim quàm ſalubre & meritorium hoc eis exiſtat. Ecce ſanctiſsimum
virum conſanguineum Chriſti, præconem, præcurſorem, baptiſtam ſaluatoris, quo inter natos mulie-
rum maior non fuit, permiſit ad ſuggeſtionem adulteræ incarcerari, ad inſtantiam petulantis ac vilis
puellæ occidi. Nemo ergo ſeruorum Chriſti murmuret, contriſtetur, aut puſillanimis fiat, dum aduer-
ſitatibus atque iniuriis fatigatur. Multæ enim tribulationes iuſtorum. Et tanquam aurum in fornace
probabit deus electos. [*Et accedentes diſcipuli eius*] puta Ioannis [*Tulerunt corpus eius*] de carcere vel loco
carceri propinquo, [*Et ſepelierunt illud*] in vrbe Sebaſte, vt dicitur, quæ olim vocabatur Samaria. Nec
dubium quin fecerint planctum magnum ſuper tam dilectum & ſanctum magiſtrum. [*Et venientes
nunciauerunt Ieſu*] de occiſione Ioannis. Nouerant enim Ieſum eſſe cognatum & amicum Ioannis præ
cipuum. [*Quod cum audiſſet Ieſus*] Non quòd tunc illud primo cognouit (quippe cum ipſe omnia præ-
terita, præſentia, & futura, à primo ſuæ conceptionis inſtanti agnouerit) ſed tunc oſtendit ſe illud co
gnoſcere, faciendo quod ſubditur, [*Receſſit inde*] videlicet à patria ſua, ſeu Nazareth, [*In nauiculam*]
vt pauper, & humilis, vili & humili vehiculo nauigaret trans fretum, ſeu mare Galilææ, vt patet in Io
anne [*In locum deſertum ſeorſum,*] non quaſi timens ab Herode occidi, quem poterat ſolo nutu de-
ſtruere: ſed quaſi cedens furori hoſtis, danſque exemplum viciſſim declinandi perſequutionem, &
vt die diuinitus præordinato pateretur in Hieruſalem, ſicut frequenter prædixit. [*Et cum audiſſent tur
bæ*] Ieſum tranſiſſe ad locum hunc, [*Sequutæ ſunt pedeſtres de ciuitatibus,*] Nec dubium quinetiam de F
villis atque caſtellis. Cauſam quare ſequutæ ſunt eum, Ioannes refert, videlicet, quia videbant ſi-
gna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. [*Et exiens Ieſus*] hoc eſt, deſertum locum egrediens,
& turbis quodammodo obuians, [*Vidit turbam multam, & miſertus eſt eis.*] quia erant ſicut oues non
habentes paſtorem, ſecundum Marcum. [*Et curauit languidos eorum*] hoc eſt, infirmos quos turba
adduxit, & docuit turbam. Per hoc myſtice deſignatur, quod Chriſtus ipſius veſtigia ſequentibus,
eiusque gratioſam præſentiam quærentibus, protinus obuiat, & vltro ſe offert. Iuxta illud, Omnis
qui quærit, inuenit, vulnera vitiorum in eis curat, & lumen ſapientiæ influit. [*Veſpere autem facto ac-
ceſſerunt eum diſcipuli eius dicentes, Deſertus eſt locus*] In quo ſumus, hoc eſt, domos & cibos non habens
[*Et hora præteriit*] id eſt tempus huius diei ad occaſum iam tendit, idcirco [*Dimitte turbas*] dando eis li-
centiam vel conſilium reuertendi ad loca habitationis; [*Vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas*] Marcus ſic
habet, Vt euntes in villas & vicos. Vnde per caſtella, alia quoque loca conuenientia intelliguntur,
in quo declaratur ſollicitudo ſuperflua imperfectaque fides diſcipulorum, qui dabant conſilium rece
Lucæ. 9. dendi à Chriſto, & ſpirituali alimento propter corporeum cibum, & quaſi fame periclitari poſſent,
quibus adfuit Chriſtus. [*Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe ire*] ad cibos emendos. [*Date illis vos*]
manducare. ¶ Quæritur, cur hoc Chriſtus dixit diſcipulis, quos nouerat non habere cibaria tanta.
Dicendum, primo ad inſinuandum, quòd ſi diſcipuli habuiſſent fidem ſicut granum ſinapis, certi fuiſ- G
ſent ſe ſola prece poſſe acquirere eſcas ſufficientes turbæ à deo. Secundò, intelligi poteſt per modum
propheticæ prænunciationis, vt Chriſtus dicatur dixiſſe diſcipulis, Date illis manducare, quia ſciuit ſic
eſſe euenturum. ¶ Sciendum tamen quòd antequam Chriſtus hæc dixit, interrogauit Philippum, Vn
de ememus panes vt manducent hi? vt habet Ioannes. Quo reſpondente, Ducentorum denariorum
panes non ſufficiunt eis: dixit Saluator, Vos date illis manducare. Reſponderunt diſcipuli, Euntes e-
Marci. 6. mamus denariis ducentis panes, & dabimus illis manducare? Qui dixit, Quot panes habetis? vt in Mar
co habetur. Quid autem ad hoc reſponderint ſubiungit Matthæus. Reſponderunt ei, [*Non habemus hic
niſi quinque panes & duos piſces*] Ioannnes ſic habet, Reſpondet ei Andreas, Eſt puer hic vnus, habens
quinque panes hordeaceos, & duos piſces. Itaque per ſynecdochē, ponitur pars pro toto. vel omnes
reſpondiſſe dicuntur, quia Andreas reſpondit pro omnibus. [*Qui ait eis, Afferte huc illos mihi*] panes &
piſces. [*Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere,*] Hoc eſt, manducare, vel ad manducandum quieſcere, ſeu ſede
re [*ſuper fœnum*] erat nanque fœnum multum in loco illo, nec tabulas nec ſedilia habuerunt, [*Acceptis
quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens cælum*] non quòd per eleuationem corporalium oculorū ſuo
Pſalm. 24. rum, hoc eſt, interiores oculi animæ ſuæ plus quàm ante eleuarentur ad deum per contemplationem,
quem indeſinenter per ſpeciem vidit: ſed aſpexit in cælum. Primò, vt daret nobis exemplum ſemper H
Ioannis. 6. recurrēdi ad deum, iuxta illud in Pſalmo. Oculi mei ſemper ad dominum. Secundò, ad ſignificandum
quòd tota virtus & efficacia ſua eſſet à patre. Quemadmodum ait apud Ioannem, Non poſſum ego à
meipſo facere quicquam. [*Benedixit*] In quo docuit ante commeſtionem benedicere cibos [*Et fregit, &
dedit diſcipulis panes*] Iam fractos. [*Diſcipuli autem*] dederunt [*Turbis.*] ¶ Denique inter manus Chriſti &
diſcipulorum, multiplicati ſunt panes & piſces, vel per creationem nouorum panum & piſcium: vel
per ſolam eorum multiplicationem, ſine alicuius materiæ conuerſione in panes piceſque: vel per aug-
mentationem, conuertendo aliquid in panes & piſces. De modo ſiquidem huius multiplicationis eſt
longiſsima atque difficilis diſputatio inter doctores [*Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt*] omnes.
[*Et diſcipuli tulerunt*] hoc eſt, colligendo à manducantibus abſtulerunt [*Reliquias*] ciborum remanen-
tes, [*Duodecim cophinos*] fragmentorum plenos. Ponit continens pro contento, hoc eſt, fragmen-
ta ſportarum duodecim. Myſtica horum explanatio poni ſolet in Ioannis Euangelio. Vnde ad lo-
Numeri. 1. cum illum hanc differo [*Manducantium autem numerus fuit quinque milia virorum exceptis mulieribus &
Marci. 6. paruulis,*] quorum numerus forſitan numerum virorum exceſsit. Quemadmodum verò in Numeris
habetur, Viri vocantur qui viceſimum annum attigerunt, quaſi potētes ad bella procedere. [*Et ſtatim
iuſſit diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & præcedere eū trans fretum,*] Videlicet vltra mare Galileę imò
coegit eos ad hoc ſecundū Marcū. per quod patet, quod nec ad horā libenter ſeparabātur à tā dulci ac

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A potenti magistro. Nihilominus statim obtemperauerunt, [*Donec dimitteret turbas*] à se recedere, & tunc sequeretur discipulos. Turbæ enim noluerunt abire, nisi viso discipulorum recessu. [*Et dimissa turba, ascendit*] imò secundum Ioannem fugit, [*In montem solus orare.*] Ratio cur fecit discipulos præcedere, & Ioannis. 6.
cur ipse fugit in montem prædicti deserti, exprimitur Ioannis sexto, quo legitur, Sciens Iesus quia vẽ turi erant vt raperent, & facerent, eum regem, viso scilicet tantò miraculo [*Fugit in montem,*] in quo do cuit honorem & gloriam mundi humiliter declinare. [*Vespere autem facto, solus erat ibi*] in vertice montis. ¶ Porrò quod Christus turba dimissa ascendit montem causa orandi, ostendit, quòd aliorum præsentia frequenter impedit orationis instantiam ac feruorem, & quod locus sublimis seu opportunus occasionaliter proficit ad excitandum mẽtis feruorem in orando, laudando, contemplandoque deum Psalm. 14.
& item, quòd prælatus, prædicator, ac doctor dominici gregis semper, cum potest, redire debet ad locum quietum, in quo solus cum domino occupetur, atque ab eo purgetur illuminetur ac perficiatur, ita vt rediens memoriam abundantiæ suauitatis dei gustatæ suis eructet. gratiàmque perceptam alijs administret. [*Nauicula autem*] in qua erant discipuli, [*In medio mari*] stagno prędicto. Non enim fuit magnum mare, [*Iactabatur fluctibus*] orta tempestate in aqua. [*Erat enim contrarius ventus*] nauigationi eorum, nec poterant facile remigare. Ex quo figuratum est, quòd carentes præsentia Christi, variis periculis subiacent: eiúsque interna consolatione absente, diuersæ afflictiones & tempestates tentationum Iob. 17.
B oriuntur in animo. Ideo S. Iob, Pone me (inquit) iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. [*Quarta autem vigilia noctis*] id est tribus partibus noctis iam lapsis, & vltima parte eius instante vel inchoata. Solebant enim milites tempore prælij exercitum custodientes, diuidere noctem in quatuor partes, quatenus in qualibet parte vna pars militum vigilaret ad custodiendum exercitum [*Venit*] Iesus [*Ad eos ambulans supra mare*] per agilitatis dotem, secundum Hugonem, quod tamen alij negant: secundum Marcum, Iesus stans in terra, vidit discipulos laborantes in remigando, & tamen non statim, sed circa Marci. 6.
finem noctis venit ad eos, qui tota nocte periclitabantur: ad designandum, quòd sæpe permittit electos suos ad tempus affligi, vt à venialibus purgentur & Christi gratiam atque præsentiam inuocando, ampliori gratia & gloria decorẽtur. [*Et videntes eum supra mare ambulantem turbati sunt*] propter rem prorsus insolitam, [*Dicentes, quia phantasma est*] id est apparentia rei non existentis, quod esse videtur. Forsitan timebant ne esset spiritus malignus in specie Christi. [*Et præ timore clamauerunt*] diuinam protectionem inuocando, quia timebant à dæmone illudi, & nocumentum incurrere. [*Statimque Iesus locutus est eis, dicens, Ego sum*] sicut apparet, & cuius vocem cognoscitis, & qui verum esse habeo, qui olim dixi ad Mosen, Ego sum qui sum: hæc dices filiis Israël, Qui est misit me ad vos, [*Habete fiduciam*] Exodi. 3.
in deo, [*Nolite timere*] inordinato pauore, à negotio perambulante in tenebris. In omnibus inueniun- Psalm. 90.
tur discipuli Christi vsque ad spiritus sancti emissionem vel ascensionẽ satis imperfecti ac rudes, pro Marci. 6.
pter quod saluator apud Marcum ait, Quia obcæcatum fuit cor eorum. [*Respondens autem Petrus*] qui in
C omnibus inuenitur cæteris in fide & charitate ardentior. [*Dixit, Domine si tu es*] Hoc dixit, non amplius dubitando, alioqui non commisisset se tantò periculo, vt propter verbum ipsius inciperet ambulare supra mare. Quod igitur ait, Domine si tu es, ex charitatis procedit ardore & fidei magnitudine qua credidit se per potentiam vel meritum Christi posse supra aquas incedere. [*Iube me venire ad te super aquas*] quoniam tibi obediendo perire non valeo. [*At ipse*] Iesus [*Ait, Veni, Et descendens Petrus de nauicula ambulauit supra mare.*] Nouerat Petrus quòd virtute Christi posset aqua sub pedibus suis consolidari, vel corpus suum leuificari. Et ad magnitudinẽ huius miraculi confert, quòd tam Christus quàm Petrus non supra tranquillum, sed turbulentum mare deambulauit. [*Videns vero*] imò experiens, [*Ventum validum*] se impellentem [*Timuit. Et cum cæpisset mergi*] propter timorem inordinatum ex fidei imperfectione descendentem, [*Clamauit dicens, Domine saluum me fac*] ab isto submersionis periculo. [*Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum.*] Sic cũctis electis periclitãtibus spiritualiter facit Christus. Nam licet ad tempus sinat eos aduersitatibus agitari, tamen cũ prospicit quòd mox perituri sint, Psalm. 117.
nisi ipse succurrat, porrigit manum adiutricem. Propter quod ait Psalmista, Impulsus, euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me. Itémque, Cum ceciderit, nõ collidetur, quia dominus supponit manum suam [*Et ait illi Iesus, Modicæ fidei*] id est tu Petre modicam habens fidem, vel potius fidei actum, quantùm ad præsens. Modicam enim fidem habere videtur, in quo passionis partis sensitiuæ fidei a-
D actum impediunt siue obnubilant, [*Quare dubitasti?*] id est incertus fuisti de mea custodia, & tua conseruatione, quasi mergi posset, qui me iubente super aquas progreditur, cum ego per Esaiam testatus sum, Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Nondum fuerat Petrus tantus in fide, vt cum Psalmista dicere posset, Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. [*Et cum ascendisset Iesus*] cum Petro, [*In nauiculam, cessauit ventus*] haud dubium quin Christo iubente: sic Christo per internam visitationem, redeunte ad cor, quod tempus dispensatiuè reliquit, redit tranquillitas animi, delectatúrque anima in multitudine pacis. [*Qui autem in nauicula erant*] videlicet alij discipuli, & vt dicit Hieronymus vectores & nautæ, [*Venerunt*] & genibus flexis, vel proni super asseres, [*Adorauerunt eum*] Si crediderunt eum esse verum deum, adorauerunt eum adoratione latriæ. Et certum est quòd nec Apostoli habuerunt firmam & fixam fidem de hoc, vsque post resurrectionem. Nondum enim sciebant minora de Christo, vt quòd esset passurus pro mundo, vel resurrecturus à morte. [*Vere filius dei es*] Si adorauerunt eum vt verum deum, vocabant eũ filiũ naturalem & vnicum: si autem adorauerũt eum adoratione duliæ, quasi hominem excellentem, vt Ioab Dauid regem, vocabant eum filium dei per gratiam singularem. Communiter verò affirmant doctores, quòd adorauerunt eum adoratione latriæ, quasi filium dei naturalem, verúmque deum. Sed si in hac fide stabiliti fuissent, non tam facile postea dubitassent, sicut in sequenti dicetur cap. & præsertim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tempore paſsionis, quando verba credentium mulierũ videbantur eis deliramenta. [*Et cum tranſfretaſſent*] id eſt vltra mare iſtud nauigaſſent Ieſus & diſcipuli [*Venerunt in terram Geneſar.*] de qua dictum eſt ſupra. [*Et cum cognouiſſent eum viri loci illius,*] vel ex ſolo rumore, quia famoſus erat: vel ex aſpectu, vel quod potius tenendum eſt, quoniam Ieſus iam ſemel fuit in regione illa, in qua liberauit duos à dæmonibus, qui ingreſsi in porcos præcipitauerunt eos in mare, quod factum omnibus terræ illius innotuit. [*Miſerunt in vniuerſam regionem illam*] colligendo & adducendo ad Ieſum omnes infirmos, ſicut ſubiungitur, [*Et obtulerunt ei omnes male habentes.*] Et conſideratione enim prædicti miraculi, & aliorum ſignorum quæ perceperunt facta à Chriſto, firmiter crediderunt, quòd poſſit quoſcunque infirmos curare, [*Et rogabant eum*] infirmi vel alij pro infirmis, [*Vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent,*] vt ſanarentur corporis ſui ſanctiſsimi tactu, ſe reputantes indignos, nec oportere illud contingere, ſed ſufficere tactũ extremæ partis veſtis ipſius propter excellentiã ſuæ ſanctitatis, quibus Chriſtus libẽter aſſenſit. [*Et quicunque tetigerunt*] fimbriam [*Salui facti ſunt*] ab incõmodo ſeu languore mẽtis & corporis. Virtus nempe exiuit de eo, & redundans in corpus, ſicq; diffundens per veſtem, ſanauit omnes, vt dictũ eſt. E

¶Declaratio cap. xv. [*Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis ſcribæ & phariſæi.*] Aticulus xxviii

F



Vnc acceſſerunt ad eum] cuius veſtimentorũ contactu ſanabantur infirmi [*Ab Hieroſolymis ſcribæ & phariſæi, dicentes, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones,*] id eſt ordinationes morales [*ſeniorum?*] id eſt factas ſeu inſtitutas à ſenioribus quæ præerant populo Iudæorum & ſucceſserunt ſeptuaginta ſenibus electis à Moyſe, de quibus in libro Numerorum legitur, Hi ſeniores ordinauerunt ne Iudæi comederent manibus communibus, hoc eſt, non lotis, quod diſcipuli Chriſti interdum non ſeruauerunt: nec tenebantur ad hoc, quoniam ſub ſummi diſpenſatoris magiſtro erant, qui poterat eos ab hac ordinatione abſoluere. nam & ipſemet Chriſtus ſæpe non lotis manducauit, ut Lucas habet. [*Non enim lauans manus ſuas cum panem manducant*] id eſt quando ad menſam acceſſuri ſunt. Per panem autem deſignat ſcriptura quemlibet cibum [*Ipſe autem*] Ieſus [*Reſpondens ait, Quare & vos tranſgredimini mandatum dei, propter traditionem veſtram?*] vt obſeruetis veſtras inſtitutiones. Non ex patientia, ſed zelo iuſtitiæ taliter Chriſtus reſpondet; innocentes excuſando, & inuidos ac præuaricatores accuſando. Primò, ad oſtendendum quòd indigni ſunt alios de paruis accuſare, qui magnis ſubiacent vitiis. Secundò, vt ad impleretur quod per Eſaiam de ſeipſo prædictum eſt, Iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. & in Pſalmo, Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Quomodo autem ſcribæ ac phariſæi tranſgreſsi ſunt diuinum mandatum, ſubiungitur. [*Nam deus dixit*] id eſt per Moyſen iuſsit, [*Honora patrem tuum & matrem*] carnales non ſolùm reuerentiam exhibendo tanquam principiis exiſtentiæ tuæ, ſed etiam neceſſaria miniſtrando cum indigent. Quamuis enim per ſe & ſecundum communem curſum non debeant filij parentibus thezaurizare, ſed econtra, vt dicit Apoſtolus, tamen per accidens, ſcilicet, in cauſa neceſsitatis & notabilis indigentiæ hoc oportet, imò in caſu neceſsitatis magis ſuccurrendum eſſet parentibus, quàm vxori aut filis propriis, ſecundum Thomam [*Et qui maledixerit patri aut matri*] verbo vel facto, vel aperta rebellione, [*Morte moriatur,*] ſecundum legem occidatur, hæc erat pœna maledicentium ſuis parentibus. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Quàm malæ famæ eſt qui relinquit patrem, & eſt maledictus à deo qui exaſperat matrem [*Vos autem dicitis*] hoc eſt, præceptum falſe exponendo, alios veſtra traditione ita inſtruitis. [*Quicunque*] filius [*Dixerit*] patri aut matri indigenti. [*Munus quodcunque eſt ex me*] id eſt quicquid ego obtulero deo; ſeu omne munus, quod ex mea deuotione deo offertur vel conſecratur [*Tibi proderit*] id eſt tibi vtilius erit quàm ſi illud tibi præſtarem, quia proficiet tibi ad ſpiritualem ſalutem, quæ melior eſt quàm corporalis nutritio. G

¶Ad huius intellectũ ſciendum, quod ſacerdotes, ſcribæ ac phariſæi auaritię dediti, vt maiores oblationes acquirerent, impietatem ſuam quadã religione palliabant, dicentes, quòd melius eſſet deo offerre quę parentibus danda erant, quàm cõferre ea parentibus. Primò, quoniam deus eſſet pater ſummus ac principalis, de quo Eſaias ait, Tu domine pater noſter. Secundò, quia hoc magis prodeſſet ſaluti parentum: dixerunt ergo, quòd quando filij dicerent parentibus egenis, Munus quodcunq; eſt ex me, vel à me deo promiſſum oblatum vel conſecratum, vobis proderit magis, quàm ſi illud in vſus veſtros expenderitis: tũc filij non tenerentur parentibus victualia miniſtrare, quamuis indigerent: & hoc etiam idcirco dixerunt ſcribæ ac phariſæi, vt parentes ſic eſſe putãtes, non auderent bona filiorum deo oblata contingere, ne ſacrilegij crimen incurrerent. Sed iſta ſcribarum aſſertio falſa eſt. nõ enim vult deus ſibi offerri ea quæ aliis debentur. Parentibus autẽ tenentur filij miniſtrare neceſſaria vitæ in caſu prædicto. Porrò quod ſubditur, [*Et non honorificabit patrem ſuum ac matrem ſuam.*] Dupliciter autem intelligi poteſt. Primo, Et non honorificabit, id eſt filius iſta dicendo parentibus vel bona ſua deo vouendo, nõ tenetur, nec debet honorificare, ſeu neceſſaria miniſtrare patri aut matri. Secundò ſic, & non honorificabit. i. quicunque filius veſtrã traditionẽ ſequitur, nõ honorificabit veraciter ſuos parẽtes, dando eis victũ atque veſtitum dũ indigent. Sicut lex præcepit, ſicque tranſgreditur diuinum præceptum, ſequendo veſtrum errorem. Ideo ſubditur. [*Et irritum.*] id eſt vacuum & falſe intellectum ac præuaricatum, [*Feciſtis mandatum dei,*] de honoratione parentum, [*propter traditionem veſtram*] iam dictam, quia per illam inducitis aliquos ad falſum intellectum, atq; crudelem tranſgreſionem diui H

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ni præcepti, euacuatisque illud, & ita agitis contra præceptum Moysi in Deuteronomio, vbi ait, Deuter.4.
A Non adiicietis ad verbum quod ego loquor, nec auferetis ab eo: & feciſtis homines potius obedire
vobis quàm deo. [*Hypocritæ*] qui aliud eſtis & aliud ſimulatis [*Bene prophetauit de vobis Eſaias dicens, Populus hic,*] à foris religioſus, ſed intus vitioſus. [*Labiis me honorat*] ore laudando deum ac prædican- Eſaiæ.29.
do diuina: [*Cor autem eorum longe eſt a me*] non locali diſtantia, cum ego vbique ſim, & omnia pene- Eſaiæ.65.
trem, ſed diſſimilitudine, quia peccata eorum diuidunt inter me & eos. Vnde ſapiens inquit, Lon- Prouer.15.
ge eſt dominus ab impiis. Et Oſeas, Dereliquerunt (ait) dominum in non cuſtodiendo. [*Sine cauſa autem*] id eſt inaniter [*Colunt me,*] exteriori obſequio ſolum, quia non eſt meritorium opus huiuſ- Oſeę.4.
modi, nec perducit ad vltimum finem, qui eſt vita æterna [*Docentes doctrinas*] id eſt exhortationes, [*Et mandata hominum*] humano ſpiritu, non ſpiritu ſancto loquentium, id eſt traditiones ſeniorum ſuorum diuino mandato contrarias, [*Et conuocatis turbis ad ſe, dixit eis,*] Ieſus, [*Audite & intelligite*] id eſt diligenter aduertite quæ dico. [*Non quod intrat in os*] id eſt cibus corporalis qui ore accipitur. [*Coinquinat hominem*] inquinatione peccati, quantùm eſt ex natura cibi, quoniam omnis creatura dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione ſumitur: ſanctificatur enim per verbum dei, nihilominus cibus poteſt eſſe materia vel occaſio ſpiritualis immunditiæ ratione prohibitionis vel immoderantiæ, ſed tunc origo & radix inquinationis eſt ab anima, non à cibo: ſicque multi cibi
B erant in lege prohibiti. Apoſtolus quoque vetat ieolothyta, ſeu idolis immolata comedere, ne alij ſcan dalizarentur, [*Sed quod procedit ex ore*] videlicet verbum inordinatum, ſeu ſuperſtitioſa traditio, [*Hoc co inquinat hominem*] intus in anima. Vnde Iacobus inquit, Vniuerſitas iniquitatis lingua conſtituitur in membris noſtris. Et Paulus, Corrumpunt (inquit) mores bonos colloquia praua. [*Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei*] Diſcipuli autem tenebantur humano timore, idcirco ne Chriſtus grauius offende ret ſcribas ac phariſæos, vel contra ſe eos prouocaret, acceſſerunt ad Ieſum, dicentes, [*Scis, quia pharisæi audito hoc verbo*] Non quod intra in os coinquinat hominem, &c. [*Scandalizati ſunt,*] id eſt ad ruinam culpæ inducti, videlicet indignati & ſeditionem mouere optantes in turba contra Chriſtum, quaſi in fringeret legem, qui aliis quos cibos vocat immundos. Chriſtus autem non ſcandalizauit eos directe, quoniam ſcandalum actiuum eſt dictum vel factũ minus rectum præbens alteri occaſionem ruinæ: ſed illi ex ſua peruerſitate ſcandalizati ſunt, nõ volentes acquieſcere ſanæ doctrinę. [*At ille reſpondens*] diſcipulis ſuis [*Ait, Omnis plantatio,*] id eſt, generatio plantata, vel doctrina humanitus adinuenta atque erronea [*Quam non plantauit*] id eſt per gratiam prædeſtinationis non fundauit, vel per lumen ſapientiæ non inſpirauit nec ſtabiliuit [*Pater meus cæleſtis eradicabitur*] id eſt reprobabitur atque damnabitur, ſicut per Eſaiam prædictum eſt, Turbabis eos, & ventus tollet, & aura diſperget eos. Et iterum, Et qui dem neque ſtatus neque radicatus in terra truncus eorum, repente flauit in eos & aruerunt. Vnde Ec Eccle.8.
cleſiaſtes, Quaſi vmbra (inquit) prætereunt, qui non timent faciem domini.

C ¶ Sed quæritur, ſi omnis plantatio à deo eradicatur, & plantata ab eo non eradicatur, quomodo Hier.2.
ad ſynagogam dominus dicat per Hieremiam, Ego plantaui vineam electam, & conuerſa es in ama- Pſalm.79.
ritudinem vitis alienæ. Et in Pſalmo, Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti ea. Et poſt pauca, Vt quid deſtruxiſti maceriem eius, & vindemiant eam omnes qui pergrediuntur viã. Exterminauit eam aper de ſylua. Denique Apoſtolus Corinthiis ſcribens, Ego (inquit) plantaui: nũquid & illa plantatio eradicata eſt? Inſuper quicquid eſſentiæ vel exiſtentiæ eſt in rebus, à deo patre 1.Corin.3.
profluxit. Ergo omnis plantatio ab eo plantata eſt, præſertim cum Hieremias de impiis dicat, Plantaſti eos, & proficiunt. Et reſpondendum, quòd ſynagoga deo plantata fuit quantum ad receptionem tẽ poralium bonorum, & habitationem in terra promiſsionis, multique Iudæorum, quantum ad bona Hiere.12.
gratiæ plantati fuerunt diuinitus. Vnde quod de plantatione & deſtructione ſynagogæ allegatum eſt nõ oportet accipere de eiuſdẽ numero, ſed ſpecie. Apoſtolus quoque plantauit inſtrumẽtaliter, deus principaliter, propter quod ait, Dei cooperatores ſumus. Interea omne exiſtẽs poteſt dici plãtatũ à deo, quantũ ad eſſe naturale quod recepit à primo vniuerſorum fonte principio. Nunc autem fit ſermo de plãtatione, ſeu interiore fundatione mẽtis à deo per gratiã, ſine qua nemo finaliter ſtabilitur: ad quod 1.Corin.3.
pertinet quod ait Saluator, Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datũ à patre meo. Et denuo, Ne-
mo (inquit) venit ad me, niſi pater meus traxerit eum alij eradicãtur, iuxta illud, Tollatur impius ne vi
D deat gloriã dei. Separantur enim à conſortio electorum, & regione viuentiũ. Hinc ſcriptum eſt, Adul terinæ plantationes nõ dabũt radices altas. [*Simite illos*] hoc eſt dimitte ſcribas ac phariſæos incorrigibi Ioann.6.
les ſcãdalizari, errare, turbari, quatenus qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, & peccator adiiciat ad pec Eſaiæ.26.
candũ. Non enim propter ſcandalum aliorum vitandum, omittẽda eſt veritas vitæ, iuſtitiæ vel doctri Sapien.4.
næ, ſecũdũ Hieronymum: vnde ait Gregorius. Cum de veritate ſcandalũ oritur rectius naſci permitti Apoca.22.
tur, quàm veritas deſeratur: veruntamẽ ſcandalũ puſillorũ vitandũ eſt magis quàm phariſæorũ, ſicut infra dicetur, [*Cæci ſunt*] corde id eſt lumine verę ſapiẽtię, & rectę intelligentię ſcripturarũ priuati. Ex Hierony.
cęcauit enim eos rancor eorũ, quia in maleuolã animã nõ introibit ſapiẽtia [*Duces cæcorũ*] hoc eſt, du- Grego.
ctores, magiſtri & prælati carnaliũ, literaliũ atque errantiũ Iudęorum: vnde conuenit eis illud Eſaiæ, Speculatores eius cæci omnes videntes vana, ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. [*Cæcus autem*] prælatus ſeu doctor nõ illuminat' à ſpiritu ſancto, [*Si cæco*] gregi vel ſubdito ignoranti, [*Ducatũ præſtet*] inducendo cum ad ambulandum per vias ſuas, ſeu ad ſequendum opera & iudicia ſua, [*Ambo in foueã cadunt*] id eſt in vitia præcipitantur, & tandem in locum gehennæ labuntur, quemadmodum ſcriptũ Sapien.2.
eſt, ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Hinc Hieremias inquit. Quia ſtulte egerunt pa- Eſaiæ.50.
ſtores, ideo omnis grex eorum diſsipatus eſt. Maximum ergo beneficium dei eſt habere doctum, ac
virtuoſum prælatum, quia (vt conteſtatur Gregorius) Cum paſtor per abruta graditur, neceſſe Hiere.16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est,vt grex in præcipitium ducatur. Vtinam tales dicerent illud Esaiæ, Non sum medicus,& in domo mea non est panis,Nolite me constituere principem populi.[*Respondens autem Petrus dixit ei*]videli cet Christo. [*Edissere*]hoc est,expone[*Nobis parabolam istam,*]qua dixisti,Non quod intrat in os coinquinat hominem,& cætera.Quod tamen non fuit parabola,sed manifesta sententia.Sed Petrus quoniam rudis fuit,sicut & socij eius,& quoniam Christus solitus fuit parabolice loqui,putauit istud per parabolam dictum,quæritque mysticum intellectum,in sermone perspicuo. Ideo meretur audire. [*Adhuc & vos*]apostoli[*sine intellectu*]id est actu intellectus,videlicet,sine debita consideratione [*Estis?*]solus Petrus interrogauit,sed quia de consilio & in persona condiscipulorum sciscitatus est,idcirco omnibus increpatorie dicitur,adhuc & vos sine intellectu estis,pro quo in Marco scriptum est.Adhuc & vos imprudentes estis?[*Non intelligitis*]quod merito intelligeretis,quasi rem planam,[*Quia omne*]alimentum,[*Quod in nos intrat*]id est à comedente ori imponitur ad alendum,[*In ventrem vadit*]qui est locus ciborum,sicut mare aquarum,[*Et in secessum emittitur*]non totum,sed quantum ad partes impuras atque superfluas:purior tamen pars alimenti,post completam digestionem in corpus conuertitur comedentis.¶Hanc authoritatem allegant pro se Magister & Petrus Comestor cum aliis. Qui dicunt nihil de alimento conuerti in veritatem substantiæ aliti, ita quod in primis parentibus fuit secundum eos tota substantia carnis posterorum. Præterea ponderandum quod hoc loco asserit sanctus Hieronymus,Omnia (inquit)euangeliorum loca,apud hæreticos & peruersos scandalis plena sunt. Ex hac nempe sententia,quidam peruersissimi homines dixerunt Iesum fuisse idiotam & physicæ ignarum,ex eo quod dicit,Omne quod intrat in os,in ventrem vadit,& cætera quasi acceptæ escæ nõ diffunderentur per medullas venas,neruos ac artus. Sed isti dum sapientiam dei ignaram fuisse comprobare nituntur,propriam manifestant præsumptionem atque insaniam. Nónne in tota scriptura canonica,imò & in communi vsu locutionis,frequens & celebris est modus loquendi per Synedochē? Et illa Christus iam vtitur.[*Quæ autem de ore proceduntur*]videlicet verba illicita[*De corde exeunt*]id est ab intellectu & voluntate causantur,quia(vt ait Plato)ad hoc datus est nobis sermo,vt mutuæ voluntatipant indicia. [*Et ea coinquinant hominem*]inferendo maculam culpæ[*De corde enim procedunt cogitationes malæ*]quæ sunt verba mentalia,& exprimuntur per verba vocalia:sicque cogitationes procedunt de ore per verba vocalia,quæ sunt cogitationum indicia.[*Homicidia,adulteria,fornicationes*]id est cæteri vitiosi concubitus,[*Furta,falsa testimonia,blasphemiæ*]quæ etiam dicuntur de ore procedere,in quantum aliquis per verba inducitur ad ista peccata[*Hæc*]vitia sunt quæ coinquinant,id est interius maculant,[*Hominem*]ita vt anima eius dæmonibus similis sit.¶Ex his infert Hieronymus,Ergo principale animæ,non secundum Platonem in cerebro,sed secundum Christum in corde est:sed hoc facile solue retur.Nam Christus hic accipit cor pro mente,quemadmodum & Psalmista dicendo,Confitebor tibi domine in toto corde meo:sic enim & alibi astruit,Beati mundo corde.Plato verò accipit cor pro parte corporis,sicut & Aristoteles,dicens.ꝙ cor est primum viuens,& vltimum moriens. ¶Insuper dicit Hierony.arguendi sunt hi qui cogitationes malas dicunt immitti à dęmone,& nõ propria nasci voluntate.Diabolus enim adiutor & incensor cogitationum malarum esse potest,non actor.Si autem in insidiis positus,leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammauerit,non debemus opinari eũ cordis quoque occulta rimari:sed ex corporis habitu & gestibus existimare quid ver
Hierony. semus intrinsecus:verbi gratia,Si pulchram mulierem viderit nos crebro respicere, intelligit cor nostrum amoris iaculo vulneratum,[*Et egressus inde*]videlicet à terra Genesar. & à conuenticulis scribarum ac pharisæorum,[*Iesus secessit*]cum discipulis suis[*In partes Tyri & Sidonis*]quę erant vrbes famosę antiquæ,magnæ,& opulentæ.[*Et ecce mulier Chananea*]genere,id est de stirpe Chananeorum progenita,nam prædictæ vrbes ad terram Chanaan pertinebant.[*A finibus*]id est locis seu terminis [*Illis egressa*]corpore,& anima:corpore,quoniam domum suam exiuit vt quęreret Iesum:anima quoniam Chananæorum incredulitatem ac impietatem deseruit,credens in Christum,[*Clamauit,*]quia ex vehementi affectu in verba erupit,& propter magnitudinem necessitatis suæ oblita est fœminæ verecundię, clamans sine rubore,nam excessiuus amor rationem non pensat,[*Dicens ei, Miserere mei domine fili Dauid*]Percepit mulier ista miracula Christi,audiuitque eum appellari filium Dauid. [*Filia mea male*] id est grauiter[*A dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum*] non ex superbia vel contemptu,sed ratione mysterij, vt designaret se primõ ac principaliter aduenisse ad loquendum ac subueniendum populo Israël: & quod iam ante præcepit discipulis. In viam gentium ne abieritis. Hec autem mulier gentilis erat gener Syrophœnissa,hoc est, de Syria Phœnicis. Ideo etiam non respondit vt illa instantius peteret: & ardentius postulando copiosius exaudiretur. [*Et accedentes discipuli eius, dixerunt ei, Dimitte eam*] id est exaudiendo age quod rogat vt reuertatur, [*Quia clamat post nos,*] sequens vestigia nostra. Ex quo patet, quod ista contigerunt in via, ¶Sed quæstio tunc occurrit, Nam Marcus inquit, quòd mulier ista venit & procidit coram Christo in domo.Respondetur, quòd primo venit in domum, & cum ibi exaudita non esset,sequuta est Christum in via. Porrò discipuli orant pro ea, vel clamore eius attædiati, vel necescitati eius compassi, vel fide eius,deuotioneque moti. Mulier ista non clamauit, nisi ad Iesum, & tamen discipuli dicunt, clamat post nos. Iam enim reputauerunt se vnum cum Christo in deo, [*Ipse autem respondens*] discipulis, [*Ait non sum missus*] primo ac principaliter,& ad ad prædicandũ ac operandũ prodigia in propria persõa[*Nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*]id est ad oues familiæ Israëliticę perditas per peccatũ originale & actuale,videlicet ad populum Iudęorũ,quibus Christus,primo per seipsum vsque ad diē passionis, deinde diu per apostolos prædicauit,donec illis penitus obstinatis & inexcusabiliter induratis,iusta facta est ad gen-
Marci.7. tes transmigratio. Vnde Christus in propria persona parum prędicasse gentibus legitur, interdũ ta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A men parum prædicauit. & ſigna fecit in gentibus ex ſuperabundanti, & ad figurandum quòd poſtea prædicandum eſſet eis Euangelium regni. [*At illa venit & adorauit eum*] Non eſt probabile, quòd putauerit eum verum deum, cum nec diſcipuli hoc putauerint, ſicut oſtendi, & Beda fatetur, ſed prophetam & hominẽ ſanctũ, vel etiam Meſsiam. Adorauit itaque eum eo modo, quo mulier Thecuites 2.Reg.14.
Dauid regem. [*Domine adiuua me*] Mulier iſta filiam ſuam petit iuuari atque ſanari, & tamen ait, Adiua me. Primò, quoniam calamitatem propriæ filiæ reputauit vt ſuam. Secundò, quoniam ſciuit filiam ſuam non poſſe ſanari principaliter, niſi à deo, ideo orat vt per Ieſum impetret, quod per ſe impetrare
à deo non potuit. Sic nempe & Martha loquuta eſt, Domine, ſcio quia quæcunque popoſceris à deo, Ioan.11.
dabit tibi deus. [*Qui reſpondens ait*] difficultatem quandam monſtrando. [*Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.*] Hoc ad literam ita eſt, & tamen iſte non eſt ſenſus literalis ſeu principaliter intentus, nec mulier ita intellexit. Spiritualiter ergo exponendum eſt. Non eſt bonum, id eſt, iuſtum ac ordinatum, ſumere panem filiorum, id eſt, ſpiritualia alimenta ſeu beneficia dei, videlicet gratiam doctrinæ, & opera miraculorum. Iudæis promiſſa ac impendenda, qui filij nominantur propter cultũ & fidem vnius dei, & mittere canibus, id eſt, dona iſta impartiri gentilibus, qui propter idololatriæ inſaniam & ſanguinis atque cadauerum immolatorum eſum canibus comparantur. Hinc de populo Iſraël dominus ait, Puer Iſraël & dilexit eum. In Hieremia quoque Ephram (inquit) primogenitus meus. Verum per filios hoc loco præſertim ſignificantur electi Iudæi, quales fuerunt diſcipuli. Non
B enim reputantur in ſemine Abrahæ, niſi qui credunt, ſecundum Apoſtolum. [*At illa dixit: etiam domine*] Ita eſt vt dicis, & etiam fieri docet quod poſtolo. [*Nam & catelli*] id eſt parui catuli ſeu caniculi, [*Edunt de micis,*] id eſt, fragmentis, [*Quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.*] Hoc literaliter ita eſt, ſed ſicut Chriſtus metaphorice loquitur: ſic & mulier metaphorice, ſubtiliterque, & valde pertinenter reſpondit, vt ſit ſenſus. Sicut paruuli canes ſuſtẽtãtur fragmentis ciborũ dominorum ſuorum: ſic decet me gentilem catello ſimilem aliquid gratiæ Iudæorum ſortiri, vt ad inſtantiam meam filia mea ſanetur à te. [*Tunc reſpondens Ieſus ait illi, O mulier, magna eſt fides tua,*] id eſt firma & integra, bonis operibus, cæteriſque virtutibus adornata quoniam toties repulſa, & quaſi vilipenſa à me quia canibus comparat, non ceſſas fideliter, humiliter, prudenter, ac patientiſsime poſtuiare.

¶ Dignum eſt ergo vt tibi aperiam ianuam pietatis. [*Fiat tibi ſicut vis*] id eſt, ſicut petiſti ipſi impleatur. Hunc Chriſti ſermonem mox effectus ſecutus eſt. Nam ſequitur, [*Et ſanata eſt filia eius*] id eſt, à dæmonio liberata, [*Ex illa hora*] hoc eſt, ſtatim cum Chriſtus locutus eſt, fiat tibi ſicut vis. Denique quo Chriſtus videbatur huic mulieri aſperior foris in verbis & geſtibus, eo fuit ei benignior intus per operationem occultam, per inſpirationem ac illuſtrationem internam. Alioquin quomodo mulier iſta, tantã fidem, humilitatem, patientiam atque prudentiam habuiſſet? Myſtice, per mulierem hanc figuratur eccleſia, quæ gentilitate relicta, incedit & clamat ad Chriſtum pro ſanatione filię ſuę, hoc eſt, ani Pſalm.76.
C marum ſeu particularium eccleſiarũ, pro qua Apoſtoli ac cæteri ſancti intercedunt ad dominũ. Et con Pſalm.21.
ſideranda eſt hic mutatio dexteræ excelſi, quomodo Iudæi qui filij dicebantur, nunc canes vocantur, Philip.3.
ſicut de eis ait Chriſtus, in Pſalmo, Quoniã circundederunt me canes multi. Et Apoſtolus, Videte canes, uidete malos operarios, videte conciſionem. Gentiles vero qui canes erant, iam filij nuncupãtur.

¶ Sed quęritur, ſi verum eſt quòd dixit Saluator, Non eſt bonũ ſumere panẽ filiorum & mittere canibus, ergo ipſe faciendo oppoſitum videtur feciſſe nõ bene. Et reſpondendum, ꝙ verbũ Chriſti in- Iudic.14.
telligendum erat in generali, tamen in caſu bonum fuit oppoſitũ: ſicut & Moyſes iuſsit, ne Amonitæ & Moabitæ intrarent in eccleſiã dei. Nihilominus Ruth Moabites & Achior Amonites, propter virtutes ſuas & deuotionem ad deum Iſraël, ſtatim admiſsi ſunt ad ritum Iudæorum: ſic & mulier iſta ex ſingulari deuotione obtinet, quod communiter alij cõdonandum nõ fuit. [*Et quum tranſiſſet inde Ieſus*] hoc eſt, à partibus Tyri & Sidonis ad Iudęam reuertendo, [*Venit ſecus mare Galilææ, & aſcendens in mõtem ſedebat ibi*] quatenus ab omnibus videretur, audiretur, faciliuſque poſſet ad ipſum eſſe acceſſus: per quod figuratum eſt, quod prædicator & cuſtos dominici gregis, omniſque vicarius Chriſti, aſcendere debeat arcem contemplationis, apicémque ſpiritualis conuerſationis. [*Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ habentes ſecum mutos, claudos, cæcos, debiles*] Si per debiles intelligerentur communiter om-
D nes alij à prædictis ægrotis adiectum non eſſet, [*Et alios multos*] videlicet languidos. Sicut ergo per claudos intelliguntur qui vno claudicant pede: ſic per debiles qui vnam manum habent inualidam. Ecce ponit hoc loco velut ſub compendio Euangeliſta multa miracula Chriſti, quæ ſi ſingulatim recitarentur, facerent magnũ volumen, & ſimile ponit frequenter: ex quo patet maieſtas & gloria Saluatoris, qui tam innumerabilia operatus eſt ſigna, vt nemo in veteri teſtamento, queat ei æquari. Penſemus Heliæ & Heliſæi miracula, & ſciemus quàm minora ac rariora ſint ſigna eorum prodigiis Chriſti. Sed & modus agendi incomparabiliter differt in eis, [*Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos ſolum imperio, ita vt turbæ mirarentur, videntes*]. i. audientes [*Mutos*] hoc eſt, qui muti fuerunt [*Loqui*] vi ſus in ſcripturis, pro quocunque ſenſu accipitur videntes etiam [*Claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant*] id eſt, magnum ac omnipotentem eſſe profeſsi ſunt [*Deum Iſrael*] qui tanta ac talia operabãtur per Ieſum [*Ipſe autem*] Ieſ⁹ [*Conuocatis diſcipulis ſuis*] quib⁹ tãquã familiarib⁹ & amicis ſecreta ſua pẽdebat. [*Dixi, Miſereor ſuper turbã*] hoc eſt, indigẽtię populi huius condoleo, charitatis ac pietatis affectu [*Quia iam triduo perſeuerant, mecum*] id eſt per tres dies mecum manſerunt in ſolitudine & ſub diuo, in quo declaratur amor eorum ad Chriſtum, & deuotio ad doctrinam atque miracula eius, [*Et non habent quod manducent*] ideo dignũ eſt, vt eis prouideã tãquã paſtor bonus, de quo dominus prędixit per Ezechielem dicens, Suſcitabo ſuper gregem meũ paſtorem vnũ, qui piſcat eum Dauid ſeruum meũ, Ezec.34.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Marci.8. id est, Christum, vt omnes exponunt, [*Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant*] id est, fame periclitantur, E
[*In via*] redeundo ad propria. Quidam enim ex eis de longe venerunt, vt Marcus habet, [*Et dicunt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto panes tanti*] id est, ex quo vis populum istum reficere, qualiter acquiremus in hac eremo hanc escam ad hoc sufficientem, vt saturemus turbam tantam, quasi dicant, hoc nobis impossibile est. Discipuli tanquam magistro suo familiarissimi, pluraliter responderunt. Christus quippe singulariter dixit, Dimittere eos ieiunos nolo: discipuli vero in persona sua ac Christi responderunt, Vnde nobis. id est tibi & discipulis tuis. in quo patet eorum imperfectio, quia non considerauerunt potentiam Christi, qui paulò antè de quinque panibus, piscibúsque duobus quinque milia hominum saturauit. [*Et ait illi Iesus. Quot panes habetis?*] Non quasi ignorans interrogat, sed vt ex discipulorum responsione, futuri miraculi magnificentia pateat, & ipse in faciendo miraculo ordinatè procedat. [*At illi dixerunt, septem, & paucos*] numero [*Pisciculos. Et præcepit turbæ, vt discũberet super terram. Et accipiens Iesus septem panes & pisces*] quantitate per modicos [*Et gratias agens*] secũdum assumptam humanitatem deo patri, seu toti supergloriosissimæ trinitati omnium bonorum liberalissimo fonti, [*Fregit*] & frangendo multiplicauit, secundum q̃ deus potestate immensa (sicut superius dictum est) de quinque panum benedictione, & fractione & multiplicatione. [*Dedit discipulis suis*] qui acceperunt de manibus eius, seu loco vbi reposuit panes. Non iam septem panes duntaxat, sed tot quot sufficerunt populo tanto [*Et discipuli dederunt populo, & comederunt omnes & saturati sunt*] id est, sufficienter, non gulosè refecti [*Et quod superfuit de fragmentis*] videlicet reliquis panum ac pisciculorum, [*Tulerunt*]. i. collegerunt discipuli, [*septem sportas plenas*] hoc est materiam septem sportas implentem. [*Erant autem qui*] F
Nume.1. Matth. 14. *manducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos*] hoc est, præter eos qui erant sub anno vicesimo, [*Et mulieres*] in quo vtique signo ostensa est omnipotentia Christi. ¶ Porrò huius miraculi, sicut &
4.Reg.14. superioris de quinque panibus aliqualis fuit figura, quod in libro Regum de Helisæo recolitur, qui de panibus primitiarum centum viros cibauit, & superabundauit. Mystice per hanc corporalem refectionem quatuor milium de septẽ panibus & paucis pisciculis, designatur spiritualis refectio populi Christiani, doctrinam quatuor Euangeliorum tenentis, & quatuor virtutes cardinales habẽtis, qui septem panibus, id est, septiformi gratia, seu septẽ donis Spiritus sancti reficitur. Et paucis pisciculis. i. cæteris donis gratis datis, quę comparatione dictorum bonorum minima sunt, cũ possint haberi à malis, & tamen conferuntur à Spiritu sancto, sicut testatur Apostolus. Alij per Spiritum sanctum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum. Hæc autem sunt pauca numero. Hos autem cibos obtulit Christus hominibus per sanctos apostolos, per quorum manuũ
1.Cori.12. Actu.5. impositionem dabatur Spiritus sanctus, & quorum prædicatione illuminatæ ac Spiritu sancto repletæ sunt gentes. Deniq; quod Christus dixit se misereri turbæ, ipsum triduo imitanti, hoc significat, q̃ Christus omnibus verè pœnitentibus & contritis, omnibus mundi huius delicias fugientibus, crucem G
suam portantibus, secretum locum petentibus causa contẽplationis, lachrymationis ac austerioris cõ-
Psalm.10 uersationis, qui dicere possunt cum Psalmista. Similis factus sum pellicano solitudinis, Itemque, Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine. His inquam Christus miseretur, peccata indulgendo, gratiarum opulentiam influendo, intus loquendo & consolando: quemadmodum ait per Oseam, Ecce (inquiens) ego lactabo eam & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Propter quod ait Apostolus, Sicut pro Christo abundant tribulationes nostræ, ita per Christum abundat consolatio nostra. Oportet ergo Christum in solitudinem sequi, fugiendo, tacendo & quiescendo, cum eo stabiliter die & nocte perseuerare, carnales atque humanas consolationes vitando, & tunc Christus conspiciens, quia à nobisipsis non habemus quod manducemus, hoc est, quo spiritualiter confortemur, non dimittet nos ieiunos, sed alet nos vsque ad satietatem, ita vt totum capere nequeamus, vel vltra deficiamus in via peregrinationis huius exilij, sed cœlesti confortati viatico perducamur ad patriam.

¶ Cap. XVI. [*Et dimissa turba, ascendit in nauiculam.*] Articulus XXIX.

[*Et dimissa turba*] quam in fine præcedentis capituli legitur refeciſſe, quæ refecta remeauit ad propria, [*Ascendit*] Iesus [*In nauiculam*] cum discipulis suis. Raro legitur Christus dominus maiestatis ascendisse in nauim, sed in nauiculam, vt H
sicut in aliis, ita in hoc quoque humilitatis exemplum præberet. [*Venit in fines*] id est, loca [*Magedam*] vbi in libris Regum habetur: Iosias rex Iuda occurrit Nechao Pharaoni regi Aegypti, à cuius sagittariis letaliter læsus est.

¶ Sed huic videtur contrarium, quod in Marco asseritur, Statim ascendens in nauim, venit in partes Dalmunutha. Et respondendum, quòd eadem terra est habens nomina duo, vt aliqui dicunt: alij dicunt q̃ sint loca contigua, & ergo Christus exiens in cõfinio horũ locorũ, in vtroque fuisse describitur. [*Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes Christũ*] .i. experimentũ sumere cupientes, an ipse esset Christus, vel quærẽtes reprehẽdere eum in aliquo verbo vel facto, [*Et rogauerunt eum*] insidiosè ac perfida mente, [*Vt signum de cælo*]. i. aliquam supernaturalẽ mutationẽ in corporibus superioribus, vel apparitionẽ angelicã, [*Ostenderet eis*] per quod scire possent q̃ Messias veniſſet, & quod ipse esset Messias. [*At ille respondens ait eis, facto vespere*] id est de sero [*Dicitis*] interdũ, [*serenum erit*] id est cras etit aura pulchra [*Rubicundum est enim cælum*] id est, rubeus quidam color apparet in cælo, ex incidentia lucis solitaris permodice super vapores eleuatos in aëre, in quibus est rubor prædictus, non in cælestibus corporibus. Tilis autem dispositio signum est futuræ serenitatis, quia vapores subtiles ac modici sunt, qui non resoluuntur in pluuias, Interdum tamẽ contingit oppositum ex causa superueniente. [*Et mane*] dicitis sæpe, [*Hodie tempestas erit*] id est, au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A a turbulenta ſeu pluuioſa.[*Rutulat enim*] id eſt coruſcationibus fulget, vel rubore quodam coloratur, [*Triſte cælum*] .i. nubibus obductum. Et dicitur cælum rutilum, triſte ac rubeum, quia in nubibus eſt qualitas iſte fulgoris ſiue ruboris: & dicitur cælum triſte, quia talibus qualitatibus in aëre exiſtentibus, ex aſpectu cæli generatur triſtitia quędam in anima, ſicut oppoſito modo dicitur lætum, cum adeſt ſerenitas aëris. Hæ itaque diſpoſitiones apparentes in cælo, ſunt ſigna tempeſtatis inſtantis, [*Faciem ergo cæli*] id eſt prædictas diſpoſitiones apparentes in cælo, quæ facies cæli vocantur, quoniam per modum vultus in ſuperficie apparent, & primò ingerunt ſe oculis intuentis. [*Diiudicare*] id eſt ab inuicem diſtinguere, & ex eis futura quædam coniicere, [*Notis ſigna autem temporum*] id eſt, argumenta atque iudicia, quibus pateat tempus primi aduentus Chriſti iam eſſe impletum, meque eſſe Chriſtum [*Non poteſtis*] diiudicare & ſcire: hoc ait Saluator increpando & exprobrando, quaſi dicat, Meritò attenderetis ſigna prophetiæ prænuntiata de Chriſti aduentu iam eſſe completa in me. In Danielis etenim prophetia, Tempus aduentus Chriſti, & paſsionis eius prætaxatum fuit, Gabriele dicente, Poſt hebdomadas ſexagĩta duas occidetur Chriſtus. Similiter in Geneſi per ablationẽ ſceptri à Iuda, quod Herodis tempore erat completum. Sic nempe prædixit patriarcha Iacob, Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt. Item quod Eſaias prædixit, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet claudus ſicut ceruus. &c. Teſtimoniũ

B quoque Ioannis, de quo Eſaias & Malachias vaticinati fuerunt, fuit manifeſtum ſignum aduentus Chriſti: ſimiliter trium Magorum oblatio, innocentum occiſio, atque miracula Chriſti, de quibus ait Saluator, Opera quæ ego facio in nomine patris mei, teſtimonium perhibent de me. Et rurſus, Si non facio opera dei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite. Increpat ergo Iudæos, quòd ex omnibus his non conſideraverunt eum eſſe Meſsiam. [*Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi Ionæ prophetæ*] Hoc ſupra habitum atque expoſitum eſt. [*Et relictis illis*] Incredulis diuino ſigno indignis, [*Abiit*] Ieſus, ingrediens nauim cum diſcipulis ſuis, & transfretans, vt Marcus habet. [*Et cum veniſſent diſcipuli eius*] & etiam ipſe [*Transfretum, obliti ſunt panes accipere*] hoc eſt, tunc aduerterunt ſe ex obliuione non ſumpſiſſe panes, antequam transfretare inciperent, forte tam occupati fuerunt circa cibum animæ, quòd corporalem cibum ſecum ferre obliti ſunt. Habuerunt tamen vnum panem ſecundum Marcum. ¶ Et quæri poteſt, vbi dimiſerint ſeptem illos cophinos fragmentis ciborum impletos, de quibus in fine præcedentis capituli dictum eſt? Dici poteſt, quòd cibos illos dederunt egenis ad propria redeuntibus, vt haberent eſcas in via, quia nõnulli eorum de longe (teſte Marco) venerunt. [*Qui*] Chriſtus [*Dixit eis, Intuemini*] hoc eſt, prudenter diſcernite, [*Et cauete a fermento Phariſæorum & Sadducæorum*] Quomodo autem intelligendum ſit hoc, Chriſtus poſt pauca exponit. Nec decet eius expoſitionem anticipare. Marcus addit, dicens, Et à fermento Herodis [*At illi cogitabant*] & ex præuia cogitatione loquebantur [*Inter ſe dicentes: quia panes non acce-*

C *pimus*] hoc eſt. quoniam panem materialem non ſumpſimus nobiſcum, ideo admonet nos, ne emamus vel accipiamus panem fermentum à Pharifæis & Sadducæis. Rudes nanque diſcipuli exiſtimabant Magiſtrum loqui de pane materiali, & de prouiſione ſolicita corporei cibi. Ideo increpantur ſicut ſubiungitur. [*Sciens autem Ieſus*] cogitationes & verba eorum, quæ inter ſe ſuſurrando dixerunt, voce ſubmiſſa, ne audirentur ab eo: ſed cum nil latuit, & cogitationes eorũ prodendo diuinitatem ſuam oſtendit, & dixit eis, [*Quid cogitatis inter vos modicæ fidei?*] id eſt qui modicam fidem habetis, quoniam exiſtimatis quod monuerim vos de corporalis alimenti prouiſione, quaſi non poſſem vobis ſupernaturaliter prouidere. Quid ergo cogitatis me loqui de corporali fermento vitando? [*Quia panes non habetis,*] ideóque putatis me vos exhortari de pane materiali. [*Non intelligitis*] ſigna quæ vidiſtis, per quę omnipotentiam meam merito cognoſceretis. [*Neque recordamini quinque panum*] multiplicatorum & expoſitorum per manus veſtras, [*In quinque milia hominum*] præter pueros & mulieres, & non recordamini, [*Et quot cophinos ſumpſiſtis*] id eſt. quot ſportas de fragmentis impletis. [*Neque*] recordamini [*ſeptem panum in quatuor milia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis?*] tanquam dicat: ſi iſta ſagaciter penſaretis, ſciretis vtique, quia non de materiali fermento locutus ſum, ideo ſubditur, [*Quare non de intelligitis?*] quod merito intelligeretis, in quo apparet imperfectio vel negligentia veſtra [*Quia non pane*] corpo-

D reo [*Dixi vobis*] iſtud, [*Cauete a fermento Phariſæorum & Sadducæorum. Tunc intellexerunt*] diſcipuli [*Quia non dixerit*] Chriſtus eſſe [*Cauendum a fermento panum*] id eſt pane fermentato, ſeu fermento corporeo, [*Sed a doctrina Phariſæorum & Sadducæorum*] ecce hic ponitur expoſitio metaphoricę locutionis Chriſti. Itaque per fermentum propter ſuam corruptionem deſignatur infecta & falſa doctrina iſtorum, à qua Chriſtus admonet eſſe cauendum. Quandoque etiam per fermentum notatur ſimulatio ſanctitatis, vt cum ait Saluator, Cauete à fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis. [*Veni autem Ieſus in partes*] id eſt, loca vicina [*Cæſaręæ Philippi*] id eſt, ciuitatis, quàm Philippus frater Herodis Antipæ qui decollauit Ioannem, vocauit Cæſaream, ad honorem Tyberij Cæſaris, à quo recepit quartam partem regni patris ſui Herodis Aſcalonitæ, videlicet vnam tetrarchiam. Hæc vrbs olim (vt fertur) vocabatur Lachis, quam, ſicut in libr. Iudicum recitatur, Filij Dan deſtruxerunt, reparatamque vocauerunt nomine patris ſui Dan. quam Philippus iſte amplificans & emendans, vocauit Cęſaream, & poſtea dicta eſt Paneas. Fuit quoque ſecundum hiſtorias alia Cæſarea, Paleſtinæ, in qua Cornelius Centurio manſiſſe narratur, [*Et interrogabat diſcipulos*] non velut ignorans, ſed vt diſcipulorum fidem corroboraret, & ei eorum reſponſione conuenientia documenta inferret. [*Quem dicunt homines eſſe filium hominis?*] ſcilicet, me. Secundum quoſdam Chriſtus non dicit, Quem dicunt me eſſe, ſed quem dicunt filium hominis, ne de ſe iactanter interrogare videretur. Sed cum aliquid tale à quocunque doctore catholico dicitur, cuius oppoſitum in ſcriptura canonica inuenitur, ingenti cautela vti oportet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

magísque ſequi oportet ſcripturam quàm verba doctoris. Sic in preſenti. Nam in Marco legitur Chri E
ſtum quæſiſſe. Quem me dicunt homines eſſe? Et in Luca, Quem me dicunt turbæ? [*At illi dixerunt, Alij*] dicunt filium hominis, ſeu te eſſe [*Ioannem Baptiſtam,*] ſicut Herodes qui dixit, Quem ego decollaui Ioannem, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Iſta fuit rudis opinio. Nam tẽpore decollationis Ioãnis Chriſtus habuit tringinta circiter annos, de hoc dictum eſt ſupra. [*Alii autem dicunt te eſſe Heliam*] quemadmodum enim ſacerdotes ſuſpicati ſunt Ioannem Baptiſtam eſſe Heliã dicentes, Helias es tu? propter ſolitariæ vitæ auſteritatem, & veſtium parilitatem, ſic aliqui putauerunt Ieſum eſſe Heliam, primò, quia Helias creditur rediturus ad populum Iudæorum, iuxta illud Malachiæ prophetæ, Ecce ego mittam vobis Heliam. Secundò, propter miraculorum eminentiam. Tertiò, propter veritatis atque iuſtitiæ inſuperabilem zelum [*Alii vero Hieremiam*] vel propter vitæ ſanctitatem, quoniam Hieremias ſanctificatus fuit in vtero, vel propter eximiam charitatem ad populum, ſicut de Hieremia ſcriptum eſt, Hic eſt fratrum amator: vel propter patientiam inconcuſſam [*Aut vnum ex prophetis*] videlicet Eſaiam, vel aliquẽ talem propter eloquentiam. Putabant enim aliquem prophe-
Lucæ. 9. tarum ſurrexiſſe à mortuis: iuxta illud Lucæ, Quia propheta vnus de prioribus ſurrexit. [*Dicit illis Ie-*
Pſalm. 81. *ſus, Vos autem,*] quorum non eſt circa communia languere, qui non tam homines quàm dij eſtis, & documenta mea ac opera melius aliis noſtis. [*Quem me eſſe dicitis?*] quid ſentitis & affirmatis de me? [*Reſpondens Simon Petrus, dixit ei*] Petrus tanquam principalis pro omnibus dat reſponſum [*Tu es Chriſtus filius dei viui*] Chriſtus eſt nomen perſonæ in duabus naturis ſubſiſtentis, in diuina videlicet & humana. F
Itaque tu es Chriſtus, id eſt, rex, Meſsias, mundi Saluator, oleo exultationis, plenitudine gratię, chariſmate ſpirituali excellentiſsimè vnctus, filius dei vnicus, vnigenitus, naturalis, non adoptiuus. Dei viui, id eſt, verè viuentis vita beata quod additur ad differentiam hominum mortuorum, qui à gentibus collebantur, vt dij, vt Iupiter, Apollo, Minerua, Diana: quæ quantũ, ad corpus omnino defuncti ſunt: quantùm vero ad animam mortui ſunt morte culpæ ac pœnæ, quæ eſt mors ſecunda. [*Reſpondens autem Ieſus, dixit ei, Beatus es*] beatitudine viæ, beatitudine inchoata, beatitudine ſpei & gratiæ. [*Simon*] quod interpretatur obediens, [*Bariona*] id eſt, filius Ioannis Sic enim dictus eſt pater eius, vnde in Ioãne Sal
Ioan. 21. uator ait, Simon Ioannis diligis me? vel Bariona, id eſt, filius columbæ, videlicet Spiritus Sancti, qui per columbam ſignificatur. [*Quia caro & ſanguis*] id eſt, Iudæi, de quorum ſanguine natus es, vel caro & ſanguis, &c. [*Non reuelauit tibi*] id eſt, à te ipſo non inueniſti, quòd profeſſus es dicens, quòd ſim Chriſtus filius dei viui. Simili modo Paulus teſtatur, Non acquieui carni & ſanguini, [*Sed pater*
Galat. 2. *meus qui in cælis eſt*] A quo eſt omne datum optimum, & omne datum perfectum. Nemo enim nouit filiũ, niſi pater, & cui reuelauerit pater [*Et ego dico tibi*] hoc eſt tui cõfeſsioni qua mihi dixiſti, tu es Chriſtus, viciſsitudinem & præmiũ reddo, & dico, dicendoq; facio, quoniam meũ dixiſſe feciſſe eſt, [*Quia tu es Petrus*]. i. principalis, & in fide firmus. Vel Petrus. i. veræ petræ, qui es Chriſti dignus confeſſor. G
Sic ergo imponitur ei nouum nomen propter fidei ſuę confeſsionẽ. Et dicitur Petrus, qui Simon uocabatur, [*Et ſuper hanc petram*] hoc eſt, fidei huius firmitatem & fundamentum. Vel, ſuper hanc petram quam confeſſus es, hoc eſt, ſuper meipſum lapidem angularem, montẽ altiſsimum, de quo ait Apoſtolus, Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus [*Ae-*
Actu. 4. *dificabo*] hoc eſt, ſpiritualiter, collocabo ac confirmabo, [*Eccleſiam meam*] id eſt, congregationem fide-
1. Corin. 3. lium, corda eorum per fidem, charitatem & gratiam mihi inſeparabiliter connectendo, ita vt omnes ſint vnum corpus myſticum, vnaque domus: iuxta illud Pauli Apoſtoli, Scias quomodo oporteat te cõuerſari in domo dei, quę eſt eccleſia dei, columna & fundamentũ veritatis. In hac igitur fide, quod Ieſus eſt Chriſtus, filius dei viui, fundatur atque ſaluatur eccleſia, præſertim cũ in nomine Chriſti, tota ſuperbeatiſsima trinitas intelligatur, videlicet pater vngens, filius vnctus, Spiritus ſanctus vnctio. Hinc Ioannes in canonica, Omnia (inquit) qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex deo natus eſt. Et rurſus. Quis eſt qui vincit mundũ, niſi qui credit, quoniã Ieſus eſt Chriſtus? [*Et portæ inferi*] hoc eſt: ęę quæ ducunt ad pœnas inferni, videlicet tentationes diaboli, doctrinæ fallaces, & vitia, vel ea quę propter ſuã pœnalitatẽ comparantur portis vel pœnis inferni, videlicet tribulationes aduerſariorũ, perſecutiones tyrannorũ, & reliqua preſentis vitę incommoda, [*Non præualebunt aduerſus eam*] id eſt, contra totam eccleſiam ſupra prædictam petram ſpiritualiter ædificatam. Non enim poterunt eam à fide auer- H
tere, à deo abſtrahere, dæmonum ſeruituti ſubiicere, quo ſe ad totam, hoc eſt, quantum ad electos, in quibus præſertim conſiſtit eccleſia, de quibus Ioannes, Omnis (inquit) qui natus eſt ex deo, non pec-
Philip. 4. cat, ſed generatio dei conſeruat illum. In eadem quoque epiſtola ait Ioannes, Qui natus eſt ex deo non peccat, finaliter ſcilicet quoniã ſemen eius manet in eo. Talibus quippe Chriſtus promiſit, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi. Hanc poteſtatem habet eccleſia, nõ à ſe per naturã ſed gratiam Chriſti, de quo profitetur Apoſtolus, Omnia poſſum in eo, qui me cõfortat [*Et tibi dabo claues regni cælorum.*] Huic loco pauliſper immorari oportet. Primò ergo pẽſandũ, ꝙ ſicut in corporalibus, clauis vocatur inſtrumentum quo ianua regulariter aperitur: ita in ſpiritualibus ſeu ſacramẽto pœnitentiæ, clauis appellatur poteſtas, qua obſtaculum ingrediendi regnũ cœleſte aufertur. Hoc autem obſtaculum duplex eſt, ſcilicet macula & reatus ſeu obligatio ad pœnam. Clauis ergo, vt nũc ſumitur, eſt poteſtas ligandi & ſoluẽdi, qua Eccleſiaſticꝰ iudex indignos excludit à regno, & dignos ad illud admittit. Quę poteſtas eſt in deo trinitate per authoritatem, in Chriſto homine per excellentiam, in miniſtris eccleſiæ per illuſtramentalem adminiſtrationem. Quidam vero dixerunt, ꝙ ſint duæ claues realiter condiſtinctę, videlicet ſcientia infuſa ſeu acquiſita, per quam ſacerdos iudicat quis dignus, & quis indignus conſiſtat, & poteſtas admittendi ad regnum vel excludendi à regno: ſic tamen, vt ſcientia dicatur clauis minus principalis, & in ordine ad aliam clauem, ſine qua nec clauis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A esſet,& hæc videtur fuiſſe opinio Magiſtri in libro quarto. Alij probabilius dicũt,quod & cõmunius iam tenetur,quòd non ipſa ſcientia,ſed authoritas vtendi ſcientia ad diſcernendum inter bonũ & malum,ſit clauis,quæ poteſt eſſe ſine ſcientia,& econtra,quemadmodum in ſecularibus iudiciis quidam habent authoritatem iudicandi,non habentes iuris ſcientiam: & quidam vice verſa habent ſcientiam iuris,non autem authoritatem exercendi iudiciũ.Et clarum eſt, quòd ſcientia neceſſario exigitur ad debitum vſum clauis iſtius.Porrò Hieronymus ait hoc loco,quod ſicut in veteri teſtamento iubebãtur leproſi oſtendere ſe ſacerdotibus,vt ſi lepram haberẽt,à ſacerdote immundi fierent, non q̃ ſacerdotes legales leproſos faciant,& immundos, ſed q̃ habeant notitiam leproſi & non leproſi,poſsintq; diſcernere,quis mundus vel immundus ſit.Quomodo ergo ibi ſacerdos leproſum facit immundũ,ſic in nouo teſtamento ligat vel ſoluit Epiſcopus vel ſacerdos,non eos qui infontes ſeu innocentes ſunt, vel qui noxij,ſed pro officioſuo,cum peccatorum audieritvarietates,ſcit qui ligandus ſit,vel qui ſoluendus.¶Verum iuxta hanc aſſertionem,non videretur ſacerdos nouæ legis (vt quidam obiiciunt) maiorem habere efficaciam atque virtutem quàm ſacerdos legalis, nec ſacramenta nouæ legis faceret (vt videtur) quod ſignificant. Conſiderandum ergo quòd ſecũdũ Magiſtrum quarto libro Sententiarum,ſacerdotibus nouæ legis cõmiſſa eſt authoritas remittendi,peccata, vel retinendi,non vt propria authoritate hoc faciant, ſed dei operatione vitia remittẽtis oſtẽdant,quaſi ipſius miniſtri. ¶Hæc autem oſtenſio tribus modis efficitur.Primò,oſtendẽdo eam nonvt præſentem,ſed promittendo tanquam futuram,ſine hoc quòd alquid operetur ad eam,ſicque ſacramenta veteris legis oſtendebãt dei
B operationem,& ſignificabant eam.Vnde ſacerdos legalis oſtendebat duntaxat,nil operabatur ad culpæ remiſsionem.Secundò fit oſtenſio, vt ſacerdotes ſignificent operationem dei tãquam prẽſentem, & nil operentur ad eam.Et ita aliqui aſſerunt,ſacramenta nouæ legis ſolũ oſtendere infuſionẽ gratię, quam deus confert in ſacramentorũ diſpenſatione,ſicq; poteſtas clauiũ tantũ oſtenderet collationem gratiæ ſeu remiſsionẽ culpæ factam in ſacramento pœnitentiæ.Tertiò,vt ſacerdotes ſignificent præſentem operationem dei in remiſsionem culpæ,aliquid operando ad eam inſtrumentaliter & diſpoſitiue,quantùm in ipſis eſt,licet interdum culpa ſit ante remiſſa,& iſtud cõmunius nunc tenetur,quòd ſcilicet virtute clauium miniſter eccleſiæ cooperetur hoc modo ad remiſsionem peccati, quod etiam verbis Chriſti magis conſonare videtur:quibus ait apud Ioannem, Quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis:& quorum retinueritis,retenta ſunt. Vnde nunc quoque ſubiungitur. [*Et quodcunque ligaueris ſuper terram,*]id eſt,quemcunque à regno excluſeris,excommunicaueris, inabſolutum dimiſeris,ſeruato recto proceſſu ſeu debito clauium vſu.Ait nempe Theologus vltimo eccleſiaſticæ hierarchiæ capitulo, quòd ſacerdotes vti debent virtutibus hierarchiæ ſibi collatis,ſecũdum quod diuinitas mouerit eos,quoniam agens inſtrumentale non ſortitur efficaciam,niſi prout à principali agente mouetur,propter quod dicit Apoſtolus,Secundum poteſtatem quæ data eſt mihi in ædificationẽ, nõ in deſtructionem,[*Erit ligatum & in cælis*]id eſt ratum & approbatum erit coram deo,[*Et quodcunque ſol-*
C *ueris ſuper terram*] id eſt,quemcunque in eccleſia militante abſolueris,ad regnum admiſeris,[*Erit ſolutum & in cælis*]id eſt,à deo dimiſſum erit & ratum,ſeruato (vt tactum eſt)ordinato proceſſu, vt vere pœnitens & contritus abſoluatur, non is qui qui in voluntate manet peccati. hanc autem poteſtatem Chriſtus dedit Apoſtolis omnibus(vt aliqui dicunt) quando poſt reſurrectionem inſufflauit in eos & dixit,Accipite Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata,&c. Denique ſecundum Thomam, & alios multos, duæ perfectæ claues non differunt ſecundum eſſentiam, ſed per comparationem ad actum,ita vt duæ dicuntur propter actus diuerſos. Imò ſecundum Thomam poteſtas iſta, ſeu clauis realiter idem eſt quod character,ſeu ordo ſacerdotalis vel virtus conficiendi,& ſecundum hoc Chriſtus dedit hanc poteſtatem Apoſtolis in cœna quando ordinauit, id eſt fecit eos ſacerdotes,dicendo. Hoc facite in meam commemorationem.[*Tunc*]Ieſus [*Præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Chriſtus*] ¶Mirum videtur,cur Chriſtus iſtud præcepit, Si enim noluit prædicari ſe eſſe Chriſtum, cur miſit & permiſit Ioannem Baptiſtam prædicare eius aduentum? Et cur ipſemet interdum reſpondit ſe eſſe Chriſtum, dicendo, Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me? Et, Qui credit in me,non morietur in æternum.Et, Ego & pater vnum ſumus. Supra quoque capitulo decimo legitur, quod miſit Apoſtolos prædicare ſuum aduentum. Ad quod Hieronymus, Ambroſius,
D alijque expoſitores, diuerſimode reſponderunt, & ſatis obſcurè.Videtur autem hoc modo poſſe reſponderi,quòd Chriſtus noluit ſuum aduentum penitus publicari,ne ſua paſsio impediretur. Quia ſi cognouiſſent,nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent,Noluit etiam ſuum aduentum penitus taceri & occultari,ne Iudæi excuſationem haberent.Ideo per Annam prophetiſſam, per Symeonem iuſtũ per Magos præcurſores, per diſcipulos per propria verba atque miracula, interdum inſinuit ſe eſſe Chriſtum,ſecundum congruentiam cauſæ loci & temporis. Vnde interdum præcepit miracula ſua taceri,aliquando manifeſtari.Nunc ergo iuſit taceri ſe eſſe Chriſtum ne Iudæi audientes,quod eſſet filius dei & poſtea videntes eum ſcandaliſarentur.Idcirco iam ſubditur [*Exinde*]id eſt,ſtatim poſt hæc verba,in quibus oſtendit ſe verum Chriſtum dei filium,verumque deum,habentem potentiam dandi claues regni cælorum[*Cœpit Ieſus oſtendere*] per ſcripturas Prophetarum vel aliis modis [*Diſcipulis ſuis quia oportet eum ire*] tempore preordinato atque profixo à patre [*Hieroſolymam*] hoc autem oportuit non neceſsitate coactionis, ſed vt impleretur præordinatio dei, qui per Chriſti paſsionem propoſuit mundum redimere. Oportuit ergo neceſsitate conditionata, neceſsitate conſequentiæ, & neceſsitate finis. [*Multa pati*] id eſt, verba blaſphema ac dira ſupplicia, [*A ſenioribus*] Iudæorum, [*Et ſcribis*] & phariſæis, qui erant clerici Iudæorum, [*Et principibus ſacerdotum*] Anna& Caipha,[*Et occidi*] vt implerentur ſcripturæ,& veſtra delicta ſol-

Hierony. Leui.33.

Ioann.21.

2.Corn.10.

Ioan.21. Thomas.

Matth.26. Marci.3.

Matth.3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uerentur, non propter propriam culpam, ſicut in Pſalmo teſtatur, Quæ non rapui tunc exoluebam, E
[*Et tertia die reſurgere*] hoc ad conſolationem diſcipulorum adiecit, ne propter paſſionis eius auditum
inconſolabiliter triſtarẽtur. Et aſſumens eam Petrus ſeorſum, ne magiſtrum in præſentia diſcipulorũ
arguere videtur, quia non debet ſubditus ſuperiorem ſuum publicè increpare. Vel, ideo ſumpſit eum
ſeorſum, vt ei familiarius atque audacius ſeu fiducialius loqueretur, ſicut moris eſt amicorum in ſecre
to ſecurius colloqui, [*Cæpit increpare*] non quaſi de culpa, ſed increpare, id eſt, verbis reprimere per mo
dum diſſuadentis [*Illum*] ſuum prædilectum magiſtrum, à quo tam dulcia verba immediatè audiuit,
Beatus es Simon Bariona. [*Abſit a te domine*] vt tanta patiaris qui culpam non habeas, cum & pœna
culpæ debeatur, [*Non erit hoc*] malum pœnæ [*Tibi*] innocenti. Ex quo patet, quòd Petrus nondum a-
gnouit ex ſcripturis, quòd Chriſtus pro mundi ſalute fuerit occidendus. [*Qui conuerſus*] id eſt, vultum
ſuum ad Petrum conuertens, vt eum diſtrictius increparet, & aſpectu ſuo terrifico perterreret. Nam
per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis, [*Dixit Petro, Vade poſt me*] id eſt ſenſum tuum re-
linque, & ſequere me, voluntatémque tuam conforma prędordinationi diuinę, [*Satana*] id eſt, aduerſa-
tor meus, imò omnium inimice, quantùm ad hoc quòd paſſionem meam, ex qua mundi ſalus depen-
det, niteris impedire, & meo ſermoni conaris reſiſtere. [*Scandalum es mihi*] id eſt, quantum in te eſt,
ſuggeris mihi malum culpæ, & occaſionem ruinæ, vt non obediam deo patri, qui decreuit mea paſ-
ſione mundum ſaluare. [*Quia non ſapis ea quæ dei ſunt*] Diuina nondum intelligis, nec ſecundum deum F
afficieris, habendo cognitionem formatam ac ſapidam, affectionéſque ſpirituales ſecundum influen-
tiam Spiritus ſancti. Sic quoque ait Apoſtolus, Animalis homo non percipit ea quæ ſun, Spiritus dei.
[*Sed ea quæ hominum*] hoc eſt humanum ſenſum & carnalem affectum ſectaris, optando ne patiar.
¶ Ex naturali ergo amore, & quadam pia compaſsione Petrus hæc dixit, nec peccauit mortaliter.
¶ Præterea conſtat ex his quòd ſicut Ieſus blandus erat in commendando quæ bona ſunt, ſic terribi-
lis erat in increpando illicita: quod ſecundum congruentiam loci, cauſæ, ac temporis imitari debet prę
latus, & omnis Chriſti vicarius. Veritas enim neminem palpat. Vnde ad Titum dicit Apoſtolus, Du-
re increpa illos. Non tamen ſemper hoc expedit, propter quod dicit Apoſtolus, Seruum domini non
oportet litigare, ſed docibilem eſſe ad omnes, patientem, cum modeſtia corripientem. [*Tunc Ieſus dixit
diſcipulis ſuis*] & etiam alijs. Vnde Lucas ait, dixit autem ad omnes. Et Marcus, Conuocata (inquit) turba cum diſcipulis ſuis dixit ad eos, [*Si quis vult poſt me venire*] hoc eſt, mea veſtigia ſequi meis virtutibus conformari, ad perfectionem pertingere, ad patriam cæleſtem poſt me intrare, [*Abneget ſemetipſum*] id eſt propriam voluntatem relinquat, deo obediat, concupiſcentias vincat, hoc eſt, ſecundum Apoſtolum, deponere veterem hominem cum actibus ſuis, & induere nouum, qui ſecundum deũ creatus eſt in ſanctitate & iuſtitia. [*Et tollat crucem ſuam*] hoc eſt, tribulationes, aduerſitates, tentationes, ę-
quanimiter atque viriliter perferat, ſeipſum quotidie per opera pœnitentiæ mortificet, & omne gen' martyrij pro fide & æquitate pati paratus ſit: quemadmodũ ſcriptum eſt, Quoniã propter te mortifi- G
camur tota die, propter quod Paulus, Semper (inquit) mortificationẽ Ieſu in corpore noſtro circũferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Hoc agit qui ſapienter penſat illud Apoſtoli, Non ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam. Et, Omnes qui volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. [*Et ſequatur me*] perſeuerando in bonis vſque ad finẽ. Iſtud ad omnes pertinet. Quoniam teſte Ioanne, Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Si vero quod dictum eſt, Abneget ſemetipſum, intelligatur ſic, vt propriã voluntatẽ prorſus abiiciat, obedientiam promittendo homini ſuperiori propter deum, tunc erit conſilium. [*Qui enim voluerit*] voluntate perfecta & efficaci, quę procedit in opus dum poteſt [*Animam ſuam ſaluam facere*] hoc eſt, à damnatione æterna eripere, atque ad veram fœlicitatem perducere, [*Perdet eam*] id eſt in præſenti vita eam vitaliter, ſalubriterque occidet, priuatum amorem extirpando, delectabilia huius vitæ ſpernendo, & animam propriã propter Chriſtum in omnibus affligendo, vel morti corporali eam exponendo propter iuſtitiam, ita vt cum Apoſtolo dicere poſsit, Viuo autem iam nõ nego, viuit vero in me Chriſtus, id eſt, nil ago ſecundum priuatum amorem, ſed omnia ſecundum charitatem diuinam propter vitam æternã. ¶ Porrò q̃ iſte fuit verus ac proprius intellectus huius ſcripturæ, innoteſcit ex, eo quod ſubditur, [*Qui autem perdiderit animam ſuam,*] hoc modo eam deſpiciendo & affligendo, quaſi H
non eſſet ſua, [*Propter me*] id eſt, amore mei, & ad hoc vt prẽmium conſequatur à me, [*Inueniet eam*] id
eſt in futuro ſeculo ipſam ſaluam habebit, ac fœliciter poſsidebit, iuxta illud, De cęlo iſta poſsideo, ſed
propter deum nunc iſta deſpicio, quia in futuro ea recipere ſpero. Ad hoc pertinet quod alibi ait Sal-
uator, Qui amat animã ſuã in hoc mũdo, in vitam ętẽrnã cuſtodit eam. Sic ergo debet animã ſuam ſa-
lubriter perdere propter ſuiipſius ſalutem, cuius ratio aſsignatur. [*Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum
mundum lucretur*] omnia temporalia acquirendo, deliciis affluendo, alios ſibi ſubiiciendo, vel etiam aliis
prædicando ac proficiendo, [*Animæ verò ſuæ detrimentum*] id eſt damnationẽ, caſum ſeu nocumentum
in ſpiritualibus [*Patiatur*] per negligentiam propriam, non faciendo quę docui. Imò nõ ſolũ non pro-
ficit ſed plurimũ deficit, perdẽdo bonũ ſpirituale propter corporale, fœlicitatem æternã propter rem
temporalem. ¶ Ordo ergo charitatis requirit, vt vnuſquiſq; poſt deũ primo ac maximè amet ſeipſum
Galat. 6. in deo & propriè ſatagat prouidere ſaluti, ſciẽs quoniam vnuſquiſque onus ſuum portabit, & pro ſe-
Matth. 23 ipſo redditurus eſt rationem: veruntamen multi ſunt qui docent & non faciunt, qui aliorum magis q̃
Roma. 2. proprios obſeruant, ponderant, increpantque defectus, qui totum mundum volunt ſaluare, & tamen
palpant ſeipſos: talibus clamat Apoſtolus, Qui alium doces, te ipſum non doces? Qui gloriaris in lege,
per præuaricationem legis deum inhonoras? [*Aut quam dabit*] hoc eſt, dare poterit, [*Homo commutationem*] id eſt, redemptionem ſeu prætium, [*Pro anima ſua*] ſi contigerit eam damnari? Nullam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vtique. Ideo nil proficit si totum mũdum lucretur, & eam neglexerit, Propter quod ait Psalmista, Nõ dabit deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. Iob quoque ait, Non credat impius frustra, quòd aliquo pretio redimendus sit, Externarum vero rerum damna potest homo aliqua cõmutatione recompensare ac recuperare. Quod autẽ homo non possit aliquam cõmutationem dare pro anima sua, ostenditur ex districtione diuini iudicij, [*Filius enim hominis venturus est*] in die nouissimo ad iudicium, [*In gloria patris sui*] id est, in maiestate & potestate, quam habet à patre, [*Cum angelis suis*] qui tunc visibiliter apparebunt secundum Gregorium, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius id est, secundum exigentiam meritorum suorum per opera, omnem actum interiorẽ & exteriorem intelligendo, videlicet cogitationes, affectiones, locutiones & operationes, imò & operũ debitorum omissiones, quia & arbor quæ non facit opera bona, excidetur, & in ignem mittetur: multi tamen saluabuntur sine operibus proprijs, scilicet pueri baptizati ante discretionis annos defuncti. Loquitur ergo Saluator de adultis & ratione vtentibus, Hinc scriptum est in Iob, Absit à deo impietas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet. Sed quoniã dura erant quæ de Christi passone, eiusque imitatione prædicta sunt, & discipuli eius iis auditis tremefacti ac desolati fuerũt, idcirco subditur consolatio pia, qua ipsis promittitur visio eius in præsenti seculo, quod in futuro visuri sunt. [*Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus*] id est, quidam discipulorum meorum [*Qui non gu*

B *stabunt mortem*]] hoc est, morituri non sunt, [*Donec videant filium hominis venientem in regno suo*] id est, Actu. 3. ascendentem ad regnum cœleste, quod omnes Apostoli in die ascensionis viderunt. Vel, venientem in regno suo, id est, in ecclesia militante in qua Christus, spiritualiter venit per gratiosam inhabitationem & pium subuentum, quando post resurrectionem numerus credentium quotidie mirabiliter Matth. 17. augebatur. Adhuc nanque viuentibus Apostolis prædicata atque recepta fuit fides per omnes principales partes mundi. Vel venientem in regno suo, hoc est, apparentem in tali claritate, qualem habebit in regno cælesti. Talem quippe viderunt eum Petrus, Iacobus & Ioanes in transfiguratione. Vel in regno suo, id est, in corpore glorifico, in quo semper regnabit. In illo enim viderunt eũ discipuli post resurrectionem, quamuis non apparuerit eis in forma gloriosa.

¶ Cap. x v i i. *Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius.*] Articulus x x x.

C QVi id quod in fine præcedentis capituli Christus promisit de visione sui in regno suo, exponunt de visione Christi in forma gloriosa, dicunt quòd in huius capituli exordio ostenditur Christus illam promissionem implesse. [*Et post dies sex*] à promissione & sermocinatione in præcedenti capitulo factis [*Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius*] tanquam familiariores & chariores, qui & resuscitationi puellæ interfuerũt, & nocte passionis à Christo assumpti atque seorsum ducti fuerunt. ¶ Quidam sentire videntur, quod Iacobus qui transfigurationi interfuit, fuerit Iacobus primus Hierosolymitarum episcopus, scilicet Iacobus filius Alphæi. Sed quia hoc loco aperte asseritur, quòd fuerat Iacobus frater Ioannis, simpliciter dicendum, quod fuit Iacobus maior filius Zebedæi ab Herode occisus. Quandocunque autem doctores catholici aliud asserunt, cuius contrarium manifeste habetur in scriptura canonica, certum est, quòd dicant hoc non recolentes nec attendentes, quemadmodum scriptura sacra contineat. Et si eam attendissent, nequaquam sic affirmassent. Vnde in talibus non oportet delibe rare, quid respondeatur. ¶ Queritur, quomodo dicat Matthæus post dies sex, assumpsit Iesus, &c. cum Lucas dicat, Post dies fere octo. Respondendum, quod Lucas connumerat diem prædictæ promissionis & diem impletionis. Matthæus vero & Marcus dies intermedios computant, [*Et duxit illum in mõtem excelsum*] videlicet in montem Thabor [*Seorsum*] ab aliis discipulis, [*Et transfiguratus*] hoc est. in splẽdidiorem formam seu glorioſiorem figuram ac qualitatem mutatus est, [*Ante eos*] videlicet in conspe ctu eorum quibus ostendere voluit gloriam, quam ipse post resurrectionem fuerat habiturus, quam

D dabit in resurrectione futura suis electis. Ideo tres assumpsit vt in ore trium testium staret huius transfigurationis testimonium, & propter sanctæ trinitatis mysterium designandum, & propter ternarij numeri perfectionem. Omnia nanque super tria ponimus secundum Philosophum. In hac transfiguratione Christi, nec substantia suæ humanitatis, nec quantitas sui corporis est mutata. Sed qualitas dignior seu claritas admiranda superinducta est corpori. [*Et resplenduit facies eius sicut sol*] Si illa claritas tanta fuit, quanta post resurrectionem erit dubium nullum est, quin facies eius incomparabiliter clarior fuerit sole: præsertim cum de cæteris scriptum est, Quia fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. ¶ Denique secundum commune dictum doctorum in resurrectione futura dotes corpo- Matth. 13. rum glorificatorum, erunt ex redundantia beatitudinis animarum in corpora, quod intelligendum videtur per modum causæ meritoriæ, non effectiuæ ex parte animarum. Anima autem Christi in primo instanti suæ creationis ac vnionis cum verbo erat verè ac fruitiuè beata. Idcirco nisi ex diuinæ dispensationis moderamine retracta atque dilata fuisset redundantia beatitudinis animę eius in sacratissimum corpus ipsius, omnes quatuor dotes corporis glorioſi fuissent in corpore Christi à primo suę formationis instanti, sed fuit dispensatiuè dilata, aliquando tamen fuit permissa, scilicet in transfiguratione.

¶ Porrò secundum Hugonem, Christus ante passionem successiuè seu diuersis temporibus assumpsit quatuor corporis dotes, videlicet, Subtilitatem in natiuitate egrediendo de clauso dulcissimæ virginis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioan.6. Matth.29. vtero: Agilitatem ambulando ſuper aquarum fluenta: Claritatem in transfiguratione: Impaſsibilitatem in conſecratione ſeu porrectione corporis ſui in cœna. Alij tamen communiter tenent oppoſitum, maximè quantum ad dotem impaſsibilitatis tempore cœnæ. Tale enim corpus dedit Apoſtolis, quale tunc habuit. Et cum ratione dotis ſit vt habeatur & inſit per modum qualitatis fixæ ac permanentis, non tranſeuntis, propterea claritas iſta licet ſecundum eſſentiam fuerit eiuſdem rationis cum claritate quæ ponitur dos, tamen non habuit ibi modum, rationemque dotis, quia non inerat permanenter, [*Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*] De modo huius albefactionis dubitatio eſt. Auguſtinus enim videtur aſſerere, quòd claritas ſeu albedo apparens in veſtibus, non erat ſubiectiuè in eis, ſed ex illuſtratione aëris candidæ apparebant ac albæ, quemadmodum ea pars cæli cui ſol eſt vicinior. Verumtamen ſatis probabile eſt, quòd ad declarandam futuram glorificationem corporum electorũ in ſe & in manſionibus ſuis, etiam veſtimenta Chriſti fuerunt veraciter immutata & clarificata, quod & ſcripturis magis conſonare cenſetur. Scribitur nanque in Marco ſic, Veſtimẽta eius facta ſunt ſplẽdentia & candida nimis velut nix, qualia fullo ſuper terram non poteſt candida facere. Et Lucas, Veſtitus (inquit) eius factus eſt albus, refulgens. E

Auguſti. Marci.9. Lucæ.9. Hierony. Lucæ.9.

¶Hoc quoque ſentit Hieronymus, ſi verba eius benè penſentur, Ait enim, quòd in transfiguratione non eſt ſubſtantia mutata, ſed ſplendor vultui additus, quod probat, eo quòd ſubſtantia veſtium non ſit mutata, quæ tamen ſplendidæ factæ fuerunt. Clarum eſt autem, quòd argumentatio iſta nulla eſſet, niſi & veſtes verè clarificatæ fuiſſent. F

Actu.10, Num.12. 3.Reg.19.

¶Hoc quoque ſciendum, quòd licet Lucas dicat, quòd ſpecies vultus Chriſti facta ſit altera, non tamẽ ſic intelligendum eſt, quaſi ſola facies ſit clarificata, ſed tota caro, quemadmodum in reſurrectione futurum eſt. [*Et ecce*] res valde notabilis, nam [*Apparuerunt eis*] videlicet Petro, Iacobo & Ioanni, [*Moyſes & Helias*] Hi præ cæteris cum Chriſto affuerunt. Primò, vt per Moyſem verè defunctum, & Heliam nondum mortuum oſtenderetur Chriſtus iudex ac dominus viuorum & mortuorum. Secundò, propter ſpecialem conformitatem eorum cum Chriſto: nam ſicut Moyſes veteris, ſic Chriſtus nouæ legis eſt collator, & Helias ſecundum eius præcurret aduentum. Tertiò, ad deſignandum Chriſti perfectionem, per Moyſen nempe qui manſuetus erat præ omnibus habitantibus ſuper terram. Et Heliã rigoroſiſsimum, qui ſurrexit velut ignis, & maximus diuini honoris ac legis fuit æmulator, ſignificatur, quòd Chriſtus ſimul mitiſsimus atque iuſtiſsimus fuit, & in tantum zelatus eſt pro patris honore, vt trãſgreſſores conſtantiſsime increparet, & propter patrem glorificandum pro hominum ſalute vitam ſuã exponere morti. Quartò, propter imminẽtiam dignitatis ac miraculorum & ſanctitatis Moyſi & Heliæ, Quintò, vt oſtendatur Chriſtus non eſſe legis ſolutor, ſed impletor, & prophetarum verificator, cuius oppoſitum impoſuerunt ei Iudæi. Inſuper Moſes & Helias vere & perſonaliter aderant non ſecundum multitudinem quandam, vel angeli in forma eorum, vt aliqui dicunt. De Moyſe enim aliqui dicunt, quòd ſurrexit ad horam apparens in proprio corpore, quòd videtur eſſe de mente Hieronymi, qui ait, quòd Moyſes reſurrexit ab inferis. Alij probabiliter dicunt, quòd apparuit in corpore aſſumpto & ſibi adaptato, eo modo quo angeli. De Helia vero certum eſt, quòd diuina virtute, forſan angelico miniſterio adductus ſit de paradiſo terreſtri, ſicut ſubſiſtit in anima & corpore, tamen vterque eorum apparuit tunc in magna claritate, & ampliori quàm Helias ante vel poſtea habuit. Vnde Lucas ait, quòd apparuerunt cum Chriſto in maieſtate, [*Cum eo loquentes,*] ſermocinationis illius materiam exprimit Lucas. Et dicebant exceſſum quem completurus erat in Hieruſalem, id eſt, de Chriſti paſsione loquebantur, cum Chriſto gratias referendo, & pro mundi ſalute orando, de Iudæorũ quoque peruerſitate dolendo ac admirando. G

Matth.5. Hierony. Lucæ.9.

¶Dicitur autem paſsio Chriſti exceſſus propter eius exceſsiuum dolorem, quia ex amore exceſsiuo ad nos, pati dignatus eſt, propter exceſsiuam impietatem Iudæorum in eum. [*Reſpondens autem Petrus,*] qui verba Moyſi & Heliæ audiuit de Chriſti paſsione, vt aliqui dicunt: tamen Lucas habet, quòd Petrus & qui cum eo erant ſomno erant grauati: & antequam Lucas deſcribit euigilationem eorum, recitat de colloquutione Chriſti, Moyſi atque Heliæ. Vnde certum non habeo, an colloquentium verba audierit, quæ tamen poſtea eum cognouiſſe ex reuelatione certiſsimum eſt, [*Dixit ad Ieſum, Domine, bonum,*] id eſt, delectabile & honeſtum [*Eſt, nos*] ſex, videlicet te Moyſen, Heliam, & nos tuos diſcipulos, [*Hic eſſe,*] videlicet in monte, vt videamus te in tanta maieſtate & gloria, Moyſen quoque & Heliam excellentiſsimos viros in tanto decore. [*Si vis*] Reuerenter & ſobrie loquitur Petrus, quantũ ad hoc quod defert domino ſuo, non abſolute, ſed conditionaliter loquens, quia inferior ſuam ſemper debet voluntatem ſubiicere beneplacito domini ſui in licitis & honeſtis. Vnde & Chriſtus in paſsione orauit, Pater ſi vis (inquiens) transfer calicem iſtum à me, [*Faciamus tria tabernacula,*] id eſt, habitacula in quibus ſtabiliter perſeueremus: fortè talia tabernacula voluit facere, qualia habebant in veteri teſtamento, videlicet de frondibus atque tentoriis quæ facile fiunt, [*Tibi vnum, & Moyſi vnum, & Heliæ vnum.*] Quare non dixit, faciamus hîc ſex tabernacula? Fortè ideo, quia putauit in illis tribus tabernaculis ſe & duos condiſcipulos ſuos recepi poſſe ac commorari: ſic tamen, vt ipſe eſſet in tabernaculo ſui magiſtri chariſsimi. Secundum Lucam & Marcum, Petrus hæc dixit, neſciẽs quid diceret, quia præ exceſsiua dilectione, dulcedine & deuotione in Chriſtum loquebatur quaſi in extaſi, & ſine conſideratione conſiderandorum. Nihilominus ſecundum Marcum, cauſa huius neſcientiæ fuit nimis timor ex inſolito viſu. Timor autem immoderatus impedit valde vſum rationis & linguæ: iuxta illud Iob, Auferat dominus à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat, neque enim poſſum metuens reſpondere, Nihilominus ordinata triſtitia, vel non multũ exceſsiua, confert ad veritatis cõtemplationem, inquantum diſſolutionem, vanitatem, & inconſideratam libertatem auſert: propter quod Eſaias H

Ibidem. Matih.26. Leuit.23. Lucæ.9. Marci.9. Iob.9. Eſaiæ.26.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A inquit, Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. ¶ Secundũ Hieronymum, Petrus hæc dicens errauit. Primò enim errasse videtur, quòd in cõtemplatione humanitatis Christi voluit cõtentari siue quiescere, cum tamẽ beatitudo in diuinitatis suæ contẽplatione essentialiter sita sit, quã tunc Petrus non vidit. Secundò, quòd in terra & non potius in cælo locum mãsionis quæsiuit, cũ tamen dicat Apostolus, Non habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futurã inquirimus. Hebræ.13. Tertiò, quòd aliorum discipulorum obliuisci videbatur, & de præsentium cõtentari salute. Sed vtiq; si Petrus voluit ibi ad tempus cũ Christo sic transfigurato commorari, non penitus errasse dicendus est, [*Adhuc eo*] videlicet Petro [*Loquente*] verba prædicta, [*Ecce nubes lucida*] id est, pulchra & clara, non ex grossis vaporibus causata, sed talis qualis recepit Iesum in hora ascensionis ab oculis discipulorum vt in actis legitur, [*Obumbrauit*] id est, temperanter operuit [*Eos.*] Difficile fortè apparet ad quos referendum sit hoc, Immediatè enim de Christo, Moyse & Helia est mẽtio, sicq; videtur obumbratio ista referenda ad eos. Veruntamen si ea quæ Lucas scribit diligenter pensemus, inueniemus Moysen Heliam ante nubis apparitionem recessisse, nam ibi habetur, quòd cum Moyses & Helias discederẽt, Petrus dixit, Bonum est nos hic esse. Nubes ergo obumbrauit eos, id est, Petrum, Iacobum & Ioannem, ne oculi eorum claritate corporis Christi omnino repercuterentur & obtunderẽtur, [*Et ecce vox*] patris [*De nube*] sonuit, [*Dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui*] Hoc ipsum supra scriptũ
B ac diligenter expositum est, [*Ipsum audite*] auribus cordis corporis, quoniã ipse est veritas infallibilis, sapientia increata, magister perfectus, doctor salutifícus, qui ait, Qui audit verba mea, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Hunc magistrum esse audiendum prænunciauit Moyses in Deutero. Prophetam (inquiens) suscitabit vobis dominus, tanquam me ipsum audietis, & omnis qui non audierit verba prophetæ illius, exterminabitur de populo suo. Denique similis apparitio & testificatio factæ sunt in Christi baptismo ac transfiguratione, vtrobique nanque ostensa est trinitas superbenedicta, videlicet pater in voce, quę angelico ministerio creditur formata, Filius in humanitate, Spiritus sanctus ibi in specie columbæ, hic autem in nube. Quemadmodum enim Spiritus sanctus pes columbam designatur propter simplicitatem & innocentiam, cæteráque bonas proprietates columbæ: sic figuratur per nubem, quia vt nubes refrigerat & descendit à solis calore, sic Spiritus sanctus ab igne concupiscentiæ, & omnium tentationum feruore, propter quod in Esaia, per nubem exprimitur gratia Spiritus sancti, cum dicitur, Creabit dominus super omnem locum montis Sion, & ibi inuocatus est nubẽ per diem. Cum ergo Christus sit nobis causa gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, idcirco in eius baptismo & transfiguratione apparuit trinitas, & pater de filio testimonium protulit, quia baptismus Christus fuit figura & causa nostræ regenerationis, quia in prẹsenti renascitur gratiam acquirendo, eius transfiguratio figura fuit nostræ glorificationis in futuro. Vnde per nubem lucidam hic apparentem, intelligi potest claritas visionis diuinę, quia electi ab omni aduersitate tutantur: iuxta il-
C lud Apocalypsis & Esaiæ, Non esurient neque sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol. [*Et audientes discipuli*] vocem qua deus maiestatis de nube intonuit, [*Ceciderunt in faciem suam*] more prophetarum qui frequenter corruisse leguntur auditis sermonibus reuelationis diuinæ, [*Et timuerunt valde*] quia hoc naturale est vt homo propter suæ naturæ fragilitatem terreatur auditis diuinæ maiestatis sermonibus. Hinc in Exodo filij Israël dicunt ad Moysen, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. Et in Deutero. habetur, Quid est omnis caro vt audiat vocem domini dei viuentis? [*Et accessit Iesus & tetigit eos,*] Moyse & Helia iam ad loca sua vnde aduecti erant reuersis [*Dixitque eis, Surgite*] non solum à terra, sed & pristina imperfectione, [*Et nolite timere,*] inordinato pauore propter vocem cœlestem, sed potius de vestræ fidei certificatione, & mea dignitate vobis iam reuelata, gaudete sicut Daniel & Ezechiel tactu angelico se leuato & conformatos fuisse testantur. [*Leuantes autem oculos suos*] Apostoli, *Neminem viderunt, nisi Iesum solum.*] Abierunt etenĩ Moyses & Helias ante prædicta, ne vel ab eis vel ad aliquem eorum crederetur vox facta de nube. [*Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens, Nemini dixeritis visionem*] id est, quod iam in monte vidistis, [*Donec filius hominis a mortuis resurgat.*] Hoc Christus præcepit. Primò, vt doceat nos occultare propriam excellentiam, quousque in præsenti viuimus seculo. Secundò, ne res illa propter suam magnitudinem putaretur incredibilis. Tertiò, ne tempore passionis grauiter scandalizentur, qui
D ante ædificari poterant ex transfigurationis reuelatione. [*Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes, Quid ergo dicunt scribæ, quod Heliam oportet primum venire?*] Si transfiguratio ista glorificatio tua est, quomodo dicunt doctores Iudæorum, quòd Helias venturus est primum, id est, antequam appareas in gloria? Nouerant scribæ ex testimonio Malachiæ, quòd Helias præcedet secundum Christi aduentum, seu diem iudicij, in quo Christus glorioſus omnibus monstrabitur. Quoniam ergo prædicti tres Apostoli transfigurationem Christi quam viderant, putabant esse gloriam in qua ad iudicandum venturus est, ita quòd transfiguratio illa esset iudicium consummationis mundi atque extremi iudicij de proximo imminentis, ideo scisitabantur Christum, qualiter intelligenda esset scribarum assertio de aduentu Heliæ ante diem iudicij. Viderant quippe Heliam, sed mirabantur, quòd tam subito abiit, quem scribæ testantur manifestè venturum, & prædicaturum Iudæis. Interrogatio igitur Apostolorum ex quodam errore procedit, quia putabant instare diem iudicij, finemque seculi, Christus tamen clementer instruit eos, sicut subiungitur. [*At ille respondens, ait illis*] videlicet Petro, Iacobo & Ioanni, [*Helias quidem venturus est,*] quemadmodum scribæ affirmant, quia secundum meum præcurret aduẽtũ, sicut Ioannes primum, [*Et restituet omnia*] id est, totum genus Iudæorum reducet ad deum, conuertendo eos ad Christum. Aperiet nanq; Antichristi mendacia, quo facto Iudæi fidem recipient. Vnde in Malac. legitur Conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Sic

Actu.1. Luc.9. Matth.3. Ioan.5. Deut.18.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ergo ait Saluator, Helias reſtituet omnia, quomodo alibi de ſe profitetur, Si exaltatus fuero, omnia traham ad me ipſum. Helias autem miniſter erit reſtitutionis illius, non auctor principalis, ſed inſtrumentalis. [*Dico autem vobis, quia Helias iam venit*] non perſonaliter, ſed æquiualenter, videlicet alius in virtute & ſpiritu eius, [*Et non cognouerunt eum*] Iudæi increduli, ſcilicet ſcribæ, ſacerdotes ac Phariſæi, dicentes de Ioanne, quia dæmonium habet. Et quamuis Herodes & alij quidam maligni aliqua liter Ioannem nouerunt, (Sciebat enim Herodes quòd eſſe vir iuſtus & ſanctus) dicuntur tamen eum non cognouiſſe. Primò, quoniam neſcierunt quòd eſſet Chriſti præcurſor. Secundò, quoniam documenta & opera eius finaliter reprobauerunt, [*Sed fecerunt in eum quæcunque voluerunt*] id eſt multipliciter perſequuti ſunt ipſum. Nam & Herodes de conſenſu & forſan conſilio ſcribarum, Phariſæorum ac ſacerdotum, Ioannem incarcerauit & decollauit, [*Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis*] ſupplicium crucis, quia in paſsione idem Herodes ſpreuit Chriſtum, albáque veſte illuſum reddidit voluntati Pilati, qui tandem procurantibus Iudæis crucifixit Chriſtum. Denique Chriſtus loquitur de diuerſis iniuſtis generaliter, quaſi de eiſdem, ſecundum quòd vna ponitur generatio omnium reproborum, cui ait Saluator, Venient hæc omnia, ſcilicet omnis ſanguis innocenter effuſus, ſuper generationem iſtam. [*Tunc intellexerunt diſcipuli*] tres prædicti, [*Quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis*] illa, quæ de præterito Heliæ aduentu narrauit, per Heliam intelligendo ac deſignando Ioannem, propter proprietatũ ſimilitudinem, non propter perſonæ vnitatem. Nam & Ioannes à Iudæis interrogatus, Helias es tu? reſpondit, Non.

¶Reſiduum cap. [*Et cum veniſſet Ieſus ad turbam.*]
Articulus. x x x i.

[*Et cum veniſſet Ieſus ad turbam*] videlicet die ſequenti à transfiguratione prædicta, [*Acceſsit ad eum homo genibus prouolutus*] id eſt, genua flectens [*Ante eum, dicens. Domine miſerere filio meo*] liberando eum à ſua miſeria, [*Quia lunaticus eſt*]. i, ſecundum lunationes ſeu tempore nouiluniorum furit tanquam arreptitius, [*Et male patitur*] id eſt, dire vexatur à dæmone. Cur autem aliquis nuncupetur lunaticus, plenius dictum eſt ſupra. [*Nam ſæpe cadit in ignem & crebro in aquam*] .i. diabolo ipſum apprehendente in ignem & aquam proiicitur vt occidatur. Vnde Marcus clarius dicit, Vbicunque apprehenderit eum ſpiritus, alludit eũ & ſpumat & ſtridet dentibus & areſcit. [*Et obtuli eum diſcipulis tuis*] non tamen Petro, Iacobo & Ioanni, ſed eis qui transfigurationi non interfuerunt, [*Et non poterant curare eum*] à prædictis incommodis & à dæmonio. Huius impotentiæ cauſa fuit, tam incredulitas patris quam diſcipulorum, ſicut dicetur. [*Reſpondens autem Ieſus, ait, O generatio incredula & peruerſa,*] id eſt, infideles & iniqui. hoc dicit ad patrẽ lunatici & ad ſimiles ei, [*Quouſque ero vobiſcum?*] inter vos corporaliter conuerſando, [*Vſquequo patiar vos?*] id eſt incredulitatem, peruerſitatemque veſtram, quaſi dicat, non diu. Vel hoc dicit, ſignificans ſe deſiderare reuerti ad patrem, & vt malos digne redarguat, ac ſuæ iuſtitiæ zelum oſtendat, ſeque de hominum prauitate monſtret dolore. Non autem dicit hæc quaſi impatiens & tædio victus, vel quaſi aute tempus diuinitus præordinatum mori deſiderans, ſed potius loquitur affectu ac more prudentiſsimi medici, qui contrariantibus ſuæ artis remediis durius loquitur. [*Afferte hunc illum*] lunaticum [*Ad me*] vt curatio & modus ſuæ curationis omnibus innoteſcat. ideo fecit eum Chriſtus adduci ad ſe, quem vtique poterat curare abſentem. [*Et increpauit illum Ieſus*], vel puerum, eo quòd aliquid fortè commiſit, propter quod diabolus in eum poteſtatem accepit: vel (quod dictum eſt) dæmonem. Vnde Marcus ait, Communicatus eſt ſpiritui immundo, & Lucas, Increpauit (inquit) ſpiritum immundum, & exiit ab eo dæmonium, quod ſecundum Marcum erat ſurdum & mutum, quoniam fecit puerum ſurdum & ad loquendum impotentem, [*Et curatus eſt puer*] à dæmonio, à ſurditate & mutitate, [*Ex illa horâ*] qua Ieſus dæmoni iuſsit exire à puero. [*Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, & dixerunt, Quare nos non potuimus eiicere illum?*] dæmonem à puero iſto?

¶Superius dictum eſt, quòd Ieſus dedit diſcipulis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, imò ſuper omnem virtutem inimici, ſecundum Lucam: Quomodo ergo nunc dicitur, quòd non potuerunt dæmonem iſtum expellere? Et reſpondendum, quòd illa poteſtatis collatio intelligenda erat, niſi diſcipuli ponerent obicem. [*Dicit illis Ieſus, Propter incredulitatem veſtram*] non quòd ſimpliciter infideles fuerint, ſed quia in fidei perfectione defecerunt. Quemadmodum enim ex conſequentibus innoteſcit, cæteri diſcipuli videntes quod Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem ſpecialiter duxit ſeorſum in montẽ humanum aliquid paſsi ſunt, videlicet motiuum inuidiæ atque ſuperbiæ, dolentes illos ſibi præferri: ob hoc quoque meruerunt incurrere quandam hæſitationem in fide. Porrò, quod propter incredulitatem ſuam non potuerint eiicere dæmonem, declarat Saluator, [*Amen quippe dico vobis, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis*] id eſt, quæ tali grano comparetur, cui ſuperius comparatum eſt regnum cælorum, quatenus ſicut huiuſmodi granum paruum eſt quantitate, maximumque virtute: ſic fides veſtra in ſe vigoroſa, fœcunda ac fortis conſiſtat [*Dicetis monti huic, tranſi hinc*] id eſt, de loco iſto transferaris virtute diuina, [*Et tranſibit*] quo iuſſeritis. Per hoc exemplum innuit Chriſtus, quod fidei nihil impoſsibile ſit. Et quamnis tale quid raro factum legatur, tamen verum eſt quod ait Saluator. Nam ſi ratio id exigeret, deus montem transferret ad inſtantiam viri in fide perfecti. Maiora quoque fecerũt diſcipuli quàm eſſet montis tranſlatio, mortuos ſuſcitando, à natiuitate claudos & cæcos ſanando, arcana cordium reſerando.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A bo tranſire & fugere cogũt. Vnde de impio legitur apud Hieremiã, Ecce ego ad te mõs peſtifer ait dominus, qui corrumpis vniuerſam terrã. [*Hoc autem genus*] dęmonũ [*Non eijcitur*] ab obſeſsis, [*Niſi per orationem & ieiunium*] id eſt, virtute & merito orationis & abſtinentiæ: quæ ſunt effectus fidei tam perfectæ, vt grano ſinapis merito comparetur.

¶ Diuerſorum etenim dæmonum varia eſt poteſtas, & diuerſi de diuerſis vitiis tentant homines. Vnde quidam dicuntur ſpiritus fornicationis, alij ſpiritus inuidiæ, alij ſpiritus ſuperbię. Genus itaque dęmonum ad quod pertinebat dæmon iſte, fortiter imprimit ſe hominibus quos obſidet. Et aliqui dicũt quod tentet de vitio carnis, propter quod non eijcitur, niſi oratione atque ieiunio, quibus carnales cõcupiſcentiæ refrenantur. Inſuper per orationem, quæ eſt eleuatio mentis in deum: & per ieiunium, quod eſt caſtigatio corporis, datur intelligi, quod hoc dæmonum genus non eiciatur, niſi ab hominibus notabiliter virtuoſis, mente & corpore depurgatis. Hinc beatiſsimi anachoritæ teſtati ſunt, vnumquemque facile illi poſſe dominari dæmonio, qui vicerit paſsionem & culpam, de qua dæmon huiuſmodi tentat. [*Conuerſantibus autem eis,*] videlicet Ieſu & eius diſcipulis in Galilæa, [*Dixit illis Ieſus, Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget.*] Aduerſis ac triſtibus læta permiſcet, vt mœrorem lætitia temperet. Ideo de ſua paſsione prędicens, de gloria reſurrectionis mox addidit. Frequenter quoque prænuntiat ſe paſſurum, ne inopinate captus putetur, & iacula præuiſa mi
B nus feriant: ipſique diſcipuli cum viderint verificata quæ prædixit, conſtabiliantur in fide. [*Et contriſtati ſunt vehementer,*] & tanto vehementius, quanto in eius amore magis feruebant, & quanto inuitius ſeparabantur à tam dulci magiſtro, à tam pio patrono atque fideliſsimo defenſore ac prouiſore, & quia agnouerant ſanctitatem ac innocentiam eius Et quoniam nondum ſpirituales erant perfectè, nec reſurrectionis gloriam diligenter penſabant, idcirco tanto magis de Chriſti occiſione dolebant, quanto illã in ſeipſa ſub ratione pœnæ ac mali & nocumenti, non ſub ratione remedij, & ſalutis penſabant. Nec tamen audebant ſuadere oppoſitum, ſcientes quid Petrus oppoſitum conſulens, paulò antè audiſſet, videlicet, vade retro me Satana, quia non ſapis quæ dei ſunt. [*Et cum veniſſent Capharnaum*] Ieſus, eiúsque diſcipuli, [*Acceſſerunt qui didragma accipiebant ad Petrum*] id eſt exactores tributi, quòd vocabatur didragma, hoc eſt duplex dragma. Dragma vero (vt dicitur) eſt octaua pars vnciæ, valens ſex obulos. Exactores ergo ſeu collectores tributorum ex parte Imperatoris commorantis in vrbe præcipua Galilææ, puta Capharnaum, non accedunt ad Ieſum propter reuerentiam eius, quem nouerant tanta operari miracula, & tantum honorari à populo, ſed Petrum tanquam principalem inter diſcipulos [*Et dixerunt ei, Magiſter veſter,*] hic Ieſus, [*Non ſoluit didragma?*] id eſt, ſolet ne dare tributum, ſicut ordinauerunt Romani? [*Ait Petrus, Etiam. Et cum intraſſet Petrus in domum,*] vt diceret Chriſto verba exactorũ,
C [*Præuenit eum Ieſus,*] vt oſtenderet ſe omnia ſcire, [*Dicens, Quid tibi videtur Simon?*] Quærit non ignorans quid reſponſurus ſit Petrus, ſed vt ex eius reſponſione, conuenientius inſtruat eum, & optima proferat documenta. [*Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? A filijs ſuis an ab alienis?*] id eſt, cæteris ſibi ſubiectis, [*Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi*] à perſolutione tributi ac cenſus [*Sunt filij*] regum. Per hoc Chriſtus intendebat concludere ſe liberum eſſe à dando tributa, tanquam filium regis regum, nulli legi humanæ de neceſsitate ſubiectum: de quo fertur in pſalmo, Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis.

¶ Denique aduertendum, quòd libertas eſt duplex. Vna ſpiritualis, ſicque omnes Chriſtiani facti ſunt liberi, quia per Chriſti paſsionem ſunt à poteſtate diaboli & iugo peccati erepti: propter quod ait Saluator, Si filius vos liberauerit verè liberi eritis. Alia corporalis, & ita fideles tenẽtur ad tributa, quẽadmodũ dicit Apoſtol⁹, Cui tributũ, tributũ: cui vectigal, vectigal. Vnde Chriſt⁹ alibi, Reddite (inquit) quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo. [*Vt autem non ſcandalizemus*] id eſt, ad ruinam peccati occaſionaliter inducamus [*Eos,*] qui didragma requirunt, qui putaſſent Chriſtum Imperatori repugnantem, & ſeculare ius violantem, niſi ſoluiſſet didragma.

¶ Præterea Chriſtus magis vitauit ſcandalum iſtorum quam ſcribarum at phariſæorum. quia iſtorum ſcandalum ortum fuiſſet ex ignorantia, quia ignorabant Ieſum eſſe naturalem ac verum filium dei, ad
D quam notitiam non tenebantur explicite, præſertim cum eſſent Romani gentiles. Scãdalum vero ſcribarũ ac phariſæorũ proceſsit ex mera malitia. Chriſtus quoque ſicut peccare non potuit, ita nec aliquem potuit ſcandalizare directe, ſed occaſionaliter tantum. [*Vade ad mare*] ſupra quod ſita fuit vrbs iſta Capharnaum, [*Et mitte hamum,*] videlicet inſtrumentum quo piſces capiuntur [*In aquã, & eum piſcem qui primus aſcenderit,*] id eſt, hamo captus in hæſerit, leuatusque fuerit, [*Tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem*] valentem duplex didragma, & per conſequens pro duobus ſufficiẽs. ideo ſubditur, [*Illum*] ſtaterem. [*Sumens, da eis pro me & te,*] Chriſtus tanquam veraciter liberalis atque largiſsimus plus dedit quàm illi exigebant. In hoc autem quòd eo operãte inuentus, & ſecundum Hieronymum creatus eſt in ore piſcis ſtater, oſtenditur omnipotẽtia. In eo vero quòd de inuentione piſcis ac ſtateris tã certe prædixit, monſtratur omnis ſcientia eius, atque in vtroque eius diuinitas declaratur. In eo quoque quòd humanis ſe legibus ſubdidit, cum eſſet liberrimus filius regis æterni, eius humilitas ſumma, & vera humanitas agnoſcuntur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶CAP.XVIII.[*In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum.*]
Articulus. xxxij

E

IN ſuperioribus dictum eſt quemadmodum Chriſtus ſpecialiter dixerit Petro, Tibi dabo claues regni cælorum, quomodo etiam primus fuit inter tres quos Ieſus aſſumpſit, vt transfigurationi ſuę intereſſent. Et qualiter pro ſe atque pro Petro ſoluit tributum. Ex his atque ſimilibus diſcipuli moti ſunt ad ſuſpicandum, quòd Petrus omnibus eis eſſet præferendus: de quo minus bene contentabantur, nondum enim humilitatis apicem attigerunt, idcirco, [*in illa hora*] qua facta ſunt quæ in fine præcedentis cap. ſcripta ſunt in Capharnaum de perſolutione tributi, [*Acceſſerunt diſcipuli*] præſertim apoſtoli [*Ad Ieſum dicentes, Quis putas maior [eſt in regno cælorum?*]] id eſt, Quis amplioris gratiæ & meriti eſt in eccleſia militante? Et quis plenioris gloriæ & premij eſt in eccleſia triumphante? hoc quæſierunt, quatenus talis eis præficeretur qui dignioris eſſet gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro. Sed his obuiare videtur quod apud Marcum inducitur, quemadmodum cum veniſſent domum, Ieſus interrogauit diſcipulos, Quid in via tractabaris? At illi obticuerunt, videlicet præ verecundia. Siquidē in via diſputauerāt, quis eorum eſſet maior. Quomodo ergo nūc dicuntur acceſsiſſe, & Ieſum interrogaſſe? Reſponderi poteſt. Primò ꝙ videntes F
ſe à Chriſto deprehēſos, ad tēpus præ rubore ſilebant. Poſt modicum tēporis reſumpta fiducia, ſciſcitati ſunt dominū. Secundò, ꝙ aliqui tacuerunt, & alij interrogauerunt. Tertiò, ꝙ tacuerunt de ſua ambitioſa diſputatione, ſed loquuti ſunt de vtili quæſtione, [*Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit*] id eſt collocauit [*Eum in medio eorum*] videlicet diſcipulorum [*Et dicit*] humilis magiſter non ſolum verbis, ſed & factis humilitatem commendans, ambitionem fūditus eradicauit, [*Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis*] id eſt, corde ſalubriter immutati, videlicet à contentione, elatione, & omni ambitione, ad pacem, humilitatem, obedientiam, [*Et efficiamini ſicut paruuli*] id eſt, paruulis aſſimilati fueritis, quantum ad bonas proprietates eorum amplectendo innocentiam, puritatem & humilitatem eorum quos conſtat de prę latione non occupari, nec inuicem inuidere, [*Non intrabitis regnum cælorum*] quod humilibus atque pacificis eſt paratum. Hoc in perſona Apoſtolorum omnibus dicitur Chriſtianis; ſed quoniā nemo excluditur à regno cælorum, niſi pro peccato mortali, videntur apoſtoli peccaſſe mortaliter: quibus nūc dicitur, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, &c. Si autem dicantur non peccaſſe mortaliter in prædictis, tunc illud quod dicitur (Niſi conuerſi fueritis) intelligendum erit conditionaliter, vt ſit ſenſus, Niſi conuerſi fueritis. i. ſi magni fueritis in oculis propriis elati & ambitioſi, non poteritis ſaluari, niſi conuerſi fueritis modo præfato. Vnde per Hiere. dicitur, Nolite eleuari, ſed date gloriā do G
mino deo. Et Apoſtolus Petrus, Deponētes (inquit) omnē malitiā & dolū & ſimulationē & detractionē, quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite. Deniq; in paruulo conſiderari poſſunt minoratio ſenſus, & in diſciplinatio morum, & ſic nō debemus fieri ſicut paruuli: iuxta illud Apoſtoli, Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Veruntamen nomen paruuli in ſcripturis interdum in malo accipitur, vt cum Salomon ait, Auerſio paruulorū interficiet eos. Et Iob, Paruulū (ait) occidit inuidia. ¶Quidam per paruulum iſtum quem Ieſus ſtatuit inter diſcipulos, intelligunt ipſummet Chriſtum. Sed hoc ad literam ſtare non poteſt, cum de paruulo iſto ſcriptum ſit apud Marcum, Quem cum amplexus eſſet Ieſus. Certum autem eſt, quòd non amplexabatur ſeipſum. [*Quicunque ergo humiliauerit ſe*] coram deo & hominibus [*ſicut paruulus iſte*]. i. omnem motum ſuperbiæ prorſus abiecerit, & tā alienus fuerit ab elatione vt puer, conſideratione diuinæ maieſtatis, atq; intuitu propriæ defectuoſitatis, [*Hic maior eſt in regno cælorum*] quàm alij minus humiles. Humilitas nanque directe diſponit ad profectum gratiæ in præſenti, & exaltationem, incrementumque gloriæ in futuro: prout ſcriptū eſt, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiā. Et iterum, Humilia valde ſpiritum tuū, & inuenies gratiā corā deo & hominibus. Hinc in Prouerb. legitur, Humilitas præcedet gloriam, & humilem ſpiritu ſuſcipit gloria. Quanto itaque quis ſe magis humiliauerit pure propter deum ex charitate, tāto ſublimior erit in patria. Non ꝙ præmium eſſentiale correſpondeat humilitati directè, ſed diſpoſitiuè ac fundamentaliter, & quia maiori humilitati maior adeſt charitas. [*Et qui ſuſceperit*] in viſceribus charitatis ſeu do- H
mo ad hoſpitandū ac reficiendū [*Vnum*] paruulum [*Talem,*] videlicet innocentem ac humilem, de quo in Prouerb. æterna ſapientia inquit, Si quis eſt paruulus, veniat ad me, [*In nomine meo,*] id eſt, ideo quia fidelis eſt, vel propter me atque ad gloriam nominis mei, [*Me ſuſcipit*] in membro meo myſtico, quauis non in ſemetipſo. Itaq; ſuſcipit me. i. mihi fieri iudico quod fit illi: & tam gratū eſt mihi, ac ſi mihi in propria perſona exhiberetur. Eccleſia nempe eſt myſticum corpus Chriſti, & ipſe eſt caput ipſius: quod ergo fit membris, fit capiti. In tantum quoq; diligit Chriſtus paruulos & egenos, vt ſibi fieri arbitretur quod impenditur illis. Vnde Paulo ait, Quid me perſequeris? Et per Zach. Qui tetigerit (inquit) vos, tanget pupillam oculi mei. *Qui autem ſcandalizauerit*] id eſt, verbo vel facto ſuo inordinato ad peccandum induxerit [*Vnum*] id eſt aliquem [*De puſillis iſtis qui in me credunt*] id eſt, de fidelibus adhuc imperfectis, incipientibus, vel etiam proficientibus, nondum perfectis, [*Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius.*] Per molam aſinariam, quam equi vel aſini trahunt eum rota in molendinis, intelligitur quodcunq; grande ſaxum ſeu lapis grauiſsimus, [*Et demergatur in profundum maris.*] Vtilius enim ſibi eſt iuſte occidi, qnàm impie viuere. Vtilius eſt enim corporalem perpeti mortem, quam alium ad animæ mortē inducere. Vtili⁹ ei eſt in vita hac puniri, quàm æternaliter condemnari. Iſtud potiſsimum verum eſt de ſcandalizatione actiua & paſsiua, prout ſunt peccata mortalia. Tunc enim ſcandalum actiuum mortale eſt, quando verbum vel factum ſcandalizantis eſt in ſe mor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tale, videlicet charitati vel iuſtitiæ contrarium. Vel quando eſt in ſe veniale, & tamen homo per illud intendit aut nititur alium ad peccatū mortale inducere, paruipendens eius ſalutem per hoc q̄ nō vult ſibi placentia omittere propter fratris ſalutem quod q̄ ſit iniquū, patet ex verbis Pauli dicentis, Sic autem in fratres peccantes & percutiētes conſcientiā eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Et rurſus, Hoc (inquit) iudicate, ne ponatis fratribus offendiculū vel ſcandalum. Denique melius eſſet occidi q̄ ſcandalizare aliū, quamuis ſcandalizantis & ſcandalizati peccatū eſſet veniale. ¶ Peccatū nanque eſt infinitæ fugibilitatis, magisq; debet homo eligere mortē pati, q̄ venialiter peccare. Et bene ait Saluator, Qui ſcandalizauerit vnū ex puſillis, quia (vt ait Hierony.) qui ſcandalizatur paruulus eſt. maiores enim ſcandala non recipiunt. Vnde perfectorū non eſt ſcādalizare aut ſcandalizari, quia tam fortiter cum deo vniti ſunt, vt tam magnū malum non operentur, vnde merito aliquis debeat ſcandalizari, quamuis ſæpe venialiter peccent. Hoc enim humanæ indulgendū eſt fragilitati. Similiter ex verbis & factis aliorum inordinatis non ſcandalizantur, ſed compatiuntur & cautiores redduntur, imò & fœliciores: iuxta illud, Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Hinc ait pſal. Pax multa diligentibus legem tuam, & nō eſt illis ſcandalum. Et Apoſtolus, Quis nos ſeparabit à charitate dei? [*Vae mundo*] id eſt mundanis & intimoratis hominibus, [*A ſcandalis*] id eſt propter ſcandala quæ inuicem inferunt & patiuntur, in quibus æternam pœnam merentur. Et merito væ mundo à ſcandalis, cum non

B poſsit euadere, [*Neceſſe eſt enim vt veniant*] id eſt oriantur [*Scandala*] actiua & paſsiua, videlicet offendicula culpæ, ex quibus procedunt nocumenta animæ, hoc neceſſe eſt non abſolute, ſed ex ſuppoſitione quia videlicet homines nolunt peccata ſua relinquere. Ideo neceſſario concomitatur ſcandalum aliorum, maximè puſillorum & impiorum. Sic ergo neceſſe eſt vt veniant ſcandala, quomodo ait Apoſtolus, Neceſſe vt veniant hæreſes, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Vnde quod dictum eſt, Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, quidam exponunt ſic, Expediens eſt ad exercitationem & probationem aliorum: [*Veruntamen væ*] id eſt æterna damnatio imminet ac debetur [*Homini illi per quem*] id eſt à quo [*Scandalum venit*] id eſt qui alium ſcandalizat mortaliter. Ex hoc concluditur quod ſcandala euenire, non ſit abſolute neceſſarium, quia tunc quilibet excuſaretur à vitio ſcandali. Radix nanque peccati in libertate fundatur [*Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat*] id eſt ad culpā inducit [*Te*] per tactum ſeu operationem quamcunque, vel per greſſum ac curſum illicitum, [*Abſcinde eum,*] videlicet pedem ac manum. non membra abſcindendo, ſed inordinatum vſum membrorum vitando: iuxta quē ſenſum dicit Apoſtolus Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, [*Et proiice abs te*] id eſt ſpiritualiter ſepara te à vitioſis actibus membrorum iſtorum. Sic enim ait Apoſtolus Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. Et qui in carne ſunt deo placere non poſſunt. [*Bonum eſt tibi ad vitam ingredi*] id eſt melius eſt tibi ſaluari [*Debilem vel claudum*] id eſt ordinatis, delectabilibus & ſolitis actibus manuum & pedum carentem, [*Quam duas manus aut duos pedes habentem*] id eſt vitioſis ac illicitis actibus membrorum iſtorum vtētem, [*Mitti in ignem æternum*] Quemadmodum ergo caſtratus propter regnū

C cælorum vocatur, qui amore fœlicitatis futuræ abomni concubitu abſtinet, non qui membra generationis abſcindit: ſic Chriſtus docet manum ac pedem abſcindere, & ſic claudus ac debilis nuncupatur qui membra iſta ab actibus malis reſtringit. [*Et ſi oculus tuus ſcandalizat te*] per immoderatum, incautum, impudicum, aut vanum aſpectum [*Erue eum*] quantum ad vſum huiuſmodi [*Et proiice abs te*] ſicut de manibus dictum eſt. Vnde in Eccleſiaſtico legitur, Auerte oculos tuos à muliere compta. Et Propheta, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Maximè neceſſaria eſt iſta proiectio ſiue erutio oculorum. Oculo enim quid nequius creatum eſt.

¶ Et in libro Num. Dominus iuſſit filiis Iſraël, ne ſequerentur oculos ſuos per res varias fornicantes. Cuſtodiendus ergo & diligentiſsimè refrenandus eſt oculus, maximè tempore orationis, contēplationis, diuiniq; cultus, & in eccleſia, ac corā aliis. A viſu enī ſuo cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus prudens. [*Bonum*] id eſt melius [*Eſt tibi cum vno oculo*] id eſt cum moderato vſu oculorum & refrenatione eorum, [*Ad vitam ingredi quam duos oculos habentem*] id eſt oculis ad libitum tuum vtentem, & vndique circunſpicientem, [*Mittit in gehennam ignis.*] Porrò præhabita alio modo exponi poſſunt, eritque ſenſus, Si manus tua aut pes tuus, id eſt aliquis tibi tam charus, propinquus, aut auxilatiuus, vt propria manus vel pes, ſcandalizat te, pertrahendo te in peccata, vel quia carnales affectiones habes exiſtendo cum ipſo, abſcinde eum, id eſt ſegrega te ab ipſo mente & corpore, ſed nō

D charitate, ſi fieri poteſt. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, id eſt taliū amicitia atque ſubſidio deſtitutum, quàm duas manus vel duos pedes habentem, id eſt talium auxilio & amore vallatum damnari. Simili modo intelligendum de oculo eſt.

¶ Quidam obtuſi iſta ſuperficialiter intelligentes, putabant licitum eſſe mutilationem membrorum propter vitanda peccata, cum ſimili ratione liceret ſeipſum occidere. Talis quoque mutilatio concupiſcentiam non auferret, & multa virtuoſa opera impediret. [*Videte ne contemnatis vnum*] id eſt aliquem quantumcunque vilem ac modicum [*Ex his puſillis*] id eſt imperfectis fidelibus miniſtrantibus mihi, per hoc Saluator excluſit cauſam ac fomitem ſcandalizationis. Multi nanque idcirco non curant nec metuunt alios ſcandalizare, quoniam paruipendunt eorum perſonam, nec attendunt dignitatem naturæ ad dei imaginem factæ, ac pretium ſanguinis Chriſti pro illis effuſi. Conſideremus ergo nobilitatem animæ rationalis, & beatitudinem ad quam condita eſt, & quanta pro eius ſalute tota trinitas fecit quanta Chriſtus ſuſtinuit, quanta beneficia contulit, inter quæ eſt ſuperdigniſsimum corporis & ſanguinis ſui ſacramētū, & ſic fiēt vt neminē aſpernemur. ſed cū Apoſtolo dicem⁹, Quis ſcandalizatur. & ego nō vror? Itémque Si eſca ſcandalizat fratrē meū, nō manducabo carnes in æternum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Præterea quàm vitioſum ſit contemnere quempiam, patet ex eo quod in Eſaia ſcriptum eſt. E
Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cùm ipſe fatigatus deſieris conténere, contemneris. Et Malach. inquit, Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo vnuſquiſque noſtrum deſpicit fratrem ſuum? Cur autem non ſint puſilli ſpernendi, ſubiungitur, [*Dico enim vobis, quia angeli eorum*] id eſt, cuſtodes animarum ipſorum exiſtentes, vt in pluribus, [*In cælis*] id eſt, in cælo empyreo, quod eſt locus & manſio beatorum [*Semper*] id iſt, indeſinenter atque in æuo omne tempus comprehendente [*Vident*] clarè & immediatè per ſpeciem oculo intellectuali [*Faciem patris*] præſentialiter & luculenter eis obiectam [*Qui in cælis eſt*] Cum ergo ſit tanta dignitas hominum, vt cuſtodiantur à ſpiritualibus angelicis deum clarè videntibus, non ſunt ſpernendi.

¶ Porrò ſecundũ Dionyſium eccleſiaſt. hierarchia ab angelica gubernatur: ideo angeli infimi ordinis immediatè cuſtodiunt homines bona ſuggerendo, à malis plurimis retrahendo, à diuerſis periculis defendendo, pro ipſis orando, gratiam impetrando, dæmonum poteſtatem & impetum coercendo & ſecundum doctores quilibet homo ſortitus eſt angelum ſpeciem, imò ſecundum Thomam & alios quoſdam, etiam pueri nondum nati in vtero matrum habent cuſtodientes ſe angelos, propter pericula quæ poſſunt partum, & in partu occurrere. At uerò alia ratio ſubditur, cur nemo quamuis puſillus ſpernendus ſit, [*Venit*] enim per in carnationem [*Filius hominis ſaluare*] id eſt, ſua paſſione redimere, F
[*Quod perierat*] id eſt, perditum genus hominum. Cùm ergo tantæ æſtimationis coram deo puſilli ſint, vt Chriſtus dignum duceret mori pro ipſis, non ſunt paruipendendi, nec ſalus eorum negligenda eſt. Quod autem Chriſtus venit ad ſaluandum quod periit, probat per ſimile. [*Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues*] id eſt centum oues habuerit, [*Et ſi errauerit*] id eſt, ſi perdita fuerit [*Nũa ex illis, nonne relinquit nonagintanouem oues in montibus*] in quibus paſcuntur [*Et vadit quærere eam quæ errauit? Et ſi contigerit vt inueniat eam, Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam*] id eſt, de ea & eius inuentione, [*Magis quam ſuper nonagintanouem*] oues [*Quæ non errauerunt:*] non quod ſimpliciter plus amet illam vnam quam cæteras omnes: ſed quia ſpeciali atque recenti quadam lętitia propter eam afficitur, quod accidit propter duo: primò, quoniam eam magis conſiderat quàm alias oues: ſecundò, quoniam propter precedentem de perditione ouis triſtitiam, magis ſentitur oppoſitum gaudium, hoc tantum ad literam ſic eſt.

¶ Myſticè verò, homo iſte eſt Chriſtus, qui habuit centum oues id eſt, perfectum numerum electorum. Cumque vna erraſſet id eſt, humanum genus peccando periſſet, reliquit nonagintanouem id eſt, nouem ordines angelorum in montibus id eſt, in cælis, de quibus legitur, Leuaui oculos meos in montes, & veniet in mundum quærens, & ſaluans genus humanum. Magis autem lætatur Chriſtus, & etiam angeli de vna oue perdita reperta, quam ſuper nonagintauouem: vel vt Lucas refert, Gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonagintanouem iuſtis qui non- G
indigent pœnitentia. Non quod abſolutè loquendo, peccator pœnitens melior aut magis dilectus ſit quàm multi iuſti perſeuerantes in bono: imò comparando ſtatum ſtatui meliores ſunt innocentes q̃ pœnitentes. Sed hæc ideo dicta ſunt, quia de peccatore pœnitente habet Chriſtus quoddam ſpeciale gaudiũ. Lætatur enī dominus in operibus ſuis. Et in Nehemia habetur, Gaudium domini eſt fortitudo veſtra, & quia in his frequenter abundant feruor & gratia in quibus abundauit malitia, ſicque amabiliores redduntur. [*Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum quia in cælis eſt*] id eſt, in parte cæleſti [*Vt periat*] id eſt damnetur. [*Vnus de pusillis iſtis*] quamuis enim diuina voluntas ſit cauſa ſalutis prædeſtinatorum, non tamen eſt cauſa damnationis reproborum, nec ipſe vult eos damnari voluntate anteceden te vel voluntate ſigni, ſed voluntate conſequente, conſiderata culpa eorum.

¶ Sed poſſet aliquis dicere, Si non eſt voluntas dei, vt pereat vnus ex puſillis, ergo voluntas dei eſt vt omnes puſilli ſaluentur. Quod etiam ſacra ſcriptura teſtatur. Dicit enim Apoſtolus, loquens de deo, (inquiens) vult omnes homines ſaluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire. Et Petrus, Patiẽter (inquiens) agit dominus, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Vnde per Ezechielem dominus loquitur, Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit dominus, vt non conuertatur & viuat? Et denuo, Nolo (inquit) mortem morientis, ſed ſi ita eſt, videtur ſequi, quod omnes ſaluabuntur. Nam teſte Apoſtolo, Voluntati eius quis reſiſtet? In Eſaia quoque perhibet H
deus, Conſilium (inquiens) meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet.

¶ Denique omnia quecunque voluit dominus fecit in cælo & in terra. Hæc atque ſimilia concordando reſpondit Damaſcenus, quòd dominus vult omnes ſaluari voluntate antecedente non conſequente: quæ duplex voluntas in deo ratione diſtinguitur. Dicitur nanque voluntas antecedens, qua quis aliquid vult ſecundum communem & abſolutam conſiderationem ipſius: hac voluntate vult principes omnes ſubditos ſuos permanere in vita inquantum ſunt ſubditi ſui: voluntas verò conſequens dicitur, qua quis aliquid vult, penſatis particularibus circunſtantiis eius, hac voluntate vult princeps multos ſubditorum ſuorum occidi, inquantum ſunt latrones, aut fures, vel reipublice aduerſantes.

¶ Itaque voluntas dicitur antecedens, quia ſecundum ordinem rationis præcedit diſtinctam conſiderationem rei, ſeu conditionem ipſius. Conſequens verò, quia conſequitur eam. Sic ergo & deus vult omnes ſaluari voluntate antecedente, conſiderando eos inquantum ſunt creaturæ ad dei imaginem factæ beatitudinis ſuſceptiuæ. Non autem voluntate conſequente, videlicet inquantum ſunt impij. Et quia voluntas fertur in rem ſicut in ſe eſt, ideo voluntas antecedens, non eſt voluntas ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Voluntas verò conſequens eſt voluntas ſimpliciter. Ideo quicquid hac voluntate vult deus impletur. Et de ea loquuntur authoritates, quibus oſtenditur adimpleri quicquid voluerit deus. Poteſt etiam dici, quod non eſt voluntas ante deum, vt pereat aliquis, quoniam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A deus vult omnes ſaluari quantum in ſe eſt, ita quod ex parte ipſius non eſt defectus, nullumque ad ſe venientē repellit, quoniam ſingulis gratiam ſuam infundere eſt paratus, ſi fecerint quod in ipſis eſt. De hac materia plenius dixi ſuper epiſtolas Pauli.

¶Superius docuit Chriſtus vt neminem ſcandalizemus: nunc præcipit vt proximos ex charitate ædificemus, vitia eorum ordinatè, piè, & charitatiuè increpando. [*Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.*] Per fratrem intelligitur quilibet proximus. Quod autē dicitur in te intelligi poteſt tripliciter. Primò ſecundum Auguſt. In te, id eſt te ſciente, quia qui alio ſciente peccat, quantum in ſe illum ſcandalizat, ſicque ſcientia culpæ læſiua eſt: ſicut cognitio boni eſt ad melius prouocatiua. Secundò iuxta Hierony. In te. i. contra te directè, non cōtra deum directè, ſi enim fieret blaſphemia vel impugnatio fidei, non oportet ſeruare ordinem ſubſequētem. Tertiò, In te. i. te ſolùm læſerit: ſi enim alios læderet, vel corā aliis peccaret, non ſeruaretur modus ſubſcriptus: Vade mentis prompto affectu, vel ſi opus eſt etiam corporis greſſu, & corripe eum inter te & ipſum ſolum, videlicet in ſecreto, ne confundatur, exaſperetur, aut diffametur, & diffamatus de cætero non retrahatur à vitiis timore diffamiæ, ſed fiat ei frons meretricis, & peccet ſine rubore. [*Si te audierit*] aure mentali, id eſt, tuæ increpationi humiliter acquieuit, [*Lucratus es fratrem tuum*] id eſt perditum recuperaſti, & de iugo peccati ac dominatione diaboli eripuiſti. [*Si autem te non audierit*] hoc eſt, verba tua contemperit, vel ſe ex-
B cuſauerit, vel id quod fecit bonum eſſe affirmauerit, non peccatum, [*Adhibe tecum vnum vel duos*] id eſt in præſentia vnius vel duorum teſtium corripe eum, ne cito coram omnibus diffametur, ſed paulatim peccatum eius deducatur in publicum, [*Vt in ore*] id eſt, ſermone [*Duorum teſtium vel trium*] videlicet duorum quos adduxiſti, & tui qui primo culpam nouiſti, [*Sciet*] id eſt, probetur atque credatur [*Omne verbum*] quod delinquenti obiicitur, ſcilicet accuſatio. [*Quod ſi eos non audierit*] qui ſimul tecum corripiunt eum, [*Dic Eccleſiæ*] id eſt prælato ſeu iudici vel congregationi communiter quid ille fecerit impie, & quomodo correptionem ſecretam ac teſtium adhibitionem abiecit manens in ſua duritia. [*Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus*] id eſt, gentilis [*Et publicanus*] qui manifeſtè & quaſi incorrigibiliter peccat, vt vſurarij, id eſt, tunc omnino recedas, & retrahas te ab eo quaſi ab eo qui per excōmunicationem eccleſiaſticamque cenſuram ſeparari meretur à communione fidelium.

¶Porrò quod apoſtolorum & ſucceſſorum eorum, videlicet prælatorum excommunicatio & ſententia vim habeant, & diuino iudicio approbentur, atque à deo efficientiam ſortiantur, oſtendit Saluator ſubdendo, [*Amen dico vobis*] Apoſtolis, & in perſona veſtra ſucceſſoribus veſtris, [*Quæcunque*] facta vel genera hominum [*Alligaueritis*] per excommunicationem, reprobationem, vel condemnationem [*Super terram, erunt ligata & in cælo*] id eſt, à deo ligata reputabuntur, ſi tamen ordinatè procedatur. [*Et*
C *quæcunque ſolueritis*] id eſt, dimiſeritis ſeu relaxaueritis [*Super terram, erunt ſoluta & in cælo.*] Hoc ſuperius dictum eſt Petro, illicq; diligentius expoſitum eſt.

¶Denique cùm præſens materia ſit practica, vtilis & quotidiana, oportet pauliſper pleni⁹ loqui, de correptione fraterna, de teſtium inductione, & publica denunciatione. Primò ergo ſciendum, quod vitiū delinquentis conſideratur dupliciter. Primò inquantum nocet peccanti, & ſic peccantem arguere, actus eſt charitatis, ad quem omnes tenemur, quemadmodum ad charitatem, cùm iſta correptio non ſit, niſi remedium contra peccatum. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Vnicuique mandauit deus de proximo ſuo. Secundò, conſideratur peccatum prout eſt aliorum ſcandalizatiuum, vel boni communis læſiuum ac turbatiuum, aut diuinæ maieſtatis inhonoratiuum, ſicque peccantem arguere eſt actus iuſtitiæ, pertinens ad prelatos ac iudices potius quàm ad alios, quoniam talis correptio ordinatur precipue ad debitam punitionem peccantis propter conſeruationem iuſtitię: & non ſemper ad correctionem peccantis, quia interdum occiditur, vt vel ſic alij terreantur, reprimantur à ſimilibus malis. Inſuper cum preceptum de correptione fraterna ſit affirmatiuum, obligat ſemper, ſed non ad ſemper. Propterea correctio iſta exercenda eſt cum debitis circunſtantiis actus virtuoſi, videlicet pro loco, cauſa, & tempore, ſecundum quòd vtile eſt ad emendationem alterius.

¶Vnde fraterna correptio tribus modis omittitur. Primò, meritoriè & ex charitate, quando videlicet congruum tempus expectatur, vel de ampliori induratione peccantis probabiliter formidatur: teſte
D enim ſcriptura, Qui deriſorem inſtruit, ipſe ſibi iniuriam facit. Et, Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. Secundo omittitur vitioſe, & cum mortali peccato, vt dum ex cupiditate vel timore corporalis pœnæ, ſeu damni temporalis, vel ſimili cauſa, quæ non eſt charitati preferenda, omittitur. Tertiò, cum veniali peccato, vt dum cauſæ prædictæ correptionem fraternam retardant, non tamen omnino impediunt.

¶Deniſque ſubditi prælatos ſuos corripere debent in vitia manifeſtis, vel correptione dignis, ſeruatis tamen debitis circunſtantijs, ſcilicet congruo loco, non in conuentu, debito tempore, & debita forma: non proterue & durè, ſed reuerenter & manſuete. vnde Apoſt. Coloſs. hortatur, vt epiſcopum ſuum, ſcilicet Archippum filium Philemonis. cui Paulus breuem ac ſpecialem ſcripſit epiſtolam, admoneant, dicens, Archippo dicite, Vide miniſterium tuum quod accepiſti in domino, vt illud impleas.

¶Vnde. Moyſes qui quotidie angelico perfruebatur colloquio, documēto ac magiſterio dedignat⁹ nō eſt viri gētilis lethro increpationem & informationē recipere: imò quò prælatus pluribus occupatur atq; diſtrahitur, eo amplius indiget admonitione frequenti ac diligēti, niſi eſſet vehementer perfect⁹, quod nō debet de ſeipſo ſentire: ſed debet filiorum ſuorum humilem correptionem ac charitatiuam exhortationem dignanter & affectuoſe recipere. Ait enim Salomon in Prouerbiis. Argue (inquiens)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſapientem & diliget te,da ſapienti occaſionẽ,& addetur ei ſapientia.Doce iuſtũ & feſtinabit accipere. E
¶Prętereà,fraterna correptio,vt eſt actus iuſtitiæ pertinens ad prælatos, non eſt omittenda ob id ne correptus fiat deterior,quoniam talis correptio habet poteſtatem cogendi.Et ergo per pœnam compellendus eſt peccans,vt ceſſet à malo,ſi aliter nolit deſiſtere.Ex tali quoque correptione vtilitas oritur communitati,dum ordo iuſtitiæ obſeruatur,& alij exemplo puniti terrentur, ne agant ſimilia. Propter quod ſcriptum eſt, Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Oportet inſuper ſcire, quòd quædam peccata ſunt publica:& in talibus prouidere oportet,non ſolum peccanti, ſed etiam alijs ne ſcandalizentur.Talia itaque mox publicè redarguenda ſunt,prout Timoth.iubet Apoſtolus, Peccantem(inquiens)coram omnibus argue,vt cæteri timorem habeant. Quædam verò peccata contrariantur fidei,vel bono communi,& in talibus quamuis occulta ſint,ſtatim procedendum eſt ad publicationem,vt ſi quis machinetur ciuitatem incendere,vel fidem aliorum corrumpere. Si tamen veriſimiliter exiſtimet quis,quod taliter peccantem poſsit per ſecretam increpationem corrigere, poteſt primo occulte corripere.Quædam autem ſunt peccata occulta ſoli peccanti nociua,& ei in quem peccat,qui ex ipſa peccati notitia læditur quantùm eſt ex parte peccantis,& in iſtis ſeruandus eſt ordo correptionis,quem hoc loco docet Saluator,vnde de neceſsitate præcepti eſt,vt publicam denunciationem præcedat ſecreta correptio,& inter extrema hæc mediare debet teſtium inductio,ſicut oſtenſum eſt. Peccatum nanque occultandum non eſt,ne putreſcat in corde. Hinc Auguſtinus , Si neglexeris (inquit) F
corrigere,peior eo qui peccauit,efficieris.Et iterum,Neſcientes quis ad numerum prędeſtinatorum, & quis ad ſortem reproborum pertineat,ſic affici debemus charitatis affectu,vt omnes velimus ſaluari,& ideo omnibus fraternæ correptionis debemus affectum impendere ſub ſpe diuini auxilij.
¶Teſtium quoque inductio intelligi poteſt tripliciter. Primò,vt per eos oſtendatur peccanti, id eſſe peccatum quod fecit, ſi fortè hoc ignoret aut neget. Secundò, ad conuincendum peccantem ſi denuo peccet. Tertiò, ad probandum quòd correptor fecit id quòd ad ſe pertinebat.
¶Sed his obuiare videtur,quòd in capitulis religioſorum fiunt proclamationes ſine admonitione prę uia. Auguſtinus etiam ait in regula, Peccatum primo denuntiandum prælato quàm teſtes inducantur. Vnde nonnulli prælati ſubditis ſuis præcipere ſolent, vt ſi emendatione dignum quid nouerint ſibi reuelent, & tamen ad prælatum publica denuntiatio pertinet. Et reſpondendum quòd proclamationes prædictæ ſunt de leuibus culpis,quæ non derogant famæ, & ſunt potius oblitarum commemorationes culparum, quàm accuſationes vel denunciationes. Si verò aliquis grauia mala & famæ contraria alteri in proclamando obijceret,ageret contra præceptum ſaluatoris, cuius præceptorum tranſgreſsio mortale peccatum cenſetur.
¶Prætereà verbum Auguſtini intelligendum eſt de prælato,inquantum eſt ſingularis perſona, non G
inquantum eſt iudex & loco eccleſiæ. Et ſimili modo de præcepto prælatorum iubentium ſibi inſinuari occulta peccata ſubditorum, dicendum eſt. Vehementer timeo quòd multi præſcriptum ordinem correptionis fraternæ male obſeruent, qui de geccato mortali indigent pertimeſcere.
¶Poſtremò quàm virtuoſum ſit correptionem patienter , gratanter & amoroſe recipere, quàm item vitioſum ſit eam abijcere,conſtat ex his quæ in Prouerb. ſapientiſsimus Salomon loquitur, Viro qui corripientem dura ceruice contemnit,repentinus ſuperueniet interitus. Et rurſus, Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam : qui autem acquieſcit increpationibus poſſeſſor eſt cordis. Ideo ait Pſalmiſta, Corripiet me in miſericordia,& increpabit me. Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Quàm bonũ eſt correptum oſtendere pœnitentiam : ſic enim effugiet peccatum Hinc Seneca notabiliter fatetur, Moneberis libenter,& reprehenderis patienter.Si merito obiurgat te aliquis,ſcito,quia profuit: ſi immerito, ſcito,quia prodeſſe voluit: non acerba, ſed blanda timeas verba.Quoniam verò in ſuperioribus plura induxit,& docuit Chriſtus,vt nos ad charitatem & mutuam pacem prouocaret, idcirco ſubditur, quàm vtile ſit concordiam poſsidere cum alijs, quatenus incitemur ad pacem ſanctiſsimam. [*Iterum dico vobis, Si duo*] & multo fortius ſi plures [*Ex vobis*] hoc eſt, de numero ſeruorum meorum in charitate viuentium [*Conſenſerint*].id eſt, concordi animo idem ſenſerint vel optauerint [*Super terram*].i.in præſenti peregrinatione atque exilio vbi eſt locus merendi ac demerendi opportunitáſque H
orandi, [*De omni re quacumque petierint*] id eſt,de quocunque bono eis ſalubri [*Fiet illis*].i. exaudientur [*A patre meo qui eſt in cælis.*] oportet enim vt petant quod decet & expedit, oránt que perſeueranter. Cùm autem orat quis pro ſe, pie ac perſeuerãter, indubitãter exauditur à deo.Ex quibus pater quòd ſpiritualis amicitia,ſocietáſque fraterna ad interiorem profectum relata ſit fructuoſa,& ad gratiæ magnæ adeptionem proficua eſt. Frater enim qui iuuatur à fratre quaſi vrbs munita. Et quantò maior eſt multitudo orantium,tantò deprecatio exaudibilior redditur cæteris paribus.[*Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo*].i.in me,videlicet in charitate & gratia, vel ſecundum voluntatẽ meam, ſeu ad honorem & gloriam nominis mei,vt ſint corporaliter ſpiritualitérque vniti,[*Ibi ſum in medio eorum,*]id eſt,inter eos atque in cordibus ſingulorum per ſpiritus ſancti directionem,piam gubernationem & precum illorũ gratioſam exauditionẽ.Tales ergo Chriſtus cuſtodit,protegit & illuſtrat.Quin in Prouerb.teſtatus eſt, Delicię meæ eſſe cum filiis hominum.Vnde per Moyſen ſæpe prædixit, Ego ſum qui habito in medio filiorum Iſraël.Hinc ergo credendũ generales ſynodos,atq; cõſilia à ſpiritu ſancto regi & in medio totius cõuentus deum laudantis,Chriſtũ clemẽter aſsiſtere. [*Tunc accedens Petrus ad eum,dixit.*]Quoniam Petrus audiuit Chriſtum docẽtem,quòd peccãs in aliquo charitatiue monẽdus ſit,quod fieri nequit,niſi peccatũ ei ex corde dimittatur.ſaltem quantũ ad culpã : ideo quærit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei*]id eſt quot vicibus proximo meo in me peccanti indulgebo? An[*Vſque ſepties*]id eſt ſeptem vicibus? Quoniam Petrus nouit Iudæos ad talionem procliuos,idcirco putauit ſe multum dicere,cùm paratum ſe offerret ad ignoſcendum ſepties.[*Dicit illi Iesus, Non dico tibi*]& ſub perſona tua omni fideli[*Vſque ſepties*]tantùm eſſe dimittendum:[*Sed vſque ad ſeptuagies ſepties*]id eſt toties quoties te offendit. Ponitur enim numerus determinatus pro numero indeterminato.Nam toties oportet proximo in nos peccanti remittere,quoties volumus,nobis peccantibus à deo ignoſci, à quo vtique volumus indeſinenter ignoſci, quotieſcunque peccamus: aliter non poſſemus iugiter dicere,Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, Non ergo vincamur à malo,nec fatigemur benè agendo,ſed inceſſanter parcamus peccãtibus, culpam dimittendo.Pœna tamen dimittenda non eſt,ſi ex remiſsione pœnæ peccator ad peccãdum fiat procliuior,vel alij ſcandalizentur,vel diſciplinæ & ordo iuſtitiæ periclitetur, imò tunc pertinet ad magnam charitatem infligere pœnam ſecundum iuris proceſſum. Propter quod dicit Auguſt. Peccat ſemel, ignoui:peccat ſecundo,ignoui peccat tertio,vapulet.

¶ Denique Chriſtus proponit ſimilitudinem valde terribilem, qua monſtratur quàm neceſſe ſit proximo in ſe peccanti ſemper ignoſcere, ſi quis velit diuinam clementiam impetrare [*Ideo*] id eſt ex quo toties dimittendum eſt delinquenti [*Aßimilatum eſt regnum cæloruu,*] id eſt ſtatus & regimen
B eccleſiæ militantis,cuius conuerſatio eſt in cælis [*Homini regi qui voluit rationem ponere*] id eſt computationem & iuſtam exactionem, ſeu inquiſitionem facere, [*cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt vnus qui debebat ei decem milia talenta*] iuxta literam non eſt aliqua difficultas in iſta parabola.

¶ Porrò iuxta myſticum intellectum dominus iſte eſt Chriſtus rex regum & dominus vniuerſorum, qui licet in die iudicij, vel in hora mortis ac particularis iudicij nullum peccatum relinquat inultum, nec tempus pœnitentiæ tribuat, tamen quotidie ponit rationem cum fidelibus per vicarios ſuos prælatos,per ſcripturarum admonitiones,& per inſpirationes internas.Per illum autem qui debuit decem milia talenta, intelligitur quicunque magnis multíſque peccatis obnoxius. [*Cum autem*] talis tranſgreſſor [*Non haberet vnde redderet,*]id eſt opera virtuoſa ac ſatisfactoria quibus deum placaret,& ſuę iuſtitiæ condignam recompenſationem honoris, pro illata iniuria exhiberet, [*Iußit eum dominus venundari*] id eſt pœnis immergi, ſeu dæmonibus tradi, vt pro numero culpæ, & pro peccatore eis tradito, ſolueret deo nummum vindictæ, ſubſeruiendo diuinæ iuſtitiæ in punitione damnati. Iſta facit Chriſtus quotidie per communicationem & pronunciationem ſcripturæ prælatorum eccleſiæ.[*Et vxorem eius & filios,*] id eſt ſenſualitatem, ſeu inſipientiam & opera mala [*Et omnia quæ habebat*] quia
C omnia iſta obligata ſunt ſunt ad pœnam propter peccata [*Et reddi*] id eſt diuinæ iuſtitiæ ſatisfieri pro peccatis illius. [*Procidens autem*]id eſt ſe proſternens [*Seruus ille*]id eſt peccator deo per pœnitentiam ſe humilians]*Rogabat eum,dicens,Patientiam habe in me*]id eſt emendationem & ſatisfactionem meam clementer expecta, nec ſtatim me damnes, ſed æterna ſupplicia in temporalem pœnam commuta. [*Et omnia reddam tibi,*]id eſt pro vniuerſis peccatis pœnitentiam & emendationem efficiam:& ſicut te inhonorauí male agendo,ſic te honorificabo bene viuendo.[*Miſertus autem dominus*] Ieſus [*Serui illius dimiſit eum,& debitum dimiſit ei.*]quia quacunque hora peccator ingemiſcit pro peccatis ſuis,omnia ei donantur,& larga dei pietas veniam non dimidiat,ſed omnia mortalia ſimul dimittit. [*Egreſſus autem*] id eſt mente auerſus[*Seruus ille*]liber à debito,ſed ſeruus peccati.[*Egreſſus ergo,*]id eſt deum relinquẽs per recidiuum peccati, [*Inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios*]id eſt modicum comparatione debiti ſui ad deum. Secundum Auguſtinum, Omnis homo debitor eſt dei,à quo multa bona ſortitus eſt,& quem multum multíſque modis offendit,& debitorem habet proximum ſuũ, qui in ſe peccauit, vel aliquid ei alio modo tenetur. Sed debitum quo proximus nobis obligatur minimum eſt comparatione debiti, quo deo aſtricti ſumus, in quem tanto grauius eſt peccare, quanto maior eſt dignitas eius præ cunctis, quod inſinuatur in libro Regum. quo legitur, Si peccauerit vir in virum, placare ei poteſt deus: ſi autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? [*Et tenens*
D *ſuffocabat,*] id eſt ſtrangulabat [*Eum*] vitalem ſpiritum includendo, ne reſpitaret. [*Dicens, Redde*] mihi [*Quod debes.*] Hoc agunt crudeles, qui per ſolutionem & ſatisfactionem vindictæ à proximis ſuis violenter vel vltra vires eorum requirunt. [*Et procidens conſeruus eius rogabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi,*] id eſt ſoluam totum quod debeo, & ſatisfaciam tibi. [*Ille autem noluit*] acquieſcere deprecanti [*Sed abiit,*] id eſt cum conſeruo ſuo à ſe tento & comprehenſo receſsit,]*Et miſit eum in carcerem, donec redderet debitum*] in quo patet eius ſæua nimis crudelitas. [*Videntes autem conſerui eius quæ fiebant*] inter hos duos [*Contriſtati ſunt valde*] quia ſicut ad charitatem pertinet de bono proximi exultare: ita ſpectat ad eam de malo eius triſtari. [*Et venerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant*] inter ſeruos præfatos. Serui iſti intelligi poſſunt angeli qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus, quorum vnus ait Ioanni in Apocalypſi, Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Hi tanquam diligentes cuſtodes conſiderant facta noſtra, & ſicut de noſtro profectu verè lætantur: ita de noſtris peccatis & afflictionibus metaphoricè contriſtari dicuntur, quia per modum dolentis ſe habent, dum diſplicet eis quod impiè agimus. Hi narrant Chriſto non quaſi ignoranti, ſed vt iudicanti opera noſtra, verba & cætera. Sicut Tobiæ Angelus loquitur, Ego obtuli orationem tuam domino. Secundò, per conſeruos intelligi poſſunt homines iuſti, prælati, ac iudices zelo æquitatis ſuccenſi, qui videntes quomodo vnus opprimat alium, coram deo cor ſuum effundunt,& diuinã vltricem iuſtitiam inuocant,non zelo vindictæ,ſed amore iuſtitiæ. Et vt in præſenti corrigatur crudeliſsimè, poſtea grauius iudicetur. Tum iſtis perceptis vel circiter & citò poſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hæc, [*Vocauit illum*] ſuffocatorem crudelémque ſeruum [*Dominus ſuus*] videlicet, Chriſtus qui quotidie quoſdam per mortem ad ſe vocat, [*Et ait illi, Serue nequam,*] id eſt nociuus in proximum, & domino infidelis, [*Omne debitum*] id eſt omnia peccata tua [*Dimiſi tibi, quoniam rogaſti me*] pro dilatione, & feci plus quàm rogaſti omnia relaxando, [*Nonne ergo oportuit & te*] qui dominum tuum imitari debueras, & ad miſericordiam naturali præcepto teneris, vt facias alteri quod tibi vis fieri. Oportuit ergo debito condecentiæ ac præcepti, neceſsitatéque finis, hoc eſt ad obtinendam ſalutem neceſſarium fuit, [*Miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum*] dimittẽs te liberum. [*Et iratus eſt dominus illius*] videlicet Chriſtus qui nunc iraſcitur, non per paſsionis commotionem inordinatam, ſed iuſtitiæ executionem. [*Tradidit eum tortoribus*] puta dæmonibus, qui ſunt infatigabiles impiorum punitores, ſaltem vſque ad diem iudicij, poſtquam omnes reprobi ſimul cruciabuntur à pœnis inferni, non à ſeinuicẽ, vt aliqui dicunt, [*Quoad vſque redderet vniuerſum debitum*] id eſt in æternum: quoniam in inferno exiſtentes nunquam ſalubriter pœnitent, vnde nec debitum ſoluunt ſatisfaciendo pro culpis. [*Sic & pater meus cæleſtis,*] qui eſt pater meus per veram generationem, & naturæ identitatem, [*Facite vobis*] mancipando vos pœnis æternis, [*Si non remanſeritis vnuſquiſque fratri ſuo*] hoc eſt proximo [*De cordibus veſtris*] cordialiter diligendo, iniuriantem vel peccantem, & culpam penitus dimittendo, ita vt nil amaritudinis, iræ, vel impatientiæ inhæreat animæ veſtræ.

Matth.7.

E

F

¶ Videtur autem hoc loco quodammodo inſinuari, quod peccata ſemel dimiſſa, & redeant eadem & vindicentur, quia de ſeruo illo prædictum eſt, quòd dominus tradidit eum tortoribus, quouſque ſolueret debitum vniuerſum: & ſubditur, Sic pater faciet vobis.

¶ Sed vt communiter iam tenetur, peccata dimiſſa non redeunt eadem, nec quoad pœnam directè & integrè: ſed indirectè & aliquo modo redire dicuntur inquantùm ſequentia vitia grauiora & damnabiliora ſunt propter ingratitudinem indultæ pietatis, & propter recidiuum in eadem mala, ſicut & periculoſius eſt, eandem corporis partem vulnerari quę læſa eſt ſemel.

Cap. XIX. [*Et factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos.*]
Articulus, XXXIII.

[*Et factum eſt cum conſummaſſet*] id eſt impleſſet [*Ieſus ſermones iſtos*] in præcedenti capitulo recitatos, [*Migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem*] videlicet in partes, ſeu terram duarum tribuum ac mediæ, ſcilicet Ruben, Gad, & Manaſſe,

E

[*Et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ*] propter diuerſas cauſas, vt dictum eſt ſæpius, [*Et curauit eos ibi,*] eos vtique qui indigebant, non totam turbam in quo tangit Euangeliſta diuerſa ſanitatum miracula eſſe peracta, ad præcedentis confirmationem doctrinæ, quæ propter prolixitatem vitandam non recitat ſigillatim. Nec ſolùm curauit eos ab infirmitatibus corporis, ſed à languoribus animæ. [*Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum*] hoc eſt experiri volentes, an poſſent eum reprehendere in ſermone, ſeu reſponſione, [*Et dicentes, Si*] id eſt vtrum [*Licet homini dimittere vxorem ſuam,*] omnino non ſolùm quoad cohabitationem & copulam, ſed etiam quantùm ad vinculum vt accipiat aliam [*Quacunque ex cauſa?*] id eſt ex qualibet cauſa indifferenter: vel ex leui cauſa, videlicet propter deformitatem, fœditatem, ſeu odium? Hoc doloſè quærebant, volentes redarguere Chriſtum quicquid reſponderet. Si enim diceret non licere, arguerent eum blaſphemiæ, quaſi contradicentem ſacræ ſcripturæ. Quoniam in Deuteronomio Moyſes ait, Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij. Et Malachias propheta, Cum odio (inquit) habueris, eam dimitte. Si autem reſponderet, quòd liceret, arguerent eum libidinis licentiatorem. Sed ſi (Salomone teſtante) fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum, multo amplius inaniter expandun tur laquei ante oculos cuncta cernentis ac infallibilis Chriſti. Ideo ipſe tanquam ſapientia dei reſponſionem ſuam teſtimonio ſcripturæ ſic muniuit, vt pro nulla parte valeat reprehendi. [*Qui reſpondens ait eis, Non legiſtis*] Vos Phariſæi qui cæteris religioſiores eſſe videmini, quaſi dicat, Vtique legiſtis, ſed fortè non ſanè intellexiſtis, [*Quia qui fecit hominem ab initio*] id eſt deus qui protoplaſtos parentes creauit, circa principium mundi, ſexto videlicet die, [*Maſculum & fœminam creauit eos?*] id eſt vnum eorum fecit marem, & aliam fœminam in adiutorium viri ad prolem procreandum. [*Et dixit*] deus per Adam, ſeu ipſe Adam deo inſpirante [*Propter hoc*] id eſt ob id quod vir & mulier conditæ ſunt in adiutorium mutuum gratia generandi, [*Dimittet homo patrem & matrem.*] Iſta dimiſsio intelligi poteſt dupliciter. Primò, quoad cohabitationis ſeparationem. Videmus nanque quòd ſponſus & ſponſa parentum ſuorum domos relinquunt, & ſeparatim cohabitant. Secundò, quoad excluſionem matrimonialis contractus, quia parentes non ſunt perſonæ legitimæ ad contrahendum matrimonium. Relinquet ergo homo patrem & matrem, id eſt filius non ducet matrem, nec filia patrem. Hoc enim ſemper fuit illicitum propter naturalem reuerentiam quæ debetur parentibus, [*Et adhærebit vxori ſuæ*] & illa ſuo viro per amorem, cohabitationem atque perpetuum vinculum. [*Et erunt duo*] ſuppoſita, vtpote maritus & coniũx [*In carne vna*] i. in vno carnali commercio: ita quod quilibet eorum poteſtatem habebit corporis alterius, & nullus proprij corporis. Hæc ſcripta ſunt in Geneſi, Cum enim emiſiſſet dominus ſoporem ſupernæ contemplationis, ſeu extaſim mentis in Adam, tuliſſetq; vnam coſtatum eius, & inde feciſſet Euã; ille euigilans, vel potius ad ſe rediens, & quod factũ erat ex reuelatione agnoſcens, locutus eſt, Hoc nũc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrẽ, &c. ſicut nũc

Deute.24. Malac.8.

G

H

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A allegatum est. Ex quibus concludit Saluator, [*Itaque iam*] Post copulam matrimonialem [*Non sunt*] vir eiusque vxor [*Duo*] separabilia ab inuicem [*Sed vna caro*] id est tam indissolubiliter iuncti sunt, ac si essent penitus vna caro, & quodammodo sunt vna caro, quoniam caro vnius est in potestate alterius, & econtra: quemadmodum ait Apostolus, Vir sui corporis non habet potestatem, sed mulier: similiter mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Ex his infert responsionem firmissimam. [*Quod ergo deus coniunxit*] hoc est virum & fœminam, quos deus tam inseparabiliter conniuit [*Homo non separet*] authoritate humana, & propria voluntate ex qualibet causa. Possunt tamen separari quoad cohabitationem, & debiti soluendi obligationem communi eorum consensu authoritate ecclesiæ, propter cultum diuinum, dum alter eorum vel vterque ingredi vult religionem. Veruntamen quomodocunque separentur, vinculum matrimonij permanet altero viuente, quemadmodum ait Apostolus, Mulier alligata est legi, quam diu viuit vir eius. [*Dicunt illi*] videlicet pharisæi Christo obiiciendo eius responsioni, [*Quid ergo*] id est si ita est vt asseris, cur [*Moyses*] ex parte dei [*Mandauit*] viris [*Dare libellū repudij?*] id est scripturam continentem causam diuortij? Quando enim maritus voluit vxorem dimittere, redegit in scriptis causam separationis, & dedit vxori, vel præsentauit eam superiori. [*Ait illi Iesus, Quoniā Moyses ad*] id est propter [*Duritiam cordis vestri permisit*] non iussit [*Vobis dimittere vxores vestras*] non quasi
B dimissio illa sit in se bona ac licita, sed propter deterius malum vitandum, videlicet, ne eas occideretis, quia crudeles, duri & inuidi semper fuistis: simili ratione permisit vsuram ad extraneos, [*Ab initio autem*] mundi, videlicet tempore legis naturalis [*Non fuit sic*] quia non licuit ante tempora Moysi dare libellum repudij, eo quod indiuisibilitas sit de ratione matrimonij. ¶ Quod sic diffinitur, Matrimoniū est coniunctio maris & fœminæ inter legitimas personas, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. [*Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem*] id est adulteriū, propter quod dimittenda est, si perseuerit in eo, ne maritus videatur eius malitię consentire, & quia ex adulterio sequeretur incertitudo de prole cuius esset, vtrum patris [*Et aliam duxerit*] illa viuente [*Mœchatur*] adulterium committēdo. Nam vinculum manet, vt dictum est, [*Et qui dimissam*] fœminam [*Duxerit*] atque cognouerit priori viro viuente [*Mœchatur*] ipsa quoque sic ducta mœchatur, sicut Apostolus ait, Si fuerit cum alio viro vocabitur adultera. [*Dicunt ei discipuli eius*] non obiiciendo vt pharisęi, sed vt instruā tur & certificētur à summo magistro, [*Si ita est causa*] id est negotiū [*Hominis cum vxore*] videlicet quod insolubile vinculum permanet inter eos, nec separari possunt, nisi ob fornicationem secūdum sensum prætactum [*Non expedit nubere*] Non solùm ob hoc quod status matrimonialis minus meritorius est quam status virginalis, sed etiam propter seruitutem & incommoda vitæ præsentis, vt si mulier fuerit litigiosa, gulosa, inuerecunda, vel grauem seu incurabilem morbum incurrat, Vnde in Ecclesiastico habetur, Omnis plaga tristitia cordis, & omnis malitia nequitia mulieris. Rursusque, Commorari leoni & draconi placebit, quàm cum muliere nequam. Hinc dicit Apostolus, Beatior erit si sic permanserit
C secundum meum consilium. Et iterum, Tribulationem carnis habebunt huiusmodi. [*Qui dixit illis*] suis discipulis, [*Non omnes capiunt*] Per acceptionem & saporem [*Verbum istud*] videlicet quod non expedit nubere, id est omnibus non apparet hoc, nec sic sentiunt, neque virginalem continentiam apprehendunt propter suam perfectionem [*Sed quibus datum est*] quibus dominus per gratiam dat sic sentire & oparari. Nemo enim potest esse continens, nisi deus det, vt Sapiens inquit. ¶ Denique ad hoc ostendendum ponit Saluator triplicem continentiam, quarum tertia habetur per gratiam, & est virtuosa. Aliæ duæ sunt naturales necessariæ. [*Sunt enim eunuchi qui de vtero matris sic nati sunt*] hoc est, naturaliter frigidi, voluptatem nō appetentes, seu genitalibus membris priuati. [*Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus*] id est castrati, quorum secantur genitalia. Isti sunt corporales eunuchi, quorum cōtinētia in se meritoria non est, si tamen sponte acceptetur, potest esse laudabilis, [*Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt*] hoc est vsum genitalium sibi voluntarie subtraxerunt, omnino caste viuendo [*Propter regnum cælorum*] id est amore felicitatis cælestis, vt eam copiosius adipiscantur per hoc quod nunc continenter viuunt, vt spirituali dilectione fortius accedantur, diuinorumque contemplationi liberius, purius, atque Chrysost.
stabilius vacent, imò angelicam vitam ducant in carne. qui enim sine vxore est (teste Apostolo) solli citus est quæ sunt domini, quomodo placeat deo: qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sūn mun Matth. 18.
D di, quomodo placeat vxori, & diuisus est: horum continentia sancta ac meritoria est, & tantò virtuosior, quantò laboriosior, ideo subdit, [*Qui potest capere*] id est verba hęc perfectæ continentiæ digne intelligere, efficaciterque implere [*Capiat*] ea hoc modo. Nec enim oportet, quoniam tam sublimis perfectio supererogationis est non præcepti. hoc ait Saluator hortando, suosque pugiles ad pudicitiæ prę mia excitando [*Tunc oblati sunt ei paruuli*] forte à parentibus [*Vt manus eis imponeret*] benedicendo eos hoc modo [*Et oraret*] pro eis. Iudæi nanque scientes patriarchas benedixisse filiis suis per manuum impositionem & orationem, videntesque Christi sanctitatem & efficaciam, ex deuotione obtulerunt ei paruulos suos [*Discipuli autem increpabant eos*] videlicet offerētes, non oblatos. Viderunt enim discipuli magistrum suum multis laboribus itineris ac sermonis lassatum. Propter quod putabant eum offerentiū importunitate, & oblatorum & benedictione posse grauari. Chrysostomus reprehendit in hoc facto discipulos. nam paulo ante vocato ad se paruulo, eoque in medio cōstituto, hortatus fuit discipulos ad paruulorū similitudinē ac imitationē, dicendo, Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorū. [*Iesus autem ait eis*] puta discipulis [*Sinite paruulos*] istos ætate, & corpore paruos [*Et nolite eos prohibere venire ad me*] vt benedicantur. Nemo ergo quantumcunque sublimis aut sapiens pusillos contēnat & tāgere dedignetur, cū videat. Christū dñm vniuersorū, & sapiētię fontē, paruulos tā dignāter ac dulciter recepisse, tetigisse, ac benedixisse. [*Talium enim est regnū cælorū*] Nō dicit istorū, sed taliū vtpote humiliū, obediētiū, simpliciū, & castorū, q figurātur p paruulos, & spiritualiter atq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſalubriter paruuli appellantur, nihilominus paruulorum, qui remedium cõtra originale peccatum ſortiti ſunt, eſt regnum cælorum ſecundum id quod iam ſunt, & ſecundum preſentem iuſtitiam, quamuis interdum creſcendo peiorentur ac pereant. [*Et cum impoſuiſſet illis manus*] ſuas ſuperdigniſſimas diuinæ
Marci.18. virtutis ſacratiſſima inſtrumenta paruulis benedicendo, & pro eis orando [*Abijt inde*] Vnde in Mar-
Lucæ.18. co ſcriptum eſt, Complexãs eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos. [*Et ecce vnus accedẽs ait illi*] Iſte vnus ſecundum Marcum fuit adoleſcens, & ſecundum Lucam fuit princeps, videlicet no-
Matth. 5. bilis, diues & potens habens ſubiectos. [*Magiſter bone*] id eſt, iuſte & ſapiens qui agis quod doces: non enim ſola doctrina, ſed vita cum documentis bonum facit magiſtrum: Vnde ſuperius dictum eſt, Qui
Hierony. fecerit & docuerit, magnus vocabatur. Secundum quoſdam, adoleſcens iſte ſuperbus fuit, & non voto diſcentis, hoc eſt, intẽtione diſcendi, ſed tentantis interrogat. Sed obuiare videtur quod apud Marcum de adoleſcente iſto narratur, videlicet quòd prȩcucurrit & genu flexo coram Ieſu dixit, quę ſubiungũtur, & poſt pauca, cum adoleſcens dixiſſet ſe omnia præcepta à iuuentute ſeruaſſe, ſubditur, Intuitus eum Ieſus, dilexit eum. Ex quo euidenter monſtratur, quòd verum dixit, iuſtúſque fuit, & bona intentione quæſiuit. Et hoc etiam aſſerit Beda, & innoteſcit ex ſubditis. Itaque magiſter bone. [*Quid faciam boni*] id eſt quid meritorium operabor, quoniam fides ſine operibus mortua eſt [*Vt habeam vitam æternam*] pro mercede poſt vitam hanc temporalem? [*Quid dixit ei, Quid me interrogas de bono?*] id eſt
Marci.10. cur interrogando appellas me bonum? [*Vnus eſt bonus deus*] id eſt, dominus duntaxat bonus eſt. Vnde in Marco apertius legitur, Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi vnus deus.

Ioan.10. ¶ Sed cur Chriſtus arguit adoleſcentem, cum ipſe profecto bonus tanquam verus deus, & ſeipſum
Matth. 20. bonum appellet apud Ioannem, Ego (inquiens) ſum paſtor bonus. Et alibi, An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Et reſpondetur quòd Ieſus reſpondit ad mentem, non ad verba quærentis, Adoleſcens enim putauit eum hominem verum, idcirco vocauit eum bonum per bonitatis participationem duntaxat: Ieſus vero oſtendere volens, quòd qui ſic de ſeipſo ſentit, non debeat ipſum dicere bonum, loquendo de bono ſecundum perfectam rationem ipſius, dixit, Quid me interrogas de bono? Eſt ergo penſandum, quòd res dicitur bona dupliciter. Primò, per eſſentiã vniuerſaliter & perfecte, cui videlicet conuenit plenitudo bonitatis quomodolibet atque ſimpliciter, ita quòd bonitas eius eſt omniformiter, ſeu in omni bonitate & beatitudine penitus infinita, & ita nullus eſt bonus, niſi deus verus: quemadmodum nullus dicitur eſſe vel iuſtus aut ſapiens, niſi deus. Secundò, dicitur aliquid bonum per participationem, & in genere, ſicque creatura dicitur bona. Vidit enim deus cuncta
1. Timo. 4. quæ fecit, & erant valde bona. Et iuxta Apoſtolum, Omnis creatura dei bona eſt. Vtroque autem modo fuit & eſt dominus Ieſus excellentiſsime bonus, quia ſecundum naturam diuinam eſt bonus. Pri-
Ioann.10. mò modo, & eadem numero bonitas cum patre quemadmodum ait, Ego & pater vnum ſumus. Secũdum naturam vero humanam eſt bonus. Secundò modo, & ſic maior eſt bonitas eius, quã totius vniuerſi, non quòd eius humanitas dignior ſit humanitate aliorum dignitate naturæ, ſed gratiæ. Porrò in hac authoritate Chriſti qua ait, Nemo bonus, niſi deus, videtur ſe fundaſſe beatiſsimus theologorũ dux ſanctus Dionyſius, aſſerendo quod bonum ſit primum atque potiſsimum nomen dei. ¶ Deinde reſpondet Saluator ad verba adoleſcentis, qui præinductam reſponſionem patienter ſuſtinuit. [*Si vis ad vitam*] gloriæ [*Ingredi*] id eſt, æternam beatitudinem adipiſci, [*Serua mandata*] decalogi. Tanquàm di-
Prouer. 9. cat, hoc requiritur & ſufficit ad ſalutem, Vnde in prouerbiis habetur, Serua mandata, & legem quaſi
Eccleſi. 15. pupillam oculi tui. Liga ea in digitis tuis, & in tabulis cordis ſcribe.. Et in Eccleſiaſt. Si volueris mandata cuſtodire, conſeruabunt te. [*Dicit ei adoleſcens, Quæ?*] ſcilicet mandata ſeruabo, vt vitam ingrediar. Hoc quærit, quoniam legis præcepta erant triplicia, vtpote moralia, iudicialia, cærimonialia. [*Ieſus autem dixit*] nominando quædam præcepta moralia ſecundæ tabulæ, quæ ordinant hominem ad proximum [*Non homicidium facies*], prætermiſſo ordine iuris, alias licitum erat ſecundum quod Moyſes dixit, Maleficos non patieris viuere. Secundum Ioannem, Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt?
Exod.30. Ambroſius quoque, Paſce (inquit) fame periclitantem: ſi non paueris, occidiſti. Iudæi autem occidunt Chriſtum lingua, conſilio & conſenſu, Cain vero occidit Abel propria manu. Omnia ergo homicidia iſta prohibita ſint. [*Non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, Honora patrem & matrẽ, & diliges proximum tuum ſicut teipſum.*] Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. [*Dicit illi adoleſcens, Omnia hæc cuſtodiui*] & per conſequens alia præcepta moralia hic non expreſſa. Nõ enim diligitur proximus, niſi & deus. [*Quid adhuc mihi deeſt*] vt ſim perfectus ac tu⁹ diſcipul⁹? [*Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe*] opera ſupererogationis faciendo atque euangelica conſilia amplectendo, [*Vade*] id eſt, à temporalium rerum affectu recede, & corporaliter perge ad emptores ſi opus eſt, [*Et vẽde omnia quæ habes*] videlicet mobilia & immobilia: [*Et da pauperibus*] pretia eorum, Maius enim eſt omnia ſimul pro Chriſto relinquere, quàm ea paulatim indigentibus communicare, vt ſit homo penitus liber & expeditus à cura, affectu & onere temporalium diuitiarum, totúſque intendat ſpiritualibus bonis, [*Et habebis theſaurum*] id eſt, copioſam & ſupereffluentem remunerationem, ac poſſeſsionem multo pleniorem, quàm qui ſola præcepta cuſtodiunt, [*In cælo*] empyreo, quod eſt manſio beatorum. [*Et veni*] corporis greſſu, mentiſque ſyncero affectu, [*Et ſequere me*] pauperem vitam ducendo, & perfectionis opera exercendo. [*Cum audiſſet autem adoleſcens verbum hoc*] de vẽditione prædicta, [*Abiit triſtis*] vel quia doluit ſe intrrogaſſe, vel quia vidit viam perfectionis eſſe difficilem, vel quia tædebat facere quod audiuit. Erat enim habens multas poſſeſsiones, hoc eſt, diuitias. Ex quo patet, quòd licet fuerit iuſtus, ſeruãdo prȩcepta, charitatẽ dei tẽporalibus omnibus prȩferendo, non tamen erat perfectus, qui tẽporalibus aliqualiter inordinatè adhȩſit, nec tam feruens erat in diuino amore, quòd pro deo voluit cũcta relinquere. Tales ſunt multi. Nam plures ſunt cum cuſtodia præceptorum contenti, nec ſtatum ſupe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A riorem volunt arripere,quos certum eſt in ampliori eſſe periculo. [*Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis,quia diues*]id eſt in temporalibus bonis abundans, [*Difficile*] id eſt difficulter [*Intrabit in regnum cælorum*]quod eſt pauperum,ita vt tranſeat de diuitiis ad diuitias. Difficile ergo eſt non impoſsibile,diuitem ſaluari,quoniam difficillimum eſt in temporalibus abundare, & ea non inordinatè amare,eſſe in diuitiis & non vti delitiis,ab aliis propter diuitias honorari & non extolli, nec mundi vanitates ſectari. Ad inſinuandum enim quàm rarum atque difficilè ſit,locupletem eſſe iuſtum non cupidum,dicitur in Eccleſiaſtico, Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua: verumtamen multi fuerunt ditiſsimi,& tamen non cupidi,vt Abraham,Iſaac,Iacob,Ioſeph,Booz. Talis fuit & Dauid qui cunctis diuitibus ſaluberrimum dedit conſilium,dicens, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et iterum ait,Ego ſum vir pauper & tenuis. Diues ergo difficulter ſaluatur, quia diuitiæ ſunt ſpinæ ac tribuli ſuffocantes verbum dei: nec ſolum diues, ſed & diuitias appetens, cum tamen facilius ſit diuitias nondum adeptas quàm iam poſſeſſas non immoderatè amare. dicit nanque Apoſtolus, Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Difficilè quoque eſt diuiti implere illud Ioannis baptiſtæ, Qui habet duas tunicas,id eſt ſuperfluas,det non habenti. Et qui habet eſcas,ſimiliter. [*Et iterum dico vobis,Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire*] quod naturaliter
B impoſsibile eſt, non tamen omnipotentiæ dei, quæ poſſet modicum quid in camelum tranſſubſtantiare, atque per foramen acus tranſducere [*Quam diuitem intrare in regnum cælorum.*]

¶ Si acceperimus diuitem hoc loco ſicut in verbo immediatè prædicto, oportet fateri, quòd his verbis non denotatur, niſi maxima difficultas ſaluationis diuitis, ita quòd dies naturali virtute ſaluari non valeat, ſicut nec camelus per foramen acus tranſire: & deus ſua omnipotentia mirabilis ac vigoroſius vtatur ſaluando diuitem, quam ducendo camelum per acus foramen. Sic nanque ſecundum Auguſtinũ, Maius eſt impium iuſtificare, quàm mundum creare: cuius creatio non eſt minoris admirationis, incomprehenſibilitatis atque potentiæ, quàm tranſductio cameli per acum. Communiter verò expoſitores hoc loco accipiunt diuitem pro inordinato & cupido diuitiarum amatore, qui maiorem fiduciam & amorem habet in eis, quàm in deo. Talem autem ſaluari impoſsibile eſt, loquendo de potentia dei ordinata. Huic expoſitioni fauere poteſt, quod prædictis verbis Chriſtus præmiſit apud Marcum, Filioli (inquiens) quàm difficile eſt confidentem in diuitiis introire in regnum cælorum. Vnde Apoſtolus ait ad Timotheum, Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum. Talis fuit dies & ſanctus Iob, qui ait, Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi
C fiducia mea, ſi lætatus ſum ſuper diuitiis meis. [*Auditis autem his*]verbis, omnino diuiti vehementiſsimè metuendis, [*Diſcipuli, mirabantur valde*]propter nouitatem & arduitatem huius doctrinæ, toti ſeculo prius inauditæ. Nouam nempe & ſupernaturalem doctrinam cæleſtis magiſter aduexit atque deprompſit. [*Dicentes*]ad inuicem, [*Quis ergo poterit ſaluus eſſe?*]ſi tam arduum eſt iter ad regnum cæleſte, quaſi dicant, Penè nullus, cum multa ſint vitia grauiora quàm amor diuitiarum ſuperfluus. [*Aſpiciens autem Ieſus*]pauorem anguſtiámque ipſorum, [*Dixit eis, Apud homines hoc impoſsibile eſt*] id eſt humana naturali poteſtate fieri nequit vt dies ſaluetur, nec camelus per foramen acus ducatur, [*Apud deum autem*]id eſt omnipotentiæ dei, [*Omnia poſsibilia ſunt*]quibus non repugnat ratio entis, videlicet quæ contradictionem non implicant. Ideo deus poteſt hominem in temporalibus abundantem præſeruare à culpa, poteſt quoque diuitem vitioſum per gratiam immutare vt benè vtatur diuitiis & ſaluetur, gratia enim dei, vita æterna. Mẽtitur ergo Pelagius, dicens hominem ſine gratia poſſe iuſtificari. [*Tũc*] videlicet audita commendatione voluntariæ paupertatis, [*Reſpondens Petrus*] in perſona omnium apoſtolorum tanquam præcipuus inter eos, dixit, [*Ecce*]quæ dictio ſignum eſt quòd magnum atque notabile ſit quod narratur, [*Nos*]duodecim quos in apoſtolos elegiſti, [*Reliquimus omnia*]iſta terrena, [*Et ſequuti ſumus te*]corporis greſſu & cordis affectu, abſimulationéque vitæ. Hoc tamen de Iuda proditore ſumi non poteſt, niſi forte pro certo tempore. quamuis autem Petrus fuerit pauper, quidam tamen
D Apoſtolorum, in quorum perſona loquebatur, diuites erant, puta Matthæus. Bartholomæus, &c. ideo congruè ait, Reliquimus omnia. Denique ſicut vidua mittẽs duo minuta, plus omnibus miſit in gazophylaciũ: ſic Petrus pauca relinquẽs, plus multis reliquit, qui pondera auri relinquunt, & tamen aliud ſibi reſeruant, vel non tam promptè & affectuosè hoc agunt, vt Petrus. Omnia quoque dimiſit, qui nihil retinuit ſibi, nec ſola habita, ſed & habenda abiecit pro Chriſto, ipſum affectum diuitiarum eradicando. [*Quid ergo erit nobis*]mercedis, & quid redditurus es nobis? Nondum videtur Petrus fuiſſe perfectus. Perfectus nanque amator de præmio non requirit, ſed de dilecto. [*Ieſus autem dixit eis*] non ſolũ Petro, ſed cæteris quoq;, in quorum perſona loquebatur. [*Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me,*] & omnes veſtigia ſectaturi, omnes videlicet perfecti, euangelica obſeruantes conſilia, qui figurantur ac deſignãtur per vos. Itaque qui ſequuti eſtis me modo prędicto in paupertate ac cæteris bonis [*In regeneratione.*]Hoc ſanctus Hilarius nectit prædictis, vt ſit ſenſus, Qui ſequuti eſtis me, accipiendo baptiſmum, qui eſt ſpiritualis regeneratio ex aqua & ſpiritu ſancto. Hieronymus verò conuenientius nectit hoc verbis ſequẽtibus, eritq; ſenſus, Qui ſequuti eſtis me modo præfato, hanc mercedẽ habebitis. Nã in regeneratione. i. in futura corporum reſuſcitatione, reſurrectione, ſeu reformatione, quę terminatur ad eſſe ſubſtantiale ſecundo collatum, reſtitutúmq; corpore, propter quod regeneratio nuncupatur. [*Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ*] .i. exercere cœperit manifeſtè, & vniuerſaliter ſuã iudiciariã poteſtatem, dando ſingulis in anima & corpore quod meruerunt. Sedes hoc loco corporale ſolium non deſignat, ſed iudicariã poteſtatem & vſum ipſius, quãuis accipi poſsit pro loco, in quo Chriſtus in die iudicij corporaliter erit, vel reſidebit in aëre, prout Iohel dicit, Aſcendant, & conſurgant

Matth. 9. Lucæ. 22.

Hieron.

Pſal. 6. Iohelis. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebit vt iudicet omnes gentes in circuitu, [*Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*]id eſt in duodenis principalibus thronis, locis, ſeu ſoliis aſsidebitis, [*Iudicantes*]id eſt iudicio aſſeſſoriæ dignitatis,atque præcipuæ approbationis,[*Duodecim tribus Iſraël,*]quæ vobis credentibus pro maiore parte in incredulitate manſerunt, ſicque damnabitis eas. Vnde ſuperius dixit Saluator Iudæis de apoſtolis loquens,Ipſi iudices veſtri erunt. E

Lucæ.22.

Matth. 18. ¶Cum inter duodecim apoſtolos fuerit Iudas proditor vnus, quomodo ait Chriſtus, ſedebitis ſuper ſedes duodecim,quaſi duodecim eſſent ſeſſuri cum Chriſto,quorum vnum conſtat eſſet damnatum? Et reſpondendum,quòd promiſsio iſta quantum ad Iudam fuerat conditionalis, videlicet ſi perſeueraret in bono. Denique per ſedes duodecim ſignificantur ſolia in omnium perfectorum & apoſtolicorum virorum,qui in die iudicij iudicabunt cum Chriſto. Similiter per duodecim tribus Iſraël, iudicandorum vniuerſitas declaratur. Præterea aduertendum,quòd Chriſtus in die iudicij ſecundum ſuam diuinam naturam ſeu trinitas deus iudicabit per authoritatem: Chriſtus verò vt homo per executionem. Vnde ait, Pater non iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio. Apoſtoli & viri perfecti per aſſeſſoriam dignitatem,tanquam amici & conſiliarij iudicis. Cæteri electi, imò omnes boni per approbationem,minus mali per comparationem,quemadmodum Ninitiuæ,Sodomitæ & regina Saba incredulos Iudæos iudicaturi dicuntur, [*Et omnis qui reliquerit*]ordinatè domum, dando eam vel pretium eius pro deo. Etenim in pium vſum conuertenda ſunt temporalia quæ relinquuntur,non penitus conterenda aut deſtructioni exponenda [*Vel fratres,aut ſorores,aut patrem,aut matrem,*] parentes tamen relinquendi non ſunt à filiis aut filiabus ſi inopes aut debiles ſint,niſi eis prouideatur de neceſſarijs,[*Aut filios,*]vel vxores,aut filias,quæ licet iam non exprimantur,tamen ſub prædictis intelligun tur. Nam apud Marcum exponitur vxor, [*Aut agros propter nomen meum*] id eſt finaliter propter me,vt me in æternum conſpiciat atque poſsideat. Et ad gloriam meam vt me in præſenti ſeculo perfectius veneretur,contemplando,amando ac ſeruiendo in omnibus, [*Centuplum accipiet*] id eſt ſpiritualibus bonis in præſenti dotabitur, videlicet gratia gratum faciente, charitate diuina, conſolatione interna, do- F

Ioan.5.

Marci. 10. nis ſpiritus ſancti, quæ omnia incomparabiliter præſtantiora ſunt cunctis bonis terrenis. Talis quoque efficitur ſpiritualis filius,imò & frater omnium ſanctorum viatorum comprehenſorum, quibus charitate & myſtica vnitate connectitur. Omnia quoque temporalia ei ſubduntur, ſicut ait Apoſtolus,quaſi nihil habentes & omnia poſsidentes, [*Et vitam æternam,*]de qua ait apud Ioannem Saluator, Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcant te ſolum deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum,[*Poſsidebit,*]in patria,quando videbit facie ad faciem,id eſt clarè & immediatè per ſpeciem.

¶Ecce triplex præmium voluntariorum pauperum:videlicet centupla receptio in præſenti, aſſeſſoria iudicandi poteſtas in die nouiſsimo,itémque poſſeſsio vitæ æternæ in patria. [*Multi autem erunt primi nouiſsimi*]id eſt multi eorum qui modo magnæ ſunt reputationis,dignitatis & abundantiæ erunt in die extremo infirmi & abiecti. Multi quoque qui nunc ante alios bona incipiunt,paulatim torpent & deficiunt:& qui tardius inchoant,feruentiores redduntur. Similiter & Iudæi qui erant primi vocatione, vltimi facti ſunt ſaluatione:iuxta illud Apoſtoli,Cum plenitudo gentium intrauerit,tunc omnis Iſraël ſaluus fiet. [*Et nouiſsi primi*]id eſt qui iam dignitate, poteſtate vel tempore poſteriores ſunt, & opprimuntur,ac tribulantur à primis, ſeu maioribus huius ſeculi, tunc erunt primi honore & gloria apud deum. Qui enim humiliatus fuerit,erit in gloria. Et abiecta ac infima mundi elegit deus, vt alta fortia & pompoſa condemnet:propter quod fertur in pſalmo, Suſcitans à terra inopem & de ſtercore eleuãs pauperem, vt collocet eum cum principibus populi ſui. Ad quod pertinere poteſt illud Eccleſiaſtici, Sedes ducum ſuperborum deſtruxit deꝰ, & ſedere fecit mites pro eis. Hinc quoque virgo Chriſtifera. Depoſuit(inquit)potentes de ſede,& exaltauit humiles. Nemo ergo de præſenti ſua gloretur in ſe aut præſumat iuſtitia,vel ſe aliis præferat,aut quenquam contemnat,quia ab his ſuperari poteſt in præſenti per gratiam,& in futuro per gloriam,quibus nunc videtur multo perfectior. G

Cap. xx. [*Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias,qui exiit primo mane.*] Articulus, xxxiiii.

H

STatum eccleſiæ militantis comparat Chriſtus rebus diuerſis nobis notis,ac corporalibus,quatenus per ſimilitudinem ſenſibilium & notitiam manifeſtorum ad cognitionem myſteriorum eccleſiæ perducamur,gratiámque ac iudiciũ diſpoſitionis diuinæ ſciamus. Hinc ergo nunc ait, [*Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias.*] Origenes per regnum cælorum intelligit Chriſtum, quem ſi hoc loco per regnũ cælorum intellexerimus,plana erit parabola. Quemadmodum enim paterfamilias aliquis diuerſis horis diei egreditur, vt cõcludat operarios qui vineam ſuam operentur ſeu colant:ſic chriſtus ſecundum quòd deus, à principio mũdi per omnes ætates ſeculi huius exiit,per ſuæ potentiæ operationem, per ſuæ veritatis manifeſtationẽ,per angelorum miſionẽ,per patriarcharũ ac prophetarum legationẽ,vt vocaret quoſdam ad eccleſiaſticã vnitatem,ad fidẽ & gratiam,ad operandũ in domo dei, quę eſt vinea atq; eccleſia Chriſti. Veruntamẽ expoſitores cõmuniter intelligunt hic per regnũ cælorum eccleſiã militantẽ,vt ſit ſenſus,Simile eſt regnũ cælorũ.i.ſtatus ſeu negotiũ eccleſię militantis,vel ipſa eccleſia,ratione ſui capitis.ſ.Chriſti,homini patrifamilias.i.operi ſeu negotio vel perſonę hominis cuiuſcunq; habentis familiam, [*Qui exiit primo mane*].i.diluculo[*Cõducere operarios in vineã ſuã,*]hoc eſt ad hoc,qꝫ vitem ſuã putarẽt atq; excolerẽt:ſic aũt exponẽdo,quod hic ſcribitur de patrefamilias difficultatẽ nõ habet,ſed ꝑ pa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tremfamilias ſpiritualiter figuratur ac deſignatur deus trinitas, ſeu quælibet diuina perſona: per vine am vero eccleſia, ſicque in proceſſu exponenda eſt litera: ita vt eccleſia comparetur vineæ, quoniam ſicut ſe habet paterfamilias ad vineam ſuam, ſic deus ad eccleſiam. De deo ergo per patremfamilias ſignificato exponentur ſequentia. Dicitur autem deus paterfamilias tanquam creator & diſpenſator vniuerſorum, de cuius domo ſcriptum eſt in Baruch, O Iſraël quàm magna eſt domus dei & ingens locus poſſeſſionis eius, cuius familia eſt congregatio omnium fidelium ſeruientium ei. [*Qui exiit,*] non locum mutando, ſed aliquid de nouo operando, ſuamque gratiam effundendo, & ſuos nuncios emittendo, [*Primo mane*] id eſt in prima mundi ætate, quæ durauit ab Adam vſque Noe, videlicet ad ingreſſum in arcam ſeu ortum diluuij, [*Conducere*] id eſt per mercedis pollicitationem vocare [*Operarios*] id eſt homines ad operandum potentes, qui non erant operatorij meritorie agendo antequam vocarentur, & eius gratia præuenirentur, [*In vineam ſuam,*] hoc eſt, ad ſocietatem ſeu incorporationem eccleſiæ, quemadmodum ait Apoſtolus, Eripuit nos de preſenti ſeculo nequam, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. A principio etenim mundi vocauit deus quoſdam ad fidem & charitatem, per quam facta ſunt membra eccleſiæ, & vinea dei, producendo opera ſancta, tanquam optimas vuas. Congregatio ergo fidelium dicitur vinea, ſicut per Eſaiam aſſeritur, Vinea domini Sabaoth domus Iſraël eſt. Et per Oſeæ, Vitis frondoſa domus Iſraël. Per hos autem operarios conductos quidam ſpecialiter intelli

B gunt aliorum doctores, prælatos ac ſuperiores, quos deus miſit in vineam, ſcilicet eccleſiam propter aliorum conuerſionem ſeu informationem, quales à principio mundi fuerunt, Adam. Seth, Enoch, Mathuſalem. [*Conuentione autem facta,*] id eſt promiſsione completa, ſeu pacto inito cum operariis iam prefatis, [*Ex denario diurno*] id eſt de fœlicitate æterna eis pro ſuo labore reddenda. Conuentio itaque hęc eſt vitæ æternæ promiſsio, de qua per Hieremiam dominus ait, Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo. Porrò beatitudo, ſeu vita æterna appellatur [*Denarius,*] quia eſt præmium bene agentis. Dicitur quoque [*Diurnus,*] quoniam propter eum quotidie laboratur, & quotidie ingredientibus regnum cæleſte confertur, eumque meremur in die gratiæ, & accipiemus in die gloriæ. [*Miſit eos in vineam ſuam*] id eſt ad eccleſiam inſtruendam vel ad bene viuendum in ea, [*Et egreſſus*] ſecundum modum prædictum deus, [*Circa horam tertiam*] id eſt ſtatim poſt diluuium, vel à tem Ioanni.16.
pore Noe vſque ad Abraham, [*Inuenit alios ſtantes in foro*] id eſt in ſeculo negotiationibus temporaliũ rerum repleto, [*Ocioſos*]. i. à bonis operibus vacãtes, [*Et illis dixit*] per inſpirationem internam, angelicã reuelationẽ, vel alio modo. [*Ite & vos in vineam meã,*] hoc eſt, ad fideliũ ſortẽ ſeu cõgregationẽ, dimittẽ do opera tenebrarũ & faciẽdo fructus iuſtitię, [*Et quod iuſtum fuerit dabo vobis,*] videlicet iuſtã mercedẽ
pro opere virtuoſo, qui do vnicuique quod mereatur. [*Illi autem abierunt*] in vineã domini obediẽtes Hebr.20.
loquutioni diuinæ. Tales fuerunt Noe, Sem, Iaphet, Heber. [*Iterum autem exiit circa ſextam,*] hoc eſt à tẽpore Abrahę vſq; ad Moyſen. [*Et nonam horam*] id eſt à tempore Moyſi vſque ad Chriſtũ, [*Et fecit ſi*

C *militer,*] ocioſos faciẽdo operarios, ſeu quoſdã mittẽdo in vineã ſuã, vtpote Moyſen, Aarõ, Ioſue, iudices & prophetas, alioſque innumerabiles, producendo ad ſtatum ſalutis in illis duabus ętatibus. [*Circa vndecimam vero horam*] id eſt ab aduentu Chriſti [*Exiit*] mittendo vnigenitũ ſuũ in ſimilitudinẽ car- Rom.14.
nis peccati, & apoſtolos ad gentiles. Tunc quoq; verbũ dei verus deus exiit, noſtram naturam aſſumẽdo & perſonaliter hominibus apparẽdo, loquendo & bene agendo, quẽadmodũ apud Ioannẽ ipſe teſtatur, Exiui à patre & veni in mũdũ. [*Et inuenit alios ſtantes*] id eſt rebus temporalibus inhęrentes, ſpiritualiter nõ proficiẽtes per quos præcipuè intelligũtur gẽtiles, quorũ aliquib⁹, tamẽ paucis & parũ, Chriſtus in propria prędicauit perſona, cęteris per apoſtolos, eorũque diſcipulos & ſucceſſores. [*Et di* Actu.27.
xit illis Quid hic,] id eſt in iſto exilio, in hac peregrinatione, vbi nõ habem⁹ ciuitatẽ manẽtẽ, [*Status tota die*]. i. toto tẽpore vitæ veſtræ, [*Ocioſi?*] nõ feſtinãtes ad patriã, gẽtiles nãque fide caruerũt, nil meritoriũ operabãtur, idcirco toto tẽpore vitæ ſuæ vacabãt à bonis, præſertĩ cũ dicat Apoſtolus. Quicquid nõ eſt ex fide, peccatũ eſt. [*Dicunt ei quia nemo nos conduxit*]. i. nullus ad bene agẽdũ nos inuitauit, promittẽdo nobis regnũ cæleſte pro præmio. Nullus quippe propheta aut doctor miſſus eſt nobis. Prioris enim ignorantiæ tẽpora deſpexit deus, vt ait Paulus. Veruntamẽ quibuſdã gẽtilibus dati ſunt viri Hierony.
ſancti, videlicet, Iob, Melchiſedec, ſed tẽpore Chriſti & diu ante in toto mundo regnauit idololatria,

D exceptis Iudæis. [*Dicit illis, ite & vos in vineam meam*] Hoc deus dixit gẽtilibus per prædicationẽ apoſtolorũ, vt cõuerterẽtur ad Chriſtũ, fieretque ex eis & populo Iudęorũ electo vna eccleſia. Denique Hiere.1.
ſanctus Hieronym⁹ exponit parabolã hanc de vocatis ad gratiã ſecũdũ diuerſas hominũ ętates, vt illi Lucæ.1.
dicãtur primo mane cõducti, & in vineã miſsi, qui in pueritia ad dei obſequium perducuntur, quãtes 1.Reg.3.
potiſsimum fuerunt ſanctificati in vtero, vt Ioannes & Hieremias, & alij qui mox vſum rationis ſortiti cœperunt domino famulari, vt Samuel. Tertia vero hora conducti vocantur, qui in iuuentute cõ Eccleſi.11.
uertuntur, ſeu adoleſcentia, quæ interdũ pro eodem ſumuntur: iuxta illud Eccleſiaſtes. Lętare iuuenis in adoleſcentia tua. Sexta, qui ætate virili. Nona, qui in ſenectute. Vndecima, qui in ætate decrepita. [*Cum ſero autem factum eſſet*] Secundum Auguſtinum, Gregoriũ, & alios expoſitores cõmuniter per ſero intelligitur finis mundi, ſeu dies iudicij: ſed hoc quidã nititur improbare, quia de recipiẽtibus mercedem ſero dicitur, quod quidam eorum murmurauerunt, quibus ſub perſona vnius eorũ dicitur, An oculus tuus nequam? qui autem in fine mundi remunerationem fœlicem, de qua iam agitur, ſortiẽtur: nec murmurabũt nec nequam erunt. Sed quàm facile hoc ſoluatur, patebit dum ad horum verborum explanationem peruenero. Rurſuſque quã extorta ſit expoſitio eius, qui per ſero intelligit tẽpus gratiæ, ſeu præſentẽ ſtatum eccleſiæ, patet literam intuenti. Iam enim dictum eſt, quod per horam vndecimam intelligatur tempus gratię, quòd à Chriſti aduentu incepit, oportet ergo per ſero intelligi terminum temporis ſcilicet horę iſtius Iterum præſens tempus non eſt tempus præmiorum, ſed merito-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum. Præterea clarum eſt, quòd Chriſtus per ſero intelligat horam, in qua finiuntur labores, pro quibus redditur merces, quæ non eſt niſi in die iudicij. Eſt igitur ſenſus, Cum ſero autem factum eſſet, id eſt cum finis mũdi aduenerit, [*Dicit dominus vineæ*] id eſt tunc deus pater ſeu trinitas, ſummus princeps eccleſiæ, dicet [*Procuratori ſuo*] id eſt Chriſto, ſecundum quod homo eſt quem pater conſtituit dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeſsionis ſuæ. [*Voca operarios*] id eſt eos qui in eccleſia laborauerũt, à morte eos reſuſcitando, & ad iudicium cõuocãdo. Hęc vocatio eſt, de qua inquit Apoſtolus,
Pſal.204. Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba dei deſcendet de cælo. Et Chriſtus,
1.Theſ.4. Veniet (inquit) hora, in qua omnes qui in monumento ſunt, audient vocem eius, [*Et reddet illis mercedem*] videlicet vitam æternam, de qua Saluator in Apocalypſi profitetur, Ecce venio cito, & merces
Ioannis.5. mea mecum eſt. Hæc merces eſt clara viſio diuinitatis Chriſti, prout apud Ioannem ipſe ait, Qui diligit me, manifeſtabo ei meipſum. Vnde pater ait in Pſalmo. Oſtendã illi ſalutare meum, videlicet Chri
Apoca.22. ſtum. [*Incipiens*] dare mercedem [*A nouiſsimis,*] qui hora vndecima vocati ſunt, progrediendo ab illis.
Ioann.14. [*Vſque ad primos,*] qui primo mane vocati ſunt per intermedios. Hi vocati ſunt vel hora nona, vel ſexta
Pſalm.90. vel tertia. In fine mundi omnes electi ſimul remunerabuntur à Chriſto, videlicet in momento in ictu oculi. Quomodo ergo noniſsimi dicentur primo remunerari? Dicendum quod iſta prioritas non eſt
1.Cori.15. referenda ad interualla diuinæ remunerationis, quę inſtãtanea erit, ſed ad ordinem vocatorũ, ita quod licet omnes ſimul prędium conſequantur quoad tempus, tamen primo prędiari perhibentur, qui minus diu præſtolati ſunt præmium, & qui vltimo finierunt laborem. Sic enim communiter dicimus, illos prius aliquid adipiſci, qui minorem dilationem paſſi ſunt, quam eos qui diu expectauerunt, quam uis in ſimul præmientur. [*Cum veniſſent ergo*] ad iudicium [*Qui circa vndecimam horam*] id eſt vltima mundi ætate [*Venerunt*] ad vineam Chriſti, ſeu vitam bonam, [*Acceperunt*] à Chriſto pro mercede, [*ſingulos denarios*] id eſt quilibet proportionatum præmium, ſeu vitam æternam in cælis. [*Venientes autem & primi*] ad tribunal Chriſti, [*Arbitrati ſunt*] id eſt æſtimabant in die iudicij, [*Quod plus*] id eſt maius præmium, [*Eſſent accepturi*] à Chriſto, quam nouiſsimi, quia diutius & grauius laborauerunt in ætatibus nempe qui Chriſti aduentum præceſſerunt minor fuit gratia & longior vita, ideo diutius & durius laborauerunt, quam fideles tempore gratiæ, quibus merito Saluatoris & gratiæ eius affluentia leue eſt iugum dei & onus eius ſuaue. [*Acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios*] id eſt tãtũ vt primi, videlicet vnuſ
Matth.11. quiſque ſuum denarium ſeu proprium præmium. non enim reſpicit deus principaliter ad laborem exteriorem, ſeu temporis diuturnitatem, ſed ad interiorem feruorem, & rectam intentionem, cordiſque munditiam, per quam fit homo capax viſionis diuinæ eſſentiæ. [*Et accipientes*] primi ſingulos, vt dictum eſt, denarios, [*Murmurabant aduerſus patrem familias*] ſcilicet deum, [*Dicentes, Hi nouiſsimi vna hora fecerunt*] id eſt modico tempore in eccleſia laborauerunt, [*Et pares*] in præmio [*Illos nobis feciſti,*] qui per procuratorem tuum illis & nobis idem prędium contuliſti [*Qui portauimus pondus diei*] id eſt graues temporis labores, & laborioſos actus iuſtitiæ ſuſtinuimus. [*Et æſtus*] tentationum id eſt vehemẽtes tẽtationes & anxietates. Murmuratio iſta ſanctorum non eſt murmuratio turbationis, rancoris vel impatientiæ: ſed vehemens replicatio propriæ cauſæ, ſeu admirationis eruptio procedens ex zelo iuſtitiæ, quemadmodum & inter angelos ſanctos, ſecundum Gregorium, Thomam, & alios multos dicitur eſſe reſiſtentia. dicente Gabriele ad Danielem, Princeps Græcorum reſtitit mihi. quod prędicti exponunt de bono angelo Græcorum cuſtode ac principe. Dicuntur itaque murmuraſſe, vel quia dilationem dolenter ſuſtinueruut ſecundum Gregorium, vel quia de magnitudine liberalitatis, pietatiſq; diuinæ tantum de præmio dantis nouiſsimis vt eis, vehementer mirantur. Nihilominus vnuſquiſque beatorum de ſua fœlicitate pleniſsimè contentatur.

¶ Sed quæritur quomodo priores ſancti iudicij æſtimabunt ſe plus recepturos, cum tamen errare non poſsint? Et reſpondendum, quod illa æſtimatio non eſt aſſertionis, ſed opinationis. Sancti autem in patria non prænoſcunt determinate, quantum beatitudinis quilibet hominum electorum finaliter obtinebit, niſi ex ſpeciali cauſa eis diuinitus reueletur. [*At ille*] paterfamilias [*Vni eorum*] murmurantium [*Dixit,*] & quod vni, hoc omnibus dixit, poteſtque per hunc vnum intelligi protoplaſtus. [*Amice non facio tibi*] nec aliis primis [*iniuriam*] aliquid tibi iniuſtè ſubtrahendo, ob hoc quod alium vltra con-
Marci.13. dignum glorifico, & tibi in mercede parem facio. [*Nonne ex denario*] hoc eſt, pro certe prędio tibi prę ſtando [*Conueniſti mecum*] id eſt acquieuiſti & concors factus es mihi eundo in vineam meam vt denarium diurnum reciperes?

¶ Aduertendum, quod ſicut denarius diurnus vnus eſt ſecundum ſuam formam & rationem ſpecificam, multiplicatur autem ex parte materiæ & recipientium, & eſt æqualis quantum ad omnes: ſic vita ſeu beatitudo ęterna, per denarium figurata, vna eſt ex parte obiecti, videlicet dei, multiplicatur verò ex parte recipientium atque fruentium: eſt quoque æqualis omnibus quantum ad durationem, nam omnes ęternaliter eam poſsidebũt. Tamen in perfectione magna diſtantia eſt, ſecundum exigentiam
Ioanni.12. meritorum. Vnde in domo patris manſiones multę ſunt, hoc eſt, diuerſi gradus præmiorũ. [*Tolle quod tuum eſt*] id eſt denarium ſeu præmium tibi debitum, ac promiſſum, [*Et vade,*] in gaudium domini tui. [*Volo autem & huic nouiſsimo dare ſicut & tibi*] id eſt tantum de præmio, quantum tibi largitus ſum propter feruorem charitatis tuæ & meritum Chriſti, aliaſque rationes iam tactas. quemadmodum de primis loquutus eſt ſingulariter vni pro omnibus reſpondendo ſic de nouiſsimis ſingulariter loquitur
Marci.10. dicens. Volo huic nouiſsimo dare, per vnũ omnes intelligens. [*Aut nõ licet mihi quod volo facere?*] quaſi dicat, Vtique, quia voluntas dei cum ſit eſſentialiter idem quod ſapientia & iuſtitia eius, nec iniuſta nec irrationabilis eſſe valet, ſed eo ipſo quod deus aliquid vult, iuſtum ac licitum eſt. Vnde in libro Sapientiæ legitur, Virtus tua domine iuſtitiæ initiũ eſt. [*An oculus tuus*] id eſt æſtimatio ſeu conſideratio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tua[*Nequam est*]id est erronea[*Quia ego bonus sum?*]essentialiter,quemadmodum dictum est,Nemo bonus nisi deus,hoc est,an bonitas mea,liberalitas,seu misericordia est tibi occasio murmurationis, eò quod tantum tribuo nouissimis,sicut primis?Loquitur ergo de nequitia inconsiderationis & nõ culpæ.quod probatur per hoc,quia iam loquitur de operariis vineæ dei,qui omnes saluantur. Ex quibus concludit Saluator,[*Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi*] Hoc idem in fine præcedentis capituli dictum atque expositum est.[*Multi enim sunt vocati,*]hoc est,ad fidem & gratiam per prędicationem inuitati atque perducti,quemadmodum Christus ait in Psalmo, Annunciaui & loquutus sum, multiplici sunt super numerum.[*Pauci vero electi,*]hoc est,prædestinati,seu gloriam adepturi. Sed videtur contrarium quod de electis cantatur,Dinumerabo eos,& super arenam multiplicabuntur. Et in Apocalypsi,Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat.Et respondendum quod pauci sunt comparatiue seu relatiue ad reprobos[*Multi autem*]simpliciter,imò secundum Gregoriũ,Tantus est numerus hominum electorum, quantus angelorum sanctorum. Probabile quoque est quod numerus hominum reproborum excedat numerum angelorum,ac dæmonum, & hominum electorum.Cum ergo ignoremus an electi simus,& an digni simus amore,non debemus inaniter gloriari, securi esse,aut eleuari,nec alios,quamuis impij videantur aspernari,seu desperare. Nam quales futuri sint,nescimus & forte in breui præcedent nos in omni virtute[*Et ascendens Iesus Hierosolymam,assumpsit, duodecim discipulos,*]

B puta apostolos[*Secreto*]vt eis tanquam familiaribus suam passionem prænunciaret,ne eam videntes,scandalizarentur, nec putarent magistrum suum præuentum vel improuise captum aut inuite occisum.Secreta ergo non omnibus,sed familiaribus sunt pandenda, & mystica maioribus reuelanda sunt.[*Et ait illis,Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur*]à deo patre, à seipso,à Iuda proditore,à diabolo:sed diuersimode[*Principibus sacerdotum & scribis*]in lege peritis,[*Et condemnabunt eum morte,*]hoc est,reũ mortis esse iudicabũt.Sic enĩ dixerũt corã Pilato,Nos legẽ habe Ioanni.19.
mꝰ & secũdũ legẽ debet mori,quia filium dei se fecit.[*Et tradent eũ*]principes sacerdotum & scribę
[*Gentibus*].s.Pilato & eius militibus,[*Ad illudendum*] Induerunt enĩ eũ veste purpurea,& arundinẽ po Matth. 38.
suerunt in dextera eius,spineamque coronam in capite.& genu flexo adorabant eum dicentes, Aue rex Iudæorum.[*Et flagellandum & crucifigendum.*] Ista prædixit Christus discipulis suis frequenter, vt firmiter recordarentur eorum [*Et tertia die resurget*]hoc adiecit ad consolationemmœrentium,[*Tũc accessit ad eum mater filiorum Zebedai cum filiis suis*]Iacobo & Ioãne[*Adorans eum*]vel adoratione latriæ si credidit eum esse deum verum, vel adoratione duliæ,seu magnæ reuerentiæ prosternens se coram
eo[*Et petens aliquid ab eo*]quod non statim expresit,sed adorando insinuauit se aliquid desiderare. In Marci .10.
Marco scribitur,quod ipsi filii accesserunt ad Iesum dicentes,Magister volumus,vt quodcunque petierimus facias nobis. Veruntamen mater formauit atque proposuit petitionem, sed hoc filii fecisse
C scribuntur,quoniam matrem suam ad hoc induxerunt, quam putabant à Christo honorandam, & exaudiendam, quasi matrem eius,& quoniam viro suo vt videtur, relicto Christum erat sequuta.
[*Dixit ei Iesus. Quid vis?*] non ex ignorantia quærit, sed vt ad eius verba congruenter respondeat, errantesque instruat,[*Ait illi dic*] id est dicendo concede & fac, tuum enim dixisse fecisse est,quamuis mulier ista nondum intellexit profunditatem verbi huius,dic, tamen quoad hoc subtiliter dixit,
dic, ipse enim cui hoc dixit, est de quo scriptum est, Ipse dixit& facta sunt. [*Vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram*] id est tibi collaterales & singulariter assidentes, cæterisque maiores consistent, [*in regno tuo.*] Quidam dicunt, quod mulier ista & filii eius petierunt cum Christo regnare in seculo isto, putantes Christum post resurrectionem statim in hoc mundo, & in Hierusalem, regnaturum quemadmodum Dauid & Salomon illic regnasse leguntur.Hæc nanque, vt dicunt, fuit Iudæorum opinio, quod Christus temporaliter regnaret in Hierusalem omnia regna subiiciendo Iudæis. Sed huic assertioni obuiare videtur, quod Christus respondẽdo subiungit,[*Sedere ad dexteram meam & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo*] Ex quo patet quòd electis à deo patre paratum sit sedere ad dexteram Christi & sinistram, non vtique in regno terreno, sed cælesti. Per regnum ergo Christi intellexerunt mater & filii regnum cælorum, de quo & latro dixit in cruce,Domine,memento mei,dum veneris in regnum tuum.Nam ex
D quotidiana Christi prædicatione, sciuerunt quòd non terrenum sed cæleste regnum promisit fidelibus,sic quippe exorsus est prædicare,Pœnitentiam agite.appropinquabit enim regnum cælorum, in quo isti duo inordinate exaltari quærebant.quia enim filii audierunt futuram Christi resurrectionẽ, credebant quod statim post resurrectionem regnaret,& hoc matri suæ intimauerunt, quod tamen à Christo in secreto audierũt.[*Respondens autem Iesus dixit*]nõ matri, sed filiis:per quod ostẽditur,quod mater petiuit inducta à filiis.[*Nescitis quid petatis*]id est quid vel quomodo petere debeatis. Petitio siquidem ista fuit multipliciter inordinata.Primò,quoniam petierunt coronam ante victoriam.Secundò,quia de carnali propinquitate confidebant.Tertiò,quia ex quadã præsumptione & elatione petiisse videntur,optantes coapostolis ante ferri,& volentes summi esse in gloria,qui nondum prioribus sanctis similes erãt in merito,quãtũ ad hoc tenebant typum eorũ, qui à magis prelatis ad ecclesiasticas dignitates postulant propter cõsanguinitatis lineã promoueri.[*Potestis bibere calicẽ*]id est sustinere cruciatũ.[*Quem ego habiturus sum?*]de quo in passione habetur,Si non potest hic calix transire nisi bibã illũ,fiat voluntas tua.[*Dicũt ei possumus*]calicẽ istũ potare,hoc est,pro fide,pro iustitia, pro te mo- Marci. 14
ri parati sumus.Hoc dixerunt potius ex auiditate obtinendi quod postulauerunt,quam ex vera circũspectione,imò incaute responderunt,quia in Christi passione instante periculo,fugerunt.Itaq; dicẽdo tam absolute,possumus propriam fragilitatem non pensauerunt:sicut nec Petrus dicendo,paratus sum tecum in mortem & in carcerem ire.Non enim sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, qua

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

si ex nobis, Si autem dixissent, possumus per gratiam tuam, tute dixissent, quomodo dixerat Paulus, E
Omnia possum in eo qui me confortat. [*Ai. illis, calicem quidem meum bibetis*] id est passionem meę pas
sioni aliqualiter similem, & propter me infligendam gustabitis. Ioannes enim affectu sustinuit mor-
tem pro Christo feruentis olei dolium ingrediendo, pessimumque venenum potando, à quorum v-
troque mansit illæsus, quotidianum quoque martyrium passus est, præsertim in exilio insulæ Pa-
thmos. Iacobus verò ab Herode Agrippa decollatus est, vt in Actibus apostolorum legitur.
[*Sedere autem ad dexteram meam & sinistram*] id est mihi collateralem & proximum esse in cælo [*Non est
meum*] hoc est, non spectat ad me iustum iudicem, qui personam non accipio, sed secundũ merita red-
Matth.25. do [*Dare vobis,*] sed illis quibus paratum est à patre meo, & vtique à patre paratum fuit Iacobo & Io-
anni præmium istud, præsertim cum regnum cælorum ab origine mundi paratum est prædestinatis:
iuxta illud, Venite benedicti patris mei, &c. quomodo ergo non fuit Christi dare Iacobo & Ioanni
sessionem prędictam? Et respondendum quod nõ fuit Christi dare illis, eo modo quo ipsam petebãt
videlicet ratione consanguinitatis, & secundum statũ in quo tunc fuerunt, quando adhuc carnales &
ambitiosi fuerũt. puto tamen quòd erant in statu salutis, quia nõ quilibet motus elationis est peccatũ
mortale, sed non erant tantæ perfectionis, vt digni essent sedere tam proximè Christo, ideo subditur,
[*Sed quibus paratum, est a patre meo*] hoc est, perfectis, verè humilibus, quibus pater decreuit gloriam es
se præstandam, Illis (inquam) est meum dare vt sedeant ad dexterã meã & sinistram in regno. i. in cir- F
cuitu meo, in præmio essentiali & accidentali. [*Et audientes decem*] apostoli quid isti duo petiissent [*In-
dignati sunt de duobus fratribus*] hoc est contra eos commoti sunt, quod sibi prędferri rogassent, & tã im
moderate petiissent, Vnde patet quod decem quoque discipuli adhuc similes erãt istis duobus in im-
perfectionibus multis, nõ enim zelo iustitię, sed cuiusdã liuoris indignati fuerũt more ambitiosorũ,
qui irascuntur dũ cernũt socios suos sibi velle præponi. Cũ tamen in regno cælorũ promotio vnius
nõ noceat alteri, nec eius exaltationẽ impediat. [*Iesus autem*] tanquã pius, sapiẽsque magister & sobri-
us reprehensor [*Vocauit eos*] videlicet omnes apostolos pariter [*Ad se*] vt vitium elationis ab eorũ cor-
dibus propulsaret, & errorem corrigeret [*Et ait, scitis quia principes gentium dominantur eorum*] id est ma-
iores seu domini hominum mundanorum cum imperio & tumore præsident subditis suis, [*Et qui ma
iores sunt*] videlicet dominatores subditorum [*Potestatem exercent in eos*] id est per violentiam quando-
que opprimunt ipsos, & sua potestate inordinate vtuntur, [*Non ita erit inter vos*] tumor elationis, vio-
lentia siue ambitio: [*Sed qui voluerit inter vos maior fieri*] id est ampliorem gratiam & gloriam adipisci,
[*sit vester minister*] id est præ cæteris se humiliet, atque in actibus humilitatis seipsum indesinenter ex-
erceat. Quantò enim aliquis se sub alio deiicit, tantò deus eum exaltat. [*Et qui voluerit inter vos primus
esse*] id est aliis præfici, & à me sublimius promoueri. [*Erit vester seruus.*] hoc (vt arbitror) intelligi po-
test dupliciter. Primò, quòd ambitiosus cæteris supponetur & subiicietur. Secundò, quòd is qui licet
prelationem non cupiet, tamẽ cupit esse talis, vt dignus sit aliis præsidere, oportet vt primo discat sub G
esse, studeatque sociis suis seruire. Et quia exempla plus mouent quàm verba, Saluator qui cœpit fa-
cere & docere proponit se in exemplum, [*Sicut filius hominis non venit ministrari*] hoc est, ad hoc quòd
Actu.1. seruos haberet qui ei famularentur in corporalibus & humanis obsequiis ad instar secularium domi
Lucæ.2. norum, [*Sed ministrare*] Nam & discipulis suis frequenter ministrauit, iuxta illud, Ego in medio vestrũ
Ioanni.14. sum sicut qui ministrat. Patri quoque indesinenter seruiuit, cum incomparabili humilitate, quemad-
Lucæ. .2 modum ait in Euangelio, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et cum duodecim esset annorũ
descendens cum virgine matre & Ioseph fuit subditus illis. Nec dubium quin quotidie ministrauerit
ipsis tanquam verè humilibus, licet esset altissimus cui angelorum exercitus cum ingenti reuerentia
& tremore assistit. [*Et dare animam suam*] vitam corporalem ac animalem, seu ipsam animam suam [*Re
demptionem*] id est pretium liberatiuum, pro multis hominibus, non pro dæmonibus. tradidit enim
in mortem animam suam, & ipse peccata multorum tulit, vt Esaias ait, Imò seipsum dedit pro nobis
sponte se offerens, propter quod ait ore proprio. Nemo tollet animam meã à me. Et Apostolus, Qui
dilexit me & tradidit semetipsum pro me.
Esaiæ.53. ¶Sed quare non ait, Dare animam suam redemptionem pro omnibus. cum alibi dicat, Si exaltatus fu
Hebr.5. ero à terra. omnia traham ad meipsum Ipse equidem est vniuersorum saluator, dicente, Apostolo, Si- H
Ioanni.10. cut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur? Et respondendũ quod Chri
Galat.2. stus dedit animam suam redemptionem pro omnibus sufficienter, pro solis autem electis efficienter
Ioanni. 21. seu efficaciter: quoniam non omnes, sed multę fructum dominicæ passionis consequuntur: ideo ait,
1. Cori.16. [*Pro multis.*] Denique licet Christus dicatur pro nobis dedisse animam suam, & etiam vitam corpora
lem, hoc tamen est differenter. Nã animam dedit per hoc quod eam tormentis exposuit, non quod ip
sa extincta sit. Vitam verò suã corporalem sic dedit, quod eam pro nostra spirituali viuificatione ex-
tingui permisit. Quæ tamen vita, seu vitalis actio, erat incomparabilis dignitatis ac pretii propter v-
nionem cum verbo. [*Et egredientibus illis,*] videlicet Iesũ, eiusque discipulis, [*Ab hiericho*] ciuitate famo
sa, [*Secutæ sunt eum turbæ multæ*] propter causas diuersas, vt dictum est sæpius, & etiam quia desertum,
quod erat inter Hiericho & Hierusalem, per quod Iesus peregebat, erat latronibus plenum, propter
quod homines illuc tendere non audebant, nisi cœtu collecto. [*Et ecce duo cæci sedentes secus viam*] vt à
pergentibus eleemosynas peterent tanquam mendici [*Audierunt quia Iesus transiret.*] audientes enim
tumultum, interrogauerunt quid hoc esset, quibus respondum est, quod Iesus illic cum suis perambu
laret. [*Et clamauerunt*] ex magnitudine desiderij in altam vocem prorumpentes: clamabãt ergo corde
feruenter optãdo, & ore alte sanãdo, [*Domine miserere nostri o fili Dauid.*] credebãt cæci isti verũ esse q
à populo interdum audierunt, videlicet quod Iesus esset rex Messias in lege promissus, & de semine

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Dauid naſciturus prænunciatus, ideo nominabant eum dominum, tanquam regem Iſraël. & aliqui dicunt quòd eius diuinitatem agnouerant, quod non eſt multum probabile. [*Turba autem increpabat eos vt tacerent*] vel quia multumi importune clamabant, vel quia Ieſum offendi timebant, & inquietari ex clamore eorum, vel quia clamandò impedierunt multos ab auditu ſermocinationum Chriſti, qui etiam ambulando docebat frequenter. [*At illi magis clamabant*] formidantes ne propter ſtrepitum increpantium, non audiretur clamor eorum à Chriſto [*Dicentes, Domine miſerere noſtri fili Dauid*] per laudem eius qui oratur, capitur benenolentia eius: ideo iſti orando Ieſum laudant eum à maieſtate cum dicunt, Domine: & ab origine cum dicunt, fili Dauid: ſicque facilius exaudiri merentur. Vnde Pſalmiſta, laudens (inquit) inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. [*Et ſtetit Ieſus & vocauit eos*] in quo manifeſtatur pietas atque dignatio Chriſti, qui perſonas tam modicas non deſpexit. [*Et Ait, quid vultis vt faciam vobis?*] Non ignoransrequirit, ſed vt quærendo illorum deſiderium augeretur, oratio repeteretur, meritum creſceret, omneſque ſcirent, quod non eleemoſynam, ſed naturæ reparationem imploraſſent. [*Dicunt ei, domine* hoc volumus [*Vt aperiantur oculi noſtri*] carnales, & viſum recipiant. [*Miſertus autẽ eorum ieſus tetigit oculos eorum,*] vt oſtenderet quod virtus diuina in ipſo conſiſtens ac latens operabatur per corpus ſuum, ſicut per inſtrumentum animatum coniunctum ac proprium, ſicut & anima noſtra operatur per corpus cui vnita eſt. [*Et conſtim viderunt, & ſequuti ſunt eũ*] Pſalm. 17.

B Non ſolum greſſibus corporis, ſed imitatione virtutis tanquam ſpiritualiter illuminati à Chriſto, & & grati beneficio eius. Chriſtus nanque mente ſanauit atque illuſtrauit, quos corporaliter reparauit Ipſius nempe perfecta ſunt opera, & totum hominem ſaluum fecit in ſabbato. ¶ Quæritur, cur Matthæus referat de duobus cæcis, cum Marcus non ſcribat niſi de vno. Reſpondet Auguſtinus quod ideo, quoniam vnus eorum famoſior fuit, & forte importunius exclamauit, quem Marcus Barthimium, Id eſt filium Thimei appellat. Iterum quæritur, an cæcus de quo Lucas ſcribit, ſit idem de quo recitat Marcũs, vnaſque iſtorum duorum. Ad hoc aliqui dicunt quod non. Nam apud Lucam legitur ſolum, Cum appropinquaret Hierico, cęcus quidam ſedebat ſecus viam: ex quo ſequi videtur, quod ille cæcus fuerit illuminatus ante introitum Hierico. ¶ Porrò Marcus refert, Proficiſcente eo de Hieco. ſimiliter hic egredientibus illis ab Hierico: per quod oſtenditur, quod cecus iſte ſit ſanatus poſt egreſſum ex Hierico. Alii aſſerunt quod fuit idem cæcus, qui hiſtoria de vtroque omnino concordat, vt patet literam intuenti, excepto verbo prædicto quod iſti ita exponunt. [*Cum appropinquaret Hierico*] id eſt adhuc prope eſſet huic ciuitati. Poteſt etiam dici, quod Lucas nõ ſeruat in omnibus ordinem rei geſtæ. Et ita, quamuis Chriſto accedente ad Hierico cæcus ſedebat prope viam, non tamen à Chriſto vocatus ſanatuſque fuit, niſi poſt egreſſionem à Hierico. Iuxta ſpiritualem intelligentiam, per clamorem horum cæcorum figuratur clamor vtriuſque populi Iudæorum & Gentilium ad ſaluatorem, cũ audiſſent quod in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus fuiſſet. Turba verò, videlicet obſtinati

C & infideles increpabant eos, ſed illi occidi malebant quam ab inuocatione Chriſti ceſſare. imò beatiſſimi martyres tantò validius atque frequentius clamauerunt ad Chriſtum, quò amplius à tyrannis, & eorum ſatellitibus prohibebantur, quorum veſtigia ſequi debemus, orantes iugiter cum propheta, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte

Cap. x x 1. [*Et cum appropinquaſſet Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage,*]

Articulus x x x v.

[*Et cum appropinquaſſet ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage*] id eſt ad villam quandam ſacerdotum [*Ad montem oliueti*] in quo oliuarum copia creuit, iuxta cuius pedem ſeu latus ſita fuit hæc villa, vno vt dicitur miliario à Hieruſalem diſtans. [*Tunc Ieſus miſit duos diſcipulos*] Dicunt aliqui, quod ſecundũ Chryſoſtomũ iſti diſcipuli fuerunt Petrus & Philippus: ſed hoc Chryſoſtomus non affirmat, ſed in commento cuiuſdam ſe legiſſe commemorat. [*Miſit autem duos*] propter ſocialis vitæ commendationem, & ad oſtendendum, quod per duplicem vitam, videlicet actiuam & tontemplatiuam, vel per ſcientiam & operatio

D nem ad ipſum pertingitur. Iſta hiſtoria facta eſt in die palmarum, altero die poſtquam Ieſus cœnauit in domo Symonis leproſi in Bethania, quando Lazarus fuit vnus diſcumbentium. & Maria Magdalena accepit libram vnguenti effundens ſuper pedes ipſius. *Ite in caſtellum quod contra vos eſt,*] Communiter per caſtellum intelligitur vrbs ipſa Hieruſalem, vel propter fortitudinem murorum, quibus circundata fuit per modum caſtelli, vel deſpectiuè propter diſcordiam atque inuidiam habitantium in ea & quia alienigenis, ſeu Romanis erat ſubiecta. Videtur autem per caſtellum poſſe intelligi aliqua domus lapidea eminens, fortè muro propinqua, in qua vel iuxta quam aſina fuit, Itaque ite in caſtellum quod contra vos, id eſt ex oppoſito veſtro eſt, ſic ait Pſalmiſta, In die tribulationis meæ deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum. Et apud Marcũ ait Saluator, Tranſiuimus de contra. Vel contra vos eſt, hoc eſt contrariatur. quorũ magiſtrũ ac domiuũ necare molitur. [*Et ſtatim inuenietis aſinam alligatam*] pręſepio vel alteri rei, ne vagando diſcurrat, [*Et pullum eius cum ea,*] hæc aſina deputata fuit ad pauperum vſum, & ad hunc vſum pullus eius nutriebatur [*Soluite*] aſinam [*Et adducite mihi*] eam cum pullo ſuo. In Euang. Lucæ legitur dixiſſe, Inuenietis pullum aſinæ alligatũ, cui Marcus concordat: A ſina ergo & pullus ligati erant, & vtrunque iuſsit Chriſtus ſolui, & ſibi adduci. Inuenerunt autem diſcipuli animalia iſta foris in biuio iuxta Hieruſalem, vt dicit Marcus, [*Et ſi quis vobis aliquid dixerit*] interrogando, cur animalia iſta ſoluatis, [*Dicite eis, quia dominus*] rex Meſsias [*His*] ſcilicet aſina & pullo [*Opus habet,*] non neceſsitate abſoluta ſiue coacta, ſed conditionata, atque ſpontanea, videlicet ad verifi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

candum vaticinium Zachariæ, & ad noſtram informationem. [*Et confeſtim dimittet eos*] ſolui, & mihi adduci. ¶Quæritur, quid iſti cuſtodes, ſeu domini aſinæ & pulli, (qui ſecundum Lucam & Marcum dixerunt diſcipulis, cur ſoluerent pullum) intellexerunt per dominum, quando diſcipuli reſponderunt, dominus operam eius deſiderat. Ad quod dicendum opinor, quod apoſtoli Chriſti ex habitu vel aliis ſignis facile agnoſcebantur eſſe diſcipuli Ieſu. De Ieſu quoque tunc rumor fuit, quòd ipſe eſſet Chriſtus, idcirco cuſtodes cognoſcentes, quòd iſti eſſent diſcipuli Ieſu, per dominum intellexerunt Ieſum. chryſoſtomus vero reſpondet, quod virtus Chriſti mouit corda cuſtodum, ita quod nomine domini audito, contradicere non audebant. Sed cur humilis Ieſus ſeipſum tam ſublimi nomine exprimit, quod deo eſt proprium? Sicut per Eſaiam teſtatur, Ego dominus, hoc eſt nomen meum. De quo ſcriptum eſt in Amos, Faciens arcturum & orionem dominus nomen eius. Dicẽdum quòd Chriſtus hoc die voluit majeſtatẽ ſuam verbis & factis ſuis, ac aliorum multipliciter declarare, ſicut patebit: vnde & alibi ait, Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati. [*Hoc autem totum*] videlicet quod diſcipulos miſit, & aſinam, eiuſque pullum ſolui, & ſibi adduci præcepit, [*Factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam*] Zachariam, [*Dicentem, Dicite filiæ Sion*] hoc eſt, plebi Hieruſalem: quæ plebs dicitur filia, propter paternum affectum dei ad eam. Vnde in prophetis ſepiſsimè nomine filiæ congregatio populi deſignatur.

Eſaię. 42. Amos. 5. Matth. 12.

Zach. 9.

¶Sion verò fuit mons in quo erat tẽplum dei atq; palatiũ regis, propter quod nomine Sion ciuitas tota ſignificatur, tanquam à parte principali. [*Ecce rex tuus venit tibi manſuetus*] mitis & humilis, non cum terribili apparatu aut animo bellicoſo, vt moris eſt regum mundanorum, [*ſedens*] ſucceſsiuè [*Super aſinam*] deinde [*Et ſuper pullum filium ſubiugalis*,] id eſt aſinæ quæ fuit aſſueta portare iugum atque ſeſſores, ſuper pullum verò vſque ad illam horam nemo aſcendit ſecundum Lucam & Marcum, ſed Chriſtus primo ſedit ſuper eum. Ratio horum infra tangetur. Ex hac prophetia debuiſſent ſcribæ & ſacerdotes meritò Chriſtum cognouiſſe, ex qua etiam apertiſsime declaratur, quod primum Chriſti aduẽtum deſcripſerunt prophetę in paupertate & humilitate, non in regno temporali, ſecundũ quod Chriſtus dixit coram Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo. ¶Denique prædicta Zachariæ prophetia in noſtra tranſlatione plenius cõtinetur hoc modo, Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalẽ: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator: Ipſe pauper & aſcẽdens ſuper aſinã, & ſuper pullum filium aſinæ. [*Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua*] vt Ieſus mollius, honeſtiuſque ſederet. [*Et eum deſuper fecerunt*] ſucceſsiue, vt dictum eſt. ¶Quidam videntur aſſerere, quod Chriſtus non ſedit ſuper vtrunque animal. Itaque ſecundum eos hiſtoria vel impoſsibilitatem vel turpitudinem continet. Impoſsibilitatem, quia in tam breui itineris ſpacio ſuper vtrunque animal ſedere non potuit: Turpitudinem, quoniam indecorum fuiſſet vt in aſina ſederet. Veruntamen propter manifeſtam authoritatem ſcripturæ canonicę vtriuſque teſtamenti dicendum videtur, ſicut nunc dictum eſt. Poterat nãque infra vnius miliaris ſpatium vtrique animali ſedere, præſertim propter miſticam rationem, quæ ſtatim dicetur. Nec apparet, cur feciſſet aſinam ſibi adduci, niſi vt ſuper eam veheretur, nec aliter dixiſſet diſcipulis vt dicerẽt, quia dominus his opus habet. Præterea, ad literam veriſimile eſt, quòd pullus adhuc iuuenis fuit, ac debilis quoniam nemo hucuſque ſedit ſuper eum. Et ideo Chriſtus non diu manſit ſuper pullum. Myſticè nanque per prædictum caſtellum deſignatur totus hic mundus, paruus virtute magnus prauitate: per modum caſtelli cõtra deum, murus impietatis, duritia cordis, ſeu obſtinatione munitus, in quem Chriſtus miſit diſcipulos ſuos, dicens, Ite in mundum vniuerſum, in quo apoſtoli inuenerunt aſinam alligatam. i. ſynagogam, ſeu populum Iudęorum. & pullum. i. gentilitatem, eratque vterque populus funibus vitiorum obſtrictus. Quoniam tamen ſynagoga ſuper ſe tulit onera legis, iugum vtique (teſte Petro) grauiſsimum, ideo deſignatur per aſinam ſubiugalem. Gentiles verò ſine ſeruitio legis & fide dei viuentes laſciui ac vagi, ſignificantur per pullum indomitum à nemine ſubiugatum. Voluit ergo Chriſtus vtrunque animal ſibi adduci, qua præcepit apoſtolis, vt vtrunque conuerterent populũ, dicens, „Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in omni Iudea & Samaria, & vſq; ad vltimũ terræ. Sedit quoque ſuper vtrunque animal, qm̃ vtrunque populum ſibi ſubiecit per fidem & cultum, diuinũ. Primo tamen ſedit aſinæ, quoniam primo venit & diſcipulos miſit ad conuertendos Iudæos: quemadmodum Paulus ait, Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Cumque diſcipuli adduxiſſent aſinam & pullum ad Ieſum, eum deſuper ſedere fecerunt: quia cum conuertiſsent quoſdam Iudeos & Gentiles innumerabiles, ſubiecerũt eos imperio Chriſti. vt eius præceptis parerent. Prædictis inſuper conſonat quod in Geneſi Iacob ait Iudæ filio ſuo de Chriſto, Ligans ad vitem pullum ſuum, & ad vineã ô fili mi aſinam ſuam. Quod enim hoc ad literã de Chriſto dicatur patet, ex eo quod immediatè præmiſit, Non auferetur ſceptrum de Iuda. donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ. Quod vero diſcipuli poſuerunt veſtimenta ſua ſuper pullum & aſinam hoc deſignat, quod ſuper eos quos cõuerterunt, poſuerunt indumenta virtutum, variosq; ornatus doctrinarum, gratiam ſibi collatam aliis communicando, quemadmodum Petrus hortatur, Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrũ illam adminiſtrantes. [*Plurima autem turba ſtrauerunt*]. i. extenderunt & ſuppoſuerunt [*Veſtimenta ſua in via*] qua erat Chriſtus proceſſurus: [*Alii autem cædebant ramos de arboribus*] oliuarum [*Et ſternebant in via*] hęc omnia fecerunt in ſignum lætitię, & ad reuerentiã ſaluatoris. Itémque vt ait Hierony. Ne animal cui Chriſtus inſidebat offenderet in lapidem, ne calcaret in ſpinam, ne caderet in foueam. [*Turbæ autem quæ præcedebant*] Ieſum [*Et quę ſequebantur*] eum [*Clamabant, dicentes, Oſanna*] id eſt obſecro, ſalua, [*o fili Dauid*] ſecundum naturam aſſumptam. Oſanna eſt dictio hebraica, compoſita ex integro & corrupto, videlicet ab oſi quod eſt ſalua, & anua quod eſt dictio optatiua. ſi autem textus habeat,

Matth. 28.

Ioanni. 18.

Marc. 11.

Lucę. 9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Osanna filio Dauid*] sensus est dicimus [*Filio Dauid*] Osanna. i. saluifica, [*Benedictus*] id est laude dignus sanctus siue laudatus sit, [*Qui venit in nomine domini*] hoc est, ex deo patre, videlicet secundum voluntatem, atque ad gloriam eius. Vnde saluator ait, Ego veni in nomine patris mei [*Osanna in altissimis*] cæ lestem beatitudinem conferendo, & ad regna cælorum nos perducendo. Secundum Hierony. canticum istud sumptum est ex Psalmographo, qui de Christi aduentu conscribens, sic orauit, O domine saluum me fac, o domine bene prosperare, benedictus qui venit in nomine domini. Ioann. 12.

Porrò hoc canticum consona voce resonabat, vtique ex instructione & motione spiritus sancti. Lucas verò hæc plenius recitat, Cum appropinquaret (inquiens) ad descensum montis oliueti cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in cælo, & gloria in excelsis. Vt enim in Euangelio Ioannis legitur, Turba quæ conuenit in Hierusalem ad diem festum, cum audisset quòd Iesus veniret, exierunt obuiam ei cum ramis palmarum, [*Et cum intrasset Iesus Hierosolymam*] cum processione tam insolita ac solemni, [*Commota est*] admiratione, indignatione & dubitatione [*Vniuersa ciuitas*] id est maior & principalior pars populi habitantis in ea [*Dicens, Quis hic est?*] cui tantus honor impenditur. Hoc quidam indignando, quidam dubitando & inquirendo, quidam admirando dixerunt: sicut & angeli Christo ascendente, Quis est iste qui venit de Edom? Et quis est iste rex gloriæ? [*Populi autem*] id est turba vulgaris, [*Dicebant, hic est Iesus propheta.*] populus iste confessus fuit in cantico suo, quod ipse esset Christus. cum igitur asserunt eum esse prophetam, non de qualicunque, sed de summo loquuntur propheta ac domino prophetarum: de quo cecinit Moyses, Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, tanquam me, & cætera [*A Nazareth Galilææ*] id est de illa ciuitate oriundus. Conceptus nanque atque nutritus fuit in Nazareth, licet in Bethleem natus sit: per hoc significatur quòd infirma, abiecta & stulta mundi elegit deus vt confundat fortes & sapientes. Sacerdotibus enim scribis & pharisæis non credentibus, populus confitetur. [*Et intrauit Iesus in templum dei.*] Primo, quia in his quæ patris suis erant oportuit eum esse. Secundò, vt daret nobis exemplum primo intrandi in domum dei & quærendi regnum, honorem & gloriam creatoris. Tertiò, vt in templo doceret, & errores corrigeret, sicut subiungitur, [*Et eiiciebat omnes vidcntes & ementes in templo*] sacerdotes qui auariſsimi erant posuerunt in atriis templi quosdam de suis, qui omnium animalium immolatitiorum genera in templo vendebant, ne aliqui maximè qui de longinquo venerant, possent se excusare, si nihil offerrent in templo, quia à locis remotis non poterant animalia secum adducere. Hos Christus eiecit, [*Et mensas nummulariorum*] hoc est, eorum qui pauperibus concedebant sub cautione pecuniam, quatenus nec egeni se excusarent ab immolatione propter defectum pecuniæ, [*Et cathedras vendentium columbas*] quæ erant hostiæ paupcrum [*Eruerit*] pecuniam effundendo. Per hoc præfigurabatur, quòd symoniacos & clericos secularibus se negotiis implicantes, Christus de ecclesia sua tanquam indignos repellit, secundum quod

B

C ait, Gratis accepistis, gratis date. [*Et dicit eis, Scriptum est,*] in Esaia, [*Domus mea domus orationis vocabitur*] id est ad orandum deputata erit & inde nomen habebit, nec esse debet domus negotiationis & cupiditatis. [*Vos autem fecistis illis speluncam latronum*] hoc est, similem spccui, seu loco absconlatrones, ea quæ rapiunt ab his quos corporaliter necant, sic sacerdotes & eorum familia colligebant in templo pecuniam, seu pretia eorum quos spiritualiter occiderunt, inducendo eos ad magna peccata, seu pauperum quos excoriauerunt. [*Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo*] ducti vel baiulati ab aliis, [*Et sanauit eos.*] Per horum operationem miraculorum Christus confirmauit, & verum ostendit præconium sibi à turba exhibitum. Denique si totum Euangelicæ paginæ textum considercmus, inueniemus vbique doctrinæ & verbis Christi mixta & iuncta esse miracula, quatenus supernaturalis veritas per supernaturalia opera comprobetur, vt fides nostra secundum Apostolum non sit in sermone, sed in ostensione spiritus & virtute. [*Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit*] cæcis visum & claudis gressum præstando. [*Et pueros clamantes in templo & dicentes, Osanna filio Dauid.*] Parentes. nanque filios suos secum adduxerant, & sicut pueri audierunt parentes suos, ac turbam clamare, sic & ipsi clamabant. Nec dubium quin ex influxu spiritus sancti qui mouit linguas eorum ad

D proferendum verba, quæ nec ipsi intellexerunt saltem perfectè. [*Indignati sunt.*] hæc est est Iudæorum proprietas, vt quantò melius successerit ei quem odiunt, tantò amplius crucientur, & aliquid, si possint vel audeant, apponant. Sic sacerdotes, scribæ ac pharisæi qui contra Christum implacabile odium conceperant, tantò vehementius affligebantur, indignabantur & murmurabant ac detrahebant, quantò Christus pluribus miraculis refulgebat, sublimiusque extollebatur à vulgo. Vnde apud Ioannem dixisse leguntur, Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, sed turba hæc quæ ignorat legem maledicti sunt. [*Et dixerunt ei, Audis quid isti*] pueri [*Dicunt?*] te collaudando, id est si esses tam iustus & humilis vt simulas & affirmas dicendo, Ego non quæro gloriam meam, & claritatem ab hominibus non accipio, non deberes hûc applausum sustinere, sed prohibere, Quia miracula Christi nulla ex parte poterant calumniari, arguunt eum superbiæ vanæque gloriæ. [*Iesus autem dixit eis, Vtique*] audio & prohibere non debeo, quod probat authoritate scripturæ. [*Nunquid legistis*] quasi dicat, imò legistis sed intellexistis, vel non attendistis. legistis in Psalmo. [*Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem*] Per infantes atque lactantes designantur illiterati ac innocentes. Non enim putandum est, quod pueri isti adeo paruæ ætatis extiterint, vt adhuc vbera sugerent, & verba proferre non possent. Et erant adolescentes, ita vt cum Hieremia dicere posscut. A, a, a, domine deus nescio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

scio loquí, quia puer ego sum. Nescio (inquit loqui) prudenter & erudite in lege, videlicet per natu- E
ram. Ex ore ergo istorum perfecit, id est perfectè expræsit deus laudem de Christo. Non enim ipsi
erant qui loquebantur, sed spiritus patris eorum. [*Et relictis illis*] inuidiosis ac perfidis, qui inde deterio
res fiebant, vnde emendari & conuerti debebãt, [*Abiit foras extra ciuitatem*] Hierusalem [*In Bethaniam*]
viculum Lazari, Marthæ & Mariæ, [*Ibique mansit*] nocte illa cum suis discipulis in domo Marthæ. &
probabile est, quod nullus in Hierusalem audebat recipere eum hospitio, propter metum pontifi-
cum, & conspirationem scribarum. Bethania autem interpretatur domus obedientiæ. Per hoc ergo
quod Christus illos corporaliter dereliquit, Bethaniamque ingressus est, & ibi quieuit, figurabatur
Matth.10. quod Iudæa propter incredulitatem deserta, ad gentes euangelio obedientes Christus transiret [*Mane
autem*] diei immediatè sequentis [*Reuertens*] cum discipulis [*In ciuitatem*] Hierusalem [*Esuriit*] non neces
sitate, sed volũtate. Et mirum quod Christus tam mane passus est famem, qui de sero in Bethania, cœ
nasse creditur. non enim in Hierusalem manducasse videtur. Dicũt igitur expositores, quòd ista Chri
sti esuries non erat naturalis, sed dispensatiue assumpta, ad designandum spiritualem esuriem Christi,
qua Iudæorum ac Gentium desiderauit salutem. [*Et videns ficí arborem*] puta ficulneam, [*Secus viam, ve
nit ad eam*] si forte aliquid inueniret in ea, vt dicitur in Euangelio Marci. [*Et nihil inuenit in ea nisi folia
tantum: & ait illi, Numquam nascatur ex te fructus,*] videlicet ficus [*In sempiternum. Et arescta est continuo fi
culnea.*] Quæritur, cur Christus qui vtique sciuit fructum non esse in arbore illa, præsertim quia non e
rat tempus ficorum, vt habetur in Marco, quæsiuit fructum in ea, & fructuosæ maledixit, quę in cul- F
pa non fuit? Et respondendum, quòd Christus famem anticipatiue assumpsit, & ad ficulneam pro fru
Marci.11. ctu perrexit, propter mysticam rationem. Quemadmodum enim prophetæ interdum verbis, interdũ
factis prophetauerunt: sic Christus quandoque sermonibus, quandoque operibus aliquid præsigna
uit, Accessit ergo ficulneam quęrens in ea fructum, ad insinuandum quod venit ad populum Iudæo
rum, quærens in eis fructum iustitiæ. Arbori quoque habenti non fructum, sed folia, maledixit, ad in
tuendum, quod sacerdotes, scribæ, pharisęi, & cęteri simulatores ac callidi non veritatem, sed appareñ
tiam sanctitatis habentes, induti vestibus ouium, intus verò pleni hypocrisi, essent diuinitus maledi-
cendi. Hieronymus aliam affert rationem dicens, Quod ideo maledixit ficulneæ & arefactam manifè
stauit discipulis, vt suam eis demonstraret potẽtiam, quatenus iu sua passione Christi fortiores essent,
scientes, quod sic poterat aduersarios suos deiicere & siccare. quemadmodum arefecit ficulneam. [*Et
videntes discipuli*] ficulneam arefactam [*Mirati sunt, dicentes, Quomodo aruit continuo*] à radicibus quasi di-
cant. Hoc mirabiliter factum est, secundum q̃ in Marco legitur, Cõsideratio, admiratio. & collocutio
discipulorum de arefactione ficulneæ non erant statim quando Christus prædicta protulit verba, sed
Matth.7, mane diei sequentis, & ita hoc loco seruatur ordo historiæ. [*Respondens autem Iesus ait eis, Si habueritis fi
Hierony. dem*] certissimam, [*Et non hæsitaueritis*] aliquo modo dubitando, [*Non solum de ficulnea facietis*] quod ego,
vt ad verba vestra maledictoria arefiat, [*sed si monti huic dixeritis, tolle, & iacta te in mare, fiet.*] Intellectus
seu expositio horum verborum patet ex eo quod supra dictum est, Amen dico vobis, si habueritis fi G
dem sicut granum synapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.
Hieronymus tamen addit hoc loco, dicens se credere, quod Apostoli ad literam transtulerunt, & in
mare proiecerunt montes, orando seu imperando, quamuis scriptum non sit. Nã ideo (vt ait) scriptũ
non est, ne daretur infidelibus contradicendi & discredendi maior occasio, præsertim cum nec minora
Marci.11. signa credant ab apostolis facta, quæ in scripturis authẽticis fuisse legunt. [*Et omnia quæcunque petieritis
in oratione credentes, accipietis*] id est cum fide idonea seruatis conditionibus ad exaudientiam requisitis
videlicet vt oret pro se, & perseuerãter atque salubriter, vtpote in nomine Saluatoris. Hoc & Iacobus
monet, Postulet (inquiens) àdeo, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hęsitans: qui autem hęsitat,
similis est fluctui maris, qui à vento circunfertur. Nõ ergo existimet homo ille, quòd aliquid accipiet
à deo. Debemus ergo orare in fide cum spe, vt certi simus de veritate eorum, quæ cadunt sub fide, &
nõ dubitem⁹ de misericordia dei, ita quod certitudo spei sit ex parte obiecti, videlicet dei, ex quò nũ
quam exauditionis defectus, cum rationaliter petitur, non ex parte subiecti, seu meritorium speran-
Matth.17. tis, qui ob culpam suam spe non exauditur. [*Et cum venissent in templum*] die sequenti post ramos palma
Hierony. rum [*Accesserunt ad eum docentem*] populum publicè in templo [*Principes sacerdotum & seniores populi,*]
qui tempore concilij per nomina vocabantur, [*Dicentes, In qua potestate hæc facis?*] Hæc scilicet, quæ te
vidimus facere heri & hodie, eiiciendo vidẽtes de templo, infirmos sanando, & publicè prędicando
Hoc est, qua authoritate, & cuius ope hęc facis? quasi dicant, Cum non sis sacerdos, nec legis doctor H
quibus solis conuenit docere in tẽplo: nec ab imperatore vel senatu licentiam habeas prędicandi, & i-
sta agendi, videtur opus tuum vsurpatorium esse, & ex præsumptione prodire. [*Et quis dedit tibi hanc
potestatem?*] tanquam dicant, Cum non habeas eam à principibus sacerdotum nec à Romano imperio,
videtur quod virtute & instigatione diaboli facias ista. Simile est, quod aliqui dicunt. In principe dæ
Iacobi.1. moniorum eiicit dæmonia. In quo patet intolerabilis cęcitas Iudæorum, quasi non esset potestas po-
testate humana ac diabolica altior virtus diuina, cuius commisione & adiutorio Christus operari po
tuerit. Denique sancti prophetæ nonne authoritate diuina docuerunt? Sed & miracula Christi ostẽ
derũt quod diuina potestate operabatur, quemadmodum Nicodemus professus est, Scimus (inquiẽs)
quia à deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.
¶ Cõsequenter ponitur artificialis & iusta euasio Christi. qui poterat istis rationabiliter & doctrina
liter respondere, sed digni non erant. [*Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quẽ
Psal.102. si dixeritis mihi*] respondiue [*Et ego vobis dicam in qua potestate hæc facio, Baptismus Ioannis*] actiuus videlicet
lotio qua ipse alios abluit in Iordane, [*De cælo erat*] id est ex commissione & authoritate dei habitant

A tis in cælo iuxta illud in pſalmo, Dominus in cælo parauit ſedem ſuam. Et illud Eſaiæ, Cælum mihi ſedes eſt. [*An ex hominibus?*] id eſt ab inuentione & confictione humana. [*At illi cogitabant intra ſe dicentes, ſi dixerimus, de cælo*] eſſe baptiſmum Ioannis [*Dicet nobis*] per increpationem & redargutionem, [*Quare ergo non credidiſtis illi*] Ioanni de me teſtimonium perhibenti dicendo, Venit fortior me, cuius non ſum dignus calciamenta ſoluere. Et iterum, Qui de cælo venit ſuper omnes eſt. [*Si autem dixerimus ex hominibus*] eſſe Ioannis baptiſmum, [*Timemus*] id eſt timere debemus [*Turbam*] à Ioanne baptizatam, ne interficiat nos tanquam blaſphemos. Vnde in Euangelio Lucæ dicũt, Si dixerimus, ex hominibus, vniuerſa plebs lapidabit nos. In quo patet eorũ peruerſitas, quoniã homines timuerunt magis quam deum, cũ tamẽ dicat ſcriptura, Qui timet hominem cito corruet. [*Omnes enim*] præſertim vulgares [*Habebant*]. i. reputabãt [*Ioannem ſicut prophetam.*] dictio, ſicut, notat hic veritatẽ, non ſimilitudinem ſolã. Nouerãt enim Ioannẽ verè eſſe prophetam ex eius ſupernaturali cõceptione, patris ſui prophetatione, & cæteris quę in eius natiuitate contigerant, item ex ſanctitate & rigore ſuæ cõuerſationis, efficacia prædicationis, & quia de Chriſto verbis & factis apertiſsimè prænunciauit. [*Et reſpondentes*] Ieſu [*Dixerunt Neſcimus*] vnde erat baptiſmus Ioannis. In hoc mentiebãtur. nam in Euangelio Lucæ dicũt, Certi ſunt ſcilicet turba, Ioãnẽ prophetã eſſe. Si ergo nouerãt turbam de hoc certã eſſe, etiam ipſi certi fuerũt de
B hoc. Falſum nanq; noſcitur, ſecundũ Philoſophũ. Si itaq; agnouerunt Ioannẽ eſſe prophetã, nõ ignorabãt baptiſmũ eius eſſe à deo. Inuidia tamẽ excæcauit eos intantũ, vt dicerent de Ioanne, Dæmoniũ habet, [*Ait illis & ipſe*] Ieſus, [*Nec ego vobis dico in qua poteſtate hæc facio.*] ne agam cõtra doctrinã, quia dixi, Nolite ſãctũ dare canibus. Ex prædicta Chriſti reſponſione elicitur, q̃ ſæpe liceat vti cautela cõtra inſidiatores, vt clauus clauo repercutiatur & executiatur, quẽadmodũ Paulus inter phariſæos & Sadducæos in malo concordes, diſcordiam ſuſcitauit: ſic dominus in libro Iudicũ iuſsit poni inſidias. Matth. 21.
Cõſequẽter oſtẽdit Chriſtus prauitatẽ Iudæorũ per propoſitionẽ parabolæ, [*Quid autẽ vobis videtur?*] reſpõdẽdũ ad parabolã quam proponam? [*Homo quidam habebat duos filios & accedens ad primum dixit &c.*] Iuxta literam parabola iſta difficultatem non habet, ſed exponenda eſt ſecũdum id quod per eã deſignatur. Itaque, homo quidã. i. deus pater omnipotens, qui dicitur homo, nõ per eſſentiam, ſed proprietatem, quia humanus, benignus, mitis, ſuauis, habebat duos filios. i. populum gẽtilem atque Iudaicum, [*Et accedens*] per naturalis legis dationem, ſeu internum inſtinctum, vel per informationem ab angelis & hominibus ſanctis videlicet Noe & Sem, & c. exhibitam, [*Ad primam*] id eſt populum gentilem, qui fuit à tẽpore Noe, [*Dixit ei,*] per inſtinctum diuinum, reuelationẽ, angelicam ſeu informationem humanã, [*Fili,*] ratione creationis & prouiſionis, quem feci ad imaginem & ſimilitudinem meam, [*Vade hodie*] id eſt tempore peregrinationis iſtius, [*Operare,*] ſeruando præcepta moralia, quæ ſunt de naturalis dictamine rationis. [*In vinea mea*]. i. inter bonos vel infra eccleſiam, ſeu gyrum iuſtitiæ. Iudic. 2.
[*Ille autem reſpondens, ait*] contumaciter [*Nolo.*] quia gentiles ad idololatriam declinauerũt. [*Poſtea autem*
C *pœnitentia motus*] de inobedientia ſua, videlicet in prædicatione Chriſti inchoatiuè & apoſtolorum cõpletiuè, [*Abiit*] operare in vinea dei, iuſte viuendo, vnum deum colendo. [*Accedens autem ad alterum* id eſt populum Iudęorum, qui à tempore Abrahæ cœpit, & per circunciſionem à gẽtilibus diſtinguebatur [*Dixit ſimiliter*] ſcilicet fili vade operare in vinea mea. Ad hunc enim populũ acceſsit ſicut ad primum, maximè quando contulit eis legem per Moyſen. [*Et ille reſpondens*] deo [*Ait, Ego domine*]. i. vado quo iubes, agẽdo quod præcipis. Hoc dixerũt Iudęi in Exodo, loquẽtes ad Moyſen, Omnia quę præcepit nobis dominus, faciemus, & erimus obedientes [*Et non iuit*] quia poſt pauca vitulũ aureũ adorauerũt, & infinita flagitia cõmiſerunt. Huic parabolę cõſonat quod dominus ait in pſalmo de gẽtilibus Geneſi. 2.
& Iudæis, Populus quẽ nõ cognoui ſeruiuit mihi, filij alieni mẽtiti ſunt mihi. Porrò quod dicitur hic de his duobus populis nõ refertur ad eoſdẽ numero, ſed ſpecie. Poteſt quoq; per primũ filiũ intelligi peccator pœnitẽs, per ſecũdũ iuſtus apoſtatans. [*Quis ex duobus*] filiis iſtis [*Fecit voluntatem*]. i. exequutus eſt præceptũ [*Patris?*] æterni [*Dicunt ei, primus.*] Nam ille pœnitentia ductus iuit, & fecit quod iuſſerat deus, per quod prioris inobedientiæ veniam meruit: alius verò non eũdo fregit promiſſum, & præuium perdidit meritum. [*Dicit illis Ieſus,*] applicando parabolam ad propoſitum [*Amen dico vobis, quia* Pſal. 18.
publicani meretrices] id eſt peſsimi gentilium [*Precedent vos in regno dei*] id eſt maioris meriti erũt in eccle
D ſia militante, amplioriſque gloriæ in triumphante quam vos: deſignantur enim per filium pœtentẽ vos autem per filium apoſtatantem. Nam verba pulchra habetis, ſed facta non conſonant. Ideo ſubditur, [*Venit enim ad vos Ioannes Baptiſta in via*] id eſt operatione [*Iuſtitiæ*] iuſte viuendo, recte docendo, Chriſtum annunciando, peccatores baptizando, [*Et non credidiſtis ei,*] ſed dixiſtis, Dæmonium habet, [*Publicani autem & meretrices crediderunt ei,*] ad eius exhortationem peccata ſua confitendo, vitam corrigendo, & de Chriſti aduentu credendo. [*Vos autem videntes,*] fidem & emendationem iſtorum, vel videntes miracula mea, quibus patet vera eſſe quę ille perhibebat de me, [*Nec pœnitentiam habuiſtis poſt* Matth. 3.
ea] de perfidia veſtra & actibus peſsimis, ita [*Vt crederetis ei,*] vel viuẽti vel occiſo, quia poſt mortẽ eius erat verbis ipſius vehementer credendum tanquam martyris ſancti propter iuſtitiã interfecti, in quo manifeſtatur obſtinatio veſtra.

¶ [*Aliam parabolam audite.*] Sacerdotes & ſcribæ nitebantur ſua ſubtilitate cõcludere Chriſtum capiẽdo eum verbis propriæ reſponſionis. Sed non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia, nõ eſt conſilium contra dominum. Propterea Chriſtus eos propria eorũ reſponſione cõuicit, damnabileſque oſtendit, proponens ſequentẽ parabolam. [*Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam.*] Per hũc hominem deſignatur Prouer. 21.
pater propter cauſas prehabitas: & licet per vineam intelligi poſsit vniuerſalis eccleſia, tamẽ hoc loco per eam exprimitur ſynagoga, de qua per Hieremiã loquitur dominus, Paſtores multi (inquiens) demoliti ſunt vineã meã. Et in Eſaia, Vinea (inquit) domini exercituũ domus Iſraël iſte, & vir Iuda ger

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

men delectabile eius, Hanc deus plantauit corporaliter, collocãdo Iudæos in terra promissionis, & spi E
ritualiter constituendo eos in fide & gratia: propter quod ait Psalmista, Vineam de Aegypto transtu-
listi, eiecisti gentes, & plantasti eam. [*Et spem circundedit ei*] id est angelorum auxilio atque custodia pa-
triarcharum, & prophetarum minutione ac meritis, traditione quoque mãdatorũ ac legis eã muniuit.
Hieron. Vel per spem ad literam intelligitur fortitudo murorum ciuitatis in Iudæa metropolis. [*Et fodit in ea*
Michæ.4. *torcular*] id est altare quod nominatur torcular, quia in eo effundebatur sanguis victimarum, sicut in
torculari exprimitur liquor vuarum. [*Et ædificauit turrim*]. i. templum sublime, de quo exponit Hiero
nymus illud Michęę prophetę, Et tu turris gregis nebulosa, ad te veniet potestas prima, videlicet Chri
stus, virtus & sapientia patris portans omnia verbo virtutis suæ. [*Et locauit,*] id est sub pacto retributio
nis regendam atque colendam commisit [*Eam agricolis*] id est pręlatis & ductoribus, quorũ aliqui boni
fuerunt, vt Moyses & Aaron: & aliqui mali de quibus subditur. Vnde Esaias insinuans se esse agrico
lam synagogę ait ad eam, Tritura mea & filia areæ meæ, quæ audiui à domino, indicaui tibi. [*Et pere-*
gre profectus est] id est se quasi absentem exhibuit, dimittendo hominem propriæ voluntati, & eius pœ-
nitentiam præstolando ac iudicium differendo. Porrò parabola ista pene sub eisdem verbis habetur in
in Esaia, in quo legitur, Vinea facta est dilecto, & sepiuit eam & turrim ædificauit in medio eius, &
torcular extruxit in ea. [*Cum autem tempus fructuum appropinquasset*] id est post legis lationem, cum syna
goga debuisset opera bona producere, secundũ legis prȩcepta, [*Misit seruos suos*] sanctos prophetas prio F
res [*Ad agricolas*] id est sacerdotes, scribas & principes synagogæ [*Vt acciperent fructus eius*] id est popu-
lum synagogæ ad deum reducerent, & opera virtuosa in eis inuenirent. [*Et agricolæ apprehensis seruis e-*
ius, alium ceciderunt,] id est percusserunt, vt Hieremiam, [*Alium occiderunt,*] Esaiam [*Alium lapidauerunt*]
vt Zachariam, Ioiade filium. [*Iterum misit alios seruos plures prioribus,*] videlicet posteriores ,pphetas ac iu
stos ad agricolas, propter eandem causam, [*Et fecerunt agricolæ illis similiter,*] sicut prioribus. Sacerdotes
nanque reges & populus Iudæorum diuersa tormenta intulerunt sanctis vatibus ad se missis: propter
quod Stephanus ait Iudæis, Quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri? Et Apostolus ad
Hebræos, Alii, (inquit) ludibria & verba experti, insuper vincula & carceres, lapidati sunt, secti sũt
tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. [*Nouissime autem,*] quando videlicet venit temporis pleni
tudo, & in vltima mundi ætate. cum multo tempore nullus apparuisset propheta. [*Misit ad eos filium*
suum] per increationem & prædicationem ipsius, quando verbum caro factum est, & habitauit in no
Ioanni.11. bis. Missio autem filii intelligi potest, vel ipsa incarnatio verbi, quæ missio non fuit localis legatio, sed
humanę naturæ assumptio, vel verbi iam incarnati corporalis atque localis destinatio, qua Christus Iu
deos visibiliter accessit & docuit. [*Dicens*] ipse pater, non assertiue, sed indicatiue, videlicet insinuando
quid agricolę merito facerẽt, & quod verisimile erat eos esse facturos [*Verebuntur*] id est timebũt & ho
norabunt [*Filium meum*] vnigenitum & dilectum, mihi consubstantialem, coęternum, & coæqualem.
Sed ita non fecerunt, vt subditur. G
¶Ex hoc loco Hieronymus & Augustinus improbant hæresim Arrii atque Eunomii, dicentium, filiũ
patre minorem & puram creaturam, eo quod dicat se ignorare diem iudicii. Ecce, hoc loco, pater ait,
verebuntur filium meum. Et in Luca ait, Verebuntur forsitan filium meum. Nunquid & pater hoc di
cit dubitando vel ignorando? Quod ergo illi pro patre responderunt, nos pro filio respondebimus.
[*Agricolæ autem*] id est principes sacerdotum & cæteri sacerdotes ac scribæ [*Videntes filium*] dei patris tã
ta miracula operantem, tamque efficacissime pradicantem, & cętera quę de Christo prænuntiata fue-
runt, in se implentem [*Dixerunt intra se*]. i. cogitauerunt, sed inferioribus nõ manifestauerũt, [*Hic est hæ*
res]. i. Messias rex Israël, dominus synagogę, terręque nostrę, ex quo videntur Christum cognouisse.
quod qualiter, verum sit, statim discutietur. [*Venite occidamus eum:*] Collegerũt nanq; pontifices & Pha
risęi consiliũ, dicentes, Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Et ab illo die cogitauerunt in
Matth.29. terficere eũ. Vnde Christus testatur, Super me cogitauerunt consilia, dicentes, Venite mittamus lignũ
in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Et in Psal. Aduersum me susurrabant omnes ini-
mici mei [*Et habebimus hæreditatem eius*]. i. terrã & populum Israël possidebimus, sicut huc vsque possi-
debamus. Ad hoc enim moti sunt principes Iudęorum occidere Christum, ne possessionem terræ &
dominium populi perderent. Vnde in Euangelio Ioannis dicunt, Si dimittimus eum sic omnes credẽt
in eum, & venient Romani & tollent locum nostrum & gẽtem. Denique delectabat eos principatus
terrenus secundum August. quem viderunt sibi per Christum auferri, qui paupertatem & humilitatẽ H
edocuit, & populũ ad se conuertit. Sed errauerunt, ideo nanq; perdiderũt locũ & gentẽ, quoniã Chri-
stum interfecerunt, quia in vltionem sanguinis Christi destruxerunt Romani Iudæorum vrbes ac po
pulum: iuxta illud Daniel. Post hebdomadas septuaginta duas occidetur Christus, & non erit eius po
pulus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium disipabit populus cum duce vẽturo. [*Et ap*
prehensum eum,] videlicet filium dei, [*Eiecerunt*] agricolę [*Extra vineam*] id est extra vrbem Hierusalem
Iudææ metropolim, in qua erat templum, [*Et occiderunt eum,*] crucifigentes ipsum in loco Caluariæ.
Vnde ad Hebræos dicit Apost. Iesus vt sanctificaret populum, extra portam passus est. [*Cum ergo venie-*
rit dominus vineæ] id est cum deus cœperit iudicare & iudicando ac præmiãdo visitare synagogam, vel
in morte singulorum, vel quando adduxit exercitum Romanorum contra Iudæam, [*Qui faciet agrico-*
lis illis?] id est quam pœnam inferet pro culpis tam magnis? [*Aiunt illi, Malos*] agricolas [*Male perdet*] id
est dure corripiet & occidet. Perdet enim eos male, loquendo de malo pœnę non culpæ, cũ tradiderit
eos in manus Titi & Romanorum. [*Et vineam suam,*] videlicet electos Iudæos & primitiuam eccle-
siam. [*Locabit aliis,*] id est agricolis bonis, [*Qui reddent ei fructum temporibus suis.*] Hoc fecit
deus, quando reprobatis Iudęorum prelatis commisit ecclesiam apostolis. eorumque successoribus

A & adiutoribus, qui obtulerunt deo fructum, id est, multos ad finem conuersos. Sicut Apostolus ait quibusdam, Opus meum vos estis in domino. Et, In Christo per Euangelium ego vos genui. ¶ Sed prædictæ responsioni Iudæorum videtur contrarium, quod in Euangelio Lucæ legitur dixisse, Absit, videlicet vt malos male perdat, vt vineam aliis locet. Et respondendum, quod præinductam responsionem. s. malos male perdet, Lucas & Marcus describunt, quasi à Christo prolatam: Matthæus vero dicit eam ab aliis datã. Nectamen est dissonantia in Euangelio veritatis, quia (vt Lucas enarrat) Christus dixit parabolam istam ad plebem, quamuis sacerdotes concerneret, qui etiam erant præsentes ac audientes. In plebe vero multi erant qui Christo fauebant & crediderant, & isti primo dixerunt, Malos male perdet, vt refert Matthæus, quorum responsionem Christus approbando repetiit: quo audito sacerdotes attendentes ad se pertinere parabolam, conscientia remordente, dixerunt, Absit, vt recitat Lucas. Consequenter probat Saluator quod parabolice dixit, allegando scripturam lib. psal. [*Nunquã legistis in scripturis?*] tanquam dicat, imò sepius in Psalmo legistis, [*Lapidem*] id est, Christum, de quo Daniel dicit, Lapis qui abscisus est de monte sine manibus, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam superficiem terræ. Petra nanque est Christus secundum Apostolum. [*Quem reprobauerunt ædificantes*] id est, prædicti agricolæ, sacerdotes & prælati synagogæ, quorum fuit populum in fide & moribus ædificare. Sed sicut solo nomine erant agricolæ, & reuera dissipatores: sic solo nomine erant ædificatores, & re ipsa destructores. [*Hic*] Christus [*Factus est in caput anguli*] id est, principium seu lapis angularis, in quo coniuncti sunt duo populi gentiles & Iudæi, ad constituendum vnam ecclesiam: sicut in saxo angulari vniuntur duo parietes ad constituendam domum. Vnde in Esaia habetur, Hæc dicit dominus, Ecce ego mittam in fundamentis. Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, precio sum in fundamento fundatum: & qui crediderit in eum non confundetur, vel, non sustinet, secundum aliam ttanslationem. [*A domino factum est illud*] id est, diuina virtute & gratia est vnio ista duorum populorum in Christo, & Christi ignominiose occisi tanta sublimatio, propter quod ait Apostolus, In quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. [*Et est mirabile in oculis nostris*] interioribus. Quid enim ita mirabile, sicut conuersio totius mundi ad hominem crucifixum, qui paulo ante dicere potuit, Ego autẽ sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis? Multi exponunt hanc authoritatem ad literam de quodam lapide magno, quem ædificantes templum Salomonis sæpe reiecerunt tanquam inutilem, nõ inueniẽtes vbi congrue poneretur in ędificio. Et tandẽ inuentus est locus conueniens in angulo duorum parietum, vt illic poneretur. Sed istud non videtur cõueniens, quia probatio per scripturam non tenet nisi à sensu literali, secundum August. Christus autem per scripturam prædictam probat suum intentum, videlicet se à Iudæorum principibus reprobãdum, quod plenius patet in Euãg. Lucæ, vbi cum Iudæi dixissent, Absit, scilicet vt malos male perdat, Christus obiecit & ait, Quid est ergo quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, & c? tanquam dicat, hoc aliter non valet impleri nisi in me. Denique nulla scriptura canonica recitat de lapide tali in templo Salomonis, Sed & Petrus in Actis Apostolorum loquens de Christo, Hic est (inquit) lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus. De quo & Paulus, Ipso (ait) summo angulari lapide Christo Iesu. [*Ideo dico vobis quod auferetur a vobis,*] exigente & operante diuina iustitia [*Regnum dei*] id est, regnum ecclesiæ militantis, regnum quoque cœleste vel sacra scriptura, secundum Hieronymum. [*Et dabitur genti,*] per Apostolorum prædicationem credenti. [*Facienti fructus eius*] id est, opera virtuosa, per quæ ad regnum dei pertingitur. Et quæ in scriptura præcipiuntur, de quibus ad Galat. scribit Apostolus, Fructus autem (inquiens) spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, & c. [*Et qui ceciderit super lapidem istum,*] id est, fidelis impie agens, [*Confringetur*] id, est spiritualiter destruetur siue lædetur, non penitus conteretur: [*Super quem vero ceciderit*] lapis iste id est, infidelis, cui Christus irruerit per districtionem iudicij, [*Conteret eum*] id est, penitus condemnabit, atque ab omni bono spirituali comminuet. ¶ Tanguntur hic duo peccantium genera, vtpote Christianorum & infidelium. Fideles autem quamuis iniqui, tamen in Christo fundantur per fidem dum peccant, dicuntur cadere super Christum, quem offendunt: sed non penitus conteruntur, quoniam sæpe per misericordiam dei reformantur, fortioresque surgunt, & in peccantibus manet fides, quamuis informis. Infidelesvero qui in Christo nequaquã fundantur dum peccant, incidũt in manus dei viuẽtis: sicque lapis iste seu Christus irruit super eos, & conterit eos, quemadmodũ in Iudæis videmus impletũ. Vnde in Hieremia scribitur, Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine. [*Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius*] iam commemoratas [*Cognouerunt quod de ipsis diceret*] quæ in parabolis denotauit, videlicet quod ipsi essent mali agricolæ, impij ædificatores, & quod viso eo, dixissent, Hic est hæres, [*Et quærentes cum tenere*] id est, ad interficiendum comprehendere tanquam mendacem, vel quia tam dire corripuit eos, [*Timuerunt turbas*] ne ab eis resistentiam paterentur, [*Quoniam sicut prophetam eum habebant*] id est, turbæ reputauerunt Iesum esse prophetam. Ecce quomodo sacerdotes, scribæ & pharisæi inde deteriores & obstinatiores effecti sunt scilicet de iusta Christi increpatione, vnde emendari debebant. Tales sunt qui suam accusationẽ & redargutionem non dedignantur aduertere, de quibus ad Timotheum dicit Apostolus, A veritate quidem auditum auertent. Et Amos propheta, Odio habuerunt corripientẽ. Horũ nequissimus morbus vocatur, noli me tangere. ¶ Circa hunc locũ opportune quærendum est, an Iudæi cognouerunt Iesum esse regem Messiam seu verum Christum in lege promissum? Hæc autem quæstio supra mota, atque soluta est: Sed nunc diligentius videtur tractanda, & apparet primo quòd sic, imò authoritate irrefragabili Saluatoris, qui in isto capitulo perhibet agricolas ipsoviso dixisse, Hic est hęres. Quo circa ait Hieronymus, manifestè probat dominus his verbis Iudæorum principes non per ignorantiam,

B

C

D

1. Corin. 9. Lucæ. 20.

1. Cori. 10.

Ephe. 2.

Esaiæ. 18.

Ephe. 2.

Lucæ. 20.

Actu. 4. Ephes. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſed per inuidiam dei filium crucifixiſſe. Ambroſius quoque teſtatur, quòd cognouerunt Ieſum eſſe E
Chriſtum in lege promiſſum, non tamen quòd eſſet verus deus. Quam reſpõſionẽ ſequitur Thomas,
Idem dicit gloſſa hoc loco. Chryſoſtomus etiam dicit, quòd ex omnibus operibus eius cognouerunt
eum eſſe filium dei. Et iterum, Sacerdotes (inquit) omnibus malis repleti, qui iam in deo ſperare non
1.Corin.2. poterant, in ipſum dominum manus mittebant, non ignorantes eum eſſe filium dei, ſed ſibiipſis non
Actu.3. parcentes. In oppoſitum eſt quod ait Apoſtolus, Si cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ cruci-
fixiſſent. Et Petrus, Et nunc fratres ſcio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Chri-
ſtus quoque in cruce, Pater (inquit) ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Reſpondens quidã, quòd
Iudæi in lege & prophetę eruditi, videlicet ſacerdotes, ſcibæ & phariſæi, nouerunt Ieſum eſſe pro-
phetam, & Chriſtum in lege promiſſum, & diuinitus miſſum, non tamen quòd eſſet deus, viderunt
enim in Chriſto impleri omnia quæ ſcriptura prædixit de ſignis, loco, tempore atque operibus ſui
aduentus. Signum enim aduentus Chriſti fuit, impletio hebdomadarum de quibus Daniel prophetа-
uit. Tranſlatio quoque regni, natiuitas in Bethleem, multáque alia. Vulgares uerò ignorantes ſcri-
pturam, Chriſtum non cognouerunt, nec quantum ad eius humanitatem, nec quantum ad eius diui-
nitatem. Hæc reſponſio concordat Ambroſio, quam ſequitur Lyra, præter hoc quod reſponſio hæc
ait, eruditos in lege non cognouiſſe Chriſtum, quoad eius diuinitatem. Aſſerit igitur Lyra, quod ma-
iores Iudæorum cognouerunt Chriſtum quantum ad vtranque eius naturam, quia ſicut ſcripturæ aſ- F
ſignant ſigna & modum aduentus Chriſti quantum ad eius humanitatem: ſic de eius diuinitate ma-
nifeſte loquuntur, vt cum dicitur per Hieremiam, Suſcitabo Dauid germen iuſtum. Et poſt pauca,
Hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus, iuſtus noſter. Loco cuius in Hebræo habetur nomen
domini tetragrammaton, quod non conuenit, niſi vero deo. Et Eſaias, Paruulus (inquit) natus eſt no-
bis, & vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis.
Sed iſta reſponſio in aliquibus deficit. Primò, quia vulgares ſaltem in die palmarum nouerunt, & cõ-
feſsi ſunt Ieſum eſſe ſaluatorẽ mundi, regem Iſraël, ſeu Chriſtum in lege promiſſum, dicentes, Oſan-
na filiõ Dauid, Benedictus qui venit rex in nomine domini, Oſanna in altiſsimis. Denique in Euan-
gelio Ioannis vbertim habetur, quòd quidam de turba crediderunt in eum. Similiter in eodem le-
guntur Samaritani dixiſſe mulieri, quæ venit ad puteum, Iam non propter tuam loquelam credimus,
ipſi enim ſcimus quia hic eſt vere Saluator mundi. Denique Lyra ſæpe affirmat, quòd Iudæi carnali-
ter intellexerunt ſcripturas de Chriſto, idcirco putabant eum in primo ſuo aduentu temporaliter re-
gnaturum & regnum Iudæorum promoturum. Si hoc ita eſt, nequaquam credebant Ieſum eſſe Chri
ſtum, cum cernerent eum temporalia cuncta deſpicere, paupertatem docere, & in omnibus cæleſte
regnum prædicare. Iterum quamuis vulgares non nouerant Ieſum eſſe Chriſtum ex ſcripturis, tamen
ex verbis & actibus eius idipſum cognoſcere poterant. Dicendum ergo, quòd Iudæi eruditi & mul
ti ſimplices nouerant Ieſum eſſe Chriſtum aliquantulo tempore notitia coniecturali atque probabi- G
li, non euidenti ac ſtabili, ſic enim & dæmones agnouerunt eum.

¶Poſtea prædicante Chriſto contra vitia ſacerdotum ſcribarum ac phariſæorum, ſtimulati ſunt con-
tra eum inuidia, excæcauitq; eos malitia eorum, qui excæcati ſubuerterunt fidem ſimplicium præſer-
tim in paſsione. Dum ergo crucifixerunt Ieſum, non cognouerunt quod eſſet Chriſtus, nec ſciebant
quid faciebant. Quamuis autem ſcripturæ prophetarum de Chriſti diuinitate aperte loquebantur, ta-
men ſcripturæ huiuſmodi ſatis diuerſimode ſolent exponi. Ideo non apparet probabile, quod noue-
rint Ieſum eſſe verum deum, imò vſque in hodiernum diem non credunt Meſsiam ſuum futurum eſ
ſe vel fore deum, ſed hominem purum.

Cap. XXII. [*Simile factum eſt regnum cælorum homini regi.*]

Articulus. XXXVI.

NOn ceſſat, Chriſtus ſummus doctor eccleſiæ, eius myſteria pandere, ſacramen-
ta referare ſtatum exprimere, vnde non veritus ſacerdotũ & phariſæorum eum
comprehendere volentium indignationem, rurſus per parabolicum ſermonem
oſtendit negligentiam, ingratitudinem, & reprobationem ſeu condemnationẽ
Iudæorum, vocationem quoque, ſaluationemque gentium. [*Et reſpondens Ieſus*] H
vel cogitationi vel ſermonibus Iudæorum, [*Dixit*] iterum [*In parabolis dicens, Si-
mile factum eſt*] diuinitus [*regnum cælorum*] id eſt, ſtatus, negotium, ſeu proceſſus
eccleſiæ militantis [*Homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo*] Per hominem regem ſi-
gnificatur deus pater, qui fecit nuptias ſuo vnigenito, quando in vtero ſacroſanctiſsimæ atque digniſ
ſimæ virginis, tanquam in thalamo copulauit ei naturam humanam. Deinde deſponſauit ei eccleſiã
cum cœpit in mundo inter homines cõuerſari, eosque conuertere, & ex ipſis eccleſiam fabricare. V-
nio autem verbi cum natura humana, vocantur nuptiæ perſonales. Vnio verbi cum eccleſia nuptiæ ſa
cramentales ſunt, & tertiæ nuptiæ ſpirituales ac quotidianæ, videlicet coniunctio Chriſti cum anima
Pſalm.18. deuota & continente. De primis nuptiis ait Pſal. Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Et ſponſus in Canticis, Oſculetur me oſculo oris ſui, quod impletum eſt, quando verbum caro fa-
ctum eſt. De ſecundis nuptiis dicit Apoſto. Erunt duo in carne vna, ſacramentum hoc magnum eſt,
ego dico in Chriſto & in eccleſia. Ex tertiis nuptiis accipi poteſt illud Oſeę. Sponſabò te mihi
in fide. Sic enim ſancta Agnes aſſeruit, Annulo fidei ſuæ ſubarrauit me, [*Et miſit deus*] pater [*ſer-
nos ſuos*] priores prophetas ac patres, videlicet Moyſen, Aaron, Samuelem, [*Vocare inuitatos*] id eſt, po-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apulum Iſraël, quem deus per legem & varia beneficia inuitauit ad credendum in Chriſtum, ad præſto-
landum & appetendum eius aduentum. Vnde in Actibus apoſtolorum loquitur Petrus, Omnes pro-
phetę à Samuel & deinceps nunciauerunt dies iſtos, videlicet tempus incarnationis, paſsionis. & gra-
tiæ Chriſti, [*Ad nuptias*] id eſt, ad credendum futuram Chriſti incarnationem, & ad incorporationem
eccleſiæ. Vnde in Geneſi Iacob teſtatus eſt, Salutare tuum expectabo domine. [*Et nolebant venire*], i.
credere & laudabiliter viuere, ſecundum documenta ſeruorum iſtorũ. Iudæi etenim pene ſemper pro
maxima parte fuerunt rebelles: propter quod Stephanus ait, Dura ceruice & incircunciſi corde & au-
ribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri. [*Iterum*]. i. poſtea [*Miſit*] deus pater [*Alios ſeruos*]. i. poſteriores prophetas, ſiue apoſtolos, alioſque Chriſti diſcipulos [*Dicens, Dicite inuitatis*]
puta Iudæis, quibus primo prædicatio regni exhibita eſt,] *Ecce prandium meum paraui*] id eſt, incarna-
tionis myſterium perfeci, ſacramentum Euchariſtiæ per Chriſtum inſtitui, diuerſa ſacræ ſcriptu ræ a-
limenta propoſui, Sapientia quippe ædificauit ſibi domum, miſcuit vinum, & poſuit menſam. [*Tauri
mei & altilia occiſa*,] Per tauros atque altilia deſignantur ſpiritualia ſercula, vtpote ſolidus cibus per-
fectorum, lacteus potus paruulorum, ſermo ſapientię, quem loquitur Paulus inter perfectos, & ſermo
B ſcientiæ quo non iudicauit ſe aliquid ſcire, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixũ, vel doctrina præ-
ceptorum & conſiliorum. [*Et omnia parata ſunt*] id eſt, cæleſtium gratiarum chariſmata Spiritus ſancti,
dona, & quicquid ad ſalutẽ exigetur, iam per paſsionem, & meritũ Chriſti vobis diſpoſita ſunt, imò
& offeruntur quatenus de plenitudine eius omnes accipiatis, [*Venite ad nuptias Chriſti*] præfatas, adhæ-
rendo ei vt capiti, & per charitatem efficiamini vnus cum eo ſpiritus. [*Illi autem neglexerunt*] venire, aliis
occupati, & beneficia dei prauipendentes, cui contradicit Apoſtolus, Noli negligere gratiam dei. Pau
ciſsimi enim Iudæorum conſenſerunt Apoſtolis, propter quod ait per Eſaiam dominus, Quis cæcus,
niſi ad quos ſeruos meos miſi? Quis ſurdus, niſi ſeruus domini? [*Et abierunt, alius in villam ſuam*] hoc eſt,
in terrenis diuitiis & temporali dominio occupauit ſe. [*Alius vero ad negotiationem ſuam*] id eſt, ad lu-
cra ſectanda, ad temporalia congreganda. Itaque per euntes ad villam ſuam deſignantur ambitioſi, qui
rebus iam adeptis inordinatè inſiſtunt. Per euntes verò ad negotiationem, auari, qui pro temporibus
adipiſcendis inordinatè laborant. [*Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelia affectos, occiderunt*] In
actibus enim leguntur apoſtoli à Iudæis conprehenſi, incarcerati, flagellati, qui etiam ibant à conſpe-
ctu concilij gloriantes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Stephanum ve
rò lapidauerunt, & Iacobum decollauerunt. [*Rex autem cum audiſſet*] vocem ſanguinis occiſorum, au-
ris enim zeli audit omnia, vt dicit. in libr. Sapientiæ. Et Pſalm. Qui plantauit (inquit) aurem, non au-
diet.

¶ Auditio autem dei aliud non eſt, niſi cognitio ſeu conſideratio eius. Loquitur tamen deus affectu &
C modo humano, quaſi recenter corporaliterque audiret, vt cum ait per Eſaiam, Cùm ſueris in conſpe- Eſaiæ. 37.
ctu meo, ſuperbia tua aſcendit in aures meas. Vel dicitur deus audire ab angelis ſanctis ſibi nuntianti-
bus quæ in mundo aguntur, non quaſi ignoranti, ſed vt dominatori ac iudici, à quo petunt effectum Actu. 20.
pietatis ſeu æquitatis. Hinc enim eleemoſynæ Cornelij dicuntur commemoratæ in cõſpectu dei. [*Ira
tus eſt*] non paſsionis affectum habendo, ſed iuſtitiam exercendo, ſeu infligendo vindictam per modũ
iraſcentis. [*Et miſsis exercitibus ſuis*] videlicet turbis Romanorũ venientibus cũ Tito & Veſpaſiano cõ-
tra Iudæam, ex ordinatione diuina, [*Perdidit homicidas illos*] Innumerabiles enim Iudæos perdiderunt
Romani vel occidendo, vel vendendo, vel diſpergendo eos in omnem ventum. [*Et ciuitatem illorũ ſuc-* 4. Reg. 24.
cendit] puta Hieruſalem, quam vna cum templo combuſſerunt Romani. Et licet Romani alia ratione
venerint contra Iudæam quàm propter Chriſti & diſcipulorum eius occiſionem, tamen deus mouit
& confortauit Romanos contra Iudæos, in vltionem ſanguinis Chriſti, diſcipulorumque eius. ſic Ro
mani neſcientes ſubſeruierunt deo. [*Tunc rex ait ſeruis ſuis*] Chriſti apoſtolis atque diſcipulis cæteris,
[*Nuptiæ quidem paratæ ſunt*] id eſt, Chriſti incarnatio facta eſt, coniunctio Chriſti cum eccleſia inchoa-
ta eſt, affluentia gratiæ iam parata eſt, & cætera Chriſti miſteria ſunt completa, [*ſed qui inuitati erant*]. i. Actu. 5.
Iudæi primo vocati [*Non fuerunt digni*] ad nuptias gratia operante perduci, propter ſuam rebellionem Roma. 11.
D & incredulitatem, quemadmodum in Actis apoſtolorum loquitur Paulus, Repuliſtis verbum dei, &
indignos vos iudicaſtis vitæ æternæ. Et ad Romanos, Propter incredulitatem excelſi ſunt. [*Ite ergo ad
exitus viarum*] Ad literam miſit deus apoſtolos, ad exitus viarum id eſt, ad terminos vltra vias & loca Matth. 8.
Iudææ, dicens, Ite in mundum vniuerſum. Sed ante paſsionem dixerat Chriſtus, In viam gentium ne
abieritis, hoc eſt, vias Iudeæ non exeatis, diuertendo ad loca gentilium. Spiritualiter verò viæ ſunt vir
tutes, exitus autẽ viarũ ſunt receſſus & obliquitates à virtutibus, vtpote vitia & errores. Iubentur er-
go apoſtoli ire ad exitus viarum. i. ad corrigendos errores atq; exceſſus gentiliũ, qui non erant in via,
ſed deuio in tenebris, vmbráque mortis. De reprobatione autẽ & dereliction Iudęorum ait prophe
ta in perſona Chriſti, Hæc dicit dominus, formans me ex vtero ſeruũ ſibi, vt reducã ad eum Iacob, &
Iſraël nõ congregabitur, De gentiũ verò cõuerſione adiecit, Et glorificatus ſum in oculis domini: &
dixit, Parũ eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fęces Iſraël cõuertendas: dedi te in lucẽ gẽtiũ,
vt ſis ſalus mea vſq; ad vltimũ terræ, hoc eſt, quod ſubditur, [*Et quoſcunque inuenertis, vocate ad nuptias*]
id eſt omnibus gẽtibus prędicate, & Chriſto eas incorporate: vt impleatur illud Pſalmographi, Et be
nedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. [*Et egreſsi ſerui eius in vias*], i.
ad gentiũ diſperſiones ac ſemitas, [*Congregauerunt*]. i. ſpiritualiter collegerũt, in fide & eccleſiaſtica vni
tate, vel ad Chriſtum conuerterunt [*Omnes quos inuenerunt, bonos & malos*] non ſimpliciter omnes, quia
non omnes obediunt Euangelio, teſte Apoſtolo, nec omnium eſt fides, ſed quoſdam de omni genere
hominum, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Sed quomodo inter gentiles inuenire poterant aliquos bonos, nisi quod (teste Apostolo) gẽtes quę E
legem non habent, & tamen quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, & multi gentilium in suo gene-
re naturalibus virtutibus ornabantur, morum honestate fulgentes, & inclinati ad bona. Hi ergo com
paratione aliorum boni vocantur, quamuis non erant in statu salutis. Sic nanque Paulus ait gentili,
Non insanio optime Feste. Vel ideo dicuntur congregasse bonos & malos, quia in ecclesia cõmiscen
tur electi & reprobi, veri & falsi Christiani. [*Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium*] id est, multitudo vo-
catorum, & in nuptiis spiritualiter se reficientium completa est numero ac merito: quod tamen non
erit perfecte, nisi in fine seculi, cum plenitudo intrauerit gentium, omnísque Israël fuerit saluus. Nunc
vero quodammodo impletæ sunt nuptiæ, quoniã in omnem terrã exiuit sonus apostolorũ, ita quòd
toto orbe diffunditur ipsa ecclesia, omnésque gentes ad fidem conuersæ sunt. [*Intrauit autem rex*] non
motu locali, sed actu iudiciali in nuptias seu in ecclesiam, [*Vt videret discumbentes*] id est, merita ac deme
rita vocatorum discerneret, quod faciet in morte singulorum iudicio particulari, & in fine seculi iu-
dicio vniuersali. [*Et vidit hominem non vestitum*] interius seu mente decoratum [*Veste nuptiali*] .i. gratia
gratũ faciente, charitate seu opere meritorio, vnde in Apoc. dicitur, Vestimẽtis albis induaris. & non
appareat confusio nuditatis tuæ. Et meritò charitas appellatur vestis nuptialis, quoniam ipsa induxit
Christum vt incarnari & ecclesiam despõsare dignaretur. [*Et ait illi, Amice*] per naturã, non per gra-
tiã: per fidem, non per operationẽ & dilectionẽ. Omnia enim diligit deus quantum ad id, quod sunt.
[*Quomodo huc intrasti*] .i. qua præsumptione intra ecclesiã habitasti, & inter fideles apparuisti, sacramẽ F
tis quoq; communicasti [*Non habens vestem nuptialem?*] quæ inter electos, reprobósq; discerni. [*At ille
obmutuit*] quia inuisti deo rationem reddere non valẽt, propter quod scriptum est, Non iustificabitur
homo compositus deo. Et si voluerit cum eo contendere, non poterit respondere vnum pro mille.
[*Tunc dixit rex ministris*] non illis seruis, de quibus iam dictum est, sed ministris .i. angelis sanctis, qui in
die iudicij erunt exequutores sententiæ iudicis: iuxta illud, Exibũt angeli & separabũt malos de me-
dio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. [*Ligatis pedibus eius & manibus, proijcite eum in tenebras
exteriores*] .i. infernales & corporales, quas meruit incidere perseuerando, seu incidendo tenebras exte-
riores mentales & exteriores. Constat quod reprobi in die iudicij retrudentur in tartarum nudi. Per
hoc ergo quòd manus & pedes ligari iubentur, illud nihil exprimitur, nisi ineuitabilitas diuini iudicij,
cui resistere, & à quo fugere nemo valebit: secundũ quòd dominus per Prophetam ait, Ecce ego stri
debo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno, & peribit fuga à veloce, & fortis non saluabit
animam suam. [*Ibi erit fletus*] non quantum ad lachrymarum emanationem, sed quoad animi dolorem,
& cerebri perturbationem. [*Et stridor dentium*] propter frigus vehementissimum. Ibunt enim à calore
nimio ad aquas niuium. Hoc supra plenius elucidatum est. [*Multi autem sunt vocati*] ad nuptias milita-
tis ecclesiæ, [*Pauci vero*] respectiue loquendo, videlicet comparatione prædestinatorum [*Sunt electi*] ad
nuptias ecclesiæ triumphantis, de quibus in Apoc. legitur, Beati qui ad cenã nuptiarũ agni vocati sunt
[*Tunc*] id est, parabolis istis auditis, & partim intellectis [*Abeuntes*] id est, à præsentia Christi se subtra- G
hentes & recedentes [*Pharisæi*] qui cupiebant Christum comprehendere, sed propter populum non
audiebant, [*Consilium inierunt, vt caperent*] id est reprehenderent, [*Iesum in sermone*] sui oris, quem in ope
ribus non poterant capere. Facilius quippe reprehenditur homo in verbo quàm facto, quòd linguam
domare nemo potest. [*Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis*] id est, seruis Herodis, vel cum Iudæis
soluentibus tributa, secundum exactionem Herodis, quos Pharisæi despectiue Herodianos vocabãt.
¶Denique facto sunt hæc in hebdomada passionis, quando Herodes fuit in Hierusalem propter so-
lemnitatem paschalem. Erat enim proselytus. Ideo Pharisæi accesserunt & faciliter inuenerunt mili-
tes, seu fautores Herodis in Hierusalem, sed in propria persona non pergebant ad Iesum, ne eis visis
se obseruaret. Mittunt verò discipulos suos, quos putabant Christo ignotos, vt Christus mali nihil su-
spicans, loquatur liberius, [*Dicentes*] adulatorie [*Magister, scimus quia verax es*] veritate vitæ rectè viuen-
do, [*Et viam dei*] id est, præcepta & cætera quibus homo deo complacet atque coniungitur [*In veri-
tate doces*] in nullo errando, [*Et non est tibi cura*] id est inordinatus timor vel immoderata solicitudo [*De
aliquo*] homine. [*Non enim respicis personam hominum*] id est, propter humanum fauorem, affectum, seu
quodcunque hominibus inexistens, non recedis à veritate, Dicendo, Scimus quia verax es, laudãt eũ
à veritate vitæ: dicẽdo, Viam dei in veritate doces, laudant eũ à veritate doctrinę: dicendo, Et non est
tibi cura de aliquo, laudant eum à veritate iustitiæ. His simulatis præconiis nitebantur animũ Christi
mollificare, vel sibi allicere, vt sine custodia responderet, de tantis laudatoribus nil mali præsumens. H
[*Dic ergo nobis*] cum sis talis ac tantus, [*Quid tibi*] cui tanquam viro iusto credendum est, [*Videtur? Licet
censum*] seu tributum [*Dari Cæsari, an non*] Pompeius contemporaneus Iulij Cęsaris legitur Iudæã sub-
iugasse Romanis, Quo facto, promiserunt Iudæi soluere Romanis stipendium seu tributum tanquam
defensoribus Reipublicæ, & conseruatoribus pacis communis ac deinde aliqui Iudæorum inducti à
quodam Iuda Galilæo asseruerunt populum dei, diuina lege suffultum, decimasque ac primitias in tẽ-
plo soluentem, liberum esse, nec humanis legibus subiacere, neque censum Cæsari dari debere. Alij
vero affirmabant oppositum scilicet Romanis tanquam pro bono communi militantibus danda esse
tributa atque stipendia, Et Cæsari censum. Hæc Iudæorum dissensio mutua diu durauit, idcirco quę-
stionem hanc proponunt Christo determinandam, quatenus quid responderit, reprehendatur. Si e-
nim diceret non esse soluendum, caperetur ab Herodianis, & ab Herode, seu Pilato, tanquam seditio-
sus & Imperatori rebellus occideretur. Hoc enim tangitur in Euangelio Lucæ, Miserunt (inquit) in-
sidiatores, qui se iusto, simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent illum principatui & po-
testati præsidis. Si vero diceret esse soluendum, videretur derogare diuino honori & libertati Iudæo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A rum. Magis autem optabant à Christo audire non esse soluendum, non vt ipsi essent immunes ac liberi à censu atque tributo, sed vt Iesum traderent neci. [*Cognita autem Iesus nequitia eorum*] hoc est, fraude & pessima machinatione, [*Ait, Quid me tentatis (O) hypocritæ?*] qui aliud estis, & aliud simulatis: qui aliud intenditis, & aliud dicitis. Tentare est experimentum de aliquo sumere, & quando hoc fit intentione fallendi siue nocendi, vocatur tentatio vitiosa, qua dæmon & mundus iustos tentat. Sic isti tentabunt Christum. Non enim sciscitabantur vt discerent, sed vt exprimerentur quid diceret, & per eius responsionem eum deciperent, idcirco vocat eos hypocritas. Prima nempe virtus respondentis, secundum Hieronymum est interrogantium mentem cognoscere. [*Ostendite mihi numisma censûs*] hoc est, nummum censualem, qui datur annuatim Imperatori pro censu. [*At illi obtulerunt ei denarium, Et ait illis, Cuius est*] id est, quem repræsentat [*imago hæc*] numero impressa [*Et superscriptio?*] exarata in nummo? Quærit, vt ex eorum responsione cautè respondeat, eosque confundat ac superet. [*Dicunt ei, Cæsaris*] Tyberij, sub quo passus est dominus. [*Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari*] vtpote censum, tributum, subiectionem, [*Et quæ sunt dei deo*] videlicet oblationes, & cætera, quæ in lege iubentur. Hæc subiectio Iudæorum in temporalibus sub Romanis non derogauit spirituali libertati & subiectioni eorum sub deo, [*Et audientes*] responsionem Christi doctissimam [*Mirati sunt.*] secundum Hieronymum

B Mirati sunt, quòd calliditas eorum non inuenisset insidiandi locum. Potius tamen mirabantur propter prudentiam responsionis, atque cautelam Christi, quoniam vt Lucas habet, Et mirati in responsis eius tacuerunt: & Marcus, Mirabantur (inquit) super eo. [*Et relicto eo, abierunt*] ad eos à quibus missi fuerunt, nisi infidelitatem & admirationem reportantes, [*In illa die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem*] mortuorum, nec angelum, nec spiritum, animam quoque rationalem esse mortalem. De tribus Iudæorum sectis, videlicet Sadducæis, cum Pharisæis, & Essæis, dictum est supra. Verum in Euangelio non fit mentio de Essæis, quoniam nòn resisterunt Christo vt allij, sed erãt quasi monasticam vitam ducentes, continentes & sobrij. [*Et interrogauerunt eum, dicentes, Magister, Moyses dixit*] & scripsit in Deuteronomio, [*Si quis*] vxoratus [*Mortuus fuerit non habens filium*] hoc est, aliquam prolem à legitima coniuge superstite [*Vt ducat frater*] vel propinquus, si non habuerit fratrem [*Vxorem illius*] defuncti, [*Et suscitet*] id est, generet [*Semper*] hoc est. prolem [*Fratri suo*] defuncto. ne eius memoria deleatur. Primogenitus nanque huius ab vxore defuncti susceptus ascribebatur viro defuncto, ita quod ille erat pater eius legalis, & iste pater carnalis. [*Erant autem apud nos septem fratres*] Intentio Sadducæorum fuit probare resurrectionem non esse posibilem, ad quod probandum proponunt, vel casum, vel fabulam. Potuit tamen ad literam apud eos accidisse quod dicunt, quemadmodum in Euangelio Ioannis legitur, Mulier Samaritana habuisse quinque viros, quamuis fortè non fuerunt fratres. [*Et primus*] septem fratrum. [*Ducta vxore defunctus est, & non habens semen reliquit vxorem suam fratri suo*] qui eduxit eandem. [*Similiter secundus & tertius*] frater [*Vsque ad septimum*]

C inclusiue duxerunt eam, ob hoc quod omnes non relicto semine descesserunt. Sic & Sara vxor iunioris Tobiæ habuit septem viros quamuis forte fuerunt fratres. Nouissimè autem omnium & mulier defuncta est. [*In resurrectione ergo*] finaliter [*Cuius erit de septem fratribus vxor?*] quod merito quærimus [*Omnes enim habuerunt eam*] successiuè. Vel ergo erit vxor omnium, vel plurium. quod est contra legem, quæ prohibet duos fratres simul habere eandem vxorem. Propter quod Ioannes dixit Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui: vel vnus solus eam habebit, quod dici non potest, cum non appareat ratio, quare potius vnus quàm alius habiturus sit eam. Iste Sadducæi in sua probatione suppossuerunt vnum falsum, quod tamen pharisæi putabant verum, videlicet quod post resurrectionem erit vsus venereorum atque ciborum, quod moderni quoque Iudæi opinantur. [*Respondens autem Iesus, ait illis, Erratis nescientes scripturas*] Quia & libros Moysi intellexerunt, dicentes animã hominis esse mortalem, quia in Genesi dicitur, Non interficiamus animam eius, videlicet Ioseph, quasi anima rationalis possit occidi, & in libro Prophetarum, in quibus immortalitas animæ, futurum iudicium, mortuorum resurrectio apertissimè describuntur, penitus negauerunt. Non enim receperunt, nisi Pentateuchum. [*Neque virtutem*] hoc est, omnipotentiam [*Dei*] cui non est difficilius mor-

D tuos ad vitam cœlestem, ac spiritualem suscitare, quam mundum crasse, vel aliquid ex nihilo facere, quod tamen non negatis eum fecisse, cum Moyses hoc testatur. ideo subditur, [*In resurrectione enim*] generali & vltima [*Neque nubent*] id est, viri vxores non ducent [*Neque nubentur*] .i. fœminę à viris non accipientur, nec erunt tunc matrimonia, cum resurrectio ordinetur ad vitam perpetuam & beatam: [*sed sunt*] id est, homines boni tunc suscitandi erunt, [*Sicut angeli dei in cælo*] id est, deo immediatè coniuncti, non carnali, sed spirituali ac deiformi voluptate fruentes, totaliterque in deum absorpti. [*De resurrectione autem mortuorum non legistis.*] Tanquàm dicit, imò vtique legistis aliquid in scripturis quas recipitis, ex quo sequitur, quòd resurrecturi sunt mortui, & quid sit illud subiungitur [*Quod dictum est a deo*] ministerio angeli loquentis in persona dei ad Moysen, de medio Rubi.
[*Dicente vobis*] per Moysen, [*Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob.*] Cum enim Moyses dixisset ad deum, quod est nomen tuum? & ille respondisset, Ego sum qui sum, hæc dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos, statim adiecit, Hæc dices filiis Israël, Dominus deus patrum vestrorum, Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomen est mihi inæternum, & hoc est memoriale meum in generatione & generationem. Quod autem ex his verbis sequatur patriarchas hos viuere, & aliquo modo subsistere, animas rationales immortales esse, & corpora fore suscitanda, probat insuperabilis atque infallibilis argumentator. [*Non est deus mortuorum*] id est, eorum qui nullatenus sunt, nec aliquo modo viuunt, [*sed viuentium*] primo. Nam deus dicitur ratione causalitaris & prouidentiæ. Prouidentia vero non est nisi de aliquo existente: dum ergo deus hæc verba dixit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad Moysen, Patriarchæ præfati extiterunt, & aliquo modo vixerunt, sed tunc corporaliter obierunt, Ε
& corpora eorum resoluta fuerunt. Oportet ergo vt animæ eorum permanserint. Secundò, quia crea
tura refertur ad deum relatione reali, quæ non fundatur nisi in ente. Id ergo cuius deus dicitur deus
oportet esse realiter aliquid. Itaque patriarchæ illi non desierunt esse quantum ad corpus & animam,
seu penitus, sed quantum ad corpus duntaxat, ex quo vltra concluditur resuscitatio corporum. Primò
quoniam anima rationalis cũ sit naturaliter endelechia, seu forma corporis, & substãtialis pars homi-
nis, semper habet naturalẽ inclinationẽ ad corpus, nec habet perfectã subsistentiã in se ipsa, sed appetit
subsistere in homine, natura autẽ nil efficit frustra: tãdẽ ergo anima separata reuniẽda est corpori. Hĩc
nempe Platonici dixerũt, animas tandẽ reuolui ad corpora. Secundò, quoniã anima rationalis nõ po-
test perfectè fœlicitatẽ adipisci, nisi corpore reassumpto & cõglorificato, propter naturalẽ affectionẽ
quã habet ad corpus. Et quoniã vires sensitiuę manent in ea radicaliter, in quibus beatificari non po-
test, nisi fuerit corpori sociata. Tertiò, quoniã sic præmiẽda est anima quomodo meruit. Quoniã er
go per corpus & in corpore egit bene, siue male, ad hoc ꝙ perfectè remuneretur, oportet vt corpori
denuo copuletur: ideo dicit Apost. ꝙ nolumus expoliari, sed superuestiri. ¶ Præterea, ex ipso modo lo
quendi, quem in suis libris Moyses habet, cõstat animas humanas esse immortales. Sæpius etenim ait,
quod talis vel talis collectus est ad patres suos, videlicet moriendo, & de Aaron dominus ait, Pergat
Aaron ad populos suos, patres ergo & populi ad quos colliguntur & pergunt, aliquo modo viuunt F
& sunt. Abrahæ quoq; dominus ait, Merces tua magna nimis. Et rursus promisit eidẽ, ꝙ colligeretur
ad patres suos in senectute bona. Tẽporalia autẽ non sunt sufficiens præmiũ operũ virtuosorũ & bo
na senectus seu sancta decessio non præmiaretur, si anima esset mortalis. Poterat quoq; Christus eui-
dentiora scripturarũ testimonia allegasse de animæ immortalitate, & mortuorũ resurrectione ex Pro-
phetis, præsertim ex Iob, qui liber apud Hebræos est autẽticus, sed hoc non debuit facere, quoniã Sad
ducæi non receperunt libros Prophetarũ, quemadmodũ etiam si doctor Christianus argueret contra
Manichæos, non haberet allegare veteris testamenti scripturas, quia nec Moysen, nec prophetas Ma-
nichæus recepit. [*Et audientes turbæ*] tam promptam & insolubilem responsionẽ ac probationẽ, [*Mira-
bantur in doctrina eius.*] In Luca scribitur quod etiam quidã de scribis dixerunt, Magister, benedixisti.
[*Pharisæi autem audientes*]. i. audiendo considerantes [*Quod*] Iesus [*silentium imposuisset Sadducæis*] ita quod
replicare non poterant, [*Conuenerunt in vnum.*] Primò, inter se cõquirentes, quid Christo proponerẽt,
& per quẽ modũ ꝓcederent, & deliberauerunt, vt cũ multitudine magna accederent, quatenus Chri-
stum timore concuterent. Venerunt enim vt multitudine vincerent, quem ratione superare non pote.
rant, secundũ Chrysostomũ. Veruntamen vnus loquebatur pro omnibus: quoniam (teste Chrysostomo) apud se dicebant, Vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquamur per vnum, vt si vicerit, om-
nes videamur victores: Si autem victus fuerit, solus videatur confusus. Hinc subditur, [*Et interrogauit
eum vnus ex eis legis doctor*] videlicet scriba præualidus [*Tentans eum*] id est, scire volens, an Iesus sciret ꝙ G
quęrebatur, vel tentans eum. i. reprehendere cupiens, [*Magister quod est mandatum magnum*] Antonoma
ticæ, hoc est, summũ [*In lege?*] Moysi assignatũ, in cuius lege erant triplicia mandata, videlicet moralia
iudicialia, & cærimonialia: & in quolibet genere mandatorũ istorũ, erant gradus diuersi seu ordo di-
gnitatis: eratq; inter Iudæos dissensio, quod esset inter omnia mandata absolute præcipuum [*Ait illis
Iesus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo*]. i. toto desiderio & affectu, [*Et in tota anima tua*]. i. se-
cundũ vires animales & sensitiuas vel appetitũ sensitiuũ qui cõcupiscibilẽque partitur, [*Et in tota men
te tua*]. i. toto intellecto ac intentione. In Euangelio Lucæ & Marci additur quantum, videlicet ex to-
ta fortitudine tua, seu totis viribus. Istud præceptũ mandatum est in Deuter. quo dicitur, Diliges do-
minum deum tuum, ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex fortitudine tua. Et sicut Moyses omit
tit ex tota mente. sic Matthæus omittit, ex tota fortitudine tua, quorum vtrũque Lucas & Marcus cõ
memorant. Actus ergo charitatis iubetur, cum dicitur, Diliges dominũ deũ tuũ: Modus vero diligen-
di subiungitur, cũ subinfertur, Ex toto corde tuo, &c. Et sunt quatuor quę ad modum diligendi con-
currunt & pertinent, vtpote vt deus diligatur ex toto corde, tota anima, tota mente, & tota fortitudi-
ne. ¶ Denique actus voluntatis elicitus, hoc est, à potentia volitiua immediatè causatus oriens seu pro
cedẽs est, diligere: ideo modus diligendi qui insinuatur, cũ dicitur ex toto corde, directè & immedia- H
tè, pertinet ad actum dilectionis. Alij tres modi diligendi ad actũ hunc pertinent indirectè, secundum
quòd aliarũ potentiarũ actus imperantur à voluntate, & ad voluntatis perfectionem disponunt. Opor
tet autem aduertere, quia quod dictũ est, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde, &c. intelligi potest
dupliciter. Primò, quantũ ad actũ, ita vt cor, mens, anima & virtus hominis semper actualiter ferantur
in deũ. Et hæc est perfectio patriæ non possibilis viatoribus. Secũdò, quantũ ad habitũ & actũ pro-
portionatum, videlicet vt homo nil operetur contrariũ charitati, & hæc est perfectio viæ cadens sub
præcepto omnibus debita. Charitas vero actualis dilectio ad quam ordinant euangelica consilia me-
dia est inter dilectionẽ patriæ & dilectionẽ quæ cadit sub præcepto. Per hanc etenim dilectionẽ me-
diam deserit homo exteriora & sensibilia ac licita, ne eum à diuinæ charitatis perfectione feruoréque
retrahant. Iubemur itaque deũ toto corde diligere, vt tota affectio nostra ordinetur ad deum, totáque
intentio feratur in eum. Tota insuper mente quatenus intellectus deo in omnibus subiiciatur, Tota
anima, vt appetitus sensitiuus & vires sensitiuæ secũdũ deum dirigantur. Tota quoque virtute, vt o-
mnis actus noster interiòr secundũ prȩcepta dei reguletur. ¶ Porrò si inquiratur, quomodo hoc præ-
ceptũ impleri possit in via, Dicendũ, quòd in via impletur imperfectè, in patria autem perfectè. Et di-
citur præceptũ impleri imperfectè, quando ad perfectionem à præcipiente intentam non pertingitur
& tamen contra eam non agitur. Perfectè verò quando ad intentionem præcipientis peruenitur. In

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tentio autem dei ſe diligi præcipientis eſt, vt rationalis creatura ei totaliter, iugiter, & indeſinenter inhæreat atque ſubdatur, quod non impletur niſi in patria. Vel dicendum, quod ſecundum philoſophũ totum & perfectum eiuſdem ſunt rationis & idem, ideo deum diligere toto corde tota anima eſt diligere eum perfecto corde, perfectaque anima. Quamuis autem abſolute loquẽdo ſolus deus perfectus ſit, tanquam cui nulla deeſt nobilitas, tamen creatura rationalis poteſt dici perfecta in ſuo genere dupliciter. Primò, ſimpliciter, quandiu videlicet, nil ei deeſt de perfectione poſsibili, ſicque præceptum charitatis impletur perfectè in patria ſolum, vt ait Auguſtinus in libro de perfectione iuſtitiæ: vbi nil retardat, aut retrahit animam ab inceſſabili motu in deum. Secundò, dicitur perfectum ſecundũ quid, quando dẽ perfectione competenti ac debita ſecundum proprij ſtatus proportionem nil deficit, & ſic impletur in via, cum nil contra deum diligitur, & ipſe ſuper omnia adamatur, quod eſt de neceſsitate ſalutis. [*Hoc eſt maximum*] id eſt, principaliſsimum ac ſumme meritorium, [*Et primum*] id eſt digniſsimum [*Mandatum*] ad quod omnia alia tanquam ad finem ordinantur, & charitas appellatur regina, forma & finis vniuerſarum virtutum. Dicitur autem primum ſecundum viam perfectionis, non ſecundum viam generationis. [*ſecundum*] autem mandatum [*ſimile eſt huic*] primo mandato: non æquale ſed proxime ſequens. [*Diliges proximum tuum*] id eſt, quemlibet viatorem ad dei imaginem factum, & gratiæ gloriæque capacem, [*ſicut teipſum*] tripliciter. Primò, propter deum, ſicut te diligis propter deum:
B qui cum ſit ſumma, fontanáque bonitas, cauſa & ratio eſt omnis ſanctæ dilectionis. Secundò, propter illud bonum propter quod amas teipſum, videlicet vt beatitudinem conſequatur quam tu cupis acquirere. Tertiò, vt non condeſcendas ei in malo, ſicut nec tibi peccanti vis condeſcendi ſi tamen ames teipſum veraciter. Quamuis autem proximum amare debeamus ſicut noſipſos, non tamen in tantum ſiue æqualiter. [*In hꝰ duobus mandatis*] obſeruandis [*Tota lex*] Moyſi, imò & Euangelij [*Pendet & prophetæ*] hoc eſt omnia præcepta, documenta, & hortamenta legis ac prophetarum ordinantur ad horum obſeruantium mandatorum, & virtualiter continentur in eis, ſicut concluſiones in primis principiis. Propter quod ait Apoſto. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Et alibi, Plenitudo (ait) legis eſt dilectio. Iemque, Non occides, non adulterabis, non furtum facies, & ſi quod eſt aliud mandatum in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Præceptum autem de dilectione proximi continetur, & virtualiter includitur in præcepto dilectionis dei: iuxta illud, Si quis dixerit, quia diligo deum, & fratrem ſuum odit mendax eſt. Roma. 13. Exod. 20. 1. Ioan. 4.

¶ Præterea aduertendum, quod ſicut ſe habent prima principia in ſcientiis ſpeculatiuis, ita ſe habent præcepta charitatis in lege. Quemadmodum ergo concluſiones virtualiter continentur in primis principiis, ſic quod qui ipſa principia ſecundũ totã eorũ virtutem clarè agnoſceret, ſimplici quoque intuitu omnes concluſiones ex eis deducibiles in ipſis principiis ſine diſcurſu cognoſceret, nec oportet ex
C principiis concluſiones deducere, niſi propter minus capaces: ſic omnia præcepta in præceptis charitatis virtualiter continentur, & ex eis per modum concluſionem deducuntur, quod non fuit neceſſe niſi propter noſtram imperfectionem, qui in illis duobus præceptis alia tam clare non poteramus agnoſcere. Charitas autem eſt finis virtutum ac præceptorum in agibilibus, finis vero in agibilibus ſe habet ſicut principium in ſpeculatiuis. Idcirco ſicut in primo principio ſpeculabilium, ſcilicet de quo libet eſſe vel non eſſe, de nullo vero ſimul, continentur omnes concluſiones ſic in præcepto diligendi deum continetur præceptum diligendi proximum, ſed propter minus capaces oportuit de dilectione proximi dari ſpeciale præceptum. Et quamuis ſint duo præcepta, vnum tamen eſt habitus charitatis, quo deus proximuſque diligitur, eo quòd deus ſit ratio diligendi proximum. Actus autem quo deum amamus & proximum ſunt diuerſi.

¶ Quæritur, quomodo ſanctus Matthæus dicat hunc legis doctorem Ieſum interrogaſſe tentando, cũ in Marco ſcriptum ſit quòd ſcriba iſte dixerit Chriſto, Bone magiſter in veritate dixiſti, quia vnus eſt deus, & vt diligatur ex toto corde, &c. diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis. Et ſubditur, Ieſus autem videns quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Non es longe à regno dei. Dicendũ, quòd ſcriba iſte primò ſimilis erat ſuis collegiis, ſed in ipſa Chriſti reſpõſione compunctus eſt corde, atque pœnituit approbans Chriſti reſponſum. [*Congregatis autem*
D *Phariſæis interrogauit eos Ieſus dicens, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt?*] dicẽdus [*Dicunt ei Dauid.*] Nouerant nanque Iudæi communiter deum promiſiſſe regi Dauid, quòd de eius ſemine Chriſtus deſcenderet. [*Ait illis, quomodo ergo Dauid in ſpiritu,*] hoc eſt, inſpirante & edocente ſpiritu ſancto: vel in ſpiritu, id eſt, ſpirituali exceſſu ſeu gratia prophetali, [*Vocat eum dominum, dicens, Dixit dominus*] pater [*Domino meo*] videlicet Chriſto [*Sede a dextris meis?*] Hoc exponitur de Chriſto dupliciter. Primò, ſecundum eius diuinitatem, hoc modo, ſede à dextris meis, hoc eſt, mecum reſidendo eſto mihi æqualis, & ad maieſtatis meæ æqualitatem conſiſte. Vnde ad Hebræos dicit Apoſtolus, loquens de Chriſto. Qui cum ſit ſplendor gloriæ ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Secundò, quantum ad eius humanitatem, Sede à dextris meis hoc eſt, præ cunctis creaturis, eſto mihi vicinior, & in potioribus bonis meis quieſce, repletus gratia honore, & gloria præ vniuerſis creaturis, omnibuſque prælatus. [*Donec ponam inimicos tuos*] videlicet reprobos oẽs. [*Scabellum pedum tuorum?*] hoc eſt, tibi eos perfecte ſubiiciam, non ſolum quantum ad poteſtatem, & manifeſtationem, ſed etiam quantum ad executionem, quod erit in die iudicij. A principio autem incarnationis data eſt Chriſto homini omnis poteſtas in cælo, & in terra, quantum ad poteſtatis huius poſſeſsionẽ: in reſurrectone vero deinceps data eſt ei iſta poteſtas quantũ ad eius manifeſtationẽ, quia extunc cœpit apparere & prædicari dignitas Chriſti, ſed in die iudicij dabitur ei iſta poteſtas quantũ ad eius plenariã executionẽ, quãdo omnes aduerſarios ſuos in ęterna retrudet ſupplicia. [*Si*] ꝓ quia [*Ergo Dauid vocat cũ dominũ, quomodo ſi*] Marci. 12. Hebr. 1. Matth. 28.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lius eius est?]præsertim cum Dauid fuerit tantus propheta & rex.[*Et nemo*]phariſæorum & ſcribarum, E
nam aliqui Iudæi fuerant ſcribæ, ſicut tunc aliqui religioſi ſunt doctores theologię,[*Poterat ei respondere verbum*]aliquod ad propoſitam quæſtionem,quia non expectabant Chriſtum, niſi vt hominem purum,& ſecundum hoc non eſſet dominus Dauid.Si autem expectaſſent Chriſtum vt deum & hominem,faciliter reſpondiſſent,quod ſecundum diuinitatem eſſet dominus Dauid, ſecundum humanitatem vero diceretur filius eius,ex quo elicitur verum non eſſe,quod quidam ait,Scribas & Phariſæos primo cognouiſſe Ieſum eſſe Chriſtum deum ac hominem in vna perſona[*Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*]Timebant enim vinci atque confundi,tamen in tempore paſsionis interrogauerunt eum non timentes aliquid tale.

¶Expoſitio cap.xxiii. [*Tunc locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos.*] Vrticulus.xxxvii.



Onfutatis ſcribis ac phariſæis vitioſiſſimis & doloſis,qui Chriſtum capere nitebantur in verbis, ipſe Saluator apertiſsime & liberrime carpit & arguit eos non in verbis duntaxat,ſed impiis actibus.[*Tunc locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos*]præſentibus & audientibus ſcribis & phariſæis, hæc enim prædicauit palam in templo,[*Supra cathedram*]id eſt,in ſede[*Moysi*]ſcilicet, in doctrina legis, vnde & cathedra peſtilentiæ dicitur doctrina peſtifera, vel in iudiciaria poteſtate ordinata à Moyſe,[*Sederunt Scribæ & Pharisæi*] quorum aliqui erant ſacerdotes & de ſeptuaginta ſeniores populi, qui à tempore Moyſi erant iudices ordinarij & conſiliarij Iudæorum,ſcientia & ætate prouecti,ad quos populus recurrebat pro habendo iudicio atque conſilio.[*Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite*]hoc non eſt abſolutè & vniuerſaliter intelligendum,quia ſuperius dictum eſt,& in iſto capitulo mox dicetur,quod ſcribæ & phariſæi multa ſuperſtitioſa & falſa docuerunt,corrumpentes ſcripturam & irritum facientes verbum dei per ſuas traditiones: intelligendum eſt ergo de prædicationibus eorum non contrarijs legi Moyſi. Ecce Chriſtus iubet malos prælatos propter ſacerdotium,& nominis dignitatem honorari:malis enim præſidentibus obediendum eſt,quandiu non docent nec iubent contraria Deo:nempe qui poteſtati reſiſtit,dei ordinationi reſiſtit:& qui reſiſtunt,damnationem acquirunt ſecundum Apoſtolum.Ideo Dauid noluit mittere manum in Saul.De hoc Dionyſius in epiſtola ad Demophilum plenius loquitur, [*Secundum vero opera eorum nolite facere,dicunt enim*]id eſt, bona prædicant[*Et non faciunt ea*]& in quantũ in eis eſt, ſacram ſcripturam & proprias prædicationes falſificant, cùm maius ſit aliquid facto quàm verbo oſtendere .Tales ſunt modo (prohdolor)innumerabiles,qui eo ipſo quo prædicare ſeu docere præſumunt,peccant mortaliter.[*Alligant autem*]id eſt,componunt & collecta proponunt[*Onera grauia & importabilia*]id eſt ordinationes difficiles,vix impleri potentes[*Et imponant in humeros hominum*] id eſt,auditorum ſuorum cordibus imprimunt,& implenda committunt ea:[*Digito autem suo nolunt ea mouere*]id eſt,diligentiam ſeu conatum per modicum non apponunt,vt impleant talia.Loquitur itaq; Chriſtus de ſpiritualibus rebus per ſimilitudinem corporalium.[*Omnia vero opera sua faciunt vt videantur ab hominibus*,] id eſt humanam laudem ſortiantur, in quo innoteſcit vanitas vilitasque ipſorum. Quid enim tam vanum, vile ac friuole, vt facere opera in ſe virtuoſa, & ſi adſit recta intentio, deo placita,æternæque vitæ meritoria propter humanæ ~~gloriæ breuiſsimam~~ captionem perdere tantum præmium,diuinum fauorem,æternum honorem propter volatilem laudem, propter contemptibiliſſimam mortalium venerationem? Et tamen pauci euadunt perfecte laqueum iſtum. Qui ergo ſe ab hoc vitio inuenit purum,gratus ſit deo,& cautus permaneat,[*Dilatant enim*]id eſt, amplificant[*Phylacteria sua*]id eſt,pictaciola,membranas,bullas ſeu chartas, in quibus Iudæi ſcribebant præcepta decalogi,quas ligabant in fronte,circumponentes ligaturam eius capiti per modum coronæ, vt indeſinenter aſpicerent dei præcepta.Phariſæi autem vt cæteris viderentur religioſiores phylacteria latiora aliis fecerunt,in quibus ſcripſerunt mandata literis groſsis & magnis.Occaſionem uerò hæc faciendi habebant ex eo,quo ſcriptum eſt in Deuteronomio, Erunt verba domini in corde tuo, & ligatis ea H
quaſi ſignum in manu tua,eruntque immota,& moueb untur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in volumine, & in oſtiis domus tuæ, [*Et magnificant fimbrias*] id eſt, partes veſtium dependentes in quatuor angulis palliorum.Præcepit enim Dominus vt populus Iſraël faceret quatuor fimbrias in quatuor angulis palliorum,in quibus fimbriis ponerẽt vittas hyacinthinas,quas cum intuerentur,memores eſſent præceptorum domini.Eadem itaque ratione qua phariſæi dilatabant phylacteria, fecerunt & fimbrias maiores,in quibus ſecundum Hieronymum poſuerũt acutiſsimas ſpinas, quatenus interdum ambulantes pungerentur, ſicque commonerentur ad dei obſequia.[*Amant autem primos recubitus*]Hoc eſt ſuperiora loca,vel ſeſsiones in cœnis,& etiam prandiis,primo ex guloſitate,quoniam ibi ponuntur fercula pinguiora:ſecundo ex elatione cum ſint loca honorabiliora.[*Primas cathedras*] hoc eſt,eminentiores ſedes,[*in ſynagogis, & salutationes in foro,*] hoc eſt, ſalutationes ſolemnes alta voce & capitis inclinatione reuerenter & publicé factas[*Et vocari ab hominibus Rabbi*]hoc eſt,magiſtri[*Vos autẽ nolite vocari rabbi*]id eſt, non affectetis nomen magiſtri, propter nomen vel dignitatem, cum hoc ſit quædam pompa ac vanitas:licet tamen appetere ſcientiam,nomen, authoritatem, & officium efficacius exerceatur,& doctrina ab aliis ſollicitus ac fructuoſius recipiatur. Hinc enim Paulus appellat ſe doctorem Gentium,& Lucas in Actibus. Erant (inquit)in eccleſia Anthiochiæ doctores.Ideo autem nolite vocari Rabbi.[*Vnus est enim magister vester Christus*]videlicet,qui ait apud Ioannem, Vos vo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A catis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Comparatione ergo Chriſti omnes ſumus diſcipuli & ignari, idcirco nemo ſe debet ſapientem putare, vel de nomine magiſtri inaniter exultare. [*Omnes autem vos fratres eſtis*] ab eiſdem protoplaſtis parentibus ſecundum carnem propagati, & ab eodem creatore ſecundum ſpiritum conditi, æquales quoque in natura ſpecifica, & filii dei adoptiui per gratiam. Propter quod ſcriptum eſt, in Malachia, Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? [*Et patrem nolite vobis vocari ſuper terram*] loquendo de patre principali, de quo ſubditur: [*Vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt*] ſcilicet deus trinitas cui inceſſabiliter acclamamus, Pater noſter qui eſt in cælis, qui dicitur pater ratione creationis, gubernationis, inſtructionis, adoptionis & glorificationis, Poſſumus ergo patrem carnalem & ſpiritualem vocare in terra, tanquã patres ſecundarios rationem paternitatis à deo participantes. De quo ait Apoſtolus, Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. [*Nec vocamini magiſtri*] gloriando de nomine, vel quaſi interius operantes, ac inſtruentes, vel quaſi de proprio aliquid ſapientię poſsidentes, aut aliis communicantes, Iuxta hũc modum ſcriptum eſt in Iacobo, Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam grauius iudicium accipietis. [*Quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*] de quo ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis. Chriſtus autem ſecũ Matth. 6.

B dum naturam diuinam eſt magiſter primus principalis & incomparabilis, intus illuminans, ſcientiam que creando iufundens ſine cuius magiſterio fruſtra laborat doctor ſeu prædicator exterius, Chriſtus antem ſecundum humanam ſuam naturam eſt magiſter inſtrumentaliter per ex cellẽtiam, de cuius plenitudine omnes accepimus. ¶ Porrò ſecundum Hieronymum, ſicut ſolus creator vocatur deus, & dominus per eſſentiam & vniuerſalem prouidentiam: alii autem vocantur dii & domini per participationem. ſic ſolus deus eſt pater omnium per ſeipſum. & ſolus Chriſtus magiſter noſter, alii autem per participationem patres atque magiſtri vocantur. [*Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter*] Hoc ſupra tractatum & explanatum eſt plenius, [*Qui autem ſe exaltauerit*] per ſuperbiam [*Humiliabitur*] id eſt deprimetur à deo per iuſtitiam [*Et qui ſe humiliauerit*] per humilitatem [*Exaltabitur*] à deo per gloriam. de hoc ſuperius inroducta ſunt multa. Quod autem deo ſit proprium omnes ſuperbos humiliare, conſtat ex eo quod ait ad Iob, Si habes brachiũ ſicut deus, & ſimili voce tonas, diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia, reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, abſconde eos in puluere ſimul, & faciem eorum demerge in foueam. Vnde per Prophetam loquitur Deus, Viſitabo (inquiens) ſuper omnem qui arroganter ingreditur. [*Væ autem vobis ſcribæ & phariſæi Hypocritæ.*] Iacob. 3.

Quemadmodum in veteri teſtamento, in Deuteronomio, Legiſlator Iudæorum ponit benedictiones obſeruantium legem maledictiones tranſgredientium eam: ita in Euangelio legiſlator Chriſtianorũ ponit benedictiones iuſtorum præcepta ſeruantium, & maledictiones impiorum ſimulantium ſancti

C tatem. Væ autem, hoc eſt, æterna damnatio. Sic enim accipi ſolet, væ, in diuinis ſcripturis communiter, Non tamen ſemper, cum Hieremiam & Baruch dixiſſe legatur, Væ mihi miſero, quia dominus addidit dolorem dolori meo. Micheas ait, Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in aurumno racẽmos vindemię. Nunc autem accipitur, vę, pro pœna æterna, quæ non debetur, niſi culpę mortali. Vę ergo debetur & imminet vobis o ſcribæ & phariſæi hypocritę, quorum ſimulata ſanctitas eſt duplex iniquitas, [*Qui clauditis regnum cælorum ante homines*] hoc eſt, ab egreſſu patriæ, à conſequutione fœlicitatis æternæ homines impeditis, errantes & in errorem mittentes, [*Vos enim non intratis,*] Regnum cælorum, aſpirando ad illud, & bene agendo, eique quotidie per merita appropinquando, [*Nec introeuntes*] id eſt innocentes & ſimplices bene viuẽtes. [*Sinitis intrare,*] quia falſa doctrina & prauis exẽmplis, peruertitis eos. Poteſt quoque particularius exponi hoc modo, Qui clauditis regnum cælorum, hoc eſt, Ioan. 1. Hierony. Matth. 23.

Chriſtum, qui eſt oſtium vitæ æternum hominibus occultatis, eius notitiam quam aliquando habuiſtis, aliis non aperiendo. Vos enim non intratis credendo in Chriſtum, nec introeuntes ſinitis intrare, hoc eſt, turbam bene de Chriſto ſentientem ſeducitis. Ecce quantum nocet fallax magiſter, impiuſque prælatus. Qualis enim eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Tales ſunt omnes qui alios ſuos corrumpunt exemplo, aut fallaci inficiunt documento. Væ vobis ſcribę, & phariſæi, hypocrytæ. [*Callidi*] prouocantes iram dei [*Quia comeditis domos viduarum,*] hoc eſt, bona contenta in domibus vi-

D duarum conſumitis [*Orationes longas*] id eſt prolixas & diuturnas, non feruentes & ſententioſas [*Orãtes*] Ideo enim diu ſtabant in oratione, vt mulieres præcipuè viduas quæ ad dandum ſunt liberæ magis quam maritatæ ſibi allicerent, & reputarentur deuoti ab eis. ſicque darent eis de ſuis facultatibus copiam. Propter hoc quod mulieres illas virorum ſolacio ſic deſtitutas fallitis, ac ſpoliatis [*Amplius iudicium*] hoc eſt grauiorem damnationem accipietis. [*Væ vobis ſcribæ & phariſæi, hypocrite, qui circuitis mare & aridam,*] id eſt diuerſa loca Gentilium iuxta mare, & alibi ſita percurritis, [*Vt faciatis vnum proſelytum*] ad minus, vel plures ſi poteſtis, id eſt aliquem gentilem de paganiſmo conuertatis ad Iudaiſmum quaſi habentes zelum animarum & diuini honoris æmulationem. Quemadmodum autem in noua lege vocatur Neophyrus, qui de gentili ſeu perfido ſtatu recenter Chriſtianus efficitur: ſic olim in veteri lege dicebantur Proſelyti, qui gentilitate relicta, ritum & legem Iudęorum de nouo acceperant. [*Et cum fuerit factus*] proſelytus, [*Facitis eum filium gehennæ,*] id eſt obnóxium pœnæ æternæ. Dicitur autem homo filius gehennæ, quaſi ad eam pertinens ſicut vocatur filius perditionis ſeu inconſtantiæ, [*Duplo quam vos,*] id eſt veſtris peccatis intantum ſcandalizatis eum, quod ad gentilitatem reuertitur, & ſic de apoſtaſia, infidelitate & praua conuerſatione grauiſsimè condemnatur, & magis quam vos. [*Væ vobis duces cæci*] id eſt doctores & prælatis obtenebrati peccati & ignorantia, [*Qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum nihil eſt,*] id eſt ſoluere non tenetur, & ſi peierarit, non erit criminis reus [*Qui autem iurauerit in auro templi,*] id eſt per aurum quo templum ornatur, vel ſacerdotibus in templo offer- Hiere. 45. Marci. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur,[*Debet*]id eſt ſoluere obligatur,& ſi peierarit,reus erit facinoris,Hoc dicebãt ſubdoli,cupidiſsimique magiſtri,vt inducerent homines ad oblationes maiores,eò quòd tanta eſſet ſanctificatio & appretiatio auri conttenti ſiue oblati in templo quam ſtultiſsimam aſſertionem reprobat Chriſtus·[*ſtulti*]propter ignorantiam diuinorum,[*Et cæci*]propter caliginem cupiditatis & vitiorum ex ea naſcẽtiũ & meritò dixi vos ſtultos,cæcoſque,[*Quid enim maius eſt,*]id eſt dignius & ſanctius,[*Aurum. an templum,quod ſanctificat aurum?*]tanquam dicat,templum vtique ſanctius eſt auro,quia ſanctificat aurum, quod nullo modo eſt ſanctum,nec ob id quòd in templo ad dei honorem repoſitum eſt.nam propter vnumquodque tale & illud magis.Denique res inanimata & corporalis,vt templum & aurum nõ eſt ſancta formaliter,ſed inquantum ordinatur ad aliud ſanctum,videlicet ad dei honorem & cultum, ad quem templum magis directe ordinatur,quam aurum:aurum verò ordinatur ad templi decorem ſeu miniſtrorum templi ſuſtentationem,ideo iurare per templum fortius obligat, quam iurare per aurum templi.Quod inſuper dicitis.[*Et quicunque iurauerit in altari,*]id eſt per altare,[*Nihil eſt,*]id eſt non obligatur,nec peierando reus ecicitur . [*Quicunque autem iurauerit in dono,*]id eſt per hoſtiam ſeu ſacrificium,[*Quod eſt ſuper illud*]id eſt in altari offertur[*Debet implere*]quod iurat:& ſi non fecerit, erit periurii reus,Hoc quoque dixerunt ex auaritia,vt perſuaderent hominibus maximam eſſe ſacrificii dignitatẽ ac ſanctitatem,ſicque copioſius immolarẽt.[*Cæci, quid enim maius,*].i.præſtantius & ſanctius eſt,[*Donum,an altare quod ſanctificat*]materialiter[*Donum?*]in altari oblatum,id eſt facit illud acceptabile deo,& rite ad dei honorem ac gloriam ordinatum.Non enim licuit templo ſtante fieri ſacrificium niſi in altari,niſi ex diſpenſatione diuina,ſicut Helias obtulit bonum in monte Carmeli,Dignius eſt igitur altare quàm donum,& ideo iuramentum factum ſuper altare fortius eſt,eo quod fit per donum cuius aliam rationẽ aſsignat[*Qui ergo iurat in altari,*]id eſt per altare,[*Iurat in eo & in omnibus que ſuper illud ſunt*]
3.Reg.3. id eſt per dona,vaſa & ſacrificia,& ſic iuramentum per altare includit iuramentum factum per donũ, [*Et quicunque iuraurrit in templo,*] id eſt per templum, [*Iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo*]id eſt per deum qui in templo ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur . Dominus in templo ſancto ſuo, tanquam in propria domo vbi ſingulariteroperatur ,orantes axaudiendo, & alia gratiæ opera exercendo, [*Et qui iurat in cælo*]id eſt per cęlum,[*Iurat in trono dei*]quoniam cęlum vocatur thronus vel ſedes dei, iuxta illud, Cęlum mihi ſedes eſt.

¶ De quo ait vnigenitus dei in Apocaly.Qui vicerit,dabo ei ſedere mecũ in throno meo,ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo in throno eius.Vel thronus dei,intelligi poteſt res contenta in cęlo ſeu ſpacium orbis cæleſtis,præſertim cæli empyrei.Hinc ait Pſalmiſta,Dominus in cælo ſedes eius, & domi
Pſalm.10. nus in cælo parauit ſedem ſuam.[*Et in eo qui ſedet ſuper eum*]id eſt per deum ſedentem ſeu regnãtem in
Eſaiæ.66. throno cæleſti,in quo ſedet non localiter ſecundum propriam naturã aut circũſcriptibiliter,ſed efficaciter ſeipſum ibi facie tenus oſtendendo atque excellentiſsimè operãdo. Quomodo autem licitum ſit
Apoca.3. iurare per donum ſiue per creaturas,& quo ſenſu intelligendum ſit inramẽtum factum per creaturas,
Pſalm.13. dictum eſt ſupra,[*Væ vobis ſcribæ & phariſei hypocritæ qui decimatis*]vel decimam partem ſummo ſacerdoti offerendo,vel decimam partem ab aliis accipiendo de rebus & fructibus quæ ſubduntur, [*mentam anethum & cyminum*]atque ſimilia minima[*Et reliquiſtis*]id eſt non obſeruaſtis obediendo[*Que grauiora ſunt legis*]præcepta difficiliora,& ad ſalutem plus neceſſaria:vt pote[*Iudicium*] quia non iuſte iudicatis ſubiectos,[*Et miſericordiam*] quam egenis non exhibetis,[*Et fidem*]quam non offertis deo,credendo in vnico filio eius.Qui enim non credit in filium,mendacem facit patrem,quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt pater de filio ſuo.

¶ Scribarum & phariſæorum aliqui erant ſacerdotes & aliqui populares, ſecundum Chryſoſtomum.Sacerdotes verò acceperunt à populo decimas,& decimarum iſtarum decimas ſoluebant principi ſacerdotum,vt legitur in libro Numerorum. Populares verò non acceperunt decimas ; ſed ſoluerunt. Idcirco quod dictum eſt, Qui decimatis mentam & anethum, & cætera. Quantum ad ſcribas ac phariſæos , ſacerdotes & tẽpli miniſtros intelligi poteſt dupliciter. Nam vt iuſtiores viderentur, ſoluerunt de minimis rebus decimas principi ſacerdotum vt putarentur à populo maiora omnia adimplere, qui tam modica ſolicite cuſtodierunt, in quo patet eorum ſuperbia: & item vt ſuo exemplo inducerent populum ad ſoluendum diligenter decimas omnium rerum, quamuis minimarum, in quo patet eorum cupiditas. Decimas quoque requirebant à populo de omnibus iam prædictis ex auaritia: & ſi quis eis non ſolueret decimas, reprehenderunt eum grauiſsimè quaſi de grandi exceſſu,cum tamen non reprehenderent populum de grauioribus vitiis, ſcilicet de omiſsione iudicii,pietatis ac fidei, quæ deus pręcipuè requirit ab omnibus,iuxta illud Michææ prophetæ, Indicabo tibi homo quid ſit bonum, aut quid Deus requirat à te, vtique facere iudicium & diligere miſericordiam , & ſolicitum ambulare cum deo tuo. Porrò ſcribæ & phariſæi populares ſolum decimauerunt prædicta in perſoluendo,& hoc ex vanitate , ſicut dealiis dictum eſt: Tales proch dolor iam pene innumerabiles ſunt in eccleſia Chriſti paſtores & prelati,qui decimas & cætera quæ ad eorum commodum pertinent cum omni diligentia exigunt, & non dantes, vel differẽtes increpant dure, non tam diuino quam priuato amore inducti ſi verò ſubditi peccent in deum,vel ſẽ inuicem lędant,aliiſque diuerſis implicentur peccatis,nil curant vel parum.Tales quę ſua ſunt quęrunt,non quæ Ieſu Chriſti,[*Hec*]maiora[*Oportet facere*]prius ac diligentius,quia ſine eorum obſeruantia nil proſunt minora.[*Et illa*]minora,videlicet ſolutiones decimarũ de minimis rebus [*Nõ omittere.*] Hoc addit ſaluator ne videatur contrarius legi,ſecundum quam documenta ſunt minima. Non enim redarguit eos,quia minima decimauerunt:ſed quia cum inordinato affectu, & cum vtiliorum negligentia hoc fecerunt,ideo ſubditur,[*Duces cęci*]id eſt rectores ſpiritualiter excæcati[*Excolantes culilem*]

A hoc eſt minima quæque diligenter trutinantes, conſiderantes & obſeruantes, [*Camelum autem glutientes*] id eſt, maiora diſsimulantes. O quam multi ſunt hodie tales, qui parum ponderanda multum ponderant, & multum ponderanda parum attendunt [*Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ qui mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis*] id eſt, vaſa cibi ac potus & alia vtenſilia diligenter purgatis, quaſi in ſignũ interioris veſtræ mundiciæ. Hoc fecerunt præcipue quando ingreſſuri fuerant templum & miniſtraturi in eo, [*Intus autem pleni eſtis rapina*] quia hominibus, maxime viduis & innocentibus propria abſtulistis cum ſimulationibus veſtris, & immũditia vitiorũ, potiꝰ cupiẽtes corã hominibus q̃ corã deo puri apparere. [*Phariſæe cæce munda*] per pœnitentiã [*Prius quod intus eſt calicis et paropſidis*,] i. interiora animæ, quæ deſignantur per interiora calici & catini. Anima nanque eſſe debet vas gratiæ, quam oportet à paſsionibus & peccatis mundare. [*Vt fiat & id quod de foris eſt*] id eſt, opus exterius [*Mundum*] non ſimulatione aut praua intentione effectum. Nempe ſi laboremus interiorem puritatem ſortiri, incrementa gratiæ adipiſci, ideo conſcientiam puram atque tranquillam mente offerre, conſequenter omnia exteriora noſtra morum probitate ornantur, & interna ſynceritas in exterioribus tanquam in ſuo effectu refulget. Si verò conamur ſolam exteriorem apparentiam oſtentare, nec intus nec foris mundi ſumus ſed penitus ſordidi.

¶ Conſequenter declarat iſtorum hypocriſim per exemplum. [*Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui*
B *ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ a foris parent hominibus ſpecioſa,*] tanquam læuigata calce, & ornata marmoribus ac picturis, auro, coloribúsque diſtincta, [*Intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia*] ſcilicet putredine, ſanie, vermibus. Cum enim moritur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias & vermes, vt dicitur in Eccl. [*Sic & vos a foris quidẽ*] id eſt, extrinſecus [*Paretis hominibus iuſti*] propter fictam morum grauitatem, veſtimentorum religioſitatem & minimorum traditionem obſeruantiam [*Intus autem*] in anima [*Pleni eſtis hypocriſi & iniquitate*] facilioribus locis immorandum non arbitror, niſi hortando. Et hoc hic commemorandum eſt, vt vnuſquique hæc legens vel audiens penſet ſolerter, an ne ſimilis ſit his infeliciſsimis ſcribis ac phariſæis, quia non ſolum propter illorum incorrigibilium increpationem, ſed ob noſtram informationem loquutus eſt Chriſtus hæc omnia. His quoque concordat, quod in Luca fertur ſaluatorem dixiſſe ſcribis ac phariſæis, Vos eſtis qui iudicatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra, quia quod altum eſt hominibus, abominatio eſt ante deum. [*Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui ædificatis*] curioſe ac ſumptuoſe [*Sepulcra prophetarum*] innocenter occiſorum, [*Et ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum*] qui occiderunt prophetas [*Non eſſemus*] nec fuiſſemus [*Socij eorum in ſanguine*] id eſt, in effuſione ſanguinis prophetarũ.
C Non ideo dicit eis, væ, qui ſepulcra ſanctorum conſtruxerunt & ornauerunt, ſed propter prædicta & mala eorum futura, & quia mendaciter dixerunt, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine prophetarum, imo ſi tunc fuiſſent, perſequuti fuiſſent prophetas, vitia eorum increpantes, quemadmodum perſequuti ſunt Chriſtum & eius diſcipulos. [*Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis*] id eſt, propriis verbis hoc ipſum de vobis teſtamini, [*Quia filij*] per carnis propagationem [*Eſtis eorum qui prophetas occiderunt,*] Nam dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, [*Et vos implete menſuram*] hoc eſt pondus ſeu modum iniquitatis [*Patrum veſtrorum,*] quorum filij eſtis, non ſolum per naturalem generationem, ſed inſuper per morum & criminum imitationem. Itaque implete menſuram illorum, ſupplendo quod illis reſtabat ac defuit, vt ſicut illi occiderunt prophetas, ſic vos Chriſtum dominum prophetarum & eius diſcipulos: ſicque excedetis menſuram illorum. [*Serpentes*] id eſt, inuidioſi, pungitiui & callidi, aliorumque infectiui. [*Genimina viperarum,*] hoc eſt eſt filii ſerpentinorum patrum, [*Quomodo effugietis a iudicio gehennæ?*] id eſt, à ſententia damnationis deputandæ ad tormenta gehennæ, qua dicetur, Ite maledicti in ignem æternum, hoc eſt quod ſupra ait Ioannes Baptiſta, Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Denique quod ait, Implete menſuram patrum veſtrorum, non dicit hortando aut appetendo, ſed quid futurum ſit prænuntiando, vt ſit ſenſus, Implete, id eſt implebitis ideo vtpote vt impleatis menſuram patrum veſtrorum, ſed
D tunc, vt, notat ſequelam, non cauſalitatem, vel ideo, vt poſsitis fugere à iudicio gehennæ. [*Ecce ego mitto,*] & ſtatim poſt reſurrectionem meam euidentius & copioſius mittam [*Ad vos prophetas*] habentes ſcientiam futurorum pure contingentium, quales fuerunt omnes apoſtoli, præſertim Ioannes in Apocalypſi, [*Et ſapientes*] in cognitione diuinorum, quales item fuerunt omnes Apoſtoli primitias ſpiritus habentes. quibus Chriſtus promiſit, Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: & maxime Paulus ad tertium ipſe cælum raptus, & Deum æternum per ſpeciem contemplatus [*Et ſcribas*] in lege peritos, quales fuerũt Natanael, Stephanus, Paulus quoque à Gamaliere inſtructus, [*Et ex illis occidetis & crucifigetis, & ex illis flagellabitis*] quoſdam, [*In ſynagogis veſtris.*] Hoc partim in actis Apoſtolorum legitur adimpletum. [*Et perſequeremini de ciuitate in ciuitatem.*] Vnde in actibus habetur, quod die qua lapidatus eſt Stephanus, facta eſt perſequutio magna in eccleſia quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt, præter Apoſtolos, [*Vt*] Iſta vox (vt) tenetur hic concomitanter, non cauſaliter, vt [*Veniat ſuper vos*] id eſt, vobis ſeu generationi peruerſæ imputetur, [*Omnis ſanguis iuſtus,*] hoc eſt, peccatum effuſionis totius ſanguini innocentis, & vltionem ſuſtineatis pro effuſione ſanguinis huius, [*Qui effuſus eſt, ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti*] incluſiue, ad quem & ad cuius munera reſpexit deus, quem Cain peremit, [*Vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ.*] Secundum Originem iſte Zacharias fuit pater Ioannis Baptiſtæ, quem aſſerit à Iudæis occiſum, eo quod diceret Mariam matrẽ Chriſti eſſe virginem, & Chriſti genitricem. Sed hoc reprobat Hieronymus, dicens, quod iſte ſit Zacharias filius Ioadæ pontificis, quem Ioas rex Iuda iuſsit occidi in templo, vt legitur in libris Regum. Dicitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

autem filius Barachiæ magis quam Ioadæ, ad commendandum patris sui sanctitatem.nam Barachias E
interpretatur benedictus domini.Dictum autem Origenis apparētiam habet.Primò, ex hoc quod isti
quos Christus alloquitur,non occiderunt hunc Zachariam,quem constat ante captiuitatem Babylo-
nicam fuisse lapidatum.Secundò,quoniam sicut Christus nominauit iustum primo omnium interfe-
ctum,sic videtur quod nominauit quendam quasi vltimo interfectum,inter hæc extrema medios cō-
prehendens.Ad horum primum respondet Hieronymus,quod scriptura ponit duas generationes,v-
nam bonorum,aliámque malorum.De prima ait psalmista, Hæc est generatio quærentium dominū.
De secunda,generatio praua & exasperans.Sic ergo saluator nomine istorum,quos affatur & exprimit
designat generationem malorum,in qua continentur qui Zachariam occiderunt, sicque subiungitur,
[*Quem occiditis*]id est,quem vestra generatio,cū qua vnum corpus perditionis efficitis,interfecit,[*Inter templum & altare*]holocaustorum, quod fuit extra templum in atrio eius.[*Amen dico vobis,venient hæc omnia*]peccata & mala pœnalia pro peccatis.infligenda,[*Super generationem istam*]Iudæorum. Nam o-
mnes reprobi sunt socij in tormentis,& pœnam sibi inuicē augent.[*Hierusalem Hierusalem*]id est,plebs
vrbem inhabitans.Bis ait,Hierusalem,ad insinuandum suæ compassionis & dilectionis affectum,& ad
prouocandam audientiam aduertentium,[*Qui occidis prophetas*]non enim capit perire prophetam extra
Hierusalem,[*Et lapidas*]id est,lapidibus obruis & extinguis,[*Eos qui ad te*]instruendam & conuerten-
dam,[*Missi sunt Quoties*]hoc est,frequenter,primò per prophetas,deinde per meipsum, postremo per F
Apostolos,[*Volui*]quantum in me fuit,& voluntate antecedente,[*Congregare*]hoc est,spiritualiter adu-
nare per fidem,charitatem,& cultum diuinum,[*Filios tuos*]id est,habitatores & totam plebem Iudai-
cam tibi quasi metropoli subditam,propter quod filij tui vocantur, [*Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas*]id est,multum affectuose atque solicite. nam inter pennata animalia videtur gallina
præcipuam habere curam & affectionem ad pullorum suorum nutritionem ac defensionē.Ideo quo-
que ponit similitudinem gallinæ,quia gallina est auis fructuosa,quieta, domestica:sic Christus nobis
fructuosissimus,quietus,socialisque fuit,quando in terris visus est,& cum hominibus conuersatus est.
[*Et noluisti*]congregari,sed repugnasti mihi & famulis meis[*Ecce relinquetur vobis*] id est,ad vestram pu
nitionem & confusionem pro tantis peccatis,[*Domus vestra*] videlicet templum,[*Deserta*] ab homini-
bus & sacrificiis,id est,penitus destruetur,quod fuit impletum à Tito & Romanorum exercitu, quē-
admodum Daniel cecinit,Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo,& vsque
in finem perseuerabit desolatio,Potest quoque per domum intelligi habitatio seu multitudo domo-
rum,& ciuitas ipsa Hierusalem.Vnde habetur in Psalmo, Fiat habitatio eorum deserta,& in taberna-
culis eorum non sit qui inhabitet.Hinc per Hieremiam Christus testatur,Reliqui, inquiens domum G
meam,diuisi hæreditatem meam,facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua.

¶Spiritualiter quando non acquiescimus admonitionibus dei,domus nostra deseritur. quoniam ani-
ma in qua sedes est sapientiæ,spiritus sancti inhabitatione priuatur:& corpora quæ templum sunt spi-
ritus sancti,igne libidinis concremantur,& vitiis destruuntur.[*Dico enim vobis, non me videbitis amodo*]
id est,ab hora hac,accepto tempore passionis.Sic enim in fine præcedentis capituli dictum est, Nemo
Act. 10. ausus fuit ex illa die eum amplius interrogare,cum certum sit,quod in passione eum interrogauerunt.
Lucæ.21. Vel,Amodo,id est,ab hora mortis & sepulturæ,quæ proxima erat quando Christus hæc dixit, [*Donec*
Mar.13 *dicatis*] vel inuiti propter euidentiam rei, [*Benedictus qui venit in nomine domini*] quod erit in die iudicij,
Psal.117. quando videbunt in quem compunxerunt, vt confiteantur quod Iesus sit Christus & iudex mundi.
Matth.2. Hoc & Christus in passione testatus est,Amodo(inquiens) videbitis filium hominis venientem in nu
Marc.11. bibus cœli.Si autem exponatur de spirituali visu per fidem,tunc aliqui Iudæorum post resurrectio-
nem Christi conuersi,contemplati sunt Iesum,dicentes,Benedictus qui venit in nomine domini. In
fineque seculi omnes conuertentur & dicent hoc ipsum.

¶Explanatio CAP. XXIIII. [*Et egressus Iesus de templo.*]
Articulus. xxxviij.

Matth. 23. POst præinducta de Euangelicæ legis institutione,promulgatione & confirma H
tione, agitur de finali iudicio,consummationeque seculi. Et quia in fine præ-
cedentis capituli dixit saluator Iudæis, relinquendum esse domum seu. tem-
plum eorum, ideo quod verbo asseruit,facto demonstrat egrediendo ab illis.
Per quod figurauit,quòd ipsa diuina defensione, & gratiosa dei præsentia es-
sent mox destituendi,omnique honore legis quem deus eis exhibuit, eo quòd
Osee.9. Christus nasciturus erat de eis priuandi,quemadmodum per Oseam dominus
contestatur,Exosos(inquiens)habui eos propter malitiam adinuentionum eo-
rum,de domo mea eijciam eos,non addam vt diligam eos.Hoc est ergo quod dicitur, [*Et egressus Iesus de templo*]feria tertia post ramis palmarum cum discipulis, & comitiua credentium [*Ibat*] exeundo
Hierusalem versus montem Oliueti ad Bethaniam domúmque Marthæ.[*Et accesserunt discipuli eius*] ad
eum[*Vt ostenderent ei ædificationem templi,*]id est,pretiosam materiam & ornatam formam seu pulchritu
dinem templi Hierusalem.Vnde apud Lucam dixerunt,quod de bonis lapidibus & donis ornatū es-
Lucæ 21 set:& in Marco,Magister(aiunt)aspice quales structuræ:veruntamen in Marco scribitur vnus disci-
Mar.13. pulus Christo hæc ostendisse atque dixisse:hic verò habetur,quòd plures discipuli hoc fecerunt. Sed
non est contradictio,quia & numerus minor non excludit maiorem,& maior includit minorem. Et
communiter dicitur aliqua communitas facere vel pati quod pars eius agit vel patitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Quæritur, cur discipuli ostenderunt Christo ædificium templi, quod nouerant frequenter consideratum & agnitum Christo? Dicendum quòd ideo, vt flecterent eum ad misericordiam, ne scilicet templum relinqueretur, prout paulo ante asseruit. Et quia discipuli rudes erant, carnalem & rudem causam miserendi tetigerunt, ostendendo preciositatem templi, quasi propter corporalia illa templi ornamenta, præseruandum esset ipsum templum à destructione, & quasi deus talia ponderaret. vel ideo ostenderunt ei templum, vt occulte insinuarent, quàm difficile vel impossibile esset ipsum templum destrui, præsertim propter ciuitatis firmitatem: ideo respondit Saluator, [*Videtis hæc omnia omnia?*] ædificia, formositatemque templi? Tanquam dicat, Preciositas & venustas templi non proderunt ei. [*Amen dico vobis, non relinquetur hic*] id est in templo [*Lapis super lapidem qui non destruatur,*] hoc est à sua iunctura dissipetur, & dispergetur. Romani enim templum totaliter combusserunt: forte tamen lapides fundamenti manserunt coniuncti. Hoc idem prædixit Christus in die palmarum, quando accedens & videns ciuitatem, fleuit super eam, dicens, Quia circundabunt te inimici tui vndique & non relinquent in te lapidem super lapidem. [*Sedente autem eo super montem Oliueti*] vnde templum & ciuitas manifestissimè aspiciuntur, [*Accesserunt ad eum discipuli*] scilicet Petrus, Iacobus, Ioannes & Andreas, vt Marcus refert, [*Secreto*] tanquam familiares, & quia rem magnam scisciaturi erant, & quia nouerunt magistrum suum talia secreta non omnibus reuelare, dicentes, [*Dic nobis*] quibus datum est nosse mysterium regni dei [*Quando hæc erunt,*] id est quo tempore verba tua de relictione & destructione templi implebuntur? [*Et quod signum aduentus tui*] ad finale iudicium, quod etiam signum [*Et consummationis seculi*] hoc est finis mundi, seu præsentis status mundi sensibilis, qui tunc consummandus est, finiendusque dicitur, quando generationes & corruptiones, motusque cælestes cessabunt, & mixta omnia præter hominem corrumpentur. Tria ergo scisciabantur discipuli. Primum, quando templũ periret. Secundò, de signo secundi aduentus. Tertiò, de signo consummationis seculi. Sed duo hęc religuntur ad vnum, nam dies iudicii, finisque seculi simul erunt. & per eadem signa prænoscuntur. [*Et respondens Iesus dixit eis, Videte, ne quis vos seducat,*] Non respondet aperte vel determinate ad interrogata, sed vtiliter præmonet suos, vt sint parati, cauti ac timorati. Porrò quæ subsequuntur difficultatibus plena sunt. Non enim certum, est, an pertineant ad diem iudicii, consummationemque seculi, vel ad destructionem templi atque Hierusalem. Vnde quidam expositores referunt signa sequentia ad vastationem templi, alii ad finem seculi: alii referunt quædam ad illam, & quædam ad istum. Verum tamen euangelica authoritate compellimur magnam partem sequentium referre ad templi destructionem, quoniam in Luca, vbi discipuli interrogasse leguntur, nisi de signo & tempore destructionis templi, dicentes, Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cum hæc fieri incipient? Christus respondit eadem verba quæ in præsenti loco, respondisse narratur. Quæ tamen vtique ad futurum iudicium possunt referri. Subditur ergo [*Multi enim venient in nomine meo*] id est nomen meum sibi adscribendo, non tamen venient in nomine meo, sicut ego veni in nomine patris mei, & quomodo veri Christiani operantur & veniant in nomine meo, [*Dicentes*] singuli [*Ego sum*] Christus. Tales quidam venerunt in Iudæa ante destructionem Hierusalem, quorum vnus fuit Simon Magus, de quo dixerunt Samaritani, Hic est virtus dei, quæ dicitur magna, vt in Actis habetur. Qui Simon (vt refert Hieronymus) reliquit in suis codicibus scriptum, Ego sum sermo dei, ego sum speciosus ego sum paracletus, ego sum omnipotens, ego omnia dei. Fuit quoque alius (vt recitat Iosephus) nomine Simon Essæus dicens se Christum, spondens se liberaturum Iudæos à tributo Romanorum. Tales etiam ante finem mundi venturi creduntur, [*Et seducent multos.*] Nam & Simoni Mago attenderunt omnes Samaritani à minori ad maiorem, vt Lucas testatur. Alloquitur autem Christus vniuersos fideles sub apostolorum persona, secundum quod alibi ait, Quod vni dico, omnibus dico. Consequenter ponit saluator signa quædam in particulari, quæ Grægorius exponit, quantum ad secundum Christi aduentum. Alii referunt ea ad templi & Hierusalem deiectionem. [*Auditури enim estis prælia*] præsentia, [*Et opiniones prælіorum*] imminentium seu futurorum, id est percipietis de bellis futuris. [*Videte ne turbemini,*] id est inordinato pauore concutiami ni. Non enim contristabitur iustus quicquid ei acciderit. &, Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Ideo dicit Psalmista, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, & cætera: Viri quippe perfecti insurgentibus maximis aduersitatibus & tribulationibus, non turbantur, certi de misericordia & auxilio Dei, quia per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cælorum. [*Oportet enim fieri,*] necessitate conditionata & consequentiæ, tanquam à deo præuisa & præ- Lucæ.21.
nuntiata: quæ tamen in se contingentia sunt. [*Sed nondum est finis,*] i. his auditis seu factis, nec dum adest destructio templi, vel cõsummatio seculi, vel finis tribulationũ, imò graviores sequẽtur. ideo subditur, [*Surget gens contra gentem,*] i. vna contra aliam pręliabitur. Per gentes autem designantur minores prouincię: [*Et regnum in regnum*] i. reges cum suis contra se dimicabunt. Per regnum ergo intelligũtur maiores prouincię. [*Et erunt pestilentiæ Et fames & terræ motus per loca.*] De fame legitur in actibus Apostolorũ, quomodo Agabus propheta prędixit de fame, quę facta est Claudio imperãte, De terræ motu non legitur in scriptura canonica, quantũ ad præsentem materiam, nisi quod Christo pendente in ligno, terra mota est, intantum quod petræ scissæ sunt. [*Hæc omnia*] mala pœnalia [*initia sunt dolorũ*] id est inchoationes quædam tribulationum, quæ erunt in die destructionis templi, quando grauissima fuit Iudæorum afflictio. vel quę erunt tempore Antichristi, & circa diem, vel in die iudicij. Ioannis.5.

¶Denique quomodo omnia præinducta applicari possint populo Iudæorum ante destructionem Hierusalem. partim innotescit ex historiis Iosephi, Recitat nanque quemadmodum post crucifixionem, Iesu Nazareni Iudęi pugnauerunt contra seipsos, & cõtra Samaritanos, & tandẽ se opposuerũt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Romanis. Item quod imminente deſtructione Hieruſalem, currus equiteſque armati & acies apparue E
runt in aëre præliantes, & vitula inter manus immolantium peperit agnum, ſtella quoque habens for-
mam gladii pependit per annum ſuper Hieruſalem: per quod aliqui aſſerebant figurari diuinam vltio-
nem populo imminentem, alii diuinam protectionem. ¶ Sed cum omnia præmemorata, videlicet præ-
lia, ſeditiones peſtilentiæ, fames, terræmotus, naturaliter fiant & ſæpius accidant, quomodo poſſunt eſ
ſe ſigna futurorum? imò quomodo poſſunt eſſe ſigna, cum ſecundum Gregorium, ea quæ ordinate ve
niunt, ſigna non ſint? Reſpondet Gregorius, quod loquitur de his quæ ordinem temporum non ob-
ſeruant. Alii dicunt, quod hęc omnia multo abundantius fuerunt imminente deſtructio ne Hieruſalē.
Et adhuc abundantius erunt imminente fine mundi, & ita ſunt ſigna. Ex his infert Auguſtinus & e-
tiam Thomas, vanam eſſe calculationem eorum, qui ex euentu prædictarum tribulationum & perſe-
quutionis fidelium (de qua immediatè ſubiungitur) argumentantur: & prophetant de propinquitate
aduentus Antichriſti, cōſummationiſq; ſeculi. Primò, quia hęc ſigna referri poſſunt ad vaſtitatē Hieru
ſalem, Secundò, quia ſi referantur ad ſecundum Chriſti aduentum, tamen frequenter contigerunt &
facta ſunt, Et licet tunc abundantius fient quàm ante, tamen quantitas huius abundationis non eſt de-
terminata, nec certa. Per hoc quoque quod Chriſtus dominus noſter in actibus ait ſanctis Apoſtolis,
Non eſt veſtrum ſcire tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, ſatis repreſsit auda-
ciam talium. [*Tunc tradent vos in tribulatio em*] id eſt perſequutionibus vos exponent & occident vos. F
[*Et eritis odio omnibus gentibus.*] In diuo Luca Euangeliſta habetur, Eritis odio omnibus hominibus. &
in Marco quoque Euangeliſta narratur, Eritis odio omnibus. Non ergo de ſolis gentilibus loquitur.
Vnde ſenſus eſt, Et eritis odio omnibus gentibus, tam Iudęis, quàm cæteris. Et dicit omnibus propter
multitudinem odientium eos, quamuis non omnes ſimpliciter oderint eos. Iuxta quem ſenſum diuus
Apoſtolus, Omnes (inquit) quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Vel eſt diſtributio pro ge-
neribus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, quia de omni genere hominum aliqui eos oderūt.
¶ Sed videtur contrarium quod ait Apoſtolus. Ego per omnia omnibus placeo. Dicendum, quod i-
dem Apoſtolus alibi profitetur, Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Ibi ergo de bonis,
hic autem de malis hominibus loquitur. Eritis ergo odio omnibus hominibus, non propter veſtram
malitiam: ſed [*Propter nomen meum,*] id eſt propter me & quia diſcipuli mei eſtis, namque fidem & do-
ctrinam tenetis ac prædicatis, hoc & in nocte paſſionis Chriſtus dixit apoſtolis, Si de (inquiens) mun-
do eſſetis, mundus quod ſuum erit diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mun-
do, ideo odit vos mundus. Denique licet odio haberi non ſit deſiderabile, tamen propter Chriſtum o
diri optabile eſt: non vt alij peccent: ſed vt Chriſtus honoretur: & quia hoc meritorium eſt, dummo
do æquanimiter toleretur, dicente ſaluatore, Beati eritis cum oderint vos homines, & cum perſecuti
vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me: palam eſt autem, quòd o
mnis qui per iniuſtitiam oditur, propter Chriſtum odio habeatur. Talis ergo gaudeat & exultet, ne ſa G
tigetur aduerſis.

¶ Prętereà aduertendum eſt, quod ſi hęc referantur ad perſonam Apoſtolorum, diſcipulorumq; Chri
ſti, oportet tam præcedentia quàm ſubſequentia exponi pro tempore deſtructionem Hieruſalē præ-
cedente. Si verò ſub nomine Apoſtolum dicta intelligantur ad quoſcunq; fideles, referri poſſunt ad ſe
cūdū aduētū. [*Et tunc ſcandalizabuntur multi.*] In primitiua eccleſia propter acerbitatem perſecutionis
multi ceciderunt à fide, quod multo copioſius fiet tempore Antichriſti & circiter, iuxta illud apoſtoli
Spiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſsimis temporibus diſcedēt quidam à fide, [*Et inuicem tradent*] hoc
eſt, proximus proximum, propinquus propinquum, tradet in mortem, vnde in Luca clarius ſcribitur,
Trademini à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. Itémque Mar-
cus ait, Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium, & conſurgent filij in parentes, & morte eos
afficient. Hinc dixit ſaluator, Venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare
deo. [*Et odio habebunt inuicem.*] Nam inter fideles & infideles cōtinuum odium eſt. [*Et multi pſeudo pro-
phetæ ſurgent*] videlicet hæreſiarchæ, de quibus in prima ſua canonica ait Ioannes, Nūc Antichriſti mul
ti nati ſunt. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Et Paulus, Ego ſcio (inquit) quia poſt diſce-
ſſum meum intrabunt in vos lupi graues non parcentes gregi. Legitur etiam, quod ex illis octo milli- H
bus Iudæorum in Hieruſalem primo conuerſis per Petri prædicationem multi hæretici ſurrexerunt,
quorum vnus fuit (vt dicitur) Nicolaus Antiochenus vnus de ſeptem diaconibus, dicens mulieres de
bere eſſe communes, ſicut & c. bona, vt refert Thomas in ſumma contra Gentiles, [*Et ſeducent multos*]
de quibus ſcriptum eſt, Dominationem contemnunt audaces, ſibi placentes, pellicentes animas inſta-
biles, [*Et quoniam abundabit iniquitas*] perſecutorum & ſeducētium ac ſeductorum, [*Refrigeſcet*] à ſpiritua
li feruore, [*Charitas multorum*] Abundantia enim peccati mors eſt charitatis, quoniam vnum contrario
rum deſtruit aliud. Hæc omnia circa finem ſeculi copioſius accident, prout beatus Petrus habet, Veni-
ent (inquiens) in nouiſsimis diebus illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes & dicentes,
Vbi eſt promiſsio aut aduentus eius? [*Qui autem perſeuerauerit,*] in fide & charitate, [*Vſque in finem*] vitæ
ſuæ incluſiuè, [*Hic ſaluus erit*] Sola enim perſeuerantia coronatur, & non coronatur, niſi legitime cer-
tans. Motus quoque ſpecificatur ac denominatur à termino ad quem. Hæc eſt vox quam non audi-
unt niſi oues. [*Et prædicabitur hoc euangelium regni*] hoc eſt euangelica doctrina annuntians regnum cæ
leſte, & introducēs ſuos obſeruatores ad illud, [*In vniuerſo orbe*] id eſt in toto mundo, quantum ad prin
cipales mundi partes, [*In teſtimonium omnibus gentibus*] hoc eſt, ad hoc vt prędicatores Euangelij pro-
teſtentur & dicant gentilibus fidem eſſe adhibendam euangelio. Vel, in teſtimonium omnibus genti
bus, hoc eſt, in teſtimonium damnationis incredulorum, vt nemo ſit excuſabilis. atque in teſtimoniū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A fum, vt nemo ſit excuſabilis, atque in teſtimonium ſaluationis credentium. [*Et tunc,*] id eſt hoc peracto, vel quando hoc agitur, [*Veniet conſummatio,*] id eſt impletio eorum quæ prædixi, videlicet deſtructio templi, vel terminus ſeculi.

¶ Prædicatio autem Euangelij per totum mundum intelligi poteſt dupliciter. Primò, quantùm ad conuerſionem quorundam de omni genere hominum, ſeu quantùm ad principalia climata. Et hoc modo facta eſt per totum mundum tempore Apoſtolorum, & ante deſtructionem Hieruſalem à Romanis. Sic enim de Apoſtolis allegat Paulus illud Pſalmiſtæ, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Et Chriſtus dixit Apoſtolis, Eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Et rurſus, Prædicate (inquit) Euangelium omni creaturæ. Et, Euntes docete omnes gentes. Vnde & Paulus ad Colloſſenſes ait. Vt ſermo Dei clarificetur in vobis, ſicut & in omni creatura quæ ſub cælo eſt. Secundò intelligi poteſt prædicatio Euangelij in toto mundo ſimpliciter, quantùm ad vniuerſorum cõuerſionem & idololatriæ atque ſectarum errantium pleniſsimam eradicationem, exceptis pauciſsimis Antichriſti miniſtris. Et hoc modo, prædicatio Euangelij fiet circa finem ſeculi Antichriſto deſtructo. Si ergo quod ait ſaluator, prædicabitur Euangelium regni in vniuerſo orbe, intelligatur primo modo, tunc illud quod ſubditur, & tunc veniet conſummatio, intelligendum erit de deſtructione Hieruſalem, Si verò ſecundo modo, ſic intelligendum erit de cõſummatione ſeculi. Denique ſanctus Hie-
B ronymus ait hoc loco, non puto aliquam gentem remanſiſſe, quæ nomen Chriſti ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis nationibus opinionem fidei non poteſt ignorare [*Cum ergo videritis abominationem d. ſolationis,*] id eſt idolum ſeu ſtatuam iuſtitiæ & deſolationis effectiuam ac ſignificatiuam. Iudæi enim nomine abominationis intelligunt idolum, [*Quæ dicta*] id eſt prænuntiata, [*Eſt a Daniele propheta ſtantem in loco ſancto,*] id eſt in templo. Quod quidem exponunt de imagine Cæſaris quam collocauit Pilatus in templo: alij de ſtatua Adriani imperatoris, quam ipſe in templo reædificato erexit. Quidam verò exponunt de Antichriſto, qui ſecundum Apoſtolum in templo dei ſedebit, oſtendens ſe tanquam ſit deus, [*Qui legit,*] prophetiam illam, [*Intelligat*] eam ſapienter ſciátque eam eſſe impletam. ¶ Inſuper quæ ſequuntur vſque ibi, Orate, vt non fiat fuga veſtra hyeme, quidam exponunt pro tempore deſtructionis Hieruſalem à Romanis, vel perſecutionis illatæ Iudęis ab Adriano Hieruſalem reædificante, & omnes Iudæos ab ea penitus repellente. Et quamuis litera valeat applicari ad hæc, tamen qnantum conſiderare & capere poſſum, ſi ordinem textus Marci, vbi hęc eadem continentur, diligenter penſemus, cogimur ea exponere pro tempore conſummationis ſeculi. Singulæ tamen expoſitiones breuiter ſunt tangendæ. [*Tunc*] hoc eſt ſtatua Adriani viſa in loco ſancto, [*Qui in Iudæa ſunt*] hoc eſt Iudæi in terra illa habitantes, [*Fugiant ad montes*] vt ibi abſcondãtur, [*Et qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro eſt, non reuertatur in domum ſuam tollere tunicam ſuam*] vel aliud quodcunque. Hoc totum dicitur, ad inſinuandum quòd Adrianus expelleret Ju-
C dæos à Iudæa, & maximè à ciuitate Hieruſalem, ita quod nullus eorum poterat regredi ad eam ſine periculo mortis. Sícq; melius erat eis perdere rem poſſeſſam quàm vitam. Et indiguerunt celeriter fugere, propter diſtrictiſsimum Adriani pręceptum, ideo ſubditur, [*Væ autẽ prægnantibus Et nutrientibus in diebus illis*] Mulieres enim prægnãtes & nutrientes infantulos propter pondus & ſarcinã, curãque infantium, expedite fugere nequeunt, ideo perſecutionis tempore imminet eis periculum, etiã quoniam ab ortiuum vel deſperationem ſępe incurrunt, ſolo timore imminentium aduerſitatum. Secundò ſic, tũc, id eſt circa impletionem prophetię prędictę, videlicet parum ante deſtructionem Hieruſalem factam à Tito, qui in Iudęa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, &c. Hoc totum vno modo exponitur de Iudæis incredulis, ad deſignandum, quòd tam dura eis imminebat perſecutio à Romanis, quòd nil eis adeo neceſſarium fuit ſicut velociter fugere, & pro nulla re aſportanda reuerti ſiue morari. Alio modo exponitur de Iudæis conuerſis, qui inſtante Romanorum aduentu ab angelo monebantur exire Iudeam, & introire regnum Agrippę trans Iordanem, Tertiò ſic, tunc, id eſt Antichriſto ſedente in templo quod ędificauit (vt dicitur) in ciuitate Hieruſalem, qui in Iudęa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, &c. Nam quãuis Antichriſtus & eius ſatellites vbique perſecututi ſint Chriſtianos, maximè tamẽ eos, quoa in terra ſancta inuenerint. ideo dicitur eis, vt ſine mora & reſpectio-
D ne ad latibula fugiant montium aut locorum abſconditorum, nec de temporalibus curent.

¶ Myſtice. Cum videmus abominationem deſolationis, hoc eſt, dogma peruerſum, indignum prælatum, de quo dictum eſt, O paſtor & idolum, vel exemplum peſtiferum, in loco ſancto, id eſt, eccleſia ſeu quocunque deuotorum vel fidelium grege, tunc qui in Iudæa ſunt, id eſt, in vera fidei confeſsionione, fugiant ad montes, hoc eſt ad iuſtitiam dei, ei omnia diſcrete committendo, qui propter peccata populi facit regnare hypocritam, vnde & ſcriptum eſt, Iuſtitia tua ſicut montes dei, vel ad auxilium angelorum hominumque ſanctorum. iuxta illud, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Per hos nanque ſubuenit deus, dicente ſcriptura, Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Vel, ad montes, ad intelligentias ſpirituales, quas ſi tetigerit beſtia, lapidibus obruetur. Quia animalis homo non capit quæ dei ſunt. Stultitia enim eſt illi, & qui in tecto ſunt, id eſt, in ſublimitate virtutum & arce contemplationis, non deſcendunt ad inferiora, vt aliquid tollant de operibus carnis & priſtinæ conuerſationis, dicentes cum ſponſa, Laui pedes meos, id eſt, affectiones purgaui. Quomodo inquinabo eos? Et qui in agro eſt, hoc eſt congregatione iuſtorum: quibus dicit Apoſtolus, Dei agricultura eſtis. [*Non redeat tollere tunicam ſuam*] id eſt, veterem hominem cum actibus ſuis, vnde in Canticis dicitur Exui tunicam meam, quomodo induam illam? Et Iudas Apoſtolus, Odientes eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Væ autem prægnantibus, &c. his qui carnalibus rebus intenti ſunt, qui lectis participes ſunt, & ſolidum nequeunt capere cibum. Præte-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rea quæ ſequuntur omnes communiter exponunt pro tempore conſummationis mundi, & extremi E
iudicii. Chriſtus ergo ſub perſona apoſtolorum alloquens fideles tunc reperiendos, eoſque adhortãs, præmonens, cautoſ efficiens, ait, [*Orate autem*] Deum, [*Vt non fiat fuga veſtra*] hoc eſt, ne fugere attentetis vel indigeatis, [*Hyeme vel ſabbato*] id eſt quocunque tempore inconuenienti. Per hyemem nanque, qua malum eſt ambulare propter duritiam frigoris & intemperiem aëris, & per ſabbatum quo ſecundum legem non licuit ambulare, niſi per mille paſſus, deſignatur omne tempus ineptum ad fugam. Spiritualiter quoque per hyemem exprimitur temporis ſiue extinctio charitatis. Per ſabbatum verò vacant operis boni. Et qui in iſtis eſt inaniter fugit, cum manum dei nõ poſsit effugere. [*Erit enim tunc*] hoc eſt tempore Antichriſti, inſtante termino mundi, [*Tribulatio magna, Qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet*] vſque ad tempus illud. Antichriſti enim perſequutio erit grauiſsima. Vnde Daniel, Veniet (inquit) tempus quale non fuit ex eo, ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tẽpus illud. [*Et niſi breuiati fuiſſent dies illi*] tribulationis antichriſti. Iam enim in diuina prœordinatione breuiati ſunt, & tũc realiter breuiabuntur: non menſura, ſed numero, quoniam tempus illud nõ diu durabit, ſed dies ſolito curſu decurrent. [*Non fieret ſalua omnis caro*] hoc eſt, nemo ſaluaretur eorũ qui tunc erunt, conſiderãdo eos quo ad propriam infirmitatem & conditionem. Non enim poteſt genus humanum diu ſufferre tã acerrimam perſequutionem. Veruntamen quantumcunque diu duraret, diuina prædeſtinatio non poſ
1.Cor.10. ſet fruſtrari nec electi perire, quoniam virtus diuina conſeruans electos omni aduerſa poteſtate po- F
tentior eſt, [*Sed propter electos breuiabuntur dies illi*] ne ſupra id quod poſſunt tententur. Et ſicut de perſequutionis acerbitate torquentur: ſic de eius breuitate conſolationẽ recipient. Quemadmodũ enim cru
Daniel. 7. deliſsima, ſic & breuiſsima erit perſequutio iſta. Durabit autem annis tribus cum medio, iuxta illud Danielis, Aſpiciebam, & ecce cornu illud, videlicet Antichriſtus, faciebat bellum aduerſus ſanctos, & præualebat eis, & tradentur in manus eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.. He-
Apoca.11. bræi autem nomine temporis intelligunt annum. Hinc quoque in Apocalypſi ſcribitur, ciuitatem ſanctam, hoc eſt, Eccleſiam calcabunt menſibus quadraginta duobus. [*Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt*] Chriſtus, id eſt in hac plebe, vrbe ſeu loco, [*Aut ecce illic*] hoc eſt in illo loco vel populo, [*Nolite credere*] ſeductoribus ita narrantibus. Verus enim Chriſtus ſecundum diuinitatem ſuam vbique eſt ſecundum aſſumptam verò humanitatem in cœlo: eſt quoque in medio electorũ & efficacium Chriſtianorum per fidem & gratiam, atque per ſacramentalem exiſtentiam. Si ergo quis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus. & non alibi, vel in plebe Euangelio contra dicente non eſt credendum. [*Surgent enim pſeudochriſti & pſeudo prophetæ,*] Hoc eſt, ipſe Antichriſtus cum prædicatoribus & vatibus ſuis, qui per participationem malitiæ, & imitatione principis ſui dicuntur Pſeudochriſti & antichriſti, [*Et dabunt,*] hoc eſt facient arte magica & operatione diabolica. [*ſigna magna & prodigia,*] facient enim multa mira cula etiam vera, quæ tamen ab Apoſtolo appellantur mendacia, quoniam ad fallendum ordinabuntur
2.Theſ.2. Vnde ait de Antichriſto, Cuius erit aduentus ſecundum operationem ſatanę, in omni virtute, et ſignis G
& prodigiis mendacibus. Ad hoc pertinet illud Apocalypſis, Fecit ſigna magna, ita vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere in conſpectu hominum, & ſeduceret habitantes in terra propter ſigna quæ ſunt data illi facere.

Pſalm.21. ¶Sed ſi hoc ita eſt, quæritur quomodo verũ ſit illud Pſalmographi, Benedictus dominus deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus? Dicẽdum, quòd Pſalmiſta loquitur de mirabilibus, totam facultatem,, legem & ordinem naturæ creaturæ excedentibus. De quibus dicit Saluator, Si opera in eis non feciſſem, quæ
Ioanni.15. nemo alius fecit, peccatum non haberent. Talia verò non faciet Antichriſtus: ſed ea quę per occulta rerum ſemina, inſitaſque virtutes fieri valent. Recolo me conſcripſiſſe librum ſpecialem non paruum de Antichriſto in dialogo, quem edidi de fide catholica, [*ita vt in errorem*] peccati & ignorantiæ [*inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi*] quod tamen fieri nequit loquendo de electis formaliter, & de errore finali poſsibile verò eſt, loquendo de eis materialiter, eo quod prædeſtinatio non tollat, nec minuat libertatem electorum. Vnde hæc enunciatio, Electus ſeu prædeſtinatus poteſt damnari. vera eſt in ſenſu diuiſo, quia rex illa ſecundum ſe conſiderata, cum ſit libera, poteſt amittere gratiam. & peccare atque perire: non autem in ſenſu compoſito, quia res illa vt talis, non poteſt perire propter infallibilitatem & inuariabilitatem diuinæ prœordinationis, Propter quod Ioannes ait, Qui natus eſt ex deo non H
peccat, quoniam ſemen dei manet in eo.

¶Porrò per verba inducta innuitur, ineſtimabilis incomparabiliſque perſecutionis Antichriſti acerbitas. [*Ecce prædixi vobis*] mala futura. vt iacula precuſa minus noceant, fruſtraque iaciatur rete ante oculos pennatorum. [*Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt*] Chriſtus, id eſt inter eos qui vitam eremiticam ducere videntur & tamen inanes ſunt. Vel, in eremo, tanquam vitam ducens abſtractam, ſicut & dominus noſter Ieſus Chriſtus verè conuerſatus eſt in deſerto quadraginta diebus. [*Nolite exire*] ad locum huiuſmodi, putando quod ibi ſit Chriſtus. [*Et ſi dixerint vobis, ecce in penetralibus,*] id eſt locis concluſis & abditis eſt Chriſtus, [*Nolite credere*] hoc eſt, vbicunque nuntiauerint eſſe Chriſtum alium quàm me, ne credatis. cuius ratio ſubditur, [*Sicut enim fulgor*] id eſt coruſcatio [*Exit ab oriente*] hoc eſt à nubę quæ eſt verſus plagam orientalem, [*Et paret vſque in occidentem*] repente & euidenter, [*Ita erit & aduentus filii hominis*] ad iudicium ſcilicet, ſubitaneus, & luminoſus, glorioſus & & manifeſtus. Ex quo elicitur, quod iudicium celerrime finietur.

¶Poteſt quoque hoc ipſum referri ad ſpiritualem Chriſti aduentum. quo venit viſitando Eccleſiam, non ſolùm in iſto loco vel illo, ſed toto orbe terrarum: propter quod non eſt credendum, quod in conuenticulis hæreticorum ſeu locis particularibus tantum ſit Chriſtus, ſed in vniuerſali eccleſia. Hoc autem quod hic Matthæus, etiam in Luca ſcriptum eſt. Sicut fulgus coruſcans

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A de cælo in ea quæ ſub cælo ſunt, fulget, ita erit filius hominis in die ſua, Quamuis ita primus Chriſti aduentus quo venit iudicari, fuit occltus: ſecundus tamen quo veniet iudicare erit omnibus manifeſtus: iuxta illud in Pſalmo, Deus manifeſte veniet, deus noſter, & non ſilebit. ¶ Conſequenter oſten dit ſaluator, quod electi ſibi finaliter adhærebunt, nec poterunt errore ſeduci. [*Vbicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ.*] Hoc ad literam ita eſt. Aquilæ enim & aliæ aues vbicunque odoratu, viſu, aut alio ſenſu perceperint eſſe cadauer illud mox volant & colligunt, ſic ſpiritualiter, vbicunque fuerit Chriſtus qui dicitur corpus tanquam verbum caro factum, & pro nobis occiſum: illic congregantur homines virtuoſi, quorum iuuentus renouatur vt aquilæ, iuxta illud Apoſtoli, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum deum creatus eſt. Hinc enim ait ſaluator, Pater quos dediſti mihi, volovt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Et alibi, Veniam & aſſumam vos ad me ipſum, vt vbi ſum ego, & ſitis. Pſalm. 49. Ioann. 2. Apoc. 5. Pſalm. 102 Ephe. 4.

¶ Proſecutio expoſitionis huius capituli. Artic. x x x i x.

B  *Statim autem poſt tribulationem dierum illorũ ſol obſcurabitur*] Poſt deſcriptionẽ ſignorum propinquorum diei iudicii ſeu aduentus Chriſti, ponuntur, iam ſigna proximo illi aduentui. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum. i. cito poſt perſecutionem Antichriſti, ſol obſcurabitur, quæ obſcuratio erit in ipſa hora immediate præcedente Chriſti deſcenſum ad iudicandum, & ita inter finẽ perſecutionis Antichriſti & obſcurationem luminarium cæleſtium erit tẽpus per modicum, ſcilicet quadragintaquinque dies, vel circiter, qui dabuntur ſeductis ab Antichriſto ad pœnitendum, prout doctores catholici aſſerunt, & ex Daniele trahitur. Obſcurabitur autem ſol, [*Et luna non dabit lumen ſuum,*] vel quia ad terrorem hominum diuina virtute ſuo lumine priuabuntur: vel quod probabilius ſonat, quia aliqua corpora opaca interponentur inter ea & terram: ſicque obſcurabuntur non in ſe, ſed tanquam ad homines, ad quos eorum ſplendor non veniet: & forte luna ſupponetur ſoli, ſicut in paſſione factum fuit ſecundum Dionyſium in epiſtola ad Polycarpum, Quod ſi dicatur, conſequens, vt luna non det nec affluat lumen, ſed obſcuretur pars eius quæ reſpicit in terram. Semper enim luna pro media parte obſcura eſt, ea videlicet quæ à ſole verſa eſt, à quo dependet lumen lunæ in eſſe & conſeruari. Aliqui tantum dicunt quod luminaria iſta non obſcurabuntur ni ſi comparatione veræ lucis, quoniam tanta erit claritas iudicis venientis, vt eius reſpectu omnia obſcurari dicantur. & hoc dicit Hieronymus, Quod ſecundum Thomam ſuper quartum ſententiarum verum eſt, ſi intelligatur pro ipſo momento aduentus Chriſti, in quo momento dicit totum mundum innouandum. Alii tamen dicunt, quod innouatio immediatè ſequitur iudicium reprobis in infernum retruſis. Si vero intelligatur pro tempore præcedente iudicium, veritatem non habet: imò Thomas allegat & ſequitur Rabanum aſſerentem, quod nihil prohibet, vt ſol, luna & ſydera dicantur tunc veràciter lumine ſuo priuanda. [*Et ſtellæ cadent de cælo*] non ſecundum exiſtentiæ veritatem, ſed ſecundum apparentiam quandam, quoniam tãtæ exhalationes ignitæ. ſcintillationes ſeu azub generabuntur atque deſcendent in aëre, quod aſtra cadere videbuntur. [*Et virtutes cælorum commouebuntur.*] Hoc quidam exponunt ſpecialiter de angelis medij ordinis ſecundæ hierarchiæ, quorum eſt miracula facere, vt tunc dicantur commoueri, qui plus ſolito procedent & tendent ad faciendas tranſmutationes miraculoſas in creaturis. Sed melius intelligitur de omnibus angelicis ſpiritibus, qui tunc commouebuntur motu reuerentiæ & admirationis cuiuſdam, non metu pœnalis affectionis, poteſtque verbum iſtud intelligi per modum hyperbolicæ locutionis, qua aliquid dicitur per exceſſum, ad inſinuandum magnitudinem rei quæ affirmatur.

C ¶ Myſtice, inſtante die iudicii, Chriſtus ſol iuſtitiæ obſcuratur in cordibus plurimorum, & quoniam effuſionem gratiæ ſuæ & ſubuentionis ſuſpendet plus ſolito, luna quoque, id eſt, eccleſia obſcurabitur vehementer, prævalentibus impiis & fide pene extincta: quia & ſtellæ cadent de cælo. hoc eſt, multi literati auertentur à fide, propter quod virtutes cœlorum, hoc eſt, perfecti & contemplati-

D commouebuntur timore compaſsione & admiratione. [*Et tunc apparebit ſignum filij hominis*] hoc eſt, crux Chriſti, & cætera arma ſuæ paſsionis, vel corporis ſui cicatrices, [*In cælo*] aëreo, vbi Chriſtus ad iudicandum ſeſſurus eſt. Apparebunt autem crux, claui & lancea Chriſti, vel quia vere tunc aderunt, & ad confuſionem in gratorum oſtendentur ab angelis, vel quia aliqua lucide apparebunt in ſimilitudine crucis & cæterorum dominicæ paſsionis armorum. [*Et tunc plangent omnes tribus terræ*] id eſt, omnes nationes rerrenæ, de quibus Hieremias ait, Recedentes à te in terra ſcribentur, vel aliqui de omnibus generationibus hominum contriſtabuntur, omnes videlicet impii, quibus aduẽtus Chriſti erit omni terribili terribilior, de quibus Sapiens, Videntes (inquit) turbabuntur temere horribili præ auguſtia ſpiritus gementes. Ad hoc pertinere poteſt illud Zachariæ; Aſpicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum. vnde in Apocalypſi habetur, Ecce venit cum nubibus, & tunc plangent ſe ſuper eum omnes tribus terre. [*Et videbunt*] omnes homines boni & mali. [*Filium hominis venientem*] de cælo empyreo. [*In nubibus cæli*] aërei, In nubibus nanque aſcendit idcirco in nubibus rediet, vt verificetur eloquium angelorum in actis, Quemadmodũ (inquiens) vidiſtis eum aſcendentẽ, ſic veniet. Hinc ait Pſal., Nubes & caligo in circuitu eius. [*Cum virtute magna*]. i. angelorũ exercitu, omnibuſque beatis, ſecundum illud Iudæ apoſtoli, Ecce venit dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudiciũ, & arguere oẽs impios [*Et maieſtate*]. i. magna ſuiipſius poteſtaet & gloria. Apparebit enĩ in corpore glorificato tãq; rex regũ, iudex ac dñs vniuerſorũ. Ignis quoq; in cõſpectu

eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida, [*Et mittet angelos ſuos*] quorum miniſterio cineres E
reſuſcitandorum colligentur, [*Cum tuba*] id eſt, cum ingenti fragore & ſonitu, quem angeli ſancti facient in elementis, [*Et voce magna*] Michaelis archangeli, qui eſt princeps & cuſtos eccleſiæ, dicétque in die iudicij ex commiſsione diuina, Surgite mortui, venite ad iudicium: vel, cum voce magna Chriſti cuius imperio mortui ſurgent, de qua Saluator, Veniet hora quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius. De hoc teſtatur Apoſtolus, Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli & in tuba dei deſcendet de cælo, *Et congregabunt*] id eſt, ſimul ad iudicium deferent ſeu adducent, [*Electos eius*] Nam quamuis boni & mali ab angelis ad iudicium deferentur: electi tamen cum ampliori honore & reuerentia ſpeciali, [*A quatuor ventis*] id eſt, à quatuor principalibus partibus mundi, vnde quatuor venti principales oriuntur, hoc eſt, à cunctis locis & monumentis, in quibus ſuſcitabuntur. Quod quam cito fiet, eluceſcit ex verbis Apoſtoli. In momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Nec enim tuba hæc, corporaliter intelligenda eſt ſecundum Remigium, [*A ſummo cælorum vſque ad terminos eorum*] Tarcus inquit, A ſummo terræ vſque ad ſummum cæli: ſummum ergo cælorum nominat locum terræ, in quo aliquis ſtat, quia vbicunque quis ſteterit, videtur ei quod ſummitas cæli ſit ſuper caput ſuum. Porrò terminos terræ appellat loca circa quæ viſus noſter finitur, nam ibi videtur cælum terræ coniungi ac terminari, quaſi eſſet corpus ſemicirculare & camerale, cum tamen ſit ſphæricum vbique æ- F
que remote diſtans à terra. Eſt igitur ſenſus, Angeli congregabunt electos à ſummo cælorum, id eſt, à quocunque loco vnde cæli altitudo maior apparet vſque ad terminos eorum, id eſt, etiam ab illis terræ locis vbi cæli videntur finiri, quos deus expandit velut tabernaculum ad inhabitandum, vt Eſaias habet. Conſequenter docet Chriſtus quod dixit de fine ſeculi per exemplum vel ſimilitudinem arboris. [*Ab arbore autem fici*] id eſt, à ficulnea, [*Diſcite parabolam*] id eſt, ſumite ſimilitudinem, quam vobis proponam ad prædictorum intelligentiam conuenientem. [*Cum iam ramus eius tener fuerit*] id eſt, recens & gracilis, [*Et folia nata*] id eſt, cum folia cœperint pullulare in ea, [*Scitis quia prope eſt eſtas*] Illa enim non fiunt niſi ſole appropinquante & aſcendente, cuius illatio in circulo obliquo eſt cauſa generationis, renouationis, & calores in inferioribus ſecundum philoſophos, imò ſecundum Dionyſium. [*Ita & vos cum videritis hæc omnia*] id eſt, prædicta ſigna aduentus mei, [*Impleri, ſcitote, quia prope eſt in ianuis*] id eſt, in proximo inſtat iudicium. Sub perſona Apoſtolorum affatur eos qui tunc victuri ſunt in ſeculo iſto. [*Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc*] id eſt, genus humanum, vel populus Iudæorum, ſeu congregatio Chriſtianorum, quæ durante hoc ſeculo, nunquam in toto deſtruetur, quamuis Antichriſti temporibus multum opprimenda minuendaque ſit, [*Donec omnia fiant*] id eſt, opere compleantur, quæ ante horam iudicii dixi futura [*Cælum & terra tranſibunt*] id eſt, ceſſabunt quantum ad ſua accidentaria, ſcilicet motum, cauſalitatem, ſitum & tranſmutationem, G
non quo ad eſſe ſubſtantiale, imò poſt diem iudicij meliorabuntur, quando terra clara erit vt aurum, cælum & ſydera, vnde in Apocalypſi ait Ioannes, Vidi cælum nouum, & terram nouam, primum enim cælum & prima terra abiit, [*Verba vero mea non præteribunt*] non fruſtrabuntur, ſed quod ſignificant, impoſsibilius eſſet non impleri, quam vniuerſam mundi fabricam deſtrui. Loquitur ergo de verbis ſuis, non quantum ad ſonum ſermonis, & ne quis ex ſignis prædictis exiſtimet diem iudicij determinate poſſe præſciri, adiecit, [*De die autem*] iudicij [*Et hora*] aduentus Chriſti, [*Nemo erit*] quando venturi ſint [*Neque angeli cælorum*] id eſt, habitantes in cælis, & motores cælorum, [*Niſi pater ſolus*] In Marco additur, neque filius, quod ex his verbis infertur & ſequitur. Ea enim quæ ſoli diuinæ potentiæ ſubiacent, & ex ſimplici diuinæ voluntatis libertate dependent, qualia ſunt initium & conſummatio mundi, ſoli creatori ſunt agnita, nec ſciuntur à creatura niſi per reuelationem, horam autem cũ ſummationis mundi nulli viatori, vel angelo deus manifeſtauit. Sed quomodo ſolus pater dicitur ſcire diem illum & horam, cum deus ſpiritus ſanctus, & Chriſtus vt eadem non ignorent? Rurſus Chriſtus vt homo conſtitutus eſt omnium iudex. Quomodo ergo lateret eum tempus finalis iudicii? Ad primum dicendum, quòd trium perſonarum eſt vna notitia ſicut vna eſſentia, vna voluntas, vna poteſtas: ideo quicquid de vna aſſeritur, de alia quoque intelligi datur, vbi nõ obuiat relationis diſtinctio. Ad ſecundum dicendum, quod Chriſtus dicitur illam horam & diem ignorare, non quo ad ſe ipſum, H
ſed quantum ad nos, videlicet quia non notificat eam nobis. Sic enim frequenter loquitur Deus in ſcripturis per modum ignorantis vel dubitantis, quia ita ſe habet ad homines tanquam ignoraret ſiue ambigeret, quemadmodum in Exodo ait populo Iſraël, cum adoraſſet vitulum aureum. Iam nunc depone ornatum, vt ſciam quid faciam tibi. Et in Geneſi, Deſcendam (inquit) & videbo ſi iuxta clamorem qui venit ad me faciant, an non, vt ſciam. [*Sicut autem fuit in diebus Noe*] videlicet ante ingreſſum in arcam, [*Ita erit aduentus filij hominis*] ad iudicium. Quod cõſequenter exponitur. [*Sicut enim erãt*] homines carnales atque increduli [*In diebus*] ante diluuium [*Comedentes & bibentes nubentes & nuptui tradentes*] id eſt, crapuloſe, ſecure & incontinenter viuentes, diuque viuere arbitrantes contrahendo adinuicem [*Vſque ad eum diem quo introiuit in arcam*] de lignis lęuigatis atque bitumine colligatis, factam, ipſe [*Noe*] cum ſua vxore tribuſque filiis & eorum coniugibus, vnde ſecundum Petrum in arca paucæ animæ, id eſt, octo per aquam ſaluæ factæ ſunt [*Et non cognouerunt*] homines tunc temporis periculum imminens, & forte quamuis Noë eis prædixit, non tamen credebant. Quamuis autem predixiſſet eis futurum diluuium, non tamen prænunciauit certum diem, ſicut & Chriſtus quamuis nobis prænuntiauit futurũ iudiciũ, non tamẽ diem determinatũ [*Donec venit diluuium*] Tunc enim per experientiam cognouerũt quod ante non nouerant. [*Et tulit*] i. à vita ſubtraxit, [*Omnes homines*] præter Noë, & exiſtẽtes cũ eo à quib⁹ ppagatũ & natũ eſt omne hominũ genus, [*ita*] occultus & improuiſus ac ſubitus] *Et*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *aduentus filij hominis*]ad iudicium. Nam Antichristo occiso quidam satellitum eius in sua duritia perdurabunt scelerate viuentes, & secure peccantes, quibus sic conuersantibus subito veniet dies iudicij. Propter quod dicit Apostolus, Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eius superueniet interitus. [*Tunc duo erant in agro*]id est, eidem operationi in agro intenti[*Vnus assumetur*]ad gloriam[*Et vnus relinquetur*]ad pœnam. Erunt tunc [*Duæ molentes in mola, vna assumetur & vna relinquetur: duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur.*]hoc totum sic erit ad literam, quia vbique prædestinati mixti sunt reprobis.

¶ Spiritualiter verò per existentes in agro intelliguntur prælati, quorum est operari in agro dominico seu in ecclesia, per molentes autem significantur actiui, per existentes quoque in lecto quietis, contemplatiui. Horum trium statuum, aliqui cadent à fide & gratia, maxime tempore Antichristi, propter quod relinquentur: alii perseuerabunt vsque in finem, & assumentur, quia secundum Augustinum, in omni conditione & gradu optimis iuuicti sunt pessimi. Oportet equidem Abel probari, exerceri, & coronari per malitiam Cain. [*Vigilate ergo*]id est, soliciti sitis, & bonis actibus diligenter intendite. [*Quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit*]ad iudicium. Hoc in persona Apostolorum posterioribus dicitur. Et quamuis ad literam dicitur de secundo Christi aduentu, nihilominus accipi potest de spirituali eius aduentu, & particulari iudicio, quo visitat vnumquemque in hora mortis. Quoniam ergo nescimus
B diem neque horam propriæ mortis, aut extremi iudicii, debemus semper esse prouidi ac præparati, ne in vitiis deprehendamur & æternaliter pereamus.

¶ Porrò, quod ita agendum sit, probat exemplo, & per locum à maiori. [*Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret & non sineret perfodi domum suam.*] Si ergo ille tam soliciter ac vigilanter opponeret se damno temporalium rerum, quanto magis nos oporet reluctari omni ignauiæ ac negligentiæ, ne perdamus bona æterna spirualia ac diuina? Ideo concluditur. [*Ideo & vos estote parati*]ad occurrendum Christo, [*Quia qua hora nescitis*]id est, tempore vobis ignoto[*Filius hominis venturus est*]Exhortatio ista plenius continetur in Marco & Luca. Ait enim Saluator in Marco, Vigilate ergo nescitis enim quando veniet, sero an media nocte, an in galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes, videte, vigilate, orate. Item in Luca, Vigilate (inquit) itaque omni tempore, orantes, vt digni habeamini fugere omnia ista quæ futura sunt, & stare ante filiũ hominis. ¶ Mystice, Paterfamilias est spiritus rationalis, videlicet anima nostra, cuius familia sunt cogitationes, affectiones & opera; dominus verò eius est corpus hoc corruptibile. Fur verò est tentator, debet ergo spiritus noster incessabiliter vigilare, ne diabolus per senestras corporis, id est, per sensus exteriores introeat habitaculum animę, neque perfodiat illud, inducendo laqueos tentationum per corpus. Hoc enim est quòd hortatur Apostolus, Nolite (inquiens) locum dare diabolo. Et rursus non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obedias concupiscentiis eius. ¶ Consequenter Saluator horta-
C tur nos ad vigilantiam præinductam exemplo serui fidelis, & loquitur interrogatiue, ad insinuendum difficultatem & raritatem negotii[*Quis putas est fidelis seruus & prudens*]Fideles in executione administrationis, seu dispensationis sibi à domino suo cõmissæ, & prudens in se ipso, conuenienter disponendo de mediis & modo regiminis[*Quem constituit dominus super familiam suam*]paterfamilias [*Super familiam suam*] hoc est, cæteris ministrantibus prætulit eum, quẽadmodũ Putifer constituit Ioseph dñm domus suę[*Vt det illis*]puta vnicuique de familia[*Cibum in tempore?*]hoc est congrua alimenta in tempore opportuno, nõ nimis tempestiue aut tarde, nec omnibus eadem, nec delicata cibaria. Qui enim delicate nutrit seruum Proue. 26.
suum, postea sentiet contumacem, sed singulis dandum est secundũ suę conditionis exigentiã, propriamque capacitatẽ & indigentiam. Ad hanc quæstionẽ dominus non respondet, & tamen ex verbis quęstionis patet responsio, vt dicamus illum esse seruum fidelem atque prudentẽ, & cæteris seruis digne prælatum, qui dat illis escam in tempore secundum modũ præfatum. Idcirco subiungitur, [*Beatus est*]iam in spe[*Ille seruus*]hoc est, Christianus alios in spiritualibus vel in temporalibus regens ex ordinatione diuina, vel seipsum recte gubernans, nec vtendo gratia sibi collata, creditisque talentis, [*Quem cum venerit dominus eius*]Christus videlicet, veniens ad eum in hora suæ mortis, vt rationẽ ponat cũ eo, vel quotidie considerando quomodo præsit & bona domini sui dispenset[*Inuenerit sic facientem*] hoc
D est, familiam sibi commissam bene regentem, dando singulis escam spiritalem seu corporalem, & seipsum fructuose occupantem in operibus sanctæ dilectionis. [*Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum*]nõ vt omnibus creaturis dominetur, vel cuncta creata salus possideat. sed ęternã beatitudinẽ consequatur, quæ est status ommium bonorum aggregatione perfectus, & suscipiat quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor apprehendere valet, imò deum summũ possideat: vel quia similitudinẽ serui hominis patrisfamilias introducit, possumus per omnia dei intelligere sola exteriora & corporalia, sicut diuitiæ appellantur hominum bona, sic vnusquisque beatus constituitur super omnia bona creaturis. [*Si autem dixerit*]malus[*Seruus ille*]seruus infidelis qui oppositio modo se habet ad seruũ prudentem prædictum[*Moram facit dominus meus venire*]id est, non cito iudicabor à deo [*Et cœperit percutere conseruos suos*] id est, opprimere gregem sibi commissum [*Manducet autem & bibat cum ebriosis*,].i. crapulose & carnaliter viuat. Hoc dicunt saltem interpretatiue prælati & iudices, qui non timent iudicium dei, nec cogitant horam mortis, eo quod Christus longanimiter agat cũ eis, nec statim se vlciscatur. Hoc nanque præstat multis peccandi audaciã, iuxta illud, Etenim quia non cito profertur contra Eccles. 8.
malos iudiciũ, absque vllo timore filij hominũ perpetrant mala, [*Veniet dominus serui illius*].i. Christus [*In die qua non sperat*,].i. quando seruus ille non putat se visitandũ & puniendũ à Christo, [*Et hora qua ignorat*]qm̃ hora mortis, ac iudicii prorsus incerta est. Tales enim cũ se magis diuicturos arbitrãtur, citius tolluntur de medio quẽadmodũ diuiti longam quietẽ ac delicioſam vitã sibiipsi promittẽti, deus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ait apud Lucam, Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuius erunt? [*Et diuidet eum*] id est, à consortio & præmio electorum separabit. [*Partemque eius*] id est, retributionem, [*Ponet cum hypocritis*] id est, cum his qui nomine & non re Christiani sunt, qui videntur deum cognoscere, factis autem negant, hoc est, in inferno erit merces eius & damnatis sociabitur in tormentis, [*Illic erit fletus & stridor dentium.*] Hoc iam bis elucidatum recordor. E

¶Expositio Cap. xxv. [*Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus*] Articulus. xl.

Sancti catholicíque doctores in expositione huius parabolæ de decem virginibus, non parum diuersificantur. Quidam enim exponunt eam de solis virginibus. Alij de contemplatiuis per virgines significatis. Alij de popularibus omnibus non idolatris. Alij de popularibus Christianis duntaxat. Sed propter prolixitatem vitandam, prosequar vnum quem æstimo conueniētiorem intellectum, videlicet, vt intelligatur de omnibus Christianis. [*Tunc,*] id est, in ipsa die & hora iudicij, [*Simile erit regnum cælorum,*] id est, ecclesia militans & negotium eius [*Decem virginibus quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ.*] Nam sicut virgines illæ acceptis lampadibus occurruut sponso & sponsæ, sic omnes Christiani in die iudicij occurrent Christo, Itaque per decem virgines vniuersitas fidelium denotatur. Denarius enim est numerus perfectus & primus terminus numerorum, ita quod vltra non proceditur numerando, nisi redeundo ad caput seu vnitatem & denarium. Totum ergo quod subditur in ista parabola de hac re per decem virgines designata, est exponendum. Per hoc autem quod virgines dicuntur accepisse lampades suas, insinuatur quod vniuersi fideles cum ad iudicium venerint secum ferent fidem & opera sua, quæ nomine lampadum exprimuntur, Opera quippe illorum sequuntur illos. Et quamuis multorum male sunt opera, vix tamen vel non inuenitur aliquis Christianus ita peruersus, quin habeat aliqua opera ex suo genere bona, quamuis non sint memoria præsertim quum ipse intrerior fidei actus de genere bonus sit. In die autem iudicij obuiabunt Christo sponso & ecclesiæ triumphanti cum ipso de cælo venienti quæ est sponsa Christi, vel sponsæ Christi singulari, quę est virgo beatissima mater deifera: vel secundum Augustinum, ita dicuntur obuiare sponsæ, velut si omnibus in ecclesiam concurrentibus filii ad matrem concurrere dicantur, cū ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater, sicque obuiatio ista esset eiusdem ad seipsum secundum statum vel modum diuersum. Secundum primum modum est obuiatio patris ad patrem, quia in die iudicii ex hominibus seu ecclesia militante & angelis atque ecclesia triumphante fiet vna ecclesia & vna sponsa Christi, qui tunc sibi perfecte ac indissolubiliter copulabit totam ecclesiam seu electorum vniuersitatem, vt omnes sint vnum in ipso, & deus sit omnia in omnibus. [*Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes*] vna pars Christianorum insipiens est, & in die iudicij stulta probabitur, eo quòd diuinis ac spiritualibus præposuit terrena & corporalia, fidemque catholicam non adornauit operibus, nec opera de genere bona retulit ad debitum seu vltimum finem. Prudentia namque dirigit actus humanos in debitum finem. Qui ergo non ob dei honorem, vitamque æternam bona agit, sed propter laudes humanas seu temporale emonumentum, merito imprudens & stultus censetur. Alia verò pars Christianorum per oppositum prudens est, & in die iudicij sapiens inuenietur. Per hæc itaque bonorum & malorum discretio explicatur. [*Quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.*] Hoc est, stulti & vani Christiani fidei suæ & operibus non coniunxerunt spiritualem delectationem, lætitiamque internam & conscientiæ synceritatem, faciendo quod monet Apostolus, Qui gloriatur, in domino glorietur. Et rursus, Gaudete in domino semper. Et illud Psalmi stæ, Seruite domino in lætitia. Vnde nec dicere possunt cum Apostolo, Gaudium nostrum est testimonium conscientiæ nostræ. Itaque per oleum, spiritualis & pura delectatio, synceritásque conscientiæ designantur, Iuxta illud, Vnxit te deus tuus oleo letitiæ: mali autem dum aliquid boni agere videntur in se non in domino gloriantur, dum hominibus cupiunt complacere magis quàm deo, & ita non satagunt conscientiam bonam habere, nec redeunt ad interiora, sed inaniter diffunduntur, quemadmodum scriptum est, In circuitu impii ambulant. [*Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis,*] hoc est, spiritualem delectationem & bonæ conscientiæ testimonium in cordibus suis posuerunt [*Cum lampadibus,*] id est, fide & operibus virtuosis. Hæc enim electi deferunt secum ad iudicium. [*Moram autem faciente sponso,*] id est, Christo futurum iudicium differente, videlicet ab ascentione vsq; ad terminū mundi [*Dormitauerunt omnes*] tam boni quàm mali defuncti sunt, [*Et dormierunt*] somno mortis, atque in tumulis velut in lecto quieuerunt denuo suscitandi à Christo, de qua dormitione ait saluator apud Ioānem, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno suscitem eum. Mortui itaque dormiunt Christo, qui multo facilius excitat defunctum à morte, quàm homo dormientem à somno. [*Media autē nocte clamor factus est, ecce sponsus venit.*] Ex hoc aliqui asserunt, quòd finale iudiciū erit in medio noctis. Vnde refert Hieronymus traditionem esse Iudæorum, quod sicut deus per angelum vastauit Aegyptios media nocte, ita per Christum iudicabit mundū in medio noctis. Alii dicunt quod erit in die, secundum quod dicit Apostolus, In die quo iudicabit dominus abscōdita tenebrarum, & dicūt quod ideo tempus iudicii vocatur nox, quia incertum, propter quod dicit Augustinus, Media nocte, id est, nullo sciente aut sperante. Clamor autem qui tunc fiet, est sonus tubæ & vox magna, de quibus præcedenti cap. plenius dictū est, [*Exite obuiam ei*]. i. de sepulchris resurgite, seu corpore resumpto occur-

Ioann. 11.

2. Reg. 24.

1. Corin. 3.

Matth. 14.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A rite Chriſto ad iudicium venienti.[*Tunc ſurrrexerunt omnes virgines illæ,*]id eſt boni & mali à mortuis ſurgent ſimul in die nouiſsimo, [*Et ornauerunt lampades ſuas,*]id eſt opera ſua decorauerunt quantùm potuerunt teſtimonio conſcientiæ & præmeditatione rationum diſtricto iudici reddendarum: ſecundum quod dicit Apoſtolus,Probet ſe homo,& ſic in ſemetipſo habebit gloriam,& nõ in altero. Quilibet enim cauſam ſuam,quantum poterit adornabit. [*Fatuæ autem ſapientibus dixerunt,Date nobis de oleo veſtro,*]id eſt de merito veſtræ ſpiritualis lætitiæ & bonæ conſcientiæ ſuccurite nobis,[*Quia lampades noſtræ extinguuntur,*]id eſt fides & opera noſtra reprobantur tanquam à lumine gratiæ aliena. Per hoc innuitur,quòd in die iudicij mali vndique ſibi auxiliari optabunt,illi ſaltem qui nondum iudicati & incerti ſunt quid de eis dominus iudicabit,qui etiam ante prolationem ſententiæ verebuntur,dãnari,tanquam male ſibi cõſcij.[*Reſponderunt prudentes*]fatuis, [*Dicentes,Ne forte non ſufficiat nobis & vobis*].i.facere non valemus,neque audemus quod petitis,timentes ne opera noſtra nobiſmetipſis vix ſufficiant ad ſalutem,præſertim cum tantus ſit iudicij huius rigor, vt iuſtus vix ſaluetur,nec alius aliũ tunc poteſt iuuare,quoniam vnuſquiſque tunc maximè onus ſuum portabit, & pro ſeipſo rationem præſtabit,[*Ite potius ad vendentes*].i.ad eos quorum eſt regnum cęlorum,puta ad pauperes vel ad ſacerdotes,quibus cõmiſſæ ſunt claues regni cæleſtis,& dominica ſacramenta gratię contẽtatiua diſpenſant atque pro nummo cõfeſsionis ac pœnitentiæ quodammodo vendunt,[*Et emite vobis*]oleũ ſalutis,pau Galat.6.

B peribus ſuccurrendo vel ſacerdotibus obediendo. Sic enim Daniel ait, Peccata tua eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordiis pauperũ.Hæc dicunt virgines ſapiẽtes, non quod tunc tẽpus erit merendi ſeu iſta peragendi,ſed quia aliud cõſilium dari non poteſt,vel(ſecundũ Auguſtinum)hęc dicunt,nõ conſulendo,ſed crimen fatuarum cõmemorando,eiſq; inſultando zelo iuſtitiæ, tanquã dicant,Ite ad vendentes.i.adulatores & vanos veſtros laudatores accedite, & emite vobis ab eis oleum.i. fomentũ ſalutis & gratiæ,[*Dum autẽ irent emere*].i.gratiã recuperare vellẽt & pœnitere,[*Venit ſponſus*] .i.Chriſtus,ad præmiandum, [*Et quæ paratæ erant,*] tanquam ornatæ veſte nuptiali,& actibus meritoriis,atque ab omni labe peccati purgatæ,[*Intrauerunt cum eo ad nuptias*].i.ad cæleſtem refectionem ſeu beatitudinẽ ſempiternam,vbi ſanctæ animæ deo intime vniuntur,eóq; fruuntur,& ab eo fœliciter fœcũdantur,[*Et clauſa eſt ianua*].i.finitum eſt tempus promerendi,& aditus regni cæleſtis nulli de cætero patet.[*Nouiſsimæ autem,*]id eſt nimium tarde,& poſt aliarum præparationem ac ſaluationem [*Veniunt & reliquæ virgines*]ſtultæ.Non eſt per hoc intelligendum, quod aliud ſit tempus iudicij bonorum,aliúdque malorum,ſed quòd ordine dignitatis boni primo remunerentur. Veniunt ergo quando tempus miſerationis expirauit,[*Dicentes,Domine domine,*]ingeminant dominum, non charitate,ſed Auguſtin.

C neceſsitate: non verò amore, ſed naturali affectione atque timore, ideo nil merentur. [*Aperi nobis*] ianuam regni cæleſtis. [*At ille reſpondens ait, Amen dico vobis, Neſcio vos*] ſcientia approbationis, de qua dicit Apoſtolus, Si quis diligit deum, hic cognitus eſt ab eo. Et iterum, Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc alibi dicit: non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. [*Vigilate itaque,quia neſcitis diem neque horam.*] De hoc in præcedenti capite dicta ſunt multa. 1.Corin.8. Matth. 7.

¶Denique quòd diem aduentus Chriſti ignoremus,oſtendit per ſimilitudinem hominis peregrinantis,cuius reditum ſerui eius ignorant [*Sicut enim homo peregre proficiſcens.*] Per hunc hominẽ intelligitur Chriſtus,qui in aſcẽſione à terra in cælum perrexit,qui ſecundum quoſdam idcirco peregre profectus dicitur,quoniam corpus humanum,cuius naturalis locus terra eſt,collocauit in cælo. Sed cum cælum ſit patria electorum,maximè Chriſti,& cælum empyreum ſit proprius locus corporum glorificatorum,præſertim corporis Chriſti,in quo cælo non ad tẽpus,ſed ęternaliter permanent ſancti,qui in hoc ſeculo peregrinantur. Propterea aptius reor; vt ob id Chriſtus dicatur aſcendendo in cælum peregre profectus,quia domeſticos ſuos in hoc mundo reliquit,eiſque corporalem ſubtraxit præſentiam,& propriæ libertati dimiſit,& rurſus quoniam tandem rediturus eſt huc vnde aſcendit.[*Vocauit ſeruos ſuos,& tradidit illis bona ſua.*]Parabola iſta ſpecialiter concernit apoſtolorum ſucceſſores,prælatos eccleſiæ,quibus plus datum & creditum eſt,vnde & plus exigetur ab eis. Nihilominꝰ ad omnes po- Actu.11.

D teſt homines pertinere:ſicq; exponẽda eſt,vt cũctis valeat applicari. Itaque homo iſte dominus Ieſus, vocauit.i.ſibi applicuit ſeruos ſuos,prælatos aliorum,& vnumquenque fidelium,& tradidit illis bona ſua.i.beneficia ſua eis conceſsit,dona videlicet naturæ & gratiæ,ſacramẽta eccleſiæ, & quicquid boni in fidelibus inuenitur. Quid enim habes quod non accepiſti? Cum omne datũ optimum,& omne donũ perfectum de ſurſum ſit,deſcendens à deo.[*Et vni dedit quinque talenta,alij autem duo, alii vero vnũ,*] .i.vni largitus eſt dona plura atq; maiora,alij verò minora ac pauciora. Alij quippe(ſecundum Apoſtolum)datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſciẽtiæ,alij gratia ſanitatũ,alij operatio virtutũ,alii prophetia,alii diſcretio ſpirituum,aliquibus quoque dantur omnia iſta,& aliqui in naturalibus inclyte decorantur, qui ſortiti ſunt animam bonã, & quaſi naturaliter ad virtutes diſpoſiti, ingenioſi, eloquentes,formoſi,ad aliorum gubernationem bene diſpoſiti. Per duo ergo talenta intelligere poſſumus ſubtilem intellectum & affectum,bene diſpoſitum,vel ſapientiam & charitatem. [*Vnicuique*] ſeruorum largitus eſt Chriſtus,[*Secundum propriam virtutem,*] id eſt ſecundum ipſius capacitatem & digni tatem. Ex quo patet,quòd per iſta talenta intelligenda ſunt maximè dona gratiæ gratum facientis vel gratis datæ. Hæc enim ſuperadduntur naturalibus donis & perficiunt ea, [*Et profectus eſt ſtatim*]id eſt diſtributione hac facta propriæ libertati eos dimiſit,vt negociarentur.[*Abiit autem*]id eſt in opus proceſsit,& iuit quo deꝰ præcepit,[*Qui quinque talenta acceperat.*]Per hæc quinque talẽta intelligo quinquipartitam gratiam ad viros apoſtolicos & perfectos pertinentem,videlicet ſapientiam, ſanctitatem, eloquentiam,miraculorum operationem,& diſcretionẽ in omnibus[*Et operatus eſt in eis,*]id eſt per ea,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

c eſt bene vſus eſt eis & fructuosè ea expendit ad dei honorem, & aliorum ædificationem, pro- E
priámque ſalutem, [*Et lucratus eſt alia quinque*]id eſt eiſdem donis multum profecit & creuit, vel alia
quæ nondum acceperat eſt adeptus. [*Similiter qui duo talenta*]prædicta [*Acceperat lucratus eſt alia duo,*]
eo modo ſicut præcedens quinque. [*Qui autem vnum acceperat, abiens,*] id eſt à deo auerſus & ad
terrena ſe vertens, [*Fodit in terra,*] id eſt talentum ſibi collatum, videlicet intellectualem notitiam &
ſubtilitatem,inſenſibilibus merſit & occupauit,abutens gratia dei,& proximo nihil profieiens,cum ta
men Petrus admoneat,Vnuſquiſque(inquiens)ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtran-
tes,ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei, [*Et abſcondit pecuniam domini ſui,*]id eſt prædictum
talentum ſibi à deo mutuatum non produxit in lucem veritatis atque iuſtitiæ,ſed ad errorem & vani-
tatem vſus eſt eo,quemadmodum ſcriptum eſt, Sapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere ne-
ſcierunt. De talibus loquitur Eſaias, Væ qui profundi eſtis,vt à domino abſcondatis conſilium,quo-
rum ſunt in tenebris opera.Itaque qui abſcondit talentum ſibi donatum,non acquieſcit Apoſtolo ex
hortanti,Noli negligere gratiam dei.Et rurſus, Collabora(inquit) gratiæ dei. Ideo de ſeipſo teſtatur,
Gratia eius in me vacua non fuit. [*Poſt multum vero temporis venit dominus ſeruorum illorum,*] id eſt in die
iudicij,qui multum diſtat à die aſcenſionis,venit Chriſtus, [*Et poſuit rationem cum eis,*] id eſt rationem
exiget à ſeruis ſuis,diſcutiendo qualiter vſi ſint beneficiis ſibi conceſsis. [*Et accedens,*]id eſt Chriſto fi-
ducialiter ſe repræſentans,[*Qui quinque talenta acceperat,obtulit alia quinque talenta,*]id eſt fructum & me F
ritum operum ſuorum quæ conſequutus eſt bene vtendo ſuis talentis, [*Dicens, Domine,quinque talenta
mihi tradidiſti,ecce alia quinque ſuper lucratus ſum*]proficiendo in bonis, & gratiam mihi datam duplican-
do,vel aliis eam communicando.[*Ait illi dominus eius,*]iuſtus omnium remunerator, [*Euge.*] Interie-
ctio eſt animi exultantis,id eſt tibi congaudeo,& bene ſit tibi, [*Serue bone*]in habitu[*Et fidelis*]in actu:
non tuum,ſed domini tui quærens honorem,[*Quia ſuper pauca fuiſti fidelis,*]id eſt donis gratiæ quæ par
ua ſunt comparatione donorum gloriæ efficaciter vſus es, [*Super multa te conſtituam,*]id eſt perfectum
præmium omnium bonorum aggregatione perfectum, & bonum tui appetitus plenariè contentati-
uum tibi præſtabo,hoc eſt meipſius fruitionem, imò meipſum tanquam obiectum beatificum, bo-
númque immenſum,[*Intra in gaudium domini tui,*]id eſt patriam cæleſtem, atque diuitias gloriæ creato
ris,vt immergaris & abſorbearis in deum,& impleatur in te quod ait Propheta,Adimplebis me lætitia
cum vultu tuo.Itémque,Satiabor cum apparuerit gloria tua,[*Acceßit autem & qui duo talēta acceperat.*]
Sicut de præcedenti,ita de iſto ſubiungitur,nec eſt difficultas in litera. Quamuis autem huic ſeruo di
catur ſicut & priori,[*Supra multa te conſtituam,& cætera,*]non tamen amborum eſt merces æqualis, ſed
qui pluribus & maioribus donis idoneè eſt,vſus,maiorem conſequitur gloriam, quàm qui pauciori- G
bus atque minoribus vſus eſt fructuosè. Sicut econtrario ampliorem damnationem incurriſſet ille
quam iſte,ſi negligens fuiſſet repertus.Cum enim augentur dona,rationes etiam creſcunt donorum,
ſecundum Gregorium. [*Accedens autem & qui vnum talentum acceperat.*] Nam & impij adducen-
tur ad Chriſti tribunal, & ei reſpondere cogentur, [*Ait, domine, ſcio quia homo durus es,*] id eſt ri-
goroſus & diſtrictè vlciſcens.

¶Denique Paulus ait,Vide bonitatem & ſeueritatem dei, propriè tamen non eſt Chriſtus durus, ſed
iuſtus,& pro tempore rigoroſus,[*Metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti,*] id eſt plus re-
quiris quàm contuliſti,& queris opera meritoria in his qui ex naturalibus ſuis mereri nō poſſunt,imò
& in infidelibus ad quos non deſtinaſti legatos ſeu prædicatores,[*Et timens*]tuam diſtrictionem [*Abii
& abſcondi tuum talentum in terra,*] ſecundum ſenſum iam præinductum, id eſt opera bona omiſi,&
pauore confractus ſiue diffidens,quod tibi ſatisfacere poſſem,ceſſaui à bene agendo, [*Ecce habes quod
tuum eſt,*] id eſt donum quod mihi donaſti, recipere potes, nec oportet vt amplius exigas à me.
[*Reſpondens autem dominus eius, dixi ei,*] Omnia iſta ſuo modo fient in iudicio intellectualiter ac re-
pente. [*Serue male,*] qui teipſum excuſas, & domino tuo calumniam facis, [*Et piger,*] id eſt negli-
gens, qui per obedientiam omiſiſti talentum tibi collatum fructuosè expendere, [*Sciebas quia*] ego
[*Meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſpargo,*] iuxta ſenſum iam tactum, [*Oportuit ergo te com-
mittere,*] id eſt ad bene vtendum, & erogandum dare, [*Pecuniam meam,*] id eſt talentum quod tibi H
Pſalm.83. conceſsi, [*Nummulariis,*] id eſt bonis rectoribus atque doctoribus,qui more nummulariorum illud
aliis erogaſſent ad accumulandum ſpirituale lucrum, gratiámque diuinam in ſeipſis & aliis: vel num-
mulariis, id eſt auditoribus bonis, qui poſſent dominicam pecuniam duplicare, agendo quod didice-
runt, & de virtute in virtutem pergendo, [*Et veniens ego*] ad iudicandum te, [*Recepiſſem vtique quod
meum eſt,*] id eſt talentum tibi creditum acceptaſſem, & bene erogatum fuiſſe iudicaſſem, recepiſ-
ſem que illud [*Cum vſura,*] id eſt ſpirituali profectu ſeu lucro inde exorto, & ita te & illos ſaluaſ-
ſem.Seruus iſte peruerſus ex propriis verbis damnatione dignus conuincitur. Quoniam enim agno-
uit dominum ſuum eſſe durum, & metere vbi non ſeruerit, debuit eſſe formidoloſus atque ſolicitus,
ne coram domino ſuo infructuoſus & vacuus appareret,ſciens ſe de negligentia puniendum.

¶Deinde Chriſtus ait exequutoribus ſui iudicij, ſcilicet Angelus bonis vel malis [*Tollite itaque ab eo
talentum*]vnicum quod recepit,id eſt honore & præmio talenti eum priuate,vt non cedat ei in bonum
ſeu gloriam, ſed in malum atque ſupplicium, [*Et date ei qui habet decem talenta,*] id eſt facite vt ce-
dat ei in gloriam, quia ex comparatione negligentiæ illius, huius diligentia clarius eluceſcet, ſi-
cut oppoſita iuxta ſe poſita euidentius innoteſcunt, & etiam quoniam pœna illius auget fœlici-
tatem iſtius, ſecundum illud, Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Scimus equidem quo-
Pſal.17. niam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Cum autem iſtud talentum potius dari di-
Roma.8. catur habenti decem talenta, videlicet ei qui quinque talenta duplicauit, quam habenti talenta qua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tuor, subiungitur.[*Omni enim habenti dabitur*,]id est,quanto quis magis in gratia Dei profecerit,tanto ampliorem gratiæ multiplicationem in præsenti, gloriamque pleniorem habebit in patria,[*Et abundabit*]in spirituali opulẽtia.Ex quo patet secundum quosdam,quod plus recipit is cui credita sunt quinque talenta,quàm ille cui concessa sunt duo,vel cui vnum,quamuis quidam dicunt oppositum.[*Ei autem qui non habet*]id est,modicum possidet. Quod enim modicum est,pro nihilo reputatur. Vel, ei qui non habet gratiam gratum facientem seu charitatem vel fidem quæ per dilectionem operatur. Vel, ei qui non habet,id est largitori gratiarum ingratus est.[*Et quod videtur habere*,]id est, hoc ipsum quod à deo sortitus est,quantum ad donum naturæ seu gratiæ gratis datæ,[*Auferetur ab eo*,]id est non cedet ei in bonum,vel omnino spoliabitur eo. quia nec sapientia, nec scientia, nec opes, nec oratio erunt apud inferos,quo iste & sibi similes proiicientur, Veruntamen (vt ait Dionysius) per peccata non destruitur natura,sed læditur. Vnde in dæmonibus naturalia permãserunt acuta & integra,tamen quo peccator meliora naturalia habuit,eo damnabilior comprobatur.[*Et inutilem seruum*]id est,infructuosum,qui nec propriam salutem cum timore & tremore operatus est,nec domini sui quæsiuit honorẽ, nec profuit proximis,[*Eucite in tenebras exteriores,ibi erit fletus & stridor dentium.*]Hoc totum supra expositum est.¶Satagendum est itaque vnicuique nostrum,vt dona sibi diuinitus pręstita sagaciter atque B humiliter penset,deo gratus esse conetur, & digne ambulet vocatione qua vocatus est.Hoc fecit virgo glorioſa cum dixit,Quia fecit mihi magna qui potens est. Vnde Apostolus,Nos(inquit)non spiritum huius mundi accepimus:sed spiritum qui ex deo est,vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Si enim ignoremus quid & vnde habemus,non agimus gratias,nec benefactorem diligimus. Gratias autem agendo ac diligendo,beneficiis potioribus adimplemur. Veruntamen inueniuntur quidam vani, nimium imperfecti & friuoli, qui si aliquid excellentiæ vel perfectionis in se deprehenderint,statim in se gloriari intumescere,alios; aspernari incipiũt. ¶[*Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua.*] Dicunt aliqui in isto cap. tres parabolas contineri, quarum ista sit tertia,quam asserunt pertinere ad actiuos, Sed quod hic dicitur,non est parabola,non enim aliud per similitudinem significatur, sed de ipso iudicio apertissimè Saluator prænuntiat,de quo in duab⁹ præcedẽtibus parabolis occulte & figuraliter loquebatur. Denique & si esset parabola, non tamen solos actiuos concerneret. Agitur enim hoc loco de omnibus gentibus & segregatione,examinatione,iudicatione,& præmiatione eorum,vt patet inspicientibus literam. Quia ergo de ipso iudicio multa prædixit obscurè mysticè,nunc describit ipsum & processum eius apertè. Cùm autem venerit filius hominis motu locali & corporali descẽ su à cælo empyreo ad iudicium, qui secundum suam diuinitatem immensus atque immobilis est, in maiestate sua, id est,in sua magna potestate & corpore glorificato,[*Et omnes angeli*]sancti nouem ordinum [*Cum eo*,] qui in suo primo aduentu venit in humilitate cum paucis & egenis discipulis. Venient autem angeli sancti cum eo, & tunc visibiliter omnibus apparebunt. Primò propter reuerentiam C iudicis. Secundò, ad terrorem malorum. Tertiò, ad accusationem eorum, qui angelicis instinctibus noluerunt assentire,Quartò,vt exequantur sententiam iudiciis in reprobos.¶Dicit hic quidam,quod ministerio angelorum bonorum electi deducentur ad cælum, reprobi vero ab angelis maris ad inferos pertrahentur: sed verius reor,quòd electi per dotem agilitatis propria potestate ascendent,& velut scintilli in arundineto discurrent :item quod angeli sancti proiicient & contrudent tam dæmones quàm homines perditos in infernum. Diaboli enim tam inuite intrabũt infernum, vt homines praui. Ideo enim supra dixit Saluator,Exibunt angeli & separabũt malos de medio iustorum,& mittent eos in caminum ignis.[*Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ*,] id est, in sua iudiciaria potestate residebit. Vel,super sedem maiestatis suæ,id est,super ecclesiam in qua sedes est dei.[*Et congregabuntur*] id est,ab angelis coram eo adducentur gentes, quorumcunque temporũ,gaudiũ conditionũ, ætatum & statuũ ante eum,[*Et separabit eos ab inuicem*,]loco & voto ac premio.[*Sicut pastor segregat*]tempore serotino[*oues ab hœdis*]in diuersis stabulis eos locãdo In die enim simul pascuntur,sed de sero segregantur:sic durante die ac tẽpore gratię simul in ecclesia habitant & vescuntur electi & reprobi. Porrò in fine tẽporis huius,hoc est,in consummatione seculi secernẽtur ac diuidentur.[*Et statuet*].i.firmiter ponet filius hominis nõ humana,sed diuina virtute,[*Oues quidem*].i.electos,qui propter innocentiam,simplicitatẽ, D vtilitatẽ,& operũ bonorũ fœcunditatẽ ouibus cõparantur:iuxta illud, Nos autẽ populus eius,& oues pascue eius,de quibus loquitur Christus,Ego sum pastor bonus,& cognosco oues meas. Et alibi,Ecce ego ipse pascam oues meas.[*A dextris suis.*]vel ad literã, ad latus suum dextrum, tanquam in loco digniori. Vel à dextris.i.in bonis suis iucundis & prosperis,in consolatione & spe bona,ita quod ignis cunflagrationis eos non lædet pro tunc.[*Hœdos autem*]statuet[*A sinistris*].i.in loco opposito,& in aduersis ac tristibus,in desolatione & ignis prædicti combustioine, qui significatur per hœdos,quoniã hœdos est animal petulans,lasciuum,infructuosum,semper feruens ad coitũ.[*Tunc dicet rex*] videlicet Christus, qui habet in vestimento & in fœmore suo scriptum, Rex regum dominus dominantium: de quo Hieremias testatus est, Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Et Psalm. Deus iudicium tuum regida.[*His qui a dextris eius erunt*,] qui stabunt in magna constantia aduersus eos qui se auguſtiauerunt,[*Venite*]ad alta cælorum[*Benedicti patris mei*]id est,sanctificati, gratiisque repleti à patre meo deo æterno & adorando[*Possidete*] hæreditaria perpetuaque possessione [*Paratum vobis regnum a constitutione mundi*]id est,cælum empyreum,eiusque delicias in principio mundi creatum, & ad inhabitationem electorum aptarum. Nec obstat quod dominus ait, Vado parare vobis locũ. Cœlestis enim patria ante constitutionẽ mundi parata est sanctis secundũ prędestinationẽ à principio mundi per creationem,in Christi passione & ascensione,quantũ ad meritũ introeundi,& ianuę apertionẽ.[*Esuriui enim, & dedisti mihi manducare:sitiui, & dedisti mihi bibere.*]Ponit hic sex opera

Galat.25.

Eccles. 9.
Dionys.

Ephes.1.
Esaiæ. 1.
1.Corin.2.

misericordiæ, quibus addi solet septimum, scilicet mortuorum sepelitio. Quomodo autem electi exhibuerint hæc Christo, ipse post pauca exponit, [*Hospes*] id est, peregrinus [*Eram, collegistis,*] id est, ad
Iob.31. hospitium vestrum induxistis [*Me*] prout in Esaia habetur, Egenos, vagosque induc in domum tuã.
Hebr.13. Vnde & Iob, Foris (inquit) non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Hinc Paulus horta
Ioann.3. tur, Hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis, vide-
Eccles.7. licet Abraham & Loth. [*Nudus, & operuistis me*] vestibus, prout monet Ioannes Baptista, Qui habet duas tunicas, det non habenti. [*Infirmus*] fui, [*Et visitastis me*] consolationem & opem exhibendo. Hinc enim in Ecclesiastico scriptum est, Non te pigeat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis. Et Iacobus, Religio (ait) munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. [*In carcere eram, & venistis ad me*] alendum, consolandum, seu liberandum: quia scriptum est, Erue eos qui ducuntur ad mortem.] *Tunc respondebunt ei iusti dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem & pauimus? sitientem & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem? &c.*] Ista interrogatio non oritur ex dubitatione, sed pietate & admiratione de iudicis dignatione: & item ex desiderio audiendi iucundum responsum. Eorum quippe conscientia protestabitur eis, quòd vera sint iudicis verba, & scient quòd Christus reputat sibi factum, quod suis fit membris, nam & ideo ista fecerunt. [*Et respondens rex, dicet illis, Amen dico vobis quandiu,*] id est, quandocunque vel quantumcunque [*Fecistis vni de his fratribus meis minimis*] id est, alicui inopi quantumcunque in hoc seculo vili & obiecto, [*Mihi fecistis*] Isti enim sunt corpus meum mysticum, & caro mea, & tam grata habeo bona eis facta, ac si meæ personæ essent exhibita, dummodo ex charitate, & propter me facta sint eis. Ob id autem quod ait, Quam diu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, videtur Hieronymus dicere quòd Christus non pascatur, potetur, hospitetur, operiatur, vel cætera misericordiæ opera sibi reputet facta nisi in pauperibus spiritu, qui sunt fratres Christi, pertinentes ad gregem ipsius. Sed quamuis Christus in illis specialiter & opera eis impensa sibi facta profiteatur, tamen meritorium est quibuscunque pauperibus benefa-
Psalm.16. cere propter deum, & quoniam sanctæ trinitatis insigniti sunt imagines, gratiæ, gloriæque capaces. [*Tunc dicet & his qui a sinistris eius erunt, Discedite a me maledicti in ignem æternum.*] Per ignẽ infernalem in-
Apoc.12. telliguntur cætera gehennæ supplicia: de quibus ait Psalmista, Pluet super peccatores laqueos ignis,
1.Corin.6. sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. [*Qui paratus est diabolo*] primo apostatæ, [*Et angelis eius.*] de quibus in Apocalypsi scribitur, Draco pugnabat & angeli eius. Itemque Apostolus, Nescitis
Esaiæ.30. (ait) quia angelos iudicabimus?

¶ Ignis iste secundũ quosdam à principio mundi simul cum cælo empyreo factus & angelis malis paratus est. Dicunt enim infernum simul cum cælo creatum. Vnde in Esaia legitur, Præparata est ab heri Tophet, à rege præparata, profunda & dilatata, esca eius ignis & ligna multa. Tophet vocatur ge-
Iacobi.2. henna. [*Esurivi, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi bibere, &c.*] Ideo condemnãtur, quoniam opera misericordiæ non fecerunt. Iudicium enim sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam [*Tunc respondebunt ei,*] videlicet iudici [*Et ipsi, Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?*] Hoc dicunt desiderantes se excusare. [*Tunc respondebit illis, dicens, Amen dico vobis quandiu non feciſtis vni de minoribus his*] id est, fratribus meis minimis, [*Nec mihi feciſtis*] hoc est, quod illis negastis & subtraxistis, mihi negastis & subtraxistis.

¶ An istud iudicium fiet vocaliter vel solum mentaliter, non est certum: quamuis aliqui satis audenter ad hoc respondere præsumant, temere definientes, quod sine periculo ignoratur: multis tamen magnis viris apparet probabilius, quod prolatio sententiæ erit vocalis. ¶ Denique de isto iudicio ma-
Dani.22. nifestè prædictum est in Daniele, Multi de his qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt: alij in vitã æternam: alij in opprobrium. Vnde nunc subditur, [*Et ibunt hi,*] vtpote qui à sinistris erunt [*In supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam*]

¶ Locus iste sancti Euangelij admonitione potius indiget, quàm expositione. Cogitemus ergo & intimo corde pensemus futuri iudicij rigorem, horrorem & intolerabilitatem: dulcedinem verborum istorum, Venite benedicti patris mei: & gaudia electorum, amaritudinem quoque illius sententiæ, Ite maledicti in ignem æternum, & infernalium suppliciorum vehementiam sempiternam, reproborũ calamitatem, desperationem & incomprehensibilem desolationem. Item, quam pauendum & graue ac doloroſum erit dæmonibus æternaliter sociari, æternæque obliuioni traditum esse. ¶ Quæri potest cur Christus dicat in futuro iudicio disceptationẽ fieri potius de operibus misericordiæ quàm charitatis vel iustitiæ, cum tamen de omni peccato futura sit ibi discussio, nec omnes electi, de quibus iam sermo est, opera misericordiæ fecerint, vt patet de pauperibus & religiosis quàm pluribus, præsertim de clausis & anachoritis? Dicendum quòd ideo, quoniam opera misericordiæ sunt magis connaturalia homini. Nihil enim naturalius, quàm benefacere consorti naturæ. Secundò, quoniam opera misericordiæ directè & euidenter includunt charitatem, virtutum reginam. Tertiò, vt appareat quàm iuste negetur reprobis tunc misericordia, qui nunc proximo misericordiam nõ impendunt. Quartò,
Matth.5. vt homines ex his verbis Christi, incitentur ad opera pietatis. Quintò, quia scriptura specialissimè
Psalm.40. & copiosissimè hortatur, laudat atque beatificat opera misericordiæ. Siquidem beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Sextò, ad insinuandum, quòd vniuersa salus nostra & gratia, & quicquid in nobis boni est, ex misericordia dei procedit, dependet, perficitur. Postremò, per corporales misericordiæ actus dantur intelligi spiritualia opera, quæ illis præstantiora & magis meritoria perhibentur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Cap. XXVI. De passione Christi, [*Et factum est cum consummasset Iesus sermones,*] Artic XLI.

HOra est, vt præparemus nos ad intuendum filium hominis pro nobis in cruce leuatum per serpẽtem æneum à Moyse pro signo erectum, significatum: vt sicut Iudæi inspiciendo serpentem illum, sanabantur à morsu serpentum: sic nos intuendo per fidem, affectum & imitationem Saluatorem propter nos in patibulo eleuatum, sanemur à morsibus diabolorum, à læsione peccati, à tentationis veneno. ¶Christus quippe in cruce suspensus liber est, in quo omnium virtutum perfectiones, omnium contemplationum sublimitates, & quicquid ad salutem pertinet, quicquid ad speculationis, apicem spectat, mirabiliter ineffabiliter & supernaturaliter leguntur, discuntur, resplendent. Descripturus itaque glorioſiſsimus, sapiètiſsimusque Euangelista sublimis, apostolus sanctus Matthæus passionem domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, ita exorsus est, [*Et factum est cum consummasset*] id est terminasset [*Iesus*] filiius dei, in quo sunt omnes thesauri, sapientię & scientiæ absconditi, [*Sermones hos omnes,*] qui in præcedentibus sunt descripti capitulis. [*Dixit discipulis suis,*] præsertim apostolis, ad quos B fecit sermonem præscriptum, qui in duobus prȩcedentibus capitulis positus est, [*Scitis, quia post biduum,*] id est post duos dies, videlicet istum in quo hęc loquor, & immediate sequentem, [*Pascha fiet*] id est paschalis celebritas incipietur & immolabitur agnus paschalis. Vnde Lucas sic habet, Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Porrò de diuersis acceptionibus huius nominis pascha cito dicetur. Nume. 21. Ioanni. 13.

¶Ista autem loquutus est Iesus feria tertia in hebdomada passionis: agnus verò paschalis immolabatur feria quinta eiusdẽ hebdomadæ hora vespertina, in qua incepit paschalis festiuitas, hoc est, die seu luna quartadecima Aprilis ad vesperam, qui mensis apud Iudæos est principium anni ac mensium. Sic enim dominus iusserat Moysi in Exodo, Hac enim die & hora præcepit dominus filiis Israël offerre & manducare agnum paschalem in terra AEgypti. Vnde pascha, quòd Hebraice dicitur phase, non à passione, sed à transitu nomen accepit, secundum Hieronymum & Augustinum, Primò, quoniam filii Israël eadem nocte egressuri erant cum festinatione de terra AEgypti. Secundò, quoniam nocte illa angelus interfector primogenitorum AEgypti, videns fores Israël sanguine agni perfusas, transiliit pertransiitque Iudæos, non tangens quenquam eorum. Tertiò, quoniã præfigurauit transitũ Christi ex hoc mundo ad patrem, & quia præscriptus sermo in monte oliueti factus est, puto quòd in eo- Colos. 2.
dem loco Christus passionem suam prędixerit. Denique passionem suam prænuntiauit apostolis. Pri-
C mò, ne videretur improuise seu nescienter comprehensus & passus. Secundò, vt animos discipulorum contra futura scandala roboraret: Iacula nempe præuisa minus lædunt. Tertiò vt monstraret se non timere eos qui corpus occidunt, dum nec locum passionis, nec aduersarios suos declinauit, sed adiit. Aduertendum quoque, quòd in prȩhabita Saluatoris interrogatione, qua ait, Scitis quia post biduum. & cætera duo includuntur, quorum vnum sciebant apostoli, scilicet quod post biduum pascha fieret, aliud ignorabant, videlicet quòd post duos dies Christus occideretur. Nouerant quidem ex frequenti Christi prænuntiatione, quòd filius hominis de proximo esset interficiendus, sed determinatum diem hucusque ignorasse videntur [*Tunc congregati sunt principes sacerdotum,*] non tunc, id est eodem die quo Christus dixit verba inducta, videlicet tertia feria: sed tunc, id est illo tempore, vtpote die immediatè sequenti, seu feria quarta qua Christus mansit in Bethania: dans impiis locum & tempus libere consulendi de sua morte: non tamen ideo mansit directe, vt illi hoc facerent, sed ne propriam passionem impediret, acceleraret, vel aliter quàm prophetatum fuerat, adimpleret. Oportuit enim, propter verificandas scripturas à discipulo venderetur, quod factum est feria quarta: nec factum fuisset, si tunc regressus fuisset Hierusalem. Tunc ergo congregati sunt principes sacerdotum, id est pontifi- Exod. 12.
ces, quorum vnus alteri in sacerdotis principatu succesit, quorum nomina ponit Lucas in Actis apostolorum, videlicet Annas, Caiphas, Ioannes & Alexander. [*Et seniores populi,*] qui erant LXX. Actu. 4.
D & iudices ordinarii, successores. LXX. seniorum, quos Moyses statuit horum multi fuerunt scribæ & pharisæi, Ab his autem qui videbantur regere populum, egressa est primò iniquitas in populo. Ipsi Nume. 2.
nanque primo conceperunt odium contra Christum, quo facto, seduxerunt vulgum, auertentes plebem à Christo [*in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas.*] eratque pontifex anni illius, secundum Ioannem. [*Et consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent.*] id est insidiosè & fraudulenter comprehenderent, quem non audebant publice capere, nec poterant iuste ligare. [*Et occiderent*] eum morte turpissima, faciando se pœnis eius. Iam enim frequenter proposuerunt eum occidere, & conati fuerunt eum nunc lapidare nunc comprehendere: sed Iesus exiuit de manibus eorum, sicuti in diuersis capitulis testatur Ioannes. Insuper Lazaro suscitato, mox quidam qui suscitationi eius interfuerunt, abierũt & nuntiauerunt pharisæis. tuncque immediate collegerunt pontifices & pharisęi consilium, dicentes. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Cumque respondisset Caiphas. Expedit vobis vt vnus moriatur pro populo. & non tota gens pereat: ex illo eodem die cogitauerunt, & firmiter decreuerunt interficere eum. Sed quia frequenter euasit manus eorum, ideo nunc consultabant de modo tenendi, occidendique eum, prȩsertim quoniam die prȩcedenti durissime, increpauit & grauissime offendit eos, vt supra iam patuit, audieruntque eum dixisse, Non me videbitis amodo, & cętera vnde suspicabantur quod fugeret, & multos sibi discipulos congregaret. [*Dicebant autem, Non in die festo*] id est non teneamus nec occidamus eum, durante solennitate paschali iam imminente. [*Ne forte tumul-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tus]id est seditio & ingens turbatio[*Fieret in populo.*]Tunc enim populus vndique confluxit in Hieru- E
salem propter festiuitatem, & sciebant principes sacerdotum, quòd multi de populo credebant Ie-
sum esse, vt prophetam, vel Christum in lege promissum, ideò verebantur ne isti contradicerent at-
que resisterent eis, & Christum (quamuis captum) eriperent. Magis ergo timuerunt vulgum quàm de
um: nec propter scandalum populi deuitandum voluerunt Christi passionem differre vsque post pas-
cha, sed ne Christus à populo eriperetur atque euaderet. Veruntamen istud consilium post modum
mutauerunt Iuda veniente ad eos, qui dedit eis inopinatum, opportunumque modum exequendi
quod cupiebant, [*Cum autem*]id est sabbato ramis palmarum [*Esset Iesus in Bethania*] iuxta illud Iesus
ante sex dies paschæ venit Bethaniam. Vt enim refert Euangelista Ioannes, cum post suscitationem
Lazari decreuissent Iudæi occidere Iesum, abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate, quæ dicitur
Effrem: sed sexto die ante pascha & cœnam, venit cum discipulis suis Bethaniam, [*In domo Simonis
leprosi.*]

¶ Ambrosius libro sexto super Lucam, videtur assumere, quod Simon iste adhuc erat leprosus, sic et-
enim ait, Apparet quòd Christus leprosum non refugit, non vitauit immundum, vt maculas humani
corporis posset abluere. Hieronymus autem hoc loco affirmat, quòd tunc non erat leprosus, sed ante
curatus fuit à Christo, retinuit tamen nomen leprosi. Quemadmodum & Matthæus post suam con- F
uersionem vocatus est publicanus. & istud communius tenetur, probabiliusque videtur, quia Iudæis
non licuit ingredi ad leprosos. In domo autem Simonis huius fuerunt hac vice cum Christo non so-
lum discipuli eius, sed etiam Maria Magdalena, Martha, & Lazarus, vt patebit. Ioannes enim manifeste
sic habet, Fecerunt ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus autem erat vnus ex discumbentibus
Sed quia hic dicitur & Martha ministrabat, Origines & multi eum sequentes, dixerunt, quòd cœna
hæc fuit in domo Marthæ. verum quia hoc loco & in Marco clarissimè dicitur, quòd effusio vnguen
ti, de qua statim subdetur, quam omnes dicunt factam in cœna prædicta, fuit in domo Simonis lepro-
si. Dicèdum est, quòd cœna ista celebrata sit in domo ipsius.

¶ Sed rursus videtur hoc posse solui, per id quod hoc loco ait Hieronymus ipsam Bethaniam, quæ in
terpretatur domus obedientiæ quondam fuisse Simonis leprosi: atque per hoc quòd Christus fuit at-
que cœnauit in domo Simonis huius, non excluditur, quin cœnauit in domo Marthæ, cuius domus fu
it in Bethania. Huic verò obuiare videtur illud Marci, Cum esset Bethaniæ in domo Simonis lepro-
si: ex quo concluditur, quòd domus Simonis erat pars Bethaniæ, & hoc idem dicit Ambrosius. Ad ar
gumentum autem Origenis dicendum, quòd Martha ministrabat in domo alterius propter reueren-
tiam Christi, & etiam quia fortassis propinqua & familiaris erat Simoni huic. Solent nanque amici in
terdum seruire in domibus propinquorum familiariumque suorum. [*Accessit ad eum mulier*] videlicet
Maria Magdalena [*Habens alabastrum*]hoc est, vas factum de alabastro, quod est genus marmorei lapi- G
dis, in quo vnguenta seruantur illæsa. [*Et effudit super caput ipsius*]Iesu[*Recumbentis*]hoc est, in mensa se-
dentis, & manducantis, seu quiescentis. ¶ Bis in Euangelio legitur Christum perfusum vnguento fuis
se à muliere. Primò in Luca, apud quem habetur, ꝙ mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit
quod Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, &c. Secundò apud Ioannem, vbi
scriptũ est, Maria accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi: & vnxit pedes Iesu, & domus impleta
est ex odore vnguenti. Et de hac secunda vnctione nunc agitur: quia fuit occasio venditionis Chri-
sti, vt subditur. Sed an vtraque vnctio facta sit ab eadem fœmina, scilicet Maria Magdalena, dissentio
est inter sanctos doctores. Hieronymus enim & Chrysostomus dicunt, quòd non. Ait quippe hoc lo
co Hieronymus, Nemo putet eandem esse, quæ super caput effudit vnguentum, & quæ super pedes.
Illa enim lachrymis lauat & crine tergit, & peccatrix appellatur. De hac autem tale nihil scriptum
est. Augustinus vero, Gregorius Beda, & Ecclesia communiter tenent oppositum: quod probat Au-
gustinus, quia apud Ioannem legitur, quod Maria vnxit dominum vnguento: & post capite conse-
quenti rursus describitur Maria pedes Iesu vnxisse. ¶ Porrò, Ambrosius super Lucam relinquit sub
dubio. Tangit enim responsionem pro vtraque parte. Veruntamen salua in omnibus beatissimi
Hieronymi reuerentia, non videtur dictum eius quibusdam probabile. Dicit enim nihil tale scriptum
esse de hac muliere quæ vnxit caput Iesu, videlicet Maria Magdalena, de cuius vnctione, in Betha- H
nia facta nunc agitur: sicut de illa de qua recitat Lucas, quod stans retro secus pedes Iesu, lachrymis cœ
pit rigare pedes eius. Cui obuiat quod de Maria sorore Marthæ ac Lazari scriptum est apud Ioannem
quod capillis suis extersit pedes Saluatoris, & quod vnxit pedes eius, quorum vtrunque etiam reci-
tat Lucas. Rursus in Marco legitur, Surgens Iesus mane, primo sabbati, apparuit primo Ma-
riæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia, id est septem peccata mortalia secundum exposito
res: ex quo constat Mariam Magdalenam peccatricem fuisse: cui consonat eius legenda, in qua ipsa
fertur dixisse sacerdoti eam in eremo inuenienti, quod ipsa esset famosa illa peccatrix, de qua in Euan
gelio legitur. ¶ Præterea non solum eadem fœmina est, quæ effudit vnguentum super caput & pedes
Christi, sed etiam eadem hora Maria Magdalena fecit vtrunque. Iam enim ostensum est ꝙ Matthæus
nunc describit vnctionẽ in Bethania factam passione instante, & illã Matthæus ac Marcus asserũt fa-
ctam super caput Iesu recumbentis. Ioannes vero scribit factam super pedes ipsius. Necesse est ergo
fateri, quod vnxit pedes & caput. In prima tamen vnctione non legitur, nisi pedes Vnxisse, Dicẽdũ
est ergo cum Beda, quod Maria hæc bis vnxit Christũ. semel in Galilæa in domo Pharisæi ex cõtri-
tione sequens Christum & lachrymis pedes eius lauans vt indulgentiam consequeretur. Alii tamen
dicunt, quod hoc factum sit in Hierusalem. Secundo, in Bethania ex reuerentia & deuotione, ideo Lu
cas describit eam nomine peccatricis: Matthæus vero nomine mulieris. quia iam altera fuit secũdum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſtatum & meritum, vt tangit Ambroſius. Et quoniam Maria vnxit caput Ieſu, dicũt aliqui quòd iſtud vnguentum non erat groſſæ materiæ, vt cætera vnguenta. Indecens enim videretur tale vnguentum ſu per caput hominis fũdere, ſed ſubtilis, videlicet liquor pretioſus de re aromatica expreſſus, ſeu lachryma de arbore aromatica fluens, quæ herba ſeu arbor dicitur nardus. Vnde ait Ioannes, quòd Maria accepit libram vnguenti nardi piſtici, id eſt, fidelis & puri, non mixti, nec ſophiſticati: in quo tangit pretioſitatem vnguenti illius, ita quòd piſtici refertur ad vnguentum. Nardus vero hæc habet ſpicas quaſdam ex quibus liquor iſta extrahitur ſiue diffunditur, vt aliqui referunt: ideo Marcus refert, quòd mulier iſta habuit alabaſtrum vnguenti nardi piſtici ſpicati, hoc eſt, ſpicas habentis. Hoc ergo vnguentum, quia refrigeratiuum, confortatiuum, & odoriferum fuit, fudit Maria ſuper caput & pedes domini Ieſu, qui nudo capite. & nudis pedibus legitur inceſſiſſe, quemadmodum aqua roſacea fundi ſolet ſuper caput æſtuantis. [*Videntes autem diſcipuli*] prædictam effuſionem vnguenti, [*indignati ſunt, dicentes, Vt quid perditio hæc?*] hoc eſt, Cur vnguentum hoc tam inutiliter fuſum eſt? Secundum expoſitores communiter ponitur hoc loco plurale pro ſingulari, per figuram ſynecdochen, ita quòd ſolus Iudas murmurauit, & verba hæc protulit. Vnde apud Ioannẽ ſol⁹ Iudas fertur hoc factũ reprehendiſſe: ſed quia apud Ioannem Chriſtus pluraliter reſpondendo, ait, Sinite illam, &c. probabile eſt, quod etiam aliqui alij indignabantur, ſed alia intentione, quàm Iudas. Nam Iudas ideo triſtabatur, quia pretium vnguen-

B ti cupiebat furari: alijs autem quibuſdam apparebat melius fuiſſe, quòd pretium vnguenti erogatum eſſet pauperibus, ideo ſubditur, [*Potuit enim vnguentum iſtud venundari multo,*] hoc eſt, vẽdi pro pretio magno, [*Et dari pauperibus.*] Vnde apud Ioannem traditor ait, Quare vnguentum hoc non venit, hoc eſt, venditum eſt trecentis denariis, & datum eſt egenis? In Marco vero diſcipuli leguntur dixiſſe, Potuit vnguentum iſtud vænundari plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et forte diſcipuli hoc dicentes incitati erant à proditore, qui ſuam cupiditatem palliauit ſimulando pietatem ad pauperes. [*Sciens autem Ieſus*] quàm bene mulier illa feciſſet, & quàm iniuſte Iudas indignaretur, vel etiã alij qui adhuc rudes erant, nec magiſtri ſui dignitatem penſabant, cuius erat tanta nobilitas, vt totius mundi vnguenta minus pretioſa erant, ad eius contactum & perfuſionem. [*Ait illis, Quid moleſti eſtis huic mulieri?*] Nam & fremebant in eam ſecundum Marcum, tanquam dicat, irrationabiliter mouemini contra eam. [*Opus enim bonum operata eſt in me.*] quia infundendo vnguentum ſuper me non perdidit illud, ſed religioſiſsime fecit ex charitate & deuotione, magiſtrum ſuum honorans & recreans. [*Nam pauperes ſemper habetis vobiſcũ*] quãdiu eſtis in vita præſenti, & ergo poteſtis eis quotidie benefacere, [*Me autẽ non ſemper habebitis*] in hoc ſeculo, modo quo nunc inter vos viuo & ambulo, ſenſibilitérque vobiſcum conuer-

C ſor. De tali præſentia ait Chriſtus poſt reſurrectionem. Hæc ſunt Verba quæ locutus ſum vobis cum adhuc eſſem vobiſcum. Et etiam ante paſsionem, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? Nec obſtat, quòd ait infra capite vltimo, Ecce ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

¶Hoc enim ait de præſentia ſua per gratiam, & ſacramentalem exiſtentiam, potiſsimum autem de præſentia ſua per diuinitatis ſuæ maieſtatem ac prouidentiam. [*Mittens enim hæc mulier vnguentum hoc in corpus meum,*] id eſt, ſuper caput & pedes corporis mei, [*Ad ſepeliendum me fecit,*] hoc eſt, nunc fecit quod faceret mihi in ſepulcro ſi poſſet. Voluit enim Maria hoc corpus Chriſti vngere in ſepulcro, ſed non potuit, quia iam reſurrexit, ideo Chriſtus voluit ſibi nunc exhiberi, quod nouerat ſibi in die reſurrectionis non eſſe exhibendum. Vel ſenſus eſt, quod hoc facto perfigurauit ſepulturam meam cito futuram, exhibendo mihi ſepulturæ officium, ſcilicet corporis vnctionem, quod Iudæi communiter exhibebant ſepultis, quemadmodum Ioſeph & Nicodemus fecerunt Chriſto occiſo.

¶Vtrique autem expoſitioni conſonat quod in Marco dixit Saluator, Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. Hinc & apud Ioannem ait, Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. [*Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium,*] hoc eſt, euangelica facti huius hiſtoria, ſeu euangelica doctrina, in qua opus huius fœmininæ continetur [*In toto mundo.*] Ecce Ieſus paſsioni ſuæ iam proximus nouerat toto orbe terrarum Euangelium ſuum diſſeminẽdum. [*Dicetur*] à fidelibus [*Et quod*

D *hæc fecit*] id eſt, quòd mulier iſta hæc opera pietatis mihi exhibuit, caput meum vngendo, pedes lauando atque tergendo. Vel ſic, & quòd hæc fecit, id eſt, hoc opus vnctionis, quod hæc mulier mihi impẽdit [*In memoriam eius*] hoc eſt, ad laudem mulieris iſtius, hoc eſt, à fidelibus recitabitur opus iſtud tanquam virtuoſum ad laudem iſtius deuotæ. Secundum quòd Salomon ait, Memoria iuſti cum laude, nomen autem impiorum putreſcet. Hoc videmus impletum, Omnes equidem commendamus Mariã Magdalenam in opere iſto.

¶Spiritualiter debemus & nos caput Chriſti vngere pretioſo vnguento, pedésque eius vita expleri & bona fama, vtranque Chriſti naturam, puta diuinam, quæ deſignatur per caput, & humanam quæ per pedes exprimitur, honorando vt clarificetur & magnificetur Chriſtus in ſeruulis ſuis.

¶Denique qui delectatur in domino, qui ſtudet in omnibus facere quæ ſunt placita deo, hic vngit Chriſtum, ita vt deliciæ Chriſti ſint eſſe cum eo. Qui eiuſmodi ſunt, dicere poſſunt cum ſponſa, Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Et cum Apoſtolo, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Itémque, In omni fiducia magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam ſiue per mortem. [*Tunc,*] non eo die quo facta eſt vnctio iam deſcripta, & quando hæc verba locutus eſt Ieſus: ſed tunc. i. circa hoc tempus videlicet feria quarta [*Abyt vnus de duodecim*] Apoſtolis [*Qui dicebatur Iudas Iſcharioth*] de quo ante paſsionem Chriſtus dicebat, Nonne vos duodecim ego elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Iudas ergo fuit vnus illorum, vocatione, non prædeſtinatione, nomine, non merito. ¶Denique egreſſo Iuda ſancta illa collectio mundata fuit à filio tenebrarum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ac perditionis.Propter quod Christus statim post Iudæ abscessum dixit,Nũc clarificatus est filius ho- E minis.Dicitur autem Iudas Ischariot,quia(vt legitur) natus fuit de vico nomine Ischariot, qui fuit in sorte & familia Isachar[*Ad principes sacerdotum*]quos percepit congregatos,& probabiliter æstimauit, quòd ad tractandum de morte Iesu, præsertim quia & à Christo audiuit quod post biduum traderetur ad crucifigẽdum,ideo absolute & secure interrogat,[*Quid vultis mihi dare,& ego vobis eum tradam?*] tanquam dicat,Scio cur cõueniatis,& paratus sum vestrum desiderium perducere ad effectum, dummodo detis mihi quod cupio pretium.[*At illi constituerunt*]hoc est,dare promiserunt[*Ei triginta argẽteos.*]secundum Lucam & Marcum,gauisi fuerunt auditis sermonibus Iudæ. Promisit enim quod traderet eum occulte,idcirco mutauerunt consilium,quo ante decreuerunt,dicentes,Non in die festo. Videbatur enim eis,quòd non posset esse conuenientior modus capiẽdi Christum,quàm vt à proprio venderetur ac traderetur discipulo, quia & sic ipsi quodammodo viderentur esse immunes: & Christus videretur esse iniquus,quasi qui à proprio discipulo proderetur ad mortem. Iudas vero spopondit se traditurum Iesum illis,cum constituissent ei triginta argenteos.Tanti enim valoris erat vnguentum prædictum,cuius pretio intantum docuit se frustratum,vt desiderio recuperandi illud, venderet Iesum. Quilibet nanque illorum triginta argenteorum valuisse dicitur decem denarios vsuales,sicque triginta argentei valebant trecentos denarios,quod fuit pretium huius vnguenti vt patuit. O infelix F Iuda,quàm parui pretii filius dei in animo tuo,nec mirum quia auarus fuisti. Auarus autem non solum Christum,sed & animam suam habet venalem. [*Et exinde,*] hoc est, ab hac hora [*Quærebat*] Iudas [*Opportunitatem*] id est,conuenientiam loci ac temporis,[*Vt eum traderet*] Iudæis sine turba credẽte seu libenter audiente Christum.[*Prima autem die azimorum,*] hoc est,feria quinta in hebdomada passionis,quæ fuit vigilia Parasceues & decimaquarta luna Aprilis (vt prædictũ est) & dicitur prima dies azymorum,id est,panum non fermentatorum,quia à vespere huius diei inceperunt Iudæi vesci azymis panibus,quibus & vescebantur vsque ad vesperam vicesimæ primæ diei eiusdem mensis,videlicet septem diebus,prout præceptum fuit in Exodo.[*Accesserunt discipuli,*]id est,Apostoli[*Ad Iesum dicentes,Vbi vis paremus tibi comedere pascha?*]hoc est,agnum paschalem.

¶Hoc loco discuti habet dissentio quæ est inter Latinos & Græcos de tempore cœnæ & passionis,atque de materia in qua Christus corpus proprium consecrauit. Dicunt itaque Græci quod Christus sciens se occidendum in die festo Paschæ,hoc est,feria quinta secundum eos,anticipauit per vnum diẽ manducationem agni paschalis,comedens illum feria quarta seu luna decimatertia.Et quia hoc die Iudæi edebant panem fermentatum : dicunt quòd Christus in fermentato confecit,& sic ipsi conficiũt G asserentes se imitari institutionem Christi.Dicunt ergo quod Christus crucifixus fuit feria quinta Verum quia hoc manifeste contrarium est verbis Euangelistarum,Matthæi,Lucæ,& Marci, dicentium, quòd prima die azymorum Christus cœnauit, & sacramentum altaris instituit, in tantam prorumpũt vesaniam,vt dicant beatissimos,istos Euangelistas errasse & falsum scripsisse, & à Ioanne qui vltimo scripsit Euangelium suum esse correctos,dum ait,Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius,&c.vbi docet cœnam factam die paschalem festiuitatem præcedente. Probant igitur suam insaniam,primò authoritate Ioannis iam allegata.

¶Dies enim festus paschæ vocabatur,in quo agnus paschalis immolabatur ac edebatur, videlicet feria quinta. Ergo ante hanc feriam Christus cœnauit atque confecit. Secundo, per hoc quod in Ioanne habetur,quia Iudæi non introierunt prætorium Pilati,ne contaminarentur, sed vt manducarent pascha.Ergo die quo agnum paschalem edebant,crucifixerunt Christum. Tertio, quoniam mulieres in die Parasceues parauerunt vnguenta.Hoc autem non licuit feria sexta, eo quod dies illa fuerat celeberrima. Dies ergo Parasceues in quo passus est Iesus,fuit feria quinta & luna decimaquarta. Sed istæ Græcorum persuasiones soluuntur faciliter per distinctionem huius nominis pascha,quod in scriptu ris diuinis diuersis modis accipitur. Vno modo pro tota hebdomada azymorum, sicque in Actibus a-
Act.18. postolorum dicitur de Herode,quod voluit post pascha producere eum scilicet Petrum populo. Secundo,pro ipsa celebritate paschali,scilicet pro die sequente vesperam, qua manducabatur agnus pas- H chalis videlicet,pro die seu luna quintadecima,sic sumitur secũdum vnam expositionem apudLucam, Appropinquabit dies festus azymorum qui dicitur pascha. Tertio, pro hora immolationis & comestionis agni paschalis. Quemadmodum in Marco scriptum est,Erat pasca & azyma post biduum. Quarto,pro quocunque cibo vel pane,quo vescebantur Iudæi,durante festiuitate paschali. Sic sumitur apud Ioannem,Iudæi non introierunt,prætoriũvt manducarent pascha,hoc est,azymos panes,qui
1.Cor.5. bus duntaxat vescebantur septem diebũs,nec licuit cisvesci his panibus nisi essent mundi secundum legem,secundum quam contaminabantur ingrediendo domum Gentiliũ,per quod patet solutio secundi argumenti Græcorum.

¶Nõ enim sumit Ioannes loco præallegato pascha pro agno paschali,sed panibus azymis.Quinto,accipitur pro agno paschali.Sexto,p figurato illius agni,hoc est,pro Christo,de quo cãtat Ecclesia, Ipse enim verus est agnus.Vnde Apostolus,Pascha(inquit)nostrũ immolatus est Christus.Septimo,pro festiuitate epularum paschalium,quemadmodũ scriptum est.2.Paralipomenon libr. Non fuit tale phase à diebus Iudicum, quale fecit Iosias.¶Ex his insuper patet responsio ad primam Græcorũ instantiã. Cum autem ait Ioannes, Ante diem festum paschæ, &c. non sumit diem festum pro die immolationis agni,sed pro die sequẽti quæ erat celebrior,cui? celebritas inchoabatur à vespera præcedentis diei. Ad tertiam persuasionem eorum dicendum,quòd parare vnguenta pro defuncto vngendo, non fuit opus seruile,sed religiosum & pium,ideo licuit die parasceues. ¶Denique secundum veritatem legalia seu cærimonialia legis cessauerũt mox Christo oblato seu passo quantum ad obligationem. Pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tet ergo quòd Christus celebrauit cœnam nouissimam feria quinta. Et quia tunc Iudæi non vtebantur fermentato, constat quòd Christus confecit in azymo. Rursus, quia non venit soluere legem, sed adimplere, certum est, quòd non manducauit carnes agni paschalis cum panibus fermentatis, sed azymis. ¶ Postremò quòd Græci asserunt tres Euangelistas errasse, authoritatem & firmitatem scripturæ canonicæ confundit, ac destruit. Nam qua ratione conceduntur Apostoli, Euangelistæ vel prophetæ errasse alicubi, eadem ratione concederentur errasse & alibi tanquam proprio sensu, & spiritu humano loquuti. Ex hoc quoque sequeretur scripturam canonicam datam, & inspiratam non esse à spiritu sancto: contra quòd ait Saluator, Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Et alibi, Cum venerit (inquit) ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. ¶ Præterea, qualem apparetiam habet hoc quòd tres Euangelistæ obliti fuissent, quia die Christus cœnauit & passus est, quorum vnus cœnæ interfuit, & alius à Petro instructus fuit, tertius, quoque se audisse testatur ea quæ scripsit ab ipsis Apostolis. ¶ Aduertendum verò, quia (vt refert Thomas) tota ecclesia primò cõsecrauit in azymo sicut & Christus, post ea insurgente hæresi eorum, qui dixerunt cum Euangelio seruanda esse legalia, tota ecclesia ex familiari consilio spiritus sancti consecrauit fermentato, ne videretur iudaizare, & hæresis illa destrueretur. Matth. 5. Ioann. 14. Ioanni. 21.

B Vnde cessante hac hæresi, ecclesia Latinorum rursus vt olim confecit in azymo. Græci verò consuetudinem pristinam irrationabiliter seruauerunt. Causa quippe cessante, cessare debebat effectus. Hinc itaque posteriores Græcorum ad sui erroris defensionem confinxerunt multa mendacia, affirmantes & Christus confecit in fermentato, & cætera quæ commemorata sunt iam & reprobata. [*At Iesus dixit, Ite in ciuitatem*] Hierusalem [*Ad quendam*] non exprimit quem, sed secundum Lucam & Marcum Christus dedit discipulis quos misit signum cognoscendi domum & personam eius ad quem mittebantur, videlicet quod introeuntibus eis in ciuitatem occurreret eis homo, portãs lagenam aquę quem sequerentur vsque in domum quem ingrederetur, & dicerent seu patrifamilias domus illius quod subditur, [*Magister dicit*] videlicet, Christus summus magister, qui ait, Nolite vocari Rabbi, vnus est enim pater vester Christus. Ex isto apparet, quod ciuis iste Hierusalem fuit discipulus Christi quem nomine magistri designari cognouit, quamuis forte occultus, sicut & Ioseph ab Arimathia. Secundum Chryso. homo iste fuit magnanimus, qui Christum & eius discipulos hospitare & bene tractare audebat cõtra voluntatem põtificum, Scribarum, & Pharisæorum sed hanc magnanimitatem omnemque perfectionem virtutum poterat ei Christus facillime dare, atque creando infũdere. Hieronymus dicit quod hominis huius nomen non explicatur, quoniam, aliꝰ modus loquendi frequens est in veteri testamẽto & idiomate Hebræorũ. ¶ Porrò ambrosius ait, quod ideo non exprimitur nomen eius, vt ignobilis fuisse æstimetur. Vnde secundum Ambrosium non erat dives aut potens, sed pauperis hospitium Christus elegit. Alii dicunt oppositum, & hoc verius æstimatur, quia de homine isto scribitur, testante Luca, Ipse demonstrabit vobis cœnaculum grande stratum: quod vtique cœnaculum vel habitaculum adeo grande fuit, quod in ipso sedebant centum viginti homines, in quos descendit spiritus sanctus in die Pentecostes. Pauperes autem tales domus habere non solent Aestimo ergo quod homo iste erat multum potens, dives & nobilis, non indigens formidare Iudæos. Alioquin quomodo ausus fuisset, etiam post Christi passionem vsque ad diem Pentecostes tenere in domo sua Christi discipulos: quos (vt opinor) sæpius aluit, quoniam pauperes erant, & raro exire audebant? Voluit nãque Saluator etiã aliquos diuites habere discipulos, à quibus cum suis interdum sustentaretur, scilicet Lazarum, Martham, & cætera [*Tempus meum prope est*] hoc est, hora passionis meæ iam instat [*Apud te facio pascha*] id est in domo tua comedam agnum paschalem cum discipulis meis. [*Et fecerunt discipuli sicut præcepit eis, Iesus & parauerunt pascha*] hoc est agnum paschalem coxerunt. Isti discipuli erant Petrus & Ioannes, vt Lucas habet. [*Vespere autem facto*] id est hora vespertina feriæ quintæ, in qua post merediem venit à Bethania (vt creditur) ad Hierusalem, [*Discubuit*] hoc est, pascha comedit [*Cum duodecim discipulis suis*] id est Apostolis. Non ergo interfuisse videntur aliqui de numero septuaginta duorum discipulorum. Aliqui tamen dicunt oppositum, scilicet quod interfuerunt. [*Et edentibus illis*] videlicet, Christo atque discipulis, [*Dixit Iesus, amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est.*] Sicut de passione, ita nũc Luc. 22. Actu. 1. Lucæ. 22. Lucæ. 22.

D de proditore pronuntiat, vt quantum in se est, reuocet eum à tam malo proposito. Iudas enim qui sibi conscius fuit tanti facinoris, merito pœnituisset, audiens se notari. & tamen sentiens se tam patiẽter ac pie a magistro proprio tolerari [*Et contristati valde*] ¶ Triplici causa contristabantur, primo & maxime propter innocentis ac dilecti magistri impiissimam traditionem, imminẽtemquæ mortem, secundo. quia vnusquisque eorum timebat subipsi, ne ex humana fragilitate tale crimen incurreret. sciẽtes verba magistri sui non posse esse mendosa, Tertio, quod inter eos, fuit aliquis tam peruersus. nam & crimen vnius de congregatione in totam congregationem sæpe redundat, & domus de lapsu sodalis, sicut de proprio dolet: ideo [*Cæperunt singuli dicere*] vel simul, vel separatim, seu successiue. secũdum Marcum quærebant singillatim, [*Nunquid ego sum domine*] Nouerat vnusquisque vndecim Apostolorum se nõ habere propositum id agendi, sed quærit vt excusetur & certificetur à Christo quod nõ sit tantum flagitium peracturus. Et forte querebant vt Christus traditorem monstraret, quo facto ipsi illum conspuerent. & sui magistri proditionem impedirent. Apud Ioannem legitur, quod cum Christus dixisset, Vnus vestrum me tradet, discipuli aspiciebant se mutuo.

¶ Denique Lucas habet, quod cœperunt inter se querere, quis eorum hoc esset acturus. Primo ergo inter se quærebant, & cum de nullo ipsorum aliquid tale præsumerent interrogauerunt magistrum singillatim, secundum Marcum [*At ille respondens ait, Qui intingit mecum manum in paropside.*] hoc est, in vas quadrato, in quo erant carnes agni, quod Marcus vocat catinum, quoniam factile erat. [*Hic me tra-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

det]Per hoc non designauit Iudam aperte(vt aliqui dicunt)nec dedit euidens signum,quoniam noluit occultum peccatorem publicare nec propriam passionem impedire.In Marco legitur Christum respondisse,Vnus ex duodecim.Ex quo aliqui eliciunt,quòd alii quoque discipuli aderant. E

¶Præterea, præter hoc signum indeterminatum dedit Christus signum certum & determinatum de proditore.Vnde enim apud Ioannem legitur,Ipse Ioannes erat recumbens seu reclinatus in sinu Iesu & super pectus Iesu appodiauit tanquam familiaris,prædilectúsque filius,cui Petrus innuit,& dixit, Quis est de quo dicit?Dixitque Ioannes ad Iesum secrete,Domine quis est? Et Iesus, Ille(inquit)est cui intinctum panem porrexero.Et cum intinxisset,porrexit Iudæ buccellam. Veruntamen Christo sic disponente Ioannes non indicauit Petro hoc signum,quoniam ex feruore dilectionis in Iesum, mox inuasisset proditorem: nec decuit talem turbationem fieri in cœna magistri pacifici. [*Filius quidem hominis vadit*]ad mortem [*sicut scriptum est de eo*]in libris prophetarum, videlicet in Psalmo vbi prænuntiatur à discipulo suo tradendus. Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.Et iterum,A Estimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.Esaias quoque, Sicut ouis(inquit) ad occisionem ducetur.Et,Oblatus est,quia voluit.Itémque Hieremias,Ego (ait) quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.[*Væ autem*]id est æterna damnatio debetur & imminet [*Homini illi per quem*] id est à quo[*filius hominis tradetur.Bonum erat illi*]id est appetendum & minus malum esset proditori, F [*si natus non fuisset homo ille*]id est si nunquam processisset à non esse ad esse.Melius quippe fuisset nunquam fuisse quam tanta flagitia perpetrare,gratia quoque & gloria in æternum priuari: sed & appetibilius est homini absolute non esse quam esse damnatum, propter æternam, pœnalissimamque miseriam. Et licet esse damnatum non sit peius quàm non esse,ratione pœnæ quæ non aufert totum esse creatum,est tamen tamen peius ratione culpæ atque æternæ auersionis annexæ,& est omnibus modis inappetibilius esse damnatum,quàm non esse ex parte damnati,licet non ex parte rei. Nec dubium quin miseri in inferno,vellent se non esse.[*Respondens autem Iudas qui tradidit eum dixit, Nunquid ego sum Rabbi?*]ideo sciscitatur,ne si ipse taceret aliis interrogantibus faceret se suspectum,quasi præ cæteris pauens,& male conscius sibi. Et vt cæteris innocentiorem & securiorem se monstret, non dominum sed magistrum nominat Iesum,tanquam blandientis affectum ac charitatiuam & docilem subiectionem ostendens.Solent quippe simulatores & callidi sic loqui,& singularibus nominibus vti, ne quid mali æstimetur de eis[*Ait illi,Tu dixisti*]hoc est,veritatem expressisti,quamuis non expresseris eam sub forma propositionis & affirmationis. Dicendo,enim,Nunquid ego sum?dixit, Ego sum.quod verum erat.Vnde signo interrogationis omisso veritatem expressit. Non solum hac responsione, sed etiam illa qua dixit superius, Qui intingit mecum in paropside me tradet, dedit Christus Iudæ intelligere,quod esset proditor,& quod ipse Christus hoc sciret.vt enim ait Hieronymus, Cum Christus dixisset, Vnus vestrum me tradet, cæteri discipuli præ tristitia cessauerunt comedere.Iudas verò temeritate & impudentia,qua proditurus fuit magistrum,adhuc cum eo manum posuit in catino, sic que quod dixit,Qui intingit mecum,& cætera pro tunc de solo Iuda intelligi potuit, quamuis discipuli hoc non notauerunt.Omnipotens enim Christus sic per verba sua notauit, monuitque Iudam, quod latuit alios G

¶Et in istis pensandum est,quàm modeste,ordinate,& pie,quam demum terribiliter Christus admonuit Iudam.Primò enim dicebat, Vnus vestrum me tradet.Secundò,qui intingit mecum.& pœnam adiecit,Væ homini illi,& cætera.[*Cœnantibus autem illis,accepit Iesus panem*]azymum & triticeum[*Et benedixit*].i. per verba consecrationis in corpus mutauit & transubstantiauit[*Ac fregit*]non panem,quia iam fuit conuersus in corpus,nec corpus suum quod fuit sub specie panis, modo non quãtitatiuo, sed fregit dimensiones panis conuersi,sub quibus continebatur corpus Saluatoris.Consecrauit enim integrum panem,vel magnam eius partem,[*Deditque*]cuilibet Apostolorum particulam,imò totum Eucharistię sacramentum,quemadmodum subditur.Deditque[*Discipulis suis*]etiam Iudę,quoniam noluit occultum prodere peccatorem. Hilarius tamen dicit oppositum,sed credendum est principi theologorum sacratissimo Dionysio,qui ait quòd Christus dedit proditori corporis sui sacramentum.Veruntamen non dedit corpus suum sub buccella,de qua apud Ioannem legitur, sed sub specie panis nõ intincti.[*Et ait Accipite*]quod porrigo [*Et comedite*]deuote,non sicut alios cibos[*Hoc*]quod sub specie panis post consecrationem continetur[*Est corpus meum*]verum.non figuratiuum duntaxat. H

¶Porro hęc verba,hoc est corpus meum,protulit Christus antequam frangeret,vel porrigeret panẽ cœlestem discipulis. Hæc enim verba proferendo consecrauit, quæ(vt aliqui dicunt)repetiuit dando sacramentum Apostolis.De hac autem institutione sacramenti,& de his quę concernunt præsentem materiam infinita dici possent,quæ cum alibi copiosissimè habeantur,hic inserenda non sunt. [*Et accipiens calicem*]plenum vino,vt putatur lymphato,quia in terra sancta sunt fortia vina,quæ solent lymphari,præsertim à sobriis viris.[*Gratias egit*]deo patri[*Et dedit illis*]non vinum,sed sanguinem,quẽ per verba consequentia consecrauit,mutando vinum in sanguinem.[*Dicens,Bibite ex hoc*] calice[*omnes*]sanguinem meum.

¶Sequuntur verba consecrationis,[*Hic calix*]contentum in calice[*Est sanguis meus noui testamenti*]id est per cuius effusionem & aspersionem confirmatum est nouum testamentum,seu euangelica promissio & doctrina.Testamentum nanque in mortuis confirmatur secundũ Apostolum.[*Qui pro multis*]id est pro salute electorum reparanda,[*Effundetur*]pro omnibus enim passus est Christus,& fusus & sanguis eius quantũ ad sufficientiã pertinet ex parte saluatoris,cuius passio idonea est omnes saluare,nisi obicem ponant.Pro solis verò electis effusus est sanguis Christi quãtum ad efficientiam seu beatitudinis

Hebr. 9.
1.Petri. 2

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A consecutionem:ideo non ait pro omnibus,sed pro multis.[*In remissionem peccatorum*]omnium, originalis videlicet,actualis,seu personalis, tam venialis quàm mortalis. Ad hanc quippe remissionem faciendam digna,& efficax est effusio sanguinis Christi:sed oportet vt virtus seu meritũ dominicæ passionis hominibus applicetur per fidem vel sacramenta ecclesię.[*Dico autem vobis,Non bibam amodo*]hoc est,vltra post hanc horam.[*De hoc genimine vitis*]id est,de vino quòd generatur in vinea,[*Vsque diem illum*]hoc est post resurrectionem,[*Cum illud*]geniminem vitis,seu vinum non idem numero,sed specie Actu. 2.
[*Vobiscum bibam nouum*]id est,nouo atque insolito modo,vel recens ad literam. Vnde in die pentecostes dixerunt Iudæi Apostolos musto repletos.[*In regno patris mei,*]hoc est,in ecclesia militante,seu in- Psal.21.
ter vos & in medio vestri. De quibus loquor in Psalmo,Narrabo nomen tuum fratribus meis,in medio ecclesiæ laudabo te.

¶Porro quod Christus post resurrectionem cum discipulis manducauit,Euangelistæ copiose testantur:quòd cum eis tunc bibit,ostendit Petrus in Actis Apostolorum,Deus(inquit) dedit eum manifestum fieri,non omni populo,sed testibus præordinatis à deo nobis qui manducauimus & bibimus cũ illo,postquam resurrexit à mortuis,Nec dubium,quin discipuli dederunt ei bibere vinum. Conuenienter autem in cœna nouissima instituit Christus Eucharistiæ sacramẽtum post agni paschalis,figuralis, seu typici comestionem,quia hoc sacramentum omnium legalium sacrificiorum finis,veritas,& con- Ioan. 21
B summatio est:legalia vero vsque ad Christi passionem,seu veri ac summi sacrificij oblationem durare debuerunt. ¶Præterea,sacramentum istud instituit Christus. Primo,ob suæ passionis perpetuã recordationem. Secundo,ob suæ eximiæ charitatis iudicium. Tertio,propter ecclesiæ consolationem, vt dominum suum haberet sub sacramento quam modo non habet visibili modo. Quarto,propter nostram subuentionem,vt purgemur virtute huius sacramenti à vitiis, gratia impinguemur in via confortemur,ad gloriam perducamur. Quicquid enim cibus corporalis facit in carne manducantis, hoc efficit cibus iste spiritualis in anima communicantis.

¶Insuper creditur Christus corpus suum & sanguinem sub sacramentalibus formis personaliter accepisse,non propter indigentiam,sed exemplum. Hic sapienter & affectuose pensanda est charitas,liberalitas,atq; dignatio Christi ad nos,qui tam pretiosissimo alimento nos fouet,qui tam intime nobis vniri dignatur,qui seipsum nobis tam munificentissime præstat. Hæc quoque vnio Christi & perceptio sacramenti figura est futuræ vnionis in patria. Nec mirum si filius dei nũc tribuit nobis corpus & san- Gene.2.
guinem suum in alimoniam gratiæ ad tempus,quibus post hanc vitam paratus est dare propriam diuinitatem in escam gloriæ in æternum. Amplius sicut Saluator tactu suæ mundissimę carnis contulit o-
C mnibus aquis vim regeneratiuam:sic proferendo verba consecrationis præstitit verbis his vim consecratiuam,quando à sacerdote cum intentione conficiendi proferuntur. Et sicut in exordio seculorum semel dixit,Producat terra herbam,&c. & animalibus,Crescite & multiplicamini, & ecce vsque in finem seculi omnia verbo eius obtemperant:sic eadem potestate semel proferendo verba consecrationis,fecit,vt quotiescunque rite proferantur,sortiantur effectum. Nec mirum si potuit vnum in aliud permutare,qui potuit vniuersa ex nihilo facere.[*Et in hymno dicto,*] hoc est,gratiarum actione persoluta,pro esu agni paschalis. De quo dixit Christus apud Lucam,Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Sed multo amplius gratias egit Christus discipulis deo pro institu- Lucæ,22
tione sacramenti,& nouæ legis ac euangelicæ disciplinæ inchoatione.[*Exierunt*] Christus & vndecim Ioha. 10
Apostoli cum eo. Iudas enim iam abiit ad Iudæos.[*In montem oliueti,*]ad quem solitus erat venire nocturno tempore ad orandum,ne videretur fugere proditorem,sed vt ostẽderet se velle inueniri. [*Tũc dicit illis,*] Iesus,[*Omnes vos scandalum patiemini*] scandalum passiuum, videlicet lapsum in culpam incurretis[*In me*]id est,occasione mei,propter violentiam mihi inferendam,quam timẽdo fugietis à me. [*Scriptum est enim.Percutiam*]id est,percuti & capi permittam[*Pastorem*]hoc est, Christum,qui ait, Ego sum pastor bonus. De quo per Ezechielem dominus perhibet. Saluabo gregem meũ, & suscitabo super eum pastorem vnum,qui pascat eum Dauid seruum meum,id est,Christum,vt omnes exponunt.
Huic cõsonat quod Christus in Psalmo loquitur de,seipso ad patrem,Quoniam quem tu percussisti,
D persequuti sunt. Et in Esaia,Propter scelus(inquit)populi mei percussi eum.[*Et dispergentur*]id est,per diuersa loca fugient[*Oues gregis*]id est,oues quæ sunt grex Christi,puta discipuli. Christus allegando scripturam hanc,variat verba,non sensum. Sic enim habet translatio nostra,Percute pastorem, & dispergentur oues gregis,quæ sunt verba prophetæ loquentis ad deum. Hic ergo ponuntur, quasi verba dei loquentis. Idẽ autem est sermo dei & seruorum eius. Ad intelligendum quoque quod verba hæc ad literam dicta sunt de Christo & eius passione,confert quod immediate præmittitur, Framea suscitare super pastorem meum, & supervirum cohærentem mihi,dicit dominus exercituum.

¶Quæritur,quomodo Matthæus & Marcus scribant Christum hæc dixisse post exitum à cœnaculo,cum in Ioanne legitur ea dixisse antequam egrederetur: sic enim ait Saluator apud Ioannem, Venit hora & nunc est,vt dispergamini vnusquisque in propria,& me solum relinquatis. Dicendũ,quòd Christus eundẽ sensum sub alijs verbis expresit ante egressum à domo,& postea.[*Postquã autẽ resurrexero præcedam vos in Galilæam*,id est,in Galilæa, vobis apparebo. Non tamen duxit eos illuc visibiliter præcedendo. De hoc infra scriptum est,Vndecim discipuli abierunt in Galilæam,in montem vbi cõstituerat illis Iesus,& videntes eum adorauerunt. Hoc Christus adiecit,vt pollitatione propinquæ resurrectionis & apparitionis consolationem reciperent tristes discipuli[*Respondens autem Petrus,ait illi,Et si omnes scandalizati fuerint in te,*]fugiendo à te ex inordinatę mortis timore,[*Ego nũquam scandalizabor,*] id est,nunquam recedam à te,neque peccabo in te. Hoc Petrus loquutus est ex magnitudine fidei ac feruoris:tamen incaute,non pensans propriam fragilitatem,& cæteris fortiorem se æstimans. Vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod dixit, falsum fuit materialiter, quia aliter accidit: non autem formaliter, quoniã sicut dicebat, ita E
intendebat. Mentiri quippe formaliter est contra mentem ire, seu cum intentione fallendi, vel scienter
falsum profari, [*Ait illi Iesus,*] qui tanquã verus deus omnia futura contingentia certissime prænogno
uit, [*Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.*] Idem dicunt Lucas & Iohãnes,
quanuis sub alijs verbis. ¶ Sed videtur contrarium quod Marcus habet, Antequã gallus (inquiens) bis
vocem dederit, ter me es negaturus. Ergo tertio negauit ante secundum galli cantũ. Ad hoc Augustin⁹
respondet, quòd tertia Petri negatio fuit morosa, & ita fuit inchoata, nõ autem terminata ante primum
galli cantum. Marcus ergo dicendo, Antequam gallus bis vocẽ dederit. &c. respexit ad negationis ter-
minationem. Alij autem Euangelistæ dicendo, quòd ter negauit ante gallicantum, respexerunt ad ne-
gationis istius principium. Veruntamen in Marco habetur, quòd gallus cãtauit, cum Petrus primo ne-
gauit Christum, deinde quòd ante secundum gallicantũ Petrus negauit bis. Alij vero dicunt, quòd sic
intelligenda sit litera, Non cantabit Gallus, id est, non percantabit seu cantum suum non consumma-
bit, donec ter me neges ore, non corde. [*Ait illi Petrus, Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter
& omnes discipuli,*] scilicet decem alij dixerunt, habentes bonum propositum, suisque viribus magis
quàm gratiæ innitentes, & in sua fortitudine confidentes, obliti, quod pauloante audierunt à Christo,
Sine me nihil potestis facere. ¶ Sed mirum videtur, si Petrus & apostoli reliqui putabant Iesum verũ
in verbis suis, quomodo ausi fuerunt contradicere verbis eius. Respondendũ, quòd forte æstimabant F
verba Christi pertinere ad prophetiam cõminationis, quæ aliquando non impletur. Vel putabant ver-
ba Christi esse mystica, seu aliquo alio modo posse intelligi, ac verificari.

¶ Elucidatio sequentis partis huius capituli. Artic. XLII.

[*Vnc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani.*] Hæc villa fuit iuxta radi-
ces, seu pedes montis Oliueti, & habuit hortum, in quem ingressus est Iesus cũ
apostolis. Vnde in Iohanne legitur, Egressus est Iesus trans torrentem Cedron,
vbi erat hortus, in quem introiuit. &c. Torrens nanque ille fuit inter Hierusalẽ
& montem oliuarum in valle Iosaphat. Vnde cum Iesus processisset vltra torrẽ
tem hũc, statim venit in villam & hortum præfatos, [*Et dixit discipulis suis,*] vide-
licet octo apostolis, tres enim secum duxit, & Iudas non adfuit. [*Sedete hic, donec
vadam illuc,*] id est, ad locum qui ante vos est. [*Et orem*] ibi. [*Et assumpto Petro &
duobus filijs Zebedæi,*] qui erant sibi familiariores & transfigurationi ac suscitationi puellæ interfuerũt.
Processit autem ab alijs octo apostolis quantum iactus est lapidis, secundum Lucam. [*Cœpit contristari*] G
in anima, quantũ ad partem sensitiuam & naturalem affectum, [*Et mœstus esse,*] quantum ad apparatum
exteriorem in verbis ac gestibus. Vnde secundum Marcum, cœpit pauere & tædere. Mortem enim na
turali affectu abhorruit, & foris tristitiam demonstrauit. [*Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mor-
tem,*] id est, vehementissime contristatur, ita vt tristitia ista & mors vno duntaxat gradu videantur di-
stare. ¶ Ad intelligentiam horum oportet aduertere, quòd est quædam tristitia inordinata, rationem
præueniens atque impediens, quæ etiam secundum philosophos non cadit in virum constantẽ. de qua
Salomon loquitur, Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et de qua in Ecclesiastico legitur,
Esaiæ. 42. Tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Hæc ergo non fuit
Eccle. 17. in Christo. Quemadmodum in Esaia de ipso inducitur, Non erit tristis, neq; turbulẽtus. Alia est tristi
2. Cor. 7. tia moderata & bona vel naturalis seu virtuosa, rationem sequens, & vanitatem excludens: de qua Sa-
Prou. 28. piens ait, Cor sapientum, vbi tristitia. Vnde dicit Apostolus, Quæ secũdum deum tristitia est, salutem
Eccle. 34. stabilem operatur. Similiter distinguendum est de timore, seu pauore. Est enim timor inordinatus, de
quo Sapiens, Iustus (inquit) quasi leo confidens absque terrore erit. Et alibi, Qui timet deum, nihil tre
pidabit. Est & alius timor laudabilis, de quo scriptura vberrime loquitur. Dicendum itaque, quod
Christus tristabatur & metuebat, loquendo de tristitia & timore naturali, prout sunt naturales affe-
ctiones & passiones, vel potius propassiones secundum Hieronymum appetitus sensitiui. Aliter tamẽ
Hierony. fuerunt in Christo quàm in alijs, quia in ipso non præuenerunt, sed sequebantur rationem & volunta H
tis imperium, ita quod Christus sponte & rationabiliter assumpsit has passiones. Primo, ad ostenden-
dum veritatem humanæ naturæ in se. Secundo, ad subueniendum nobis, quia per harũ affectionem
pœnalitatem, maximam gratiam meruit nobis. Tertio, ad consolationem nostram, videlicet ne viri
virtuosi pusillanimes fiant, cum sentiunt se mortem instantem timere, quando & Christus eam expa-
uit. Insuper tristabatur atque dolebat anima Christi, loquendo de tristia, prout est actus virtutis, seu
charitatis, propter infirma membra sua, & eos in quibus vidit fructum passionis suæ perire. Porro in
Lucæ. 22. omnibus his pensandum est, quam amarum, pœnale, & graue fuit apostolis, præsertim his tribus, hæc
verba dulcis magistri audire, eius pauorem ac tædium intueri, qui eos semper consolari, fouere ac re-
creare solebat, dulcitérque & iucunde cum ipsis conuersari [*sustinete hic,*] id est, expectate me hoc
loco: vel, sustinete, id est, condolete, [*Et vigilate*] mecum, assistendo mihi in tanta angustia, & con-
formãdo vos mihi in actibus bonis, vt decet familiares amicos & veros amatores. Hoc dicit Saluator,
non quasi indigeat, sed quia eis hoc expediebat, iustúmque fuit. [*Et progressus pusillum,*] id est, disci-
pulis se elongans & abiens modico spacio, iuxta illud quod Lucas habet, Auulsus est ab eis, quantum
iactus est lapidis. [*Procidit in faciem suam, orans & dicens,*] Secundum Lucam, positis genibus
orauit. Vnde dicendum, quòd vtroque modo orauit, videlicet prostratus in terram, & genibus fle-
xis, [*Pater mi,*] qui es singulariter pater meus, videlicet per veram generationem & naturàm, alio-
rum vero pater es per creationem, adoptionisque gratiam. [*Si possibile est transeat a me calix iste,*] id est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A paſsio tam acerba. Non orat abſolutè.nec ſecundum rationem deliberatam vt liberetur à morte,ſed conditionaliter,& ſecundum naturalem appetitum,quo refugit mortem : tamen ſecundum voluntatẽ & rationis iudicium paratiſsimus fuit ad paſsionem,ideo ſubdit, [*Veruntamen,non ſicut volo,*]hoc eſt appeto ſecundum ſenſitiuum, naturalem & inferiorem appetitum, [*Sed ſicut tu*] vis, ſic fiat. Ecce quàm blanda, humilis, ſobria & affectuoſa oratio, cuius formam imitari debemus, deum in oratione patrem vocando, ei nos humiliter proſternendo, rationabilia poſtulando, noſtrámque voluntatem diuinæ in omnibus ſubiiciendo.

¶Denique Chriſtus dixit,Si poſsibile eſt,quoniam nouerat impoſsibile eſſe, vt non biberet calicem paſsionis per reſpectum ad infallibilem prouidentiam dei, quam nouerat decreuiſſe,vt moreretur pro mundi ſalute. Fuit tamen poſsibile, quantùm ad cauſas ſecundas & proximas, & per comparationem ad libertatem voluntatis humanæ.

¶Sed cur Chriſtus orauit aliquo modo,quod nouerat nullatenus impleri debere? Dicẽdum,quòd illis de cauſis orauit,propter quas triſtitiam & timorem aſſumpſit. Quemadmodum etenim Chriſtus totam paſsionis ſuæ amaritudinem & proceſſum certiſsimè prȩcognouit : ſic ſponte ſibi in ſua imaginatione paſsionẽ tam horrendam propoſuit,qua conſiderata tenerrima, ac nobiliſsima eius natura inferior vltra omnem æſtimationem expauit. Vnde in tertia oratione factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanB guinis decurrentis in terram,ſecundum Lucam.[*Et venit ad diſcipulos ſuos*]tres,[*Et inuenit eos dormientes*],præ triſtitia tædio,laſsitudine,& propter vapores illa hora aſcendentes ad cerebrum. [*Et dicit Petro ſic,Nõ potuiſti vna hora vigilare mecum?*]hoc eſt Tu qui dixiſti,Paratus ſum tecum in mortem & in carcerem ire,quomodo nunc non potes paruam rem facere,vigilando mecum tam modico ſpatio? Idcirco autem ſpecialiter affatur & increpat Petrum, quia præ cæteris præſumpſit Chriſto aſtare,nõ ſcãdalizari,& quia ſuperior fuit apoſtolis aliis. Poſt eius verò increpationem dirigit exhortationem ſuam ad omnes tres,[*Vigilate*]bene vos occupando,[*Et orate*]pro adiutorio gratiæ dei,[*Vt non intretis*]per cõ ſenſum[*in tentationem,*]id eſt ne conſentiatis tentationi,quæ per orationem præcipuè ſuperatur. Quẽ Lucæ,22. admodum etiam Lucas habet, Satanas expetiuit apoſtolos, vt cibaret ſicut triticum, ideo indigerant fortiter reluctari,nec ſomno indulgere. [*ſpiritus quidem promptus eſt*] hoc eſt anima veſtra ſecundum partem ſuam ſuperiorem parata eſt mecum pati,vigilare ac permanere,vt promiſiſtis. [*Caro autem infirma,*]id eſt ſenſualitas fragilis eſt,& corpus quod corrumpitur, debile,tardum & impotẽs eſt ad iſta agenda,ac patienda,niſi per gratiam adiuuetur,quæ ab anima redundet in carnem,eámq; rationi ſubiiciat. [*Iterum ſecundo abiit,*]ad locum priorem, [*Et orauit,dicens,Pater,ſi non poteſt tranſire hic calix,niſi*
C *bibam illum,*]hoc eſt ſi paſsio iſta impediri & à me tolli nõ valet,[*Fiat voluntas tua.*]hoc eſt quod Chriſtus ait in Pſalmo,In capite libri ſcriptum eſt de me,vt facerem voluntatem tuam,deꝰ meus volui. Nõ ergo voluntas animæ Chriſti fuit diuinæ voluntati contraria. Imò nec voluntas eius naturalis, ſeu appetitus inferior,fuit rationi rebellis ſiue repugnans. Quamuis enim deſiderauit non pati,hoc tamen nõ fuit contra rationem,ſed ratio imperauit hoc appetitu inferiori naturali, vt ſecundum ſuam naturam moueretur,quod & fecit,& ratione iubente facere,mox ceſſauit.[*Et venit iterum,& inuenit eos dormientes.*]Per hoc quòd Chriſtus toties ad diſcipulos rediit, dedit prælatis exemplum ſolicitudinis de viſitatione,admonitione,atque cuſtodia proprij gregis:& ne tantùm vacent contemplationi,quòd negligant opera vitæ actiuæ,& gubernationem ſubditorum ſuorum.[*Erant enim oculi eorum grauati.*]Oculi eorum interiores erant grauati negligentia & torpore, oculi quoque eorum exteriores grauati fuerunt ſomnolentia & vapore. Hic non dicitur quòd Chriſtus alloquebatur diſcipulos iſtos hac vice ar ſed in Marco ſcriptum eſt,ignorabant quid et reſponderent. Ex quo conſtat,quòd etiam hac vice arguit & admonuit eos,& fortè tunc loquebatur eis communiter,non ſpecialiter Petro : quia pluraliter ſcriptum eſt,quòd ignorabant quid reſponderent,id eſt quomodo ſe excuſarent,imò inexcuſabiles erant.[*Et relictis illis*]corporaliter,quos non reliquit ſpiritualiter,nec ſecundum diuinitatis ſuæ naturã, [*Iterum abiit*]ad priſtinum locum,[*Et orauit tertio eundem ſermonem dicens.*]

Pſal.39.

Marci. 14.

D ¶Tribus vicibus idem precatur,vt det nobis exemplum perſeueranter orandi, & propter perfectionẽ ternarij,qui cõuenit deo altiſsimo. In hac oratione tanta anxietate concuſſa eſt anima Chriſti, vt Lucas dicat, Factus in agonia,id eſt in quadam corporalis naturæ laboratione propter anxietatem atque triſtitiã. Vnde laborantes in extremis,dicuntur eſſe in agonia. Vel,agonia vocatur colluctatio appetitus naturalis ſenſitiui mortẽ abhorrentis & refugientis, & appetitus intellectiui eandem optantis & acceptantis. In Chriſto quippe tempore paſsionis ex diſpenſatione diuina non fuit redundantia ſuperioris partis animæ in inferiorem,ſed vnaquæq; permittebatur agere & pati quod ſuũ erat. Nihilominus ratione iubẽte inferior appetitus ſuperiori mox paruit. Factus ergo Ieſus in hac agonia,prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Tunc quoque apparuit ei angelus de cælo,confortans eum,verba conſolatoria proferẽdo,& triſtitiam animæ Chriſti miniſterialiter mitigando,vel ſe per modum confortantis habendo. Porrò,circa orationem hanc Chriſti aliquid dicit Apoſt.ad Hebræos,quòd nullus Euangeliſtarum conſcripſit. Ait nanq;,quòd Ieſus cũ clamore valido & lachrymis exorauit,& quòd exauditus eſt pro ſua reuerentia. In hoc ſiquidem, quòd dicebat, Non quod ego volo,ſed tua volũtas fiat,exauditus eſt. Hoc enim dixit ſecundum deliberatam rationẽ appetitũ. Quicquid autem ita orauit,obtinuit:iuxta illud apud Ioãnem,Gratias ago tibi pater,quoniã audiſti me:ego autem ſciebam,quoniam ſemper me audis.[*Tunc venit ad diſcipulos ſuos.*] Poſt quamlibet orationem ad diſcipulos ſuos reuertitur,vt eos hortetur,quia prælatus ſic ſemper intẽdere debet ſuæ ſaluti, vt nũquam obliuiſcatur prouidere ſaluti gregis ſibi commiſsi. [*Et ait illis,Dormite iam et requieſcite.*]Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primò,per modũ admonitionis,ita quòd dedit eis licẽtiã pau

Lucæ,22.

Lucæ,22.

Hebr.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lulum dormiendi. Secundò, per modum piæ exprobationis, tanquam dicat, Nunquid est iam tempus dormiendi, dum instat captio mea? Et huic sensui cuncordant verba sequentia, [*Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.*] De qua hora dicit ipse Saluator apud Lucam, Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. [*Surgite eamus, ecce appropinquat qui me tradet,*] videlicet infœlicissimus Iudas. Ex his apparet, quòd pro tunc cessauit in anima Christi colluctatio inferioris appetitus & horror passionis: quia non solum intrepide, sed & cum ingenti affectu obuiam iuit aduersariis suis. [*Adhuc eo loquente*] cum discipulis suis, non solùm his tribus, sed cum vndecim apostolis, quia post finem tertiæ orationis accessit ad alios octo. [*Ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cũ gladiis & fustibus,*] & etiam cum laternis & facibus & armis, vt habetur in Ioanne. Iudas quoque antecedebat turbam, vt Lucas testatur. [*Missi a principibus sacerdotum, & senioribus populi*] Iudæorum. Nõ solum autem Iudas accepit ministros Iudæorum, sed & Pilati: iuxta illud Ioannis, Cum accepisset cohortem, id est multitudinem militum Romanorum, quos præses misit, mittens cum cohorte tribunũ, id est principem cohortis. Voluit ergo Iudas constipari curia seu ministris põtificis & præsidis, vt qui essent cum Iesu volentes eum defendere, non auderent. [*Qui autem tradidit eum,*] videlicet Iudas, [*Dedit eis,*] scilicet turbis [*Signum*] cognoscendi Iesum, [*Dicens, Quencunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.*] hoc signum dedit eis, ne errarent in persona Christi. Primò, quoniam Iacobus minor fuit similimus Christo in lineamentis corporis. Vnde Ignatius scribit sibi dictum esse, quòd si videret Iacobũ, videret & Christum: ideo etiam Iacobus iste dictus est frater domini. Secundò, quia nox erat, & quamuis laternas, & faces haberent, non tamen poterant tam clarè videre, sicut in die. Tertiò, quoniam Iudas timebat, ne Iesus inter alios se occultaret. Sciebat nempe subtilem esse magistrum suum, propter quod timuit, ne elaberetur è manibus ministrorum, quemadmodum sæpe elapsus fuit de manibus Iudæorum. Hinc enim dixit turbæ, & ducite eum caute, vt Marcus habet. [*Et cõfestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi,*] id est magister [*Et osculatus est eum.*] Habuerunt autem discipuli consuetudinem osculandi Iesum cum redirent de via ad eum, vel cum eum salutarent. quam cõsuetudinem obseruauit primitiua ecclesia. Vnde Paulus vbertim hortatur, Salutate inuicem in osculo sancto. Permisit autem se Christus osculari à proditore. Primò, vt nobis mansuetudinis & patientiæ daret exemplum, videlicet ne ab aduersario vultum & oculos auertamus, nec æmulos indignanter aspiciamus. Secũdò, vt per hoc Iudam ad charitatem & pœnitentiam prouocaret. [*Dixitque ei Iesus Amice,*] hoc est, tu Iuda qui amicitiam simulas, sed odium operaris, quem ego diligo, & à quo habeor odio, [*Ad quid venisti?*] Non quasi ignorans quærit, sed vt insinuet Iudæ non se ignorare dolum atque malitiam eius, sicque Iudas erubescat & corrigatur. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiã & gloriam, vt habetur in Ecclesiastico. Denique non solùm dixit Iesus ad proditorem, Amice ad quid venisti, sed etiam proprio nomine eum appellans, vt mollesceret, dixit, Iuda, osculo filium hominis tradis? vt recitat Lucas. Sed heu quàm multi imitantur hunc Iudam, ore blandientes, & corde odientes, ac opere aduersantes. [*Tunc accesserunt et manus*] violentas atque sacrilegas [*Iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum,*] imò & ligauerunt eum, secundum Ioannem. Isti sic accedentes fuerunt cohors & tribunus, & ministri Iudæorum, vt habet Ioannes. ¶Hoc loco tres Euangelistæ omittunt, quod solus Ioannes commemorat, quòd Iesus cum processisset obuiam turbis, dixit, Quem quæritis? Quibus respondentibus, Iesum Nazarenum: & ipso dicente, Ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Cumque secundò idem interrogasset, & illi similiter dedissent responsum: dixit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum, si ergo me quæritis, sinite hos abire. Tamen (vt Beda affirmat) Christo occurrente Iudæis, Iudas accessit & osculabatur eum antequam Christus sua voce Iudæos prosterneret. [*Et ecce vnus ex his qui erat cum Iesu,*] videlicet Petrus in Christi amore feruentior [*Extendens manum, eximit,*] hoc est, extraxit [*Gladium suum,*] vel simpliciter gladium, vel magnum cultellum, quo vti solent piscatores, [*Et percutiens seruum principis sacerdotum,*] videlicet Malchum famulum Caiphæ, [*Amputauit auriculam eius*] dextram, secundum Ioannem. Chrysostomus dicit, quòd putauit amputare caput eius. Porrò Ambrosius asserit, quòd Petrus eruditus fuit in lege, & sciuit commendatum esse factum Phinees filij Eleazari, qui zelo dei commotus, perfodit Zambri cum alienigenu fornicantem: ideo Petrus simili zelo voluit filium dei vindicare. Non euidenter apparet: quando Petrus hoc fecit. Matthæus nanque & Marcus sic recitant, ac si Petrus seruum illum læserit Iesu iam capto. Ioannes verò & Lucas sic recitant, ac si ante captionem Christi id egerit. Scriptum est enim in Luca, Videntes hi qui circa Iesum erant quod futurum erat, dixerũt, Domine si percutimus in gladio. Et postmodũ Lucas scribit, quòd comprehenderunt Iesum. Ad quod dicendum videtur, quòd statim quando cœperunt capere Iesum antequam ligaretur, Petrus hoc fecit, quod elicitur ex duobus. Primò, quoniam Petrus nõ potius percussisset Malchum, quàm alium, nisi ille magis festinasset mittere manum in Iesum. Secundò, quoniam Malcho læso dixit, Sinite vsque huc, & cum tetigisset aurem & locum læsionis, sanauit eum. Ex quo apparet, quòd nóndum vinxerunt manus ipsius. [*Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum,*] scilicet in vaginam. Magister patientiæ qui docuit inimicos diligere, & persequẽtibus bene facere, percutienti maxillam vnam, alteram præbere, prohibet gladij vltionem & sanguinis effusionem solo affectu vindictæ, & prætermisso ordine iuris.

¶Insuper ponit tres rationes, cur non debeat gladio defensari. Prima est, [*Omnis enim qui acceperit gladium,*] id est qui priuata ac propria authoritate arripit ensem, vel aliud quodcunque instrumẽtum pugnandi ad inferendum alteri nocumentum, [*Gladio peribit,*] hoc est ipsa iniquitate quam hoc agendo committit, seipsum spiritualiter occidit, & damnationem incurrit. Non ergo sensus est, quòd omnis talis materiali gladio occidetur, sicut nec Petrus: hunc iuxta sensum dominus deus ait in Genesi, Qui-

Ioan. 18. Lucæ. 22. Ioan. 12.

Marci. 14. 1. Corin. 16 2. Cor. 13.

Eccles. 4.

Ioan. 18.

Matth. 5.

Lucæ. 22.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cunque effuderit ſanguinem humanum, effundetur ſanguis illius. Et Salomon, Qui fodit (inquit) fo- Eccleſ.10.
A ueam, incidet in eam: & qui diſsipat ſepem, mordebit eum colubea. Qui autem vtitur gladio ſecundũ ordinem iuris, & diſcreto zelo iuſtitiæ, non per ſe, ſed aliunde quaſi ſibi traditũ, accipit eum. Quemadmodum Hieremias dixit Iudæ Machabæo, Accipe gladium ſanctum munus à deo, quo deiicies aduerſarios Iſraël. Vnde de principe temporali dicit Apoſtolus, Non ſine cauſa gladium portat, miniſter Roma.13.
enim dei eſt. Secunda ratio, cur Chriſtus non indiguit gladio protegi, ſubditur [*An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit,*] hoc eſt, ad adminiſtrandum & obediendum, ſeu defendendum tranſmittet [*Mihi modo pluſquam duodecim legiones angelorum?*] qui à deo fortes ſunt, vt vnus percuſſerit 4.Reg.19.
vna nocte in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque milia hominum. Legio autem continet ſex milia ſexcenta ſexagintaſex.

¶ Sed dicere aliquis poteſt, Si Chriſtus potuit hoc rogare & impetrare, ergo potuit à paſsione liberari: cuius contrarium dictum eſt, ſtatimque dicetur. Dicendum, quòd potuit hoc impetrare, imò iubendo efficere & à paſsione liberari, conſiderando ordinem cauſarum proximarum & creatarum. Non enim præordinatio ſeu prædeſtinatio dei tollit à rebus libertatem aut contigentiam. Tertia ratio ad idem ſubiungitur, [*Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ?*] id eſt, Si defendor & non maior pro ſalute hu-
B mana, non verificabuntur vaticinia prophetarum de paſsione mea loquentium. Hoc autem eſt impoſsibile, [*Quia ſic oportet fieri*] ſicut prophetatum eſt. Prophetia enim prædeſtinationis ſemper & de neceſsitate impletur: quod tamen intelligendum eſt de neceſsitate conſequentiæ, non conſequentis. [*In illa hora dixit Ieſus turbis,*] præſertim Iudæis, [*Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere*] id eſt, ad capiendum [*Me quotidie*] id eſt, ſæpe, & omni die, fortaſsis quando fui in Hieruſalem, [*Apud vos ſedebam docẽs in templo*] Hieruſalem [*Et non me tenuiſtis,*] Ex quo patet, quòd non habeatis iuſtam cauſam aduerſum me. Omnis enim qui facit veritatem, venit ad lucem. Qui autem facit peccatũ, odit lucem. His verbis addidit Chriſtus quod omiſit Matthæus, ſed Lucas inducit, ſcilicet, Sed hęc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum, id eſt, hoc tempore veſtræ voluntati conceſſum eſt, vt faciatis mihi quæ vultis: & hæc violentia quam mihi infertis, eſt poteſtas tenebrarum, videlicet dæmonum vos inſtigantium, vel hominum vitiis obtenebratorum. [*Hoc autem totum factum eſt,*] vtpote vt Ieſus ab impiis caperetur, à nullo defenderetur, &c. [*Vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum,*] qui Chriſti paſsionem prædixerunt. [*Tunc diſcipuli omnes*] id eſt, vndecim Apoſtoli, [*Relicto eo, fugerunt*] timentes ne ſic tractarentur ſicut magiſter eorum. Sed quis poterit cogitare cum quanta triſtitia fugerint, quoties retroſpexerint, quotidie pectora ſua percuſſerint, fleuerint, & cætera ſigna interni mœroris oſtenderint. [*At illi tenentes Ieſum, duxerunt illum ad Caipham principem ſacerdotum vbi ſcribæ & phariſæi & ſeniores conuenerant*] ad tractandum cum pontifice de morte Chriſti. Veruntamen, ſicut in Ioanne legitur, primo duxerunt Ieſum ad Annã, quia intrando ciuitatẽ, primo venerunt ante dñm ipſius. Secundò, pro-
C pter reuerentiam Annæ, quoniam erat ſocer Caiphæ. [*Petrus autem ſequebatur eum*] ſcilicet Ieſum [*A longe*] non audens prope accedere ad turbam, ne cognitus caperent. Quamuis ergo cum aliis fugerit, tamen reuerſus, ſequutus eſt magiſtrum ſuum. Quòd ſequebatur eum, fuit dilectionis & fidei: quòd vero à longe, puſillanimitatis fuit atque formidinis. Denique non ſolum Petrus ſequutus eſt Ieſum, ſed etiam adoleſcens quidam amictus ſyndone ſuper nudo corpore, qui cum teneretur à comprehenſoribus Chriſti, relicta ſyndone nudus fugit ab eis, vt refert Marcus. Hunc adoleſcentem quidam dicunt fuiſſe Iacobum minorem: alii Ioannem: ſed & ipſe Ioannes Euangeliſta teſtatur, quòd Petrus ſequebatur Ieſum, & alius diſcipulus qui fuit notus pontifici, & introduxit Petrum in atrium Annæ pontificis. Et quamuis Auguſtinus dicat, temere definiendum non eſſe quis fuerit ille alius diſcipulus: Chryſoſtomus tamen & alij communiter tenent, quòd fuit Ioannes, qui erat notus põtifici, eiúſque familiæ. Vnde ad eius inſtãtiam ancilla oſtiaria intromiſit Petrum. Fuit autem notus illis, vel quia pulcher & amabilis iuuenis: vel quia de nobili ſtirpe progenitus, ſcilicet de tribu Iuda & genere Dauid, vel quia interdum attulit piſces patris ſui ad domum pontificis. Sequebatur itaque Petrus [*Vſque in atrium principis ſacerdotum, & ingreſſus intro*] id eſt, per primam portam, non enim ingreſſus eſt aulam ſed manſit in atrio. [*Sedebat cum miniſtris*] pontificis. Hoc loco ait, Quomodo ingreſſus eſt Petrus? Di-
D cendum, quod per impetrationem diſcipuli qui erat notus pontifici. Veruntamen hoc refert Ioannes de ingreſſu in domum Annæ. Matthæus vero non loquitur niſi de ingreſſu ad Caipham. [*Vt videret finem*] id eſt, quid finaliter fieret ſuo magiſtro, an ſcilicet dimitteretur, an occideretur: & hoc ad curioſitatem quandam pertinuiſſe videtur. [*Princeps autem ſacerdotum,*] videlicet Caiphas, [*Et omne concilium*] id eſt, cæteri ſacerdotes, ſcribæ, phariſæi, & ſeniores [*Quærentes falſum teſtimonium contra Ieſum*]. Non enim poterant veram atque idoneam obiectionem inuenire. [*Vt eum morti traderent, & non inuenerunt,*] quod ei coram Pilato opponerent, tanquam dignum pœna mortis. [*Cum mitti falſi teſtes abceſſiſſent,*] & diuerſa obiecíſſent [*Nouiſſime autem*] id eſt poſt teſtificationem teſtium prædictorum mendatium [*Venerunt duo falſi teſtes.*] Duo venerunt, vt in ore duorum ſtaret omne verbum. Ad vnius quippe teſtimonium nemo condemnabatur. [*Et dixerunt*] coram pontifice, [*Hic dixit Poſſum deſtruere templum dei, & poſt triduum reædificare illud,*] tanquam dicerent, Vſurpauit ſibi diuinam potentiam, Occaſionem huius accuſationis habebant ex eo, quod Chriſtus ait apud Ioannem, Soluite templum hoc, & in tribus diebus exercitabo illud, quod Iudæi etiam tunc intellexerunt de templo materiali in Hieruſalem fabricato: vnde redarguerunt Chriſtum, dicentes, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ieſus autem dixit de templo corporis ſui, d eſt, de corpore ſuo, quod fuit & eſt ſingulare templũ dei, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: vt ſit ſenſus, Soluite, id eſt, mortẽ inferendo ſoluetis, atque exanime facietis templum hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

id est,corpus meum, & in tribus diebus,hoc est,intra tres dies,excitabo,hoc est,à somno mortis susci- E
tabo illud. Iudæi ergo hoc verbum Christi peruerse intelligentes,ordinem verborũ variantes,& prauam intentionem habentes,merito appellantur testes mendaces. Tales sunt omnes, qui alio sermone repetunt,& simplici animo pronunciata peruertunt.[*Et surgens princeps sacerdotum*,] ira eum vrgente, & impatientia agente[*Ait illi,Nihil respondens ad ea,quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat.*] Primò,vt mansuetudinis & patientiæ daret exemplum. Secundò. quoniam accusationes inductæ falsæ & responso indignæ fuerunt. Tertiò,quia cognouit quòd quicquid responderet illis,calumniaren tur.[*Et princeps sacerdotum*,]in patientia & silentio Christi fortius prouocatus arbitrans se contemni, secundũ quòd taliũ mos est,[*Ait illi,Adiuro te per deum viuum,vt dicas nobis,si tu es Christus filius dei viui Dixit illi Iesus,Tu dixisti*]sicut veraciter est,scilicet quod sim Christus filius dei viui & benedicti.[*Respondit autem Iesus*,]hic adiuratus propter diuinis nominis reuerentiam,& vt Iudæorum ignorantia inexcusabilis fieret,[*Veruntamen dico vobis*]nõ tibi soli o Caipha,sed tibi atque fautoribus tuis :dico vobis pluspuam interrogastis,vt terreamini & pœniteatis.[*A modo*],hoc est,post hanc horam,videlicet in die iudicij[,*Videbitis filium hominis sedentẽ a dextris virtutis dei*,]id est,in portioribus bonis dei patris re sidentem,tanquam iudicem omnium,quando omnia erunt ei subiecta. Tunc enim videbunt in quem pupugerunt.[*Et venientem in nubibus cæli*]ad iudicium. Denique Caiphas,cæteríque damnati iam in in- F
ferno existentes,vident nunc, id est, cognoscunt Iesum sedere in cælo ad dexteram patris. Si autem
Actu.6. quod ait, Videbitis filium hominis sedentem,&c. intelligatur de visione Christi in patria:referendum
Ioann. 8. erit ad Iudæos conuersos,qui eũ morti consenserunt,& postea crediderunt. Vnde in Actis Apostorum habetur,quòd multa turba sacerdotũ obediebat Euangelio. Illis enim dixit Saluator, Cum exaltaueritis filium hominis,tum cognoscetis quia ego sum. Isti vident Iesum in cælo visione beata.
[*Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens,Blaphemauit.*]Consuetudo fuit Iudæis cum audirent blaphemiam,scindere uestimenta in signum doloris de iniuria deo illata,quasi zelantes pro dei honore,& tantum crimen non valentes sufferre. Hinc Paulus & Barnabas cum sacerdos idolorum vellet eis sanctificare,vestimenta sciderunt. Caiphas ergo vt quasi religiosus videretur, suamque malitiam coloraret,scidit vestes cum audisset Christum hæc verba dixisse. ¶Blaphemare autem, est ea quæ dei sunt creaturis ascribere,vel deo vel sanctis manifestam iniuriam irrogare.[*Quid adhuc egemus testibus?*] tanquam diceret,non indigemus iam testibus,quoniam verba eius testantur eum esse blasphemũ, mor téque dignum.[*Quid vobis videtur?*] Interrogat alios ne proprio sensui nimium credere videãtur, & vt alios contra Christum inflammet& prouocet.[*At illi respondentes dixerunt,Reus est mortis,*]quia secũdum legem blaphemi interficiebantur. His dictis omnes indignati sunt cõtra Iesum,eúmque cordialiter ac vehementissimè spernentes,vnanimiter irruerunt in eum pœnis atque iniuriis afficiẽtes,quẽadmodum subditur,[*Tunc exspuerunt*]immundissimi illi canes.[*in faciem eius*]sanctum,gratiosissimam atque dulcissimam,in quam desiderant angeli sancti prospicere[*Et colaphis eum ceciderunt,alij autem palmas*]hoc est,alapas[*Dederunt in faciem eius,dicentes,Prophetiza nobis Christe,qui est qui te percussit?*] Velabãt G
autem faciem eius antequam talia dicerent,vt Lucas habet. Hæc,expositione non indigent,sed admirationem & compassionem requirunt. ¶Mirandum est enim quò vnigenitus filius dei,dominus virtutum,rex gloriæ,tanta pro nobis pati dignatus est:& prorsus dignum & iustum est, vt ei compatiamur,eius passionibus conformemur,eius vestigia imitemur,omnia aduersa æquanimiter sustinentes, in illis gaudentes,irrisiones,cõtemptus,vituperia,iniurias,pro Christi amore fortiter tolerantes:quia
1.Petri.2. (vt Petrus ait)Christus passus est pro nobis,nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius: quia cum malediceretur,non maledicebat:cum pateretur,non comminabatur. Cum hęc agerentur,im
Esaiæ.50. pletum est quod per Esaiam loquitur Christus, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Tunc quoque imple
Iob.16. tum est illud Iob, Aperuerunt super me ora sua,exprobrantes tenuerunt ceruicem meam, percusserunt maxillam meam,saturati sunt pœnis meis. De hoc & Sibylla legitur prophetasse,Dabunt deo alapas manibus incæstis. Insuper secundum Lucam, alia multa blasphemantes dicebant contra Iesum. Vnde & Dauid in persona Christi prædixit,Aperuerũt super me os suum,sicut leo rapiens & rugiẽs. [*Petrus autem sedebat foris*]hoc est,extra domum vel aulam Caiphæ.[*In atrio*]domus suæ,id est, in loco sub diuo qui erant inter portam & ianuam domus pontificis, in quo atrio erat ignis accensus, iuxta H
quem Petrus sedit inter ministros pontificis,vt Lucas testatur. Erat enim frigus,secundum Ioannem, sicut frequenter est in tali tempore Martij post mediam noctem.[*Et accessit ad eum vna ancilla*[pontificis,[*Dicens,& tu cum Iesu Galilæo eras*]hoc est,huic Iesu nato à Nazareth vrbe Galilææ adhæsisti hucusque. Secundum Lucam & Marcum,Mulier ista accessit ad Petrum iuxta ignem, & cum fuisset eũ diligẽter intuita imposuit ei quòd esse discipulus Iesu.[*At ille negauit coram omnibus dicens, Nescio quid dicis*]hoc est,non solum non fui cum illo,sed nec agnosco illum, nec scio quid uerbis tuis significare intendis.[*Exeunte autem illo*]scilicet Petro[*Ianuam*]qua intrabatur ad atrium. Vnde apud Marcum dicitur,Exiuit foras ante atrium. Post primam enim negationem nõ audebat diu inter ministros astare, sed ad tempus subtraxit se,& post modicum tempus rursus intrauit in atrium, cupiens exitum rei videre.[*Vidit illum alia ancilla,& ait his qui erant ibi*,]hoc est,seruis pontificis, qui Iesum ceperunt & adduxerunt. Maiores autem Iudæorum erant intus in atrio cum summo sacerdote occupati cum Iesu.
[*Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento,quia non noui hominem*,] Primò, simpliciter negauit ex timore. Secũdò,magis perterritus adiecit iuramentũ & peierauit. ¶Sed his verbis Matthæi ac Marci contrariari videtur,quòd secundum Lucam, secunda negatio Petri facta est ad vocem viri. Porrò secundum Ioannem facta est ad vocem plurium. Item secundum Ioannem, facta est pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A pe ignem in atrio. Dicendum,quòd ancilla Petrum accusante multi accurrebãt,& diuersi locuti sunt. Potuit ergo esse vt muliere loquente vnus virorum mox verba fœminæ confirmaret,& sic Lucas asserit dictum à viro,quod Matthæus & Marcus referunt à fœmina dictum. Ioannes vero dicit à pluribus dictum,quia non solum vnus,sed plures viri verba ancillæ confirmabant, & forte excitati fuerũt ab ea ad loquendum cum Petro.Mulieres nanque ostiariæ,quia viderũt Petrum cum trepidatione & verecundia quadam intrare & egredi,suspicabantur quòd esset discipulus Iesu:vel ex alijs signis hoc conijciebant,puta ex habitu & apparatu.

¶Præterea quoque Ioannes dicit secundam negationem factam prope ignem. Matthæus vero in exitu Petri.Hoc sic concordatur,quòd Petro incipiente exire facta dicatur.Non enim erat longum spatium,seu magna distantia inter ignem & ianuam:ideo Euangelistæ non curauerunt locum tam determinate exprimere,sed principaliter intenderũt ostendere,quòd Petrus ter negauit. Quemadmodum Christus prædixit,Potuit autem esse,quòd Petro se vertente ad exeundum,aliqui sequebantur eũ,imponentes ei quòd esset discipulus Iesu,sicut asseruit mulier.[*Et post pusillum*] videlicet, facto interuallo,quasi horæ vnius secundum Lucam,[*Accesserunt ad eum,*]hoc est,ad Petrum,[*qui stabant*] in atrio, [*Et dixerunt Petro,Vere & tu ex illis es*]id est,de numero discipulorum Iesu, [*Nam & loquela tua manifestum te facit,*]hoc est,ex modo locutionis tuæ innotescit, quòd sis Galilæus.quanuis enim Galilæi
B essent Hebræi,& Hebræo idiomate vterentur, tamen in prolatione verborum aliqualiter differebant ab habitatoribus Iudææ:quemadmodum cernimus homines diuersarum prouinciarum, vel etiam vrbium idem idioma diuersimode pronunciare,quanuis eiusdem cõsistant dominij.[*Tunc cœpit detestari & iurare,quia non nouisset hominem.*]Fuit enim tunc maxime territus & statim capi timebat.Secundum Marcum cœpit anathematizare,hoc est,cum execratione iurare imprecando sibijpsi mala, si negando mentiretur:in quo patet magna fragilitas Petri,& verum esse quod ait Saluator,Sine me nihil potestis facere.Hanc tertiam negationem Lucas dicit factam ad vocẽ vnius. Similiter Ioannes addens Ioan.18.
dicit,quòd ille vnus fuit cognatus eius,cuius auriculã Petrus abscidit,dixitque Petro,Nónne te vidi cum illo in horto?Sed hoc facile cum his concordatur,dicendo,quòd inter multos, de quibus Matthæus & marcus loquuntur,fuit vnus magis importunus,molestúsque Petro.Propter quòd Ioannes & Lucas loquuntur singulariter de hoc vno. [*Et continuo,*]hoc est, statim Petro tertia vice negante [*Gallus cantauit*] secundo,secundum Marcum, vt dictum est.Vnde Lucas, Adhuc(inquit) illo loquẽte,gallus cantauit.[*Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat illi,Priusquam gallus cantet,ter me es negaturus.*]hoc iam expositum est.[*Et egressus foras,fleuit amare*]hoc est,amaritudinaliter,scilicet abundãter ac doloroſe,quemadmodum in Luca habetur.[*conuersus dominus respexit Petrum,*]hoc est,per misericordiam suam tetigit mentem Petri,ad verbi sui recordationem ac cordialem pœnitentiam,vel forte corporaliter respexit Petrum.Potuit enim fieri ex ordinatione Christi, vt Petrus transeundo ante ianuam aulæ introspiceret,& Christus cuncta prænoscens inspiceret eum,conuertẽdo se ad ianuam domus,in qua erant luminaria copiosa.
C

¶Ex his constat, quòd circa descriptionem trinæ negationis Petri,Euangelistę multum diuersimode loqui videntur,quantum ad superficiem literæ,quanuis in sensu & veritate cõcordant.Specialiter autem dissonare videntur in tribus.Primo,quantum ad horam seu tempus negationis. Secundo, quantum ad personas,ad quarum interrogationem Petrus negauit:sed hæc duo iam declarata sunt, quomodo concordari debeant.Tertio,quantum ad locum,sicut iam partim patuit atque expositum est. Sed adhuc vnum est,in quo dissonare videntur,quod vt mihi apparet,cæteris omnibus difficilius soluitur,quia secundum Ioannem,prima negatio Petri fuit in domo Annæ,secũdum seriem textus aliorum trium Euangelistarũ omnes tres negationes Petri in domo Caiphæ factæ probantur. Matthæus enim Lucas & Marcus de Anna nil scribunt,sed referunt Petrum esse sequutum vsque in atriũ Caiphæ,& ibi ter Cristum negasse.

¶Denique ad hoc sancti doctores valdé difformiter responderunt.Augustinus enim affirmat, quòd Petrus negauit ter in domo Annæ.Alij dicunt quòd ter negauit in domo Caiphæ.Gorra vero refert,
D quòd secundum Hieronymum, & Bedam,Petrus semel negauit in domo Annæ,& bis in domo Caiphæ.Quanuis autem certissimus sim beatissimos Euangelistas in nullo errasse,aut discordare,non tamen sufficio hanc difficultatem absoluere,nisi dicerem tres Euangelistas non loqui de eodem atrio, sed duobus,quod tamen(vt reor)dici non potest,sicut ex dictis elicitur.Cum enim Petrus primo negasset in atrio iuxta ignem,& iam ab igne recederet,negauit secundo:vel nisi dicerem, quòd Petrus negauit sæpius,quãter,licet negationes eius principales fuerint tres duntaxat:sed nec hæc dicere audeo,cũ nulla authoritate probare id possim.Ideo aliqui dicũt,quòd Euangelistæ in describẽdo trinã negationẽ Petri loquuntur per anticipationem & recapitulationem.¶Legitur quòd Petrus egrediendo de atrio,introijt foueam quandam inter montem Syon,& Hierusalem,ibique fleuerit.Refert quoque Clemens papa in itinerario, quòd Petrus ex hac nocte traxit consuetudinem, quòd à primo gallorum cantu vsque ad horam matutinam stetit in oratione,suam negationem vberrime deflens,ita vt facies eius quasi adusta videretur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶CAP. XXVII. [*Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum.* E
ARTICVLVS. XLIII.

MAne *autem facto,*] quia ab hora captionis vsque ad auroram non cessauerunt Iesum diuersis pœnis afficere, vt dictum est, [*Consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.*] Nondũ enim habuerunt sufficientem accusationem, propter quàm præses Gentilis cogeretur eum occidere, puta Pilatus: qui ignorantiam dei habens, de blasphemia dei Israel non multum curauit. Excogitauerunt ergo & alias obiectiones quas Lucas cõmemorat, vt dicetur. [*Et vinctum adduxerunt Iesum*] tanquam mortis reũ, forte manibus post tergum ligatis, & catena missa in collo ipsius. Solebant autem Iudæi ligatos offerre iudici eos quos morti dignos putabant. [*Et tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi,*] hoc est, Iudæis præsidenti, vt iudex à Romanis missus & constitutus. [*Tunc videns Iudas qui tradidit eum, quod damnatus esset.*] Hoc dupliciter intelligi posset. Primo sic, quòd damnatus esset, hoc est, quòd Iesus à Iudæis morti adiudicatus, & à Pilato damnãdus. Vel, Quòd ipse Iudas damnandus esset hoc enim Iudas de seipso perpẽdere potuit. Primo, propter magnitudinem sui facinoris. Secũdo, quia audiuit à Christo quẽ nouerat esse prophetam verum & sanctum, Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur. [*Pœnitentia ductus.*] Doluit enim de suo peccato, sed non fuit vera pœnitentia, prout pœnitentia est virtus vel sacramentum. [*Retulit,*] hoc est, reportauit vel reddidit [*Triginta argenteos*] pro quibus vendidit Iesum [*Principes sacerdotũ & senioribus populi,*] à quibus acceperat eos, desiderãs Christũ à morte eripere. Forte quòd Iudas vidẽs magistrum suum tam miserabiliter discoloratũ, tam crudeliter tractatum, tam inhoneste ligatum, tam mendaciter accusatum compassionem quãdam concepit ad eũ propter innocentiam eius, [*Dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum.*] Frequenter nomine sanguinis totus homo, seu vita, vel anima hominis designatur. [*At illi dixerunt, Quid ad nos?*] hoc est, Quid spectat ad nos, quòd peccasti innocentem prodendo, quasi dicant, Non curamus, neque discuti mus, an peccasti, vel nõ. In hoc pessime dixerunt, Si enim ipse peccauit innocentem vendendo, nonne & ipsi peccauerunt illum emendo, persequendo & occidendo? [*Vt videris,*] hoc est, Tu opus tuum conspice, & onus tuum porta. [*Et proiectis argenteis in templo, recessit*] cum immoderata tristitia: [*Et abiens laqueo se suspendit*] ex desperatione, dicens cum Cain, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. F

¶Denique suspensus crepuit medius & diffusa sunt omnia viscera eius, & notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem. Plus autem peccauit Iudas desperando quàm Christum tradendo, cũ desperatio sit peccatum in spiritum sanctum, & contra diuinitatem directe, videlicet cõtra infirmitatem bonitatis, & misericordiæ dei. Proditio autem fuit, directè contra Christi humanitatem. [*Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet mittere,*] hoc est, ponere [*Eos in carbonam*] hoc est, in gazophylacium, arcam, seu locum oblationum, vbi ponebantur ea, quæ offerebantur in templo ad sustentationem templi, ministrorum templi, & reparationem ipsius, [*Quia præcium sanguinis est*] hoc est, pecunia pro sanguine effundendo exposita. Timebant locum sanctum cruenta pecunia inquinari, cu G
Matt 13. licem colantes, & camelum glutientes. [*Consilio autem inito, emerunt ex illis,*] hoc est, pro argenteis memoratis, [*Agrum figuli,*] qui forsitan dictus est ager figuli, quia ad figulum pertinebat, vel vasa fictilia ibi fiebant, vel terra pro vasis fictilibus faciendis inde tollebatur. Quemadmodum apud Esaiam legitur de via agri fullonis, vbi Esaias iubetur occurrere regi Achas, qui ager vocatur fullonis, quia in eo vestes suas siccabant. [*Et in sepulturam peregrinorum,*] id est, vt peregrini non habentes sepulcra propria in agro illo sepelirentur. Hoc fecerunt, misericordiam simulantes: sed secundum Hieronymum eorũ intentio fuit Christum diffamare, quatenus ex occasione illius agri & sepulturæ semper maneret memoria venditionis atque turpissimæ mortis Christi: sed diuina ordinatione hoc factum est ad memoriam impiæ venditionis, & iustæ vltionis Iudæ, ac innocentis traditionis, passionisq; Christi. [*Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis,*] hoc est, emptus pro pretio sanguinis Iesu, H
[*Vsque ad hodiernum diem. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem, Et acceperunt,*] principes sacerdotum & seniores populi [*Triginta argenteos,*] qui fuerunt [*Premium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel*] hoc est, à Iuda, vt ponatur plurale pro singulari, sicut frequẽter fit in scripturis. [*Et dederunt,*] hoc est, exposuerũt [*Eos in agrũ figuli*] id est, pro agro huiusmodi, [*sicut constituit mihi dominus.*] Ista authoritas non inuenitur in Hieremia, hoc est, in libro eius vulgato & autentico quẽ habemus. Lyra autẽ dicit quòd Hieronymus vidit hanc authoritatem in quodam libro Hebraico, qui asscribebatur Hieremiæ. Sed sciẽdũ, quòd Hieronymus dicit sibi à quodam Iudæo de
Zach.11. secta Nazarenorũ oblatũ esse librũ apocriphum, quẽ dicebat ille Iudæus esse Hieremiæ. Verũ allegatio apocryphorũ nõ est solida in scripturis. Potuit tamen esse quòd Euangelista Matthæus spiritu sancto docẽte agnouit Hieremiam ista dixisse verbo solo vel scripto. Hieronymo vero apparet, quòd allegata authoritas sumpta sit ex Zacharia, & ita quod dicitur in textu (Hieremiã) non est de textu, sed creditur ab aliquo additum. ¶Porro apud Zachariam sic habetur, Dixi si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et apprehenderunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit dominus ad me, Proijce eos ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis.
Ioan.18. [*Iesus autem stetit ante præsidem*] capite inclinato, vultu in terram demisso, vinctis manibus, silentibus labiis, atque mitissimo corde. [*Et interrogauit præses, dicens, Tu es rex Iudæorum?*] Quemadmodum in Ioanne inducitur. Cum Iudæi duxissent Iesum ad Pilatum in prætorium, & non vellent introire præ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A torium,hoc eſt,locum viri Gentilis,ne macularentur,Pilatus exiuit ad eos, & videns Ieſum ligatum tanquam mortis reum,interrogauit cauſam mortis dicendo,Quam accuſationem aſſertis aduerſus hominem hunc? Sciuit enim Pilatus conſuetudinem eſſe Romanis, vt neminem damnarent ad mortem, niſi præſentes haberent accuſatores, & locum ſe defendendi acciperet, & hanc legem voluit Pilatus ſeruare in Chriſto. Cui primo reſponderunt Iudęi, Si non eſſet hic malefactor,non tibi tradidiſſemus eum. Quibus dixit Pilatus, accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum, tanquam diceret, Si vultis vt ego non inquiram cauſas iudicii, ſed reputem vos tantæ iuſtitiæ, vt certum ſit quod non offeratis mihi innocentem ſic vinctum,ergo & veſtrum iudicium ſufficiat: nec requiratis, vt ego eum condemnem. Cui iudæi,Nobis (inquiunt)non licet interficere quenquam. Cúmque Pilatus non contentaretur accuſatione confuſa ac dubioſa, cœperunt Iudæi Ieſum accuſare in tribus, vt Euangeliſta Lucas refert. Dicebant enim,Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram. Ecce primum,hoc eſt,comprehendimus eum ſeducere populum Iudæorum ſua doctrina peſtifera: & prohi- Lucæ.23.
bentem tributa dari Cæſari. Ecce ſecundum: & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe: Ecce tertium. Duo
pirma obiecta Pilatus non auertit,quia cum eſſet Gentilis, de lege & documentis Iudæorum non curauit. Secundum quoque ſciuit eſſe mendoſum, quia percepit Chriſtum dixiſſe Herodianis, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei deo. Tertium vero attendit, quoniam imperator Ro- Lucæ.20.
B manus præcepit,ne ſine ſuo conſenſu aliquis vſurparet ſibi nomen regis. Et quia Iudæi ſeruiebant ei
ſub tributo,propterea interrogauit Chriſtum, an eſſet rex Iudæorum. [*Dicit ei Ieſus, Tu dicis,*] hoc eſt, Ioann.18.
verum eſt,quòd ſim rex. Hanc reſponſionem diuus Ioannes plenius deſcripſit. Nam primo Chriſtus dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo,in quo ſatisfecit Pilato & Cæſari; qui non regnauit niſi temporaliter in ſeculo iſto. Deinde dixit ad Ieſum. Ergo rex es tu? Cui Chriſtus reſpondit, Tu dicis,quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum,& ego veni in mundũ, vt teſtimonium perhibeam veritati. Cúmque Pilatus dixiſſet, Quid eſt veritas? Statim exiit ad Iudæos, volens excuſare, atque dimittere Ieſum. [*Et cum accuſaretur,*] Ieſus [*A principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit,*] vt patientiæ & manſuetudinis daret exempla, & quia mortem euadere noluit. [*Tunc dicit illi Pilatus, Non audis,quanta aduerſus te dicunt teſtimonia? Et non reſpõdit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præſes vehementer*] ſciens quòd facillimè ſe potuiſſet excuſare,præſertim cum haberet iudicem pro ſe. Hoc loco omittit Lucæ.23.
Matthæus quod ſolus Lucas commemorat,quòd Iudæis dicentibus, Commouit populum incipiens à Galilæa: Pilatus interrogat an Galilæus eſſet. Et cum cognouiſſet, miſit eum ad Herodem, qui viſo Ieſu,gauiſus eſt valde,quia diu optauit eum videre propter famam eius,ſperauitque aliquod miraculum videre ab eo fieri. Cúmque multa quæſiſſet à Ieſu, & nullum ab eo reſponſum ſuſciperet,ſpreuit eum cum ſuo exercitu. & illuſum,ac alba veſte indutum remiſit Pilato. [*Per diem autem ſolennem,*] hoc eſt,in ſolennitate paſchali, [*Conſueuerat præſes dimittere populo,*] Iudæorum, [*Vinctum vnum quem voluiſ-*
C *ſent,*] id eſt, aliquem captum quencumque petiiſſent,in memoria liberationis patrum ſuorum de terra Aegypti. Hoc enim Iudæi obtinuerunt à Romanis. [*Habebat autem*] præſes Pilatus [*Tunc vinctum vnum inſignem,*] hoc eſt,famoſum,non nobilem,ſed in malitia eminentem, [*Qui dicebatur Barrabbas, qui propter homicidium,*] à ſe factum in Hieruſalem, [*Miſſus fuerat in carcerem*] Secundum Lucam fecit & ſeditionẽ. Ioannes autem vocat eum latronem. [*Congregatis ergo illis,*] videlicet principibus ſacerdotum & plebe Lucæ.25.
Iudæorum, [*Dixit illis Pilatus, Quem vultis dimittam vobis? Barabbam, an Ieſum qui dicitur Chriſtus?*] Pilatus Ioann.18.
toto affectu cupiens Ieſum eripere,proponit eis duos duataxat,vnum ſceleratiſsimum,& alium innocentem,putãs quod nullo modo eligerent Barabbam ſibi dimitti,ſed Ieſum,Et ergo ſubtiliter propoſuit eis electionem inter hos duos.

¶Sed vnde vel quomodo ſciuit Pilatus homo paganus loqui de Chriſto? Et reſpõdendum, quòd ha- Matth.25.
bitans inter Iudæos,potuit ſcire quod expectarent aduentum Chriſti,& quod aliqui dicerent,Ieſum eſſe Chriſtum. Non enim dubium eſt. quin ſæpe audiuit mentionem de Chriſto,præſertim in die Palmarum, propter ſolenniſsimam illam proceſsionem. Et rurſus, Quia Iudęi iam dixerunt Pilato, quod Ieſus diceret ſe eſſe Chriſtum: ideo ſic repetiuit,dicendo, An Ieſum qui dicitur Chriſtus. Cur autem voluerit Ieſum eripere ſubditur. [*Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum*] ſibi pontifices ac Iudęi Nam accuſationes eorum inuenit falſas,aut inſufficientes,& forte ante & aliunde percepit,quomodo
D Ieſus aperte & fiducialiſsimè increparet principes ſacerdotum,ſcribas,& phariſæos: quòd Pilato benecomplacuit, quia non dilexit Iudæos,ſicut nec ipſi eum,imò ſæpe interfecit magnã partem eorum.

¶Omittit hoc loco Matthæus quod refert Euangeliſta Ioannes, quemadmodum Chriſto ab Herode reuerſo dixit Pilatus Iudæis, Nullam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo,hoc eſt,flagellari faciam illum & dimittam: quia ſi in verbis offendit,pro hoc ſufficit pœna flagellationis: tũncque Pilatus fecit eum grauiſsimè flagellari,vt Iudæorũ mitigaret furorem. [*Sedente autem eo,*] [puta Pilato [*Pro tribunali,*] hoc eſt,in ſede iudiciaria ad iudicandum de Chriſto, [*Miſit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iuſto illi,*] id eſt,non præſumas aliquid agere cõtra eum [*Multa enim paſſa ſum hodie,*] hoc eſt,hoc die naturali,videlicet in aurora,vt creditur, [*Per viſum*] i. in viſione, [*Propter eum*] [hoc eſt occaſione eius, & ob hoc vt procurem à te liberationem illius. Diabolus nempe qui exordio conatus eſt hominum impedire ſalutem,nunc quoque vxorem Pilati inſtigauit per ſuggeſtiones comminatorias factas in ſomno,vt probabilius dicitur,vt virũ ſuum induceret ad Chriſti liberationẽ, adiiciẽs minas niſi hoc faceret. Sed cur diabolus,qui paulò antè miſit in cor Iudæ vt traderet Ieſum,nũc mittit in cor mulieris vt redimat eum? Dicendum,quòd dæmon frequenter vacillauit in notitia Chriſti, nunc æſtimãs eũ Ioan n,18.
eſſe Chriſtum,propter diuinitatis inſignia, nunc arbitrans oppoſitum, propter humanitatis infirma. Ioann.13.
Cum ergo Iudam excitauit ad Chriſti proditionem,putauit quòd non eſſet Chriſtus: verũ in ipſa no

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cte, & deinceps, incredibilem manſuetudinem, patientiam, atque conſtantiam Chriſti conſpiciens, cer E
nensque ſcripturas de Chriſti paſsione prædictas iam in ipſo pro parte impletas, & cito timens com-
plendas. Videns quoque, vt creditur, conſolationem ſanctorum in lymbo, cœpit vehementer coniice
re, quòd ipſe eſſet verus Meſsias, timenſque vinci, ac ſpoliari ab eo incitauit mulierem ad ea quę dicta
ſunt Solent enim coniuges magnatum per tempus remanere in lecto, ſurgentibus viris. [*Principes au-
tem ſacerdotum,*] Annas & Caiphas maxime, [*Et ſeniores, perſuaſerunt populis,*] hoc eſt, vulgo, [*Vt peterent
Barabam*] ſibi dimitti, [*Ieſum vero perderent,*] hoc eſt, crucifigi expoſcerent. [*Reſpondens autem præſes
ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam. Dicit illis Pilatus, Quid ergo faciam de Ie
ſu qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes, Crucifigatur.*] O execratiſsimi, ingratiſsimi, crudeliſsimique Iudęi, qui
eum, qui vobis ac filiis veſtris tanta bona fecit, omnes infirmitates ſanando, dæmoniacos liberando,
Pſalm. 21. mortuos ſuſcitando, eſurientes alendo, ignorant docendo, veſtram cæcitatem atque futuram deſtru-
Hiere. 12. ctionem deflendo, latroni & homicidæ, ac ſeditioſo poſtponetis, deteriorem cenſetis, & turpiſsima
itemque acerbiſsima morte necari depoſcitis [*Ait illis præſes, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant
Crucifigatur,*] & tolle tolle eum. Tunc vere impletum eſt quod Chriſtus ait in Pſalmo, Quoniam circũ
dederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me, Et per Hieremiam, Facta eſt (inquit)
mihi hereditas mea, quaſi leo in ſylua dedit contra me vocem ſuam. Tunc quoque impletum eſt illud
Oſeę, Ego erudiui eos, & in me cogitauerunt malitiam, & locuti ſunt contra me mendacia. [*Videns au
tem Pilatus, quod nihil proficeret*] laborãdo pro Chriſti liberatione, [*Sed magis tumultus fieret,*] hoc eſt, per- F
turbatio populi, importunis precibus, irrationabilibùſque clamoribus ad contrariũ laborãtis. Quod
enim per rationem atque iuſtitiam adipiſci non poterant, precibus, clamoribus, communicationibus,
& communi inſtantiam impetrare conati ſunt. [*Accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innocens
ego ſum a ſanguine iuſti huius*] Sic enim mulier eius ei mandauit, nihil tibi & iuſto illi, occiſio eius mihi
non imputetur, quia intuitus eum condemno, quem innocentem & ex inuiſtia traditum ſcio, [*Vos vi
deritis,*] id eſt, voſipſi penſate quid facitis, quia non ego ſed vos eum occiditis. [*Et reſpondit vniuerſus po-
pulus*] à ſacerdotibus peſsime informatus, [*Dicens, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios*] id eſt poſteros [*No
ſtros*] filios ac filias, hoc eſt, nobis & poſteris noſtris imputetur crucifixio eius: & ſi quid culpæ con-
ſiſtit in eius occiſione, hanc capimus ſuper nos, & te immunẽ fatemur. O crudeliſsimi partes & rabi-
diſsimi canes, quibus non ſufficit condamnatio propria, ſed totam poſteritatem tanto piaculo precã-
tur eſſe obnoxiam.

¶ Denique exaudita eſt & impleta eorum oratio, quoniam teſte Apoſtolo, peruenit ſuper eos ira dei
vſque in finem: quod Pſalmiſta quoque predixit, Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ com
prehendat eos. Itaque non amplius pertinet populus Iudæorum ad deum. Quemadmodũ in Daniele
legitur prophetatum, Non erit eius, ſcilicet Chriſti, populus, qui eum negaturus eſt, & finis eius vaſli- G
tas, & vſque in finem perſeuerabit deſolatio. [*Tunc Pilatus dimiſit illis Barabam Ieſum vero*] flagellatum
[*Tradidit eis, vt crucifigeretur,*] id eſt, ad mortem eum cõdemnauit. Et in hoc vehemẽtur peccauit, quã-
uis minus quàm Pontifices & Iudæi Scitiuit enim quòd per inuidiam eſſet ſibi oblatus & innocens,
& tamen ex timore Cæſaris, & propter populi ſtrepitum, & forte propter fauorem pontificum dam-
nauit innoxium: quod nequaquam facere debuit, quia cum eſſet rex iudex, pro nulla re debuit æqui-
tatem relinquere, quia ſecunduu Philoſophum in ethicis, Iudex debet eſſe velut animata iuſtitia, viuáque lex, ab æquitatis tramite nuſquam deflectens. Item, quia Pilatus dixit ad Ieſum, Poteſtatem ha
beo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te, non debuit poteſtate ſua abuti. [*Tunc milites præ
ſidis, ſuſcipientes Ieſum in prætorio, &c.*] hoc loco Euangeliſta Matthæus non ſeruat ordinẽ hiſtorię, nar
Epheſ. 5. Pſalm. 68. rando res geſtas eo ordine quo factæ ſunt. Quòd enim hic ſubditur poſt Chriſti condemnationem,
de eius illuſoria induitione, ſpinea coronatione, conſputione, &c. factum fuit antequam iudicaretur
Dani. 6. ad mortem. Quemadmodum enim apud Ioannem habetur. ad hoc Pilatus fecit Ieſum flagellari atque
illudi, vt iudæi cernentes eum tam miſerabiliter, pœnaliterque tractum, ceſſarẽt à perſecutione ipſius
Sic quippe habetur in Ioanne, Exiuit iterum Pilatus, & dixit Iudæis, Ecce adduco eum vobis foras,
vt cognoſcatis, quia nullam in eo cauſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus, portans ſpineam coronã, & pur-
pureum veſtimentum, & dicit eis Pilatus, Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri H
clamabant, Crucifige crucifige eum. Quòd igitur hoc loco ſubiungitur, per recapitulationem deſcri-
Ioann. 19. bitur. Tunc milites præſidis, ſuſcipientes Ieſum in prætorio, id eſt, id domo iudicis. Prætorium enim
ſecundum Bedam eſt ſedes vel domus in qua prætores, ſeu prefecti ſedebant ad diſcernenda negotia
populi: & dicuntur prætores quaſi præceptores, quoniam ciuibus dabant præcepta. [*Congregauerunt
ad eum vniuerſam cohortem,*] id eſt, multitudinem gentilium intrantium prætorium. Iudęi enim non in-
trabant, ne macularentur, vt dictum eſt. Cohors verò fuit multitudo ſubiecta tribuno. hanc congrega
uerunt, vt pœna & illuſio Chriſti coram tanta multitudine, & in loco patenti eſſent maiores & erube
ſcibiliores. [*Et exuentes eum veſtimenta ſua, chlamydem coccineam circundederunt ei,*] hoc eſt, veſte ſeu chla
mydæ rubea, ad ſimilitudinem purpuræ induerunt Ieſum, illudendo ei, quoniam dixit ſe gregem.
Hanc enim chlamydem vocat Ioannes purpureum veſtimentum, & aliqui dicunt, quòd fuit aliud vi-
le rubeum ſimile purpuræ, [*Plectentes coronam de ſpinis,*] id eſt, de iuncis marinis acutis inſtar ſpinarum:
[*Poſuerunt ſuper caput eius*] pro diademate. Referr Lyra ſe audiſſe à quondam qui fuit vltra mare cum
ſancto Ludouico rege Franciæ, quod in littorem aris ſenſit puncturas iuncorum per culceos. [*Et aun
dinem*] id eſt, calamum poſuerunt [*In dextera eius (pro ſceptro regali) & genu flexo ante eum illudeb ant ei dicẽ
tes. Aue rex Iudæorum. Et exſpuentes in eum*] tanquam in viliſsimum hominem ex vehementi contemptu
[*Acceperunt arundinem, & percuſſerunt caput eius*] cum arundine, vt imprimerent illas ſpinas punctiuas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A sacratissimo capiti eius: quo facto, cœpit sanctissimus sanguis eius ex diuersis diuini capitis vulneribus, quasi ex viuis, ac purissimis fontibus copiosissimè emanare, & per benedictum vultum eius descendere, ita vt tota facies eius gratiosissima sanguine perfunderetur.

¶ Compassionem & intensissimam considerationem hęc exigunt, & expositione non indigent. Quis enim hæc diligenter perpendens, poterit dulcissimo agno, innocenti filio dei non compati, & eius amore non affici, ad sustinenda aduersa non animari?

¶ Prætereà, si non amamus eum quia bonus, quia deus & frater est noster, saltem idcirco eum amemus, quoniam tanta pro nostra salute perpessus est, tantáque nobis beneficia est largitus, & maiora spopondit.

¶ Aduertendum quod secundum Chrysostomum, milites ista fecerunt, non iussu Pilati, sed à Iudæis promissione donorum corrupti: hoc & ego æstimare solebam, quando putaui hæc facta eo ordine quo hic à Matthæo narrantur, quia Pilatus non intẽdebat Iesum tam crudeliter persequi. Verum modo considerans ex Euangelio Ioannis, quòd facta sunt hæc ante prolationem sententiæ contra Christum, potius cum augustino dicendum opinor, quòd fecerunt ista ex iussu vel permissione Pilati cui hæc placuerunt, quatenus Iudæi videntes Iesum tam inhumane afflictum contemptum, irrisum, permitterent eum transire. [*Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum clamyde, & induerunt eum vestimentis eius,*] vt in illis magis cognosceretur, & ea sibi sub cruce diuiderent. [*Et duxerunt eum,*] extra Hierusa-
B lem, [*Vt crucifigerent,*] eum extra portam. Et baiulans sibi crucem exiuit secundum Ioannem [*Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum,*] id est à tali loco oriundum seu appellatum [*Venientem de villa*] aliqua, obuiam eis versus Hierusalem [*Nomine Simonem,*] patrem Alexandri & Rufi secundum Marcum, qui erant discipuli Christi, vt dicit Hieronymus. [*Hunc angariauerunt*] hoc est timore & minis coegerunt, [*Vt tolleret crucem eius.*]

¶ Sciendum quia (vt ait Ioannes) Iesus egrediendo à prætorio & ciuitate, baiulauit. propriis humeris lignum crucis ad spacium aliquod: deinde milites vel Iudæi timentes, ne Christus sub onere crucis in via deficeret, sicque futuras pœnas compendio quodam redimeret, imposuerunt huic Simoni ferre crucem.

¶ Prætereà eduxerunt Iesum inter duos latrones crucifigendos, qui non leguntur sua patibula baiulasse, vt eductio Iesu ex hoc confusibilior appareret. O pater æterne quanta pro nobis infœlicissimis hominibus & miseris vermiculis pertulit vnigenitus filius tuus. Quantum tibi & illi regratiari tenemur. Sed & hoc in omnibus his consideratione dignissimum, quid in vniuersis pœnis Christi prædictis atque dicendis passa sit affectuosissima, mitissima, atque piissima mater eius. [*Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha*] Hebraice, [*Quod interpretatur Caluariæ locus,*] quoniam plenus fuit caluariis reorum ibi occisorum, suspensorum, seu decollatorum. Refert Hieronymus fuisse opinionem Orige-
C nis cuiusdam quòd ideo locus ille dictus sit Caluariæ, quoniam ibi sepultus sit Adam, & eius caput illic conditum fuit: & quòd ideo ibi crucifigi voluit Christus, vt eius sanguis super primi hominis tumultum distillaret, eumque cum sua posteritate redemiret. Quamuis autem ista expositio sit fauorabilis mulcensque auditum, non tamen est vera: quoniam in libro Iosue legitur Adam sepultus in Hebron, propter quod ciuitas illa olim vocabatur Cariatharbe, hoc est, ciuitas quatuor, eò quod ibi sepulti sint quatuor magni patriarchæ cum suis vxoribus, scilicet Adam cum Eua, Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Iacob cum Lya. [*Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.*]

¶ Marcus refert, quod dederunt ei bibere vinum myrrhatum. Ioannes vero vocat potum istum acetum. Dicendum ergo quod potus iste fuit vinum amarum & acetosum, felle mixtum, quod Marcus dicit myrrhatum, vel quia etiam mixtum erat myrrha, quæ est amara: vel propter proprietatem, videlicet quia amarum fuit, quemadmodum myrrha. Aliqui insuper dicunt, quod ministri talem potum dederunt damnatis vt citius morerentur, sicque de illorum custodia expedirentur, Alii dicunt quòd seniores Iudæorum ordinauerunt damnatis ad mortem dari vinum bonum & aromaticum, quatenus exhilarati, pœnam mortis minus attenderent, atque facilius tolerarent: & hoc ordinasse leguntur, quoniam in Prouerbiis Salomon scripsit, Date viuum mœrentibus, siceram his qui amaro sunt animo bi- Prouer. 31.
bant, & obliuiscantur egestatis suę. In Hierusalem ergo (vt dicunt) fuerunt fœminæ religiosæ, quę pro
D Christo & latronibus talem potum dederunt ministris: qui veneno rancoris impleti pro potu huiusmodi dederunt Christo vinum sellitum. Dixit enim Christus, Sitio, quia non solum spiritualiter sitiebat nostram salutem, sed corporalem sitim habebat maximam, ac pœnosam. quoniam ex maximo labore, & copiosa sanguinis sui effusione corpus eius exsiccatum adustumque fuit. Vnde in Psalmo, Aru Psalm. 21.
it tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhęsit faucibus meis. Dixit autem, Sitio, secũdum Ioannẽ vt scriptura impleretur, videlicet prophetia Dauid in persona Christi, dicentis, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. [*Et cum gustasset*] Iesus hoc vinum, [*Noluit bibere*] multum de
eo. Non enim erat refrigeratiuum naturę, sed afflictiuum. Ex hoc verbo Matthæi patet concordia in- Psalm. 68.
ter Ioannem & Marcum Nam Ioannes habet, Cum Iesus accepisset acetum, vnde cõstat quod aliquid bibit. Propter quod ait Matthæus, Cum gustasset.

¶ Porrò Marcus sic habet, Dederunt ei bibere vinum myrrhatum, & non accepit, hoc est, parum inde potauit: sicut de eo qui modicum bibit dicimus, nihil, bibit. Quod enim modicum est, pro nihilo reputatur, secundum Philosophum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



oſtquam autem crucifixerunt, eum diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes.] Quamuis, quatuor Euangeliſtæ huius rei faciant mentionem, Ioannes tamen plenius id deſcripſit, Diuiſerunt ſibi veſtimenta Chriſti, præter tunicam inconſutilem in quatuor partes, vt quilibet miles vnam partem acciperet. Vnde elicitur quod milites crucifigentes fuerãt quatuor. ¶Porrò, de tunica inconſutili dixerunt, Non ſcindamus eam id eſt non diuidamus eam in quatuor partes, vt alia indumenta, ſed ſortiamur id eſt ſortem mittamus de ea cuius ſit id eſt quis eam totam accipiat. Fuerat enim facta veſtis hæc per modum retis non conſuta, aut incuſa, ſed deſuper contexta per totum, videlicet artificioſe elaborata, idcirco non potuit congrue diuidi: & forte propter operis ſpecialitatem ſeu raritatem, vel artificialitatem optauit quilibet eorum eam integram obtinere. Ita quòd Matthæus, Lucas & Marcus ſcribunt de ſortis miſsione, ad ſolam
Marci.15. hanc tunicam eſt referendum: quam creditur beatiſsima Chriſti genitrix propriis manibus præpãraſſe ſuo dilecto. Patet quoque ex his, quòd Chriſtus nudus in cruce ſuſpenſus eſt, niſi quod aliqui dicunt digniſsimam eius matrem velum ſui capitis poſuiſſe circa locum virilitatis ipſius. [*Vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetã,*] Dauid [*Dicentem*] in Pſalmo in perſona Chriſti, [*Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea*] F
Pſalm.21. milites crucifixores in quatuor partes ęquales, [*Et ſuper meam veſtem*] ſcilicet tunicam inconſutam, [*Miſerunt ſortem*] quis tolleret eam, [*Et ſedentes*] milites circa crucem, [*ſeruabãt*] id eſt cuſtodiebant [*Eum*] ne ante mortem deponeretur. [*Et poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam,*] id eſt ſuperiori crucis
Ioann.19. parti affixerunt titulum continentem quare crucifixus eſſet. Scriptura autem hęc erat, [*Hic eſt Ieſus Nazarenus rex Iudæorum.*] Secundum Ioannem, titulus iſte ſcriptus fuit Hæbraice. græce & latine. Iudæi verò erubeſcentes tam vilem & reum, ſecundum eorum æſtimationem, appellari regem eorum, dixerunt Pilato, Noli ſcribere rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum, Quibus reſpondit, Quod ſcripſi ſcripſi. Pilatus Imperatori obediẽs, nullo modo voluit dicere, ꝙ Ieſus eſſet verus rex Iudęorum, quoad temporale dominium, ſic enim fuiſſet imperatori rebellis, vt patet ex dictis. Vnde hęc ſcripſit, & per miniſtros cruci affigi præcipit cum deriſione, tanquam diceret, Ecce qualem apparentiam habet, quòd iſte eſſe voluerit rex Iudæorum: & tamen aliud ſibi opponi non potuit, quod eſſet verum & morte condignum. [*Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus a dextris, & vnus a ſiniſtris.*]
Eſaiæ.53. Hoc fecerunt in contumeliam Chriſti, vt principi latronum ſimilis videretur, qui ſe regem vocauit: ſed ideo deus illud permiſit, vt impleretur illud Eſaiæ, Cum ſceleratis reputatus eſt. Ecce quomodo pater æternus deus omnipotens filium ſuum chariſsimum, naturalem, & vnicum permiſit illud, ſuppeditari, contemni, vt nos ab æterna confuſione eriperemur, cæleſtemque recuperaremus honorem. G
Ecce quomodo ſanctus ſanctorum inter facinoroſos ſuſpenditur & reputatur, vt nos ſcelerati ac perditi inter ſanctos dei & angelos collocemur. Scimus itaque grati patri ac filio, et tantis beneficiis bene vtamur, atque condigni inueniri conemur, imitando veſtigia crucifixi in temporalium bonorum con
Ioannis.13. temptu, & vituperiorum, omniumque aduerſitatum perpeſsione quieta. Non enim eſt ſeruus maior
Pſalm.68. domino ſuo. Tunc verò impletum fuit in Chriſto illud Pſalmographi, Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, & operuit confuſio faciem meam. [*Prætereuntes autem*] id eſt homines per viam illam pergentes [*Blaſphemabant eum mouentes capita ſua & dicentes, Vah*] quod eſt interiectio inſultationem, ſignificans, [*Qui deſtruis templum dei, & in triduo illud reædificas,*] .i. merito nunc tibi ô miſer præſumptuoſe inſultamus, qui dixiſti te poſſe templum Hieruſalem deſtruere, illudque intra tres dies
Ioannis. 2. reparare. Hoc enim falſi teſtes dixerunt Chriſtum dixiſſe: ſed quomodo ei falſum impoſuerunt, dictũ eſt ſupra. Nihilominus ea poteſtate qua Chriſtus alia operatus eſt ſigna, potuit vtique templum illud deſtruere, & intra vnius horæ minutum reædificare: quod etiam potuit facere miniſterio angelorum qui ſibi in deſerto miniſtrabant, quando erat cum beſtiis, [*Salua teipſum,*] à morte tibi iam proxima: quaſi dicant, Quoniam teipſum ſaluare non vales. patet impotentia tua, [*Si filius dei es, deſcende nunc*
Marci. 1. *de cruce,*] ac ſi dicant, quia deſcendere nequis, conſtat quòd filius dei non ſis. [*Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant, Alios ſaluos fecit*] à diuerſis languoribus, [*Seipſum non poteſt ſaluum facere.*] Hoc quidam exponũt negatiue, quaſi dicerent, Non eſt verum. quod ali H
os fecit ſaluos, quia ſi hoc potuiſſet, ſaluaret modo ſeipſum. Sed melius exponendum eſt affirmatiue pro prima parte, qua dicitur, Alios ſaluos fecit. Non enim ignorabant quòd Ieſus multos curauit, propter quòd apud Ioannem dixiſſe leguntur, Quid facimus? quia hic homo ſigna multa facit. Eſt igitur ſenſus, Alios ſaluos fecit, vt profitemur, ſeipſum non poteſt ſaluum facere, hoc eſt, quia ſeipſum non
Ioannis.11. valet ab hac pœna eripere, patet quòd non propria neque diuina virtute, ſed cooperatione diaboli ſigna fecit, à quo nunc non poteſt iuuari. Frequenter enim opera Saluatoris aſcripſerunt Beelzebub. [*Si rex Iſrael eſt*] id eſt rex Meſsias in lege promiſſus. Vnde in Luca dicunt, Si hic eſt Chriſtus dei electus. [*Deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.*] ¶O infinita atque denſiſsima, imò palpabilis cęcitas Iu
Lucæ.22. dæorum, dicentium, Si rex Iſraël eſt, deſcendat & credimus: imò ſi diſcendit, non eſt ei credendum. ergo ne latet vos ô infęlices Iudæi, quod ſancti prophetæ prædixerunt Chriſtum occidendum pro mũdi ſalute? Si ergo deſcẽdit, vbi eſt quod Daniel ait, Poſt hebdomadas ſeptuagintaduas occidetur Chriſtus? Item quod Eſaias prędixit, Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum, & ipſe vulnera
Daniel .9. tus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra? Rurſus vbi illud, Tradidit in mor
Eſaiæ.53. tem animam ſuam? ¶Denique, ſi de cruce deſcẽdere videtur vobis tam magnum, vt ſi hoc fecerit, credituri ſitis quare propter maiora ſigna non credidiſtis? Nónne diabolus poterat inuiſibiliter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A clauos de manibus & pedib⁹ crucifixi extrahere,eúmque ſine læſione deponere:qui nequaquã poteſt natum cęcum illuminare,& mortuos ſuſcitare,quod ſcitis Ieſum feciſſe? Proinde reſurrexit à mortuis (quod infra probabitur) & tamen non creditis [*Confidit in deum*].i.dixit ſe in deo ſperare [*Liberet eum*] deus[*Nunc ſi vult,*]& hoc merito dicimus.[*Dixi enim,quia filius dei ſum.*] Iam nunc id audiamus quam apertiſsime ſanctus Dauid plenus ſpiritu ſancto omnia iſta in perſona Chriſti prædixerit, ait enim in Pſal.Ego autem ſum vermis & non homo,opprobrium hominum & abiectio plebis.Omnes videntes me deriſerunt me,loquuti ſunt labiis,& mouerũt caput.Sperauit in domino,eripiat eũ,ſaluũ faciat eũ, quoniã vult eum.Tanta autẽ fuit excæcatio ſacerdotum,ſcribarum,& phariſæorum, vt putarẽt Ieſum à morte diuinitus præſeruandũ,ſi eſſet filius dei:non intelligentes primum eius aduentum in pauperta te & humilitate eſſe prænunciatum,vt iudicaretur & occideretur. Hinc enim aiunt, Circunueniamus iuſtum,quoniam contrarius eſt operibus noſtris,& improperat nobis peccata legis:promittit ſe ſcientiam dei habere,& filium dei ſe nominat:grauis eſt nobis etiam ad videndũ, quoniã diſsimilis eſt alijs vita illius,tanquam nugaces æſtimati ſumus ab eo,& gloriatur ſe deum patrẽ habere. Videamus ergo ſi veri ſint ſermones illius,& tentemus quæ vẽtura ſunt illi.Si enim eſt verus filius dei, ſuſcipiet illum & liberabit eum de manibus contrariorũ.Contumelijs & torméto interrogemus eum, & ſciemus reuerentiã eius,morte turpiſsima condemnemus eum.Erit enim reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc co

B gitauerunt & errauerunt,excæcauit enim eos malitia eorum,& neſcierunt ſacramenta dei.[*Idipſum autem,*] .i.eadem verba irriſoria à Iudæis prolata contra Ieſum,[*Et latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.*]Idem habetur in Marco. ¶Sed videtur contrarium,quoniam in Luca legitur,vnus latronum alium Chriſto impro perantem,grauiter increpaſſe,& Chriſtũ deuote oraſſe,dicendo,Domine memẽto mei cum veneris in regnum tuum.Cui reſpondit,Hodie mecum eris in paradiſo. Ad hoc reſpondetur dupliciter.Primo,quòd Matthæus & Marcus loquũtur per tropum,quo ſocietas dicitur facere,quod facit pars eius.Secundo,quod ambo blaſphemauerũt in principio, ſed poſtmodum vnus eorũ conuerſus eſt,vilis mirabilius quæ fiebant:& hæc eſt reſponſio Ambroſij, Chryſoſtomi,Bedæ, quibus concordat quod ait ſanctus Hieronymus,Primum vterque blaſphemauit, dehinc ſole fugiẽte terra commota,ſaxiſq; diruptis,& ingruentibus tenebris,vnus credidit in Ieſum, & priorem negationem ſequenti confeſsione emendauit. ¶Sed his obijci poſſet,quòd Lucas & cæteri duo Euangeliſtæ recitant hæc facta latronum antequam aliquid ſcribant de prædictis miraculis.Ad quod facile reſpon detur, quòd ſcriptura non ſemper obſeruat in narratione ordinem rerum geſtarũ.Alij tamen penſantes ordinẽ textus,dicunt quòd vnus iſte conuerſus eſt ex conſideratione patientiæ Chriſti, præſertim

C cum dixit,Pater ignoſce illis,quia neſciunt quid faciunt.Maximam inſuper ſpẽ dedit Chriſtus peccatoribus quãtumcũq; nephariis,omnemq; deſperandi occaſionẽ amouit, dum latroni tam ſceleſto qui tẽpus ſuũ ita iniquè expendit,tantã miſericordiã fecit ei,quod æternã fœlicitatem ſubito dandam polli citus eſt.[*A ſexta autem hora,*]in qua cruci affixus eſt, Ieſus, [*Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam.*]vnde patet quod tenebræ inceperunt ſtatim poſt domini in cruce eleuationẽ. ¶De his tenebris doctores magni diuerſimode loquuntur, diſcrepantes præcipuè in duobus Primo, quid eclipſauerit ſolem.Secundo,an fuerint vniuerſales ſeu per totam terram extentæ.Origenes enim dicit,ꝙ fuit per interpoſitionem multarũ,denſarúmq; nubium inter ſolem & terrã.Dicit quoq; quòd fuerint particulares,videlicet in Iudæa & locis vicinis dũtaxat,ſicut in terra Aegypti accidit, quando factæ ſunt tenebræ vbi habitabant Aegyptij,non autem in terra Geſſen, vbi habitauerunt filij Iſrael. Hieronymus autẽ deteſtatur,quod eclipſatus eſt ſol per retractionẽ radiorũ ſuorũ factã diuina virtute,quẽadmodum factũ eſt in terra Aegypti tribus diebus ac noctibus.Verũtamẽ Origenes atque Hie rony mus non loquuntur multum aſſertiue,ſed opinatiue, aſsignando modum quomodo fieri potuit, Omnino ergo credendũ eſt principi theologorũ diuino Dionyſio,qui in epiſtola ad beatum Polycarpũ teſtatur ſe eclipſim iſtã vidiſſe,cum eſſet in Aegypto in ciuitate Heliopolis ad vacandum aſtronomiæ.Aegyptus nanque propter aëris puritatẽ apta eſt valde ad conſiderationem aſtrorum. Raro equi

D dem ſunt nubes & pluuiæ in hac terra.Dixit itaque Dionyſius,quòd vidit lunam ab orientevenire,ſeque ſoli ſupponere & obſcuritatem cauſare,vnde admirans ait ad ſocium ſuum,O bone Apollo, &c. ¶Ponit præterea Dionyſius in præfata epiſtola quatuor ſupernaturalia,quæ fiebãt in illa eclipſi. Primũ,quoniã naturalis eclipſis non fit niſi tẽpore coniunctionis & incẽſionis. Tunc autẽ fuit oppoſitio & pleniluniũ.Fuit nanque luna quintadecima quando Iudæi celebrabant paſcha.Secundũ,quia cũ luna fuiſſet ſuppoſita ſoli hora ſexta,in medio cæli,tamẽ in veſperis reſtituta eſt ſuo loco in oriente, ſicque ordo temporis non eſt confuſus.Tertium,quia eclipſis naturaliter inchoatur ab occidente, videlicet à parte ſolis quæ reſpicit occidentem,quæ primo eclipſatur,& peruenit vſque ad orientem,quoniam motus lunæ in proprio orbe velocior eſt motu ſolis in circulo proprio, ſicque pertranſit ſolem ab occidente accedens,ſed tunc luna iam pertranſierat ſolẽ,diſtans ab eo per circuli medietatẽ exiſtens in oppoſitione idcirco oportuit vt ab oriente reuerteretur ad ſolem, & primò attingeret eum à parte orientali,illãque primitus eclipſaret,Quartum miraculũ fuit, quoniã in eclipſi naturali illa pars ſolis primo nudatur & cernitur,quæ primo fuerat eclypſata:ſed tunc pars vltimo obſcurata, primo apparuit,eo quòd luna reuertebatur ad orientem vnde acceſsit.Quintum miraculum addunt Hieronymus & Chryſoſtomus,quoniã naturalis eclipſis breuiter durat,videlicet tandiu vt luna pertranſeat ſolem: tunc autẽ durauit tribus horis,& ideo luna tanto tẽpore mãſit ſub ſole. Quantũ ad aliud dicendũ eſt, ꝙ illa eclipſis nõ fuit ſolum in terra Iudææ,cum Dionyſius dicat eã fuiſſe in Aegypto & apud Athe- Actu.7
nas,& alij hiſtoriographi referũt eã fuiſſe in alijs terris.Hinc in Actibus legitur, Paulum Athenis inueniſſe aram ignoto deo conſecratam,dixitque Athenienſibus, Quod vos ignorantes colitis,hoc ego

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

go annuncio vobis. Videntes nanque Philosophi tanta mirabilia, dixisse leguntur, Aut deus naturæ pa E
titur, aut astra & elementa mentiuntur, aut machina mundi peribit. Scientes tamen illa mirabilia fieri virtute alicuius causæ, non naturalis, sed supernaturalis, fecerunt altare in honorem causæ illorum mirabilium, & illam vocauerunt ignotum deum. Vnde cum Dionysius à Paulo audisset causam illorum, cito credidit.

¶Sed (vt recitat Origenes) contra hoc filij huius seculi dicunt, quomodo nullus Græcus aut Barbarus tam mirabile factum descripsit? Ad quod Origenes respondet, quòd quidam nomine Flegon in Chronicis suis scripsit sub imperio Tyberij contigisse, non tamen dicit lunam plenam fuisse. Ex his patet, quàm falsa sint dicta eorum, qui contra euangelium Christi scribentes, dixerunt (vt narrat Hierony.) solem naturale aliquid sustinuisse, quod discipuli Iesu ex imperitia, propter Christi passionem asserunt factum. Postremo si id quod in textu habetur (super vniuersam terram) intelligatur absolutè de
Psalm.21. tota terra, non potuit fieri per lunæ suppositionem duntaxat, sed tunc addendus esset modus Origenis siue Hierony. Quidam exponunt de tota terra Iudææ. [*Et circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens, Heli, heli lamazabachthani, hoc est, deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me?*] Hoc Christus non ex impatientia, sed ad insinuandum vehementissimum esse suum dolorem clamauit. In omnibus enim membris patiebatur, & propter complexionis suæ teneritudinem erat summè passibilis, & perceF
ptiuus doloris. Nihilominus propter suæ naturalis dispositionis vigorem fortis erat, nec facile extinguebatur, sed maximas pœnas poterat pati. Mors quoque confixorum extat grauissima, quia figuntur in locis neruosis, & præcipuè sensitiuis, vtpote manibus & pedibus, nec cito moriuntur, pondúsque pendentis corporis pœnas continue auget. Dicit autem se Christus à deo derelictum, non quòd priuatus esset gratia vel gloria, sed quia tam grauiter patiebatur, acsi peccator & à deo contemptus fuisset, & quoniam voluntati impiorum expositus fuit, & quia nulla fiebat pro tunc redundantia consolationis, & alleuiationis à superiori parte animæ Christi, in partem eius inferiorem. Sic autem non fuit in beatis martyribus, quorum multi tempore suæ passionis tantam consolationẽ intra se senserunt, vt vix
Esaię.53. perciperent aut pensarent exteriorem dolorem. Vnde de Christo scriptum est, Nos putauimus eum
Hier.31. quasi leprosum & percussum à deo & humiliatum. Quotidie ergo, imò omni die frequenter cordialiI.Ioan.2. ter recogitemus, quanta pro nobis miserrimis pertulit agnus sine macula, deus homo, creator, frater, iudex, aduocatúsque noster, & eius incendamur amore. [*Quidam autem illic stantes & audientes*] hęc verba, [*Dicebant, Heliam vocat iste.*] ¶Quæritur, an isti fuerunt Gẽtiles ministri Pilati, seu alij pagani an Iudæi? Si fuerunt Gentiles, quid sciebant loqui de Helia: Si Iudæi, ergo intellexerunt verba Christi? Dicendũ, quòd communiter dicũtur fuisse Gentiles ministri Pilati, militésque Romani non intelligẽtes Hebrai G
ci idiomatis proprietatem, propter conuenientiã vocum putabant ꝙ inuocasset Heliam, de quo poterant aliquid scire, eo ꝙ habitarent inter Iudæos. Si autẽ fuerunt Iudæi, Dicendum, quòd ideo dixerũt, vt Christum de imbecillitate diffamarent, eo ꝙ ab Helia poscat auxilium. [*Et continuo currẽs vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit,*] eam [*Arundini*] scilicet ligno tali, [*Et dabat ei bibere,*] quia enim eleuatus erat in ligno, porrigebant ei potum cum instrumento. Iesus autem non multum ex eo bibit. Patet autem ex his, quòd bis obtulerunt ei potum acetosum & felleum seu amarum. [*Cæteri vero*] irrisores astantes [*Dixerunt, Sine*]. i. sustine modicum & expecta vel cessa, [*Videamus an veniat Helias liberans eum,*] hoc illudendo, non confidendo dixerunt. quasi dicant, Inexaudibilis & indigna est deprecatio eius. Mirũ quòd isti visis tantis mirabilibus non sunt compuncti nec emẽdati. [*Iesus autem iterum clamans voce magna*] & dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, [*Emisit spiritum*]. i. animam
Psalm.36. suam à corpore sponte & potestatiuè separauit: sicut prædixit, Nemo tollet animam meam à me, sed e-
Lucæ.23. go pono eam. Quòd autem Christus tantis & tam diuturnis tormentis excruciatus sanguine exhausto,
Ioan.10. totóq; corpore dissipato, tam fortiter in ipsa exspiratione clamauit, fuit penitus supernaturale atque in
Marci.15. dicium potestatis diuinæ. Vnde per hoc Centurio aduertit eũ esse filiũ dei, iuxta quòd Marcus ait, Vidẽs Cẽturio, quia sic clamans exspirasset, dixit, Verè hic homo filiꝰ dei erat. Quoniam vero quod Chri
Psalm.21. stus dixit superius, Deus meus deus meus, vt quid dereliquisti me, habetur in psalmo: quemadmodum H
& illud quod moriens ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, aliqui dicunt quòd Christus omnia verba intermedia dixit in cruce voce submissa. [*Et velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum,*] i. à parte superiori vsque ad inferiorem. Hoc quidã exponũt de velo exteriori quod erat in introitu templi, prohibens aspectum eorum quæ continebantur in templo: alij exponũt de velo interiori, quod fuit in ingressu interioris tabernaculi seu sancti sanctorum. Forsitan ergo vtrunque
Psalm. 30. diuisum est. De quocũque autẽ velo intelligatur, per eius scissuram significabatur, quòd figuræ, sacramenta atque mysteria veteris testamenti in Christi passione impleta & patefacta fuerunt. Refert Hieronymus se legisse in euangelio forsitan Nazarenorum, quòd superliminare templi tunc scissum, diuisúmque fuit. Iosephus quoque testatur angelicas virtutes, quę vsque tunc præsides & custodes templi fuerunt, tunc pariter conclamasse, Transeamus ex his sedibus. [*Et terra mota est*] supernaturaliter, [*Et petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt*] ex vehementi terræ concussione. Omnia mirabilia ista fiebãt ad designandam dignitatem patientis, & enormitatem peccati occidentium Christum: itémque quòd omnis creatura merito compati debeat suo creatori. Nihilominus cum cælestia atque terrestria suo domino compatiantur, solus homo, pro quo ille hæc patitur, exultat & ingratus est.

¶Per terræmotum, figurabatur terrigenarum admiratio & conuersio. Per petrarum scissionem, obduratorum cordium mollitio ad compassionem & pœnitentiam, Per monumentorum apertionem, generalis resurrectio mortuorum, vel instans resurrectio Christi, & resuscitatorum cum eo. [*Et multa sanctorum corpora quæ dormierant*] somno mortis, [*Surrexerunt,*] non ea hora parascaeues qua aperta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A sunt monumenta, propter quod subditur [*Et exeuntes de monumentis*] ante apertis [*Post resurrectionem eius*] id est in die paschæ, in qua simul cum Christo resurrexerunt, tanquam testes dominicę resurrectionis: tamen post resurrectionem Christi [*Venerunt in sanctam ciuitatem*] puta Hierusalem, quæ sancta vocatur quia ad dei cultum electa, templo & multis reliquiis adornata, & præsertim, quoniam Christus in ea sanguinem fudit. [*Apparuerunt multis*] hominibus, qui digni fuerunt, vel quibus deus tantam gratiam quamuis indignis, concessit, testátes Iesum esse Christum, & verè resurrexisse, atque infernũ spoliasse.

¶ Qui fuerint isti sancti cum Christo surgentes, non est certum. Hieronymus tamen ait, quod antiqui patriarchæ, Abraham, Isaac & Iacob tantam solicitudinem habuerunt, vt sepelirentur in terra promissionis, in qua nouerant Christum nasciturum, passurum, ac sepeliendum, quatenus suæ resurrectio nis essent participes. Propter quod aliqui dicunt, quod huiusmodi patriarchæ & aliqui prophetarum Adam quoque & Eũa, & Dauid (de quo Petrus ait in Actis, Sepúlchrum eius apud nos est, nõ ait cor pus & ossa, sed sepulchrum) cum Christo resurrexerunt. Rursus secundum Hieronymum incertũ est, an isti sic resurgentes iterum sunt defuncti, vel in eis sit completa resurrectio, iamque cum Christo in corpore regnent. Videtur autem quibusdam magis probabile, quod anima & corpore sint glorificati, Hierony. Actu. 2.

I aliter (vt dicunt) non essent idonei testes perfectæ resurrectionis Iesu Christi, nec profuisset illis resurrectio illa. [*Centurio autem & qui tum erant*] videlicet ministri præsidis [*Custodientes Iesum,*] ne ante mortem raperetur ab aliquo, vel sine licentia præsidis deponeretur à ligno [*Viso terræ motu & his quæ fiebant*] in prędicta eclipsi, & quòd Iesus sic clamando exspirasset, timuerunt valde, eo quòd in mortem iusti consensissent, & vindictam promeruissent, [*Dicentes. Vere filius dei erat iste.*] Sicut hęc mirabilia contestãtur, quæ probant verum esse sermonem, quo se dixit esse filium dei. Et in hoc confessi sunt eius diuinitatem: confessi sunt etiam eius humanitatem, quia (vt Lucas refert) Centurio dixit, Verè hic homo iustus erat. Dènique (vt idem Lucas subiungit) omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. [*Erant autem ibi mulieres multæ a longe astantes, quæ secutæ erant*] Iesum [*A Galilæa, ministrantes ei*] de facultatibus suis necessaria vitæ de quibus Lucas habet, quod curatæ fuerunt à Christo, & nominat ibi Ioannem vxorem Cuzæ procuratoris Herodis, & Susannam, [*Inter quas Maria Magdalene*] sororem Marthæ ac Lazari, [*Et Maria,*] quæ fuit [*Iacobi*] minoris, [*Et Ioseph mater,*] eratque soror virginis matris Christi, quam Ioannes nominat Mariam Cleophæ, quoniam fuit Cleophæ filia, [*Et mater filiorum Zebedei,*] videlicet Ioannis & Iacobi. Hic itaque dicitur, quod mulieres istæ stabant à longe, sed in Ioãne legitur, quòd mater Iesu stetit iuxta crucem, & aliæ mulieres iam nominatæ. Ad quòd Augustinus respondet, quod stabant à longe respectu turbæ comprimentis: & prope, quia non stabant ita remote quin poterant verba Christi audire vel primo stabant propinquius, deinde paululum recesserunt & stabant remotius. Porrò in Luca scribitur, Stabant autem omnes noti eius à longe & mulieres subsequutæ. Vnde elicitur, quòd etiam aliqui viri discipuli Iesu astabant, puta Ioannes & alii discipuli Iesu occulti, & forsitan ille venerabilis ciuis, in cuius domo cœnam nouissimam fecit. [*Cum sero factum esset,*] id est circa horam vesperarum [*Venit quidam homo dives.*] Hoc addit Euangelista, vt exprimat causam rei sequentis. [*Ab Arimathia ciuitate Iudææ,*] quę alio nomine dicta est Ramatha, de qua in lib. Regũ legitur fuisse Helchana pater Samuelis, [*Nomine Ioseph,*] verus imitator sancti Ioseph patriarchæ, [*Qui & ipse discipulus erat Iesu,*] tamen occultus propter metum Iudęorum, vt Ioannes habet. Vnde idem inquit, Veruntamen ex principibus multi crediderunt in Iesum, sed propter pharisęos non confitebantur, ne extra synagogam eiicerentur. Hunc beatissimum Ioseph Marcus vocat nobilem decurionem, quia fuit de curia & consiliarius, secundum Hieronymum. Lucas quoque vocat eum iustum & bonum. [*Hic accessit ad Pilatum*] audacter secundum Marcum, non amplius timens Iudæos, sed paratus mori pro filio dei. [*Et petiit corpus Iesu,*] nobilem plane thesaurum. [*Tunc Pilatus iussit reddi corpus*] id est vt nemo prohiberet hunc Ioseph à susceptione & sepelitione corporis Iesu. In Marco scribitur, quòd Pilatus audita petitione Ioseph, mirabatur si Iesus iam obiisset, & accersito Centurione, cum audisset veritatẽ, dedit corpus Christi ipsi Ioseph. Quia enim Ioseph dives & nobilis fuit, facilius impetrauit à Pilato quod petiit ideo

C Matt. 26. Lucę. 23. Lucæ. 8. Ioann. 19. Matt. 26. Lucæ. 23. 1. Regũ. 1. Ioann. 19. Ioann. 12.

D Euangelistæ dicunt, quòd fuit dives, nobilisque decurio, non ad iactantiam, quod talem discipulum habuit Iesus: sed ad insinuandum, cur ei patuit ad Pilatum accessus, qui pauperis ingressum & preces spreuisset, [*Et accepto corpore*] Iesu, ipse [*Ioseph inuoluit illud in syndone munda,*] quam emit, secundum Marcum, id est in quodam panno lineo puro seu linteamine. [*Et posuit in monumento suo novo,*] in quo scilicet nemo ante positus fuit, secundum Ioannem. Quod ideo factum est, ne Christo resurgente, Iudęi dicerent alium surrexisse. [*Quod exciderat,*] id est sibi parari fecit [*in petra*] magna, in qua facta est fouea pro receptione corporis extincti. Denique sepulturam Christi Ioannes plenius enarrauit. Addit enim prædictis, quod Nicodemus venit ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum, & tunc inuoluerunt corpus Iesu linteis, hoc est, pannis lineis, cum aromatibus, id est prædictis vnguentis, videlicet myrrhæ & aloes. [*Sicut moris est Iudæos sepelire,*] qui faciunt sumptuosissimas sepulturas, eò quòd sancti patriarchæ circa sepulturam suam tam soliciti extiterunt. Quamuis autem Matthæus & Marcus dicant corpus Iesu inuolutum syndone, Ioannes autem linteis, non est tamen contrarietas, quia frequenter ponitur singulare pro plurali, & Ioannes loquitur de omnibus pannis, quibus corpus & caput inuoluta fuerunt: hi autem de linteamine principali. Spiritualiter inuoluit corpus Christi sydone munda, qui recipit eum conscientia pura: ponitque eum in sepulchro nouo, qui collocat eũ in anima intus reformata. [*Et aduoluit Ioseph*] cum adiutoribus suis [*saxum magnum ad ostium monumenti,*] quod factum legitur ad modum domunculæ, in cuius medio fuit sepulchrum, & ostium paruum habuit ad ingrediendum. Quamuis autem Saluator ignominiosissimam mortem elegit, quia

Ioann. 19. Ioann. 18.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad hoc venit in mundum, vt ſuis perſequutionibus, iniuriis & paſsionibus homines liberaret, voluE
Eſaiæ.11. it tamen habere ſepulturam honeſtam. Primo, quia in paſsione eius completa fuit redemptio noſtra, id
Lucæ.23. circo ignominia tunc ceſſare incepit. Secundò, quoniam ſepultura ad reſurrectionẽ ordinabatur. Tertiò, vt impleretur quòd Eſaias prædixit, Radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorũ, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. [*Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria*] id eſt Maria Cleophæ: imò aliæ mulieres quæ fuerant Chriſtum à Galilæa ſequutæ, vt Lucas refert, [*Sedentes contra ſepulchrum,*] id eſt ex oppoſito, videntes & conſiderantes quomodo Chriſti corpus poneretur, vt poſtmodum illud citius inuenirẽt. [*Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuen,*] id eſt ſabbato in craſtino dominicæ paſsionis [*Conuenerunt principes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatum, dicentes.*] Communiter dicitur, & Pilatus fuit proprium nomen præſidis Chriſtum diiudicantis. Veruntamen Lyra dicit contrarium, aſſerens quòd proprium nomen eius fuit Pontius, & agnomen Pilatus, quia frequenter hoc nomen Põtius præponitur cum vtroque nomine deſignatur. Et quia in Burgundia vnde natum fuiſſe Pilatum affirmant, hoc nomen Pontius ſatis commune eſt. Sed non videtur conuenienter dictum. In ſcripturis enim canonicis perſonæ raro vel nunquam deſignantur ſolis agnominibus. Cum ergo Ioannes, Lucas & Marcus pene ſemper exprimant præſidem nomine Pilati, conſtat quòd hoc fuit proprium nomen eius. Et rationabilius puto aſſerere, quod fuit binomius, quàm quòd agnomen eius fuit Pilatus. Sic in lib. Machabæorum, Iudas Machabæus ſæpe exprimitur agnomine. Sed liber Machabæorum eſt extra F
canonem. [*Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies*] id eſt tertia die, videlicet mox poſt inchoationem diei tertiæ [*Reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum,*] à militibus tuis ſeu cohorte [*Vſque in tertium diem*] incluſiue, [*Ne forte veniant diſcipuli eius,*] occulte in nocte, [*Et furentur eum*] id eſt corpus eius [*Et dicant*] plebi, [*Reſurrexit a mortuis, & erit nouiſsimus error*] ita credentium [*Peior priore*] errore, quo putabatur ante paſsionem eſſe propheta vel Chriſtus. [*Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam*] id eſt milites qui monumentum cuſtodiant vobis concedo, [*Ite cuſtodite*] id eſt per milites armatos cu-
Proue.21. ſtodiri facite monumentum, [*ſicut ſcitis*] eſſe expediens [*Illi autem abeuntes*] à Pilato ad locum ſepulturę, [*Munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem*] ſuo ſigillo, [*Cum cuſtodibus*] id eſt militibus ad cuſtodiam deputatis. Verum omnino eſt quòd Salomon ait, Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium cõtra dominum. Vnde quanto Iudæi acutius cogitauerunt nomen, fidem & famam Chriſti extinguere tantò eum amplius glorificauerunt. Quòd enim tam diligenter ſepulchrum cuſtodiri fecerunt, certiſsimum ſignum eſt, corpus Chriſti furto non eſſe ſublatum, ſed reſuſcitatum, quemadmodum in ſequenti capitulo oſtendetur. ¶ Ecce commemorata eſt paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti, quam imitari debemus, & affectuoſiſsimè rememorari, eiuſque virtute & merito omnem gratiam nobis neceſſariam ob
Roma.8. tinere ſperemus & enitamur. Si enim compatimur, & conregnabimus: ſi commorimur, & conuiuemus
2.Timo.2. Præterea quantò iam Chriſto magis aſsimilamur in aduerſorum perpeſsione conſtanti, tanto ei conformiores in patria erimus in glorificatione felici. G

¶ Cap. XXVIII. [*Veſpere autem ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati.*]
Articulus XLV.

POſt deſcriptionem dominicæ paſsionis recitat Euangeliſta veritatem reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, [*Veſpere autem ſabbati,*] in quo Chriſtus in ſepulchro quieuit, [*Quæ*] veſpera [*Luceſcit*] id eſt lucere vel diei approximare incipit [*in prima ſabbati,*] id eſt in principio diei immediate ſequentis ſabbati, ſeu feſtiuum diem Iudęorum. Quemadmodum enim gentiles nominant dies appellationibus planetarum atque deorum ſuorum, vt illorum ſemper memoriam habeant: Chriſtiani autem nominibus feriatum, quoniam ſemper feriandum. ſeu ceſſandum eſt à peccato: ſic Iudæi à ſabbato quaſi à principaliori vocabant dies
Marci.16. hebdomadæ, ita quòd dies immediate ſabbatũ ſequens, dicebatur prima ſabbati: ſecunda ſequens ſecũ
Lucæ.24. da ſabbati, ſicque deinceps. [*Venit Maria Magdalene & altera Maria,*] videlicet Maria Iacobi. Marcus di- H
cit, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome: Lucas verò nominat Mariã Magdalene, Mariam Iacobi, & Ioannem, quæ fuit coniunx Cuzæ procuratoris Herodis. Et videtur Lucas innuere, quod adhuc plures fuerunt, quę ſcilicet à Galilęa ſequutę fuerant Ieſum [*Videre ſepulchrum*] imo potius & ſepultum, quomodo ſcilicet poſſent introire ſepulchrum & vngere corpus lepulti. ¶ Sed quomodo Euangeliſta dicit eas veniſſe veſpere ſabbati, cum ſecundum alios Euangeliſtas veniſſe legantur valde mane ſeu ſummo diluculo in prima ſabbati? Et reſpondendum, quod Euangeliſta Matthæus reſpexit ad intentionem, ac deſiderium fœminarum iſtarum, idcirco aſſerit eas veniſſe veſpere ſabbati: non quod hora veſpertina, vel ante mediam noctem arripuerint iter, ſed quia tunc ſe præparabant, totamque noctẽ duxerunt inſomnem, conficiendo aromata. Sic ergo Matthæus vbiut per partem totum intelligi, ſcilicet totam noctem per veſperam, in cuius noctis fine venerunt ad monumentum. [*Et ecce terræ motus factus eſt magnus.*] Non explicatur quantum hic terræ motus extendebatur, ſed quia ſubiungitur, [*Angelus enim domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem,*] apparet quod motus iſte non fuerit niſi in gyro circa ſepulchrum, cuius motionis cauſa angelus, quia corporalia obediunt angelis prompte quoad motum localem. [*Et accedens*] ad ſpeluncam monumenti, [*Reuoluit*] id eſt amouit [*Lapidem*] à monumẽto, non vt Chriſtovia egrediendi pateret. ſedvt Chriſtum reſurrexiſſe, & ſepulchrum, vacuum eſſe mõſtraret. Chriſtus quippe ante lapidis reuolutionem de clauſo ſurrexit ſepulchro, quemadmodum pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A pulchro, quemadmodum prodiit è clauſo virginis vtero. [*Et ſedebat ſuper eum,*]tanquam imperterritus dominici ſepulchri cuſtos. ¶ Porrò ſecundum Marcum iſta clarius deſcribentem, cum mulieres appro Marci.16.
pinquarent ſepulchro, dixerunt ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes per ianuam domunculæ, in qua erat ſepulchrum, viderunt reuolutum lapidem, qui erat magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem, id eſt angelum in ſpecie hominis iuuenis ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida. Vnde nunc ſubditur, [*Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur,*]id eſt vltum igneum quaſi ſcintillantem atque terribilem habuit ad perterrendum infideles cuſtodes: & item, quoniam ignis magnam habet conuenientiam cum ſubſtantiis ſeparatis, quæ ſecũdum Dionyſium per proprietates ignis maximè notificatur. [*Et veſtimenta eius ſicut nix,*]id eſt clara ac ſplendida ad conſolandum fœminas religioſas, & ad figurandum puritatem ſubſtantiæ ſuæ, & ſanctitatem internam mentis angelicę. [*Præ timore autem eius,*]id eſt ex horribili apparitione angeli [*Exterriti ſunt cuſtodes*]ſepulchri, [*Et facti ſunt velut mortui,*]id eſt in terram collapſi ſunt & impotentes effecti, vſum rationis & ſenſum ad tempus amittentes. [*Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus.*]In Luca leguntur duo
angeli apparuiſſe, & mulieribus loquuti fuiſſe. Vnde Ioannes refert, quòd Maria vidit duos angelos, Lucæ. 24.
vnum ad caput, & alium ad pedes, vbi poſitum fuit corpus Ieſu. Sed numerus minor non excludit ma Ioanni.20.
iorem, & maior includit minorem. Denique Matthæus & Marcus loquuntur de angelo illo qui lapidem reuoluit, & ex perſona amborum alloquutus eſt mulieres, [*Nolite timere vos*] inordinato timore,
B vel ex meo aſpectu, qui propter vos formam iſtam terrificam non aſſumpſi cauſa terrendi vos. [*Scio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis,*]cui ego vna vobiſcum deſeruio. [*Non eſt hic,*]ſecundum corporalem præſentiam, qui cælum & terram implet, & magnitudinis ſuæ finem non habet ſecundum diui- Pſam. 44.
nitatem. [*Surrexit enim*]propria poteſtate & tertia die, [*Sicut dicit*]Soluite (inquiens) templum hoc, et in Ionæ.2.
tribus diebus ſuſcitabo illud, Rurſusque, Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Per hæc angelus reduxit cor Matth. 12. Lucæ.11.
da fœminarum ad remorationem verborum domini Ieſu, quatenus illa reminiſcendo roborarẽtur in fide reſurrectionis dominicæ. Vnde apud Lucam angeli feruntur ad mulieres dixiſſe, Quid quæritis viuentem cum mortuis? Recordamini qualiter loquutus eſt vobis, cum adhuc in Galilæa eſſet, dicens Lucæ. 24.
Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertia die reſurgere. [*Venite & videte locum vbi poſitus fuerat dominus,*] id eſt corpus Chriſti, qui eſt rex regum & dominus vniuerſorum. A toto ergo ſignificat partem, locum eis oſtendit, vt eum eſſe vacuum conſpicientes certiores fierent de Chriſti reſurrectione. [*Et cito euntes,*] id eſt ab hoc loco recedentes, [*Dicite diſcipulis eius,*]præſertim apoſtolis. Marcus addit, & Petro, quem angelus ſpecialiter expreſsit, ne propter trinam abnegationem diffideret, vel inter diſcipulos comparere non auderet: ſed à fletu paululum ceſſans, conſolationem admitteret, [*Quia ſurrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam*]vnde diſcipuli eum ſe-
C quuti ſunt, id eſt, Galilæam intrabit antequam vos vel diſcipuli eam intrabitis, [*Ibi eum videbitis*]oculo corporali ante aſcenſionem, [*Ecce prædixi vobis*]hoc eſſe futurum, vt cum venerit, magis credatis. [*Et exierunt (mulieres) cito de monumento,*]id eſt de prædicta domuncula continente ſepulchrum, [*Cum timore*]concepto ex inſolita atque terrifica angeli apparitione & miraculi magnitudine, [*Et gaudio magno.*] quoniam de magiſtri ſui glorioſa reſurrectione, & ſermonum eius adimpletione præcordialiter lætabãtur. Timor ergo & gaudium poſſunt ſimul eſſe in vno, reſpectu diuerſorum, quamuis gaudium purum ac plenum excludat timorem, quoniam timor pœnam habet. Hic autem timor mulierum fuit naturalis, quem conſtat eſſe pœnalem, quamuis timor filialis non ſit ſemper pœnalis . [*Currentes nuntiare diſcipulis eius*]quæ audierunt atque viderunt. ¶ Huic contrarium videtur illud Marci, Fugierũt de monumento & nemini quicquam dixerunt, timebant enim. Et reſpondendum, quòd nemini, id eſt nulli cuſtodum ibi præſentium quicquam dixerunt, ſed cum ſilentio abierunt. [*Et ecce Ieſus occurrit illis*] in via: primo tamen apparuit ſoli Mariæ Magdalenæ ſecundum Ioannem & Marcum nam aliis mulieribus à ſepulchro euntibus, manſit illa iuxta ſepulchrum, vt dicitur, tuncque apparuit ei Saluator: quo viſo, ſequuta eſt ſocias, & tunc cum illis rurſus vidit eum, [*Dicens auete*] quod eſt verbum cõſolatorium & amicabile. [*Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius,*]ex feruida deuotione & gaudio amplectentes & oſculantes pedes ipſius. ¶ Quæritur cur Ieſus permiſerit pedes ſuos ab his fœminis teneri ac tã-
D gi, cum Mariæ Magdalenæ, id ſeorſum facere volenti, dixiſſe legatur apud Ioannem, Noli me tange Ioanni.20.
re, nondum enim aſcendi ad patrem meum? Dicendum quòd prohibuit eam propter myſticam rationem, ad inſinuandum, videlicet quòd non deberet de ipſo ſentire, ſicuti hactenus ſenſit. Nondum enim habuit perfectam fidem de eo, ſicut nec cęterę quando aromata parauerunt, & attulerunt vt vngerent Ieſum, æſtimantes corpus eius poſſe putrefieri aut corrumpi: nec arbitrantes illud tertia die ſuſcitandum: ignorantes illud propheticum, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. [*Et adorauerunt eum*]proſtratę tãquam vnigenitum filium dei. [*Tunc ait illis Ieſus, Nolite timere,*] id eſt timor quem concepiſtis abſcedat, & gaudium perſeueret in vobis. [*Ite nuntiate fratribus meis,*]id eſt diſcipulis, de quibus alibi ait, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. Et rurſus, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Vocat eos fratres, ne propter præteritam eorum fugam, vel ſuam glorificationem, videatur Pſalm. 15. Eſaiæ.8. Pſalm. 22.
eos contemnere, atque vt ipſi fiducialius accedant ad Chriſtum, [*Vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.*]
¶ Præterea Chriſtus in die ſancto Paſchę quinquies apparuit. Primò Magdalenę. Secundò mulieribus à ſepulchro pergentibus. Tertiò petro, quamuis locus ignoretur. Quartò duobus diſcipulis euntibus in Emaus. Quinto diſcipulis congregatis, quos duo prædicti diſcipuli redeuntes inuenerunt collectos atque dicentes, Quia ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Quibus ita loquentibus venit & ſtetit Ieſus in medio eorum, vt Lucas refert. Apparuit quoque Iacobo minori, qui legitur iuraſſe nõ co- Lucæ.24.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re donec filius hominis resurrexisset à mortuis.¶Insuper post diem resurrectionis apparuit quinquies E
Ioann.20. Primò,post octo dies præsente Thoma.Secundò, septem discipulis piscantibus ad mare Tyberiadis Et has duas apparitiones describit Ioannes. Tertiò,vndecim apostolis in monteThabor,de qua infra habetur,Quarto,in die ascensionis in Hierusalem,Quinto eodem die in monte Oliueti. Apparuit etiam semel plus quàm quingentis fratribus secundum Apostolum quam apparitionem aliqui dicunt factam in monte Thabor,quando apparuit vndecim apostolis. [*Quæ*] mulieres [*Cum abiissent*] à loco in quo Christum viderunt,ad annuntiandum discipulis verba Christi. [*Ecce quidam de custodibus*] sepulchri[*Venerunt in ciuitatem*]Hierusalem,iuxta quam erat sepulchrum,vt Ioannes refert. [*Et nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant*]scilicet,terræ motum , angeli apparitionem,suam deiectionem & obstupefactionem,Christi quoque resurrectionem,quam propter suam indignitatem, non conspexerunt,sed factam nouerunt ex vacuitate sepulchri, de quo sciebant nullum hominem abstulisse sepultum. [*Et congregati*]principes sacerdotum [*Cum senioribus*]Iudæorum, [*Consilio*] à seinuicem & dæmone suggerente [*Accepto , pecuniam copiosam dederunt militibus*] vt veritatem celarent ac mentirentur [*Dicentes*] militibus; Dicite interrogantibus, quomodo sublatum sit corpus Iesu, [*Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum vobis dormientibus . Et si hoc*] verbum vestrum [*Auditum fuerit a præside*] Pilato, [*Nos suadebimus ei*] verum esse quod dicitis per diuersa figmenta , colorando tantum & tam rude mendacium , quòd quilibet faciliter perpendere potest. Si nanque dormierunt, non poterant scire , quòd discipuli accesserunt & Christum furati essent:nec habet aliquam apparentiam quod discipuli qui à viuente fugerunt,iam mortuum inter armatos requirerent. [*Et securos faciemus vos*] à pœna præsidis, ita quod vobis nihil imputabit . [*Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos* ,] videlicet quòd militibus dormientibus discipuli furati sint corpus sui magistri [*Vsque in hodiernum diem.*]dimiserunt enim reliquias has paruulis suis. [*Vndecim autem discipuli* ,] id est apostoli qui Iuda pereunte vndecim manserunt [*Abierunt in Galilæam* ,]non statim post diem resurrectionis , sed post apparitiones septem prætactas, [*In montem* ,] vt in alto contemplarentur filium dei,quem nemo terrenis implicatus,, & infimis vacans,potest conspicere, [*Ibi constituerat*] id est per angelũ & mulieres,& forte per seipsum mãdauit atque prefixit[*Eis Iesus*]locũ cõueniẽdi,videlicet in montem Thabor , vt illic omnibus gloriosam suam resurectionem ostenderet, vbi ante passionem tribus apostolis futurę resurrectionis gloriam præmonstrauit trãsfigurando se coram illis.[*Et videntes eum adorauerunt*] adoratione latriæ.Iam nempe credebant eum esse naturalẽ filium dei, deum verum & hominem,quemadmodum Thomas iam dixerat,Dominus meus & deus meus.[*Quidam autem dubitauerunt.*] Asserunt aliqui in hac Christi apparitione alios fuisse discipulos,quam vndecim apostoIoann.17. los,quia apostoli(vt dicunt)erant iam certificati & roborati in fide dominicæ resurrectionis propter frequentem Christi apparitionem.Itaque quod dubitauerunt,fuerunt inferiores discipuli. [*Et accedens Iesus*]vt dubitantes certificaret & omnes plenius edoceret, [*Loquutus est eis,dicens,Data est mihi omnis,*] id est perfecta [*Potestas in cælo & in terra,*] id est præsidendi & dominandi omnibus creaturis cœlestibus atque terrestribus. Per cælum itaque & terram,tanquam per duo extrema, intelliguntur & omnia intermedia.Quamuis autem hoc de Christo secundum naturam diuinam aliquo modo queat intelligi,quoniam quicquid habet & est,à patre accepit,& ita à patre susceptit potestatem creandi, gubernandi & præsidendi, tamen principaliter dictum videtur de ipso secundum naturam assumptam. Christo igitur quantum ad suam humanitatem collatus est principatus,imperialisque virtus super vniuersa creata à primo suę incarnationis instanti ratione vnionis cum verbo.Nam eo ipso quo suę huIoann.3. manitati datum est esse vnitum verbo hypostatica vnione,multo amplius datum est ei esse prelatum, & dominari vniuersæ creaturæ. ¶Porrò potestas ista primo data est Christo homini quantum ad authoritatem ab instanti conceptionis in virgine, ex illo instanti cœpit ei dari etiam quantum ad executionem & manifestationem paulatim & pedetentim,secundum moderamen ac dispensationem præordinationis diuinę:vnde supernaturaliter de vtero matris egressus est,& multis miracuMarci.5. lis fulsit in mundo antequam pateret, Virtus quippe exiuit de illo,& sanãs omnes propter quod anteIoann.3. passionem dicebat,Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius.Et rursus,Dedisti ei potestatem oIoann.17. mnis carnis. Veruntamẽ quoniam primus Christi aduẽtus erat quodammodo occultus, & in infirmi H
Esaiæ. 45. tate:iuxta illud Esaiæ,Verè tu es deus absconditus. Et rursus,Dominus voluit eum conterere in infiEsaiæ.53. mitate : ideo dici solet,quod post resurrectionẽ data est Christo omnis potestas hęc quantum ad exe cutionem,& manifestationem , quia extunc cœpit in vniuerso mundo, imò in inferno ac cælo maiestas & dignitas Christi declarari,prædicari seu magnificari:in finali vero iudicio dabitur ei ista poEsaiæ. 45. testas,quantum ad plenissimam consummationem,quando ad eum venient ,confundentur atque vinMatth.15. centur omnes qui repugnãt ei.[*Euntes ergo*]non solum ad oues quæ perierunt domus Israël,sed prout Marci. 16. in Marco scribitur,in mundum vniuersum,vt impleatur illud in Psalmo, In omnem terram exiuit soPsalm.18. nus eorum.[*Docete omnes gentes,*]id est quasdam de omni genere gentium,non solum vnam nationemEsaiæ.66. sed quascunque inueneritis, per vos ipsos & per adiutores atque discipulos vestros, Vnde per Esaiam ait Saluator, Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in mare, in Aphricam, & Lydiam, tenentes sagittam in Græciam & Italiam ad insulas longe ad eos qui non audierunt de me, annuntiabunt gloriam meam gentibus. [*Baptizantes eos*,] id est regenerantes ex aqua & spiritu sancto, lauantes lauacro aquæ in verbo vitæ, videlicet [*In nomine*] nominato & in virtute [*Patris & filii & spiritus sancti.*] Hæc est forma sacramenti baptismi, quam humana authoritate variare nepharium est,quamuis in primitiua ecclesia ad tempus mutata sit ex familiari cõsilio spiritus sancti, ita quod homines baptizabantur in nomine Christi,quod blasphemauerunt incredeli,vt illud clarificetur & ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A gis honoraretur à gentibus. Sed tunc in nomine Christi trinitas intelligebatur, videlicet pater vnges, filius vnctus, spiritus vnctio. ¶ Denique singulariter dicit, in nomine, non in nominibus, ad insinuandum substantialem vnitatem summæ trinitatis: pluraliter autem subiicitur patris, & filij & spiritus sancti, ad denotandum personalem distinctionem. Quorum ergo est vna essentia & vna potestas, etiam est eadem efficientia atque interior lotio seu mundatio à peccatis. ¶ Præterea aduertendum quod præmittit, docentes omnes gentes, hincque annectit baptizantes eos, quoniam catheciſmus præcedit baptiſmum & adulti non baptizantur, niſi primo de his quæ fidei ſunt inſtruantur, niſi in articulo neceſſitatis. [*Docentes eos ſeruare*] id est, memoriter retinere, & opere adimplere se custodire, quemadmodũ ait Psalmista, In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. [*Omnia quæcunque mandauí vobis*] id est, vniuersa præcepta, sine quorum custodia nemo adultus saluatur. Et bene ait, omnia, quoniam vnum sine aliis non potest salubriter obseruari: prout Iacobus protestatur, Quicunque totam legem impleuerit, offendit autem in vno factus est omnium reus. Cui cõsonat quod Salomon loquitur, Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Seruanda sunt ergo vniuersa mandata, aliter non diligitur Christus, secundum quod apud Ioannem inquit, Si quis diligit me, sermones meos seruabit, imò nec aliter vere & digne cognoscitur: iuxta illud Ioannis, In hoc scimus quoniam cognouimus deum, si mandata eius obseruamus. Ecce quàm optimus odor, vt conuertendi primo doceantur in credendis, docti baptizantur, baptizati operentur, & ad operandum quæ iusta sunt, informentur. Deinde ponitur verbum dulce & consolatorium. [*Et ecce*] res notabilis magna & ponderanda, omnique consideratione dignissima vtpote, [*Ego vobiscum,*] hoc est, cum vobis & successoribus vestris, cunctisque fidelibus seu militanti ecclesia [*Omnibus diebus*] naturalibus, videlicet die & nocte, quandiu in hoc mundo versamini tanquam viatores & peregrini ac exules, [*Vsque ad consummationem,*] hoc est finem [*seculi*] inclusiue. ¶ Sic autem Christus cum ecclesia. Primò, per gratiam inhabitando corda fidelium. Secundò, per sacramentalem præsentiam. Tertiò, per continuam prouidentiam, protectionem, atque multiplicem efficientiam suę potestatis, ac pietatis in nos. Hincenim testatur, Ego sto ad ostium, & pulso. Et vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nunquam ergo deficiet fides in toto, sedvsque in finem seculi perseuerabit in aliquibus Christiana religio. ¶ Postremo, tam ineffabiliter, dignanter & intime adest nobis Christus, vt multo amplius quàm Moyses seu populus olim Iudaicus dicere valemus, Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis dominus deus noster vnigenitus filius dei, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per secula infinita super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Pſalm. 118.
Iacobi. 2.
Eccl. eſi. 9.
Ioann. 14.
1. Ioan. 4.
Apoca. 3.
Matt. 18.
Deute. 4.

B

C

✠ DIVI DIONYSII CARTVSIANI IN Euangelium Matthæi Enarrationum, Finis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EVANGELIVM SECVNDVM Marcum enarratio.

PROLOGVS.

Sapient. 6. MVltitudo ſapientum, ſanitas eſt orbis terrarum: Sapientis quippe officium eſt, omnia ordinare, tenebras ignorantiæ ab intellectu audientium propulſare, vitiorum quoque caliginem, quibus vulneratur ac infirmatur natura creata, ab affectu fugare. Sapiens igitur ſanat habitantes in terra à vulneribus animæ, quę ad æternum inducunt interitum: idcirco hortatur ſcriptura, Cum videris ſenſarum, ſtatim euigila ad illum. Theſaurus enim deſiderabilis in ore ſapientis, & Eccleſi.16. Prouer. 21. vir eruditus ſuauis eſt animæ ſuę. Inter excellentiſsimos aut vere atque diuinicus reuelatæ ſapientiæ profeſſores, doctores atque deſcriptores, rite ac digne collocatur beatus Euangeliſta Marcus, cuius hoc loco elucidandum eſt euangelium: qui licet cæteris Euangeliſtis breuior ſit in verbo, tamen ſapientiis par eſt: qui in prophetica viſione Euangeliſtarum præfiguratiua, merito deſignatus eſt per leonem. Primò, quoniam à clamore Ioannis in deſerto exorſus eſt ſcribere. Secundò, quoniam circa Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem ſpecialiter immoratur. In reſurrectione autem ſuſcepit Chriſtus regnum atque imperium, vel potius imperialis regni executionem ac manifeſtationem, quę per leonem regẽ brutorum ſignificatur. Fuit inſuper Marcus principis Apoſtolorum in baptiſmate filius, in Chriſtiana doctrina diſcipulus, in ſermone interpres: de quo Petrus, Salutat vos (inquit) eccleſia quæ eſt in Babylone collecta. & Marcus filius meus. 1. Petri. 5. Dum igitur cum ſancto Petro Romæ reſideret rogatus à fratribus ſcripſit euangelium: ſicut à Petro, imò à ſpiritu ſancto didicerat, ſcriptumque Petro obtulit corrigendum: quod Petrus diligenter examinans, omnique veritate plenum reperiens approbauit, fidelibus tradidit ſua authoritate legendum, quemadmodum Clemens teſtatur. Poſt hæc Marcus Aquilegienſem & Alexandrinam fundauit eccleſiam, habuitque in Alexandria Aegypti tantæ perfectionis diſcipulos, vt Philo eloquentiſsimus Iudæorum, editor libri Sapientiæ, illorum ſanitatem ſumme admirans, de eorum laudibus ſcripſerit librum. Fuit autem Marcus ex Iudaiſmo conuerſus, Leuiticus genere & ſacerdos. Et ſicut ipſe in ſua conſcriptione euangelii ſtuduit breuitati: ſic & ego in expoſitione eius facturus ſum, præſertim cum pene omnia verba eius, in Matthæi Euangelio contineantur, iamq; expoſita ſint. Propter hoc vtriuſque expoſitionem colligendam inſtitui, vt quæ hic curſorie dicuntur, in Matthæo plenius requirantur.

¶Cap. 1. [*Initium ſancti Euangely Ieſu Chriſti filij dei.*] Arti. 1.

SAnctus Euangeliſta præmittit operi ſuo prologum quẽdam breuiſsimum, qui finitur ibi, Fuit Ioannes in deſerto baptizans, ibi enim inchoatur narratio. Ait ergo, [*Initium Euangely*], id eſt, exordium bone annũtiationis, in qua annuntiatur ſalus æterna, & promittitur regnum cœleſte, id eſt, euangelicę legis & Chriſtianæ doctrinæ, [*Ieſu Chriſti filij dei,*] id eſt, tractantis de Ieſu Chriſto, imò & dati ab eo, qui eſt filius dei non adoptiuus ſed naturalis. Chriſtis enim eſt primus & principalis magiſter euangelicæ veritatis, & de ipſo tractat euangelium ab Euangeliſtis conſcriptum. Itaque initium huius euangelij, hoc eſt, id a quo euangelij deſcriptionem incipio eſt, [*ſicut ſcriptum eſt,*] id eſt, quod ſcriptum eſt [*In Eſaia propheta.*] Sicut enim interdum ſignificat ſimilitudinem, & interdum denotat veritatem, vt hoc loco. [*Ecce ego mitto angelum meum,*] hoc eſt, Ioannem præcurſorem, qui angelus, id eſt, nuncius appellatur: & propter ſui officij dignitatem, vitæ perfectionem, & contemplationis altitudinem merito angelus dictus eſt, non quòd ſuperioris eſſet naturæ, ſeu angelus incarnatus, vt dixerunt hæretici. [*Ante faciem tuam,*] .i. ante te & ante tuam declarationem, ſeu tuæ preſentię manifeſtationem ô Chriſte, videlicet vt te annuntiet & oſtendat hominibus. Hæc enim verba allegantur hoc loco in perſona dei ad Chriſtum loquentis. [*Qui præparabit viam tuam,*] hoc eſt, actus bonos ſeu opera virtuoſa diſpoſitiue inducet in cordibus Iudæorum, per quæ intras corda hominum. Per talia enim diſponũtur mentes humanæ ad Chriſti receptionem, qui ſecundum Apoſtolum per fidem habitat in cordibus noſtris. [*Ante te,*] hoc eſt, antequã ingrediaris corda humana: vel ante .i. in conſpectu tuo, & corã te, teque preſente. Per hoc enim quòd Ioannes Baptiſta docendo, baptizando, monſtrando ac proteſtando diſpoſuit populum Iudæorum ad Chriſti notitiam, præparauit Chriſto ingreſſum ad animas Iudęorum. ¶Denique doctrina atque baptiſmus Ioannis fuerunt quædam præparationes doctrinæ & baptiſmatis Chriſti: quoniam per baptiſmum & doctrinam Ioannis diſponebantur Iudæi ad recipiendum doctrinam & baptiſmum domini Saluatoris. Poteſt ergo & ita exponi, qui præparabit viam tuam ante te .i. ad tuæ doctrinæ ac baptiſmi receptionem diſponet ſuos auditores. [*Vox clamantis in deſerto. parate viam domini, rectas facite ſemitas eius.*] Hoc totũ in Matthęo diligẽter & plixe expoſitũ eſt. ¶Sed quęſtio oritur, quomodo Marcus dicat hoc teſtimoniũ in Eſaia deſcriptum, cũ prima pars eius ſcripta ſit in Malachia, & altera in Eſaia? Ad hoc doctores catholici diuerſimode reſpõdẽt. Hieronymus enim putat nomẽ Eſaię ſcriptorũ

Malac. 3. Eſaiæ. 40. Matth. 3. Lucæ. 3. Epheſ. 3. Ioann. 2. Matth. 3. Malac. 3. Eſaiæ. 40. Hierony.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vitio additum. Alij dicunt, quòd Marcus breuitati ſtudens, nomen Malachiæ omiſit, eo quòd vltima pars huius prophetiæ habeatur in Eſaia: & quoniam Eſaias principalior fuit, res autem à fine & â principaliori nomen ſortitur. Sed vere indubitanter dici poteſt quòd tota iam allegata authoritas in Eſaia habetur quantum ad ſenſum, licet quoad tenorem verborum prima pars eius in ſolo Malachia contineatur. Vnde Marcus in lege & prophetis etiam humano ſtudio ante ſuam conuerſionem eruditus, Malac.3.
nomen & verba Eſaiæ commemorans, verba Malachiæ interſerit tanquã declaratiua verborũ Eſaiæ, Quis enim eſt angelus dei ante Chriſtum miſſus, & viam eius aduentui præparans, niſi Ioannes, vox clamantis in deſerto, parate viam domini?

¶Inſuper quæritur, cur Marcus ita allegat, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, &c. cum in Malachia ſic ſcriptum ſit, Ecce mitto angelum meum, & præparabit viã ante faciem meã? Dicendum quòd Chriſtus & Apoſtoli atque Euangeliſtæ frequenter allegãt ſcripturas veteris teſtamenti, potius quoad ſenſum, quàm formam verborum. Sic nunc efficit Marcus, nec diſcrepat quòd Marcus allegat à prædictis verbis Malachiæ, ſed omnino reddit in idem, quia per faciem dei patris vno modo intelligitur Chriſtus. Nam ſicut per faciem res ipſa cognoſcitur ac monſtratur, ſic per filium cognoſcitur
B & oſtenditur pater. Item, quia ad quemcunque venit filius, venit & pater: ſicque Ioãnes parando viã Chriſto parauit viam & patri. [*fuit Ioannes in deſerto*] Iudææ trans Iordanem [*Baptizans.*] Sicut enim naſcendo & prædicando Chriſti natiuitatem & prædicationem, ſic & baptizando Chriſti baptiſmum præuenit, ſeruans vbique ſuæ ordinem præcurſionis. [*Et prædicans baptiſmum pœnitentiæ,*] id eſt, baptiſmum Chriſti ordinatum ad agendum pœnitentiam, bapiſmum (inquam) valentem [*In remiſſionem peccatorum,*] quia per Chriſti baptiſmũ diluuntur peccata. Prædicauit autem Ioannes baptiſmum Chriſti cito futurum, cum dixit, Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Verum Matth.3.
tamẽ ipſe Ieſus non baptizauit generaliter, ſed diſcipuli eius. De hac materia multa tractata ſunt ſupra Lucæ.3.
in Matthæo, idcirco prætermitto. [*Et egrediebatur ad illum,*] videlicet ad Ioannẽ tunc exiſtentẽ circa Ior Ioann.1.
danẽ, vẽnit enim à deſerti latibulis ad ripã Iordanis vt populũ baptizaret [*Omnis Iudææ regio,*] .i. omnes Lucæ.4.
habitantes in regione Iudæorum, hoc eſt, quidam de omnibus, [*Et Hieroſolymitæ vniuerſi,*] id eſt, habita Matth.3.
tores Hieruſalem. Iſta diſtributio intelligenda eſt pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum, vt ſit hyperbolica locutio: iuxta quem modũ ait Apoſtolus. Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. [*Et baptizabantur ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua*] in generali, non cõfeſſione ſacramentali, pro vt confeſsio ponitur nouæ legis ſacramentũ. [*Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli*] Quod hic de veſtitu & de victu Ioannis inducitur, ſcriptum atque poſitum eſt in Matthæo. [*Et prædicabat dicens, venit fortior põſt me,*] vtpote Chriſtus, virtus & ſapientia patris, de quo ait Pſalmiſta, Domi- Pſalm.23.
nus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Hic venit poſt Ioannem, quoniam ſicut natus eſt de virgine poſt Io
C annem ſic etiam cœpit manifeſtare, docere, & miracula facere, poſt inchoationem prædicationis Ioannis. [*Cuius non ſum dignus procumbens*] id eſt, ante eum inclinans, ſeu procidens [*ſoluere corrigeam calciamẽtorum eius,*] id eſt, in re corporali, exteriori, & minima ei ſeruire: propter incomparabilem eius excellẽtiam ſuper me. Omnia iſta plenius elucidata ſunt in Matthæo. [*Ego baptizaui vos aqua*] corpora abluendo, non animas à vitiis expurgando; quia baptiſmus meus non confert nec continet gratiam: [*ille vero baptizabit, vos ſpiritu ſancto,*] id eſt, in ſuo baptiſmo gratiam ſpiritus ſancti intus purgantem vobis infundet, dummodo volueris credere in eum: ficte enim accedentibus non infunditur gratia in baptiſmo: imprimitur tamen character, propter quod non rebaptizabantur, quoniam fictione ceſſante, baptiſmus conſequitur ſuum effectum. [*Et factum eſt in diebus illis, venit Ieſus a Nazareth Galilææ ad Iordanem, & baptizatus eſt in Iordane a Ioanne.*] non quia indiguit, ſed omnem impleret iuſtitiam, vt humilitatis daret exemplum, vt aquis vim regeneratiuam præſtaret, & Ioannis baptiſmum confirmaret, nobiſque maximam gratiam mereretur. [*Et confeſtim aſcendens de aqua*] Iordanis [*Vidit cælos apertos, & ſpiritum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo.*] Hoc tam de Chriſto, quàm de Ioanne intelligi poteſt: vterque enim ſimul exiuit de aqua Iordanis, tuncque ambo viderunt cælos apertos, & ſpiritum ſanctum in forma columbæ ſuper caput Chriſti deſcendere atque manere. [*Et vox de cælo facta eſt,*] id eſt, ab angelo loquente in perſona dei patris, in aëre ſeu cælo aëreo, [*Tu*] Chriſte [*Es filius meus dilectus, in te complacui.*] De hac ſuperbenedictæ trinitatis appariuione in Chriſti baptiſmo, & quo-
D modo intelligenda ſit cælorum apertio, aliique notabilibus præſentem concernentibus locum introducta ſunt plurima in Matthæo, [*Et ſtatim*] poſt receptionem baptiſmi [*ſpiritus*] ſanctus [*Expulit,*] id Ioann.1.
eſt prompte ac feruide, mouit & duxit [*Eum,*] ſcilicet, Chriſtum [*in deſertum.*] Chriſtus nanque ſe- Matth.3.
cundum aſſumptam humanitatem in omnibus promptiſsimè atque celerrimè obediuit inſtinctui ſpiritus ſancti, tanquam ple niſsimus ſeptem donis ſpiritus ſancti, per quæ redditur anima bene mobilis à ſpiritu ſancto: iuxta illud Apoſtoli, Quicunque ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei, ad hoc inſinuandum Euangeliſta ait, Expulit eum. [*Et erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur a ſatana.*] Hoc totum in Matthæo expoſitum eſt, [*Eratque cum beſtiis*] eremi quæ ei nocere non poterant, [*Et angeli miniſtrabant ei*] tanquam ſuperiori ac domino maieſtatis, ſicque rationalia & ir- Matth.4.
rationalia ei ſubiecta fuerunt. Per quod oſtenditur duplex in Chriſto natura, puta humana ac diuina. Quòd enim cum beſtiis verſabatur, humanæ naturæ fuit humilitas: quòd vero ab angelis honorabatur, diuinæ extitit maieſtatis indicium. [*Poſtquam autem traditus eſt Ioannes,*] id eſt, ab Herode captus & incarceratus, [*Venit Ieſus in Galilæam prædicans*] [generaliter & publice] [*Euangelium regni dei,*] id eſt, doctrinam nouæ legis, in qua annuntiantur regnum cœleſte, qua etiam ſua obſeruatione introducit ad illud. ¶Sciendum quod ante incarnationem Ioannis, Chriſtus collegit quoſdam diſcipulos, prædicauit, & miracula fecit, prout Ioannes euangeliſta teſtatur, tamen quoniam prædi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

catio Ioannis præparatoria fuit ad Christi prædicationem, propterea non prædicauit publice, & con- E
Ioann. 2. muniter nisi post traditionem Ioannis: ideo Marcus loquitur, ac si Christus prædicationem suam in-
Galat. 4. cepisset post comprehensionem præcursoris. [*Et dicens, Quoniam impletum est tempus,*] hoc est, plenitudo
Actu. 3, temporis iam aduenit in quo pater me misit filium suum, & tempus gratiæ à prophetis prænuntiatum
Psalm. 4. nunc adest: vnde in Actis ait Petrus, Omnes prophetæ à Samuele & deinceps annuciauerunt dies i-stos: [*Et appropinquabit regnum dei,*] id est, ianua regni cælestis per meam passionem cito aperietur, & sempiterna hæreditas tribuetur electis, [*Pœnitemini*] id est, de peccatis vestris compungimini & dolete, [*Et credite euangelio,*] id est euangelicæ prædicationi ac legi, quam vobis propono. [*Et præteriens Iesus circa mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius.*] Hoc loco describit Euangelista vocationem quatuor Apostolorum ad Christi discipulatum, videlicet Petri & Andreæ, Iacobi & Ioannis, patetque sententia ex his quæ in Matthæo prehabita sunt. Hic tamen additur vnum verbum, quod ibi nõ ponitur vtpote, [*Cum mercenarys,*] & est sensus, quòd Iacobus & Ioannes reliquerunt patrem suum Zebedæum & mercenarios, id est, eos qui pro mercede eum iuuabant in opere piscationis. [*Et egrediun-tur*] Iesus eiusque discipuli [*Capharnaum*] vrbem in Galilea præcipuam, in qua Christus ad tempus habitauit, & in principio suæ prædicotionis multoties docuit, signaque fecit. [*Statim sabbatis,*] id est, die sabbati quo Iudæi maxime concurrebant ad audiendam lectionem legis & prophetarum [*Ingressus in synagogam*] id est, domum in qua Iudæi ad orandum & audiendum verbum dei confluebant, loquitur F
autem de synagoga in Capharnaum cõsistente, [*Docebat eos,*] id est, Iudæos cõcurrentes, [*Et stupebant*] id est, multum mirabãtur [*super doctrina eius.*] cuius subiũgitur ratio, [*Erat enim docens eos quasi potestatem habens,*] hoc est, valde potenter, & efficaciter loquens, corda audentium compungens & excitãs, quasi ignea proferens verba, suamque prædicationem confirmans miraculis. [*Et non sicut scribæ,*] qui docebant & non operabantur, habentes folia sine fructibus, foris perstrepentes & intus parum aut nihil proficientes. [*Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo*] id est possessus à dæmone, [*Et clamauit*]
Lucæ. 4. dæmon per os hominis à se obsessi. Doluit enim de salutari doctrina Christi, & se expellendum expa-
Mnci. 16. uit. [*Quid nobis & tibi Iesu Nazarene?*] id est, cur accessisti ad nos, qui tecum communionem nullam habemus neque ad te pertinemus? [*Venisti perdere*] id est, vincere [*Nos?*] nostram potestatẽ frangendo, & peccatores saluando, & nos expellendo atque ad inferos retrudendo. [*Scio quia sis sanctus dei*]. i. sanctus sanctorum, & Christus in lege promissus, per excellentiam sanctus vocatus, de quo Daniel, Vngatur (inquit) sanctus sanctorum. Et in Psalmo, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. ¶ Deniq;
Daniel. 9. quomodo dæmones & Iudæi nouerant Iesum Christum, an scilicet certitudinaliter, an coniecturali-
Psalm. 15. ter, sæpe tractatum est Matthæo. Non enim dæmones hoc sciebãt certitudine absoluta ac stabili, quẽadmodum nec Iudæi: poterant tamen diaboli hoc certius agnouisse quàm homines, imò & certitudinaliter hoc sciuissent, nisi diuina dispensatione fuissent prohibiti, vt Christi passio impleretur. [*Et communicatus est ei Iesus, dicens, Obmutesce,*] hoc est, ne amplius perhibeas testimonium mihi. Cum enim sim G
veritas, testimonio tuo non egeo: cum sis mendax, & vera praua intentione profaris, vt falsa miscendo decipias. [*Et exi ab homine isto, Et discerpens,*]. i. corporaliter affligens [*Eum spiritus immundus.*] Vnde in Luca legitur, quòd proiecit eum in mediũ, nam inuitus exiuit. [*Et exclamans voce magna*] quasi victus & violentiam passus, tristissimusque effectus, [*Exiit ab eo, & mirati sunt omnes*] qui aderant, non solum in opere miraculoso, sed & in modo operis, [*Ita vt conquirerent*]. i. simul inter se quærerent, inter se dicentes, [*Quid nam est hoc?*] non enim viderant simile fieri ab exorcistis Iudæorum. [*Quæ est doctrina hæc noua?*]. i. prius inaudita & documentis legis ac prophetarum perfectior, quæ confirmatur prodigiis tam imperiosis. [*Quia in potestate,*] id est, magna & propria authoritate seu verbo imperiali non adiutorio [*Spiritibus immundis imperat, Et obediunt ei.*] Videntur isti plurale ponere pro singulari. Non enim viderunt, nisi vnum obsessum sanari, sed eadem virtute qua videbant vnum à Iesu sanatum, credebant, & alios posse ab eo sanari. [*Et processit rumor*] id est fama [*Eius statim in omnem regionem Galilææ. Et protinus egredientes*] Iesus & eius discipuli [*De synagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ*] cum Iacobo & Ioanne. Intrauit Iesus ad suos familiares amicos & notos ad pausandum & reficiendum. [*Decumbebat autem,*] id est iacebat [*Socrus Simonis,*] id est mater coniugis Petri [*Febricitans. Et statim dicunt ei,*] id est Christum rogabant [*De illa,*] id est pro curatione ipsius. [*Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius, & con-* H
tinuo dimisit eam febris]. i. subitò curata est, [*Et ministrabat eis.*] de isto miraculo dicta sunt plura in Matthæo. [*Vespere autem facto (scilicet) cum occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes,*] id est, infirmos loci illius. Audita enim curatione dæmoniaci, & socrus Petri, conceperunt fiduciam, quod Christus cæteros omnes infirmos sanare posset ac dignaretur. [*Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam*] domus in qua extitit Iesus, id est, multi de ciuitate: iuxta communem modum loquendi. Diuersi enim ex diuersis causis confluxerunt, quidam ex curiositate propter nouitatem gestorum, quidã ex necessitate, quidam vt pro suis infirmis rogarent, quidam vt tantorum signorum operationem viderent vel eius do-
Matth. 8. ctrinam audirent, [*Et curauit multos qui vexabãtur variis languoribus.*] In Matthæo habetur, quòd omnes infirmos adductos curauerit. Vnde sensus est, Et curauit multos, id est, omnes sibi oblatos, qui fuerãt multi. [*Et dæmonia multa eiiciebat*] ab obsessis, solo verbo seu imperio, [*Et non sinebat ea loqui*]. i. non permisit dæmones dicere, [*Quoniam sciebant eum,*] hoc est, quòd noscerent Iesum esse Christum, secundũ modum notitiæ iam expressæ. Eisdem autẽ rationibus prohibuit hoc istis dæmonibus, quibus & demoni de quo paulò antè facta est mentio. [*Et diluculo valde surgens*] contra eos qui diu dormierunt. Iu-
Eccles. 39. stus enim cor suum tradet advigilandũ diluculo ad dominum. [*Egressus*] de ciuitate [*Abiit in desertum locum*] docens post perpetrationẽ miraculorũ & sermocinationes præclaras fugere laudes humanas, hominumq; aspectũ, [*Vbique orabat*] ad designandũ, quod locus solitarius, aptissimus est ad orandũ, quam-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uis ipſe nullo exteriori poterat ab vnione interna cum deo impediri, ſicut nec aliquo modo poterat adiuuari, vnde quod grâtia orationis toties ſolitudinem petiit, pro noſtra vtique fecit inſtructione, vt & nos ita agamus. [*Et proſecutus*] id eſt prope ſecutus [*eſt eum Simon, & qui cum eo erant*] id eſt diſcipuli alij decuit nanque, vt magiſtrum mente & corpore ſequerentur. [*Et cum inueniſſent eum*] in loco ora- Matth.6.
tionis, in quo ſe paululum elongauit ab eis, Orans patrem ſuum in abſcondito, [*Dixerunt ei, Quia omnes*] de quibus dictum eſt, [*Quærunt te*] animarum & corporum incomparabilem medicum, & efficaciſsimum ſanatorem, nempe (vt dictum eſt) ob diuerſas cauſas quærebant & concurrebant ad eum. [*Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates*] eundo de diſtantia in diſtans per media, & de loco ad locum ordinate, [*Vt & ibi predicem. Ad hoc enim veni*] per incarnationem in mundum, videlicet vt omnibus ouibus perditis domus Iſraël ſine perſonarum acceptione verbum ſalutis proponam. [*Et erat pre* Matth.1.
dicans in ſynagogis eorum,] hoc eſt proximorum ciuitatum. [*Et in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens.*] Conſequenter in ſpeciali deſcribitur curatio vnius leproſi propter magnitudinem deuotionis ſuæ ac fidei. Deuotio enim & fides leproſi oſtendebantur in hoc, quòd genuflexo dixit ad Ieſum, Si vis po- Marci.8.
tes me mundare.

¶Porrò miraculum iſtud & expoſitio eius, deſcripta ſunt ſupra in Matthæo, Aliquid tamen hic additur, ſcilicet, [*At ille,*] ſcilicet leproſus à Chriſto curatus, cui præceperat Chriſtus vt nemini diceret
B gratiam ſanitatis ſibi collatæ, [*Egreſſus*] à Chriſto [*Cœpit prædicare & diffamare,*] hoc eſt diuerſimodè promulgare [*Sermonem*] id eſt narrationem de ſua curatione: non tamen inobediens fuit, quia ex dilectione & deuotione Chriſti hoc fecit. Chriſti autem præceptum intelligendum erat, ne ex vanitate & ſine ratione ad iactantiam faceret hoc. vel ſecundum alios Chriſtus præcepit, vt taceret vſque dú oſtendiſſet ſe ſacerdoti, & poſtea dicere potuit, [*Ita vt non*] hoc eſt vix vel difficulter [*Poſſet*] Ieſus [*Manifeſte in ciuitatem introire*] propter multitudinem ſibi occurrentem, & eum comprimentem vicisſim. [*Sed foris in deſertis locis eſſe,*] poterat tamen Chriſtus omnia ſecundum ſuam abſolutam potentiam, ſed Lucæ. 8.
Euangeliſta loquitur ſecundum exteriorem apparentiam, & ſolitum modum loquendi. [*Et conueniebant ad eum vndique*] diuerſis ex cauſis, vt dixi.

¶Caput II. [*Et iterum intrauit in Capharnaum poſt dies octo.*]
Articulus, II.

C *ET iterum intrauit*] Ieſus [*Capharnaum poſt dies octo, & auditum eſt quòd in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita vt non caperet*] hoc eſt, contineri & capi ſeu ſtare non poſſent, [*Neque ad ianuam*] domus in qua extitit Chriſtus: ſed aliqui ipſam domum introie-
E runt [*et loquebatur eis verbum*] vitæ æternæ. Conſequenter deſcribitur curatio paraly Matth.9.
tici. de qua plenius dictum eſt in Euangelio ſancti Matthæi, idcirco nunc celerius Lucæ.5.
pertranſibo. [*Et venerunt*] viri aliqui [*Ferentes ad eum,*] hoc eſt ad Ieſum. [*Paraliticum qui a quatuor portabatur*] vna cum lecto in quo iacuit. [*Et cui non poſſent offerre*] id eſt præſentare [*Eum*] paralyticum [*Illi*] ſcilicet Chriſto, [*Præ turba,*] quoniam propter turbam non poterant per ianuam ingredi domum in qua docuit Chriſtus. [*Nudauerunt tectum vbi erat,*] id eſt tectum domus illius aſcenderunt. & facta illic apertura, per tegulas depoſuerunt lectum cum languido: vnde nunc ſubditur, [*Et patefacientes,*] id eſt tectum illud aperientes [*ſubmiſerunt grabatum in quo paralyticus iacebat.*] Tecta enim in locis illis plana fuerunt, habueruntque ianuam qua ad ea aſcendebatur per quam aliqui dicunt lectum fuiſſe ſubmiſſum cum paralytico iſto. hoc quia tamen hic dicitur, quod nudauerunt tectum, & Lucas quoque ait quòd per tegulas ſubmiſerunt infirmum, magis apparet, quod in ipſo tecto nouam fecerunt aperturam. Cætera quæ hic de iſto miraculo recitantur, patent ex his quę in Matthæo dicta ſunt. Hic tamen dicitur, quòd Ieſus cognouit ſpiritu ſuo cogitationes ſcribarum: & poteſt per ſpiritum Chriſti intelligi ſpiritus ſanctus, de quo ait Apoſtolus, Si quis ſpiritum Chriſti Lucæ.5.
D non habet, hic non eſt eius: cuius vtique ſpiritus virtute & gratia Chriſtus vt homo agnouit cogitatio- Matth.9.
nes vniuerſorum. Et poteſt quoque per ſpiritum Chriſti intelligi intellectus animæ eius, quo omnia Roma.8.
præterita, præſentia & futura cognoſcit. Et egreſſus eſt rurſus ad mare, quod currit per Galilæam. Iudæi autem quamlibet magnam congregationem aquarum nominant mare: quem loquendi modũ ſer- Gene.2
uauerunt Euangeliſtæ, [*& cum præteriret*] loca illa, [*Vidit Leui Alphæi*] .i. Matthæum filium Alphæi Matthæus enim alio nomine dictus eſt Leui. [*Sedentem ad telonium,*] Porrò quæ ſubiunguntur hoc lo- Matth.9.
co de vocatione Matthæi & punctis annexis, dicta atque expoſita ſunt in Matthæo. Deinceps Marcus Lucæ.5.
deſcribit diſceptationem diſcipulorum Ioannis & phariſæorum cum Ieſũ, & litera patet pleniſsimè ex his dictis quæ in Matthæo dicta ſunt [*Et factum eſt igitur cum ambularet Ieſus ſabbatis per ſata.*] Hic Euangeliſta commemorat, quomodo Ieſu ambulante per agros ſeminatos & blada portantes, diſcipuli Matth.9.
eius fame compulſi, ſpicas ſumpſerunt & comederunt, quo viſu phariſæi increpabant Chriſtũ. Quic- Matth. 12.
quid autem hic ſcribitur de hoc facto, ſupra expoſitum eſt in Matthæo. Lucæ.6.

¶Sed quærendum eſt, quomodo Marcus dicat, ipſum Dauid intraſſe domum dei ſub Abiathar prin- Matth. 12.
cipe ſacerdotum, cum in lib. Regum legatur, id factum ſub Achimelech pontifice? Et reſpondendum 1.Reg.21.
quòd iſte Abiathar fuit filius Achimelech, ſuccedens ei in ſacerdotis principatu, & patre eius viuente, egit interdum vices ipſius, ideo Dauid dicitur introiſſe domum dei ſub eo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Cap. III. [*Et introiuit iterum in synagogam.*] E
Articulus,tertius,

Matth.12. DEinde recitat Euangelista,quomodo Christus sanauerit hominem, cuius aruit manus, & planus est sensus huius loci ex his quæ in Matthæo dicta sunt. [*Et circonspiciens*] Iesus [*Eos*] id est incredulos Iudæos ac pharisæos [*Cum ira*] per zelum, id est cum moderato appetitu vindictæ propter iniuriam deo illatam, vel saltem cum vultu iram prætendente. Fuit autem in Christo ira per zelum, quæ tamen actum rationis in ipso nullatenus perturbabat, quia in ipso vnaquæque potentia animæ exercuit actum suum,non impediendo alterius actum potentiæ:in aliis tamen ira etiam quæ est per zelum,turbat aliqualiter oculum mentis, quoniam anima circa actum vnius potentiæ multum intenta & occupata,impeditur in actu alterius potentiæ. Hæc autem ira mansuetudini non repugnat,cuius est passionem iræ ordinare, sed ira per vitium. [*Contristatus super cæcitate cordis eorum*]misericorditer condolens eis. Fuit ergo in Christo tristitia virtuosa ex charitate & pietate descendens, quia errantibus compatiebatur. Fuit quoque in eo passio tristitiæ moderata ac naturalis,quia inferior pars animæ eius sequebatur partem
Esaię.42. superiorem. Quod autem in Esaia de Christo inducitur,Non erit tristis nec turbulentus,intelligen- F
Prouer.12. dum est de seculari, carnali, & inordinata tristitia, quæ non cadit in virum perfectum, quemadmodum Salomon contestatur, Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. [*Exeuntes autem pharisæi cum Herodianis,*]id est militibus Herodis, vel(vt alij dicunt) cum his qui putabant Herodem esse Christum, [*consilium faciebant, quomodo illum perderent,*] id est qualiter Iesum occiderent. [*Et Iesus cum discipulis suis secessit ad mare,*] dans locum furentibus, [*Et dixit discipulis suis, vt naucula sibi deseruiret,*] id est nauem sibi adducerent, eámque intraret, & staret in mari iuxta ripam, [*Propter turbam*] stantem & accurrantem in terra, [*Ne comprimerent eum.*] in quo ostendit se verè fuisse passibilem, atque sæpe ad tempus vitasse incommoda corporis, vt tempore diuinitus præstituto pateretur. Et quamuis poterat turbæ pressuram sine lesione & pœna sustinere per viam mirabiliter: noluit tamen humanum subsidium deuitare, vt veritatem assumptæ naturæ ostenderet. [*Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum,vt illum tangerent.*] Nam virtus exibat de illo, sanabátque omnes. [*Quotquot autem habebant plagas,*] id est varias infirmitates, [*Et spiritus immundi*] id est diaboli in obsessis.
Lucæ.6. Vel, spiritus immundi, id est obsessi à dæmonibus, [*Cum videbant illum, procidebant ei*] sponte vel coacte, reuerentiam exhibendo: & si aliqui languidi talem infirmitatem habebant, quòd ante suam G
curationem se coram Iesu prosternere non valebant, tamen sanitate recepta,hoc facere poterant. [*Et clamabant*] dæmones, per obsessos, [*Dicentes,Tu es filius dei.*] hoc coniecturaliter asserebant,non cum certitudine constanti & absoluta. [*Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum,*] id est ne vltra dicerent coram populo Iesum esse Christum filium dei. contempsit enim testimonium dæmonum, propter causas introductas.

¶Sed cur dæmones dixerunt tot bona de Christo? Dicendum, quòd coacte vel malo fine, & ob alias
1.Cor.2. causas quas non est facilè excogitare,& forte, vt eius passionem impedirent, scientes quòd nunquam crucifigerent dominum gloriæ ipsi Iudæi,si eum agnoscerent.[*Et ascendens Iesus in montem, vocauit ad se quos voluit ipse,*]id est quos præ alijs ad hoc elegit, videlicet quosdam ex discipulis, [*Et venerunt ad*
Matth. 10. *eum*]in montem,[*Et fecit vt essent duodecim cum illo,*]id est duodecim apostolos fecit sibi specialiter ad-
Lucæ.9. hærere,vt essent sibi quasi collaterales,familiares & proximi.[*Et vt mitteret eos prædicare.Et imposuit Simoni nomen aliud(scilicet)Petrus,*]quod interpretatur firmus siue obediens principalis, [*Et Iacobum filium Zebedæi,& Ioannem fratrem Iacobi*]vocauit,[*Et imposuit eis nomina Boanerges,quod est filij tonitrui,*]propter altisonam & efficacissimam prædicationem ipsorum. & quia in transfiguratione Christi audie-
Matth. 16. runt vel potius audituri erant vocem patris dicentis, Hic est filius meus dilectus. Huiuscemodi enim
Lucæ.3. vox appellatur tonitruum,eo modo quo scriptum est in Iob, Quis poterit tonitruum magnitudinis
Iob.26. eius intueri?Hæc autem mutatio nominum spiritualem innouationem & gratiam specialem designa- H
Matth.10. uit.Cætera quæ hic dicuntur, plenius elucidata sunt in Matth.[*Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba ad Iesum,*]vt salutis verbum audirent, [*Ita vt non possent neque panem manducare*] id est tam feruenter ac perseueranter insistebat Christus verbo prædicationis,quòd discipuli eius non habebant quietum tempus ad manducandum. [*Et cum audissent sui*] id est cum discipuli Christi, & maximè quidam ex consanguineis suis ex parte matris,de quibus ait Ioannes, quòd fratres eius nondum credebant in
Ioan.7. eum.Cum igitur isti audissent verba Iesu,quæ erant supernaturalia,ardua,insolita,rudibúsque Iudęis penitus inaudita, [*Exierunt tenere eum,*] hoc est comprehendere vel ligare Iesum tanquam arreptitium vel ligare Iesum tanquam arreptitium vel insanum.[*Dicebant enim,quoniam in furorem versus est,*]id est furiosus effectus.quoniam enim audierunt eum talia prædicare,nec à prædicatione cessare, nec corporalia commoda curare,opinati sunt, quòd esset in furorem conuersus: quemadmodum Festus ait ad
Act.28. Paulum,Multæ literæ ad insaniam te conuertunt. Voluerunt ergo Iesum tenere,ne ex insania sibipsi, vel aliis nocumentum inferret. [*Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant.dicebant,Quoniam Beelzebub habet,*]id est à dæmone sic vocato obsessus est.[*Et quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.*] Locus iste in
Lucæ.11. Matthæo plenè atque diffusè expositus est,ita vt illis pensatis,ista facillimè intelligantur. Item quod
Matth.12. subditur.[*Et veniunt mater eius & fratres.*]Explanatum quoque est in Matthæo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Caput. IIII. [*Et iterum cœpit docere ad mare.*]
Articulus. IIII.

[*Et iterum cœpit docere ad mare,*] vt aquam ſapientiæ ſalutaris iuxta maris fluenta affluereț. Quæ autem hoc loco dicuntur de parabola ſeminantis, expoſita ſunt in Matthæo, [*Et dicebat illis,*] hoc eſt, diſcipulis ſuis, [*Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur aut ſub lecto?*] quaſi dicat, non. Ideo enim lucerna adducitur atque accenditur, vt ponatur ſuper candelabrum, ſeu in loco patenti, vt luceat his qui in domo ſunt. Per hoc Saluator ſignificauit, quòd euangelica doctrina quæ cõparatur lucernæ, non eſſet occultanda, ſed primo Iudæis, deinde omnibus gentibus prædicanda. [*Non enim eſt aliquid abſconditum quod non manifeſtetur.*] quia ad minus in die iudicii Chriſtus omnia abſcondita manifeſtabit, niſi interim in confeſsione aperiantur. [*Neque factum eſt occultum,*] hoc eſt, nullum opus deum latet, [*Sed vt in palam veniat.*] id eſt, manifeſtum fiat. Ideo nanque permitteret deus mala, niſi poſſet ex illis elicere bona. [*In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis,*] id eſt, iuxta modum & exigentiam operum veſtrorum, præmium recipietis. [*Et adijcietur vobis,*] quoniam deus remunerat vltra condignum, & bene agentibus ac deum honorantibus adiecit gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. [*Et dicebat, Sic eſt regnum dei,*] hoc eſt, ita ſe habet negotium quod agitur in eccleſia militanti, vel in quocunque fideli, cuius conuerſatio eſt in cælis, & in quo Chriſtus per fidem & gratiam regnat. [*Quemadmodum ſi iaciat homo*] agricola [*Semenţ*] id eſt, ſemen, [*In terram, & dormiat & exurgat*] homo ille [*Nocte ac die,*] congruis horis die & noctis ad videndum negotia ſua, iuxta literalem ſignificationem plana eſt litera.

Matth. 13. Lucæ. 18. Matth. 5. 1. Cori. 4. 2. Corin. 5. Philp. 3.

B

¶ Figuraliter autem per hominem ſeminantem intelligitur Chriſtus: per ſemen vero, verbum dei, quod proiicit Chriſtus in corda noſtra: per terram, mens hominis. Quamuis autem Chriſtus non dormiat modo, tamen per modum dormientis ſe habet, dum homines propriæ libertati relinquens, quaſi abſentẽ ſe exhibet. Ideo enim ait Pſalmiſta, Exurge quare obdormis domine? Quemadmodum ergo homo Agricola mittit ſemen in terram, ſic Chriſtus per ſe & ſuos miniſtros transfundit verbum dei in mentes humanas, & ſicut homo talis dormit, & debitis horis ſurgit, ac viſitat agrum ſuum: ſic Chriſtus ad tempus per modum dormientis ſe habet, nihilominus die ac nocte viſitat occulte ſuam eccleſiam. [*Vltro enim,*] id eſt, ſponte ac prompte [*Terra fructificat,*] id eſt, cor hominis ſemine verbi dei fœcundatum, opera bona producit, [*Primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.*] Per herbam intelligi poteſt opus incipientium, ſeu timor ſeruilis: per ſpicam opus proficientium, vel ſpes vitæ futuræ, aut timor initialis: per plenum frumentum opus perfectorum, ſeu feruor & actio charitatis. Quemadmodum itaque terra quodam ordinato proceſſu venit ad bladum, ſic cor ſucceſsiue pertingit ad opus perfectum. [*Et cum ex ſe produxerit fructus,*] hoc eſt, cum cor hominis ad perfectionem

Lucæ. 8. Pſal. 120. Pſalm. 43.

C deuenerit, [*Statim mittit falcem,*] id eſt, tunc Chriſtus per mortem abſcindit ac tollit hominem virtuoſum de mundo, ponens eum in area regni cœleſtis, [*Quoniam adeſt meſſis*], id eſt, maturitas meritorum, & tempus colligendi electos in patria. [*Et dicebat*] Saluator, [*Cui aſſimulamus regnum dei,*] id eſt, eccleſiam militantem, ſeu ſtatum atque negotium eius. [*Aut cui parabolæ,*] id eſt, rei per ſermonem parabolicum deſignatæ, [*Comparabimus illud?*] Quærit Chriſtus, non quaſi dubitans, ſed attentos nos faciens. [*Sicut granum ſinapis.*] Parabola iſta plenius habita atque explanata eſt in Matthæo. [*Et talibus multis parabolis,*] quæ in Matthæo deſcribuntur, [*Loquebatur eis,*] id eſt, rudi, indoctæque turbæ, [*Prout poterant audire,*] hoc eſt, capere. Proportionabatur enim aliqualiter ſuum ſermonem capacitati audientium. Ideo enim vtebatur ſimilitudinibus rerum notarum, vt aliquo modo intelligerent quæ dicebantur, quamuis ſenſum myſticum & perfectum non poterant capere. [*Et ait illis,*] ſcilicet diſcipulis, [*In illa die cum ſero eſſet factum,*] id eſt, hora veſpertina, [*Tranſeamus contra,*] id eſt, ad locum oppoſitum vltra mare, [*Et dimittentes turbam, aſſumunt eum ita vt erat in naui*] Conſequenter euangeliſta deſcribit, quomodo Chriſto cum diſcipulis nauigante, orta & ſedata eſt procella, ſiue tempeſtas in mari, quod in Matthæo expoſitum eſt.

Pſalm. 13. Matth. 13.

D ¶Cap. v. [*Et venerunt trans fretum*].
Articulus. v.

[*Et venerunt*] Chriſtus ac diſcipuli eius per nauem, [*Trans fretum maris*] id eſt, aquam nauigabilem, [*In regionem Geraſenorum.*] Hoc loco Marcus deſcribit ſanationem dæmoniaci à legione dæmonum obſeſsi, & patet intellectus huius ſcripturæ ex his

E quæ in Matthæo dicta ſunt. [*Et deprecabantur*] dæmones [*Eum*] videlicet Ieſum [*Multum ne ſe expelleret extra regionem,*] id eſt, terram illam.

Matth. 8.

¶ Vnde in Luca leguntur rogaſſe, ne præciperet eis ire in abyſſum. Dæmones enim cupiunt eſſe cum hominibus, non ex dilectione, ſed odio: & deus inter eum permittit hoc ad ampliorem coronam & gloriam electorum, [*Cumque aſcenderet*] Ieſus [*Nauim,*] vt reuerteretur in terram ſuam, [*Cœpit illum deprecari qui a dæmonio vexatus fuerat,*] & ſanatus [*Vt eſſet cum illo,*] id eſt, vt Ieſus permitteret eum ſecum eſſe & conuerſari. Voluit enim gratus eſſe Chriſto pro beneficio tanto. [*Et non admiſit eum*] ſecum eſſe, [*Sed ait illi, Vade in domum tuam & ad tuos, & annuntia illis quanta tibi dominus fecerit. Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli,*] id eſt, in prouincia decẽ ciuitates habente. Præterea recitat Marcus, quomodo Chriſtus reſuſcitauit filiam archiſynagogi

Lucæ. 8. Matth. 9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nomine Iairi, & qualiter eundo ad ſuſcitationem illius curauit in via mulierem à profluuio ſanguinis, E
vtrunque autem miraculum in Matthæo explanatum eſt. Patet itaque ex Euangelio, quòd Chriſtus interdum prohibuit miracula ſua publicare, quandoque vero iuſſit ea manifeſtari: ad inſtruendum, quòd fideles interdum debeant opera ſua virtuoſa manifeſtare ad gloriam dei, ædificationemque proximi ex charitate, prout Paulus ſæpiſsime fecit: interdum vero debent ea occultare ex humilitate. Denique aliqui dicunt, quòd Chriſtus prædictum dæmoniacum non admiſit ad ſuum diſcipulatũ, propter præcedentis paſsionis horrorem, & ne dæmoni aſcriberentur opera quæ faceret virtute Chriſti exiſtendo cum eo: & ob id furioſi ac dæmoniaci etiam poſt curationem in eccleſia non promouentur.

¶ Cap. VI. [*Et egreſſus inde abiit in patriam ſuam.*] Artic. VI.

[*ET egreſſus inde.*] videlicet à domo archiſynagogi, [*Abiit in patriam ſuam*] Galilæam. Porrò quod ſcribitur hic de æmulatione, ſuſurratione, & ſcandalizatione Iudæorum propter doctrinam Chriſti, ſcriptum & elucidatũ eſt in Matthæo. Matth. 13. Ibi enim oſtenſum eſt, quomodo Marcus dicat dixiſſe Iudæos de Ieſu, Nonne hic eſt faber filius Mariæ, cum Matthæus ſcribat eos dixiſſe, Nonne hic eſt F
fabri filius? Quod vero hic ſubditur, [*Non poterat ibi virtutem*] id eſt, operationem miraculoſam [*Vllam facere, &c.*] intelligendum eſt de potentia Chriſti ordinata, quia non decuit propter illorum peruerſitatem, non de potentia ſua abſoluta. [*Et mirabatur propter incredulitatem illorum.*] Qualiter admiratio locum in Chriſto habuerit, tra- Lucæ. 4. Matt. 8.
ctatum eſt plenius in Matth. vbi Salutaor legitur propter fidem Centurionis fuiſſe miratus: quemadmodum vero de illius fide, ſic de iſtorum perfidia mirabatur. [*Et circuibat caſtella in circuitu docens.*] Nã quamuis ingratos incredulóſque compatriotas reliquiſſet, proceſsit tamen ad eos, de quorum informatione ſpes erat. [*Et conuocauit*] Ieſus [*Duodecim*] apoſtolos, quorum vnus fuit Iudas Iſchariotis, [*Et* Matth. 10.
cœpit eos mittere binos.] Quæ autem hic recitantur de miſsione, prædicatione & miraculis apoſtolorum, expoſita ſunt in Matth. ibique concordatum eſt id in quo Marcus à Matth. diſcrepare videtur. [*Et vngebant*] apoſtoli [*Oleo multos ægros, & ſanabantur.*] Ex hoc elicitur quòd extrema vnctio infirmorũ fuit ante paſsionem inſtituta à Chriſto. [*Et audiuit Herodes rex*] famam Chriſti. [*Manifeſtum enim factum eſt no-*
Matth. 14. *men eius,*] quia non ipſe duntaxat, ſed diſcipuli eius ſigna fecerunt. [*Et dicebat (Herodes) Ioannes Baptiſta reſurrexit a mortuis.*] Scriptura iſta continens decollationem Ioannis Bapt. tota habita atque expoſita eſt in Matth. [*Et conuenientes apoſtoli ad Ieſum,*] redeuntes videlicet à prædicatione & exequutione officij eis iniuncti, [*Renuntiauerunt ei omnia*] ſigna [*Quæ egerant,*] & verba [*Quæ docuerant,*] ſublimitates ſe G
correctioni atque iudicio ſui magiſtri: oſtendentes quoque ſe iniunctum negotium fideliter exequutos. [*Et ait illis, Venite ſeorſum in deſertum locum, & quieſcite puſillum.*] Pius nanque magiſter ac dominus diſcipulorum labori & fatigationi compaſſus, conceſsit reſpirationem, recreationem, & quietem, veruntamen non magnam nec longam, ſed breuem ac modicam, oſtendens non diu ceſſandum eſſe ab opere bono, nec vltra neceſsitatem indulgendum eſſe corporali quieti, ſed vſque in finem inuicto animo perſeuerandum eſſe in opere virtuoſo. Cur autem abduxerit eos ad locum ſecretum, ſubiungitur, [*Erant enim qui veniebant*] ad Ieſum, eiuſque apoſtolos, [*Et redibant*] ab eis [*Multi,*] ſibi inuicem in itinere obuiantes, [*Et nec manducandi ſpatium habebant*] diſcipuli, propter populorum concurſum
Matth. 14. [*Et aſcendentes in nauim.*] Hoc loco Euangeliſta enarrat miraculum, quemadmodum Chriſtus ex quinque panibus, duobuſque piſcibus ſaturauit quinque milia hominum, exceptis mulieribus & pueris, ita quòd de fragmentis ſublati & adimpleti ſunt duodecim cophini. Hoc autem miraculum expoſitum eſt in Matthæo. Aliquid tamen hic additur, ſcilicet, [*Et dixerunt ei,*] id eſt, diſcipuli Chriſto, [*Euntes emamus denariis ducentis panes, & dabimus eis manducare.*] hoc dixerunt ad oſtendendum quàm impoſsibile fuerit eis tantam turbam cibare, tanquam dicerent, Cum ſimus pauperes, non habemus
Ioann. 6. pecuniam ſufficientem ad emendum cibaria iſtis, quia & ſi ducentos denarios haberemus, non ſufficeret. Vnde in Euangelio Ioannis legitur, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. [*Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum* H
transfretum ad Bethſaidam] vrbem Galilææ, [*Dum ipſe dimitteret,*] id eſt, à ſe recedere faceret [*Populum*] Ideo autem dicit Euangeliſta, quod coegit diſcipulos ſuos hoc facere, quia diſcipuli non libenter nauigabant ſine eo, imò vbique libenter erant cum eo, propter dulcedinem, pietatem & amabilitatem ipſius. [*Et cum dimiſiſſet eos*] id eſt, populum, [*Abiit in montem orare.*] in quo docuit quod prædicator verbi dei expleto prædicationis & inſtructionis officio, vitare debet ſtrepitum populi, & ad orationem recurrere, atque quieti intendere, vt gratias agat deo de eo quod bene loquutus eſt, oretque deũ pro auditorum fructu ac ſalute, & item pro ſuiipſius pleniori illuſtratione, vt habeat ſemper in promptu quod aliis fructuoſe proponat. [*Et cum ſero eſſet.*] Quicquid in iſto cap. ſubditur de ambulatione domini Ieſu ſupra mare, & diſcipulorum conturbatione, de miraculis quoque Chriſti factis in terra Gene-
Matth. 14. zareth, dictum & declaratum eſt in Matth. paucis demptis quæ exponenda ſunt iam. [*Et volebat Ieſus*]
Lucæ. 24. ambulans ſupra mare, [*Præterire eos,*] puto diſcipulos in naui periclitantes. Forte ſic voluit eos præterire, quomodo poſt reſurrectionem finxit ſe longius ire, nec fuit aliqua ſimulatio, duplicitas ſiue deceptio: quoniam ad deſignandum aliquid ſpirituale hoc egit, videlicet propter oſtendendam imperfectionem fidei diſcipulorum ſuorum, ob quam fuit quodammodo ſpiritualiter elongatus ab eis. [*In plateis ponebant infirmos,*] Quidam ſanctorum dicunt Petrum feciſſe maiora ſigna quã fecerit Chriſtus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quemadmodum Christus prædixit apud Ioannem, Qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. In hoc autem asserunt Petrum fecisse maiora, quia de eo scriptum est in Actis, In plateis eiiciebant infirmos, vt saltem veniente Petro, vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitate sua: & dicunt, quòd hoc nusquam legitur de Christo. Quibus obuiare videtur quòd hoc loco recitat Marcus. [*Quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos.*] Sed qui dictum illorum cupit tueri, dicere potest, quòd Euangelista non ait aliquem languidorum sola obumbratione corporis Christi fuisse sanatum, sed tactu. Ioannii.14. Actu.5.

¶Cap. VII. [*Et conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis.*] Artic. VII.

B 

Onsequenter Euangelista describit inuidiosam increpationem scribarum ac pharisæorum increpantium Saluatorem, eò quòd discipuli manducabant manibus communibus, id est non lotis, iustam quoque redargutionem eorum à Christo: & quod hic induci possit pro expositione introductum est in Matth. vbi scriptura ista exposita est, perpaucis exceptis quæ modo tangenda sunt. [*Et a foro nisi baptizentur,*] id est scribę pharisæi cæterique Iudęi redeuntes à foro seu loco extraneo, nisi lauent se, [*Non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare*] videlicet [*Baptismata,*] i. lotiones [*Calicum & vrceorum. Omne extrinsecum introiens in hominem,*] id est alimętum corporale, [*Non potest eum coinquinare,*] id est hominem maculare, seu peccatoribus similem facere, quantum est ex natura vel parte alimenti, quia omnis creatura dei bona est. [*Et in secessum exit purgans*] materialiter [*Omnes escas*] nutritiuas, quæ in substantiam aliti cõuertuntur. Per hoc enim quod natura egerit superfluum alimenti, id quod remanet purificatur, separato superfluo & immundo à mundo & necessario. [*Et ingressus*] Iesus [*Domum, neminem*] extraneorum [*Voluit scire,*] id est quantum in se fuit, occultauit se, & non permisit vt discipuli sui se manifestarent: docens fugere ostentationem inanem, vt amemus nesciri. [*Et non potuit latere*] secundum naturalem cursum & ordinem, propter celebrem famam ipsius. Nam & honor sequitur fugiętem, & non potest ciuitas abscondi posita supra montem. Loquendo autem de absoluta Christi potentia, certum est, quod latere potuerit, imo & se inuisibilem reddere, etiam stando inter alios, [*Mulier enim statim.*] Matth.15. 1.Timo.4.

Hic describitur curatio filiæ mulieris gentilis Syrophœnissę genere, id est natę de Syria Phœnicis estque locus iste expositus in Matth. [*Et iterum exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos,*] id est regionis quæ vocatur Decapolis, quasi decem ciuitates habens. [*Et*

C *adducunt ei turbæ surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.*] Iste surdus & mutus (vt dicitur) factus fuit talis à dęmone ipsum possidente, qui vsum linguæ & aurium impediuit in eo: vnde in Matth. legitur, Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus. [*Et apprehendens (Iesus) eum,*] surdum & mutum [*De turba seorsum*] ex humilitate, vel quoniam turba digna non erat videre mysterium huius miraculi, vel ad designandum quod spiritualiter surdi ac muti, secrete admonendi sunt atque docendi, ne ex humano rubore retrahantur ab aduertentia & pœnitętia. [*Misit digitos suos in auriculas eius.*] Primo ad ostendum quod diuinitas in eo latens operebatur per corpus assumptum tanquam per instrumentum animatum coniunctum ac proprium, quemadmodum anima rationalis, operatur per corpus à se informatum. Secundò, quia per digitos ratione articulationis & distinctionis ipsorum significatur discretio: ad aperiendum autem aures interiores hominis spiritualiter surdi, discretio magna exigitur. [*Et expuens tetigit*] suo sputo linguam eius, quia per saliuam, sine qua verba formari non possunt perfectè sapientia figuratur, sine qua nemo rationabiliter loquitur; Expuit ergo, & tetigit Iesus linguam surdi ac muti, ad insinuandum, quod qui mutus est à prolatione verborum cœlestium atque salubrium, rectè ac meritorie loqui non potest, nisi diuina sapientia perfundatur. Propter quod orat Apostolus, vt detur sibi sapientia in apertione oris. [*Et suspiciens in cælum*] ad demonstrandum quod tota virtus sua esset à patre, & quod ab eo auxilium habuerit secun- Matth.12.

D dum quod homo, [*Ingemuit.*] Quare ingemuit? Nunquid propter difficultatem perpetrandi miraculi? non vtique, sed ex compassione qua non solũ præsenti infirmo, sed vniuersis condoluit, qui dæmonum dominatione premuntur: & item ad ostendendum quam difficile sanaretur anima spiritualiter surda ac muta. Vnde in resuscitatione Lazari turbauit seipsum, fremens spiritu, & lachrymas fundens, ad demonstrandum, quod mole consuetudinis impiæ pressi obstinati, super quos clausit puteus os suum, qui figurantur per quatriduanum mortuum, difficillimè conuertuntur, & vitam gratię sortiuntur. [*Et ait Iesus illi*] surdo & muto. [*Ephetha, quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius.*] id est ad audiendum aptatæ, & naturali vsui redditæ, [*Et solutum est vinculum*] id est impedimentum [*Linguæ eius, & loquebatur recte.*] Sic qui spiritualis visus illustrationem, interiorumque aurium apertionem à Christo Matth.7. Ephes.6. sortitur, loquitur recte, id est iuste sapienter atque salubriter: prout monet Apostolus, Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. [*Et præcepit illis*] id est turbæ, [*Ne cui dicerent,*] id est nulli reuelarent curationem hanc miraculosam, [*Quanto autem eis præcipiebat*] tacere, [*Tanto plus prædicabant,*] non tamen rebelles fuerunt, quia vtrumque bonum fuit secundum considerationes diuersas, & præceptum Saluatoris intelligendum erat ne ad iactantiam diceretur. [*Et eo amplius mirabantur, dicentes, Bene omnia fecit,*] de quibus omnibus subditur, [*Et surdos fecit audire, & mutos loqui.*] Quamuis enim Marcus non exprimat hic nisi de cura vnius, tamen quando Christus istum curauit, sanauit & alios multos surdos Ioanni.11. Psal.68.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nisi de cura vnius, tamen quando Christus istum curauit, sanauit & alios multos surdos, & mutos ac E
Genesi.1. cæcos & debiles, vt habetur in Matth. sed Marcus scribit de vno, cuius curatio solennius facta est, &
Eccesi. 39. multa mystica figurauit, eratque mirabilior: quia in vno homine tria signa simul facta videnť, dum ob sessus liberatur, surdus auditum, & mutus loquelam recuperat. Non tamen certus sum an iste surdus & mutus sit idem, de quo scribit Matthæus, asserens eum obsessum à dæmone.

¶Cap. VIII. [*In diebus illis, iterum cum multa turba esset cum Iesu, & cætera.*] Artic. VIII.

Matth.15. Matth. 16.  In loco Marcus describit, quemadmodum Christus ex septem panibus, & paucis piscículis satiauit quatuor milia hominum, ita quòd septẽ sublatę sunt sportæ fragmentorum: & istud expositum in Matthæo. [*Et statim ascendens nauim cum discipulis. venit in partes Dalmanutha.*] In Matthæo habetur, in fines Magedam. Locus enim binomius fuit secundum quosdam. [*Et exierunt pharisæi,*] quærentes signum de cælo. [*Et ingemiscens spiritu*] id est cordialiter illorum cæcitati & peruersitati compatiens Iesus, [*Et dimittens illos*] tanquam incorrigibiles, [*Præcipiebat discipulis, Cauete a fermento.*] id est doctrina [*Pharisæorum, & a* F
fermento Herodis,] id est à secta atque malitia Herodianorum, de quibus præhabitum est. Cætera hic omissa patent ex his quæ dicta sunt in Matthæo, vbi omnia ista multo plenius quam in hoc cap. describuntur, [*Et venit Bethsaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, vt illum*] cæcum [*Tangeret,*] scientes, quòd tangendo eum illuminaret. Isti adducentes cæcum videntur fuisse turbæ, non discipuli. [*Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum*] in quo fuit sibi adductus, ad demonstrandum quod eum qui diuinitus illustrari desiderat necesse est pristinos actus relinquere, imò seipsum abnegare, & quasi de terrenis ad cœlestia transmeare [*Et expuens ne oculos eius,*] ad ostendendum quod interiorum oculorum illustratio fit per immissionem sapientiæ profluentis à Christo: per saliuam nempe sapientia designatur. Vel ideo expuit in oculos eius, vt potestatem suam ostenderet, quando & per contactum sputi sui cæcus reciperet visum. [*Inposítis manibus suis*] super cæcum, & forte super oculos eius, [*interrogauit eum,*] non quasi ignorans, [*Si aliquid videret. Et aspiciens ait,*] id est cæcus iste videre incipiens, & obscure illuminatus, respondit. [*Video homines, quasi arbores ambulantes*] corpora video moueri, sed distinctionem membrorum, & figuras lineamentorum non discerno in eis. [*Deinde iterum imposuit,*] Iesus [*Manus super oculos eius, & cæpit videre, & restitutus est,*] id est ad vsum oculorum reductus est, [*Ita vt videret clare omnia*] colorata seu lucida sibi obiecta. Per impositionem manuum Saluatoris designatur applicatio suæ diuinæ virtutis, qua hominem illustrante videt clare omnia ad veram salutem spectantia.

¶Sed cur Christus omnipotens curauit hunc cæcum successiue, quem poterat in instanti perfecte curare? Dicendum quod primo, ad ostendendum, quod homo paulatim crescit & proficit in gratia, ita quod purgatio præcedit illuminationem, illuminatio quoque prefectionem seu vnionem. Secundò, ad ostendendum imperfectionem fidei, tam cæci istius quam turbæ ac discipulorum, Quemadmodũ enim prophetæ interdum verbis, interdum signis & factis prophetauerunt: sic Christus aliquando verbis aliquando factis aliquid designauit, aut præmonstrauit, vt cum maledixit ficulneæ. Sic igitur in præsenti paulatim illuminauit hunc cæcum, significans homines obscuram fidem habere & clariori
Matth. 11. lumine indigere. Prætereà istos S. Marcus describit, quomodo Christus interrogauit discipulos suos
Lucæ.21. quiT homines de ipso sentirent, seu quem eum esse assererent, & quomodo suam passionem palam prædixit, & Petrum oppositum persuadentem dire redarguit, omnes quoque qui aderant ad suæ passionis imitationem, & aduersitatum tolerantiam admonebat, quæ omnia habita atque exposita sunt in Matthæo: aliqua tamen adduntur vel variantur, quantum ad verba, quia hic dicitur, [*Qui enim me confusus fuerit, & verba mea*] pro quo in Luca habetur, Qui me erubuerit & meos sermones: & est sensus, Qui turpe æstimatvt à me Christianus vocetur, & me esse filium dei confiteri non audet meaque verba obseruare, confunditur. [*In generatione ista adultera & peccatrice,*] id est inter homines spiritualiter fornicantes recedendo à deo, verò, & rebus caducis inhærendo, de quibus fertur in Psal-
Osęę. 4, mo, Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et in Osea, Fornicati (inquit) sunt à deo suo. H
1.Ioann. 2. Deus enim est sponsus animarum, qui primo desponsauit sibi synagogam in datione legis, deinde ecclesiam. [*Et filius hominis confunde eum,*] id est per modum erubescentis se habebit, quantum ad ipsum, non confitendo eum pertinere ad se, neque ad numerum electorum, [*Cum venerit in gloria patris sui*] ad quam in ascensione conscendet, & nunc aduocatus eorum est, qui ipsum non erubescunt in seculo isto.

¶Cap. IX. [*Et dicebat illis, Amen dico vobis, quia sunt quidam & cætera.*] Artic. IX.

Matth. 17. C Onsequenter Euangelista describit Christi transfigurationem, & apostolorum interrogationem, Christique responsionem, de aduentu Heliæ, quæ omnia explanata sunt in Matthæo. Vnum tamen verbum ponitur hic obscure, cum dicitur, [*Et quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur,*] id est de Christo vel contra Christum scriptum est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quòd mortem & contemptum passurus extiterit: ita Helias ab Antichristo patietur. vel comparatio referenda est ad Ioannem Baptistã quod & ipse multa perpessus sit, vnde subiungitur, [*Dico vobis, quia Helias iam venit, & fecerunt illi quæcunque voluerunt,*] eum multipliciter persequendo, Herodes scilicet & Iudæi. [*Sicut scriptum est de eo.*] De passione Ioannis non recolo aliquid prophetatum in veteri testamento in speciali, idcirco quòd ait, Sicut scriptum est de eo, referri potest ad id quod ait, Helias iam venit, quia de aduentu Ioannis & prædicatione ipsius Esaias & Malachias scripserunt. [*Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos.*] Ideo enim turba accurrebat, vt videret an possent curare dæmoniacum eis oblatum. [*Et scribas conquirentes,*] id est conferentes [*Cum illis.*] Interrogauerunt enim Apostolos, quare non potuerunt dæmoniacum liberare, & forte illudebant eis, quòd non poterant eum curare, sicut tentabant. [*Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est,*] id est admiratus, [*Et expauerunt,*] nescientes vbi fuisset, & quare abiisset, vel quomodo eum perdidissent. Christus enim sæpe imperceptibiliter se subtraxit à populo. [*Et accurrentes salutabant eum, & interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis?*] Quod interrogationes Christi non processerunt ex ignorantia vel dubitatione, sed vt conuenientius responderet, vel aliis aliquid innotesceret, sæpe prætactum est. [*Et respondens vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te.*] Quomodo intelligendum est hoc, cum post pauca subdatur, B [*Qui respondens, dicit, Afferte illum ad me, & attulerunt eum.*] Dicendum, quòd pater attulit seu adduxit filium suum ad Christum, id est ad locum communem in quo fuit Christus & alii, nondum tamen adduxit eum in conspectu ipsius, [*Habentem spiritum mutum,*] id est possessum à dæmone, loquelam filii mei impediente, [*Qui vbicunque eum apprehenderit,*] id est infestare cœperit, Non enim continuo, sed certis horis, seu lunationibus eum vexauit. Vnde Matthæus dicit, puerum fuisse lunaticum. [*Allidit eum,*] id est in terram trudit seu proiicit, [*Et spumat & stridet dentibus & arescit,*] ex quo patescit vehementia huius vexationis. [*Et cum vidisset illum,*] id est Iesus hunc puerum, vel puer Iesum, [*Statim spiritus conturbauit,*] id est diabolus vexauit [*Eum,*] Videns enim dæmon se expellendum, fecit quòd potuit: [*Et elisus*] id est proiectus [*in terram*] obsessus, [*Volutabatur spumans. Et interrogauit Iesus patrem eius,*] vt alii veritatem agnoscerent & perpetrandi miraculi magnitudinem ex hoc clarius scirent. [*Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia.*] Ex quo videtur, quòd non propter culpam suam puer ista sustinuit, quemadmodum de cæco nato ait Saluator, quòd neque ipse peccauit. [*Sed si quid potes, adiuua nos*] Ex hoc apparet, quòd fideles & spes huius viri imperfectæ fuerunt. Non enim agnouit Christum omnia posse, sed dubitando loquutus est, non tamen diffidebat. [*Iesus autem ait illi, Si potes,*] imò quia potes [*Credere,*] fiet quod postulas, cuius ratio subditur, [*Omnia possibilia sunt credenti,*] non quòd credens posset omnia facere, sed impetrare: imò si fuerit fides perfecta, meretur de congruo adipisci quicquid petierit, & virtute ac meritò fidei mirabilia maxima fieri valent. [*Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat,*] ex magno enim desiderio curationis filii sui lachrymas fudit. [*Credo domine,* Matth. 17. C *adiuua incredulitatem meam,*] id est supple ac perfice fidei meæ defectum, ne propter fidei meæ imperfectionem impediatur curatio filii mei. Verum si pater credidit, quomodo dicit, Adiuua incredulitatem meam? Dicendum, quòd nomen incredulitatis significauit non infidelitatem, sed fidei imperfectionem. [*Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus,*] id est verbo minaci, duro & increpatorio [*Loquutus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus.*] Dicitur autem diabolus surdus & mutus, non formaliter, sed effectiuè, hoc est ratione sui effectus, quoniam obsessum fecit surdum, mutumque. [*Ego tibi præcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et clamans*] diabolus ex dolore, [*Et multum discerpens,*] id est intus discrutians & quasi dilanians eum ex furore & inuidia, [*Exiit ab eo, & factus est quasi mortuus,*] propter disproportionem spirituum vitalium, interiorumque sensuum, Ioann. 9. [*ita vt multi*] ad iudicandum proni atque incauti [*Dicerent, quia mortuus est*] Hanc autem vexationem Christus permisit à dæmone fieri, vt sua potestas in eius subitanea curatione ostenderetur ad gloriam dei. Vnde subiungitur, [*Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et prætergredientur Galilæam*] Iesus & eius discipuli. [*Nec volebat Iesus quicquam,*] id est aliquem extraneorum. [*Scire*] transitum suum, dans prædicatoribus, prælatis atque doctoribus salubre exemplum, vt sæpius subtrahant se à plebe ac strepitu, vel vt quieti, contemplationique vacent ad horam, vel quia D plebs ipsa indisposita est audire verbum salutis & expedit vt ei fiat dilatio: ne si statim audierit, spernat, & grauius iudicetur: propter quod interim disponenda est ad auditum verbi cœlestis, per alias vias atque industrias. [*Docebat autem discipulos, quoniam filius hominis tradetur & occidetur. At illi ignorabant verbum,*] id est sermonem istum non intellexerunt, nescientes an Christus loqueretur parabolice vel aperte. In Matthæo dicitur, quòd contristati sunt vehementer: ergo intellexerunt verba Christi, nisi dicantur de sua ignorantia doluisse. Ad quod dicendum apparet, quòd quidam discipulorum intellexerunt hæc verba dicta esse ad literã de Christi occisione, alii autem hoc nesciebant. De quibus subiungitur, [*Et timebant eum interrogare*] qualiter intelligenda essent hæc verba, vel propter magistri tanti reuerentiam, vel ne increparentur de sua ruditate, sicut pauloante audierunt, Nondum cognoscitis neque intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum [*Et interrogabat*] Iesus [*Eos, Quid in via tractabatis,*] id est de quo loquebamini? [*At illi tacebant.*] Apprehendit enim eos cor eorum, & culpam suam proferre timebant ac erubescebant, erant equidem imperfecti. [*Siquidem inter se disputauerant quis esset illorum maior.*] huius contentionis causam pandit Matthæus, videlicet, quoniam Christus præcepit Petro dare nummum leuantibus tributum pro se & pro Petro, ex quo coniecturabant discipuli Petrum omnibus esse prælatum, quod quidam eorum moleste ferebant. Nec mirum si nunc de prælatione rixati sunt, quando & in cœna nouissima, vt testatur Lucas, facta est inter eos contentio, quis eorum videretur esse maior. Quæ autem sequuntur in Matthæo ex-

Mala. vlt. Apoca. 11. Esaiæ. 40. Malac. 4. Matth. 17. Matth. 19. Marci. 5. Iob. 27. Matth. 17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

posita sunt. Hic tamen additur quòd Iesus complexus fuit puerum quem posuit in medio, dicens, [*Nisi* E
Leuiti. 22. *si conuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli.*] Ex quo certum est, quòd puer iste non fuit ipsemet Iesus,
Matth. 18. quamuis aliqui forte sancti hoc asserant, imò Hieronymus & Bernardus de hoc dubiosè loquuntur;
sed debemus scripturam canonicam certitudinaliter sequi, [*Respondit illi,*] videlicet Christo [*Ioan-*
Bernard. *nes*] Apostolus [*Dicens. Magister vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos,*]
inter nos conuersando, vel nostræ conuersationis modum sectando, [*Et prohibuimus eum*] ab hoc o-
pere tanquam indignum, quia non sequitur nos. De isto eiiciente dæmonia aliqui dicunt, quòd cre
didit Iesum esse Christum, & ergo virtute suæ fidei per inuocationem & adirationem nominis
Christi eiecit dæmonia: alii dicunt, quòd ita non credidit, sed experimentaliter videns Apostolos
in nomine Iesu eiicere dæmones, credidit nomen Iesu esse virtuosum atque idoneum ad dæmones
Actuũ. 19. expellendos, ficque in nomine eius expulit dæmones: quemadmodum in Actis leguntur septem fi-
lii Archysinagogi principis sacerdotum dæmones eiecisse, dicendo, Adiuro vos in nomine Iesu quem
Paulus prædicat. [*Iesus autem ait, Nolite prohibere eum*] aut alium sibi consimilem. [*Nemo enim est*
qui faciat virtutem,] id est miraculosum effectum [*In nomine meo, & possit cito male loqui de me,*] quia
in suo opere experitur efficaciam nominis mei, & siue à fide apostatet, & siue in infidelitate semper
permaneat, non tamen habet occasionem aut frontem male loquendi de Christo, cum glorietur in
signis in nomine Christi peractis. [*Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo quia Chri* F
Matth. 19. *sti estis, Amen dico vobis non perdet mercedem suam.*] Hæc sententia plenius scripta atque exposita in Mat.
¶ Denique quæ sequuntur ab eo loco quo dicitur, [*Quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis*] vsque
ad id, [*Omnis enim igne salietur*] explanata sunt in Matthæo. Et quia in verbis his docuit Christus ad
1. Timo. 3. vitanda scandala, abscindenda esse corporis membra, ne hoc imprudenter intelligatur per mutilatio-
Esaiæ. 28. nem membrorum, subdit, [*Omnis enim igne salietur,*] hoc est, quilibet verba hæc mea adimplens, igne
tribulationis probabitur. Omnes enim volentes pie viuere in Christo persecutionem patiuntur &
per hoc sapiens atque discretus reddetur. Qui enim non est tentatus, quid scit? Ideo Esaias testatur,
Vexatio (inquiens) dabit intellectum, vt recte intelligat, iusteque agat, & omnis victima salietur.
Iussum fuit in lege, in omni sacrificio sal offerri. Est itaque sensus, quod sicut veteri testamento, quæ-
libet oblatio deo accepta, sali fuit admixta, iuxta illud quod in Leuitico dicitur, Quicquid obtuleris
sacrificii, sale condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo: sic omnis actio deo placita, discre
Leuiti. 2. tione formabitur, vt sit rationale obsequium nostrum. Vel sic, Omnis igne salietur, hoc est, qui verba
Roma. 12. mea vere adimpleuerit, charitatis feruore perfundetur, vt sibi sapiant diuina, & gustet quàm dulcis est
Lucæ. 12. dominus. Sine charitate enim homo non habet rectum diuinorum saporem, nec operatio eius sapida
extat. De hoc igne ait Saluator, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Ad
quod mystice pertinet illud quod in Leuitico scriptum est, Ignis est iste perpetuus qui nunquam de- G
ficiet in altari. Vnde orat Psalmista, Vre renes meos & cor meum. [*Bonum est sal*] hoc est, discretio bo
na est, ac desiderabilis, quatenus decenter & secundum ordinem omnia fiant in nobis. [*Quod si sal insul-*
sum fuerit, in quo illud condietis?] hoc est quod in Matthæo dictum atque expositum est, Quod si sal e-
Leuiti. 6. uanuerit, in quo salietur? Sumitur autem hoc loco sal pro homine discreto, præsertim prælato siue do
Psalm. 25. ctore, quemadmodum dominus dixit Apostolis, Vos estis sal terræ. Est itaque sensus, Si sal insulsum
1. Cori. 14. fuerit, id est si homo discretus, rector seu doctor aliorum fuerit factus insipiens, male viuendo, aut fal
sitati credendo, in quo illud condetis? hoc est, quem aliorum poteritis per illum instruere siue perfice
re. indignus enim prelatus & indiscretus sibiipsi & aliis nocet. [*Habete in vobis sal,*] id est discretio-
nem atque prudentiam. Quemadmodum in Prouerbiis scriptum est, Dic sapientiæ soror mea es, &
prudentiam voca amicam. Melior quippe est discretio quam vires. [*Et pacem habete inter vos.*] Beati
Prouer. 7. nanque pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Et Apostolus monet, Si fieri potest quod in vobis est
Roma. 12. cum omnibus hominibus pacem habentes. ¶ Porrò cum pax sit charitatis effectus, quemadmodum
Ioanni. 13. charitas, ita & pax certum iudicium est discipulatus & filiationis Christi, hoc est, quod simus filii at-
Ephesi. 4. que discipuli Christi: qui ait, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habu
Ioanni. 14. eritis ad inuicem. Pax autẽ autem seruari nõ potest: nisi homo dominetur animo suo, iram impatiẽtiã
que vincendo, vt sit solicitus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Hæ vero de spirituali, inter- H
na, veraque pace sunt intelligenda, quam Christus post passionem suis discipulis peculiariter commẽ
dauit ac nuntiauit. Pax (inquiens) vobis, de qua & passioni iam proximus loquebatur, Pacem relin-
quo vobis, pacem meam do vobis.

¶ Cap. x. [*Et inde exurgens venit in fines Iudææ.*] Artic. x.

Marci. 19. HOc loco sanctus Marcus describit quemadmodum pharisæi animo tentan-
di scitabantur à Christo, an liceret marito vxorem dimittere: patetque
intellectus huius scripturæ ex his quæ in Matthæo dicta sunt, quamuis or-
do verborum & loquendi hic & ibi parum mutetur. Hic enim habetur,
quod Christus interrogauit pharisæos, [*Quid vobis Moyses præcepit? Qui*
dixerunt, Moyses permisit libellum repudii scribere.] Ibi vero habetur, quod pha risæi interrogauerunt à Christo, cur Moyses manducauit dare libellum repudii? Ad quod dici potest, quod Christus primo interrogauit eos vt re-
citat Marcus. Cumque Saluator dixisset verbum Moysi non esse intelligendum vt ipsi putabant,
petierunt à Christo, cur Moyses illud mandasset seu permisisset. [*Quisquis non receperit,*] id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A est recipere seu adipisci studuerit [*Regnum dei.*] id est patriam beatorum [*Velut paruulus,*] id est vera humilitate existens, & paruulorum innocentiam sequens. [*Non intrabit*] in illud post vitam præsentem. Idcirco per Salomonem sapientia ait, Si quis est paruulus veniat ad me. [*Et complexans eos,*] id est Iesus paruulos sibi præsentatos amplectens, [*Et imponens manus super illos, benedicebat eos.*] in quo patet quantum Saluator dilexit humanam naturam, dummodo innocentia adornetur. ¶ Præterea Euangelista commemorat, quemadmodum quidam adolescens ac diues petiuit à Christo, [*Magister bone, quid faciam, vt vitam æternam percipiam?*] & quomodo Christus ei respondit, atque aduersus auaritiam disputauit, quæ omnia in Matthæo exposita sunt. [*Et cœpit Petrus ei dicere, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.*] Locus iste in Matthæo expositus est, aliquid tamen hic variatur, quantum ad verba, pauca verba adduntur tum dicitur, [*Respondens Iesus, ait. Amẽ dico vobis, nemo est qui reliquerit domum aut fratres, aut sorores, & cætera propter me & euangelium,*] id est vt euangelicam obseruet doctrinã, [*Qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & cetera*] Pro quo Matheus scripsit, centuplum accipiet, quod in Matthæo expositum recolo. Non enim intelligendum est carnaliter, vt Millenarii æstimabant, quasi talis pro vno patre habiturus sit in hoc seculo centum patres; & pro vna matre ac coniuge centum matres atque vxores: sed accipiet talia centies multiplicata equi

B ualenter, & in potioribus bonis id est spiritualia bona, gratiam, virtutes, dona & fructus spiritus sancti in hoc seculo obtinebit. [*Cum persecutionibus,*] quia per multas tribulationes oportet nos ingredi re Actu. 14.
gnum cælorum. Sed quomodo persecutiones assignantur inter præmia, cum potius spectent ad merita, nisi quòd donum dei est & beneficium magnum pati pro Christo aduersa: quemadmodum dicit Philipp. 2.
Apostolus, Vobis datum est pro Christo non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro illo. [*Erant autem in via ascendentes in Hierosolymam, & præcedebat illis Iesus. Et stupebant,*] hoc est in doctrina Christi mirabantur, vt patet ex textu, [*Et sequentes*] discipuli [*Iesum, timebant,*] propter difficultatem implendi verba Christi. Dicebant enim. Quis poterit saluus fieri? ¶ Insuper recitat Marcus, quemadmodum Christus passionem suis prædixit apostolis, addens se tertia die resurrecturum, & quomodo Iacobus & Ioannes ex hoc moti sunt ad petendum à Christo, vt vnus eorum ad dexteram, aliusque ad sinistram Christi sederet in gloria eius, quę omnia elucidata sunt in Matthæo, exceptis paucis Matth. 20.
quæ subsequuntur. [*Potestis baptismo quo ego baptizor,*] id est sanguinis proprii perfusione, vel tinctione qua ego in passione perfundar [*Baptizari,*] hoc est lauari sanguinem vestrum propter iustitiam effundẽdo. [*Baptismo quo ego baptizor, baptizabimini*] re vel animi præparatione. Iacobus enim sanguinem suũ fudit pro Christo, ab Herode decollatus. Ioannes verò in pace quieuit, sed animo martyr fuit, & multa tolerauit pro Christo. ¶ Consequenter describitur illuminatio cæci, qui erat filius Thymei, propter quod dicitur Barthymeus, à Bar, quod est filius, & Thymęus, quasi filius Thymæi, patetque expositio ex his quæ in Matthęo dicta sunt. In fine autem illius capituli habetur, quòd erant duo cæci,

C sed quoniam vnus famosior erat, idcirco duntaxat recitat Marcus de vno.

¶Cap. xi. [*Et cum appropinquaret Iesus Hierosolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum.*] Artic. xi.



T cum appropinquaret Iesus Hierosolymę & Bethanię ad montem Oliuarum.] Mons quippe Oliueti, in quo crescebant oliuæ, inter Hierusalem atque Bethaniam fuit, propterea Christus ascendendo hunc montem, propinquus fuit vtrique loco. [*Misit duos ex discipulis suis.*] Scriptura ista in qua continetur, quemadmodum Christus in die Palmarum fecit sibi adduci asinum, & quomodo introiuit Hierusalem cum processione solenni clamantibus turbis. Benedictus Matth. 19.
qui venit in nomine domini, exposita est in Matthæo. Marcus autem non facit mentionem de asina, sicut nec Ioannes, quia non omnes omnia scripserunt. ¶ Dicit quoque Marcus, quòd inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, hoc est, in loco duarum viarum [*Benedictum quod venit regnum patris nostri. Dauid*] Aliqui dicunt

D quod Iudæi ista clamantes, putabant Christum temporaliter regnaturum, quemadmodum Dauid re Lucæ. 1.
gnauit, ita quod liberaret populum Iudæorum à potestate Romanorum, & omnium extraneorum; Esaiæ. 9.
sed huic dicto videtur repugnare quod subditur, [*Osanna in excelsis,*] id est salua in cœlestibus: item quod
sæpe audierunt Christum prædicare regnum cœleste, non terrenum, sed potius paupertatem, abiectionem, & humilitatem omniumque temporalium rerum contemptum. Aliter ergo exponendum
est, eritque sensus, benedictum, id est sanctum est, regnum patris nostri Dauid, id est spirituale regnũ, Matth. 21.
& gubernatio Christi significata per regnum Dauid, quod venit: id est iam in Christo exhibetur atque impletur. Vnde ad virginem matrem angelus dixit, Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris
eius. & Esaias, Super solium (inquit) Dauid, & super regnum eius sedebit. [*Cumque vidisset a longe ficum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea.*] non ignorando seu dubitando accessit ad ficum, seu per
modum talem se habuit propter mysticam causam, vt dictum est in Matth. [*Et non sinebat vt quisquam transferret vas per templum.*] Hoc non est intelligendum de vasis templi & sacerdotibus ac leuitis, quantum ad talia vasa, sed de vasis male negotiantium in templo, humano vsui deseruientibus.
¶ Denique secundum Originem, hoc opus Christi quo ipse vnus ac pauper tot milia ejecit de templo, eosque prohibuit atque compescuit, mirabilissimum fuit & mirabilius quam illuminatio cæci nati. Egrediebatur namque ex vultu & oculis Iesu igneus, diuinusque fulgor, cuius intuitu, omnes tremebantur, nec audebant resistere. [*Respondens Iesus ait illis*] puta discipulis. [*Habete fidem dei*] id est fidem catholicam, sanctam, atque firmissimam, quę habet deum pro obiecto & causa ac fine, quoniam pri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mæ veritati innititur,à deo per creationem inſunditur,ad dei beatificam viſionem ordinatur. [*Amen.* E
dico vobis,quia quicunque dixerit monti huic tollere & mittere,]accipienda ſunt verba iſta paſsiue,[*In mare,*
& non haſitauerit in corde ſuo,ſed crediderit]plenissimè[*Quia quodcunque dixerit,*]id eſt præceperit vel petierit[*Fiat,*]id eſt deo agente eueniat ſeu agatur,[*Fiet ei.*] quemadmodum Ioſue imperante ſol & luIoſuè.10. na ſteterunt in cælo immobiles ſpatio vnius diei. De hac materia dictum eſt plenius in Matthæo,[*pro*
Matth. 10. *pterea dico vobis: omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis,& euenient vobis*,]dummodo ſit vera oratio,quæ ſecundum Damaſcenum eſt petitio decentium à deo hoc eſt,rerum quas decet poſtulari à domino. Dum ergo petimus ea quæ ſunt vere ſalubria,nec ab oratione ceſſamus,ſed toto affectu dominum inuocamus ſtabiliter,quod nemo facit,niſi qui opera ſua propoſſe conformat petitioni,faciés quòd in ſe eſt,& ad gratiam ſe diſponens:tunc proculdubio obtinemus tandem quod petimus,vel ali quid maius ac melius: & quia non ſemper exaudimur pro aliis,quamuis perſeueranter, ſalubriterque precemur,ideo notanter dictum eſt,[*Accipietis & euenient vobis.*]de hac materia dicta ſunt plurima & in Matthæo,in quo ſcribitur,Omnis qui petit accipit: & qui quærit, inuenit & cætera [*Et cum ſtabitis*]
Matth.7. id eſt deo vos præſentaueritis,ſtando,ſedendo,iacendo vel geniculando[*Ad adorandum: dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem,*]id eſt ſi aliquis vobis quid forte fecit, Semper enim indulgenda eſt offenſa ſeu culpa,& interdum pœna:ſed nõ ſemper, quia dum ex remiſsione pœnę ſeu ſatisfactionis iuſtitia perit diſciplina langueſcit vel tranſgreſſor ad peccandum pronior audaciorque efficitur. non eſt pœna dimittenda,ſed ſecundum ordinem iuſtitiæ exigenda ad dei honorem,delinquentis emendationem, & iuſtitię obſeruationem,non ad propriam vltionem. Vnde qui pœnam non dimittit,diligenter ſeipſum diſcutiat,quo zelo exigat pœnam & fatisfactionem ab iniuriante.[*Vt & pater veſter qui in cælis eſt,dimittat vobis peccata veſtra*]quantum ad culpam & pœnam,vel pœnæ minorationem. F

¶Porrò ſi iniuriam paſſus mallet quantum in ſe eſt,etiam non exigere pęnam dummodo aliunde pro deſſet,non minus meretur apud deum quàm ſi pœnam omnino remitteret.[*Quod ſi non dimiſeritis,*]aliis culpam ad minus ſeu ipſam offenſam,& etiam pœnam quando charitas id requirit,[*Nec pater veſter qui in cælis eſt,dimittet vobis peccata veſtra,*]Vnde Apoſtolus,Eſtote(inquit)inuicem benigni, miſericordes,donantes inuicem,ſicut & deus in Chriſto donauit vobis. De hoc dicta ſunt plura in Matthæo.

¶Poſtremò,quod ſubditur,qualiter ſacerdotes,ſcribæ & ſeniores petierunt à Chriſto in qua poteſtate prædicta faceret. & quomodo Chriſtus ab eis ſciſcitatus eſt,à quo fuit baptiſmus Ioannis, declaratum eſt in Matthæo.

¶Cap. XII. [*Et cœpit illis in parabolis loqui.*] Artic. XII.

IN exordio huius capituli ponit Euangeliſta parabolam Chriſti, quam ad ſacerdotes,ſcribas, & ſeniores locutus eſt de vinea, per quam intelligitur ſynagoga. Hæc autem parabola in Matthæo fuit expoſita, aliqua tamen verba mutantur. Ibi enim habetur,Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam: hic dicitur,[*Vineam paſtinauit homo*]ſed redit in idem. Nam vineam quam deus pater(ſignificatus per hominem)plantauit,etiam paſtinauit, id eſt fouit & coluit per gratię infuſionem,per prælatorum cuſtodiam, imò corporale ac ſpirituale alimentum contulit ſynagogæ. Quemadmodum per Eſaiam teſtatur, Fi-
Epheſi.3. Matth.6. Matth.2. Ibidem. Pſalm,79. lios enutriui & exaltaui,[*Et fodit lacum*]Matthæus dicit,& fodit in ea torcular. ¶Porrò per lacum intelligitur receptaculum vini in torculari expreſsi. Vnde per lacum accipi poteſt repoſitorium oblationum ſeu gazophylaciũ. Cætera in Matthæo expoſita ſunt. De ſeruis enim ad agricolas diuinitus miſsis,Marcus loquitur ſingulariter,Matthæus pluraliter. Numerus autem maior minorem includit. [*Et*
Eſaiæ.1. Matth.2. *mittunt ad eum quoſdam ex phariſæis, & Herodianis.*]Hic recitat Euangeliſta que madmodum ſacerdotes & ſcribæ miſerunt ſimulatores & callidos, qui animo circunueniendi interrogarent à Ieſu ,an liceret tributum ſeu cenſum dari Imperatori,eſtque locus iſte expoſitus in Matthæo. Ibi tamen habetur, q̃ phariſęi miſerunt iſtos. Sed non eſt contradictio,quia & multi ſcribarum ac ſacerdotum fuerunt pha- H
riſęi. Secta quippe phariſęorum,de qua & ſanctus Paulus ſe fuiſſe fatetur, erat ſolennior.[*Et venerunt*
Matth. 22. *ad eum Sadducæi.*]Conſequenter Euangeliſta commemorat,qualiter Sadducęi reſurrectionem & an-
Philipp. 3. gelos eſſe negantes,atque animos hominũ eſſe mortales,aſſerentes querebant à Chriſto,quando plu-
Actuũ.23. res fratres ſucceſsiue haberent eandem vxorem,quis eorum illam habiturus eſſet in reſurrectione futura,quam ipſi non credebant futuram,ſed loquebantur ſic,ſupponendo poſitionem & fidem phariſęorum,futuram reſurrectionem ponentium. Eſt autem hic locus in Matthęo expoſitus. ¶Inſuper ſcribit ſanctus Marcus,quomodo vnus ſcribarum interrogauit Saluatorem,quod eſſet primum maxi-
Matth. 22. mumque mandatum: & hęc quoque explanata ſunt in Matthæo,& quomodo ibi habetur quod ſcriba iſte interrogauit Chriſtum,tentans eum:cum tamen hic ſcriptum ſit,quòd Ieſus laudauit eum dicens,Non es à regno dei,illic concordatum atque tractatum eſt.

¶Deinceps narrat Marcus Euangeliſta,quemadmodum Ieſus interrogauit,cuius filius eſſet Chriſtus quomodo,ſcilicet diceretur filius Dauid,cum Dauid appellet eum dominum ſuum,dicendo,Dixit do-
Pſal.109. minus domino meo,ſede & cætera,in Matthæo expoſitum eſt.[*Et dicebat Ieſus,*]Cauete à ſcribis, qui
Matth. 22. volunt in ſtolis ambulare & cætera. Hæc omnia quæ hic dicuntur de ſuperbia ambitione,auaritia,gula & ſimulatione ſcribarum,plenius habita atque expoſita ſunt in Matthæo,[*Et ſedens*] Ieſus [*Contra*
gazophylacium]id eſt ex oppoſitò arcæ ſeu repoſitorii in quo mittebantur oblationes populi pro ſuſtẽ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tatione miniſtrorum templi & conſeruatione edificii, [*Aſpiciebat quomodo turba iactaret as*] id eſt pecuniam quam offerebant [*In gazophylacium.*] Non ex curioſitate aſpexit hoc, ſed vt hac occaſione inferret ſententiam doctrinalem, pro pauperum conſolatione, & bonæ voluntatis excitatione, quæ ſtatim ponetur. [*Et multi diuites iactabant multa*] id eſt quilibet multum, quia (vt dicitur) ſacerdotes docebant, quòd ille ſimpliciter plus mereretur, qui plus offerret. [*Cum veniſſet autem vna vidua pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans,*] vtpote modicum valde. [*Et conuocans diſcipulos ſuos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hec pauper plus omnibus*] diuitibus [*Miſit,*] vel omnibus ſimul ſumptis, vel vnoquoque eorũ ſeorſum. Miſit autem plus non ſecundũ quantitatem atque valorem, ſed ſecundum proportionem & facultatem, quemadmodum inopi plus eſt dare paruam eleemoſynam, quam diuiti magnam: & puero maius eſt baiulare vnum vas bladi, quam viro integrum modium: vnde ſubiungitur, [*Omnes enim*] præter iſtam [*Ex eo quod abundabit illis, miſerunt*] id eſt de ſuperfluo oblationem fecerunt, [*Hæc vero de penuria*] id eſt modica [*Sua*] tenuique ſubſtantia, [*Omniaque habuit miſit,*] ſcilicet, [*Totum victum ſuum,*] id eſt omne id pro quo victualia emere potuit, ideo penſata ſuæ inopiæ proportione ac facultate, plus miſit ac meruit; imo abſolute plus vnoquoque illorum promeruit, ſi ex maiori charitate fecit.

B ¶Cap. XIII [*Et cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis.*]

Articulus. XIII.



Onſequenter Euangeliſta ſanctus ſcribit, quemadmodum chriſto vrbem Hieruſalem egrediente, vnus diſcipulorum oſtendit ei ædificium templi. & quomodo ex huius rei occaſione Chriſtus prædixit templum Hieruſalem penitus deſtruendũ: quomodo inſuper ex hoc dicto quatuor principales Apoſtoli moti fuerunt ad interrogandum à Chriſto quando templum deſtrueretur, & de tempore conſummationis ſeculi: quid etiam Chriſtus ad iſta reſponderit, quæ omnia ſatis explanata ſunt in Matthæo. [*Videte autem voſmetipſos*] id eſt proprias vires penſate, voſipſos conſiderate, quid vobis agendum atque futurum exiſtat perpendite, & contra iacula ventura animas veſtras ſpiritualibus armis munite, [*Et in omnes gentes*] id eſt per totum mundum [*Primum*] hoc eſt, antequam conſummatio ſeculi veniat [*Oportet prædicare Euangelium,*] ſicut nunc factum videmus, & ante ſecundum Chriſti aduentum plenius fiet, quando vniuerſi conuertentur ad Chriſtum pauciſsimis Antichriſti obſtinatis miniſtris exceptis. Daniel.2.

C [*Et cum duxerint vos*] ad iudicia vel ad mortem ſeu ad conſilium malignorum, [*Tradentes*] id eſt homines impii taliter vos tribulationibus exponentes, [*Nolite præcogitare quid loquamini, ſed quod datum fuerit vobis in illa hora illud loquamini. Non enim vos eſtis loquentes, ſed ſpiritus ſanctus.*] locus iſte vſque ad id, [*Cum autem videritis abominationem deſolationis,*] in Matthæo plenius continetur, quàm hic: & ibi expoſitus eſt. ¶Inſuper quæ ſequuntur de abominatione ſeu idolo deſolationis à Daniele prænunciata, & de tribulationibus ac ſignis futurum iudicium præceſſuris, ſcripta & elucidata ſunt in Euangelio Matthæi. [*Sed in illis diebus poſt tribulationem illam*] Antichriſti miniſtrorumque eius, [*Sol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum.*] Omnia iſta quę hic de propinquis ſignis futuri iudicii, & ſecundo Chriſti aduentu, & punctis annexis ſcribuntur, in Matthęo expoſita ſunt. [*Videte*] oculo mentis, id eſt intellectualiter atque ſagaciter conſiderate conſideranda, [*vigilate*] per ſolicitudinem cordis diligentiãque perennem, [*Et orate*] ſine intermiſsione ſeu congruis horis. [*Neſcitis enim quando tempus ſit*] mortis veſtræ ac futuri iudicii. ¶Denique ad talem vigilantiam inducit Saluator per ſimilitudinem hominis peregre proficiſcentis, qui domum ſuam deſerens deputauit vnicuique ſeruorum ſuorum, quid interim faceret, [*Et ianitori domus præcepit vt vigilet.*] Per hominem iſtum intelligitur Chriſtus aſcendens in cęlum, quemadmodũ in Matthæo, dictum eſt plenius, qui reliquit, quantum ad ſenſibilem præſentiam, domum ſuam, id eſt eccleſiam militantem, deditque vnicuique fideli aliquid operis, vt bene vtatur talentis ſibi conceſsis: & ianitori, id eſt prælatis præcepit vt vigilanter cuſtodiant greges ſibi commiſſos. Ezech.3. 1.Timo.4.

D Ianitor etenim eſt cui dominus ait per Ezechielem, Speculatorem te dedi domui Iſraël, de cuius manu deus requirit ſanguinem pereuntium, niſi cecinerit buccina, annunciando verbum dei ſubditis ſuis, & faciendo quod ait Apoſtolus, Prędica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia. Hoc eſt ergo quod ait Saluator, [*Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum ſuam.*] Litera autem truncata eſt, & ſupplere oportet hoc modo, vigilare atque orare debetis, ſicut homo qui peregre profectus, id eſt Chriſtus in cęlum eleuatus, reliquit domum ſuam, puta eccleſiam, [*Dedit ſeruis ſuis*] id eſt fidelibus. [*Poteſtatem cuiuſque operis*] id eſt virtutem & ius aliquid operandi, ſecũdum præcepta legis diuine. [*Et ianitori*] id eſt paſtori eccleſiæ, [*Præcepit vt vigiletur*] hoc eſt, ſic vigilare & orare debetis, vt homo iſte edocuit, & vt vigilandum eſt ſeruis, quorum dominus abiit, commiſſo vnicuique ſeruo opere, quod faciat vſque ad reditum domini ſui. [*Vigilate ergo: neſcitis enim quando dominus,*] id eſt Chriſtus iudex [*Veniat*] ad iudicandum vos, iudicio particulari, quod fit in morte ſingulorum: vel iudicio vniuerſali, quod erit in fine mundi. [*Sero, an media nocte, an gallicantu, an manc*] id eſt in qua parte veſtræ ætatis, vel in quo ſpacio temporis, [*Ne cum venerit, repente*] hoc eſt, ſubito & improuiſe, [*Inueniat vos dormientes,*] id eſt ab opere bono torpentes ſeu imparatos. Si autem intelligantur hæc de futuro iudicio, tunc ſermo dirigitur non ad Apoſtolos, ſed ad fideles, qui in die iudicii, viui reperientur, morientur, & mox cum alis ſuſcitabuntur: in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quorum persona dicit Apostolus, Deinde nos quiviuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra: Hinc Christus subiungit, [*Quod autem vobis,*] discipulis meis præsentibus [*Dico, omnibus dico, Vigilate*] id est ad omnium fidelium præsentium ac futurorum cautelam & informationem annuncio, vt vniuersi vigili mente deo ministrent, semperque parati consistēt quoniam beatus seruus, quem cum venerit dominus eius, & pulsauerit ianuam, inuenerit vigilantē.

1. Thes. 4. Ibidem. Lucæ. 12.

¶ Cap. XIIII. [*Erat autem pascha & azyma post biduum*] Arti. XIIII.

POstquam Euangelista descripsit Christi prædicationem, vitam atque miracula: hic iam describit eius passionem, per quam saluatus & viuificatus est mundus. [*Erat autem pascha*] id est paschalis festiuitas, vel esus agni paschalis, [*Et azyma*] id est manducatio panum nō fermentatorum seu azymorum [*Post biduum*] hoc est, post duos dies, à die quo Christus sermonem in præcedenti capitulo comprehensum ad discipulos habuit. Hunc enim sermonem fecit tertia feria in hebdomada passionis: & tunc paschalis festiuitas Iudæorum incepit in vespere feriæ quintæ, in qua hora cœperunt Iudæi azymis panibus vesci, & agnū paschalem tunc manducabant. In illa autem tertia feria, sermone finito, prædixit Christus Apostolis se passurum, ideo Marcus computando tempus ab ora huius prænunciationis ait. Erat pascha & azyma post biduum. ¶ Deniq; pene omnia quæ in isto & sequentib⁹ capitulis de passione Saluatoris conscripta sunt, in Matthæo sunt tractata atque exposita. Ibi enim insertum est de dominica passione, q̄ Matthæus omisit, & alii tres Euangelistæ suppleuerunt: idcirco pauca hic restant dicenda, & quæcunque hic omittuntur, in prænotatis Matthæi capitulis inueniuntur exposita. [*Venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi*] id est vas factum de alabastro, seu marmore quodam plenum vnguento pretioso, facto siue extracto de nardo habente spicas in suo cacumine. Nardus autem herba secundum aliquos, vnde elicitur liquor refrigeratiuus & pretiosus, quem aliqui dicunt hic vocari vnguentum: istud quoque plenius dictum est in Matthæo. Quod autem mulier ista fregit alabastrum quando effudit vnguentum super caput Christi, Matthæus non ponit, sed Marcus. [*Erant quidam indigne ferentes,*] videlicet Iudas proditor, & forte aliqui alii discipuli incitati à Iuda. [*Poterat enim vnguentum istud venundari plus quam trecentis denariis,*] Hoc quoque Matthæus non exprimit, sed apud Ioannem legitur Iudas dixisse. Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis. & datum est egenis? Et forte vtrunque dixerunt, vel scriptura non curauit determinate exprimere valorem vnguenti, seu taxam pecuniæ, sed aliquid circiter. Hoc nempe est consuetudo scripturæ. [*Et fremebant in eam,*] ex impatientia: & si alii discipuli hoc fecerunt, certum est quòd Christi responsione audita pœnituerunt. [*Ie sus autem dixit, Sinite eam*] id est in pace eam dimittite. [*Præuenit vngere corpus meum in sepulturam,*] id est nunc corpori meo illud vngendo exhibuit, quod exibitura ei fuisset in sepulchro si potuisset. In sepulchro enim optauit vngere corpus Christi, sed resurrectione illius præuēta nō potuit. Ista nanq; de Maria Magdalena dicuntur, & istud in Matthæo plenius fuit expositū. [*Misit duos ex discipulis, dicens, Dicite domino domus, Magister*] .i. Christus [*Dicit,*] tibi per nos. [*Vbi est rectio mea*] .i. locus refectionis. Alii per refectionem intelligunt agnū paschalem, quem dicunt à domino domus illius Christo donatum: sed sequentia non concordant. Subditur enim, [*Vbi pascha cum discipulis meis manducem?*] id est in quo loco comedam agnum paschalem, vnde de loco subiungitur, [*Et ipse demonstrabit vobis cœnaculum grande ornatum.*] In isto cœnaculo magno latebant Apostoli post Christi resurrectionem, videlicet in cōclaui, in quo & spiritum sanctum receperunt. [*Vespere autem facto, venit cum duodecim.*] Secundum Lucam duo discipuli ad parādum pascha missi fuerunt Petrus & Ioannes. Quomodo ergo Christus venit cum duodecim, nisi duo discipuli isti dicantur domino obuiasse & secū intrasse, vel loquitur per synecdochē? [*Amen dico tibi*] o Petre, [*Quia tu hodie*] id est die hoc non artificiali, sed naturali: subditur enim, [*In hac nocte*] quæ est pars diei naturalis, [*Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus.*] Quomodo hoc concordet cum verbis aliorum Euangelistarum, Antequam gallus cantet, ter me negabis, expositum est in Matthæo. [*Cœpit pauere & tædere*] id est naturalem horrorem & fugam, siue fastidium mortis habere, in parte animi inferiori: non tamen inordinate, vt dictum est plenius in Matthæo. [*Tenete eum & ducite caute*] Hoc traditor dixit, ne Iesus sua industria elaberetur è manibus ministrorum, vel ne aliquis raperet eum de manu eorum. [*Adolescens, autem quidam sequebatur eum,*] scilicet Christum iam comprehensum, [*Amictus syndone*] id est veste alba ac linea, [*Super nudo,*] corpore, non habens aliud vestimentum. Iste creditur fuisse Ioannes Euangelista: tamen aliqui asserunt quod fuit Iacobus minor. De hoc plenius dictum est in matthæo. [*Petrus autem a longe secutus est eum.*] Ioannes habet, quod Petrus secutus est eum, & alius discipulus, qui erat notus pontifici, per quem Ioannes intelligitur secundum expositores communiter. Si ergo præfatus adolescens fuit Ioannes, oportet dicere quod Ioannes post fugā & syndonis suæ relictionem, reuersus est denuo, recuperatque syndonē cum Petro à longe secutus est Iesum. [*Cœpit*] Petrus [*Anathematizare,*] hoc est seipsum maledicto astringere, & cum execratione asserere. [*Et iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis*] id est non agnosco hunc Iesum.

Ioannis. 13. Exod. 12. Exod. 22. Leuiti. 23. Matth. 29. Matth. 20. Ioanni. 12. Matth. 28. Matth. 20.

¶ Expositio cap. XV. [*Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes, & cætera.*] Articulus. XV.

COnsequenter Euangelista ostendit quomodo ac ordine principales Iudæorum procurauerunt Christi occisionem à præside gentili, ei usque ministris. [*Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes, cum senioribus & scribis, & vniuerso consilio*] id est cunctis consulibus atque concilii

S. NICE TOURS

A assessoribus.[*Vincientes,*]id est,ligantes [*Iesum,duxerunt eum, & tradiderunt Pilato.*]¶ Porrò quòd ait, vincientes Iesum,non est sic intelligendum,quòd tunc primo eum vinxerunt,imò quando comprehenderunt eum, ligauerunt eum, vt habet Ioannes : sed & Annas misit Iesum vinctum ad Caipham. Lucæ. 22.
Quod ergo nunc dicitur vincientes Iesum,intelligendum est, vel quòd fortius vel inhonestius ligauerunt eum,cum eum ad Pilatum ducere voluerunt, forsitan manibus retro ligatis, vel quod ad horam dissoluerunt eum,quando mane facto duxerunt eum in suum concilium,vt Lucas habet.
[*Et cum ascendisset turba*]id est, plebs Iudæorum accessisset Pilatum,[*Cœpit*]hæc turba[*Rogare*]Pilatum, [*sicut semper faciebat illis*] id est, vt hac festiuitate paschali ; dimitteret eis vinctum,sicut quolibet anno fecit instante paschali solennitate. Prouocauerunt nanque Iudei ad Imp. Romano,vt hoc fieret eis in commemorationem liberationis patrum suorũ ex Aegypto.[*Et angariauerunt quempiam prætereuntem*] id est,quendam per viam illam transeuntem timore & minis compulerunt, videlicet[*Simonem Cyrenæum*]id est, Cyrenensem, & à loco qui dicitur Cyrene, appellatum,vel quoniam inde extitit oriundus, vel ob similem causam.[*Venientem de villa,*]forsitan versus Hierusalem,ita quòd obuiauerit Christo egredienti.[*Patrem Alexandri & Rufi,*]qui erant discipuli secundum Hieronymum:propter quod pater eorum nominatim exprimitur.[*Vt tolleret crucem eius.*]quod fecerunt crudelissimi illi,non quod Christo propriam crucem baiulanti ac lasso compaterentur,sed ex nimia credulitate,timentes, ne Iesus sub onere crucis succumberet,& antequam crucifigeretur, obiret.[*Dabant ei bibere vinum myrrhatum*]id est,myrrham quæ amarissima est, mixtam vino & felle.[*Et non accepit,*] multum de potu huiusmodi : parum tamen accepit de eo,dicente Ioanne, Cum accepisset acetum, dixit,consummatum. Vnde in Matthæo legitur, Et cum gustasset noluit bibere.[*Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*] huic repugnare videtur,quòd Ioannes ait Pilatum sedisse pro tribunali hora fere sexta, & secundum alios Euangelistas Christus crucifixus est hora sexta. Secundum Augustinum , ad hoc dupliciter respondetur.Primò, secundum Augustinum, quòd Marcus asserens Christum hora tertia crucifixum, aspexit & retulit hoc ad animos Iudeorum,qui volebant quasi immunes videri à morte Christi,propter quod tradiderunt eum Pilato.Hinc enim in Actibus leguntur dixisse Apostolis,vultis super nos inducere sanguinem hominis huius.Quoniam ergo Iudæi hora tertia clamauerunt, Tolle, crucifige: idcirco Marcus testatur Christum hora tertia crucifixum, videlicet linguis & machinamentis Iudæorum. Secundò dicendum, secundum alios quòd Christus crucifixus est intra tertiam & sextam, ideo interdum legitur hora tertia, interdum hora sexta crucifixus .Medium enim nomine vtriusque extremi solet.[*Et qui cum eo crucifixi erant,*]puta latrones, in quorum medio pendebat pretium mundi,sanctus sanctorum, filius dei, [*Conuiciabantur*]id est, crimen sibi imponebant & improperabant[*Ei*] dicendo , Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos . Hoc ideo dicitur,vel quia primo ambo conuiciabantur ei,quamuis vnus eorum postmodum sit conuersus visis mirabilibus quæ fiebant,& visa patientia Christi, vel eo modo loquẽdi quo societas dicitur facere id quod facit pars eius.[*Currens autem vnus*] gentiliũ improperantium Christo: videtur enim fuisse de seruis Pilati,quia non intellexit verbum Christi clamantis,[*Heli-Heli &c*] quod fuit Hebræum , & à Iudæis intelligebatur . [*Et implens spongiam aceto,potum dabat ei,dicens,Sinite*] id est, sustinete [*Videamus si veniet Helias ad deponendum eum,*] Putabant quippe quòd Iesus dicendo Heloi,Heloi,inuocasset Heliam.

B Psalm. 68. Ioann.19.

C Matth.27. Lucæ.23. Matth.27.

¶ Sed quæritur quomodo hic scriptum sit, quod iste offerens Christus acetum , dixit, Sinite, videamus si veniet Helias &c.cum in Matthæo alij referantur dixisse ad istum , sine videamus &c.Dicendum quod fierit potuit,vt alij primo hoc dicerent insultando.
¶ Deinde iste verba illorum repeteret,cum Christi irrisione.[*Videns autem Centurio,qui ex aduerso stabat*] hoc est, ex opposito crucis, custodiens Iesum donec decederet,[*Quia sic clamans expirasset,*]dicendo alta voce,Pater in manus tuas commendo spiritum meum,][*Ait, Vere hic homo filius dei erat.*] Considerauit enim Centurio clamorem illum non fuisse naturalem vel humanum,sed diuina virtute formatum præsertim cum alii instanti separatione animæ à corpore tantæ sint debilitatis,vt vix exiguam valeant producere vocem.Quamuis autem Iesus sit naturalis filius dei, non adoptiuus.non tamen probabile est,quòd Centurio homo gentilis intellexit propria verba de naturali filiatione.Non enim cognouit filium dei esse verum deum & vnum cum patre.sed dixit Iesum esse filium dei quasi hominem singulariter sanctum: vel dixit verba illa ad confirmandum verba Christi,cui obiecerunt Iudæi.quòd fecisset se filium dei.[*Et cum sero esset factum,quia erat parasceue,quod est ante sabbatum,*]id est dies præparationis duplicium ferculorum,videlicet pro die illo,& pro die sequenti seu sabbato,qui ita solẽnis fuit,quod non licuit Iudæis præparare escas in eo.Secundum Bedam,parasceue est nomen græcum,& interpretatur præparatio,quia(vt dictum est)in eo præparabant Iudæi cibaria pro feria sexta & sabbato. Hoc autem nomen habuerunt Iudæi à Græcis, qui inter eos conuersabantur,[*Venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio*]id est vnus de curialibus,[*Et audaciter*]id est sine timore Iudæorum [*Introiuit ad Pilatum, & petyt corpus Iesu.*]Iam enim roboratus fuit in fide,visis quæ in Christi passione ac obitu acciderant. Ideo quamuis ante fuisset occultus Christi discipulus , nunc tamen manifestauit quòd fuit[*Pilatus autem mirabatur si iam obiisset*]id est an Christus tam cito extinctus fuisset. Non enim pensauit Pilatus,quãta tormenta intulerunt Christo Iudæi in nocte, & milites in prætorio,in colũna , in cruce perforantes manus ac pedes eius. Denique quæ sequuntur& quæ iam omissa sunt,copiosè tractata & explanata sunt in Matthæo.

D Ioan.9. Matth .25. Pſalm.21. Matth.27

¶ Caput.XVI. [*Et cum transisset sabbatum Maria Magdalene, & cetera*].
Articulus XVI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

RECitata Saluatoris viuifica paſsione, conſequenter deſcribitur reſurrectio eius glorioſa. [*Et cum tranſiſſet ſabbatum*] id eſt, dies ſabbati, qui fuit ſolenniſsimus, ad occaſum veniſſet, [*Maria Magdalene, & Maria Iacobi,*] mater, [*Et Salomene, emerunt aromata,*] quæ non poterant emere die ſabbati perdurante, ſed veſpere facto, in quo ſolennitatis magnitudo finiebatur, [*Vt venientes vngerent Ieſum,*] id eſt, corpus Ieſu, ponendo totum pro parte, partem pro toto. [*Et valde mane vna ſabbatorum*] id eſt, vno dierum illius hebdomadæ paſchalis, cuius omnes dies dicebantur ſabbata, quia feſtiui. Itaque vna ſabbatorum, id eſt, prima die poſt principale ſabbatum [*Veniunt ad monumentum, orto iam ſole.*] In Ioanne legitur, quòd Maria venit ad monumentum, cum adhuc tenebræ eſſent. Et reſpondendum, quod fuit aurora, ita quod aliquid lucis & aliquid tenebrarum apparuit. In ſuperioribus enim locis videbatur lux ſolis, in inferioribus tenebræ erant. ideo dicit Ioannes, quod tenebræ erant, Marcus, quòd ſol fuit ortus, nam mediũ ad vtroque extremo denominatur. [*Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?*] i. à loco vbi ſuperpoſitus fuit lapis corpori Chriſti, qui de ſepulchro clauſo ſurrexit. [*Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem,*] quem angelus amouit poſt Chriſti reſurrectionem, vt oſtenderet ſepulchrum eſſe vacuum, & Chriſtũ reſuſcitatum. [*Erat quippe magnus valde.*] Idcirco mulieres merito, quærebant, quis eis lapidem tantũ deponeret: quaſi dicerent, nos eum amouere non poſſumus, [*Et introeuntes in monumentum,*] i. in domunculam, in qua fuit ſepulchrum, [*Viderunt iuuenem*]. i. angelum in ſpecie adoleſcentis, [*Sedentem a dextris*] i. in dextra parte ſepulchri. Matthæus dicit, quod angelus accedens, reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Vnde elicitur quòd lapis in dexteram partem iacebat. Merito autem angeli ſancti in forma iuuenili apparent, quoniam inde ſunt, & illam vitam annunciant, vbi nullus ſeneſcit, ſed ſempiterna iuuentus conſiſtit, in menſura ætatis plenitudinis Chriſti. Recte quoque ſedet in dextris, qui proſpera venerat nunciare, & conſolationem æternam cunctis fidelibus exhibere. [*Coopertum ſtola candida*] id eſt, alba ac fulgida veſte indutum. Scriptum eſt enim apud Matth. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimenta eius ſicut nix. Apparuit ergo in ſplendida veſte. Primò, ad deſignandum angelicæ puritatis ſplendorem ac ſanctitatem. Secundò, quoniam nuncius fuit veræ lucis, & cuius ſupernæ claritatis. Tertiò, vt veſtis ſuæ candore fœminas ſanctas mulceret. Denique in Ioanne legitur, quòd cum Maria ſe inclinaſſet, & in monumentum proſpexiſſet, vidit duos angelos, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi poſitum fuit corpus Ieſu. Similiter in Luca ſcriptum eſt, quòd cum mulieres animo conſternatæ eſſent, duo viri ſteterunt iuxta eas in veſte fulgenti, id eſt, duo angeli in forma virorum. Præterea aſſeruit Auguſtinus, quod ibi apparuerunt tres angeli, duo videlicet in loco ipſius ſepulchri, ſeu intra ſepulchrum, & vnus extra ſepulchrum, ſed intra domunculam in qua fuit ſepulchrum. [*Et obſtupuerunt,*] id eſt, vehementer miratę atque exterritæ ſunt propter fulgureum angeli vultum terribilem valde. [*Et dicit illis, Nolite expaueſcere.*]

¶ Hoc angelis proprium eſt, vt quamuis primo ſuo apparatu terrore concutiant homines, mox tamẽ conſolentur ac roborent eos, dummodo digni ſint. [*Ieſum*] id eſt, ſaluatorem [*Quæritis*], hoc eſt corpus Ieſu, putantes Ieſum adhuc mortuum eſſe, [*Nazarenum crucifixum, ſurrexit, non eſt hic,*] ſecundum humanam naturam, qui ſecundum diuinitatem ſuam implet cælum & terram. [*Ecce locus vbi poſuerunt eum*] Ioſeph & Nicodemus, vt locum eſſe vacuum conſpicientes, certæ ſcitis quòd reſurrexit. [*Sed ite dicite diſcipulis eius, & Petro.*] Specialiter nominat Petrum, vel quia inter diſcipulos principalis, vel potius vt detur ei fiducia veniæ atque audacia veniendi inter diſcipulos. [*Quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis ſicut dixit vobis.*] Iſta expoſita ſunt in Matthæo. [*At illæ,*] mulieres euntes domunculam ſepulchri, [*Fugerunt de monumento*] cuius ratio ſubditur. [*Inuaſerat enim eas tremor*] corporis [*Et pauor*] mentis, [*Et nemini,*] id eſt, nulli præſentium, ſcilicet nulli de cuſtodibus illic iacentibus, vt dictum eſt in Matthæo, [*Quicquam dixerunt.*] Timebant enim non ſolum ex angelis apparitione, ſed etiam ex intuitu militum qui ibi tanquam mortui iacebant proſtrati. [*Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ.*] Ex hoc ſequi videtur, quòd Ieſus ſurrexit in aurora, vt Auguſtinus affirmat: Gregorius tamen aſſerit, quòd ſurrexit media nocte: quemadmodum Sampſon, qui fuit figura Chriſti, media nocte ſurrexit, & portas Gazę apportauit. Sicque quod dicitur, mane non determinat participium ſurgens, ſed verbum apparuit, vt ſit ſenſus, Surgens Ieſus, id eſt, Ieſus qui ſurrexit, apparuit mane prima ſabbati. Primum tamen magis videtur conſonum textui. Itaque ſurgens Ieſus à ſepulchro in quo anima eius fuerat corpori reuntia, mane, id eſt, in aurora, prima ſabbati, id eſt, die immediate ſabbatum ſubſequente. Iudæi nanque denominant dies ſeptimanæ à ſabbato, quaſi à principaliori, dicendo, prima ſabbati, ſecunda ſabbati, tertia ſabbati, [*Apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia,*] id eſt, vniuerſa peccata mortalia. Septenario quippe vniuerſitas deſignatur. De hac apparitione dictum eſt copioſius in Matth. [*Illa vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant*] id eſt, cum Ieſu ante paſsionem conuerſabantur, puta diſcipulis [*Lugentibus & flentibus:*] ideo appellatur apoſtolorum apoſtola. Et ſicut à prima muliere Eua cœpit, & propinata eſt viro eius, & omnibus poſteris ſuis, damnatio: ſic mulier iſta primo nunciauit hominibus ſaluationem, quæ eſt in Chriſto. [*Et illi audientes quia viueret Ieſus, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt. Poſt hec autem duobus ex eis,*] id eſt, duobus diſcipulis, quorum vnus dictus eſt Cleophas, [*Ambulantibus (in villa) oſtenſus eſt,*] id eſt, ſeipſum oſtendit atque apparuit dominus Ieſus [*In alia effigie*] id eſt, alia facie diſpoſitione, phyſionomia ſeu ſpecie, [*Euntibus in villam,*] in qua fuit caſtellum nomine Emaus. Iſta apparitio facta eſt in die dominicæ reſurrectionis, & in Luca deſcripta eſt plenius. Quomodo autem facta eſt iſta alteritas effigiei, non eſt facile determinare, videlicet in quo ſubiectiue fuit iſta ef-

Lucæ.24. Ioann.20.
Ibidem.
Matth.20.
Ephe.4.
Matth.28. Iob.12. Ioann.20.
Lucæ.14.
Ioann.19.
Matth.28.
Iudit.16.
Lucæ.8.
Matth.28. Gene.3.
Lucæ.24.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A figies altera, an ſolum in oculis diſcipulorum, an in aëre, an in corpore Chriſti apparentis in habitu peregrini. Vnde diſcipuli, Tu ſolus (inquiunt) peregrinus es, &c. Corpus autem Chriſti glorificatum tunc fuit, vnde non videtur in ipſo fuiſſe effigies alia. Aliqui tamen dicunt, quòd Chriſtus ad horam mutauit faciem ſuam, quemadmodum in tranſiguratione. Alij probabilius dicunt, quòd mutatio hæc fuit duntaxat in oculis diſcipulorum. Quoniam in Luca habetur, quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent, ſicque videntur fuiſſe percuſsi auriſia, quemadmodum Syri quærentes Heliſæum & Sodomitæ quærentes domum Loth, quòd ſua incredulitate meruerunt. Sicut enim diſcipuli non recte ſenſerunt de Ieſu: ſic ipſe non oſtendit ſe eis qualis fuit. [*Et illi euntes*] i. eadem hora in Hieruſalem redeuntes, [*Nunciauerunt cæteris*] i. vndecim apoſtolis intra conclaue collectis, [*Et his qui cum ipſis*] tunc [*Erant,*] quomodo Ieſus eis apparuiſſet, eumque in fractione panis cognouiſſent [*Nec illis crediderunt.*] ¶ Oppoſitum videtur, quoniam Lucas habet quòd ipſi duo inuenerunt vndecim congregatos, & eos qui cum ipſi erant, dicentes quod ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et reſpõdendum, quod imperfectè credebant dubitatione quadam ſeu nutatione mentis annexa. Vnde poſt pauca Lucas illic ſubiungit, Adhuc illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, &c. [*Nouiſsime*] i. in die aſcenſionis vt probabilius æſtimatur, [*Recumbentibus*, i. manducantibus [*illis vndecim apoſtolis, apparuit*] Ieſus in con-

B claui ſeu cœnaculo, in quo paſcha edebant. Et quamuis Marcus non exprimat niſi vndecim tanquam principales diſcipulos, nihilominus (vt aliqui dicunt) ibi tunc erant alij multi viri & fœminæ, in quorum conſpectu Chriſtus eodem die aſcendit: erantque circiter centum viginti ſecũdum Lucam, vt ex apoſtolorum Actis colligitur. Sed ſi iſtud intelligendum eſt de apparitione hac facta in cõclaui, quomodo Marcus dicit de ea, quòd Chriſtus nouiſsime apparuit, cum poſtmodum eadem die in monte Oliueti apparuerit eis? Et reſpondendum. Primò, quòd ſic intelligi poteſt. Nouiſsime. i. vltimo die quo inter diſcipulos conuerſabatur in terra poſt reſurrectionem. Siquidem per dies quadraginta apparuit eis ſæpe, quorum dierum vltimus fuit iſte. Vel quòd dicitur, nouiſsime, referendum eſt non ad tempus apparitionis, ſed ad apparitiones præcedentes. Apparuit ergo recumbentibus & comedit cum eis, & docuit eos, iuxta illud, Conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſsionem patris factam de miſsione ſpiritus ſancti. Tunc quoque diſcipuli interrogauerunt eum, Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël? [*Et exprobrauit*] i. cum iuſta ac dira improperatione redarguit [*incredulitatem illorum, & duritiam cordis,*] Verba autem ſeu forma exprobrationis nõ ponitur hic, ſed forſitan talis erat quomodo duobus diſcipulis in Emaus euntibus dixit, O ſtulti & tardi corde ad credendum [*Quia his qui viderant eum reſurrexiſſe,*] id eſt, qui Chriſtum poſt reſurrectionem viderunt, vt mulieres, & Petrus ac duo diſcipuli. Vel, his qui viderãt eum reſurrexiſſe, id eſt, eius reſurrectionem viderunt & ei affuerunt, videlicet angelis ſanctis, [*Non crediderant,*] Ita intelligit. Sanctus Bernardus. Apoſtoli enim non credendo mulieribus quæ angelos viderant, eorumque verba

C apoſtolis nuntiauerunt, non crediderunt angelis ipſis. ¶ Sed quomodo Chriſtus increpauit apoſtolos de incredulitate & cordis duritiam in die aſcenſionis, quando vtique crediderunt & deuoti valde fuerunt? Dicendum, quòd increpauit eos de præcedenti incredulitate atque duritia, & forte quia adhuc non ſatis creduli erant. Aliqui vero dicunt, quòd non increpauit apoſtolos, ſed quoſdam diſcipulos congregatos cum eis. Sed Euangeliſta apertiſsime dicit, quòd apparuit vndecim, exprobrauitque incredulitatem illorum & duritiam cordis. [*Et dixit eis, Euntes in mundum vniuerſum*] non ſtatim poſt aſcenſionem vel ſpiritus ſancti receptionem, ſed in die diuiſionis apoſtolorum. Itaque, euntes ſe paratim & ſucceſsiue, in mundum vniuerſum, id eſt, ad principales partes mundi, [*Prædicate euangelium omni creaturæ*] id eſt. omni homini, Homo enim dicitur omnis creatura, non formaliter aut ſubſtantialiter, ſed virtualiter & per cõuenientiam: quia cum omni creatura habet aliquid commune, & omnes differentiæ rerum ſeu cuncta genera entium in ipſo concurrunt. Conſtat enim ex materiali & immateriali ſubſtantia, habetque in ſe accidentia ſenſibilia & inſenſibilia: omnia quoque quodammodo ordinantur ad hominem. Vnde hoc hoc quod Sapiens ait, Hoc quod cõtinet omnia, ſcientiam habet vocis, vno modo exponitur de homine. Nam & anima rationalis continet in ſe omnes formas inferiores, queadmodum numerus maiorem minorem, & tetragonum, trigonum: & inſuper conuenientiam

D habet cum angelis in intellectuali perfectione: corpus quoque humanum continet elementa, & ad cæliformen æqualitatem reducitur ſecundum philoſophos. [*Qui crediderit,*] fide formata ſeu dilectione ornata, & cum opportunitas adeſt per dilectionem operante. Qui enim dicit ſe deum cognoſcere, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Et, Fides ſine operibus mortua eſt. [*Et baptizatus fuerit.*] baptiſmo fluminis, flaminis, vel ſanguinis. Non enim ſufficit fides ſine baptiſmo, ſi adſit poſsibilitas ſuſcipiendi baptiſmum: quæ ſi fuerit, debet homo habere propoſitum & affectum recipiendi ipſum, & de præterita negligentia pœnitere, ſi diſtulit, quando recipere potuit. [*Saluus erit*] in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam, modo in ſpe & tunc in re. [*Qui vero non crediderit, condemnabitur.*] Quoniam ſine fide impoſsibile eſt placere deo, quicquid fecerit vel habuerit homo. Nam iuſtus ex fide viuit, & quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt, ſecundum Apoſtolum. [*Signa autem*] id eſt, miracula quibus fides probatur eſſe à deo, quæ naturali nequit ratione probari, cum enim deus eſſe non valet teſtis falſitatis, aut confirmator erroris, conſtat illam fidem eſſe diuinam, ad cuius cõfirmationem deus tanta operatus eſt ſigna, quorum multa omnem creatam poteſtatem excedunt. Itaque, [*Signa eos qui crediderint, hæc ſequentur,*] i. virtus & gratia faciendi ſigna ſequentia eis præſtabitur. Non eſt autem abſolute de vniuerſis fidelibus intelligẽdum, ſed de quibuſdam, preſertim in exordio naſcentis eccleſiæ, & etiam interim vſque in præſentem diem, ſecundum diuine ſapientiæ ordinatiſſimum moderamen & neceſsitatem ſeu vtilitatem eccleſiæ, de quibus dominus, Qui credit in me,

Matth. 27. Lucæ. 24. 4. Reg. 6. Gene. 13. Lucæ. 24. Actu. 1. Ibidem. Lucæ. 24. 1. Ioan. 2. Iacobi. 2. Hebr. 11. Hebr. 10. Ioan. 14. Actu. 19.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado. [*In nomine meo*]. i. E
in mea poteſtate, & per inuocationem nominis mei [*Dæmonia eiciunt*,] ab obſeſsis corporibus, imò in
Actu.2, Actis ſcriptum eſt, quòd ad contactũ veſtium Pauli, ſpiritus nequam egrediebantur, [*Linguis loquentur*
nouis]. i. recentibus atque diuerſis loquelis vtentur, vt patet in apoſtolis, qui recepto ſpiritu ſancto, cœ
perunt loqui variis & omnium gentium linguis: quæ etiã gratia data eſt aliis pene in numeris in pri-
Pſalm. 90 mitiua eccleſia, aliter non potuiſſent Euangeliũ prædicare in tam diuerſis atq; diſtantibus locis. [*Ser-*
Lucæ.10. *pentes tollent*]. i. calcabunt, occident ſiue portabunt, quemadmodũ Paulus viperam manu ſua apprehen
dens excuſsit in ignem. Nomine autẽ ſerpentũ reliqua venenoſa animantia intelliguntur, quẽadmo-
dum ſcriptũ eſt, Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Hoc quoq;
Actu.5. Saluator promiſit, Ecce (inquiens) dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſu-
Actu.29. pra omnẽ virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. [*Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit,*] quem
admodũ patet in Ioanne apoſtolo. [*Super ægros imponent, & bene habebunt*]. i. ſanabuntur. Liberalis atq;
magnifici promiſsionis eſt plus conferre quã promiſit. Sic Chriſtus multo maiora per apoſtolos mul
toſque alios fecit, quã ſint ea quæ hic recitãtur, præſertim cum ad vmbrã Petri legantur infirmi fuiſſe
ſanati. Porrò in Actis ſcribitur, Virtutes nõ modicas fecit deus per manus Pauli, ita vt à corpore eius
deferrentur ſuper languidos ſudaria, vel ſimilia, & recedebant ab eis languores. Hæc igitur ſigna cor-
poraliter quidem ab aliquibus comparatiue paucis facta noſcuntur, nec opus eſt ea nunc iterari, cum F
in ſuo effectu ſatis reſplendeant. Quid equidẽ ita mirabile ſicut conuerſio totius mundi ad totam in-
cõprehenſibilẽ ac arduam legẽ? Spiritualiter vero à multis multoties facta ſunt, & quotidie fiunt. Spi-
ritualiter nanq; dæmonia eiicit, qui peccatorẽ mortalibus vitiis irretitum conuertit, ita vt ſit templũ
Spiritus ſancti, qui paulò antè vas erat diaboli. Nouis inſuper linguis loquitur, qui ſolita vaniloquia,
Epheſ.5. ſcurrilia, vitioſáque verba deuitans, incipit loqui ſalutaria verba, deũ laudare, proximum informare, iu
Pſalm.33. giterq; orare, quemadmodũ monet Apoſtolus, Implemini (inquiens) ſpiritu ſancto, loquentes vobiſ-
metipſis, in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris, do-
mino gratias agentes pro omnibus ſemper, hoc fecit qui ait, Benedicam dominum in omni tempore,
Roma.8. ſemper laus eius in ore meo Et alius, Laudabo (ait) nomen tuum aſsidue, & confitebor tibi cum adhuc
iunior ſum, antequam oberrem. Serpentes autem tollit, qui diabolicas ſuggeſtiones, & venenatas tenta
Pſalm.17. tiones ſuppeditat. Mortiferũ vero ſine nocumento bibit, cui omnia etiam mala cooperantur in bonũ
Eſaiæ.35. vel qui aliorũ prauis exẽplis non inficitur, nec peruertitur cũ peruerſis. Super ægros autẽ imponit ma-
nus & ſanat eoſdẽ, qui puſillanimes & imperfectos bonis operibus roborat, verbo conſolationis ſuſten
rat, & ſuis exemplis prouocat ad meliora ac viciniora ſaluti. [*Et dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt*
eis] verba prædicta, & alia plura quæ ſcripta ſunt in Actis, [*Aſſumptus eſt in cælum*]. i. propria virtute aſ-
cendit ad cælum empyreum. Qui enim deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cęlos, de quo ait
Pſalmiſta, Pſallite domino qui aſcendit ſuper cælũ cęli ad orientem. Itemq;, Aſcendit deus in iubilo, do G
minus in voce tubæ. Deniq; Chriſtus aſcendit non ſolum diuina virtute, ſed & humana per dotẽ agili-
tatis. Corpus nanque glorificatũ obedit ad nutum voluntati atque imperio animę. In Luca ſcriptũ eſt,
quòd Ieſus eduxit eos qui erant in conclaui foras in Bethaniam, & eleuatis manibus benedixit eis, ac
ferebatur in cælum. Sed & in Actis habetur quòd videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eũ ab
Act.1. oculis eorum. Cúmq; intuerentur in cælum euntẽ illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus
albis, & cętera. Hæc autẽ nubes & angeli apparentes, atque cũ Chriſto aſcendentes non affuerunt pro-
pter Chriſti indigentiam, ſed reuerentiã: ad demonſtrandum quòd eccleſia, & inferiora, corporalia ac
ſpiritualia ad Chriſti obſequium eſſent parata. [*Et ſedet a dextris dei*,] ſecundũ humanitatẽ aſſumptam.
Sedet à dextris dei. i. in potioribus bonis patris, de quibus ait Propheta, Delectationes in dextera tua
Pſalm.15. vſque in finem. Omnia enim creata ſubdita ſunt Chriſto homini & eius humanitati, & anima Chriſti
Pſalm.8. perfectiſsime fruitur increatis diuitiis ſummæ trinitatis. Præterea, ſecundũ humanitatẽ ſuã ſedet à dex
Hebr.1. tris dei. i. ad patris æqualitatẽ, cum quo vnus deus eſt, ſedens non corpotaliter ſecundũ quòd deus, ſed
ſedet. i. omnipotenter quieſcit & regnat. Hinc Dauid prædixit. Dixit dominus domino meo, ſcde à
Pſalm.109 dextris meis. Et Chriſtus, Ego (inquit) vici & ſedi cum patre meo in throno eius. [*Illi autem* [Apoſtoli
Apoc.3. [*Profecti*] in omnem terrã, ſecũdũ diſpoſitionẽ diuinã, [*Prædicauerunt vbique*]. i. in partibus principalibus H
Actu.1. orbis, quẽadmodũ Chriſtus legitur eis dixiſſe, Eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad
vltimum terræ. Prædicauerunt ergo vbique, videlicet Petrus in Italia, Paulus in Græcia, Andræas in
Achia, Ioannes in Aſia, Iacobus maior in Hiſpania, Phillipus in Scythia, Bartholomæus in Armenia,
Eſaiæ.26. Matthæus in Aethiopia, Thomas in India, Iacobus minor in Hieruſalem, Simon & Thaddæus in Ae-
Philip.2. gypto & Babylonia, Matthias in Iudæa. [*Domino cooperante*,] qui omnia opera noſtra operatur in no-
Hebre.1. bis, ſecundũ Eſaiam, Qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate. [*Et ſermonem*] e-
uangelicæ prædicationis [*Confirmante*]. i. verum eſſe monſtrante [*Sequentibus ſignis*,] quæ fecit per ſan-
ctos apoſtolos. Vnde dicit Apoſtolus, Quomodo effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ in
1. Cori.2. nos confirmata eſt, conſtante deo, ſignis & portentis & virtutibus, & ſpiritus ſancti diſtributionibus?
Pſalm.91. Et rurſus, Sermo meus & prædicatio mea non fuit in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in
oſtentione ſpiritus & virtutis, vt ſedes veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei; cuius
teſtimonia credibilia facta ſunt nimis. Nam quanto catholica fides in ſeipſa incomprehenſibilior, mi-
1. Corin.15. rabiliorque conſiſtit, tanto diuinitus approbata & confirmata eſt ſignis pluribus atque maioribus.
Colo.1. vt ſimus ſemper immobiles in fidei veritate, ad laudem & reuerentiam creatoris ac ſaluatoris noſtri
qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus. Amen.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EVANGELIVM LVCAE ENARRATIO.

Prologus.

DOctrinam quasi antelucanam illumino omnibus, & enarrabo illam vsque in longinquum, & illuminabo omnes sperantes in domino, & relinquam illam quærentibus sapientiam, quemadmodum ait Ambrosius, Scriptura diuina mũdanæ euacuat sapientiæ disciplinam, quæ verborum magis est fucata ambitu, quàm rerum ratione subnixa, hoc est, verbis magis inaniter decoratur, quàm ratione & veritate firmetur. Nam & multi errores atque contrariæ opiniones inueniuntur in philosophica scientia.

¶ Porrò in sacra scriptura summa concordia, inuiolataque veritas continentur.

B In sancta demum scriptura etiam illa reperiuntur, quæ philosophi miranda putabant. Tria enim precipua æstimauerunt, videlicet triplicem sapientiam, naturalem, moralem, & rationalem: quæ in scripturis diuinis multo excellentius esse & contineri noscuntur, tam in veteri quam in nouo testamento: quod in tribus Salomonis libris ostenditur, qui in libro Prouerbiorum moralem seu ethicam: in Ecclesiaste, naturalem: in Canticis Canticorum rationalem, simul & moralem sapientiam scripsit. In nouo etiam testamento sapientia naturalis in Euangelio sancti Ioannis: moralis in euangelio secundum Matthæum: rationalis in euangelio beati Lucæ præcipue fulget. Lucas nanque magis historicus est, & Christi miracula plenius refert, quibus euangelica veritas comprobatur. Matthæus vero præcepta viuendi, & moralia Christi documenta prosequutus est clarius. Ioannes autem de Christi diuinitate sublimius loquitur. Quælibet tamen sapientia ista, in quolibet Euangelista habetur. ¶ Pro cuius clariori intelligentia oportet aduertere, quia vt octauo de ciuitate dei recitat Augustinus, studium sapientiæ circa duo versatur, videlicet circa actionem & cõtemplationem: propter quod vna pars sapientiæ actiua seu practica, altera contemplatiua vocatur: quarum actiua ad vitæ compositionem, instituendosque mores spectat: contemplatiua ad conspiciendas rerum naturas & naturæ causas intendit. Socrates itaque actiuæ, Pythagoras contemplatiuæ plus institit: sed Plato vtranque coniũgens philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes diuisit. Videlicet in moralem, quæ circa actionem versatur: in naturalem, quæ contemplationi deputatur: & rationalem, qua verum à falso discernitur. Quæ licet actioni & contemplationi sit necessaria, amplius tamen ad contemplationem pertinẽt. Idco ista tripartita philosophiæ diuisio non contrariatur distinctioni, qua dictum est, omne studium sapientiæ in actione & contemplatione consistere. Eccle. 24.

C ¶ Denique secundum Augustinum libro prefato, celebriores platonici aliquid tale de deo senserunt, vt in ipso inueniatur causa subsistendi, & ratio intelligendi, & ordo viuendi: quorum trium, primum ad naturalem, secundum ad rationalem, tertium ad moralem pertinet philosophiæ partem seu speciẽ. Cum ergo hæc tria multo præclarius de deo sublimi & benedictio consideret theologia desuper reuelata, quam philosophia humano studio adinuenta, palam quòd triformis illa sapientia in scripturis diuinis eminentius quàm in libris philosophicis sit contenta.

¶ Præterea omnium philosophorum moralia documenta nequaquam Christi moralibus queunt cõparari doctrinis, eo quòd Christi moralis instructio ad priuati seu proprij improbique amoris, qui omnium vitiorum origo est, plenariam eradicationem atque ad suiipsius humillimum ducat contemptum, & ad diuinitatis intensissimam ad purissimam dilectionem, de qua perfectione, doctrina & re, ignari ac muti fuerunt philosophi. Nec enim humanæ rationis naturali lumine ad huiusce modi doctrinam ac perfectionem pertingitur, saltem eo modo quo à Christo docetur, videlicet prout ad supernaturalem felicitatem perducit. Matth. 19. Marci. 10. Lucæ. 18. Matth. 11.

D ¶ Insuper nulla humana scientia tam certè & efficaciter suas comprobat conclusiones, vt euangelica sapientia, fidei sacræ articulos, qui in Euangelio per legis & prophetarum oracula, per Christi miracula, per reuelationes cælestes, per plurimos testes, alijsque fortissimis viris efficacissime comprobantur. Rursus, nequaquam philosophia tam excellenter de creatoris ac creaturarum natura, proprietate, perfectione & operatione pertractat, vt euangelica theoria, cui omnis naturalis scientia cum in effabili humilitate debet esse deseruiens & subiecta. ¶ Idcirco ait Apostolus, Arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia deo, destruentes omnem altitudinem, extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. Ex quibus authoritas, certitudo, & excellentiæ sacræ scripturæ, præsertim Euangelicæ sapientiæ innotescunt, euius sapientialis descriptor fuit gloriosus Euangelista lucidissimus Lucas, ita quod verba thematis præinducta eloqui potest. Nam instar exuberantissimi fontis euangelicæ veritatis doctrinam omnibus elucidante, & sapientiæ riuos sibi desuper impartitos, liberalissima charitate cunctis diffudit, docuitque vniuersos sperantes in domino, & singulis veræ sapientiæ auidis copiosa relinquit cælestis sophiæ fluenta. Hinc Lucas rite sic appellatus, futuro præsagio cum Daniele sortitus est nomen. Ipse etenim vere fuit in primitiua ecclesia, imò nunc vsque est luculẽtissimus Lucas luciformis, lucifluus, de plenitudine lucis suæ vniuersum orbem irradians: qui cum excellentia quadam, venustioríque stilo Euangelium suũ conscripsit, prę-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

teris quoque Euangeliſtis eſt hiſtoricus, ſcripſitque Euangelium poſt Matthæum & Marcum, & quę E
ab illis omiſſa fuerunt de Chriſti eiuſque præcurſoris annunciatione, conceptione, natiuitate, circun-
ciſione, infantia, eleganter ſuppleuit. Fuit autem de Anthiochia oriundus, & in Bithiniam migrauit ad
Chriſtum, de quo refert græcus expoſitor. Cum autem Lucas bonæ indolis eſſet, capacitatiſque ſtre-
nuæ, Græcorum ſcientiam conſequutus eſt, & grammaticam atque poëſim adeptus perfectè. Rheto-
ricam autem & perſuadendi leporem aſſequutus ad plenum, neque philoſophiæ muneribus caruit, de
nique & medicinam acquiſiuit. Et quoniam ingenij velocitate ſatis de humana guſtauerat ſapientia,
ad altiorem conuolat. Accelerat ergo ad Iudæam, & viſibiliter atque verbotenus Chriſtum adit. Cu-
ſque veritatem agnoſceret, efficitur Chriſti diſcipulus, plurimum cum magiſtro hoc conuerſatus. Ex
quo patet, quod Lucas Chriſtū in carnevidit atque audiuit, eiuſque diſcipulus fuit. Theophilus quo-
que teſtatur, quòd nō fuit diſcipulus Chriſti ab initio, ſcilicet prædicationis Chriſti, ſed tempore pro-
cedente. Hieroymus autem fatetur, quòd ſtilus Lucæ Euangeliſtæ, tam in Euangelio quàm in Ac-
tibus apſtolorum ornatior eſt, cæterorum ſtilo Euangeliſtarum & Apoſtolorum, & eloquentiam redo-
let ſecularem. Talis etiam eſt ſtilus Eſaiæ inter prophetas, ſed & liber Iob rhetorice ſcriptus eſt.

¶ De perfectione Euangelicæ legis. Artic. 1.

Iob.36. F

ECce deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Quē admodum in prima ſecundæ Thomas oſtendit, Lex eſt regula atque menſura actuum, per quam quis ad agēdum vel non agēdum bene ſe habet ſiue inducitur. Legis enim eſt, actus hominum regulare debito ordine ſecundum exigentiam finis à legiſlatore intenti, Multiplex autem lex ponitur, videlicet lex æterna, quæ eſt dictamen & ratio diuinæ ſapientiæ, inquantùm eſt directiua actionū ac motuum omniū creaturarum, de qua lege deo Sapiēs ait, Cùm ſis iuſtus, Sapient.12. Sapient.2. iuſte omnia diſponis. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt. Hęc itaque lex realiter idem quod ſumma & increata ſapientia, attingens à fineviſque ad finem fortiter, & diſponens cuncta ſuauiter: quæ lex ſecundum Anſelmum in lib. de veritate, omnis rectitudinis & virtutis, omnis veritatis ac legis origo eſt, & fontale atque cauſale principium. Alia eſt ergo lex naturalis, quę eſt participatio legis æternæ, naturis rerum creatarum naturaliter indita, per quam quilibet tendit in proprium finem ſibi à diuina ſapientia præſtitum, & operatur proprias actiones. ¶ Porrò lex iſta naturalis in homine eſt dictamen ſeu ordinatio vel cenſura practicæ rationis, per quam homo ad aliquid agendum vel omittendum inducitur, iſtáque lex ſufficeret homini, ſi homo non ordinaretur niſi ad naturalem fœlicitatem ac finem: ſed quia ad ſupernaturalem beatitudinem (quæ eſt viſio dei per ſpeciē, 1.Corin.13. G
ſeu facie ad faciem, ſecundum Apoſtolum) creatus & ordinatus eſt, ideo ſupernaturali indiget lege, 2.Corin.3.
quæ dicitur lex diuina, per quam lex de vera ac ſupernaturali beatitudine inſtruatur, atq; de preceptis & actibus perueniendi ad illam illuminetur, quæ lex eſt menſura ac regula actuum humanorū in ordine ad fœlicitatem ſupernaturalem æternam. Siquidem per hanc legem ratio cognoſcit & dictat quid de deo ſentiendum, quomodo ei obſequendum, ad quam etiam finem ſit omne noſtrum exercitiū referendum: de qua ait Pſal. Lex domini immaculata conuertēs animas. Inſuper præter legem æternā & naturalem, ac diuinam, ponitur lex humana, quæ eſt quoddam rationis dictamen, quo dirigūtur actus humani in ordine ad finem boni communis in vita præſenti ad conuiuendū pacifice: quæ lex ex naturali lege progreditur, eſtque determinatio & explicatio eius circa particularia hominum opera. Quēadmodum enim ratio ſpeculatiua ex primis ac indemonſtrabilibus principiis elicit varias diuerſarum ſcientiarum concluſiones: ſic ratio & practica ex primis principiis operatiuis, ſeu agendorum, quę ad naturalem pertinens legē, procedunt ad particulariora, inquirēdo & diſcutiēdo quid in certis negotiis ſit agendum: & huiuſmodi particulares diſpoſitiones per rationem inuentæ, dicuntur leges humanæ, obſeruatis aliis conditionibus quæ ad legē concurrere debent. ¶ Lex enim cōcernit bonum cōmune. Dicit quoq; Iſodorus q̄ lex humana, quantū poſsibile eſt, debet eſſe honeſta, vt religioni conueniat
iuſta, vt ſecundū rationem procedat: poſsibilis, vt à ſubditis portari valeat & impleri. Erit demum ſe- H
cundū conſuetudinē patrię, & loco ac tēpori debet congruere. ¶ Denique lex diuina diuiditur in legem veterem ſeu Moſaicam, & nouam ſeu euangelicam: quę diuiſio nō eſt per diuerſas ſeu oppoſitas ſpecies, cum vtriuſque ſit vnus finis, ſcilicet Chriſtus, ſeu deo coniungi ac frui, In vtraq; etiam prnicipalia præcepta, puta moralia, ſunt eadem: ſed eſt ſicut diuiditur aliquid per perfectum & imperfectū, quæ tamen vnius ſunt ſpeciei, vt homo per virum & puerum, Nunc ergo oſtendēda eſt legis euangelicæ ſuper omnem aliam legem creatam excellentia atque perfectio. ¶ Porrò, quòd omnē legē humanam excedat, certum & clarum eſt, & infra probabitur: q̄ vero legem Moyſi perfectione, dignitateq; Exod.19.
ſuperet, primo oſtenditur ex parte legiſlatoris. Vetus enim lex à deo data eſt, non immediatè, ſed mediatè. imò per gradū duplicem miniſtrorum, puta per angelum & per Moyſen: deo nanque iubēte ac
deſtinante, loquutus eſt angelus Moyſi: iubenteque angelo ex parte dei, Moyſes legem ab angelo im- Galat.3.
mediatè acceptam propoſuit populo, imò non vnius duntaxat miniſterio angeli, ſed plurimū angelo- Act.7.
rū data eſt vetus lex: iuxta illud Apoſtoli, Lex propter tranſgreſſores poſita eſt, ordinata per angelos
in manu mediatoris, Vnde in actis ſtephanus exprobrans ingratis Iudęis, Accepiſtis legē in diſpoſitio
ne angelorum, & nō cuſtodiſtis. Euangelica verò lex à verò deo, videlicet Ieſu Chriſto vnigenito pa-
trìs æterni (de quo Chriſto in ſua canonica ſcribit Ioannes, Hic eſt verus deus & vita æterna) imme- Ioan.15.
diatè collata eſt, Secundò, oſtenditur idem, quia vetus lex comparatur ad nouam, ſicut inperfectum ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A perfectum, ſicut medium ad finem, ſicut diſpoſitio ad formam ſeu habitum: imò lex euangelica ſe habet ad veterem legem, ſicut meredies ad auroram, lumen ad vmbram, veritas ad figuram, domina ad ancillam. Cum enim finis legis diuinæ, videlicet veteris ac nouæ ſit ad veram fœlicitatem perducere ſeu deo vniri ac frui, illa lex diuina vocatur perfecta, quæ ea includit per quæ beatitudo acquiritur: ad quam ſine gratia gratum faciente nemo perducitur: vetus autem lex gratiam non continuit, ſed promiſit, Euangelica vero lex gratiam includit & confert, quoniam ſacramenta eius gratiam non ſolũ figurant, ſeu ſignant, ſed etiam conferunt & efficiunt quod deſignãt. Ideo dicit Apoſtolus, Nihil ad perfectum adduxit lex. Introductio verò melioris ſpei, per quam approximamus ad deum. Rurſus, Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto Ieſu. Itemq;, Si data eſſet lex quæ poſſet viuificare. verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed cõcludit ſcriptura omnia ſub peccato. Huius autem ratio aſſignatur, quoniam ſacramenta veteris legis gratiam non continebant nec conferebant, ſed ipſa lex diſpoſita fuit ad euangelicam legem, eam præfigurando, Chriſtum prænunciando, idoloiatriam reprobando: ideo Chriſti lege promulgata ceſſauit: propter quod dicit apoſtolus, Priuſquam venerit fides, ſub lege cuſtodiebamur, Hebr. 7.
concluſit in eam fidem quæ reuelanda erat. Vbi autem venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo, Similiter loquitur ad Hebr. Reprobatio quidem ſit præcedentis mandati, propter infirmitatem & vtilitatem. Tertiò, idem probatur, quia lex euangelica bona cæleſtia & futura in patria manifeſtè prænunciat, figurat, promittit, atque ad ea immediatè introducit. Horum autem bonorum lex vetus non ha-
B buit ſignificationem expreſſam & propinquã, ſed obſcuram atque remotam, prout ſcriptum eſt, Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginẽ rerum. Hinc (iuxta diuũ Dionyſium) ſtatus euangelicæ legis medius eſt inter ſtatũ ſynagogæ ſeu veteris legis ac patriæ, ita q; ſacramẽta & cęrimonialia nouę legis habent imaginem perfectam & euidentem ſimilitudinem bonorum cęleſtium, quorũ vmbram gerebant ſacramẽta ac cœrimonialia vet. teſt. quia in veteri lege bona illa vẽtura promittebantur & figurabantur ſub velamine & confuſè. Denique dicitur lex euangelica gratiam continere & dare per incluſionem ſacramentorum ſuorum, hoc eſt, inquantum includit Chriſti ſacramenta, quæ ſunt ſpiritualiter medicinalia vaſa. Et quoniam lex vetus talia ſacramenta gratiæ contentiua nõ habuit, ideo propria virtute non iuſtificabit, ſed fide & gratia Chriſti tunc venturi, per cuius fi- Galat. 3. Ibidem. Ibidem. Roma. 5.
dem opera hominum ſub lege poſitorum meritoria erant. Hinc ab Apoſtolo dicitur lex illa ſubintraſſe, vt abundaret delictum, & quòd per eam peccatum reuixit, itemque quòd fuit adminiſtratio mortis, non vtique cauſaliter & directè, ſed occaſionaliter & conſecutiuè, & quoniam gratiam non præſtabat. Rurſus: quia peccatum poſt legiſlationem grauius fuit quàm ante, & quoniam talis eſt noſtra peruerſitas, quòd nitimur in vetitum, & ea quæ nobis prohibentur, magis optamus. Quartò, declaratur idipſum, videlicet excellentia & perfectio legis euangelicæ ſuper omnem aliam legem diuinam atque humanam, quoniam proprietates & actus legis eminentius ei cõueniunt quàm alicui al-
C teri legi. Cùm enim legis officium ſit homines facere virtuoſos, & primo oporteat declinare à malo, ideo primo ad legem pertinet vitia extirpare per commination ẽ ſeu inflictionem pœnarum, ſeu alio modo, quod propter vitioſos, proteruos, & ad mala procliues, potiſſimum neceſſarium eſt, & quantũ ad hoc dicit Apoſt. Iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis, & nõ ſubditis, impiis & ſceleratis. Hoc autẽ lex humana perfectè non efficit: nam quia commutati proponitur, in qua plures ſunt imperfecti, vitioſi, ad mala q; proni: quædã mala permittit ne deteriora contingant, videlicet meritrices & vſurarios, quę tamen diuino relinquit iudicio puniẽda, ſecundũ quòd aſſerit Aug. Lex quę regendis ciuitatibus datur, multa concedit ac impunita relinquit, quę per diuinã prouidentiã vindicãtur. Lex quoq; Moſaica diuinitus data, quia populo rudi ad maxima mala procliui dabatur, quædã mala permiſit vt dare libellum repudij & ad vſuram extraneis accommodare, vt patet in Deut. ne maiora mala incurrerent, videlicet ne Iudæi vxores ſuas occiderent, neque fratribus ſuis ad vſuram concederent. Hinc Chriſtus ait Iudæis, Ad duritiã cordis veſtri Moyſes permiſit vobis dare libellum repudij. Lex autem euangelica tanquã perfecta, nullum prorſus malũ permittit, ſed omne peccatum excludit, & puniendum teſtatur, imò de omni verbo ocioſo rationem deo reddendã fatetur. Secundò, ad legem pertinet virtutes inducere, ſeu mores cõponere, quod lex humana non facit perfectè. Homo enim interiora alio-
rũ non intuetur, idcirco de ſecretis cordium iudicare non valet: ideo lex humana non niſi exterio-
D res actus habet ordinare & iudicare: interiores vero affectus & cogitatus reformare rectificare ad legem ſpectat diuinã: ſed & lex Moſaica, non facit hoc plenè propter quod dicunt doctores, quòd cohibet manum ſeu opus nõ animũ: quòd intelligendum non eſt, quaſi voluntatẽ malã nequaquã prohibeat, vel in cogitationibus vitium non conſiſtat, cum Moyſes dicat in Exodo, Non concupiſces vxorem proximi tui, non bouem, non ancillam, non agrũ, nec omnia quæ illius ſunt: ſed hoc ideo dicitur, quia lex Moyſi non tã plene & euidenter prohibet ordinatũ affectum & cogitatũ, nec tantum verſatur circa interiorem reformationẽ ſicut lex noua: veruntamẽ in multis ordinauit interiores affectus nec ſolam repreſſit inordinatam affectionẽ in vitiis auaritiæ atque luxuriæ, vt aliqui dicunt, ſed & in aliis multis. Vnde in Leuit. legitur, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, nec memor eris iniurię ciuium tuorum. Et in Deutero. habetur, Cuſtodi te ipſum & animam tuam ſolicite, ne obliuiſcaris verborum domini dei tui, & ne excidãt de corde tuo cunctis diebus vitę tuæ. Rurſus in Deutero. præcipitur, Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Nihilominus, ſi tota lex Moyſi percurratur, patebit q; comparatiue loquendo, pauciſſima de interiorum directione & ordinatione loquatur, ſed circa exteriora permaximè occupetur, quod autem modicum eſt, quaſi pro nihilo computatur: ſicque dici potuit, quòd lex vetus manũ nõ animum cohibebat. Præterea quoniã virtus ad beatitudinem ordinatur, ideò ad legẽ tertio pertinet ad fęlicitatẽ per- Deuter. 5. Leuit. 19. Deuter. 4. Matth. 22. Marci. 12. Lucæ. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ducere. Vera autem hominis beatitudo est supernaturalis, ad quam lex humana seu naturalis nequit E
Lucæ. 10. perducere, sed supernaturalis duntaxat. Rursus ad fœlicitatem supernaturalem nõ pertingitur nisi per gratiam gratificantem, quam (vt patuit) lex Moysi non continebat, nec conferebat: idcirco nec ipsa ad fœlicitatem sua virtute perduxit, quod lex Christi per sua effecit sacramenta, quæ de latere Christi
Ioan.1. in cruce dormientis fluxerunt, efficaciamque sortita sunt, ita quòd per ea virtus & meritum passio-
2.Corin.3. nis Christi hominibus applicatur: ideo in Euang. Ioannis inducitur, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Insuper quoniam lex pro communi datur vtilitate. Quartò, spectat ad eam, vt omnibus promulgetur, & clarè, ac intelligibiliter proponatur quia in communitate maior pars grossa est, nec subtilia, difficilia, profundaque penetrat. Lex autem euangelica compendiosissimè ac succinctè datur atque proponitur. Mosaica verò lex multis velaminibus tegitur, & figuris inuoluitur, in qua etiam eadem sæpius repetuntur, & difficillimum fuit singula eius præcepta me-
Actu.15. moriter continere, efficaciterq; implere. Propter quod Petrus apostolus ait in Actibus de onere legis, quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus. Adhuc autem euangelicæ legis eminentia, constat ex hoc, quòd vetus lex apertè atque communiter non promisit nisi bona terrena, de cælesti præmio euidenter non loquens: Euangelica verò lex, cælestia bona, spiritualem opulentiam, æternam ac deiformẽ beatitudinem apertissimè pollicetur. Vnde in principio prædicationis euangelicæ dicitur, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. ¶ Postremò lex Christi ad obseruantiam F
sui inducit amore boni: lex autem Moysi timore pœnarum: ideo secundum August. breuis differentia legis & euangelij est, amor & timor. Vnde Apostolus, Non dedit nobis deus spiritum timoris sed vir-
2.Timo.1 tutis & dilectionis & sobrietatis. Itaque de legislatore nostro vnico dei filio verè accipitur, quod in principio huius articuli dictũ est, Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legisla-
Iob.36. toribus. De quo Esaias ait, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Interea quo maior est dignitas legiferi huius, & qua maior est charitas, beneficentia, & dignatio eius ad nos in hoc quòd pro nostra salute in propria persona descendit ad nos, & proprio ore legem nobis deprompsit: quo etiam maior est excellẽtia atque perfectio legis istius, eo grauior est nostra ingratitudo, peruersitas & impietas, si legislatori huic inobedientes fuerimus: propter quod dicit Apostolus, Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla contradictione duobus vel tri-
Hebr.5. bus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hinc ergo quo nostri legifer extat sublimior, & quo benignius se habuit circa nos, quo item præclariorem nobis contulit legem, eo diligentiores, seruentiores, efficatioresque simus in obseruatione suæ legis condigna, cũ metu & reuerentia seruientes, scientes. quia cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Et seruus sciens
Lucæ.7.12. voluntatem domini sui, nec faciens, plagis vapulabit multis. G

¶ Elucidatio prologi S. Lucæ in Euangelium suum, scilicet, [*Quoniam quidem multi cognati sunt.*] Item, & primi capituli, [*Fuit in diebus Herodis regis Iudæa sacerdos quidam nomine Zacharias.*] Articulus. 11.

PRæmittit libro suo breuem prologum sanctus Lucas, in quo causam se ad scribendum mouentem insinuat, dicens, [*Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationes*] hoc est. ordinatè describere historias seu sermones, [*Quæ in nobis completæ sunt rerum,*] id est, operum, documentorum, mysteriorumque Christi, quæ inter nos eius discipulos sunt peracta atque exhibita. Ex quo sequi videtur, quòd & sanctus Lucas vnus de discipulis Christi fuit, eiusque prædicatione & operibus miraculosis personaliter adfuit, saltem ad tempus, sicut prætactum est, & aliqui asserunt. Vel dicit hęc in persona discipulorum qui affuerunt, quibus ipse postea associatus sit. Aliqui autem ita exponunt, quæ in nobis completæ sunt rerum id est, quæ à nobis plene conscriptæ sunt, quia videlicet Lucas suppleuit multa à Matthæo & Marco
2.The.2. omissa. Isti multi qui conati sunt Euangelium scribere, fuerunt quidam hæretici, sicut Basilides & Appelles, ac alij quidam. Quidam enim euangelium scripsit, quod à duodecim Apostolis scriptum H
confinxit, alius quod à Thoma editum affirmauit, alij à Matthia: sic & quidam sub nomine Pauli scripserunt epistolas, vt ipsemet in suis tangit epistolis. Hæc autem ex præsumptione fecerunt, & vt hæreses suas taliter persuaderent: qui rectè conati fuisse dicuntur, quia non spiritus sancti illuminatione adiuti, sed proprijs viribus confisi fuerunt, ideo habuerunt laborem, non fructum. Qui verò diuinitus illustratur, promptè & faciliter scribit seu loquitur, & fructuosè prosequitur: nempe, quo desuper plus illuminatur, dirigitur, & iuuatur, eo celerius, facilius, & fructuosius operatur: & quod humiliter incipit, salubriter prosequitur atque consummat. ¶ Denique ad componendos codices sacros, ad expositiones catholicas faciendas, necesse est homini diuinitus illuminari, luceque sapientię cum exube-
1.Cori.12. rantia quadam perfundi, loquendo de sapientia quæ inter dona gratiæ gratis datæ annumeratur: de qua protestatur Apostolus, Alij (inquiens) per spiritum datur sermo sapiẽtię, alij sermo scientię. Quo
Hiere.36. igitur homo diuinitus copiosius edocetur, eo in cònscribendo, dictando, exponendo est promptior. Ibi nanque in docendo nulla est mora, sed tetigisse est docuisse: sic vtiq; scripsit Hieremias, de quo ait Baruch eius notarius, Ex ore suo loquebatur Hieremias, quasi legens omnes sermones istos, & ego scribebã in volumine atramento. Hinc ait Ambrosius, Sine conatu sunt donationes, & gratia dei, qui vbi se infuderit, rigare consueuit: non vt egeat, sed redundet scriptoris ingeniũ. Non conati sunt qua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tuor Euangeliſtæ, ſed diuino ſpiritu vbertatem dictorum factorúmque miniſtrante ſine vllo molimine cœpta compleuerunt. ¶ Inſuper ſecundum Origenem Euangeliſta ait, Completę ſunt rerũ, quia non phantaſticè (vt dixerunt hęretici) exercuit Chriſtus corporalem ſuum aduentum, ſed cum veritas eſſet, re vera negotium proſecutus eſt. Affectum autem ſuum indicat Lucas, dicendo, Quæ in nobis completæ ſunt rerum, hoc eſt, quæ in nobis manifeſtiſsimè ſunt oſtenſæ. Certa enim fide & ratione cognouerat iſta, nec in aliquo fluctuabat [*sicut tradiderunt nobis.*] id eſt nobis dixerunt, nóſque docuerunt, [*Qui ab initio*] euangelicæ prædicationis Chriſti, [*Ipſi viderunt*] corporalibus atque mentalibus oculis opera Chriſti magnifica. puta Apoſtoli: quibus loquitur Chriſtus, Beati oculi qui vident quæ vos videtis: de quibus ait Ioannes, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimꝰ gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Vnde in exordio primæ ſuæ canonicæ idẽ ſcribit, Quod fuit (inquit) ab initio, quòd audiuimus, quòd vidimus oculis noſtris, quòd perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. Sed huic obuiare videtur, quòd ſecundum Hieronymum Lucas potiſsimum diſcipulus fuit Pauli, quemadmodum Marcus Petri: & in legenda Lucæ habetur, ꝙ ſicut Marcus ex informatione Petri, ſic Lucas ex inſtructione Pauli, qui opera Chriſti nõ vidit, Euangelium ſcripſit. Et reſpondendum, quòd Lucas primò ab aliis apoſtolis, qui à principio prædicationis Chriſto adhæſerunt, inſtructionem accepit: deinde Paulo exponente plenius eſt inſtructus. Hinc ait Theophilus, Veritatẽ vel Paulo exponente, vel aliis apoſtolis, qui ab initio viderant conſecutus eſt. Lucæ. 10. Ioanni. 1. 1. Ioanni. 3.

B ¶ Inſuper iuxta Bedam, non ſolùm Lucas & Marcus, ſed Matthæus quoque & Ioannes multa de infantia Saluatoris & pueritia, ac genealogia ipſius aliis narrantibus didicerunt.

¶ Rurſus quæritur, ſi Lucas ex Apoſtolorum inſtructione euangelium ſcripſit & ſimiliter Marcus ex beati Apoſtoli Petri informatione, quomodo ex inſpiratione, & eruditione ſpiritus ſancti ſcripſiſſe feruntur? Et reſpondendum quòd ſpiritus infallibiliter eos in ſcribendo direxit, & adeptam eorum ab Apoſtolis aliis inſtructionem, ſua deifica illuminatione perfecit, certificauit, & gubernauit, eosque ab ſcribendum induxit. [*Et miniſtri fuerunt ſermonis,*] id eſt euangelicæ prædicationis. quem Chriſto iubente, & ſpiritu ſancto implente fideliter prædicauerunt, vbique prædicationi miniſtrauerunt, inquantum ei ſubiecti fuerunt & ex Chriſti imperio eam prædicando aliis exhibuerunt. Hinc in Actis ſpiritus ſanctus effatur, Segregate (inquiens) mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Et Petrus teſtatur, Nobis præcepit deus prædicare populo & teſtificari, quia Ieſus Chriſtus eſt, qui conſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum. Et Apoſtoli quoque dicunt, Nos verò orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Poteſt quoque de increato dei patris verbo intelligi, cui miniſtrauerunt apoſtoli, de quo ad Hebræos Paulus, Viuus (inquit) eſt ſermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. [*Viſum eſt & mihi,*] id eſt rationabile mihi apparuit tam ex inſpiratione diuina, quam ex ratione humana. Conſiderauit etenim Lucas per propriam rationem, quòd expediens eſſet à ſe euangelium ſcribi, in quo ab aliis prætermiſſa inſereretur. [*Aſſecuto omnia a principio.*] Quòd ait, Omnia à principio, referri poteſt ad participium, aſſecuto, erítque ſenſus, viſum eſt mihi aſſecuto, id eſt per cognitionem adepto, omnia quæ Chriſtus à principio ſuæ prædic ationis fecit ac docuit, hoc eſt, vniuerſorum operum documentorũque Chriſti cognitionem adepto, tam per illuminationem diuinam, quàm per apoſtolorum informationem: non quod ſimpliciter omnia in ſpecie ac indiuiduo facta & documenta Saluatoris aliquis euangeliſtarum deſcripſerit, ſed omnia ad fidelium inſtructionem requiſita, ſeu omnia in genere, vel quædam de omnibus, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum: iuxta quẽ modum ait Pſal. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Et in Actis Lucas. Primũ, inquit, quidem ſermonẽ feci de omnibus ô Theophile, quę cœpit Ieſus facere & docere. Quòd autem non ſimpliciter omnia, conſtat ex eo quòd in Ioanne legitur, Multa alia fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum mundum arbitror poſſe capere eos, qui ſcribendi ſunt libros. Actuũ. 6. Hebr. 4. Pſal. 9. Actuum. 1.

C ¶ Denique verba hæc, omnia à principio, referri poſſunt ad id quod ſubditur, [*Diligenter ex ordine tibi ſcribere,*] vt ſit ſenſus, Viſum eſt mihi aſſecuto, id eſt Chriſtum & apoſtolos potiſsimum Paulum corporaliter ac ſpiritualiter imitato. vel ſaltem ipſos apoſtolos corporaliter etiam, non ſpiritualiter tantũ omnia Chriſti myſteria, verba & geſta, iuxta ſenſum prętactum à principio annuntiationis pręcurſoris Chriſti, vel à principio incarnationis Chriſti. Diligẽter. Hoc enim exigit altitudo materiæ libri huius, & dignitas eius de quo tractat volumen hoc, vtpote excellentia Chriſti, de quo tanquam de vero deo, niſi circunſpectè ac reuerenter loquendum eſt, & vt Hieremias fatetur, Maledictus qui facit opus dei negligenter: imò quantò diuiniora, altiora, ac ſalubriora ſunt quæ ſcribuntur, tantò reuerentialius, diligentiusque ſcribenda ſunt, non pręcipitanter, & intimoratè, iactãter aut pręſumptuosè. [*Et ex ordine,*] id eſt ordinatè videlicet ſecundum ordinem ſeu proceſſum rei geſtæ, quòd confert ad prolixitatem vitandam, & ad intelligentiã clariorem habẽdam: vtque Apoſtolus loquitur, Quę ſunt à deo ordinata ſunt. Sapientis enim eſt ordinare, atq; in verbis factis & ſcriptis ſe ordinatè habere. Propter quòd dicit Apoſto. Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis. [*Tibi ſcribere*] non ſolum ad tuam, ſed ad omnium Chriſtianorum vtilitatem: ſicut ait dominus, Quod vni dico, omnibus dico. [*Optime Theophile.*] circa quod ſcribit, Theophilus: ſcribit autem ad Theophilum virum inclytum fortaſsis & principem, quia quòd dicit optimè, dicebatur principibus atque pręſidibus, ſicut Paulus Feſto pręſidi dixit, Optime Feſte. Contra quod arguit quidam, quia, vt dicit talis, modus loquendi proprius eſt ad prælatos, qui debent alios in bonitate excellere. Iterum non eſt veriſimile quòd omiſſis epiſcopis, quorum eſt alios informare, ſcripſerit principi ſeculari. Hæ autem inſtãtiæ non procedunt. In ſcripturis enim canonicis non inuenitur, quòd alicui prælato quis ita loquatur. Quòd verò conſue Ioann. 22. Roma. 8. 1. Cori. 14. Marci. 13. Actuũ. 26.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

E

F

G

H

ſuetudo fuerat tunc principibus ſecularibus taliter loqui, patet ex eo quòd etiam in actis Lyſias tri-
Actu.23. bunus ſic ſcribit principi tali, Optimo præſidi Felici ſalutem. Præterea in primitiua eccleſia ſeculares principes erant communiter valde religioſi, ideo ſatis probabile eſt, quòd alicui tali ſcripſerit iſta. Eidem quoque Theophilo ſcripſit Actus Apoſtolorum. Porrò Theophilus interpretatur amans deum, vel amatus à deo. Quiſquis ergo amat deum, vel ab eo amari ſe cupit, ſibi putet hoc euangelium ſcriptum, & tanquam munus ſibi à deo donatum accipiat, ſibiq́ue commendatum pignus conſeruet. [*Vt cognoſcas eorum verborum*] id eſt angelicorum ſermonum [*De quibus eruditus es,*] per Chriſti diſcipulos, vt ſola inſtructione vocali, vel etiam per euangelia Matthæi & Marci iam ſcripta, quæ forſitan vidit, quamuis hoc certum non ſit. [*Veritatem*] vt ſcilicet certius, pleniusq́ue inſtruaris de Chriſti verbis & factis atque myſteriis. Frequenter autem in ſcripturis verbum pro facto ſeu re ſignificata per verbum accipitur, vt dum in libris Regum loquitur Ezechias, Non fuit verbum in domo mea, quod non oſtenderim eis.

Conſequenter Lucas incipit narrationem, [*Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam nomine Zacharias.*] conuenienter Lucas à præcurſore Chriſti euangelium ſuum exorſus eſt, quia ex
C his quæ de præcurſore leguntur, fides non parum corroboratur, & ea quæ de Chriſti mirabili-
Matth.2. bus leguntur, credibiliora redduntur. Itaque tempore quo Herodes in Iudæa regnabat, fuit hic Zacha
Matth.27. rias. Tres autem fuerunt Herodes de quibus fit mentio in ſcripturis. Primus fuit Herodes de quo nũc
Lucæ.23. ſermo, qui dictus eſt Aſcalonita, quia in Aſcalone vrbe Paleſtinæ ſuum conſtruxit palatium, qui neca
Marc. 6. uit infantes. Secundus fuit filius eius Herodes Antipas, qui Chriſtum in paſsione deriſit, & decollauita
Actu.12. Ioannem. Tertius fuit Herodes Agrippa, qui Iacobum decapitauit, & Petrum incarcerauit, atque ob ſuam ſuperbiam ab angelo ſancto percuſſus, vermibusq́ue conſumptus eſt. Tres quoque leguntur fuiſſe Zachariæ, qui ſancti fuerunt. Primus fuit Zacharias filius Ioiadæ pontificis, de quo in libris Regũ habetur. Secundus fuit Zacharias vnus duodecim prophetarum, cuius liber ſententioſiſsimus, pulcherrimuſq́ue conſiſtit. Tertius de quo nunc agitur. Aptè autem de primo Herode iam verbum, fit vt tacite demonſtretur, quòd ſub illius imperio Chriſtus veraciter venit. Iacob enim in Geneſi prophetaGeneſ.24. uit, quòd dominatu Iudæorum ad alienigenã prorſus tranſlato naſceretur Meſsias, Non auferetur (inquit) ſceptrum de tribu Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Herodes autem de genere extitit Idumæorum, & ab imperatore Romano factus eſt rex Iudæorum: qui cùm ingreſsi fuiſſent terram promiſsionis, primò regebantur per iudices vſque ad
Ioſue.13. Saul excluſiuè ſeu Samuelem incluſiuè, deinde per reges vſque ad captiuitatem Babylonicam: poſtea
Iudicũ.2. per pontifices regebantur vſque ad Hircanum regem ſimul atque pontificem, quo ab Herode pri-
4.Reg.25. mo occiſo, regnauit Herodes, & Iudæi de cætero ſub alienigenarum principatu fuerunt, ſicut nunc vſque ſunt. [*De vice Abya*] id eſt de ſemine Abyæ ſacerdotis, & loco eius in templo miniſtrans, ſeu ei in miniſterio templi ſuccedens, prout tunc patribus ſacerdotibus mortuis filij loco illorum in templi miPareli.15. niſterio ſucceſſerunt. Porrò, vt in Paralipomen. legitur, Dauid rex cultum cupiens ampliare diuinum, conſtituit XXIIII. ſacerdotes principales de totidem familiis ſacerdotalibus ex ſemine Aaron natis: tunc enim inuentę ſunt XVI. familiæ de Eleazaro filio Aaron natæ, octo autem de Ithamar filio Aaron, de quarum qualibet ordinauit Dauid vnum ſummum ſacerdotem, qui toti ſuæ præeſſet familiæ, atque in ſua miniſtraret hebdomada, ceciditq́ue ſors octaua ſuper Abyam, cui linealiter ſucceſsit hic Zacharias. Veruntamen omnibus iſtis præfuit vnus ſummus ſacerdos,, qui pontifex dicebatur, princepſq́ue ſacerdotum. [*Et vxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth.*] Vterque itaNume.36. que, ſcilicet Zacharias & Elizabeth Aronitæ fuerunt. Et quamuis in veteri fuerit teſt. præceptum, vt
Leuiti.25. viri de ſuis tribubus acciperent coniuges & econtra, ne ſortium diſtributio ſeu hæreditatũ diuiſio cõfunderetur in iubileo, id eſt quinquagenario anno, in quo omnis hæreditas ad priorem ac proprium poſſeſſorem redibat: hoc tamen in tribu ſacerdotali non ſeruabatur, ſed homines tribus illius aliarum tribuum hominibus poterant matrimonialiter copulari. Non enim vt cæteri hęreditatẽ habebant, ſed
Ioſue.13. dominus deus fuit eorum hæreditas, quia de eius ſacrificiis ſuſtentabantur, nec certa loca hæreditaria
Nume.18. habuerunt, niſi ad habitandum, pecoraq́ue alenda. Sic nempe Hiere. propheta atque ſacerdos agrum
Deute.18. ſe habuiſſe teſtatur. In hoc ergo dignitas præcurſoris oſtenditur, quòd vtroque parente Aaroniticæ, ſa
Hiere,32. cerdotaliſque extitit ſtirpis, imo filius ſacerdotis principalis in ſua familia. Sacerdotalis quippe & regia tribus tunc principales fuerũt, & matrimonialiter copulari conſueuerunt, quemadmodum à principio vxor Aaron fuit Elizabeth filia Aminadab de tribu Iuda. Veruntamen Thomas allegat Theophilum hic dicentem, Non permittebatur Zacharias de alia tribu accipere vxorem. [*Erant autem iuſti*] triplici vtique iuſtitia, ſcilicet vitæ & veritatis ac virtutis, [*Ambo,*] ita quòd non ſolum carnis propagatione, ſed & virtutum imitatione ſoboles Aaron erant: de quo fertur in Pſal. Aaron ſanctum domini,
Pſal.105. [*Ante deum*] id eſt vere, non fictè, ſed diuino iudicio tales erant, quales & nunc omnes ſunt qui deo in
Philipp.1. omnibus placere deſiderãt, eiusq́; iugiter in cunctis gloriam & honorem intendunt. Sunt autẽ quam
Iob.36. plurimi ante homines iuſti, ſicut hypocritæ & omnes inanis gloriæ cupidi, ſimulatores & callidi, qui
Matth.6. prouocant iram dei: de quibus ait Saluator, Receperunt mercedem ſuam. ¶ Sed cùm ſcriptum ſit in
Pſal.143. libro Pſalmorum, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Et Iob dicat, Non iuſtificabitur
Iob.9. homo compoſitus deo. Itemq́; Sapiens, Nõ te iuſtifices ante deũ. quomodo quiſquã mortaliũ iuſtus
Eccleſ.7. dicitur ante deum? Et reſpõdendum, q̃ hominẽ viatorẽ ante deũ iuſtificari, iuſtúmve eſſe aut dici, intelligi poteſt tripliciter. Primo, quòd pura ſit eius iuſtitia, nihil habẽs culpæ admixtum, & ſic non iuſtificatur ante deum omnis viuens in carne mortali, quia in multis offendimus omnes, & quaſi pãnus
Eſaiç.46. menſtruatę ſunt vniuerſæ iuſtitiæ noſtrę, vt dicit Eſaias. Secundò, quod cõparatione æquitatis diuinæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A iuſtus dicatur: & hoc rurſus ſtare non valet, iuxta illud Iob, Nunquid homo *dei* comparatione iuſtificabitur? Tertiò, quòd à deo iuſtus iudicetur, & coram eo iuſtus ſit ſecundum modum humanę conditioni proportionatum: ſicque electi & omnes in gratia exiſtentes aliquo modo iuſti ſunt ante deum: propriè tamen iuſti dicuntur notabiliter virtuoſi, præſertim homines perfecti & ſancti ſeu diuini atque heroici, quorum corda in affectum bonitatis & æquitatis conuerſa, omni ſe cuſtodia coram deo cuſtodiunt: de quibus loquitur Chriſtus, Beati mundo corde. ¶ Inſuper decuit valde Chriſti precurſorem de ſanctis naſci parentibus, vt teſtificatio eius de Chriſto, ſuæq; ſanctitatis cõuerſatio ex ſanctitate parentum ſuorum credibiliores iudicarentur. Proles nanque frequenter parentum ſequitur bonitatem, vnde & nunc parentum Ioannis deſcribitur ſanctitas, vt ipſe Ioannes quaſi hæreditario iure videatur aſſecutus iuſtitiam [*Incedentes*] id eſt ad beatitudinem feſtinantes, propinquantes, ſeu ſpiritualiter tranſeuntes, [*In omnibus mandatis*] obſeruando præcepta decalogi quæ vocantur moralia. Rectè autem ait, in omnibus, quia non ſufficit aliqua obſeruare ſi vnum prætermittatur, ſecundum illud Iacobi, Quicunque totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. [*Et iuſtificationibus*] id eſt obſeruantiis præceptorũ iudicialiũ, quæ erãt quædã determinationes præceptorũ moraliũ, quoad modũ ſeruandi iuſtitiã circa proximos: in obſeruantiis quoque præceptorũ cærimonialiũ quę erant determinationes præceptorũ moralium quantũ ad modũ ac ritũ colẽdi deum. [*Sine quærela*,] i. irreprehenſibiliter, ita quòd nullus contra eos mouit, mouereve potuit rationabiliter quęrelã ſeu accuſationẽ, quia & ſi quotidie venialiter peccauerunt, de hoc tamen quotidie ſatisfecerũt, implẽtes illud Apoſtoli, Nemini dantes vllã offenſionẽ, vt nõ vituperetur miniſteriũ noſtrũ. Vnde ad Philippenſes hortatur, Omnia (inquiens) facite ſine murmurationibus, vt ſitis ſine quęrela ſimplices filij dei in medio nationis prauæ atq; peruerſæ. Sic de Iudith in lib. eius ſcriptũ eſt, ꝙ erat in omnibus nominatiſsima, nec erat qui malũ loqueretur de ea. Deniq; ſunt quædã virtutes morales quibus hõ proximis ſuis acceptus redditur & ſuauis, videlicet, manſuetudo, humilitas, patiẽtia, modeſtia, liberalitas, eutrapolia. Vnde Augu. ait in regula. In omnibus motibus veſtris, nihil ſit quod cuiuſquam offendat aſpectũ, ſed quod veſtrã deceat ſanctitatẽ. Itaq; qui inter alios cõuerſatur, non per indiſcretũ rigorem ſe illis exhibeat oneroſum, imò ſocialiter ſe gerat ac dulciter, ſaluo ſemper ordine æquitatis. Hinc Seneca loquitur, Sic te geras ſapienter, vt nemo te habeat tanquã aſperum, nec ſpernat vt vilem. Qui autem ita non agunt, ab Ariſtotele duri & agreſtes vocantur: ſiquidẽ durior hominũ æquitas quęrimoniam prouocat, ſecundum Ambroſ. Ad hanc pietatẽ ſpecialiter dare ſe debent, qui ex naturali inclinatione in iraſcibili abundantes, ſemper ad æquitatis rigorem feruntur. Porrò, in verbis his paucis, Zacharias & Elizabeth magnifice commendatur, & in verbo abbreuiato continetur ſenſus exuberans. Tanta nanque fuit eorum iuſtitia, vt iugum illud legis (quòd adeò graue fuit, vt de ipſo Petrus teſtatur, quia nec nos, nec patres noſtri illud portare potuimus: quibus verbis præcipua difficultas, nõ abſoluta impoſsibilitas obſeruandi inſinuatur) plene portaſſe probentur. fueruntque ſimiles Ioſue, de quo legitur, Non prætériuit Ioſue de vniuerſis mandatis domini, ne vnum quidem verbum. Qui ergo Zachariam, eiuſque coniugem appetit imitari, impleat illud Apoſtoli, Prouidentes bona, non tantum coram deo, ſed coram omnibus hominibus. ¶ Prætereà ſecundum Ambroſ. Cùm mandatis cæleſtibus obẽdimus, in eis incedimus: dum autem congruè iudicamus, iuſtificationes domini tenere videmur, Nulla quoque quęrela eſt, vbi & mentis bonitas concordat & facti. Origenes etiam ait, Poteſt aliquid iuſtum iniuſtè fieri, vt cum eleemoſyna datur iactantiæ cauſa, quod non eſt ſine quęrela. [*Et nõ erat illis filius*] id eſt, aliqua proles: filius enim hoc loco non tam ſexum quam germen deſignat ſic quòd à filia non diſtinguitur, ſecundũ quam acceptionem ad patrem refertur. Frequenter autem dominus ſubtrahit ſobolem etiam iuſtis, vt tota eorum ſpes, affectio, cõſolatio & occupatio, in deo ſtabiliantur. [*Eo quod eſſet Elizabeth ſterilis.*] Hæc eſt vna cauſa ſpecialiſque ratio ex parte vxoris, quòd filiũ nõ habebant, quoniam illa ex naturali diſpoſitione extitit in fœcunda etiam tempore iuuentutis: alia verò cauſa ſubiungitur, [*Et ambo proceſſiſſent in diebus ſuis*] id eſt ad tantum ſenium deueniſſent, quòd ad prolificandum naturaliter inhabiles extiterunt. Hinc conceptio Ioannis ex patre matris ſuæ fuit miraculoſa ſeu ſupernaturalis dupliciter, vtpote ex parte ſterilitatis & ſenectutis, ex parte verò patris ſui fuit miraculoſa ſimpliciter, quia ob ſenium eius: ſic & ſanctorum patriarcharum coniuges ſteriles fuiſſe leguntur, vt patet in geneſi de Sara coniuge Abrahæ, Rebecca coniuge Iſaac, Rachel vxore Iacob. [*Factum, eſt autem cum ſacerdotio fungeretur Zacharias*] id eſt actus officij ſeu ordinis ſui ſacerdotalis exequeretur in templo, [*In ordine vicis ſuæ,*] id eſt hebdomada ſeu ordinaria, ſeu contingente ipſum ex ordine quo ſacerdotes præfati ſibi inuicem in officio ſacerdotis ſuccedebant. [*Ante deũ*] id eſt in conſpectu & præſentia ſeu beneplacito dei: vel ante deũ. i. in templo vbi deus ſpecialiter habitauit, quẽadmodum ſcriptũ eſt, Dominus in tẽplo ſancto ſuo. [*Sorte exiit*] id eſt ſecundũ exigẽtiam ſortis ſuæ quę fuit octaua, vt patuit. Diſtributiones enim hebdomadarum (in quibus ſępe miniſtrabãt viginti quatuor ſacerdotes in templo) datæ fuerunt per ſortes: ſicque quiuis illorũ ſecundum exigentiam & ordinem ſortis ſuę, exiuit, vel domum ſuæ habitationis vel locum propè templũ, in quo loco ſe ſacerdotalibus veſtibus induit. Sacerdotes ſiquidem iſti hebdomada qua miniſtrabant in templo caſtitati vacabant, nec proprias domos ingrediebantur, ſed in domunculis circa tẽplum ſitis quę exedrę vocabantur, cubabant. [*Vt incenſum poneret ingreſſus in templum domini.*] Incenſum pro holocauſto accipi ſolet, puta pro ſacrificio, quod ad diuinæ maieſtatis honorem totaliter cõburebatur, ad figurandum quòd rationalis creatura debet ſe creatoris ſui obſequio totaliter mancipare, quo tamen ſacrificio ſpecialiter præfiguratus eſt ſtatus religioſorum, qui ſe totos diuino offerunt cultui deóque vouẽt. Interdum verò pro incenſo thymiamatis ſumitur. ¶ Sancti patres Ambroſius & Beda hic ſentire vi

Matth. 5.

B

C

D

Iob. 4.

1. Cor. 6. Philipp. 2. Iudith. 8.

Actu. 15. Ioſue. 11. Roma. 12.

Geneſi. 11. Geneſi. 15. Geneſi. 20

Pſalm. 103 Leuitic. 16

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dentur, sobrie tamen, non multum assertiue, quòd Zacharias iste fuerit summus sacerdos seu pontifex, quia incensa ponere intra sancta sanctorũ semel in anno soli licebat pontifici. Vnde & Gorram, quòd ingressus est templum. s. primò in sancta, secundò in sancta sanctorum cum thure & sanguine, postea rediit in sancta ad altare incensi: quòd secundum Iosephum, & omnes sanctos inde loquentes fuit in loco templi, qui dictus est sanctum vel sancta: secundum Augustum verò fuit intra sancta sanctorum. Sed quoniã Iosephus & cæteri Iudæorum pontificia ac sacerdotia describentes de summo sacerdotio huius Zachariæ nullam (vt dicitur) faciunt mentionem, alij magis & fortè probabilius putant, quod non fuit summus sacerdos nec sancta sanctorũ intrauit, sed sancta: & incensum quòd posuit est illud quod omni die fiebat in altari incensi. Peracto enim sacrificio in altari holocaustorum quod erat in atrio, vbi ministrabant sacerdotes minores: sacerdos qui ministrauit & sacrificauit ibidem, manibus suis ac pedibus primo lotis sumpsit prunas de altari holocaustorũ, intransq; primam tẽpli partẽ quæ dicitur sancta cremabat in illa thymiama super altare incensi, & tunc fuit sacrificiũ consummatum. Per illam nanq; euaporationem seu thurificationem designabatur offerentis deuotio. Et quoniã sacrificia illa legaliũ non erant per se deo accepta, sed ex offerentiũ deuotione & fide, idcirco in præfata intentione fuit sacrificij consummatio iam prætacta. ¶ Deniq; his fauere videtur quod in lib. Paralypomenon sacerdotibus loquitur Ezechias, Nolite, inquiens, negligere filii mei, vos elegit dominus vt stetis coram eo, & ministretis ei: colatis eum & cremetis ei incensum. Hoc ergo incẽsum. quòd iuniores sacerdotes facere potuerunt, posuit Zacharias incendendo thymiama per prunas prædictas, & illud incensum ponendo super altare incensi, quod item altare aureum appellatur. [*Et omnis multitudo populi erat orans foris*]. i. extra templum, puta in atrio, quia non licuit secundum legem populo ingredi sancta, aut sancta sanctorũ, hoc est, primam aut secundam partẽ templi. ¶ Porrò in tẽplo fuit quotidie duplex sacrificium, vnum de mane, aliudq; in vespere: & iuxta hoc fuit quotidie duplex hora incẽsi, videlicet mane & vespere. Nihilominus per antonomiã hora incensi dicebatur dies expiationis, quia tunc solennius offerebatur omni populo confluente, foris tamen manẽte, ad insinuãdũ quòd sacerdos pro fundius debet penetrare diuina q̃ populus: quòd potissimũ pertinet ad prælatũ atq; pastorem, cuius comparatione populus grex vocatur: & de hac hora incẽsi quidã exponũt quòd subditur, [*Hora incẽsi.*] Glossa enim ait, Ista solẽnitas septimo mense celebratur, hoc est, decima die Septembris, & dies expiationis seu propitiationis nominabatur, quando solus pontifex intrabat secundum tabernaculum scilicet sancta sanctorum cum sanguine. Sed hæc glossa procedit secundum expositionem Ambrosii & Bedæ, opinantium Zachariam fuisse pontificem. Vnde & Beda ait, Incẽsum in sancta sanctorum à põtifice deferri expectante extra templum omni populo decimo die septimi mẽsis, & hanc diem expiationis seu propitiationis vocari dominus iussit, cuius diei mysteriũ Apostolus ad Hebræos pandẽs Iesum ostendit pontificem verum, vtpote per pontificem legalem significatum, quia Iesus in sanguine proprio secreta introiit, vt propitium nobis faceret patrẽ, & interpellaret pro peccatis eorum qui adhuc præ foribus orantes expectant. ¶ Itaque aduertendum, quòd prẽter incensum prẽfatum quòd ab inferioribus sacerdotibus ponebatur, fuit adhuc aliud incẽsum, quod soli pontifici licuit exercere, seu ponere intra sancta sanctorum in die expiationis: verum hoc non ponebatur ad offerẽdum, sed vt nebula inde ascendens operiret oraculum, dum contra illud aspergebat sacerdos sanguinem hirci, & vitũli pro populi peccatis oblati, de quo incenso non est hic sermo secũdum eos qui dicunt Zachariã non fuisse pontificem. Quòd quamuis concederetur, non tamen propriè affirmare censetur, quòd fuit sacerdos simplex. & de minoribus vnus: quia, vt patet ex dictis, ad minus fuit vnus de vigintiquatuor principalioribus sacerdotibus, itemque in sua familia quæ de Abya descendit superior, quamuis cõparatione pontificis simplex & minor posit dici sacerdos. [*Apparuit autem illi angelus domini*] scilicet Gabriel, vt infra patebit. ¶ Denique secundum Ambrosium in scripturis deus & angeli apparere dicũtur, quoniam improuise & repentinè videntur, ita quod eorum aspectus præuideri non valet seu præsentiri siue præsciri, [*Stans,*] in corpore quod assumpsit [*A dextris altaris incensi*] de quo altari atque incenso iam habitum est: stetit equidem iuxta dexteram partem altaris, super quod Zacharias incensum ponebat, Et apte ad dexteram stetit, quoniam dignior situs angelo lucis congruebat, & per dexteram prosperitas, pietas, & consolatio designantur. ¶ Angelus autem saluberrima & gaudiosissima annunciare aduenit, quia non solùm Ioannis, sed & Christi denunciauit ortum siue aduentum, summã quoque diuinæ pietatis gratiam instare differuit. Rursus quoniã sacerdoti apparuit, & Christi qui est summus sacerdos verumque sacrificium, nuntiauit aduentum, rite in templo angelus apparebat. Item ad ostendendum, quam gratum sit deo sacerdotem in templi obsequio deuote ac sedule occupari, quanta etiam sit dignitas ordinis & officii sacerdotalis. [*Et Zacharias turbatus est, videns*] angelum tam splendẽtem, [*Et timor irruit super eum,*] hoc est incidit, & ex superiori causa incidit cordi eius ex insolita visione. Connaturale est nanque fragilitati humanæ ex visione cælestium ciuium aut spirituum defunctorum vehementer mirari, immutari, turbari, vereri, quia ignotum, rarum, insolitumq; consistit quod accidit: & quia alterius conditionis seu altioris potestatis est quod apparet, ita quod homo frequenter primo occursu ignorat quid sit, aut cur venerit propter quod sæpe de proprio pauet periculo, atque de rei exitu contremiscit. Angeli quoque cum inconsueto splendore atque fulgureo vultu apparere solent: vnde & Daniel ait ad angelum, Domine in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, sed & halitus meus intercluditur, & nihil in me remansit virium. Hinc prophetæ mirabilibus dei conspectis cadere consueuerunt: iuxta illud Ezechielis, Vidi & cecidi super faciem meam. Ambrosius quoque hic ait, Vtinam & nobis ad altaria sacrificiuũ deferentibus assistat angelus, imo præbeat se videndum. Non enim dubites assistere angelum quando Christus immolatur. Iterũ ait. Perturbamur

Exod. 30.
Exod. 36.
Leuiti. 16.
2. Para. 29.
Nume. 27.
Nume. 28.
Hiere. 10.
Ezech. 34.
Miche. 7.
Leuiti. 16.
Hebræ. 2.
Hebræ. 3.
Hebræ. 4.
Hebræ. 5.
Hebræ. 6.
Nume. 16.
Hebræ. 4.
Daniel. 10.
Ezech. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & noſtro alienamur affectu, quando præſtringimur alicuius ſuperioris poteſtatis occurſu. Idem fate
tur Chryſoſtomus, dicens, Non poteſt homo quantumcunque ſit iuſtus, abſque tremore cernere an
gelum. Hinc Zacharias aſpectum non tolerans præſentiæ angeli, nec fulgorem illum valens ſufferre
turbatus eſt. Quibus conſonat Origenes, Nouâ (inquiens) facies humanæ ſe obtutibus præbẽs turbat
mẽtem, animúmque cõſternit. Hinc angelus ſciens hanc humanam eſſe naturam, primùm perturba-
tioni medetur. Nam ſubditur, [*Ait autem ad illum angelus, Ne timeas Zacharia.*] ¶Ait quippe Athanaſi⁹
in vita ſancti Antonij, Non difficilis eſt bonorum ſpirituum malorúmque diſcretio: ſi enim poſt tu-
morem ſucceſſerit gaudium, à domino veniſſe ſciamus, quia ſecuritas animæ ſignũ eſt maieſtatis præ-
ſentis: ſi autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur. Hinc aſſerit Beda, Sicut humanæ Eſaiæ. 61.
(inquiens) defectionis eſt terreri, ſic angelicæ dignitatis eſt de ſuo aſpectu pauentem blandiendo con-
ſolari. Et contrà dæmones quos de ſua præſentia territos ſentiunt, ampliore terrore commouent. Ita-
que ne timeas, id eſt timor immoderatus, qui actum impedit rationis, omníſque turbatio mentis tol-
lens quietem recedat à te, eſtóque conſolatus & gaudens in domino. Id itaque angelicæ bonitatis, cha
ritatis, pietatíſque eſt, vt hominem bonum, non induratum ac reprobrum ſua viſione inquietatum, tre
mefactum, turbatum, victũ, deiectum, conſoletur, cõfortet. Quemadmodum diabolicæ impietatis eſt,
incuſſum augere timorẽ, vt rectæ rationis impediatur iudicium. Verũtamẽ fæpenumero Satanas in an 2. Cor. 11.
B gelum lucis transfiguratus hominibus apparuiſſe legitur, & nihilominus verba blanda ac conſolatoria
protuliſſe, vt per hoc deſuper veniſſe crederetur: ſicut in vita ſancti Martini narratur, ſed mentẽ inte-
rius directè conſolari & confortare non valet, quia nec immediatè atq; directè agit in eũ, quemadmo-
dum angelus, eam illuminando. [*Exaudita eſt deprecatio tua,*] quam nunc in ſacrificando & incenſum
ponendo corde & ore fudiſti. Dicunt aliqui, quòd non ſolùm pro Chriſti aduẽtu, ſed & pro filio exo
rauit. Auguſtinus verò in lib. de quæſtionibus Euangelij & contradicit & dicit, Nemo orat accipere,
quod ſe accepturum deſperat. Vſque adeò autem deſperauit ſe filium habiturum, quòd nec angelo fi- Gen. 25.
lium promittendi crediderit. Probabile tamen eſt, quòd iam ante pro hac re deprecatus ſit dominum 1. Reg. 1.
ſicut & Iſaac orauit pro ſobole, cernens quòd coniunx ſua ſterilis eſſet, vt patet in Gen. Anna quoque
(vt in lib. Reg. legitur) & alij ſancti veteris teſtamenti. Tunc enim grande coram hominibus fuit op-
probrium, coniugij fructu carere. Inſuper Zacharias (vt aliqui dicunt) orauit etiam pro liberatione Iu
dæorum à dominatu Herodis & alienigenarum, tributóque Romanorum. Certius autem tenendum
eſt quòd pro aduentu Meſsiæ totis orauit præcordiis, & pro ſpirituali ſalute. Et quoniam deus libera-
liſsimus dator ac exauditor eſt, & munificentiſsimus benefactor, abundantia pietatis ſuæ merita ſup-
C plicum excedens & vota ſeu deſideria, non ſolùm demonſtrat ſe Zachariã audiſſe, imò & plura quàm
petiit ſe daturum teſtatur, vt filium tam electum, tantáque gratiarum chariſmata vniuerſæ Iſraëliticæ
plebi per eum. Nam ſubditur. [*Et Elizabet vxor tua pariet tibi filium.*] Conuenienter angelus nomen cõ
iugis Zachariæ expreſsit, ne de alia ſe putaret filium habiturum, eo quòd iſta vetula eſſet ac ſterilis.
[*Et vocabis*] id eſt eſſe dices, ſeu vocando exprimes. [*Nomen eius Ioannes.*] vel vocabis nomen eius nomi
natum, id eſt rem ipſam ſeu filium tuum Ioannem, id eſt nomine hoc nominante quod eſt Ioannes.
Itaque propter certitudinem prophetiæ nomen filij naſcituri exprimitur, & propter ſanctitatem ac di Matth. 10.
gnitatem eius futuram, ita ob nominis interpretationem rei ſignificatæ conuenientem. Ioannes nan- Lucæ. 7.
que in quo eſt gratia interpretatur. Rectè ergo Ioannes vocari præcipitur, cui tanta fuerat gratia dan- Ioan. 1.
da, vt de ipſo Chriſtus teſtatus ſit, Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Bapt. qui & Chri Geneſi. 13.
ſtum (per quem gratia & veritas facta eſt) cecinit adſuturum, & monſtrauit præſentem. Iudit. 13.
¶Denique ſex hominum nomina prenunciata leguntur in veteri teſtamen. videlicet Iſaac, Sampſonis Geneſi. 13.
in lib. Iudit. ſecundum aliam tranſlationem vt aliqui dicunt. Tranſlatio nanque Hieronymi ita non ha 3. Reg. 15.
bet: Ioſiæ, vt in libris Reg. patet. Hi tres ſancti fuerunt. Item Iſmahelis, Agag, & Cyri, quos reprobos Num. 24.
fuiſſe afferitur, quod de duobus vltimis conſtat. [*Et erit tibi gaudium & exultatio*] ideſt in natiuitate e- Eſaiæ. 45.
ius tanta tibi in mente lætitia erit, quòd redundabit in corpus, vultúſque hilaris apparebis, & ex magni Prou. 23.
D tudine gloriationis tuæ tota tua natura ſuauiter reflorebit, non ob id duntaxat, quòd filius tibi ſit na- Prouer. 10.
tus, ſed quoniam filius talis ac tantus, támque præelectus à deo: ſicque implebitur in te illud Sapien- Eccleſi. 16.
tis, Exultat gaudio pater iuſti, & qui genuit ſapientem, lætabitur in eo. Rurſúſque ſcriptum eſt, Glo-
ria patris, filius ſapiens. Præterea quantùm de bono gloriandum ſit filio, patet per illud Eccleſiaſtici,
Ne iucunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur. Melior eſt vnus timens deum, quàm multi filij impij.
Et vtile eſt mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios. Dicit quoque Ambroſius, Admonentur
hoc loco parentes gratias agere deo, tam pro ortu quàm pro meritis filiorum. Non enim mediocre dei
munus eſt dare liberos propagatores generis, ſucceſsionibus hæredes: Diuinum igitur munus fœcun-
ditas eſt parentis. [*Et multi in natiuitate eius gaudebunt,*] videlicet cognati tui, amici atque vicini: quos
multæ cauſæ ad congratulationem hanc induxerunt. Primò, quoniam Zacharias & Eliſabeth omni-
bus ſingulariter chari fuerunt, idcirco eorum proſperitati & gaudio congaudebant. Secundò, propter
nouitatem magnitudinémque miraculi, quod videbant in puero tam ſupernaturaliter edito. Tertiò,
quia in puero nato conſiderauerunt diuinam fuiſſe viſionem impletam, quam habuit Zacharias. Quar
tò, quia ſperabant hunc puerum magnæ fore vtilitatis & gratiæ, ita quòd totus populus Iudæorum
ex ipſo proficeret atque diuinitus iuuaretur per ipſum. Denique ſingulis annis in natalitio eius omnes
Chriſtiani ſpecialiter gloriantur, quòd tanti ſancti ſocietatem ſortiti ſunt, & qui in peccato natus non
fuit, vt cæteri ſancti communiter, ſed mundatus & ſanctificatus fuit in vtero matris: à Sarracenis quo-
que eius natiuitas feſtiuatur. Hinc ratio gaudij ſubditur, [*Erit enim magnus,*] magnitudine ſpirituali,
quæ eſt magnitudo gratiæ, & ſapientiæ ac virtutis, ita quòd eſſe maiorem, eſt eſſe perfectiorem, [Co-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctiorem,[*coram domino,*]id est verè,ita quòd deus iudicabit eum talem. Quidam verò magni sunt,nõ E
vtique coram deo,sed coram propriis oculis & coram hominibus,sicut hypocritæ & superbi: quorũ
cuilibet dicitur,Depone magnitudinem tuam absque tribulatione. Quis autem beatissimi huius Ioan
nis magnitudinem possit exprimere? Sed angelus consequenter eam declarat,& Christus vnico testi-
monio complexus est multa,Inter natos(inquiens)mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. In-
super,secundum Ambrosium,sicut corporis, ita & animæ numeramus ætates: non ratione temporis,
sed qualitate & gradu virtutis,vt vir perfectus ille dicatur,qui pueritiæ caret errore,& lubricum ado-
lescentiæ animi maturitate transcēdit:pusillus autem, qui nullum adhuc virtutis habet processum. Po
stremò secundũ quatuor dimensiones corporales,spiritualis quoque magnitudo in quatuor propor-
tionaliter consistit,puta in altitudine cõuersationis,seu contemplationis,vel dilectionis diuinæ, in lati
Matth.24. tudine charitatis fraternæ,in profunditate humiliationis,in longitudine perseuerãtiæ vsque in finem;
Ephesi.3. secundum illud Apostoli ad Ephesios,Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit lon-
gitudo & sublimitas & profundum. [*Vinum & siceram non bibet.*] Secundum Bedam per siceram Iu-
dæi intelligunt omnem potum inebriatiuũ de quacunque sit confectus materia,per quod austeritas vi
Iudit.13. tæ Ioannis, parcitásque signantur. In lib. Iudicum quoque hæc pocula leguntur Sampsoni prohibita,
Leuit.10. quoniam Nazaræus dei fuit ab vtero matris vsque ad diem mortis. Ioannes verò sublimius fuit Naza F
ræus,id est deo consecratus toto tempore vitæ suæ:ideo per omne tempus suæ vitę ab his abstinuit po
Nume.6. tibus,sicut in lege abstinebant ab his Nazaræi tempore cõsecrationis,separationísve suæ,& postea vi-
num bibere potuerunt,vt in lib. Nume. describitur. Decuit autem Ioannem tantæ abstinentiæ esse, vt
testimonium eius de Christo credibilius redderetur,insinuarétque per vitæ suæ rigorem,quòd Chri-
stus in primo suo aduentu tẽporalium abundãtiam, & corporum oblectamenta non esset daturus, vt
obtenebratissimi præstolantur Iudæi.[*Et spiritu sancto replebitur,*]hoc est gratia,donísque spiritus san
cti[*Adhuc ex vtero matris suæ,*]id est in vtero maternali,seu antequam egrediatur ex eo,qua gratia à pec
Hier.1. cato originali purgabitur,& donis spiritus sancti anima eius ornabitur,atque ad operandum meritorie
disponetur,quemadmodum dominus loquitur de Hieremia, Antequam exires de ventre sanctificaui
Ioan.4. te,& per vtriusque in vtero sanctificationem omnimoda sanctificatio, innocentia ac puritas Christi
in vtero virginali est præfigurata. Veruntamen maior & gratiosior fuit sanctificatio Ioãnis quàm Hie
remiæ,sicut & eius natiuitas ac persona propinquiores fuerant Christo,quod etiam ex ipso modo lo-
quendi sacræ scripturæ elicitur. Non enim de Hieremia assertum est, quòd spiritu sancto repleretur
in vtero. Præterea cum spiritus sanctus sit verus,incircũscriptúsque de⁹,certum est quòd per essentiã
Prou.15. sit vbique,nihilominus in peccatoribus esse negatur, quia per gratiam eis non inest. Propter quod in G
Sapien.1. Prouerbiis legitur,Longe est dominus ab impiis. Itemque,Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum
& auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Hinc spiritus sanctus illis dicitur infundi & da
ri,quibus dona eius ad gratiam gratum facientem spectantia infunduntur ac dantur,quos & inhabitat,
quandiu in charitate & gratia manent: illos verò fertur implere, quos singulari & abundanti perficit
gratia. Ideo dicit Ambro. Cui spiritus sanctus infunditur,magnarum est plenitudo virtutum. Deinde
Marci.1. efficacia doctrinæ Ioannis ostenditur, [*Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum,*]id
Ioan.1. est ad Christum:de quo protinus subditur,[*Et ipsum præcedet ante illum,*]hoc est ante Christum,cuius
fuit præcursor,eius aduentum annuntiando,ipsumque monstrando,ac aliis modis populum ad Chri-
sti fidem disponendo,vtpote baptizando,impios increpando, & omnes ad se confluentes ad virtutes
hortando,prout infra in textu narrabitur. Per hoc autem,quòd angelus Christum nominat dominum
deum Israël,confunditur hæresis Arrij,negantis quòd Christus sit verus deus:insania quoque Mani-
chæi dicentis alium esse deum legis seu Iudæorum,& alium Euangelij seu Christianorũ: perfidiaque
Fotini,Christum ex Maria incepisse,nec ante fuisse,dicentis. Itaque ante Christum præcessit & suo ba
3.Reg.17. ptismo Christi baptismum,sua passione Christi occisionem,suo ad lymbum descensu Christi descẽ
18.19. sum ad eundem præcurrit & præsignauit.[*In spiritu & virtute Helię,*]id est tali gratia fortitudine à spi
ritu sancto concessis,in quali spiritus sancti gratia & virtute Helias fecit opera virtuosa, quæ de ipso H
Malac.4. in libris Regum scribuntur,atque secundum Christi præcedet aduentum,vt Malachias habet, vel in
spiritu prophetiæ & gratiæ,& virtute iustitiæ,quibus fulsit & vixit Helias. Vterque equidem prophe
ta & eremita ac feruens zelator iustitiæ fuit. & sicut Helias redarguit Achab regem & Iezabel coniu-
gem eius: sic Ioannes Herodem & Herodiadem. In asperitate quoque vestitus & victus conueniẽ-
tiam præcipuam habuerunt. Secundum Augustinum autem,non ait in anima Heliæ,quoniam animæ
non transcorporantur,sed in spiritu & virtute Helię. Spiritus enim qui fuit in Helia, venit in Ioannẽ,
& similiter virtus eius, [*Vt conuertat corda patrum in filios,*] id est Iudæos sui temporis faciat patriar-
chis & prophetis olim defunctis amabiles & conformes,inducendo eos ad fidem & gratiam ac Chri-
sti baptismum,per quę patres illi reputabant istos verè amandos,& corda sua conuertant per amorem
ad istos. vel per corda patrum intelliguntur veræ ac spirituales intelligentiæ scripturarum,quas intel-
Matth.3. ligentias præfati patres sortiti sunt. Tunc ergo Ioannes corda patrum illorum conuertit ad filios, id
Marci.1. est ad Iudæos, quibus personaliter prædicauit, quando illorum spiritualem scientiam istis commu-
Lucæ.1. nicauit seu prædicauit. Rursus, Patres intelligi possunt progenitores seu maiores discipulorum a-
postolorúmque Christi,qui primo contra Euangelium sæuiebant: postea verò per Ioannem & apo-
stolos sunt conuersi, & filiis suis præfatis concordes effecti. Denique istud Helias est facturus circa se
Malac.4. cundum Christi aduentum, sicut per Malachiam dominus contestatur, Ecce ego, inquiens, mittam
vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor pa-
2.Cor.3. trum ad filios,& cor filiorum ad patres eorum. [*Et incredulos,*] id est perfidos Iudæos conuertet,[Ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *prudentiam iustorum*,]hoc est,veram sapientiam,euangelicamque doctrinam,& spiritualem intelligentiam scripturarum,ne legem carnaliter intelligant,nec literam(quæ occidit)sequãtur:dequa prudentia ad Romanos asseritur,Prudentia spiritus vita & pax:sed & vera discretio prudentia est iustorum, Roma.12.
qua deo rationabiliter obsequuntur,iuxta illud Apostoli,Rationabile obsequium vestrũ. Quid autẽ
sit ita conuertere corda patrum in filios atque incredulos ad iustorum prudentiam, subditur, [*Parare* Ibidem.
domino plebem perfectam,]Per hanc institutionem & illuminationẽ & cõuersionem Iudæorum eos disponit ad euangelicæ legis obseruãtiam stabilem & synceram, per quod fiant plebs Christi perfecta,
quod maximè fuit impletum in Iudæis post Christi ascẽsionem & paracleti missionem per apostolos
in Hierusalem cõuersis,qui(sicut in Actibus apostolorum habetur)deo perfectissimè seruierunt, ad
quam conuersionem Ioannes dispositiue fuerat operatus. Nam multos illorũ qui per apostolos fuerant plene conuersi,ipse aliquo modo cõuertit,& ad fidem Christi disposuit,Christum venisse docendo,atq; in nomine Christi vẽturi baptizando. Aliqui quoque ex Ioannis discipulis Christo se cõiun- Actuũ.23.
xerunt,sicut Andreas:& facti sunt plebs Christi perfecta. Hic infra Zacharias loquitur ad Ioãnẽ,Prę Marci.1.
bis ante faciem domini parare vias eius, Ad dandam sciẽtiam salutis plebi eius in remissionem pecca- Actu.19.
torum eorum. Multi equidem per prædicationem Ioannis crediderunt in Christum, quamuis postea Ioannis.1.
circa Christi passionem atque in ea fuerint per sacerdotes,scribas & pharisęos seducti,& à Christo a-
B uersi,qui rursus misso spiritu sancto per apostolos plenissimè sunt conuersi.[*Et dixit Zacharias ad angelum,Vnde hoc sciam?*]id est quo signo cognoscam certissime vera esse quæ promisisti?¶Mos etenim erat Iudæis,audito aliqua admirando,quærere signũ certificans,scilicet supernaturalem effectum, quo
deus testaretur,seu declararetverum esse quod dicebatur,vt patet in Gedeone,Ezechia & aliis multis.
Hæc autem locutus est Zacharias dubitando,quia nõ ad dei omnipotentiam,sed ad naturæ cursum,
naturalémq; ordinem & causalitatẽ respexit,sicut sequentia pandunt eloquia.[*Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis*,] .q.d. Præ senio steriles sumus. Non videtur Zacharias fuisse ambiguus
de angeli qualitate,an .s.fuerit spiritus bonus,an nequam,imò cognouit quod esset angelus lucis,quia Iudicũ.6.
in sacro loco ac cultu diuino apparuit, támque salubria nuntiauit, dei honorem & communem sa- 4.Reg.20.
lutem concernentia,& ex modo loquendi ac cõsolandi quem habuit angelus,hoc ipsum pensauit. Cũ Esaiæ.37.
ergo ista cognouerit,culpabile fuit quòd discredens expetiit signum,ideo reprehenditur & punitur,
tamen piissimè.[*Et respondens angelus,dixit ei,Ego sum Gabriel*,]de quo in Daniele legisti, quam fidelis
sit populi tui adiutor:idcirco deveritate verborum meorum ambigere nõ debebas.[*Qui asto ante deum*]
id est, vultui dei incessanter intendo,& quorsum'versus processero à beatifica diuinitatis contẽplatione nusquam auertor neq; discedo,ideo asto ante deum,tanquam ad obediendum paratus, atque in bo
no immobiliter confirmatus,& inuariabili deo stabiliter inauertibilitérque intentus : propterea men- Daniel.6.
tiri non valeo. Hoc modo omnes angeli sancti deo astare dicuntur:Interdum vero astare siue assistere
C strictius sumitur,prout egressionem,seu emissionem ad exteriora officia seu ad viatores excludit:sicque superiorum ordinum angeli deo assistere,inferiorum ministrare dicũtur iuxta illud Danielis,Mil
lia millium ministrabant ei,& decies millies centena millia assistebant ei . Sumendo autem astare pri- Apocal.1.
mo modo,etiam apud Tobiam angelus quidam fatetur,Ego sum(inquiens)Raphaël angelus vnus ex
septem,qui astamus ante deũ. In Apoca.habetur,Gratia vobis & pax à deo,& à septem spiritibus qui
in conspectu throni eius sunt. Sic demũ scriptum est in Iob. Factum est cum quadam die venissent fi-
lii dei vt assisterent coram domino,quod ibi de inferioribus angelis dicitur.[*Qui missus sum loqui ad te, &*]pro id est[*Hæc tibi Euangelizare*,]quod est bonũ quid annuntiare.¶Itaque,si missus fuit à deo,ste
titq; realiter corã Zacharia in tẽplo,quomodo pro eodem tempore fuiti astans ante deum, Qui enim Tobiæ.12.
astat ante deum,videtur esse in cælo,angelus autem in pluribus locis simul esse non potest. Et respondendum,quòd deus tanquam immensus vbique est,vnde vt mens creata ei assistat seu astet,nõ oportet q̃ ipsa in cælo sit,imò quocũq; vadat,veniat vel existat, intra incircunscriptibilẽ deũ manet,cui o
mnis ille astare asseritur,qui prompte obsequitur,aut contemplando infigitur. Contemplatio autem Iob.1.
certum non exigit locum, Hinc ait Psalm. Mane astabo tibi & videbo.[*Et ecce*]Per hanc vocem,ecce,
aduerbialiter demonstratur aut insinuatur notabile esse quod dicitur seu monstratur, [*Eris tacens*] ita
D quòd vsu loquendi carebis,[*Et non poteris loqui*,]quia & facultatem loquendi amittes:erátque facile an
gelo instrumenta loquelę taliter immutare,quòd verba formari non poterant·sicut in Genesi legitur
angelum tetigisse neruum Iacob,qui protinus claudicauit,[*Vsque in diem quo hæc fient*] id est vsque ad
diem natiuitatis,vel potius circunciſionis pueri,quando vocatum est nomen eius Ioannes,vt dixerat
angelus. Non enim Zacharias loquelam recipit ante diem circunciſionis Ioannis,vt infra describitur. Genesis.3
Itaque angelus deo sibi inspirante dedit Zachariæ signum vt petiit,sed non tale quale optauit: & iuste atque vtiliter signum pœnale ac instructiuum ad fidem sumit in subtractione loquele,vt qui discre
dendo fuit loquutus,tacendo disceret esse verbis cęlestibus credulus,nempe(vt ait Chrysostomus)dũ
deus aliquid indicat,oportet illud in fide suscipere. Nam super huiuscemodi disceptare contumacis est
animæ. Itaque signum istud inquantum fuit pœnale, datum est Zachariæ in pœnam suæ incredulitatis,vt subditur,[*Pro eo quod non credidisti verbis meis quæ implebuntur in tempore suo*,] id est tempore con-
gruo,diuinitus præfixo:iuxta illud Sapientis,Omnia tẽpus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa
sub sole,Veruntamen putandum non est quòd Zacharias putauerit verba angeli esse falsa,nec pœnitus fuit incredulus,sed partim discredens atque ambiguus, nimis conuertendo se ad naturalium cursum ordinémq; causarũ,non ad considerationẽ omnipotentiæ dei& certitudinẽ nuntii[*Et erat plebs expectans Zachariam*]quia vt dictum est foris mansit in atrio,nec sancta ingredi potuit, neque recedere
debuit, donec completo sacrificio sacerdos qui pro ipsis orauit, egrederetur. [*Et mirabantur quod*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tardaret ipse in templo]præter solitum. Non enim consuetum fuit tam diu insistere tali sacrificio, & causam dilationis ignorauerunt. [*Egressus autem*]de templo & loco altaris incensi, [*Non poterat loqui ad illos & cognouerunt quod visionem vidisset,*]id est cælestem apparitionem seu angelicam reuelationem habuisset [*In templo.*]Hoc etenim considerauerunt ex mora præfata, & mirabili vultus sui alteratione, ex colloquio angeli, ex amissione quoque loquelæ. Voluit enim deus sciri à populo quòd ei angelus apparuisset, quatenus postea cognita plenius veritate, & qualiter angelus natiuitatem prænuntiasset Ioannis, populus iam inciperet disponi ad fidem aduentus Messiæ, quem & Zacharias iste vtique prædicauit venisse: vnde & supersapientissimo deo omnia optima moderante ac dispensante, permissus est Zacharias incredulitatem incidere, atque loquela priuatus est, quatenus fama Ioannis cordibus Iudæorum tenacius ac celebrius infigeretur, sicque postea testimoniis eius de Christo celerius crederent. [*Et ipse erat innuens illis,*]id est visibili signo seu nutu indicauit eis, vt essent contenti atque abirent, & fortè quòd aliquid sibi diuinitus contigisset. [*Et permansit mutus*]vsque in diem circuncisionis Ioannis. Ita & quilibet obmutescere debet facta sibi reuelatione superna, nec illam mox prodere, quousque deus eam voluerit aliis pandi. [*Et factum est vt impleti sunt dies officii sui,*]id est completa hebdomada qua ministrauit in templo, infra quam mansit (vt dictum est) circa templum, [*Abiit in domum suam,*]quę (vt legitur) non fuit in ciuitate Hierusalem, sed in alia quadam. Cum ergo sacerdotes veteris legis, quorum sacerdotium vile, carnale, ac typicum fuit, respectu sacerdotij Christi, seu euangelicæ legis, ita ab ingressu propriarum domorum, ab accessu quoque legitimarum abstinuerint coniugum, atque circa templum manentes, puritati ac deuotioni ita vacauerint tempore sui officij: quàm damnabiles & scelerati sunt sacerdotes iam Christi, qui vel quotidie vel frequenter sacramenta Christi contractant, aliisque ministrant & celebrant, & tamen carnalibus vitiis inquinantur, & non suis miscentur. [*Post hos autem dies,*]scilicet Zacharia in domum suam reuerso, [*Concepit Elizabeth vxor eius,*]quæ vel per reuelationem supernam, vel per signa mariti vel aliorum relatu cognouit, quòd vir suus visionem vidisset. & non ex carnalis voluptatis amore aut propria motione, sed desiderio prolis, & ex inspiratione diuina eam in tanta senectute accederet: idcirco reniti non debuit. Concepit autem (secundum expositores) mense Septẽbri octauo Calendas Octobris, luna xi in æquinoctio autumnali [*Et occultabat se mensibus quinque, dicens, Quia sic fecit mihi dominus,*]id est fęcunditatem hanc supernaturaliter mihi donauit [*In diebus*]senij mei. [*Quibus respexit*]id est suo pio, omnipotenti, causalissimóque respectu dignatus [*Auferre opprobrium meum inter homines*]id est confusionem quæ mihi ab hominibus immineba, eo quod sterilis essem.

Sapien. 12.

Deute. 7.

¶Sterilitas quippe in lege maledictioni subiacuit: non quod infœcundi essent apud dominum maledicti, cum nec Helias nec Hieremias viri sanctissimi duxerint coniuges: sed maledictio illa fuit quoddã humanum opprobriũ, quoniã pudor fuit coniugatis, nuptiarum fructu carere. imò Ambro. ait, Pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi. Hoc tamen pro tẽpore gratiæ ita intelligendũ non est, quasi non sit cõiugatis magis meritoriũ amore dei & castitatis penitus cõtinere q̃ proles generare, sed quia homines reputant inhonestũ in matrimonio prolem nõ procreare. Apud deũ vero quędã sterilitas fęlix asseritur: iuxta illud Sapiẽtis, Fęlix sterilis & nõ coinquinata, quæ nescisti thorũ in delicto. Denique quamuis sancta Elizabeth lætata sit valde & conceptione filij tam illustris, & q̃ supernaturaliter fœcũda effecta est, itemq;, quia cõsiderauit q̃ filius nascturus esset magnæ perfectionis futurus, & quia à nota sterilitatis fuerat liberata: erubuit tamẽ, q̃ in senectute sua acciderit illud, quando de lege cõmuni non est tempus cõmixtionis, prout in Ecclesiastẽ scriptũ est, Tempus amplectendi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Sic & Sara ait in Genesi, Postquã consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operã dabo tanquam diceret, Indecens est. Verum diuina voluntas nulla lege præstingitur, nullo ordine coarctatur, sed omnis legis & ordinis causa supertranscẽdit, ideo quicquid iusserit, bonum, iustum, & decens est, quocunque tempore id agi mãdauerit. Itaque ex pudore seu erubescẽtia occultauit se Elizabeth mẽsibus quinque, scilicet donec beatissima virgo Maria conciperet, & proles Elizabeth exultans in gaudio prophetaret, vt Origenes exponit. Porrò hoc loco ostendit Ambrosius, homines quosdam incontinentes fœminas impręgnatas & grauidas cognoscere, non erubescentes esse pecoribus irrationabiliores ac turpiores. Sunt enim pecora quę muto quodam opere quasi loquuntur generandi sibi studium esse, non desiderium coeundi. Siquidẽ vbi semel grauem sibi senserint alium, iam concubitũ non admittunt, nec amantis lasciuiam, sed curam parentis assumunt: Porrò homines nec conceptis fœtibus, nec deo parcunt: illos cõtaminant, hunc exasperant. Ad cohibendam petulantiam tuam, manus tui creatoris in vtero fœtum formantis aduerte. Ille operatur ibidem, & tu vteri illius secretũ incæstas libidine: vel pecudem imitare, vel deum verere. Postremò ex hoc loco Ambrosius & Beda eliciunt, quãtæ curæ fuerit verecũdia sanctis, quia & ipsa Elizabeth de re bona ac licita in tantum erubuit, quod quinq; se mensibus occultauit, eò q̃ res quæ sibi accideret, apud ignorantes speciem habere potuit mali, nempe, vt ait Ambrosius, vnicuique officio præscripta est ætas, & quòd vno tempore decet, alio tempore non decet: suntque tempora quędã præscripta coniugio, quando dare operam liberis procreandis decorum sit, dum anni vigent, & spes prolis existit: vbi vero matura senectus successerit, pudor est gestare indicia coitus, quãuis legitimi, grauaríque onere alienæ ætatis, & tumescere aluum non sui temporis fructu.

Ecclesi. 3.
Genes. 11.

Ambrosi.

¶Prosequutio Cap. quo habetur, [*In mense autem sexto missus est Gabriel.*] Artic. III.

Præcursoris annuntiatione & conceptione descriptis, tanquã quibusdam præambulis, nunc Saluatoris annuntiatio atque conceptio describuntur. Tanta siquidem miraculorũ excellentia prę cursorem deus ornauit in sua annũtiatione, natiuitate vt testimonia eius de Christo credibilio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ra consisterent: quæ & ideo describuntur, vt quæ de Christo leguntur, certius, firmiúsque credantur. [*In mense autem sexto*] à conceptione Ioannis, qui conceptus dicitur circa finem Septembris Christus autem circa finem Martii, scilicet x x v. die eius, nuntiatus, conceptus & passus est, secundum Bedam: Beda. Martius verò à Septembri est sextus, non computando minutias vltimæ patris Septẽbris, scilicet octo vltimos dies ipsius, infra quos Ioannes conceptus est, qui & hic non computantur, quia consuetudo scripturæ est, non facere vim in minutiis numerorum ac temporum. [*Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis Maria.*] ¶ Summum atque dignissimum descripturus mysterium sacer Euangelista, videlicet vnigeniti filij dei beatissimam, ac benedictissimam incarnationem, omnia ordinatissimè ad distinctè prosequitur, cunctáque plane elucidat, vt eadem audientes siue legentes, illa quæ gesta sunt quasi præsentia oculis animi proponamus, atque cum summa intentione, deuotione, distinctione, singula quæque pensemus: quatenus in recordatione tam in effabilis beneficii dei super nos cordialiter accendamur, intime deo regratiemur, & nostræ salutationis modum atque historiam mente pura ac iucundissima recolamus. Itaque circa descriptionem incarnationis filij dei primo commemorat nuntium, quod non homo aut vates, sed angelus fuit, quem etiam nominatim expressit, quòd Gabriel extitit, de quo iam dictum est, qui in veteri testamento legitur Danieli apparuisse, cui superior ange- Dan. 8.
B lus scilicet Michael princeps tunc synagogæ loquutus est, Gabriel fac intelligere istum, scilicet Danielem, visionem. De quo Gabriel Daniele ait, Cúmque adhuc orarem, ecce vir Gabriel cito volans tetigit me in hora sacrificii vespertini. Hunc angelum docet Euãgelista immediatè missum à deo vno ac trino, non vt fieri solet ab angelo superiori, quemadmodum Zacharias prophetas accedisse testatur. Zacha. 2. Ecce angelus qui loquebatur ad me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum, Curre & loquere ad puerum istum, missum, inquam, in ciuitatem Galilææ nomine Nazareth, per quod illud Esaiæ de Christo prædictum monstratur impletum, Nazareus de radice eius Esaiæ. 11.
ascendet. Sic enim Hebraica continet veritas, sicque allegat Matthæus: pro quo Hieronymus transtu- Matth. 2.
lit, Flos de radice eius ascendet. Aptè quoque in Galilæa, nõ in Iudæa nuntiatus est Christus, ad designandum, quòd Christus relicta Iudæa transmigraturus fuit ad gentes, cõuertendo illas ad fidem per apostolicam prędicationem Galilæa etenim transmigratio interpretatur. Denique missus est ad virginem desponsatam viro nomine Ioseph. ¶ Cur autem de virgine desponsata voluerit Christus nasci, multæ rationes traduntur: quæ quia in omnium cõmentariis leguntur, prætermitto, quasdam breuissimè solùm tangendo, videlicet ne pudicissima virgo de fornicatione diffamaretur, & ne Christus de fornicaria natus diceretur. Itémque, ne Iudæi eũ cõtempsisse, iustè quasi illegitimè genitũ viderẽtur, & vt diabolus minorem haberet occasionem æstimandi quòd Iesus esset Messias, eo quòd de cõiuge viri esset exortus, quem nouerat de virgine nasciturum. Postremò, ne virgo Maria tanquam adultera
C lapidaretur, quia & de sacerdotali fuit prosapia. Puella quippe illius prosapiæ fornicans tanquã adultera lapidabatur, vt patet in Leuitico. Nomen quoq; virginis fuit Maria, quę interpretatur maris stella, Leuit. 21.
quoniam ipsa luce à se prodeunte seu nata, mundum hunc illustrauit. Maria quoque interpretatur amarum mare. Ipsa nempe non solum in Christi passione, sed & ante frequenter amaritudinem maternæ cõpassionis, angustię & timoris fuit repleta: sicut & infra habetur, Tuã ipsius animã pertrãsibit gladius. Sicut enim amarissime torquebatur, videns filiũ crucifigi: sic frequentissime affligebatur, cõsiderando hunc crucifigendum, atque videdo persequutiones ipsius. Rursus, Maria interpretatur domina, & ipsa vtique est cæli regina, domina mundi: quoniam genitrix dei. Fuit autem spõsus virginis Lucæ. 2.
castissimus Ioseph de domo, id est, semine, tribu, seu familia Dauid, de qua tribu fuit etiã virgo beata. Viri enim mulieribus suæ tribus matrimonialiter iungebantur, præsertimq; fœminæ in parentũ hæreditate succendentes nõ poterant nubere, nisi viris suæ tribus, ne sortium distributio cõfunderetur. Deute. 25.
Virgo autẽ glorioſa vnica fuit suo patri, propter quod ei in hæreditate successit. ¶ Præterea contem- 1. Corin. 1.
plandum quomodo Christus in omnibus quæ abiecta videntur & humiliora elegit. Vnde nõ in ciuitate Hierusalem metropoli, sed in oppido Nazareth concipi voluit, vt non humana potestate, sed diuina virtute Christiana religio agnoscatur firmata ac introducta: sed & ipsa Galilæa tã despecta fuit
D Iudæis, vt principes dicerẽt Nicodemo. Scrutare scripturas, quia à Galilæa nõ surgit propheta. Hoc insuper mirabile fuit, quòd mũdo persuaderi potuit hanc virginem esse, quæ tot annis viro cohabitauit. Denique istud dignationis erat eximiæ, quod vnigenitus dei eodem angelo annuntiante cõcipi Ioann. 7.
voluit, quo annunciante conceptus fuit eius præcursor, & quòd nõ aliquẽ aut aliquos de summo ordine angelorum ad tanti mysterij denuntiationẽ transmisit. Ex quo etiã sanctus Thomas & alij multi concludunt, quòd superiorum ordinum angeli ad exterius ministeriũ nunquam mittuntur, cũ angelus huius summæ rei nuntiator de choro archangelorũ extiterit. Cùm enim vnigenitus patris æter Matth. 11.
ni in mundum descenderit, nostrámque naturã assumpserit, vt in omnibus verbo & opere humilitatem doceret, ac per eam nos ad verã salutem reuerti oportere instrueret, non supremi ordinis agmina ad suam incarnationem misit denuntiandam: sed vno ac consueto nuntio fuit contentus. Postremo sanctus Bernardus circa locũ hunc sentiri videtur, q̃ angeli mysterium incarnationis ignorauerunt, ita quòd consilium dei super humani gẽneris saluatione per verbi incarnationem nulli patuerit angelorum, priusquam Gabrieli hæc legatio dominicę annuntiationis committeretur, & id quidem etiam quibusdam catholicis tempore Beenardi displicuit, & Hugo de sancto Victore hinc scripsit Bernardo, vt de hoc intentionem suã plenius apperiret, cui sanctus pater rescripsit plenissimè ac diserte. Primò, quòd verbum illud non asserendo protulerit. Secundò, quòd & si asserẽdo id protulisset, nihilominus stare posset, quia intelligi posset nec de ipso mysterio, seu eius substantia secundũ se. Nam hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prophetis dudum per angelos fuerat reuelatum: ſed de myſterio incarnationis, quantũ ad aliquas eius E
conditiones, certaſque circunſtantias, puta quantũ ad locum, tempus, modum, perſonam: vt quòd de
hac virgine & hac hora verbum incarnaretur. Itaque aduertandum, quòd (vt ſanctus Thomas deter
minat) myſterium incarnationis, videlicet quòd vnigenitus dei humanam eſſet aſſumpturus naturam
cunctis angelis à principio felicitatis eorum innotuit, quoad ſubſtantiam myſterij, atque in generali,
Hebr.2. non autem quantum ad determinatas conditiones ſiue in ſpeciali. Omnia nanque angelorum myſte
ria ad incarnationem verbi potiſsimum ordinantur. Omnes autẽ ſunt adminiſtratorij ſpiritus: idcir-
co de iſto myſterio omnes à principio communiter ſunt edocti, ſed poſtea quantum ad circũſtantias
eius in ipſius diſtinctiori notitia profecerunt, imò (vt ſeptimo cap. cæleſtis hierarchiæ diuinus & ſan
ctus Dionyſius ſcribit) à Chriſto tempore aſcenſionis inde plenius ſunt inſtructi: ficque poteſt ſalua
1.Corin.1. ri quod ſuper Geneſim ad literam loquitur Auguſtinus. Sic erat abſconditũ iſtud myſteriũ, vt nec an
gelis innotuerit. Inſuper (iuxta Gregorium) congrue ad Mariam Gabriel mittitur, qui dei fortitudo
Beda. interpretatur, quoniam Chriſtum dei virtutem & ſapientiam, qui poteſtas ſuperauit aëreas, nuntia-
uit iam incarnandum. Rurſus ſecundum Bedam, angelum ad virtutem à deo mitti condecuit, ad de-
nunciandum Saluatoris aduentum: quoniã in principio ſerpens à diabolo mittebatur ad fœminam, ad
inducendum mundi interitum. Præterea Chriſtũ totius puritatis & integritatis authorem, corrupto-
Gene.3. rumque & confractorum reformatorem decuit naſci de virgine integerrima atq; puriſsima, & vt de- F
ſignaret membra ſua de virgine eccleſia ſpiritualiter naſcitura, ſeu regeneranda. Poſtremo ſecundum
Hierony. Hieronymum bene ad virginem mittitur angelus, quoniam angelis ſemper connata eſt virginitas, &
in carne præter carnem viuere, non terrena & humana, ſed cæleſtis atque angelica vita eſt. [*Et ingreſ-
ſus angelus ad eam,*] non dubium quin in locum ſecretum, vbi illa ſanctiſsima contemplationi & ora-
tioni vacauit, forte in thalamo ſeu oratorio: eſtque probabilè, quòd tunc deuotiſsimè pro totius hu-
mani generis ſaluatione, & Chriſti aduentu orauit. [*Dixit*] cum ingenti reuerentia, ac humili appara-
tu ſacratiſsimam virginem de ſui mox genitricem futuram, ſalutans, imò & dignitatem eius admirans,
[*Aue gratia plena,*] id eſt, gratia habituali gratum faciente, eiúſque chariſmatibus ac donis, virtutibus
quoque ei annexis præeminenter repleta. Fuit ergo tam ſeptem donis ſpiritus ſancti excellenter val-
de ornata, virtutibus theologicis mirabiliter decorata, virtutibus cardinalibus ac moralibus eleganter
fulcita, variis quoque donis gratiæ gratis datæ polita, atque in omnibus his protinus multo amplius
adimplenda. [*Dominus*] trinitas ſuperbenedicta [*Tecum,*] tanto ſingularius quanto gratioſius. Quo e-
nim gratia virginis extitit plenior, eo conſiſtentia dei in ea, fuit ſingularior atque præclarior. Domi-
nus verò vnigenitus dei mox fuit cum ea, & in ea ſingulariſsimo ac eminentiſsimo modo futurus,
vtpote corporaliter quieturus in medius virgineorum viſcerum eius, verus & vnicus filius eius.
[*Benedicta tu in mulieribus,*] id eſt, præ omnibus amplius benedicta, quia magis electa, maioribus gra-
tiæ donis referta, & quodammodo quaſi infinita dignitate mox ſublimenda in filij dei conceptione. G
Etenim eſſe comparentalem patri æterno, verum deum habere, filium illum concipere, parere, & ſo-
uere, à quo ſpiritus ſanctus verus deus procedit, omnium creatorem, ſalutarẽque vnicum fructum fi-
lialem habere, nónne quodammodo infinita eſt dignitas? Rurſus, eſſe matrem & virginem, nec hoc
tantum, ſed eſſe matrem talis tantíque filij, & virginem, nõne tanto extat ſublimius, quãto & ſingula-
rius? Si magna perfectio extat cauſalitas, quanta perfectio eſt eſſec auſam, ſeu genitricem cauſę cauſa-
rum? & mater vtique cauſa eſt filij. Porro cum benedictio dei ſit collatio munerũ eius, & multiplica-
tio eorumdẽ, tãto benedictior eſt Maria, quãto maiora ac ſingulariora diuinitus ſortita eſt dona. Ipſa
quoque tã magnifice ab angelo ſalutatur, nõ ſolum ob id quòd tunc fuit, ſed ob id quòd mox erat fu
tura, quodque in prædeſtinatione fuit æterna. [*Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius,*] hoc eſt, in
tam excellenti, inopinata, & antea nuſquã audita ſalutatione angelica. Turbatio iſta nec imperfectio-
nis fuit, nec culpæ, ſed admirationis ac verecundiæ virginalis: fuitque vehemens quędam immutatio,
concuſsio ſiue commotio potentiæ affectiuæ, nempe cum virgo ſacratiſsima in oculis ſuis minima
eſſet ac laudabiliter pudorata, vehemẽtiſsime de tanto ſuo mirabatur præconio, ſéq; laudari, & cunctis
præferri mulieribus erubuit atque obſtupuit: eo vtique amplius, quo minus de ſe tale aliquid ſuſpica-
Ioann. 11. batur aut ſentiebat. Quo enim fuerit homo humilior, eo ſua laudatio & exultatio ſibiipſi mirabilior H
Ioann. 12. & ſæpe grauior quoque videtur: huiuſcemodi ſancta turbatio, excellentiori etiam modo fuit in Chri-
ſto: iuxta illud Ioannis, Ieſus vt vidit Mariam, ſcilicet Magdalenam plorantem, infremuit ſpiritu, &
turbauit ſeipſum. Et alio loco ipſemet proteſtatur, Nunc (inquiens) anima mea turbata eſt. Eſt au-
tem & illa turbatio immoderata & vitioſe, quieti, patíque mentis contraria, rationis impeditiua, quæ
longe fuit à Chriſto & virgine præelecta: imò de hac turbatione loquendo laborare debemus habere
animum imperturbatũ. ¶ Præterea conſiderandũ eſt, quòd ſancta Maria in ſermone angeli fertur tur
bata, non in viſione ipſius, quia (vt dicitur) ſolita erat conſpicere angelos, veruntamẽ aliqui probabi
liter aſtruunt, quòd angelus vice hac apparuit ei cũ lumine multo præclariore, apparatu, ac habitu ve
nuſtiore, ſecundũ quòd magnitudo cauſæ ſuæ legationis exigit, ideoque aliqualiter turbata in eius
apparitione extiterat. [*Et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.*] Non dubitauit quin eſſet vera, & vere an-
gelico ore prolata. Non enim caruit gratioſa puella gratia diſcretionis ſpirituum, cogitabat tamẽ qua-
lis eſſet, quid prætenderet, quò tenderet, cur exhibita eſſet & id fuit prudẽtiæ, quod ſic cogitauit. Nec
ſtatim reſpõdit, tam magnifica ſaluatione reputans ſe indignã, quia conſiderauit ſe ſecundũ id quod
1.Cori. 15. fuit in ſe, & quod habuit ex ſe: iuxta quem modũ ait Apoſtolus, Non ſum dignus vocari Apoſtolus.
1.Timo. 2. Etvenit Ieſus Chriſtus peccatores ſaluos facere, quorum ego primus ſum. Nihilominus ait, Nihil mi
2.Cor.4. hi conſcius ſum. Et, Nihil minus feci ab his qui ſunt ſupra modum Apoſtoli. illud ſibi & proprię vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A luntati,istud deo & gratiæ eius attribuens. De eadem enim re secundum diuersas eius considerationes diuersa feruntur iudicia. [*Et ait angelus ei, Ne timeas Maria.*] Nominatim pudicissimam virginem exprimit, eius teneritudini, turbationi, virgineóque pudori quasi compatiens, & blande ac familiariter allo quendo eandem consolans. Quamuis ergo timor & pudor Mariæ non fuerunt culpabiles, imò laudabiles, tamen abiiciendi monentur, vt meliores, diuinioresque actus succedant, videlicet contemplatio cęlestium secretorum, gratiarum actio pro eisdem, tranquillissima quoque serenitas mētis in deo. Cur autem timere non habeat, subditur, [*Inuenisti enim gratiam apud deum,*] hoc est, deo accepta ac placita ei inuenta, pietatem quoque & gratiam quam ab eo quærebas adepta es, imò & amplius multum. [*Ecce*] rem nouam & magnam, [*Concipies in vtero,*] hoc est, fœcundaberis sine virginalis reseratione signaculi, operante in te virtute spiritus sancti, [*Et paries filium*] tuiipsius creatorem, omniumque filiorum hominum saluatorem, [*Et vocabis nomen eius Iesum,*] cuius appellationis rationem angelus Christi Ioseph exposuit, dicens, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, Iesus enim saluator, salus, aut salutaris interpretatur. Hic de sua nuncupatione ait filius de patre per Esaiam, Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. ¶ Denique huius Iesu domini nostri re & nomine figura fuerunt Iesus filius Naue, aliàs Iosue, & Oseę dictus. Itémque Iesus filius Iosedech pontifex. nam ille filios Israël in terram promissionis induxit, iste in spiritualibus præfuit: ita & Iesus

B nunc spiritualiter præsidens cordibus electorum, eos in terram ecclesię militantis ac triumphantis perducit. [*Hic erit magnus.*] nam secundum diuinitatem ab æterno fuit, incommutabiliter est, indeficienterque erit magnus, non mole, sed perfectione, potestate & dignitate: atque tam magnus, vt dicat Psalmista, Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. ¶ Porrò secundum naturam humanam non differt ab aliis hominibus, quantum ad essentialia speciei: sed per gratia hypostaticamque vnionem suæ humanitatis cum verbo, tantæ est magnitudinis, dignitatis, perfectionis, vt maior sit toto vniuerso, omni creatura intellectuali ac inferiori. Vnde ob hanc magnitudinem etiam in vtero matris vir fuit, iuxta illud Hieremiæ, Nouum, creauit dominus super terram, fœmina circundabit virum. [*Et filius altissimi vocabitur,*] non adoptiuus vt cæteri, sed naturalis, coæternus. vnicus, coæqualis: iuxta illud, Dominus dixit ad me filius meus es tu. Et rursus. Ex vtero ante luciferum genui te. Vnde tam patrem quàm filium ineffabilem esse Salomon docens, ait, Quod nomen eius, & quòd nomen filij eius si nosti? Nec obstat quòd nunc vocari iubetur dei filius Iesus. Non enim Salomon ideo illa ait, quòd pater & filius omni careant nomine: sed quia deficit omne nomen, prout nos illud com-

C prehendere possumus à superbenedicta superuenienti & superessentiali dignitate patris ac filij defectu immenso, nec aliud de maiestate spiritus sancti quis sentiat. [*Et dabit illi*] secundum humanam naturam [*Dominus deus*] pater æternus seu tota trinitas adoranda, cuius indiuisa sunt dona ac opera, [*Sedem,*] hoc est, regiam dignitatem ac potestatem, [*Dauid patris,*] hoc est, quam Dauid in typo habebat. Quicquid enim potestatis & eminentiæ fuit in Dauid, multo sublimius datum est Christo homini: secundum quòd ait, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hinc Christus verè rex Israël fuit plenariamque potestatem super Iudæos accepit in spiritualibus ac corporalibus, quamuis ea quantū ad temporalem, ac corporalem præsidentiam vsus non fuerit. Propter quòd dixit Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo. Et cum vellent eum Iudæi facere regem, fugit. [*Et regnabit in domo Iacob,*] hoc est, in cordibus verorū, ac electorum Israëlitarum, non solum corporaliter à Iacob patriarcha descendentium, sed omnium quoque eius virtutes sequentium, [*in æternum,*] puta in via per dona gratię, & per suos vicarios præsidet Christus fidelibus, & regnat in eis qui suæ obediunt legi: in patria autē per dona gloriæ, & per seipsum. [*Et regni eius non erit finis.*] siue regnū dicatur plebs fidelis (puta ecclesia) quæ frequenter regnū cælorū vocatur, siue dominium Christi in ea, siue triumphās Ecclesia, vel præsidentia Christi in ipsa: cōstat quòd regni eius nō erit finis. nam status Ecclesiæ militantis vsque in finem mundi durabit, quo hic finem sumente, transferentur electi ad patriā, in qua finis diuinæ gubernationis nō erit. Hæc eadem per Esaiam prędicta noscuntur. Super solium (inquit) Dauid & super

D regnum eius sedebit, vt cōfirmet illud in iudicio & iustitia, amodo & vsq; in sempiternum. Etenim de Christi principatu super Iudæos, Ezechiel, Hieremias, Zacharias, cæterique prophetæ concorditer sunt loquuti. [*Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo fiet istud?*] quòd scilicet filium dei concipiam, [*Quoniam virum non cognosco,*] hoc est, nequaquam cognoscere decreui, & voui quantum in me est. Iam enim (vt dicūt doctores) virginitatem promisit, tamen sub honestissima conditione, vtpote nisi deus aliter de ea disponeret. Aliqui verò affirmant, quòd antequam desponsaretur habuit virginitatis custodiam in proposito & affectu, non tamen promisit: postea autem desponsata Ioseph simili habēti propositum, simul cum ipso votum emisit. Quærit autem de modo, non de facto secundū se, quia non dubitauit, sed virginitatis obseruatione solicita scisitata est operis modum. Veruntamen (teste Ambrosio) legit Maria illud Esaiæ, Ecce virgo concipiet, modum verò nō legit: ex quo concluditur, quòd literata fuit, & in lege, prophetis, humano quoq; studio erudita. Nā & Origines testatur, quòd legis habebat scięntiam. [*Et respondens angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te,*] hoc est, nō naturali via, nō virili concursu, non potestate angelica, sed superueniente, id est de superueniēte & supra id quod nūc cōtulit tibi, tūc abundātius influente spiritu sancto cōcipies, quia ipse te fœcūdabit, ex tuis purissimis sanguinibus corpus verbo dei aptando, formando, & subito organizando. Quemadmodum per Zachariam ait, Ego cælabo sculpturam eius. Vnde ad innuendum. quòd Christus de matre sit editus viro eam non fœcundante, sed virtute cœlesti in ea agente: scriptū est in Esaia, Ascendi corā eo sicut virgultum, & sicut radix de terra sitiente. Quòd autē ibidem loquitur ad literam Esaias de Christo, certum est omni capitulum rite pensanti. [*Et virtus altissimi,*] hoc est, omnipotens deus pa-

2. Cor. 12.
Matth. 1.
Esaiæ. 40.
Num. 17.
Deuter. 1.
Aggæi. 1.
Zacha. 3.
Hiere. 13.
Psalm. 9.
Psal. 109.
Prouer. 30.
Matth. 18.
Ioan. 10.
Ioan. 9.
Esaiæ. 6.
Matth. 1.
Esaiæ. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ter[*Obumbrabit tibi,*]id eſt ſuam poteſtatem immenſam tuæ capacitati contemperabit, vt eius influen E
tiam ferre queas. Itaque non ſecundum plenitudinem ſuæ claritatis immenſam tibi irradiabit, ſed velut vmbram ſuæ reſplendentiæ cauſans, in te effectum ſuæ poteſtatis exercebit in te proportionabiliter ad tuam decliuitatem, faciendo in te immediatè per ſe, quod in aliis efficit per viri caſualitatem, ſeu formatiuam virtutem. Verba hæc ab aliis multipliciter exponuntur, ſed quæ in omnium commentis ſatis leguntur, præterire decreui. Quòd autem ſpiritus ſanctus ſuperueniat non locum mutando, ſed influendo, ac operando, certiſsimum reor. ¶ Inſuper innoteſcit ex his quòd multi ſint plenitudinis gratiæ gradus, nam & virgo beata ante hæc verba dicta eſt gratia plena: nihilominus in conceptione filij dei maxime aucta eſt gratia dei in ea, intantùm vt tunc fomes dicatur omnino extinctus in ea, qui & ante ita fuerat debilitatus, quòd nunquam inculpabilem ſurrexerit motionem. Attamen nunc præcipue ſermo eſt de collatione gratiæ gratis datæ, videlicet, maternitatis dei, ſeu maternæ fęcunditatis in virgine quantùm ad Chriſtum. Quemadmodum autem prophetiæ & apoſtolatus, ita & iſta materna fœcũditas donum eſt gratiæ gratis datæ. propter quod iuxta Auguſtinum, beatior fuit Maria Chriſtũ concipiendo mente quàm corpore, & iſta corporalis conceptio ſine illa ſpirituali ei non profuiſſet.

¶ Poſtremò, plenitudo, perfectio, atque immenſitas ſoli deo competunt abſolutè & propriè: creaturis verò comparatiuè, impropriè, particulariter, incertóque genere. [*Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctũ,*] F
id eſt Chriſtus ex te naſciturus, qui ſecundum diuinitatem ſubſtantialiter ſanctus eſt, & ſanctitas ipſa atque immenſæ ſanctitatis ſupereſſentialis eſſentia, ſecũdum naturam quoque aſſumptam maioris eſt ſanctitatis quàm omnes pariter prædeſtinati. [*Vocabitur filius dei*]ſicut nunc dictum eſt, Hic erit magnus & filius altiſsimi vocabitur. Itaque ex tam diuina & ſupernaturali conceptione Chriſti, innoteſcit fidelibus quòd ipſe ſit filius dei, cui ſoli talis ſeruabatur conceptio: fonti etenim puritatis, & confractorum reparatori, corruptorúmque integratori puriſsima debebatur conceptio, natiuitáſque mundiſsima, vt matris integritatem & puritatem non minueret, ſed ſacraret & confirmaret, quatenus ante partum, in partu, & poſt partum intacta conſiſteret clauſa atque mundiſsima.

¶ Præterea, cum in verbis inductis ſuperbenedicta Trinitas diſtinctè exprimitur ab angelo, clarum eſt virginem ſapientem etiam ante hanc angelicam alloquutionem habuiſſe ſummæ Trinitatis fidem expreſſam, ac diſtinctam notitiam. Alioquin quid angelus verbis iſtis inſinuaret, non intellexiſſet, ſed di-
Actu. 18. cere potuiſſet, quod in Actis quidam reſponderunt Apoſtolo ſciſcitanti, Si ſpiritum ſanctum accepiſtis, credentes, ſed neque ſi ſpiritus ſanctus eſt, audiuimus.

¶ Conſequenter vt Mariæ credulitas augeatur, anima exhilaretur, deuotio inflammetur, ſicque ardentiſsima, iucundiſsima, ac deuotiſsima mente conſentiat atque cõcipiat vnigenitum dei, proponit ei an G
gelus ſanctus exemplum, vt mirabilis conceptio futura, per conceptionem mirabilem factam approbetur, & charitatiua puellæ ſuæ cognatæ beneficiis congratuletur. [*Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua,*]quamuis duplex habuerit impedimentum, ſcilicet ſenectutis, naturalitatíſque ſterilitatis. [*Et hic menſis*]ſcilicet Martius, in quo tibi appareo, [*Eſt ſextus illi,*]ex quo cõcepit [*Quæ vocatur ſterilis,*]quia iamdudum ſic vocabatur, nec vſus ſic eam vocandi fuit abolitus: [*Quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum,*]hoc eſt quicquid ſermone ſignificatur, deus poteſt implere, ſi contradictionem non implicet, illúdque facere poteſtatis ſit magis quàm infirmitatis. Vnde quod de
in ſua natura nõ poteſt peccare, infirmari, comedere, currere, moueri, dormire, poteſtatis eſt, non infir-
Hier. 32. mitatis. Huic verbo conſonat illud Hieremiæ, Domine deus non erit tibi impoſsibile omne verbum. Cùm enim poteſtas dei ſit infinita, omnipotens vtique eſt, & quicquid voluerit, poteſt in inſtanti peragere, nec poteſt in tot aut tanta, quin poſsit infinite in plura atq; maiora. His auditis, pia & docilis virgo cito præbet conſenſum, támque incomparabiliter cõmendata neſcit extolli, ſed eo profundius humiliauit ſeipſam, quo ampliorem circa dei aduertit clementiam, ſuis nil viribus tribuens. Quemadmodum enim vitioſi ſuis laudibus ſtulte atque inaniter intumeſcunt, ſic virtuoſi inde plus ſeipſos deiciũt. quo quidem quis maiora à deo ſortitus eſt bona, eo debet illi gratior eſſe, itémque ſubiectior. [*Dixit autem Maria,*]de beneficio ſuæ cognatæ collato exhilarata, [*Ecce ancilla domini,*]ego ſum, idcirco H
ad omnia ei placita offero me paratam. Audiens quoque ſe in domini dei ſui matrem electam, non aliud quàm eius ſe appellat ancillam. [*Fiat mihi ſecundum verbum tuum,*] hoc eſt ſpiritu ſancto ſuperueniente filium dei concipiam vt dixiſti. His verbis conſenſit, quibus prolatis immediatè vnigenitum patris æterni concepit. Ita quòd in inſtanti ſpiritus ſanctus ex eius puriſsimo ſanguine corpus formauit, & perfectè quantùm ad membrorum diſtinctionem organizauit, in quo item inſtanti anima Chriſti eſt creata, carni vnita, atque vtrũque verbo hypoſtatica ſeu perſonali vnione eſt cõiunctum. Itaque in eodem inſtanti fuit ſanguinis ſeparatio, conſolidatio, figuratio, animatio, & deificatio. Veruntamen diſtinctio membrorum oculis perceptibilis vix fuiſſet ob corporis paruitatem ¶ Præterea, mox vt virgo aſſenſit, celebratæ ſunt in vtero eius, nuptiæ hypoſtaticę vnionis, videlicet coniunctio humanæ naturæ cum verbo, de quibus Gregorius ait, quòd tunc deus pater filio nuptias fecit, cum ei in vtero, virginis naturam ſociauit humanam. Tunc quoque cælebratæ ſunt nuptiæ ſponſi cæleſtis cum ſua ſponſa ſingulari, quæ eſt mater virginea, virgo Chriſtifera, quę filium dei concipiendo, facta eſt ſponſa ipſius ſingularis. ¶ Porrò tota Trinitas ſuperbenedicta (cuius cum vna cõſiſtat eſſentia, indiuiſa ſunt opera) naturam humanam filio ſuppoſitaliter copulauit: ſolus verò filius naturam iſtam aſſumpſit, eámque in ſeipſo ſuppoſitauit, ita quòd ipſummet verbum æternum eſt aſſumptæ humanitatis hypoſtaſis, quę in verbo ſubſiſtit perſonalitate increata verbi, éſtq; in Chriſto vna perſonalitas tantũ, & filiatio vna duntaxat, cum ſit vna perſona: filiatio autem concernit perſonam. Duæ verò generationes ponuntur in eo, ſicut & duæ naturæ. Generatio enim concernit naturam. [*Et diſceſſit ab ea angelus,*] &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A arbitror quòd non velut improuiſe, & ex abrupto ab ipſa abierit, ſicut à cæteris ſanctis legitur ſæpius receſsiſſe ſeu diſparuiſſe: ſed cum grandi reuerentia, maxima congratulatione, iucundiſsimo apparatu, quaſi licentiam poſtulans recedendi à domina ſua, quam vt ſui ac omnium creatoris matrem iam orſus eſt honorare, prouisè abſceſsit atque diſparuit. [*Exurgens autem Maria*] à loco orationis, à quiete contemplationis, ab habitaculo manſionis, [*In diebus illis.*] ſtatim cum dei vnigenitum concepiſſet [*Abiit in montana,*] id eſt, per loca alta, montoſa, & aſpera, quibus plena eſt Iudea, [*Cum feſtinatione in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth.*] Celeriter iuit, dans exemplum virginibus, cunctiſque fœminis, ne libenter tardent in publico, neque in communibus ſine rationabili cauſa itineribus inueniantur. Et quia iam plena fuit ſpiritu ſancto ſpiritualique gaudio, charitatis feruore, & ſanctæ deuotionis dulcedine feſtinanter proceſsit, præſertim, quia & cognatæ ſuæ congaudere optauit & obſequi, eiuſque fœtum ex ſui præſentia filij deſiderauit donis amplioribus perornari.

¶ Porrò, per ciuitatem Iudæ quidam intelligunt ipſam Hieruſalem, quam aſſerunt tranſiſſe Mariam Eccle. 14.
vrbem verſus in qua habitauerunt parentes Ioannis, quam dicunt ferè per quatuor aut quinque miliaria fuiſſe vltra Hieruſalem. Nihilominus per ciuitatem Iudæ vrbs habitationis parentum Ioannis intelligi poteſt. [*Et ſalutauit Elizabet.*] vt habetur in Eccleſiaſtico, Amicum ſalutare non confundaris. Et quia humillima fuit, & fortè prior ſuam ſalutauit cognatã. Forma autẽ ſalutationis digeſta ſeu ſcripta non eſt. Secundum Ambroſium autem condecens eſt, vt quanto caſtior virgo, tanto humilior ſit.

B [*Et factum eſt, vt audiuit ſalutationẽ Mariæ Elizabet, exultauit infans in vtero eius.*] Exultatio ex aliqua pręuia cognitiua apprehenſione ſolet oriri. Communiter itaque tenent doctores, quòd per omnipotentiam dei acceleratus eſt vſus rationis in Ioanne nondum progenito, ita quòd reuelante ſpiritu ſancto nouit vnigenitum dei iam incarnatum, atque in vtero virginis tunc præſentem, tuncque præſertim in eo impletũ ſit quod angelus nũtiauit, qui a ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Hinc ſecundum Ambro. & Gloſſam, ſicut Elizabeth Mariæ, ita Ioannes Chriſti ſenſit aduentum. Aliqui verò dixerunt, quod Ioannes Chriſti præſentiam non cognouit, nec tunc vſus ſit ratione, ſed miraculoſe mouebatur, & inſtar exultãtis ſe habuit in vtero matris, ad declarationem dignitatis Chriſti genitricisque eius. Auguſtinus verò tangit vtrunque hunc modum, neutrum autem aſſertiue determinat, ſed primus verior reputatur. [*Et repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabet,*] Dicunt quidam, quod Maria ante conceptum, Elizabeth vero poſt conceptum repleta ſit ſpiritu ſancto. Veruntamen cum Elizabeth nondum fœcundata iam dixerit Euangeliſta quòd erant ambo, videlicet, maritus eius & ipſa iuſti ante deum, &c. certum quòd etiam ante prolis ſuæ cõceptionem fuit quodammodo, imò & eminenter plena ſpiritu ſancto, vtpote in numero perfectorũ annumerari cõdigna: ſed conſuetudo ſcripturę eſt. vt dicat tunc homine ſpiritu ſancto repleri, cũ gratia notabiliter exuberantiori perfunditur: quemadmodum de primitiua eccleſia quæ in die Pentecoſtes repleta fuit ſpiritu ſancto, ſicut ſcriptum eſt in

C Actis, Cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant, & repleti ſunt ſpiritu ſancto. Itaque ſancta Eliza- Actu. 4.
beth tam grãde miraculũ in prolis ſuæ nondũ natę exultatione perpẽdens, Chriſti quoque & beatiſſimæ virginis præſentiam venerandã aduertens, totis in deo gloriabatur præcordiis, & gratia amplio- Matth. 12.
ri mirabiliter implebatur, ſpiritumque prophetiæ ſuſcepit, [*Et exclamauit voce magna.*] Ex plenitudine deuotionis & interioris lætitiæ in vocem prorupit ſublimen. Ex abundantia nanque cordis os loquitur, & dixit, [*Benedicta tu inter mulieres*] hoc eſt, præ fœminis vniuerſis, ſicut expoſitum eſt. Siquidẽ verba iſta eundẽ habent ſenſum cum verbis illis angelicis, Benedictatu in mulieribus, [*Et benedictus fructus ventris tui*]. i. Chriſtus iam filius tuus effectus, de quo ait Pſalmiſta, Benedictus qui venit in nomine Pſalm. 117.
domini. Et terra noſtra dabit fructum ſuum. De quo ſcriptum eſt in Eſaia, In die illo erit germen do- Matth. 21.
mini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis. ¶ Porrò Chriſtus ſecundum vtranque na- Marci. 11.
turam benedictus eſt, ſed diuerſimodè, nam vt deus per naturã, ſeu ſubſtantialiter benedictus & ſanctus eſt: iuxta illud Danielis, Benedictus es domine deus patrum noſtrorũ. Dicitur enim deus in ſeipſo benedictus, quia eſſentialiter ſanctus, omnique benedictione ac laude digniſsimus, totius quoque benedictionis & gratiæ collatiuus: ſecundum naturam verò humanam dicitur benedictus per gratiam, quoniam plenitudinẽ gratiæ ſumpſit, nõ ad menſurã, puta in copia tanta quòd tota creata mentis capacitas fuit in eo cõpleta. [*Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?*] Scilicet mater Chri-

D ſti, quaſi dicat, digna nõ ſum, nec meis hoc meritis tribuo: in quo humilitas Elizabeth innoteſcit, quę cũ eſſet grandæua, & tanto ſacerdoti in cõiugẽ ſociata ac ſupernaturaliter fœcũdata, indignã tamẽ ſe à iuuẽcula fabro lignario deſponſata viſitari profeſſa eſt: quod & verũ fuit habendo reſpectũ ad excellentiã dignitatis gratiæque Mariæ, & ad id q̃ Elizabeth fuerat per naturã, vel etiã ad opera eius bona ſecundũ quod à libero procedebant arbitrio: ſed inquantũ ex ſupernaturalibus habitibus gratiæ gratum faciẽtis, & virtutũ infuſarũ, itemque actuali motione ſpiritus ſancti procedebãt, non tantũ digna fuit à matre domini viſitari, ſed & diuinitate beatifica in patria frui, communi obſtaculo per Chriſti paſsionem ablato, iuxta modum quo operavirtuoſa dicuntur æternæ meritoria vitæ, etiam de condigno ſecundum opinionem probabilem, quamuis aliqui dicant oppoſitum. ¶ Præterea nunc occurrit memoriæ quod circa verba præſcripta [*Repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabeth*] ſcribit Ambroſius, non prius repleta mater (puta Elizabeth) quàm filius eius, quod intelligendum eſt de illa repletione abundanti prætacta: additque, ſed cum filius, ſcilicet Ioannes repletus eſt ſpiritu ſancto, repleuit & matrem.

¶ Quæritur quomodo Ioannes nondum natus matrem ſuam ſpiritu ſancto impleuerit, & certum quòd nõ authoritatiuè, cum hoc deo ſit propriũ, nec miniſterialiter ſicut in diſpenſationibus, ſeu miniſtrationibus ſacramentorum miniſtri eccleſiæ dicuntur ſuſcipientes replere. Aliqui dicũt quòd per modum cauſæ meritoriæ inſtrumẽtalis hoc fecit, ita quod in ipſo acceleratus fuit per gratiam vſus ra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tionis, liberi quoque arbitrij. Quidam vero affirmãt quòd nullo prædictorum modorum id accidit, E
sed ideo matrem suam fertur impleſſe, quoniam priuilegio eius datum est matri suæ huiuscemodi diuinorum charismatum incrementum. Potest enim probabiliter dici, quòd occasionaliter matrem suã spiritu sancto impleuit, quoniã illa filij miraculosam exultationẽ experiens, ex hoc in deũ mẽte effusa est, eiusque cor charitate apertum ac dilatatum patulumque effectũ, factũ est gratię capax maioris, quemadmodum aliquis videns alium in magna deuotione consistentem, deuotione accenditur. [*Ecce enim*] ô Maria [*Vt facta est,*] hoc est, audita [*Vox salutationis tuæ,*] qua me tam charitatiuè atque humili-
Ioan.3. ter salutasti [*In auribus meis*]. i. statim [*Exultauit in gaudio,*] formaliter siue causaliter [*Infans in vtero meo,*] ita quòd illa exultatio fuit gaudium, vel exultatio ad corpus per redũdãtiam pertinens, ex mẽtis gaudio nascebatur. Itaque Ioannes sponsi amicus de sponsi gaudebat præsentia, secundũ quod ipse postea oretenus fatebatur. Amicus sponsi qui stat & audit vocem eius, gaudio gaudet propter vocẽ spõsi. Propter quod ait Ambrosius, Ioannes exultauit ratione mysterij, vtpote quoniam vnigenitum dei iam nouit incarnatum, veraciterque præsentem: ex quo euidens reor, quod & Ioannes interiori auditu internam Christi allocutionem, seu illustrationẽ aduertit. Dicit ergo Gorra hoc loco, Ecce quãtæ virtutis est beatæ virginis salutatio quæ confert gaudium, confert & spiritum sanctum, confert reuelationem diuinorum secretorum, confert & prophetiæ actum: verum intelligendum est hoc de cõ
F
Ioann. 10. fata bona meruit ei quodammodo. ¶ Insuper sicut & Beda fatetur, certum est, quod non nisi reuelãte spiritu sancto Elizabeth nouit, quod Maria esset iam mater Christi effecta, ab angelo salutata, eiusque verbis crediderit, quòd item exultatio Ioannis esset ob Christi corporalem præsentiam. Hinc ei Elizabeth addidit, [*Et beata quæ credidisti.*] cõcordat quod ait Saluator, Beati qui nõ viderũt & crediderunt. ¶ Porrò Gregorius super Ezechielem, Simul (inquit) de preterito & presenti ac futuro per prophetiæ spiritum tacta est Elizabeth, quæ beatam Mariam promissionibus angeli credidisse cognouit & matrem nominans, qui redemptorem in vtero portaret, intellexit, & cum omnia perficienda prædiceret, quid etiam de futuro sequeretur, prædixit. Itaque cognitio fidei est incoatio quædam cognitionis beatæ in patria: ipsum quoque credere ex charitate meritorium est beatitudinis consummatæ, & ad illam se habens sicut meritum ad præmium. ¶ Denique sicut aperta visio est felicitas patriæ, sic cognitio fidei beatitudo est viæ. Beatitudo etiam viæ est imperfecta & dispositio ad perfectam patriæ felicitatem. Cur autem beata fuit credendo subiungitur, [*Quoniam perficientur in te ea quæ dicta sunt tibi a domino,*] hoc est, completum sortientur effectum seu plenarium complementum, & quod credidisti per fidem videbis per speciem. Christum quoque, quẽ cõcepisti, paries, & vsque ad virilia incrementa perduces. Dicit autem Augustinus, quòd virgo beata felicior fuit dei filium mente per fidẽ spiritualiter concipiendo siue credendo, quàm eundem ventre corporaliter concipiendo. Ambrosius
G
quoq;, Quæcunq; (inquit) crediderit anima, scilicet fide charitati vnita, concipit & generat dei verbũ, & si secundum carnem vna est mater Christi, secundum fidem tamen omnium fructus est Christus. [*Et ait Maria.*] Hic describitur canticum, hymnus, laus, seu gratiarum actio virginis gloriosæ.

¶ Expositio euangelici cantici Christiferæ virginis Mariæ, [*Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, &c.*] Articulus. III.

Q Vibusdam veteris testamenti sanctis concessum est, vt preceptis beneficijs dei precipuis canticum deo componerent & offerent: sic nunc agit sancta Maria, considerans enim inefabilia dei beneficia super se, & in se, laudes, gratiasque referre non distulit, præsertim quia ex
1.Reg.6. ea incarnari dignatus fuit vnigenitus dei, cuius rei typus in Anna precesserit, quę supernaturali dei munere Samuelem enixa cecinit carmen, primo Regum contentum. Exultabit cor meum in domino, ꝙ in aliquibus cum carmine virginis diuinæ coincidit. Itaque deuotissima atque gratissima mente fatetur domina mundi, regina cæli genitrix dei, [*Magnificat anima mea dominum.*] Magnificentia & excellentia cantici huius primo ex parte actricis perpenditur, quæ quantò gratiosior, illuminatior, atque diuinior erat, eo præclarius canticum edidit. Secundò, ex sententiæ vbertate ac maiestate. Tertiò, ex i- H
gne deuotionis in ipso exuberantis, sic ergo, Magnificat, inquit, anima mea dominum, tanquam dicat, tu me (ô Elizabeth) laudas, extollis, magnificas: verum ego sciens quod à me ipsa nil habeo, vniuersa bona deo ascribo: ipsum laudo, me deprimo: illum magnifico, id est, magnum summum, immensum fateor, contestor, demonstro, illum totis viribus magnificenter honoro, omni zelo venerari desiderio me paruipendo. Dicitur itaque deum sanctificare, magnificare, glorificare, dũ verbis & actibus eius sanctitatem, maiestatem, beatitudinem, protestantur, extollimus, demonstramus, Impii vero dicuntur nomen dei polluere, paruifacere, inhonorare: quoniam quantum in ipsis est verbis & factis ostendũt, seu ita se habent, quasi deus non esset honore & gloria, omnique reuerentia dignus, sed paruipendenEzech.28. dus, neque curandus: alios quoque ad dei offensam, irreuerentiam, iniuriamque inducunt. Hinc per
Psalm.53. Ezechielem deus frequenter improperat filiis Israël quod poluerint nomen suum sanctum in gentibus, Fecit ergo Maria quod sanctus pater eius propheta Dauid admonuit, Magnificate dominum mecum. ¶ Porrò, secundum Ambrosium, magnificamus dominum, seu dominus magnificatur, nõ quod ei quicquam accrescat, sed quia magnificatur in nobis, hoc est, per suos in nobis effectus, seu actus nostros eius auxilio exhibitos magnus ostẽditur. Propterea addit Ambrosius, Imago enim dei Christus
1.Cori.4. est, & ideo si quid iustum, religiosumque fecerit anima, imaginem dei, ad cuius similitudinem est creaOrigenes. ta, magnificat, quod sumptum videtur ex verbis Origenis dicentis, Saluator noster est imago dei inui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A sibilis,& anima noſtra eſt imago illius imaginis:cum ergo illam cognitione, ſermone,& operatione magnifico,tunc imago mea in me grandis efficitur, & ipſe dominus cuius imago eſt anima mea, ampliùs in me magnificatur. ¶ Præterea aduertendum,quòd in cantico iſto nomine dei & domini intelligi poteſt abſolute ipſe deus vnus,ac trinus,ſeu quælibet diuina perſona, quamuis nonnulli per deũ ac dominum ſpecialiter filij perſonã intelligant,aſſerentes quòd virgo dignisſima in cantico iſto filiũ ſuum commendat,& non ait magnifico,ſed[*Magnificat anima mea dominum*,]ad innuendũ,quòd præcordiali id agat deuotione,quo arguuntur qui ſine reuerentia orant & laudant, nec eum ſicut verum deum tota cordis honorant cuſtodia:de quibus per Eſaiam dominus loquitur,Populus hic labijs me honorat,cor autem eorum longe eſt à mei [*Et exultauit ſpiritus meus*] ſcilicet anima mea rationalis[*In deo ſalutari meo*]ex contemplatione & dilectione ſuiipſius in ſe,& beneficiorum eius circa me. Exultatio autem ſeu gaudium ex contemplatione & charitatis actu,ſeu actuali dilectione procedit. Quo igitur in diuinorum contemplatione illuminatior,eorundemque amore feruentior fuit Maria,eo plenius exultauit non in ſe,ſed in domino tanquam in cauſa,obiecto & fine,ſicut Apoſtolus ſcribit,Qui gloriatur,in domino glorietur. ¶ Porrò dominus dicitur ratione gubernationis,deus ratione cauſalitatis & creationis, ſalutare vel ſalutaris ratione iuſtificationis ſeu recreationis & glorificationis, qui ſingulariter fuit & eſt deus,ac dominus & ſalutare Mariæ,propter præcipua beneficia eius ad eam,& maximam deuotionẽ,dilectionẽ & cultũ illius ad illum. Quãuis autẽ anima & ſpiritus hominis realiter idem ſint, tamen ratione ſunt differẽtes:nã anima dicitur quoniã informat & animat corpus, illudque bene regendo deũ magnificat:ſpiritus vero vocatur ob ſubtilitatem naturæ,& quoniã cõtemplatur cæleſtia,ſicque competit ſibi exultare, & præ ingenti lætitia quaſi extra ſe ſaltare in deũ. Hinc virgo deipara diſtincte locuta eſt, Magnificat anima mea dominũ, & exultauit ſpiritus meus in deo. ¶ Poſtremo,vt totis viribus deum magnificemus,magnificẽt eum noſtra memoria, eius beneficia iugiter recolendo:noſtra intelligentia,eius veritatẽ & excellentiam contemplando: noſtra volũtas,eius bonitatẽ amando ac appetẽdo:noſtra interpretatiua,ſeu expreſsiua,eum ore laudãdo. Et quia pro ſuis beneficiis gratiarum actio & vox laudis deo debentur,conſequenter virgo pręclara cantici ſui rationem ſubiungit.[*Quia reſpexit*]per approbationem oculo ſuæ pietatis immẽſæ[*Humilitatem ancillæ ſuæ*,] hoc eſt,me humilem eius ancillam,meãque humilitatem ac paruitatẽ & merito ſpecialiter ſuæ meminit humilitatis magis quàm virginitatis,charitatis aut reliquarum virtutum,quibus præeminenter fulgebat,quia per humilitatem præcipue meruit taliter exaltari, eratque per eam pręſertim diſpoſita ad concipiẽdum vnigenitum dei,ſecundũ quod in incarnationis myſterio cõſideratur incarnati maieſtas, quæ tanta eſt vt non niſi ab humillima & pene incõparabiliter humili puella,decuit eum incarnari & concipi. Virginitas autẽ fuit depoſitio magis remota,nec ipſa ſine humilitate domino placuiſſet. Veruntamen in incarnationis myſterio,vtriuſque naturæ immediatã & hypoſtaticam vnionem penſando,virgo ſacra per charitatem,eiuſque ardentiſsimũ actum fuit ſummè & immediatè diſpoſita ad vnigeniti filij dei conceptionem. Nã charitas pręſtantiſsima ac diuiniſsima,deóq; placentiſsima virtus eſt, coniũctionem,transformationẽ & inſolubilem colligationẽ efficiens. Quamuis itaq; tota Trinitas ſuperbenedicta Mariæ humilitatem ſemper clementer aſpexit,præcipue tamen filius ex ea humanã induendo naturã faciens ſe eius prolẽ,atque ſubiiciens ei ſeipſum. Sed & deus pater eam aſpexit,in tantum,vt eundẽ cum ea habere filium dignaretur. Similiter ſpiritus ſanctus illo eam germine fœcundãs adorando,à quo ipſe vere æternaliterque procedit. Secundùm Originẽ humilitas in ſcripturis vna de virtutibus dicitur,quæ à philoſophis modeſtia nominatur:ſed & nos eam poſſumus appellare quodã circuitu,cum aliquis non eſt inflatus,ſed ipſe ſe deiicit.[*Ecce enim ex hoc*] tempore & ratione tanti beneficii mihi collati,ex hac quoque mea humilitate,[*Beatam me dicent omnes generationes*,]hoc eſt, quidã ex omnibus:vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum,omnes quippe ex Iudæis & gentilitate cõuerſi,beatam,imò & beatiſsimam profitentur virginem tam incomparandã:ſed & Saraceni, qui legẽ Mahometi ſuſcipiunt ,dicunt eam præ vniuerſis mulieribus omnium ſeculorũ electam,ſicut & Chriſtum filium eius fatentur ſuo legiſlatore Mahometo maiorem. Sic & Lya, de qua orta eſt virgo Maria,cernens ſe tam fœcundam,hoc,inquit,pro beatitudine mea,beatam quippe me dicent mulieres,ſicut in Geneſi legitur.[*Quia fecit mihi magna qui potens eſt*,]hoc eſt, præclariſsima mihi beneficia eſt largitus,in ſanctificatione,in gratiarum augmentatione,in totius perfectionis collatione,& nunc potiſſimum in incarnatione,in qua veri dei vera mater effecta,quodammodo infinitæ dignitatis prærogatiuam ſum conſecuta,ab eo qui potens eſt,imò omnipotens eſt,à & deo potens, vt eius reſpectu omnis creatura ſit impotens,nec ſine illius manutenentia per momentum ſubſiſtere valens. Illi quidem idem eſt eſſe,& potentem eſſe,cuius eſſentia eſt ſua potentia,indè pendẽs,illimitata,& penitus infinita,cui ſunt omnia æque facilia,qui dominatur in virtute ſua in æternum,à quo omnis poteſtas,dicẽte Apoſtolo,Non eſt poteſtas niſi à deo. Vnde ſcriptũ eſt, Sapiens corde eſt,& fortis robore, qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia,quorum non eſt numerus,qui per me mundum liberare dignatus eſt,& præ omni creatura me honorauit,ita quòd deũ omnium creatorẽ ac dominũ concepi & porto. [*Et ſanctum nomen eius*]nominatum,id eſt, ipſemet nomine nominãte deſignatus in ſeipſo eſſentialiter purus,virtuoſus & ſanctus eſt:imò ſanctitas prima,fontana,exẽplaris,immenſa,in quo quicquid perfectionis,ſanctitatis atque virtutis eſt,cogitaríve poteſt,cũ immenſa plenitudine ſuper ſimpliciſsima cõtinetur:de quo ait Pſalmiſta, Adorate in mõte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus deus noſter. Et iterum, Confiteantur nomini tuo magno,quoniam terribile & ſanctum eſt. Vnde ſcriptũ eſt, Deus ſanctus & fortis æmulator eſt,nec ignoſcet ſceleribus veſtris. Iob quoque dicit, Abſit à deo impietas,& ab omnipotente iniquitas. Denique tam ſanctus eſt deus noſter omnipotens, vt eius compara-

Eſaiæ.15.

2.Cori.10.

Gene.13.

Pſalm.65.
Roma. 15.
Iob.9.

Pſalm.98.
Ioſu.24.
Iob.34.
Eſaiæ.64.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tione omnis ſanctitas & æquitas noſtra ſit quaſi pannus menſtruatę. Ecce enim luna non ſplendet, & B
ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius, qui & in angelis ſuis reperit prauitatem. Siquidem quid eſt
ipſa diuina eſſentia, niſi ſapientia ſupereſſentialis, veritas exemplaris, virtus prima, æquitas ſumma, cha
ritas infinita, lux incircunſcripta, puritas impermixta? Nemo ergo ſe iactet, aut aliquid putet, aut aliũ
ſpernat, nec ad publicos tranſgreſſores ſe comparet, ſed in diuinæ ſanctitatis conſpectu atque præſen-
tia ſe ſemper conſtituens, quicquid in ſe virtutis eſt, aut eſſe poſſe aduerterit, illius intuitu pro nihilo
habeat, ſéque in profundo humilitatis inceſſanter conſeruare conetur. Hucuſque ſancta Maria reco-
luit beneficia ſibi ſingulariter data, nunc generaliter ſibi ac alij præſtita exprimit, [*Et miſericordia eius*]
id eſt, ſuæ æternæ pietatis effectus & gratia extenditur & fuit, [*A progenie,*] quæ ab initio mundi an-
te diluuium fuit, [*In progenies*] poſteriores. Miſericordia enim domini plena eſt terra. Vel, à progenie
Pſalm. 118. Iudæorum in progenies gentium. Salus nanque gentibus communicata ex Iudæis fluxit, & cœpta
Ioan. 4. eſt: quemadmodum Chriſtus teſtatur, Salus ex Iudæis eſt, nam & Chriſtus ex eis incarnari elegit, &
per apoſtolorum (natione Iudæorum) doctrinam conuerſus eſt mundus. [*Timentibus eum*] timore fi-
liali ac caſto. nam talibus tantum finaliter prodeſt gratia dei, & ipſi duntaxat participes ſunt fructus ac
meriti dominicæ paſsionis: quæ licet ſe ad vniuerſos extendat per ſuam ſufficientiam, non tamen per
efficiẽtiam, ſed ad ſolos electos. Hinc ait Pſalmiſta, Miſericordia autem domini ab æterno & vſque in
Pſalm. 120. æternum ſuper timẽtes eum. In Eccleſiaſtico quoque habetur, Qui ſine timore eſt, iuſtificari non po F
Exod. 15. teſt Veruntamen nullus tam reprobus eſt, vt diuinæ clementiæ penitus expers ſit, ſed miſericordia ad
Pſalm. 135. ſalutem veram perducens ſolis timentibus deum filiali & reuerentiali timore (qui eſt fuga mali) cul-
Eſaiæ. 53. pæ impenditur. [*Fecit potentiam,*] id eſt, potenter operatus eſt & potentes egit effectus, [*In brachio ſuo*]
1. Corin. 1. id eſt, ſua ſublimi virtute: iuxta illud in Exodo, Eduxit filios Iſraël in brachio excelſo. Vel, in brachio
Ioann. 4. ſuo, id eſt, per vnigenitum ſuum incarnatum, & tunc refertur ad patrem, de cuius filio loquitur Eſaias,
Brachium domini cui reuelatum eſt? quem Apoſtolus nominat dei virtutem. Porrò per filium pater
vniuerſa creauit, per ipſum redemit mundum, proſtrauit diabolum, fregit infernum, aperuit cælum,
infinita quoque per ipſum fecit miracula. Vnde & filius proteſtatur, A meipſo facio nihil, pater vero
in me manens, ipſe facit opera. Nihilominus Chriſtus vt deus propria operabatur virtute, quæ in tri-
Pſalm. 24. bus ſuperſanctis perſonis vna eſt in ſe, indiuiſa quoque opera. Denique magnificentiſsimum opus
dei in incarnatione, ſeu verbo incarnato apparuit, dum naturæ duæ in infinitum diſtantes in vnam
conuenerunt perſonam, dum Chriſtus de clauſo virginis vtero prodiit, dum ſacramentum altaris in-
ſtituit. Magnam demum deus poteſtatem exercuit, tam humilem ſuuẽculam faciendo ſuam matrem,
angelorumque dominam, & omni pura creatura prout in eſſe creato ſubſiſtente, præſtãtiorem, quo-
niam vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas, ſeu æquitas. Commendato deo ratione ſuæ cle-
1. Petri. 1. mentiæ: commendat eum nunc virgo ſapientiſsima ab effectibus ſuę iuſtitię. [*Diſperſit ſuperbos,*] id eſt, G
per varios errores ac vitia diſpergi permiſit, & per diuerſa ſupplicia perdidit ac damnauit effectiuè e-
latos, quorum ſpiritus tumet iniquè, qui deo ſubiici & parere omittunt, nec curant ſub eius omnipo-
tenti manu ſe humiliare, [*Mente,*] id eſt, intentione & libito [*Cordis,*] id eſt, intellectus [*Sui,*] quo cuncta
Matth. 4. diſcernit, iudicat & diſponit. Hinc in Eccleſiaſtico ſcribitur, Radices gentium ſuperbarum areſecit
deus. Qui per Sophoniam quoque minatur, Viſitabo ſuper omnem qui arroganter ingreditur: & a-
pud Eſaiam, Incuruabitur ſublimitas hominũ & humiliabitur altitudo virorum. Dæmones quoque
ſuperbientes Chriſtus in domum veniens diſperſit, vicit & de hominum cordibus expulit: ſed & ſu-
perbos Iudæos videmus ab eo in omnem regionem diſperſos. [*Depoſuit potentes de ſede.*] non de qui-
buſcunque potentibus dicitur hoc, cum Iob dicat, Deus potentes non abiicit, cum ipſe ſit potens: ſed
de potentibus ſua poteſtate vitioſe vtentibus: de quibus ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, Sedes ducum
ſuperborum deſtruxit deus, & ſedere fecit mites pro eis.

¶ Verum cum huiuſmodi potentes videamus vſque ad ſenectutem regnare, quomodo deus deponit
eos de ſede dignitatis ac præſidentiæ? Et reſpondendum quòd ſaltem in morte, & frequenter pro-
pter eorum peccata occiduntur, plagantur, ſeu ante tempus naturalis periodi auferuntur. Omnis po-
tentatus breuis vita. ſicut & rex hodie eſt, & cras moritur: de quibus loquitur Eſaias, Et quidem ne-
q; ſatus neq; radicatus in terra truncus eorũ, repẽte flauit in eos & aruerũt. Hinc ſcriptũ eſt, Vidi im-
pios domino flante periſſe. Et rurſus in libro eodem, Iniqui ante tempus ſuum ſublati ſunt. Inſuper H
Matth. 19. potentes Iudæorum magiſtros deus de ſede doctrinæ amouit, iudiciariam quoque poteſtatem pau-
peribus tribuit in die iudicij exercendam. Sedebitis, inquiens, ſuper ſedes duodecim. [*Et exaltauit hu
miles*] nunc per dona gratiæ gratum facientis & gratis datæ, quia & tales frequenter ad prælationem
Iacob. 4. erexit: in futuro autem per dona gloriæ & ſublimationem vſque ad cęlum empyreum, propter quod
1. Petr. 5. ait ſcriptura, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et denuo, Beati pauperes ſpiritu,
Matth. 5. ſcilicet humiles, quoniam veſtrum eſt regnum cælorum, quo nihil eſt altius. Potiſsimum autem Chri
Pſalm. 44. ſtus exaltauit ſuos apoſtolos vere humillimos, quos conſtituit principes ſuper omnem terram: de
Pſalm. 44. quibus ſcriptum eſt, Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. cæteros quoque primitiuæ
Pſalm. 46. eccleſiæ filios ſuos diſcipulos non mediocriter exaltauit, non in futuro duntaxat, ſed etiam in præſen
Lucæ. 10. ti, dans eis virtutem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, omnemque inimici virtutem. [*Eſurientes*]
id eſt. ſpiritualia bona auide cupientes [*Impleuit bonis,*] id eſt, gratiæ donis, in terrenis diuitiis, refectio-
Pſal. 144. nibus mentis, pauperes quoque corporaliter fameſcentes deus alit & implet, quemadmodum ſcriptũ
Pſalm. 103. eſt, Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore oportuno. Itemque, O-
Matth. 5. mnia à te expectant vt des illis eſcam in tempore, dante te illis colligent. De eſurientibus autem pri-
Apoca. 12. mo modo ait Saluator, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Et in Apo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A calypſi, Ego ſitiẽti dabo de fonte aquæ vitę gratis. [*Et diuites*] id eſt à ſpiritualibus bonis vacuos, ſuísque vanitatibus inhærentes: de quibus loquitur Chriſtus, Poſsibilius eſt camelum tranſire per foramam acus quam diuitem intrare in regnum cælorum. Iacobus quoque in ſua canonica, Agite nunc diuites plorate, vlulantes in miſeriis quæ aduenient vobis: de quo infra habetur, Væ vobis diuitibus qui nũc habetis conſolationem veſtram, Diuitiæ enim pene ad omnia vitia præbent fomentum, ad ſuperbiam gulam, luxuriam, otioſitatem ſcelerum matrem: propter quòd beatus ſcribit Apoſtolus, qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Ideo ait ſcriptura, Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam, hic enim animam ſuam habet venalem. Veruntamen ſunt aliqui diuites virtuoſi, ſua opulentia bene liberalitérque vtentes, miſericorditer diſtribuentes, non delicate viuentes, nec ad terrena inordinate affecti ſicut hortatur Pſalmiſta, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: ſed quam pauci ſint tales liquet ex eo quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris, qui eſt hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Nemo ergo ſe commitat periculo, ſed acquieſcat Apoſto. Habentes, inquit, victum & quibus tegamur, his contenti ſimus. Hinc in prouerbiis Salomon deprecabatur, Mendicitatem & diuitias

B domine ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria. Quidam per eſurientes bonis impletos, intelligunt gentiles conuerſos, quibus verbum dei cum magno deſiderio audientibus, maxima gratiarum chariſmata contulit deus: per diuites vero inanes relictos, intelligunt magiſtros Iudæorum in ſcripturis abundantes, qui in ſua cæcitate dimiſsi ſunt. Conſequenter tangit beata virgo Maria beneficia Iudæis exhibita, [*Suſcepit*] ipſe dominus [*Iſrael puerum ſuum*] id eſt Iſraëliticum ſuum populum ſibi nũc gratioſè, ac pie applicuit & coniunxit, de ipſo naturam aſſumendo humanam, per quòd totum populum illum quantum in ſe fuit, ſaluare propoſuit: propter quod ad Hebræos ſcribit Apoſtolus, Nuſquam angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. [*Recordatus miſericordiæ ſuæ,*] id eſt memorem ſe oſtendens pietatis & gratiæ, quam populo huic promiſit, quòd ſcilicet de eo formam ſerui acciperet. In in commutabili autem deo nec recordatio, nec obliuio propriè locum habent: ſed per modum recordantis ſe habet dum miſereri non differt: per modum obliuiſcentis, dum differt. [*ſicut loquutus eſt ad patres noſtros Abraham & ſemini eius in ſecula*] Primo enim Abrahæ, deinde Iſaac, poſtea ipſi Iacob facta legitur in Geneſi diuina illa promiſsio In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Deinceps dictum eſt Dauid, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, Generaliter quoque ſancti patriarchæ ac vates de Chriſti aduentu loquuti ſunt, quemadmodum in Actis Petrus affirmat, Omnes prophetæ à Samuele & deinceps annuntiauerunt dies illos. Porrò clauſula illa, in ſecula referri poteſt ad verbum illud, ſuſcepit, item ad recordatus, nec non ad complexum iſtud, ſemini eius: nam illa gratioſa ſuſceptio

C electorum, & recordatio dei circa eos, ſeménque Abrahæ in prædeſtinatis manet perpetuo, & nunquam peritурum habet effectum. Ecce canticum iſtud dulciſsimum quam ſententioſum eſt ſub breuitate verborum, quod ſapienti ſpiritus ſancti conſilio ſtatuit eccleſia in veſperis decantandum, vt hora illa dum adueſperaſcit & inclinata eſt dies, incipiat ſe mens noſtra ab exterioribus ad interiora colligere, ad deum erigere, eiúſque bonitatem, beneficiáque penſare, ei ex toto affectu gratias agere, ipſum cum iucũditate laudare, atque pro viribus verbo & opere in omnibus honorare. Itaque ad ſummi dei honorem & tantæ virginis reuerenti..m non ſine mentali attentione & actuali ſanctæ deuotionis feruore canticum iſtud promamus, imò & tunc recordemur, cum quanta deuotione & alacritate beatiſsima virgo carmen iſtud cecinerit, & quam ineffabilem ei gratiam præſtiterit deus: ſicque eidem virgini congratulemur in domino.

¶ Poſtremò, quilibet noſtrum canticum hoc in propria poteſt decantare perſona, dicendo intimis ex medullis, Magnificat anima mea dominum, & exultauit ſpiritus meus in deo, & cætera. iuxta expoſitionem præhabitam: ſic autem deum laudare eſt actus omnino angelicus & præclarus. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, id eſt animæ meæ quæ in oculis ſuis villis & modica eſt. Vel ancillæ ſuæ. i. creaturæ quæ ego ſum: creatura enim creatoris ſui miniſtra eſt. Ecce enim ex hoc beatam me creaturam dicent, vt pie confido, omnes generationes electæ. Nil enim, vt ait Hieronymus, felicius Chriſtia

D no, cui regna promittuntur cælorum. In patria quoque vnuſquiſque electorum ab aliis beatus dicetur, & Chriſtiani veraciter ſibi inuicem dicere poſſunt grata & humili mente illud Baruch, Beati ſumus nos, quoniam quæ deo placita ſunt, manifeſta ſunt nobis, Denique, Beata gens cuius eſt dominus deus eius: populus quem elegit in hæriditatem ſibi. Quia fecit mihi magna, hoc dicendo cogitet vnuſquiſque beneficia dei circa ſe generalia & ſpecialia bona naturæ, dona gratiæ, promiſſáque gloriæ, quanta pro ſe filius dei fecit, aſſumpſit ac pertulit, quoties ſibi in peccatis pepercit, quòd ad iſtam pœnitentiæ gratiam ſe adduxit. Cętera ſpecialem expoſitionem non exigunt, ſed iuxta interpretationem prę ſcriptam à quolibet queunt proferri. [*Manſit autem Maria cum illa*] Elizabeth [*Menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam*] in Nazareth. Communiter dicunt doctores, quòd non receſſerit Maria, quouſque naſceretur Ioannes. Vnde in ſcolaſtica fertur hiſtoria, quòd ipſa infantem leuauit de terra, vt ſcribitur in libro iuſtorum, id eſt Nazaræorum, vt quidam explanant. Veruntamen aliqui, vt Theophilus & Græcus, affirmant, quòd imminẽte partu Elizabet, Maria abierit, eò quòd iam aliæ fœminę, ad Elizabeth confluxiſſent: & quoniam in partu mulierum virgines adeſſe non ſolent, Euangeliſta quoque prius ſcribit receſiſſe Mariam quam de partu Elizabeth.

Deuteron. 15. Eccleſi. 19. Pſalm. 91. Eccleſi. 31. 1. Timo. 6. Proue. 30. Hebræ. 2. Philip. 2. Geneſ. 22. Geneſ. 26. Geneſ. 28. Pſalm. 131. Actuũ. 3. Baruch. 2. Pſalm. 32.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Explanatio reſiduæ partis capit. in qua & canticum Zachariæ elucidatur. Artic. v. E



Onſequenter natiuitas præcurſoris deſcribitur,[*Eliʒabeth impletũ eſt tempus parien di,*]id eſt ipſi Elizabeth menſis nonus aduenit,[*Et peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa,*]id eſt val de clementer egit cum ipſa,pietatis ſuæ effectus circa eam exercens tam gratio sè,quòd ſcilicet non obſtante naturali ſterilitate ac ſenio,prolem concepiſſet ac peperiſſet,eſſetque à ſterilitatis opprobrio liberata,[*Et congratulantur ei,*]ex dilectione qua eam,eiusque maritum amabant,quia ſine querela inter alios conuerſabantur Zacharias & Elizabeth. Vnde ſua conuerſatione pacifica,benigna & iuſta,vtpote ex iuſtitia & pietate conuenienter temperata, vniuerſis ſe exhibuerunt amabiles,propter quòd eorum proſperitati cõgratulati ſunt alii.[*Et factum eſt in die octaua,*]à natiuitate infantis, [*Venerunt circuncidere puerum.*]illo & enim die ſecundum legis præceptum circunciſio fieri conſueuit,iuxta illud in Geneſi,Infans octo dierum circuncidetur.[*Et vocabant eum nomine patris ſui Zachariam.*]Pri-
Geneſ.17. mogènitis nanque,& præſertim vnigenitis,ſolet frequenter nomen patris imponi. Iſtis autemſpes nõ
Lucæ.2. erat quod Zacharias & Elizabeth amplius prolificarent. Porrò ſicut in nouo teſtamento nomen im- F
Actuũ.15. ponitur in baptiſmo,ita tunc in circunciſione.¶Sed cum Ioannes ſanctificatus eſſet in vtero, & ab originali purgatus,cur circunciſus fuit, cum circunciſio eſſet remedium contra originale peccatum? Reſpondet quidam,quod circunciſus ſit non ob indigentiam remedii,ſed propter obſeruationem præcepti. Item ne alii ſcandalizarentur,& cauſa ſingularitatis vitandæ,& quia fortaſſe per circunciſionem illam ita pœnalem ad gratiam diſponebatur maiorem. [*Et reſpondens mater eius,dixit,Nequaquam*]nomine patris appellabitur,[*Sed vocabitur Ioannes.*]Quod enim ſic eſſet vocandus,imò & ab angelo iam vocatus,vocariq; iuſſus, cognouit per ſpiritum prophetiæ ſancta Elizabeth: quia id nulli homini,niſi viro eius in templo fuerat intimatum, qui extunc mutus permanſit: niſi forte quis opinetur quod Zacharias ſcripto id ſuæ inſinuauerit coniugi,ſicut in ſequẽtibus enarratur hoc cæteris indicaſſe. Fortè enim quę ſibi in templo fuerant reuelata atque illata,taliter indicauit vxori.[*Et dixerũt ad illam,Quia nemo eſt in cognatione tua*]id eſt inter conſanguineos tuos.[*Qui vocetur hoc nomine*]idcirco miramur,quòd ita vis eum vocari [*Innuebant autem*]hoc eſt ſignis ſeu nutibus ſenſibilibus per modũquæſtionis ſignificabãt [*Patri eius,quem,*]id eſt quo nomine[*Vellet vocari eum.*]Quia nunc dicitur quòd innuebãt patri eius, doctores eliciunt,quòd Zacharias ob ſuam incredulitatem præfatam nõ mutus tantum,ſed & ſurdus fuerat factus: ſi enim audiſſet, non nutu,ſed verbo eius volũtatem interrogaſſent?[*Et poſtulans*]nutu quodam,non verbo[*Pugillarem*]id eſt calamum ſcriptoris,ſeu tabulam quæ pugillo poteſt includi,[*Scripſit dicens,*]verbo ſcripto,non vocali[*Ioannes eſt nomen eius,*]quaſi dicat, Non ego autẽ pater in ſanti nomen G
impono,ſed diuinitus per angelũ impoſitũ pando.[*Et mirati ſunt vniuerſi*]videtes in ꝓceſſu negotii miracula miraculis iungi,tótq; inſolita fieri. item quòd Zacharias & coniunx eius ſic concordabant, qui
Tobiæ.11. ſimul à cõceptione Ioannis conſerre nõ poterãt.[*Apertum eſt autẽ illico os eius,& lingua eius,*]id eſt mox cum fidem ſuam ſcripto indicaſſet,reſtitutus eſtori & linguæ Zacharię priſtinus vſus loquendi: nec dubiũ quin interim os eius aperiebatur ad cibum ſumendũ,ſed nõ ad loquendũ. Quemadmodum autem ſuæ incredulitatis demerito fuit loquela priuatus,ita ſuæ fidelis cõfeſſionis merito loquelæ eſt reſtitutus: propter quod dicit Ambroſius,Linguã quam incredulitas vinxerat,fides ſoluit.[*Et loquebatur bene dicens deum*]benedictione laudis,& gratiarum actionis,qui eum ob ſuũ exceſſum paternaliter caſtigauit,& clemẽter ſanauit: iuxta illud Tobiæ,Benedico te domine deus Iſraël,quia tu caſtigaſti me,& tu ſanaſti me,ſed & ob alias cauſas benedixit deum,ſicut mox in ſuo cantico eluceſcit. [*Et factus eſt timor*
Matth.9. *ſuper omnes vicinos eorum,*]id eſt vicini Zachariæ & Elizabeth viſis tot mirabilibus ex conſideratione
Hiere.10. diuinæ potentiæ conceperunt timorem,admirationẽ,ſtuporem: cauſam enim ſcilicet omnipotentiam dei in ſuis ſupernaturalibus perpenderũt effectibus,& tanquam verè præſentem, ac vitia punientem attenderunt: ſic & in Euangelio ſcriptum eſt,quòd turbæ viſis Chriſti miraculis,timuerunt. Denique homo propriæ fragilitatis & culpæ ſibimet cõſcius,conſiderata altiſsimi poteſtate non immerito ex- H
paueſcit: propter quod apud Hieremiã ſcriptum eſt,Non eſt ſimilis tui domine,magnus es tu,& magnum nomen tuũ in fortitudine,qui non timebit te ô rex gentium?[*Et ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.*]id eſt fama horum mirabilium de punitione & curatione Zachariæ,de Ioannis mirabili cõceptione,natiuitate,appellatione,Iudæis in omnibus locis ſuæ regionis montoſis moratibus inſinuabatur. Magna nanque & rara ſolent vndique diuulgari,quia libenter audiuntur: ſiquidam noua placent & inſolita admirationẽ inducunt. Homo autem naturaliter eſt animal admiratiuũ,varietatiſq; cupidum,præſertim cum omnes homines naturaliter ſcire deſiderant,[*Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo,*]id eſt mentibus ſuis iſta tenaciter impreſſerunt,atq; memoriæ diligenter cõmendauerunt.[*Dicentes,*]vel quilibet intra ſe,ſeu vnus ad aliũ,imò modo vtroq;,[*Quis putas puer iſte erit*]quaſi diceret,notabilis valde erit & creſcet in virum eximium. Talia enim mirabilia nõ cõſueuerũt cõtingere niſi circa valde electas perſonas: ideo ſubditur,[*Etenim manus domini erat cum illo*].i. virtus gratia, auxilium,operatio ſupernaturalis ipſius dei fuit cum Ioanne in eius ſanctificatione,exultatione in vtero matris,cæteriſque præfatis: ex quibus probabiliter arguebant: quod tempore procedente futura eſſet manus dei cum ipſo.[*Et Zacharias pater eius impletus eſt ſpiritu ſancto,& prophetauit dicens*] Quocirca ſcribit Ambroſius, Vide quam bonus deus,& facilis indulgere peccatis. Non ſolum oblata reſtituit,ſed etiam inſpirata concedit: ille dudum mutus prophetat. Denique etiam ante hanc horam impletus fuit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Zacharias in ſpiritu ſancto, ſed nunc impletus aſſeritur, quia in donis gratiæ gratificantis, ac gratis datæ, iam eminenter profecit, & gratiam prophetalem recenter ſortitus eſt. Rectéque prius fertur ſpiritu ſancto repletus, quam vaticinatus, eò quòd prophetare opus ſit dei: iuxta illud Petri, Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti dei homines 1. Petri. 1.

Enedictus dominus deus Iſrael] In cantico iſto Zacharias gratias refert deo ſuper variis beneficiis

B eius, potiſsimum de verbi incarnatione ac paſsione, generisque humani, potiſsimũ Iſraëlitici ſaluatione. Quãuis autem in cãtico iſto per dominũ de Iſraël intelligi poſsit deus abſolute, ſeu trinitas tota ſuperbenedicta, quelibetque diuina perſona: appropriatius tamen de filio totum exponitur. Itaque, [*Benedictus*] eſt, & æternaliter benedictus ſit, atq; ab omnibus iugiter benedicatur [*Dominus*] vniuerſorum, ratione poſſeſsionis, gubernationis ac præſidentiæ omnium: de quo in Geneſi Abrahã ait, Leuo manum meam ad dominum deum poſſeſſorem cæli & terræ: de quo etiam ſcriptum eſt in libro Iob, Quem conſtituit alium ſuper terram, aut poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt. præterea Geneſ. 14.
nomen & ratio domini, ſoli omnipotenti deo, plene, ſumme, purè ac propriè competit: quippe qui ſolus vniuerſale, primordiale, indepẽdens, ac nulli ſubiectum habet dominium: omniũ verò ſequentium Iob. 34.
angelorum, hominumque dominia ſunt particularia, ſecundaria, indigentia, ac ſeruituti permixta, quia
B de eo ſuppoſita. Hinc apud Eſaiam, Hieremiam quoque & Amos ait ſcriptura, Dominus exercituum nomen eius. Et in Pſalmo, Dominus nomen illi, qui iterũ ait per Eſaiam, Ego dominus, hoc eſt nomẽ meum, gloriam meam alteri non dabo. [*Deus Iſrael,*] qui omniũ deus generaliter fuit iure creationis, ſpecialiter autẽ deus tunc dicebatur Iſraël, id eſt Iſraëlitici populi, de Iacob (qui alio nomine dictus eſt Iſraël, nati: quoniam præcipua ac ſpecialia beneficia populo illi donauit: quemadmodum ſcriptum eſt, Eſaiæ. 47.
Qui annuntiat verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſraël, & quia à populo illo ſpecialiter colebatur, cæteris ad idololatriam lapſis. Vnde in Deuteronomio Moyſes huic populo ait, Te elegit dominus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram, quia dilexit vos dominus. Pſalm. 67.
[*Quia viſitauit,*] id eſt per incarnationem acceſsit, & ſicut piiſsimus ac peritiſsimus medicus operari aggreſſus eſt, [*Et fecit redemptionem plebis ſuæ,*] id eſt liberationẽ Iſraëliticæ plebis ab inuiſibilibus hoſtibus, à damnatione æterna à reatu originalis peccati, imò ab omni peccato quantum in ipſo eſt: quemadmodum per Oſee loquitur, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: de quo etiam per Eſaiam dictũ eſt, Dominus rex noſter ipſe veniet & ſaluabit nos: qui & apud Zachariã hortatur, Lauda & lætare filia Sion, quia ecce venio & habitabo in medio tui. Chriſti equidem incarnatio, noſtra eſt deificatio, vt aſſerit Leo papa. Itaque eius incarnatio inchoatio fuit noſtræ redemptionis atque ſalu Oſee. 13.
tis, quæ per Chriſti paſsionem completæ ſunt. Non enim per ſolam ſuam incarnationem nos ſaluare decreuit, ſed ſaluationem noſtram per ſuam paſsionem conſummare inſtituit. Vnde quod Zacharias loquutus eſt, Fecit, more prophetico accipi poteſt per modum futuri, id eſt facturus eſt, quoniam ſua
C paſsione fuit redemptionem iſtam plene facturus, vtpote noſtra crimina deleturus, nósque deo reconciliaturus: ſecundum illud Eſaiæ, Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, atritus eſt propter ſcelera noſtra. Et rurſus, Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Etenim Chriſtus ſua paſsione, ac obedientia pro omnibus ſatisfecit: ſed ſi fructum ſuæ paſsionis conſequi debemus, oportet vt meritum eius nobis per ſacramenta ſeu modo alio applicetur & communicetur. Hinc Chriſtus de ſeipſo teſtatur, Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Denique per plebem ſuam ſeu populum dei, intelligi poteſt non ſolum plebs Iudæorum, ſed tota gens electorum: qui Eſaiæ. 53.
ſunt populus dei per prædeſtinationem æternam, & ſpiritualiter Iſraël, id eſt deum videns, ſeu fide cõtemplans: de quo populo dicit Apoſto. Pax ſuper Iſraël dei, Veruntamen per plebam ſuam hoc loco literalius intelligitur populus Iudæorum, ad quorum redemptionem Chriſtus primo, directe, ac principaliter venit, ſecundum quod aſſerit, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël, quibus verbum dei ſpernentibus, iuſta facta eſt apoſtolorũ tranſmigratio ad inſtruendos gentiles, pro Lucæ. 9.
quorum ſaluatione Chriſtus quaſi ſecundario venit: propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Iudeis, Vobis oportebat primum loqui verbum dei: ſed quoniam repuliſtis illud conuertimur ad gentes. Galat. 6.
[*Et erexit,*] id eſt ſuſcitauit, leuauit & declarauit [*Cornu ſalutis*] hoc eſt, annuntiationẽ beatitudinis veræ
D atque cæleſtis. [*Nobis*] id eſt ad noſtram ſaluationem, vt ei credendo ſaluemur, [*in domo Dauid pueri ſui*] Matth. 15.
hoc eſt, in tribu ſeu familia Dauid prophetæ, de cuius ſemine ortus eſt Chriſtus: iuxta illud Apoſtoli ad Romanos, Qui factus eſt ſemine Dauid ſecundum carnem. ¶Sed quomodo deus Iſraël, ſcilicet Chriſtus erexit hoc cornu ſalutis? Et reſpondendum quod per hoc, quod iam ore angelico reuelauit Actu 14.
Zachariæ ſtatim ſe incarnãdũ, venturum, & ſaluaturum genus humanũ: cuius vtiq; Chriſti incarnatione nouit Zacharias in virgine Dauidicæ ſtirpis peractam. Itaque per cornu publica denuntiatio magnæ rei ſignificatur, quia per cornua ſolent magnalia notificari: & iam nõ ſolũ per angelum, ſed & per Mariam deus de hac re prophetauit. Hinc dicit Theophilus, Videbatur deus dormire, peccata multa reſpiciens, neque hæc curans: ſed in nouiſsimis temporibus incarnatus, excitatus, contriuítque dæmones nos odientes. ¶Inſuper per cornu, poteſtas, ſeu altitudo exprimitur: eò quòd cornua ſint in animali Roma. 1.
partes eminentes ac ſolidæ: erítque ſenſus, quòd deus robur, apicemque ſalutis, hoc eſt inuiolabilem & cæleſtem felicitatem nobis denuntiauit, in domo Dauid, id eſt in Chriſto de progenie Dauid exorto, per quem & in quo beatitudo hæc datur, quia non niſi in Chriſtum credenti præſtatur: quemadmodum in Actis princeps Apoſtolorum diſſeruit, Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Poſtremo, per cornu deſignatur rex, regia poteſtas, ſeu regnum præſertim in Apocalypſi & Daniele. Vnde in Apocalypſi legitur, Vidi de mari aſcendentem beſtiam habẽtem capita ſeptẽ, & cornua decem. Et in Daniele, Beſtia quarta habebat cornua decem, & ecce cornu Actuũ. 4. Apoca. 13.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aliud paruulum ortum est de medio eorũ, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Itaque hic E
Daniel.7. per cornu intelligi potest Christus rex regum, seu regnum, ipsius. Hoc enim cornu erexit, id est per incarnationem apparere fecit, & declarauit primo in domo Dauid, id est in progenie Dauidica, de qua natus est Christus, qui primo in terris visue & conuersatus est inter quosdam de sua hac genealogia progenitos. Sic ergo erexit deus pater, seu trinitas vel Christus, secundum quòd deus cornu salutis, id est, Christum regem nostræ salutis: erexit inquam eum nobis, secundum quòd homo est Christus nẽ pe secundum diuinitatem erexit seipsum secundum humanitatem. Quidam istam erectionem referũt ad Christi resurrectionem vel ascensionem, quia tunc Christus cornu salutis id est potestatem & gloriam beatitudinis erexit, seu publice demonstrauit, resurgendo ad vitam immortalem, patres quoque educendo de lymbo, & regna ascendendo cælestia. Sic Zacharias loquitur de futuro per modum præteriti, vt mos est prophetarum. Hoc itaq; deus fideliter egit, non improuise: sed sicut predixit verè impleuit: hinc subditur, [*Sicut loquutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius,*] hoc est sicut prænũtiauit per sanctos prophetas, qui à principio mundi fuerunt, qui verbis, signis, figuris seu factis, de Christo loquuti sunt, & eius mysteria prædixerunt, quia in nulla mundi ætate defuit prophetia de Christo, vt Augustinus declarat. Nam & Adam de Christo verbis & rebus loquutus est, similiter cæteri patriarchæ ac vates: propter quod in Actis Petrus testatur, Deus qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit. Sed & alibi ait, Huic omnes prophetæ testimonium perhi- F
bent. Tantum quippe mysterium decuit diu ante ac multipliciter prænuntiari, vt eius dignitas agnoscatur, & factum credibilius ostendatur, firmiúsque credatur. Vnde in hoc fides nostra certissimè cõfirmatur, quòd omnia quæ de Christo credimus, & tenemus, taliter prophetata probamus: sed & ipsi Hebræorum doctores fatentur, quòd omnes prophetę non sunt loquuti, nisi super dies Messię, id est pro tempore Christi, quia videlicet quicquid loquuti sunt ad Christũ finaliter retulerunt, & de ipso principaliter sunt effati. Vnde nunc singulariter dicitur, per os sanctorum, eò quòd omnes vno spiritu cõcorditer sint loquuti. [*Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.*] His verbis exponit, quid sit quod dixit, Erexit cornu salutis nobis, vt sit sensus, erexit, & cætera sicut loquutus est, id est sicut per prophetas promisit erigere, seu procurare nobis salutem, id est, saluationem ex inimicis nostris præsertim inuisibilibus, hoc est, liberationem à dæmonibus: imò etiam à carne & mundo, omníque veræ beatitudinis impedimento. Vnde in epistola Ioannis scriptum est, In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli. Porrò quòd ait, De manu omnium qui oderunt nos, quidam exponunt de gentilibus, quos Christus conuertit, & sic inter illos & Iudęos conuersos pax fuit, inter quos ante inimicitia erat. Potest quoque de cunctis peruersis hominibus accipi, à quibus liberãtur electi, non quòd ab illis in vita hac non tribulentur aut trucidentur, sed quia per timorem inordinatum eis non subiiciuntur, nec ad vitia inducuntur, & per temporalem quam ab illis patiuntur persequutionem ad gloriam perducuntur æternam, sicque æternaliter liberantur ab omni infestatione illorum: quemadmo- G
dum plenius Augustinus declarat super illud Psalmi, A timore inimici eripe animam meam. Hoc est
1.Ioann.3. quòd apud Michæam promissum est primitiuæ ecclesiæ, Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. Et ibidem de Christo prædictũ est, Et erit iste pax cũ venerit, & quãdo calcauerit in domibus nostris. Sic ergo erexit nobis salutem, [*Ad faciendã misericordiam cum patribus nostris*] id est ad hoc vt patriarchis & iustis olim defunctis consummatam misericordiam, vtpote plenam felicitatem impenderet, educendo eos de lymbo, & constituendo in cælesti: quemadmodum apud Zachariam Christo dicitur. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo
Psalm.63. non est aqua. Vel ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, id est ad hoc vt misericorditer
Michæ.5. impleat, quòd ipsis se præstiturum prædixit. Ideo quoque hæc verba dicuntur, quia non ob nostram iustitiam, sed propter suam pietatem immensam Christus hæc nobis largitus est, nostramq; assumpsit naturã, sicut ad Titum scribit Apostolus, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundum suã misericordiã saluos nos fecit. [*Et memorari testamenti sui sancti,*] id est ad hoc, vt per operis exhibitionem ostendat se memorem sancti testamẽti, hoc
Zacha.9. est, pacti, seu fœderis sui firmissimi, quod fecit & iniit cũ patriarchis & vatibus veteris testamẽti, quibus promisit Christus se incarnandum atque in mundũ venturũ: secundum illud Esaiæ, Propter hoc H
sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum: cuius testamenti o stẽdit se memorẽ naturam assumendo humanã ex virgine. Sic ergo memoratus est testamẽti sui, quod
Titum.3. est [*Iusiurandum*] quia inramento firmatũ, [*Quod iurauit*] iurando per seipsum [*Ad Abraham patrem nostrũ,*] quemadmodum in Genesi habetur, Per memetipsum iurauí dicit dominus, quia fecisti hanc rem & nõ pepercisti vnigenito tuo propter me, multiplicabo te & benedicã tibi, & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes: vbi per semen Abrahæ intelligitur Christus, secundum Apostolum: sicq; verbis il-
Genesi.22. lis promisit deus pater vnigenitum suum ex semine Abrahæ incarnãdum. Vel ipsemet vnicus dei patris filius verbis illis promisit se taliter incarnandũ. Pater autem dando nobis filiũ suũ per incarnatio
Galatas.3. nis mysterium, etiam & seipsum præstitit nobis per gratiam ampliorem. Hinc subditur, [*Daturum se nobis.*] filius quippe dedit se nobis, exhibendo se fratrem, saluatorem, aduocatúmque nostrum: imò & aliis modis, communicauit se nobis, quia nascendo & conuersando in mundo fecit se socium hominum: in cœna dedit se nobis in cibum, moriendo in pretium liberatiuum: in patria demum dat seipsum
Matth.18. in obiectale ac beatificum præmium: quod sanctus Thomas in hymno de sacramento compendiosè
Hebræ.2. tetigit, dicens. Se nascens dedit socium. cõuescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in
Esaiæ. 43. præmium. Hinc etiam Abrahę in Genesi ait, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. ¶De nique illis dicitur deus se dare quibus charitatem & gratiã suam infundit. Illi & enim habent & possi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dent deum tanquam ſuæ dilectionis & occupationis obiectum, in quo plena liberalitas, ſumma dignatio, puriſsimáque dei ad nos dilectio demonſtratur: quoniam dando nobis dona ſua, pariter præſtat ſe ipſum, videlicet ad habendum, ad poſsidendum ad intuendum, ad diligendum, ad perfruendum, ad cõ ſeruandum, ad auxiliandum, ad defendendum, ad commanendum in ſempiternum. Illa nanque eſt libe raliſsima dilectio, qua quis alteri præſtat ſeipſum. Ideo ait Pſalmiſta, Dominus pars hæreditatis meę & calicis mei, In libro Threnorum legitur, Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Nunc autem ad literam ſermo eſt de datione qua vnigenitus datus eſt nobis, per hoc quod noſtram aſſumpſit naturam, ad peragendam noſtram ſalutem. Vnde in Eſaia habetur, Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, deinde ratio huius ſubiungitur, [*Vt ſine timore*] inordinato, carnali, ſecula ri, ſeruili, [*De manu inimicorum noſtrorum*] inuiſibilium ſeu viſibilium [*Liberati,*] per Chriſti aduentum, ac paſsionem, [*Seruiamus illi,*] ſcilicet vero deo ſeruitute latriæ: de qua in Deuteronomio habetur, Do- Deuter. 6.
minũ deum timebis, & illi ſoli ſeruies. Eſt enim latria virtus deo cultum, cæremoniámq; impendens. Matth. 4.
[*In ſanctitate,*] hoc eſt, puritate mentali omni terrena & carnali affectione excluſa, vtpote in perfecta cordis conuertione ad deũ, vniuerſis animæ affectibus reformatis, ordinatis, atque in deũ reductis. Sic nempe ſuper ſancto, penitúsq; immenſæ munditię deo obſequendum: propter quod in Leuitico lo- Leuiti. 11.
quitur, Nolite cõtaminare animas veſtras, ego ſum dominus deus veſter. Sancti eſtote quoniam ego
B ſanctus ſum. In Deuteronomio quoque dicitur, Perfectus & abſque macula eris cũ domino deo tuo. Deute. 18.
¶Denique ideo venit Chriſtus, vt per eius paſsionem redempti, ſeruiamus ei ſecundum euangelicę le gis tenorem. Hæc autem eſt lex perfectionis propter quod ait apud Matthæum, Eſtote ergo & vos perfecti ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt: ad quod exigitur vt homo non ſolum habeat ſe reuerenter & pure ad dominum, ſed etiam iuſte ad proximum, dando cuique quod ſuum eſt. & proximos ſuos ædificando in omnibus: iuxta illud Apoſtoli, Quæ pacis ſunt, ſectemur: & quæ ædificationis ſunt in inuicem cuſtodiamus. Et rurſus, Ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Noli illum perdere pro quo Chriſtus mortuꝰ eſt: ideo ſubditur, [*Et iuſtitia,*] id eſt actibus iuſtitiæ tam diſtributiuæ quam commutatiuæ: imò per iuſtitiam intelligi poteſt quælibet virtus, ſecundum quod iuſtitia di citur omnis virtus ſeu virtꝰ cõmunis. Omnis & enim virtus eſt quædã iuſtitia, quia per eã debitũ quo dam exoluitur, ſeu deo vt iuſtum eſt miniſtratur: ſicut per charitatem diligimus vt tenemur per mi- Matth. 5.
ſericordiam proximo ſubuenimus vt obligamur. Deum autem non ſolum in iuſtitia quæ eſt virtus Roma. 14.
ſpecialis, ſed in omni virtute ſeruire debemus: præſertim fide, ſpe & charitate, quibus directe colitur deus tanquam immediatum, propriúmque obiectum illarum [*Coram ipſo*] hoc eſt recta intentione & cum attentione interua, vt in dei preſentia nos conſtituamus, eumq; vt regẽ ac iudicem omnia intuen tem penſemus, & ita ei ſolenniter placere optemus, eius honorem & gloriam in omnibus exquiramus timorate ac reuerenter cuncta agentes, ſimplici corde (non velut hypocritę) coram hominibus bona
C agendo ob propriam vtilitatẽ ſeu laudem, vt illud Pſalmiſtæ veraciter dicere mereamur. Seruaui man data tua & teſtimonia tua, quia omnes vię meę in cõſpectu tuo. Et illud Helię, Viuit dominus in cuiuſ conſpectu ſto hodie. ¶Porrò quod ait, Sine timore, referri poteſt ad illud quod ſequitur, liberati, & ad verbum ſeruiamus. Primo modo eſt ſenſus, quod ſine noſtro periculo ac timore Chriſtus nos liberauit, cum tamen plures de hoſtium manibus non abſq; ingenti ſuo pauore atq; periculo eruãtur Chriſtus quoq; abſq; ſuiipſius inordinato timore nos liberauit, quãuis enim paſsione inſtante natura li timore concuſſus ſit, hoc tamen ſponte & poteſtatiuę, ſeu ex preuio rationis iudicio cõtigit, & eum dem timorẽ cum voluit abiecit, atque intrepidus obuiam profectus eſt hoſtibus, Si autem referatur ad verbum hoc, ſeruiamus, iſte eſt ſenſus, quod Chriſtus ideo promiſit daturum ſe nobis, vt liberati per ipſum ab hoſtibus, ſeruiamus ei abſque inordinato timore in ſanctitate: non quòd nullos aduerſarios habeamus, cum omnes qui volũt pie viuere in Chriſto perſecutionem patiantur ſed quod illos inordinate non metuamus, nec peccãdo ſubdi cogamur, nec dęmonum manus (vt antea) incidamus, nec inferni ſuppliciis deputemur: imò ab omni gloriæ obſtaculo eruamur merito dominicæ paſsionis, dũ modo noſipſi obicẽ nõ ponamus. Hæc eſt ſpiritualis ſecuritas, internaq; pax, & vera libertas militantis eccleſię, quantum ad eos qui fide & opere Chriſtiani conſiſtunt, quæ in primitiua eccleſia maximè abundabant, ſicut in Actibus apoſtolorum docetur. Vnde apud Eſaiam dominus prænũtiauit, Sede-
D bit (inquiẽs) populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulẽta. Et in Sophonia legitur, Lauda filia Sion, exulta in omni corde filia Hieruſalem, auertit dominus inimicos tuos, non timebis malum vltra. Inſuper per Hieremiam cum dominus protuliſſet, Suſcitabo Dauid germen iuſtum, id eſt Chriſtum filium Dauid, vt omnes exponunt, mox ſubditur, In diebus illis, ſaluabitur Iuda, & Iſraël habitabit confidenter: quia videlicet conuerſi ad Chriſtum non timuerunt eos qui corpus occidunt, vtpote parati mori pro fide & veritate ac deo, eo quod eſſent repleti chari tate & gratia Chriſti, per quam optimæ & inuictiſsimæ fuerunt fidutiæ. Itaque ſeruiamus ei non vno die, vel raro, aut modico tempore, ſed inceſſanter ac perſeueranter, vt ſubditur, [*Omnibus diebus noſtris,*] Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Ideo monet Apoſtolus, Bonum facientes nõ deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficiẽtes, Nihil demum tam ſtultum quam tempus non ſolum in fructuosè, ſed etiam vitiosè expendere. Iugiter igitur deo altiſsimo obſequamur, ſempérque perfectius atque amoroſius obſequi ſtudeamus, penſantes quòd ſcriptum eſt, Maledictus qui facit opus dei negligenter. ¶Poſtremò inquiritur, quomodo per Chriſtum liberatum ſit genus humanum, cum tam pauci ſaluentur, támque multi pereant? Reſpondendum quòd Chriſtus ſua paſsione pro totius mundi ſeu populi ſatisfecit peccatis quantum in ipſo eſt, ita quod meritum ſuum tanũ fuit, quòd pro omnium peccatorũ delitione ſufficiens ſit: ſed non ſubuenit, niſi his quibus applicatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

seu cõmunicatur per fidem, charitatem, aut sacramenta sua quoque sanctissima conuersatione ac pas- E
sione meruit omnibus nobis gratiam copiosam: specialiter tamen pro omni generali peccato satisfe-
cisse asseritur, quoniam propter reatum illius à gloria totum genus differebatur humanum. Conuersa-
tio demum & passio Christi ex tam perfectissima charitate ac obediẽtia orientes tam acceptæ deo pa-
tri seu superbenedictę trinitati fuerunt, quòd pro totius mundi liberatione & iustificatione ita fuerũt
idoneæ, meritoriæ & prædigne, præsertim propter hypostaticã seu personalem vnionem humanita-
tis Christi cũ verbo, ex quo infinitã quodãmodo promerendi ac satisfaciendi idoneitatẽ, efficaciám-
que sortita est. [*Et tu puer propheta altissimi vocaberis.*] ¶ Secundum Origenem Zacharias plenus spiritu
sancto, duas prophetias generaliter nunciat, Primam de Christo, quæ se extendit hucúsque. Alteram
de Ioanne, quæ incipit hic, vbi prædicit quod gratia prophetię fuerit danda Ioanni, ita quod erit atq;
Roma.9. vocabitur propheta Christi, qui secundũ Apost. ad Romanos est super omnia deus benedictus in secu
Ioanni.1. la. Veruntamen apud Ioannem legitur iste Ioannes interrogatus, Propheta es tu? respondisse, Non
sum. Ad quod dupliciter respõdetur. Primò, secundũ Glossam ibidem quòd Iudæi interrogantes per
prophetã intellexerunt Helisęũ: quòd aduertens Ioannes, intentioni eorũ rite respondit. Secundò, q̃
prophetã. i. prophetam duntaxat esse se negat, quia & plus q̃ propheta fuit, non solũ denunciando fu-
tura, sed & Christũ demonstrans præsentẽ. ¶ Rursus inquiritur, cur Zacharias allocutus sit infantem
octo dierũ, in quo vsus nondũ extitit rationis? Ad quod respõdet Ambros. q̃ Zacharias agnouit infan F
tem illũ supernaturaliter intelligere sua verba, sicut in vtero suæ matris intellexit filii dei incarnatio-
nem atq; præsentiã corporalem. Ait quippe Ambrosius, Potuit Ioannes vocem patris sui natus audire
qui Mariæ salutationẽ antequã nasceretur, audiuit. Sciebat Zacharias alias esse aures prophetæ, quæ
spiritu dei, non corporis ætate reserantur. Habebat Ioannes intelligendi sensum, qui exultandi habe-
Ioanni.3. bat affectũ. Alii (sicut Beda) dicunt, quòd, nõ propter Ioannis aduertentiam, sed eorũ qui aderant in-
Matth.3. structionẽ ista prædixit Nam & inanimata & bruta alloquimur, ea ad dei præconiũ inuitando: non vt
illa intelligant, sed vt nos ipsi ac audiẽtes ad dei laudem sic prouocentur. ¶ Prętereà multis nominibus
inuenitur Ioannes appellatus: dictus nanq; est amicus sponsi, præcursor Christi, baptista, angelus lu-
cerna ardens & lucens, propheta & plus quam propheta atque Helias, propter gratiæ varia dona sibi
collata. [*Præibis enim ante faciem domini*]. i. ante corporalem ac manifestam præsentiam Christi qui est
rex regum & dominus dominantium. Ioannes & enim natus est ante Christum, insuper orsus est præ
dicare & baptizare ante eundem, præcesit etiam in lymbum, idcirco præcursor vocatur, Quidam per
faciem domini intelligunt Christum filium patris, vt dicatur similitudo & facies patris, quia per eum
pater cognoscitur. Per faciẽ enim notitia designatur, notitia autẽ in diuinis filio appropriatur: quem-
admodum sapientia & veritas, quia per modum intellectualis emanationis procedit à patre. [*Parare vias
eius*] hoc est disponere homines ad Christi fidem, charitatem ac susceptionem: quod egit Ioannes prę G
dicando, monstrando & baptizando. ¶ Itaque viæ Christi id est viæ seu media per quæ Christus ve-
nit ad hominũ corda, fuerunt prædicatio & baptismus Ioannis, quæ ipse parauit id est sapienter exhi-
buit, sicut quis præparat mẽsam: vel viæ istæ sunt baptismus & prædicatio Christi, atque duo Ioannes
suo documẽto atque baptismate homines disponebat. Rursus viæ istæ sunt opera virtuosa, seu præce
Malac.3. ptorum custodiæ, ad quæ homines Ioannes induxit, vitia extirpando, ad virtutes dispositiue seu instru
mentaliter inducendo: quod per Malachiam dominus loquitur de Ioanne, Ecce ego (inquiens) mitto
angelum meum, & præparabit viam ante faciẽ meam. Rursus viæ istę sunt misericordia qua deus venit
ad nos, & pœnitentia qua imus ad eum. Ad primam parauit Ioannes, Christi gratiã & baptismũ insi-
nuando: ad secundã, pœnitentiã exhortando, & rigorose viuendo. ¶ Prætereà secundũ Chrisost. quẽ-
admodũ reges quosdam habent qui eminus seu longe eos præcedũt, & itẽ commilitones, qui de pro-
pinquo præcedunt: sic Christus habuit prophetas alios eũ longe ante prænunciantes & præcedentes:
Ioannis.1. Ioannem verò eum de proximò præcedentẽ ac præsentẽ, deinde monstrantem. Deinde secũdũ Theo
philum Zacharias exponit quomodo Ioannes viam domini præparauit, puta dicendo. [*Ad dandã scię
tiam salutis plebis eius*] hoc est ad exibendũ seu prædicandũ populo Iudęorum notitiam, qua ad veram
fęlicitatem pertingitur, seu notitiam Christi, qui est salus nostra: hęc est scientia salutaris, doctrina mo
ralis. declaratio aduentus, mysteriorúmq; Christi & sacramentorũ ecclesię. Itaque non ait ad dandã sa
Esaię. 33. lutem, sed scientiã salutis: quia Ioannes, salutẽ nõ dedit, sed prędicauit. Propter quod apud Ioannem H
habetur, Non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Hanc scientiam cœpit Ioãnes dare
quam Christus & apostoli postea plenius cõtulerunt: de qua ad Philippenses ait Apostolus. Existimo
omnia detrimentũ esse propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. Hanc autem scientiã
dedit [*In remissionem peccatorum eorum*] videlicet plebis suę, puta credentium, Hęc autem scientia dispo
sitiue ac inciuitatiue valuit ad diluenda peccata quia per eam ad pœnitẽtiã, Christique fidẽ explicitam
populus inducebatur. solus autem deus dimittit peccata effectiue: secundum illud, Quis potest dimitte
re peccata nisi solus deus? Passio Christi meritorie: iuxta quod in Apocalypsi habetur, Christus dile-
xit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Fides autem formata hoc agit formaliter, prout
in Actis dicitur, Fide purificans corda eorum. Opera verò pœnitentię hoc faciunt satisfactoriè [*Per vi
scera misericordiæ*] id est intimam, secretam, viceroſam seu amoroſam misericordiam [*Dei nostri*] vnigeni
Galatas.2. ti scilicet propter nos incarnati, [*In quibus*] viscеribus misericordię [*Visitauit nos*] id est per incarnatio-
Ephesi.2. nem ad nos descendit, & nostram sibi coniunxit naturam, nos quoque ęgrotos velut medicus pius
nunc accessit. Itaque viscera in deo spiritualiter & metaphoricè appellantur charitas & misericordia
eius quibus inductus est succurrere nobis: sicut de Christo ait Apostolus. Qui dilexit me & tradidit
semetipsum pro me. Rursum quoque de patre, Propter nimiã, inquit, charitatẽ qua dilexit nos pater

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A filium ſuum miſit. Itaque quia non propter merita noſtra, ſed ob ſuam pietatem & charitatem deus hæc beneficia nobis largitus eſt, recte ait, Per viſcera miſericordiæ dei noſtri, in quibus viſitauit nos. ¶ Vnde in Epiſtola Ioannis legitur, In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus deum, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Hæc viſcera dei olim quaſi latebant: iuxta illud Eſaiæ, Multitudo viſcerum tuo rum & miſerationum tuarum ſuper me continuerunt ſe. Itaque viſitauit nos [*Oriens ex alto*] hoc eſt, de ſummo cælo ad terram deſcendens de ſinu patris: imò de corde patris in vterum virginis veniens ab al titudine ſuæ habitationis, qua inacceſsibilem lucẽ inhabitat, ad peregrinos & exules ſe inclinans, quẽ admodum ſcriptum eſt, A ſummo cælo egreſsio eius. Chriſtus quoque oriens nuncupatur, qui candor eſt lucis æternæ, & gloriæ ſplendor paternæ ex ſuperſplendidiſſimo dei patris corde æternaliter ori ens & emanans. ¶ Deinde per humanitatem aſſumptam hominibus innoteſcens atque reſplendens, qui in Eccleſiaſtico teſtatur, Ego (inquiens) in altiſsimus habitaui. Et rurſus, Ego feci in cælis, vt orire tur lumen indeficiens. De quo ſecundum formam ſerui deus pater per Zachariam ait, Ecce ego addu cam ſeruum meum orientem: de quo per eundem Zachariam, Ecce vir oriens nomen eius. At verò à parte cæli orientali, qui oriens dicitur, lux ſolis terrigenis oritur: ita à Chriſto lux gratiæ nobis profluxit, ſólque ſapientiæ deus vnus & trinus per eius humanitatem nos illuſtrauit. Hinc ſubditur, [*Illumi nare hîs,*] hoc eſt, ad illuminandum eos [*Qui in tenebris*] ignorantiæ & erroris ſeu infidelitatis [*Et in vmbra mortis ſedent,*] id eſt in vita impia quæ vmbra mortis vocatur, quia à deo ſeparat mentem, ſicut mors na

B turalis ſeu corporalis à corpore ſegregat animam: iuxta illud Eſaiæ, Iniquitates veſtræ diuiſerunt in ter vos & deum veſtrum. vel vmbra mortis eſt ſeculum præſens: quod cum ſit vallis lachrymarum peregrinatio & exilium, vmbra & ſolitudo mortis reſpectu patriæ nominatur: imò & vita præſens vmbra mortis vocatur, dicente Gregorio, Vita temporalis æternæ vitæ comparata mors eſt potius dicenda, quam vita. Quidam per vmbram mortis, obliuionem intelligunt, quia ſicut mors tollit ad exiſtentia in natura ſic obliuio ab exiſtentia in memoria.

¶ Inſuper aliqui per ſedentes in tenebris accipiunt patres in lymbo detentos, qui fuerunt in tenebris hoc eſt, carentia lucis gloriæ, & loco obſcuro: ad quorum illuminationem Chriſtus poſt mortem in cruce ſtatim deſcendit, eóſque mox ibi lumine gloriæ illuſtrauit, ita quòd tunc deum per ſpeciem videre cœperunt ſecundum doctores. Tunc nanque pro originalis peccati reatu fuerat ſatiſfactum, preciúmque redemptionis ſolutum, pro quo reatu duntaxat ſancti illi differebantur à gloria. Per ſedentes verò in vmbra mortis intelligunt viatores & peccatores. Propriè quoque per ſedentes in tenebris intelliguntur. Gentiles idololatræ, ad quorum illuminationem Chriſtus deſcendit: ſicut apud Ioannẽ loquitur, Alias oues habeo. quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. De hac remulta in Eſaia leguntur, vt eſt illud, Populus qui ambulabant in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Rurſus per Eſaiam Prophetam pater loquitur, Chriſto Dedi te

C in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris: ſed per Eſaiam Chriſtus de patre teſtatur, Glorificatus ſum in oculis domini: & dixit, Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, & ad feces Iſraël conuertandas. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad vltimum terræ. Hinc quoque Ioannes de ipſo ait, Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. [*Ad dirigendos pedes noſtros,*] hoc eſt, affectus, quibus cantamus, Statuit ſupra petram pedes meos. Et in canticis loquitur ſpõſa, Laui pedes meos [*In viam pacis*] hoc eſt, ad conuerſationem iuſtam ac virtuoſam, quæ eſt iter ad pacem pectoris in præſenti atque ad pacem æternitatis in futuro. ¶ Ad hanc duplicem pacem præſtandam Chriſtus potiſſimum venit, & paſſus eſt. Propter quod teſtabatur Apoſtolus, Pacem (inquiens) relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hinc de Chriſto ait apoſtolus, Veniens euangelizauit pacẽ his qui longe, & his qui prope, hoc eſt Gentilibus ac Iudæis: quæ verba ab Eſaia, accepta ſunt. ¶ Denique cum pax iſta ſpiritualis ac vera, fructúſque ſpiritus ſecundum Apoſtolum ad Galatas ſit quies, tranquillitas ſeu quietatio mentis in deo, ſeu gaudium imperturbatum in eo, certum eſt, quòd per conuerſationem virtuoſam homo ad pacem pertingat, vitiorum ac paſsionum tumultus inquietudinesque ſedando &

D extirpando, præcipuè tamen pax à charitate procedit, quaſi efficienter. Charitas nanque vnionẽ & cõcordiam pariter, quietem quoque ad gaudium in amato, dum ei coniungitur, deſignat. Hinc ait Pſalmiſta, Pax multa diligentibus legem tuam. Ex iuſtitia vero procedere dicitur, quaſi prohibens à remouente, quia iuſtitia impedimẽta pacis aufert & perimit: iuxta illud Eſaiæ, Erit opus iuſtitiæ pax. Rurſus pax ponitur effectus prudentiæ, tanquam virtutis dirigentis ad pacem per veram diſcretionem qua quis ordinate ſe habet: vnde nec perturbatur: ideo ad Romanos ait Apoſtolus, Prudentia ſpiritus, vita & pax. Hanc itaque pacem amemus, hanc exquiramus & conſeruemus, cum dicat Saluator, Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur.

¶ Poſtremò canticũ iſtud ſentẽtioſum ac dulce deuotiſsimè cõcinam⁹ grata & affectuoſa mẽte ineffabilia dei beneficia præſertim verbi æterni incarnationẽ intime recolentes, & grates deo innumerabiles præcordialiſsimè referentes [*Puer autem*] puta Ioãnes [*Creſcebat*] mẽte & corpore: ſed multo plus mẽte, proficienco ineffabiliter omni chariſmate gratiarum ab eo tempore quo ratione vti continue cœpit. [*Et confortabatur ſpiritu*] hoc eſt, à ſpiritu ſancto ſeu donis & gratia eius: vel ſpiritu. i. in anima ſua, ſeu ſpiritu rationali. ſicut ait Apoſtolus, Optimũ eſt gratia ſtabiliri cor. [*Et erat in deſertis*] hoc eſt, eremi & ſolitudinis locis, vt ibi deo per contẽplationẽ & feruidã dilectionẽ liberius, frequẽtiúſque vacaret, quotidiana peccata, quæ ex humana cohabitatione ſæpe contingunt magis vitaret, ſolis ſupernis intenderet vitam rigoroſiorem, explariorémque duceret, atque per hoc magis idoneus fieret Chriſti teſtis, ac pœnitentiæ exhortator, Hinc aſſerit Beda, Prædicator pœnitentiæ futurus vt liberius auditores ſuos

Ioann. 10. Pſalm. 39. Canti. 5. Ioanni. 14. Eſaiæ. 2. Eſaiæ. 52. Galat. 2. Pſalm. 118. Eſaiæ. 34. Roma. 8. Matth. 5. Hebræ. 13.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

à mundi illecebris auertat, primæuam in deſertis peragit vitam. Et Origenes, Erat (inquit) in deſertis E
vbi purior aër eſt, cælum apertius, ac familiarior deus: vt quia nondum baptiſmi & prædicationis tempus aduenit, vacaret orationibus, & cum angelis conuerſaretur, appellaretque dominum, & illum audiret dicentem, Ecce adſum. Denique in hymno cantatur. Antra deſerti teneris ſub annis, Ciuium turmas fugiēs petiſti, &c. [*Vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael*] hoc eſt, quouſque deo iubente venit & manifeſtauit ſe populo Iſraëlitico prędicās, & baptizās circa Iordanē. Quo autē tēpore facta ſit illa oſtēſio, infra capitulo tertiò dicitur, Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris. Itaque cœpit Ioannes facere & docere, ſicut & Chriſtus, tanquam verus eius præcurſor, præco, ſeruus, amicus, diſcipulus.

¶Cap. 11. [*Factum eſt autem in diebus illis, exyt edictum a Cæſare Auguſt.*]
Articulus, Sextus.

DEſcripta præcurſoris natiuitate ac circunciſione, nunc Chriſti natiuitas & circunciſio deſcribuntur. [*Factum eſt autem in diebus illis,*] hoc eſt, tempore quo crescebat & confortabatur Ioannes, vel circiter, [*Exyt edictum a Cæſare Auguſto,*] hoc eſt, Octauius Imperator præcepit: qui Octauius fuit ſucceſſor Iulij primi
Lucæ.3. Imperatoris, qui inuaſit imperium, illud prælìis adipiſcendo, cum fugaſſet Pom F
Actu.1. peium. Iulius autem dictus eſt Cæſar, vel quia mortua matre, per materni vteri exciſionem extractus eſt, ſecundum Iſidorum: vel quia Cæſaræa natus eſt, aut quia victorioſus fuit hoſtium cæſor. Filia autem Iulij fuit vxor Octauiani, qui à prædeceſſore ſuo retinuit nomē hoc Cæſar: & inſuper cognominatus fuit, Auguſtus, quia rempublicam, & Imperium Romanum, omnesque opes maximè auxit Romæ. [*Vt deſcriberetur vniuerſus orbis*] hoc eſt, nomina regionum, & vrbium, villarum, vicorum & habitatorum omnium horum redigerentur in ſcriptis, & deferrentur ad Romam, ibique inſinuarentur. Voluit enim hic Imperator ſcire magnitudinem ſuæ potentiæ ex quantitate ſubditorum ſuorum, videlicet, quot prouinciis, vrbibus, vicis & villis, imò & quot hominibus dominaretur, vt etiam ſciret magnitudinem & valorē tributi, quòd ſibi in ſingulis ſuæ ditionis prouinciis ſoluebatur, & qualiter prouincias melius cō ſeruaret in pace, prouidendo ſingulis de præſidibus, iudicibus ſeu dominatoribus. Interea ſecundum Ambroſium & Gloſſam, Octauius non imperabat vniuerſo orbi, imò nec Gothis, neque Armeniis, ſecundum Ambroſium: nec videtur poſsibile, quod ad omnes mundi prouincias potueri poteſtatem ſuam extendere aut venire: idcirco quod totus orbis dicitur ad eius iuſsionem deſcriptus, hyperbolica locutio eſt: qua aliquid dicitur per exceſſum, ad inſinuandum magnitudinem rei: quemadmodū apud
Ioannem phariſæi dicunt de Chriſto & populo ei in die Palmarum ſequente, Ecce totus mundus a- G
Ioanni.12. biit poſt eum. Ad innuendum ergo quòd Auguſtus latiſsimè imperauit, dicitur toti orbi dominatus, illúmque deſcribit iuſsiſſe. Reuera nanque latiſsimè imperauit, nec aliqua ei regio qui uit reſiſtere, ſed victorioſiſsimus ac fortunatiſsimus fuit: propter quod in ſenatu poſtea, ſcilicet tempore Traiani imperatoris fuit clamatum, Nullus fœlicior Octauiō, nullus melior Traiano. ¶ Denique. LVII. annis & medio Octauius legitur imperaſſe, & duodecimo ſui imperii anno edictum iſtud conſtituiſſe, ita quod ſub imperio inaudita pax fuit in ſeculo omnibus vni homini ſubditis: ad præfigurandum quod Chriſtus tunc veniens veram pectoris æternitatis pacem omnibus in ſe credentibus eſſet daturus, eósque in patria æternæ fęlicitatis collocaturus. Vnde tunc literaliter fuit impletum, quod in pri-
Eſaiæ.2. Michę. 4. mo Chriſti aduentu eſſe implēdum prædictum fuit per Eſaiam atque Michæam, Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium. [*Hæc deſcriptio prima facta eſt a præſide Syriæ Cyrino.*] Ante hanc generalem mundi deſcriptionem præceſſerant particulares certarum regionum deſcriptiones, ſicut in libro Regum dicitur, Dauid iuſsiſſe Ioab vt populum
2.Reg.24. regni ſui numeraret, atque in ſcriptis redigeret: ſed iſta quam Octauius fieri iuſsit, fuit prima, loquendo generali orbis deſcriptione. Itaque hęc deſcriptio prima, ſcilicet vniuerſalis (quam alia ſimilis non præceſsit) facta eſt à præſide Syriæ: vel hæc deſcriptio ab Auguſto præcepta, facta eſt prima, hoc eſt, primo executioni mandata eſt, ſeu fieri cœpit à præſide Syriæ nomine Cyrino, quem Cyrinum Auguſtus præfecit Syriæ & Iudęę ſecundū Grēcū expoſitorē: ſed Cyrinus in Syria orſus eſt exequi H
Imperatoris edictum, eò quòd Syria, vt dicitur, ſit vmbilicus, ſeu medium terræ habitabilis, in cuius
Ioanni.3. medio dicunt fuiſſe Iudæam. [*Et ibant omnes*] videlicet principales de qualibet domo, vel etiam cæteri
1.Reg.16. qui ire valebant, [*Vt profercntur*] hoc eſt, verbo & facto proteſtarentur ſubiectos ſe Romano Imperio
1.Reg.17. [*Singuli in ciuitatem ſuam,*] hoc eſt in vrbem de qua nati fuerunt, vel ad quam amplius pertinebant
Matth.1. [*Aſcendit autem & Ioſeph a Galilæa de ciuitate Nazareth*] in qua Chriſtus fuit conceptus, & ibidem vir-
Lucæ.3. go beatiſsima cum Ioſeph ſuo miniſtro, ſponſo & viro tunc habitauit. Fertur quoque Ioſeph aſcendiſſe, quoniam ciuitas illa inferior fuit loco quē adiit, de qua ſubditur, [*In Iudæam ciuitatem*] hoc eſt in vrbem ad tribum Iudę ſpectantem. Vt Iudęa adiectiue ſumatur, quemadmodum in Ioanne quo dicitur, In Iudęam terram, ciuitatem inquam [*Dauid*]. i. de qua extitit oriundus. Ibi enim pater ſuus moratus eſt, & ipſe cum illo, vt in libris Regum habetur. Syon quoque dicitur ciuitas Dauid, quoniā ibi ſpecialē ſibi conſtituit manſionem, puta palaciū, & quia Hieruſalē fuit metropolis regni Dauid, Syon quandóque pro Hieruſalē, quandóque pro illa parte Hieruſalem vbi palaciū fuit ac tēplum accipitur [*Eo quod eſſet de domo et*] pro. i. [*Familia Dauid*] vt patet in Matthęo, & infra capitulo tertiò, vel per domū intelligitur genus ſeu cognatio in cōmuni, per familiā pars cognationis. Multę nāque familię d e eodē patre prodibant, quādo multos filios habuit circa quòd ait Grēcus, Per hoc quod Euangeliſta oſten-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dit Ioſeph fuiſſe de cognitone Dauid, contentus fuit ipſam quoque virginem de eadem fuiſſe cogna- Deute. 14.
tione promulgare, cum diuina lex præciperet coniugales copulas ex eadem progenie contrahi [*Vt* Lucæ. 1.
profiteretur cum Maria deſponſata ſibi,] antequam illa conciperet Chriſtum. Miſſus eſt enim Gabriel an-
gelus ad virginem deſponſatam viro, cui nomen Ioſeph, vt dictum eſt. [*Vxore prægnante,*] hoc eſt, Matth. 1.
partui iam propinqua: veraciter enim vxor ipſius fuit, quamuis eam nunquam cognouerit. Vnde a-
pud Matthæum angelus ait ad eum, ante Chriſti natiuitatem ex virgine, Noli timere, accipere Ma-
riam coniugem tuam: ſiquidem verum inter eos matrimonium fuit, quamuis non ſit carnali copula
conſummatum. ¶ Porrò, profeſsio illa fiebat verbo & facto, quia dicebant ſe Imperatori ſubiectos,
atque in ſignum veritatis ponebant denarium Imperatoris imagine inſignitum ſuper proprium ca-
put, quem ſtatim porrigebant Imperatoris miniſtro, qui nomina profitentium mox deſcripſit. Eſt-
que dubium apud quoſdam, an ſolus vir profitebatur. Quod ſi dicatur: tunc quod ait Euangeliſta,
cum Maria, refertur ad verbum aſcendit, non ad verbum profitebatur. [*Factum eſt autem cum eſſent i-* Mich. 5.
bi] puta in Bethlehem [*Impleti ſunt dies vt pararet*] virgo benedicta, nouem menſibus iam elapſis: quæ
reuelante ſpiritu ſancto nouerat ſe in Bethlehem parituram, vt illud Michææ impleretur, quo domi- Pſalm. 7.
nus ait, Et tu Bethlehem Effrata, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſraël, & magnificabi- Dan. 7.
tur in medio vniuerſæ terræ: de quo fertur in Pſalmo, Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à
B flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Et Daniel ait, Omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient
ei. [*Et peperit filium ſuum primogenitum,*] ſcilicet Ieſum Chriſtum: qui dicitur primogenitus per ex-
cluſionem prioris, non per reſpectum ſequentis ſeu poſterioris, vt dicatur primogenitus ante quem
alius non eſt natus, etiam ſi nullus poſt eum naſcatur. Sic enim primogenitus in lege accipitur dum
omne primogenitum deo offerri iubetur. Certum eſt enim, quod multi tunc vnigeniti erant in po-
pulo Iudæorum, qui tamen deo offerebantur propter illud præceptum. ¶ Denique quoniam Chri-
ſtus naſci dignatus eſt ex virgine, vt per ſpiritualem regenerationem fratres multos acquireret. Hinc
vt ſic, aptius dictus eſt primogenitus quàm vnigenitus. Hinc Beda affirmat, Vnigenitus eſt in ſubſtã Coloſſ. 1.
tia deitatis, primogenitus in ſubſtantia humanitatis: primogenitus in gratia, vnigenitus in natura. Ex- Nume. 3.
cellentiſsimam nanque gratiam ſecundum aſſumptam humanitatem accepit, ita quòd de plenitudine
eius accepimus omnes, vt Ioanne habet. Iterum Chriſtus dicitur primogenitus, quoniam dignior Ioann. 1.
vniuerſis. Vnde in Apocalypſi vocatur primogenitus mortuorũ, & ad Coloſſenſes de eo ſcribit Apo Apoca.
ſtolus, Qui eſt principium primogenitus ex mortuis. Rurſus vocatur primogenitus omnis creaturæ, Colloſſ. 1.
quia ſecundum diuinã ſuam naturam natus eſt ante omnia ſecula ab æterno, ſecundum humanitatem Ibidem.
quoq; prælatus eſt omni creato, non ſolum per hypoſtaticam ſuæ humanitatis vnionem cum verbo,
ſed & per excellentiſsimam gratiæ & gloriæ plenitudinem, quam à principio incarnationis inſtanti
ſuſcipit. Itaque peperit filium ſuum, deiq́ue patris vnicum natum, quem ſicut ſine carnali delectatio-
C ne ingenti ſpirituali lætitia in alta exiſtens contemplatione concepit: ita ſine corporali dolore, cum in-
terno dulcore in ſublimi exiſtens contemplatione quaſi in ictu oculi peperit, natumq́ue protinus vt
deum verum atque altiſsimum humillime fortis ac iucundiſsima adorauit. [*Et pannis eum inuoluit*]
propriis manibus, nec vtens nec indigens auxilio obſtetricum, dicente Hieronymo, Nulla ibi obſte-
trix, nulla mulierculari ſedulitas interceſsit: ipſa pãnis inuoluit infantem, ipſa mater & obſtetrix fuit.
Itaq; ſi alicubi huius oppoſitũ inueniatur, tanquam mendatiũ reſpuatur. Cõmuniter autem aſſeritur
quòd pannis. i. vilibus atque veteribus pãniculis eũ inuoluit. Veruntamẽ in reuelationibus beatiſsimę
Brigidæ virgo Maria inducitur loqui ac Brigidã, quod ſciuit ſe parituram in Bethlehem, vt impleretur Mich. 5.
ſcriptura, idcirco de mundiſsimis & decentiſsimis lineis panniculis ſibi prouidit, quibus & filium
ſuum mox reuerenter inuoluit, nempe (vt legitur) ibi credibiliter vtiq́; ſacratiſsima virgo mox paritu
ra genua deuotiſsime flexit, & mente ad deũ erecta, velut in momento puerum eſt enixa, viditq; eum
ante ſe in terra iacentem, & paulo poſt prę frigore palpitantem, cui illa tenerrime condolens, ſuſceptũ
& amplexatum deoſculabatur, ſtringẽs eũ ad pectus ſuũ & calefaciens ipſum. Deinde cãdidiſsimis
inuoluit panniculis, agens quod ſubditur, [*Et reclinauit in præſepio*] iuxta ſe poſito, quod vel Ioſeph fa-
ber lignarius ibi tunc fecit propter bouem & aſinum quos ſecum fertur duxiſſe, vehens virginem ſu-
per aſinum, & bouem pro neceſſariis in itinere vendere volens, quãuis aliqui putent animalia illa aut
D ſaltem bouem, aliunde fuiſſe aducta. Vel præſepe iamdudũ fuit ibi cõſtructum in loco, de quo ſubdi-
tur, [*Quia non erat ei locus in diuerſorio*] hoc eſt, alium aptiorem locum, quo puerum poneret ibi virgo
ſancta non reperit. ¶ Porrò, diuerſorium ſecundum Iſidorum dicitur, quia diuerſi ibi conueniunt, at-
que (vt aſſerit Beda) fuit dominus ſeu ſpacium inter duos vicos ex vtroque latere habens murũ, & ex
vtraque parte portũ, deſuper quoque ob aëris intemperiem coopertũ, quo feſtis diebus ciues ad cõfe
rendum & ſolatiandũ conuenerant, quo etiam vrbem ingredientes animalia ſua ad tempus locare ſo-
lebant: ſicq́ue à diuertando diuerſorium eſt vocatum, quoniam illud homines diuertebant. Alii dicũt
q́ fuit hoſpitalaria, ad quam ab extra veniẽtes diuertebant ad hoſpitandũ, prę ſertim egeni, vnde quia
tunc Bethlehem hominibus plena, & ditiores hoſpitia occupauerãt meliora, Ioſeph vt verecũdus, ſim
plex & pauper, cũ virgine diuertit ad locum præfatum: quod vtique non caſualiter factum eſt, ſed deo
præordinante ac moderante, propter multiplicem rationem, videlicet ad commendandam paupertatem
ac humilitatem, mundiq; contemptũ edocendum, quia ad hæc inſtruendaverbo ac opere, ipſemet
filius dei aduenit: item ad implendã ſcripturam, quoniam per Abacuc de Chriſto prædictũ eſt ſecun- Abacuc. 3.
dũ tranſlationẽ ſeptuaginta interpretũ, In medio duorũ animalium cognoſceris. Itaq; dominus virtu-
tum rex gloriæ deus maieſtatis immenſæ aſſumpturus & redempturus naturã humanã in cunctis ele-
git, quæ ſecundum mundum abiectiora ſunt & corpori grauiora. Pauperem etenim elegit matrem, in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psalm. 23. alieno, angusto, vilíque loco natus & reclinatus est tempore hyemali, & media nocte voluit nasci, vt E
1. Cori. 1. mundi damnaret superbiam, reprobaret lasciuiam: penuriam vero in se decoraret, & pauperes cõsolaretur, quatenus eius exemplo carnẽ nostram cum vitiis & concupiscentiis crucifigamus, aspera & ar-
Galat. 5. dua viriliter aggrediamur. Væ ergo vanissimis seculi dilectoribus, qui de sua nobilitate & opulentia
Sapient. 5. stultissime gloriantur & iactant se, qui tandem sero & infructuose dicturi sunt illud Sapientis, Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam
Amos. 6. vmbra. Vbi iam qui lectorum gaudẽt mollitiæ, qui ibi satis faciũt desideriis carnis? quibus dicitur per Amos prophetã, Vę qui dormitis in electis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Ecce qui sedet super Cherubin, & in cælestibus thronis quiescit duri præsepis propter nos continetur angustia. ¶ Deniq; quoniam homo comparatur iumento, vel diuinæ legis iugum pie ac obedienter ferendo: iuxta illud psalmi, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecũ: quod in persona iusti dicitur ibi, vel irrationabiliter seu bestialiter conuersando, quemadmodum scriptum est, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Hinc Christus vt fieret horum refectio iumẽ-
Esaiæ. 4. torum, factus est fœnũ, eo modo quo in Esaia scribitur, Omnis caro fœnũ, voluitque eis in præsepio primo proponi. ¶ Postremo, vt aliqui dicunt præfatum diuersorium fuit intra vrbem Bethlehẽ in fine iuxta vnam portarum sub concaua rupe, non habens de super tectũ nisi rupem ex monte dependẽtem. [*Et pastores erant in regione eadem,*] scilicet Iudæa. Hinc autem Euangelista ostẽdit, quomodo Chri- F
sti natiuitas cœpit hominibus reuelari, [*Vigilantes & custodientes vigilias noctis*] hoc est, consuetas nocturnas vigilationes solicite conseruabant, [*super gregem suum,*] id est, circa pecora quæ alebant in rure, etiam tempore noctis, sicut in locis illis fieri consueuit. Dicitur quoque quòd tunc erant iuxta turrim quandam in Bethlehem atque Hierusalem, vbi Iacob de Mesopotania rediens cum suis moratus est gregibus, vbi mortua & sepulta est Rachel, vt patet in Genesi. dicebatur turris gregis, de qua illud Michęę exponitur, Et tu turris gregis nebulosa filia Sion ad te veni, & potestas prima regum Hierusalem, hoc est, Christus, virtus prima, summa, omnipotens, quem ibidem angelus nunciauit pastoribus, qui tres fuisse dicũtur: & ibi postea fuit constructa ecclesia, sibi illorũ mõstrantur (vt fertur) sepulchra, ad quem etiam locum Christum postea venisse non irrationabiliter creditur.
[*Et ecce angelus domini stetit iuxta illos.*] Assumpsit enim corporis humani effigiem, & visibiliter eis apparuit. [*Et claritas dei circunfulsit illos*] id est, lux quædam diuinitus missa, aërem prope pastores sic clarificauit, quod ipsi luce illa vndique operiebantur, secundum quod paulo post interius spirituali
Actu. 9. luce perfusi sunt, ad cognoscendum veritatem de Christo, quemadmodum in Actis de Paulo habetur, Subito circunfulsit eum lux de cælo. Denique angelus forte tanti fuit splendoris in corpore quod assumpsit, quòd ab ipso tanta lux diffundebatur, vel præter claritatem ab ipso diffusam etiam lux de
super deo agente dispergebatur: per quam copiosam lucis diffusionem figurabatur, quod Christus G
Sapient. 2. sol sapientiæ atque iustitiæ esset in mundo hoc natus. Vnde in veteri testamento non leguntur angeli cum tanta claritate apparuisse. [*Et timuerunt timore magno,*] propter tam grandem, inconsuetámque visionem, & ne forte illusio esset, vel quid prætenderit visio ignorantes. De causis quippe huiuscemodi timoris dictum est plenius in expositione primi capitu. artic. ij. Vnde & in Iudicum libr. Manue
Iudit. 13. viso angelo dixit coniugi suæ, Morte moriemur, quia vidimus dominum. [*Et dixit illis angelus,*] qui sua visione territos consolari solet & confortare, vt dictum est, [*Nolite timere*] scilicet immoderato ac deiiciente timore, qui vsum impendit rationis, estque passio inordinata, quæ per rationem & fiduciam seu fortitudinem est frenanda ac moderanda. Cur autem timere non debeant, sed gaudere, adiecit, [*Ecce enim euangelizo*] id est, bonum denuncio [*Vobis gaudium magnum*] id est, causam atque materiam spiritualis boni ac præcipui gaudij, seu multum esse gaudendum, [*Quod erit omni populo*] id est, tam Iudæis quàm gentilibus inerit gaudium istud, cunctis videlicet fidelibus & electis, vt sit distributio accommoda pro generibus singulorum, quia de omni genere seu natione hominum aliqui inde gauisi sunt: iuxta quem sensum loquitur Christus apud Ioannem, Omnia traham ad meipsum. [*Quia*
Ioan. 12. *natus est vobis*] id est, ad vestram salutem [*Hodie*] id est, die hoc naturali, scilicet in hac nocte, quæ est pars naturalis diei, qui dicitur vingitiquatuor horas habere: sicque hebdomada dicitur spacium septem dierum. [*Saluator,*] vtpote vnigenitus filius dei, qui secundum naturam suam diuinam est Sal-
Esaiæ. 45. uator per authoritatem & efficientiã principalem tanquam creator & dator salutis & gratię prima ac H
omnipotẽte virtute, qui in Esaia testatur, Deus iustus & saluãs nõ est præter me atq; per Oseã ait, Ego dominus deus tuus, & Saluator nõ est prẽter me. ¶ Porrò secundũ humanitatẽ assumptam est ipse, Sal-
Actu. 11. uator per efficientiã instrumentalẽ, & velut meritoria causa gratię ac salutis: sicq; in Actis ait de Chri-
Esaiæ. 35. sto Apost. Acquisiuit ecclesiã sanguine suo. de quo in Esaia prędictũ est, Ecce deus vester ipse veniet & saluabit vos. Sua enim passione nostra absterst peccata, & gratiã & salutem nobis promeruit, quod
Leuit. 8. etiã suę sanctissimę conuersationis meritis fecit. [*Qui est Christus.*] Christus grẽce, latine dicitur vnctus.
Iudi. 9. Christus autem vnctus est non corporali oleo, aut humana vnctione, sicut olim in lege in eius figurã
1. Reg. 10. vngebantur reges atque pontifices, cum ipse sit summus rex ac pontifex, finis & consummator legis,
2. Reg. 2. secundũ Apost. sed vnctus est secundũ humanitatem diuina & spirituali vnctione, hoc est, plenitudi-
3. Par. 25. ne gratiæ, omníq; gratiarũ charismate, virtute, dono, ac sanctitate: imò & lumine gloriæ, ac beatifica
Hebr. 4. fruitione à principio incarnationis instãte: iuxta illud psalmi, Vnxit te deus deus tuus oleo lætitię prę
Psalm. 44. cõsortibus tuis: quę vnxio facta est à tota superbenedicta trinitate, cuius indiuisa est actio ad extra.
Esaiæ. 16. Hinc per Esaiam loquitur Christus secundum naturã assumptam, Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Deniq; Christus prout in nouo testamento cõmuniter vtimur nomine isto, significat seu supponit increatam personã in duplici natura, videlicet diuina & humana subsistentem, hoc est, vni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A genitum dei incarnatũ.[*Dominus.*]Chriſtus ſecundũ vtrãque naturã dicitur dominus,ſed diuerſimode:quia vt deus,eſt dominus per indepẽdentẽ authoritatẽ,primãq́ poteſtatem,& vniu erſalẽ prę ſidentiã prorſus perfectã:ſed ſecũdũ naturam humanã eſt dominus etiam omnium creaturarũ per poteſtatem & gratiã temporaliter datã,creatam,inſtrumentalem,atque finitã ſeu limitatẽ,ſecundũ quod Marci. 28.
in Matthæo ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, de quo in Actis Petrus inquit, Hic Actu. 11.
eſt omni dominus.[*In ciuitate Dauid,*]ſcilicet Bethlehem. Ecce quomodo(iuxta Apoſtolũ)infirma 1.Corin. 1
& contẽptibilia ſeu abiecta,ſtultáque mundi elegit deus,vt confundat magnos,fortes & ſapientes in oculis ſuis. Siquidem non pontificibus & ſacerdotibus templi in mollibus ſtratis iacẽtibus,non ſcribis de legis ſcientia tumidis,non phariſæis de ſanctitate præſumentibus, non nobilibus, diuitibuſq́ ſuperbis:ſed paſtoribus,idiotis,egenis,humilibus,angelis,deinde angelicus apparet exercitus illis. Angelus Chriſtum denunciat,quod angelicus exercitus iubilando confirmat:per quod etiã figurabatur quòd non otioſis,ſed ſtudioſis,veriſq; dominici gregis cuſtodibus,ſeu dignis& virtuoſis paſtoribus; prę cipue his qui nocturnis temporibus laudibus vacant diuinis,ſupernę illuminationes,angelicę viſitationes,cæleſtes conſolationes præſtantur.Nam & per hoc quod paſtores illi taliter vigilabãt ſuper
pecora ſua,inſinuatur,quòd paſtores ouium Chriſti,vtpote Chriſtianorum,iugi ſolicitudine atq; cu
ſtodia debent intendere ſibi commiſsis,eáſque paſcere oratione,doctrina,exemplo,vt illud Eſaię di- Eſaiæ. 24.
B cere poſsint, Super ſpeculam domini ego ſum ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego
ſtans totis noctibus. Oportet nanque paſtores ſic intendere aliis,vt ſe ipſos cuſtodire ab omni pecca-
to non negligant.Præterea in Actis loquitur eis Apoſtolus,Attẽdite vobis & vniuerſo gregi, in quo Actu.21.
poſuit vos ſpiritus ſanctus paſtores.Præterea contemplandum,quòd ſicut in Chriſto eſt natura ſumma,puta diuinitas,& infima in ordine intellectualium creaturarum,hoc eſt,humanitas:ſic in omnibus
quæ de Chriſto leguntur,eſt quædam venuſtiſsima, decentiſsimáque permixtio,ſublimium & decliuium,cæleſtium & terreſtrium,diuinorum & humanorum,altiſsimorum& infimorum:nempe quod
à puella concipitur,in ſtabulo naſcitur,pannis inuoluitur,in præſepio ponitur,circunciditur,& in Ae-
gyptum fugatur,& cætera quæ in Euangelio ſcripta ſunt,patitur. Nónne hæc omnia ad paruitatem, Matth. 1.
inferioritatémque pertinent? Verum quod ab angelo nunciatur, à virgine generatur,ab angelico exercitu commendatur,& cætera quæ in Euangelio ſcripta ſunt ſupernaturalia operatur,excellentię eſt diuinæ.Præterea aliqui ſic legunt,Natus eſt nobis,non vobis:vt angelus fateatur Chriſtum natum nõ ſolùm ob hominum ſaluationem,ſed ob angelicæ quoque reparationem ruinæ.[*Et hoc vobis ſignum.*]
iuxta Apoſtolum,Iudæi ſigna quærunt,idcirco paſtoribus tanquam Iudæis dat angelus ſignum,non 1.Cori.1.
vtique propter illorum incredulitatem,ſed potius propter illorum,& omnium ſaluberrimam inſtructionem. Nam ſubditur,[*Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio,*] tanquam dicat,
Quamuis Chriſtus natus ſit omnium rex & princeps altiſsimus,attamen quod admirabiliſsimum eſt,
C in maxima paupertate & humilitate naſci & conuerſari elegit,non in opulentia,temporaliſque regno
vt præſtolabantur Iudæi,ſicut vſque in præſens expectant regem Meſsiam in primo ſuo aduentu tẽporaliter regnaturum,& totum mundum ſibi ac populo Iudæorum potiſsimè ſubiecturum, ſecundũ
exteriorem atque terrenam dominationem: cum tamen ſancti prophetæ primum Chriſti aduentum Hiere. 14.
in paupertate & humilitate futurum deſcripſerint,vt iudicaretur &patereturhominéſque ſua paſsio- Zacha.9.
ne ſaluaret.Hoc igitur ſigno angelus docuit quod Chriſtus aduenit,vt omnium terrenorum verbo&
opere doceret contemptum,& ad diuinorum amorem corda fidelium prorſus transferret,hoc quoque ſigno angelus ipſos paſtores egenos,omnéſque pauperes vehementiſsime conſolatur. Itaque iuxta Bernardum,Panni Chriſti poſiti ſunt in ſignum,ſed in ſignum cui quotidie à multis cõtradicitur.
Qui enim pretioſitate,ſuperfluitate,ſeu multitudine & cultura atque mollitie veſtium gloriantur,cõtradicunt huic ſigno. Itaque ſcripta ſunt hæc ad eruditionem noſtram,vt Chriſti paupertatem,humi Pſalm. 91.
litatemque cognoſcentes,eum in paupertate & humilitate ſectemur, ſaltem ſic,vt diuitiæ ſi affluant,
cor non apponamus.[*Et ſubito,*]id eſt, præfato angelo cum paſtoribus adhuc loquente,ſecundum Origenem, vel repẽte poſt hoc,[*Facta*]id eſt, exhibita[*Eſt,*]&in aëre apparuit[*Cum angelo*]paſtores docente quem aliqui putant Gabrielem fuiſſe, & cæteris tunc apparentibus principaliorem, ideo tantum myſterium nuncientem.[*Multitudo cæleſtis exercitus*] id eſt, copioſum agmen angelicorum ſpi-
D rituum,qui milites ſummi regis conſiſtunt,quoniam contra eius aduerſarios, puta aëreas poteſtates,
victorialiter dimicant,eoſque vincunt & arcent,atque ad omne æternæ maieſtatis proſequendum imperium promptiſsime,repente feruntur. ¶ Inſuper Chriſto duci qui ad ſuperandas aëreas poteſtates aduenit humiliter ſeruiebant.Itaque adveritatis certificationem,& ad nati pueri dignitatem inſinuandam,tam multi, imò ſecundum Origenem tam innumerabiles angeli apparuerunt.
[*Laudantium deum*] ardentiſsima, deuotiſsima atque lætiſsima mente,[*Et dicentium*]conſona voce ac ſuauiſsima melodia per ora corporum aſſumptorum,[*gloria*] id eſt, ſumma excellentia,ſeu clara cum laude notitia,ſeu beatitudo atque lætitia, proprie autem gloria,hoc eſt, clarificatio diuinæ maieſtatis in cordibus intellectualium creaturarum cum debita laude,ſit[*In altiſsimis deo*]id eſt, deo qui in cælis
eſt,præſertim in cælo empyreo eſſe & habitare aſſeritur,inquantum ibi euidentius ac magnificentius Pſalm.113.
operatur,clariuſque conſpicitur,quamuis ſecundum ſe ſit penitus ſuperſimpliciſsimus, incircunſcriptus,immenſus,nullam ad locum habitudinem habens. Vel,gloria,id eſt, præfata clarificatio diuinæ dignitatis ſit in altiſsimis,id eſt,mentibus beatorum deo,vt ipſi in omnibus honorem & gloriam deo exhibeant.Vnde ſecundum hoc,verbum iſtud eſt verbum cõgratulationis magis quã exhortationis, quemadmodum illud,Laudate deum omnes angeli eius:iuxta illud Apoſtoli, Soli deo honor & glo- 1.Timo. 2.
ria.In hoc ergo conformemus nos angelis ſanctis ac deo,vt ſoli deo gloriam aſcribamus, itemque ab Pſal. 148.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Esaiæ. 48. omnibus tribui cupiamus. Nam ipsemet ait per Esaiam, Gloriam meam alteri non dabo, & sic cum
Psalm. 113. Psalmographo digne cantabimus, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Sed nónne & nos gloriam desiderare possumus & debemus, præsertim cum propter fęlicitatem seu gloriam sempiternam omnia finaliter sint agenda. Et respondendum, quod gloriam optamus debemus in deo secundum deum & propter deum. In deo, vt in obiecto, datore & causa: secundum deum, hoc est se-
1. Corin. 1. cundum voluntatem ipsius, non secundum propriam cupiditatẽ, videlicet ordinatè, vt cõpetit men-
2. Cor. 10. ti creatæ: propter deum, id est, finaliter ad laudem & honorationem eius, ad quem & cuius honorifi-
Psalm. 33. centia nosipsos & quicquid in nobis aut nostrum est referre debemus. Ideo dicit Apostolus, Qui glo riatur, in domino glorietur. Et Psalmista, In domino laudabitur anima mea. Sed vani, vitiosi & friuoli homines, in se, & propter se volunt laudari, gloriámque sortiri, furtum domino faciẽtes, quia quod eius est, sibi vsurpant. [*Et in terra (sit) pax*], vera & spiritualis, quæ est tranquillitas mentis in bono honesto, præsertim in deo fonte totius boni, honesti seu virtuosi, de qua circa expositionem primi capituli plenius dictum est. [*Hominibus bonæ voluntatis.*] ¶ Loquendo de voluntate non optatiua tantum, quæ est voluntas imperfecta, de qua Salomon loquitur, Vult & nõ vult piger: sed de voluntate imperatiua & efficaci, quæ dum opportunitas adest seu exigit, procedit in opus. Talem autem voluntatem bonam habentes sunt boni, & in statu salutis seu in charitate & gratia, quoniam talis voluntas seu volitio, reputatur à deo pro opere. Sumitur equidem nunc voluntas pro actu interiori voluntatis, F
Prouer. 13. quæ est volitio, non pro potentia tantum, vel pro potentia tali actu formata. Denique à voluntate potissimum dicitur homo bonus vel malus, quoniam prima radix merendi ac demerendi consistit in voluntate, secundum quòd libertas primo directè ac propriè competit voluntati. Peccatum autem in tantum est voluntarium, quòd si non esset voluntarium, non esset peccatũ, secundũ August. Et similiter dicendum est de actu virtutis. Hinc bonũ & malum dicuntur esse in voluntate, verum & falsum
Esaiæ. 48. in intellectu. Hinc congrue pax annuntiatur hominibus bonæ voluntatis. Insuper pax ista non cõpetit malis: iuxta illud in Esaia, Non est pax impiis, dicit dominus. Potest quoque hic pax accipi pro re-
Roma. 5. conciliatione generis humani facta cum deo per Christum, quam angeli tunc instare dicebant. Vnde ad Romanos inquit Apostolus, Reconciliati sumus deo per montem filii eius. Patet autem ex verbis his, quia de spirituali pace intelligenda sunt, quæ prophetæ denuntiauerunt de futura pace in Christi aduentu, quæ est pax bonæ voluntatis. Per bonitatem etenim voluntatis dicitur homo simpliciter bonus potius quàm per aliarum animæ virium bonitatem. Voluntatis nanque est alias potẽtias ad actus suos mouere, ideóq; bonitas & malitia eius in illas redundant, quemadmodũ virtus seu influentia cau-
Colos. 4. sæ mouentis in ea quæ ab ipsa mouentur. Porrò pax temporalis, quæ fuit in mundo in Christi aduẽ-
Mich. 5. tu figura extitit huius principaliter intentæ, spiritualísque pacis, de qua ad Colos. ait Apostolus, Pax
Psalm. 21. Christi exultet semper in cordibus vestris: de qua etiam per Michæam prædictũ est, Pax erit in terra G
Prouer. 28. nostra dum venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Atq; in Psalmo, Orietur in diebus eius
Prouer. 12. iustitia & abundantia pacis. Hæc est pax interna iustorum vere Christianorum, quæ eis per exterio-
Esaiæ. 32. res inquietudinis seu tribulationes auferri non valet, dicente in Prouerbiis Salomone, Iustus quasi
Matth. 10. leo confidens absque terrore erit. Et rursus, Non cõtristabit iustũ quicquid ei acciderit. Hinc de primitiua ecclesia eius per Esaiam prædixit, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in taberna-
Hiere. 23. culus fiduciæ, & in requie opulenta. Hæc est vera ac sancta securitas, qua perfecti pro deo omnia ad-
Actu. 14. uersantia pati parati, non timent eos qui corpus occidunt. Propter quod per Hieremiã scriptum est,
Actu. 13. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Vnde in Actis Apostolorũ, Paulus &a-
Roma. 12. lij quidem fiducialiter egisse leguntur. Et iterum, Discipuli replebantur gaudio & spiritu sancto. Itaque si deo placere appetimus, veram cum omnibus quantũ possibile est pacem & concordiã habeamus, præsertimque mentem in deo quietã, fixam & imperturbatam seueremus: quod fierit poterit si vere mites, patientes, humilésque fuerimus, & cunctis terrenis contemptis deum feruenter amemus. ¶ Postremo inquiritur, à quo residuum huius angelici cantici editum sit? Ad quod Albertus & aliqui alij dicunt, quòd à Symmacho papa: alij credibilius asserunt, quòd ab Hylario sancto Episcopo. Legitur nempe in gestis Romanorũ pontificum, quòd Telesphorus papa instituit, vt solis Episcopis liceret canticum istud incipere. Posteaverò Symmachus papa instituit vt etiã cæteri sacerdotes possent
Malac. 2. istud incipere in festis diebus: quia de sacerdote scriptum est apud Malachiam, Angelus domini H
exercituũ est. [*Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælum*] id est. cum abstraxissent se aspectibus pa-
Tob. 12. storum, & redissent in cælum, quo solent reuerti ministerio propter quod missi sunt, consummato: quemadmodũ Tobiæ Raphael ait, Tempus est vt reuertar ad eũ qui me misit. [*Pastores loquebantur ad inuicem.*] Quãuis enim primo territi ac stupore repleti fuissent, tamẽ ex cõsideratione angelica ac dulcissima perceptione rei tam glorioſæ confirmati fuerunt, & læti, alacréſq; effecti, dixerũt, [*Transeamus in Bethlehem,*] quę (vt dicunt) per miliare distabat à loco, quo ista viderunt pastores, [*Et videamus*] corporaliter, quod nunc oculis fidei credimus, [*Hoc verbum quod factum est*]. i. rem verbis ad nos dictis significatam, scilicet puerũ natum, qui est Christus dominus rex Messias. Verbum quippe in scripturis
4. Reg. 20. interdũ pro verbo mentali, interdũ pro verbo vocali seu scripto, quandóque pro re significata accipitur, quemadmodũ in libris Regum loquitur Ezechias, Non fuit verbum in domo mea quod nõ ostenderim eis. [*Quod dominus fecit*]. i. per angelos ad nos locutus est, vel quã rem fecit: qui dominus pa-
Roma. 1. ter seu trinitas tota fecit Christum secundũ humanitatẽ assumptã, secundũ quã Christus dicitur creatura, quãuis simpliciter loquendo dici non debeat creatura, sed deus verus, omniumque creator. Ait nanque Apost. Factus est ex semine Dauid secundũ carnẽ. Veruntamẽ ista particula, quod dominus fecit, in græcis & antiquis, correctísque codicibus non habetur, nec est de textu. [*Quod dominus ostẽ-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *dit nobis*].i.quem puerum manifeſtauit nobis per angelum natum eſſe. Poteſt quoque de increato verbo exponi,vt ſit ſenſus,Videamus hoc verbum.i.dei vnigenitũ,de quo dicitur, In principio erat verbum,quod factum eſt.i.incarnatum:iuxta illud,Verbũ caro factũ eſt:quod dominus fecit,quia verbũ hoc factũ eſt homo à deo trinitate,quãuis abſolute loquẽdo nõ ſit factum,ſed gentium& ęternũ,vnde expoſitio iſta videtur impropria,nec certum eſt quòd ex præinductis angelicis verbis intellexerũt paſtores rudes ac ſimplices,quòd Chriſtus diceretur & eſſet verbum dei:quod dominus oſtendit nobis. i.natum eſſe iam notificauit.[*Et venerunt feſtinantes,*]quia feruentes erant in dei & pueri nati amore,deſiderabantq́ue feruide,tam magnũ nouum,videlicet Chriſtum natũ conſpicere, cuius maieſtatẽ ex angelici exercitus apparitione,& teſtificatione & gratulatione penſabant. Gaudebant quoque de totius mundi ſaluatione iam imminente,& ſcripturarũ impletione:ſed & ad greges ſuos quos ſine cuſtode reliquerant,redire velociter ſatagebant,ideo feſtinabant.Itaquè & nos Chriſtũ cum feſtinatione.i.diligenter ac feruenter quæramus , quem nemo cum torpore & deſidia dignæ quærit. Siquidẽ ad deũ feſtinare & currere eſt ardenter diligere,& ex ſpirituali amore quę bona ſunt alacriter agere,& quo amamus feruentius,eo properamus,currimúſque celerius.[*Et inuenerunt Mariam,*] quam diuinus Ignatius in ſuis ad eam epiſtolis totiesvocat Chriſtiferam,[*Et Ioſeph*]virginis ſponſum,cuſtodẽ, mini

B ſtrum,eiúſque integerrimæ virginitatis veriſimum teſtem,[*Et infantem*].i.paruulum,qui licet amore aliorum paruulorum,infans quaſi non fans,ſeu loqui non valens vocatus ſit,tamen à prima ſuæ natiuitatis hora diſertiſimè ac ſapientiſsimè loqui valebat,non Hebræa duntaxat,ſed & omnium gentiũ lingua,nam & dona gratiæ gratis datæ,vt prophetiam,genera linguarum,ſcientiam,interpretationẽq́ ſermonum,à primo incarnationis inſtanti accepit.[*Poſitum in præſepio,*]in quo(ſecundum Gorrã) impletũ eſt ſpiritualiter illud mirabile in Iob ſcriptum,Nunquidvolet rhinoceros ſeruire tibi,aut morabitur ad præſepe tuum?Rhinoceros quippe eſt animal fortiſsimum,quod vnum in fronte fert cornu, propter quod vnicornis vocatur,& capitur in gremio virginis,in quo caput reclinat quando fugatur: & Chriſtum deſignat, qui virginalis vteri gremio captus atque in noſtrum redactus ſeruitiũ dicitur. [*Videntes autem*]puerũ inuolutũ & eo locatũ vt prædixerat angelus,[*Cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc*]id eſt, conſiderauerunt ſermonem eis ab angelo de infante iſto prolatum eſſe veracem,vel cognouerunt de verbo increato quod dictum erat illi de puero hoc.i.quod angelus prædicauit eis eſſe hunc puerũ.Verbũ enim factũ fuit infans vnius diei,& angelus dixit quod puer ille eſſet Chriſtus dñs videlicet vnigenitus dei filius,ſicq́; corporalibus oculis corpus Chriſti videntes,interioribus oculis eius diuinitatem per fidem nouerũt.Nam(vt Ambroſ.aſſerit)dũ caro videbatur,verbum videbatur, videlicet Chriſtus,qui in vna perſona eſt deus &homo.[*Et omnes qui audierant mirati ſunt.*] Hoc quidem exponunt ſic, Omnes qui audierant ab angelo iſta Chriſti myſteria,ſcilicet quomodo

C natus eſſet,mirati ſunt quod,Chriſtus omnium dominus in tã vili ſtabulo eſſet natus , & in præſepio reclinatus,& tamen ab angelico exercitu ſolenniter prædicatus.Ex quo ſequeretur,quòd nõ paſtoribus tantũ angeli præfati apparuerunt,nec angelica illa laus à ſolis paſtoribus ſit audita. Veruntamen quãtũ ex textu perpẽditur,videtur ſoli paſtores angelos illos vidiſſe, atq; audiſſe, vt ſit ſenſus, q̃ oẽs qui audierũt à paſtoribus ſint mirati. Vnde expoſitorie ſubditur,[*Et*]pro.i.[*De his quæ dicta erãt a paſtoribus,ad ipſos*]de puero iſto,quòd ſcilicet angelus de eo dixiſſet,& qualiter angelorum militia hymnum domino ceciniſſet.De his inquã mirati ſunt merito,quia ſupernaturale fuit,quod in vna perſona tanta maieſtas & tanta humilitas,tanta dominatio,& tanta inopia conueniſſent.q̃ rex cælorum natus eſſet in terra,quod deſideratus cunctis gentibus adueniſſet, quẽ patriarchæ atque prophetæ tã ineffabiliter optauerunt,Inſuper ſunt mirati de tam cõſtanti,certa ac feruida proteſtatione paſtorũ, qui inaudita fingere neſcierunt,ſed ſimplici facundia quæ vera ſunt,prædicauerunt.[*Maria autem,*]cuius eſt tanta ſuauitas,iuxta Bernardũ,vt nunquam piæ memorię portas ingrediatur abſq; inſitæ ſibi dulcedinis aſperſione,[*Conferuabat omnia verba hæc,*] quæ iam de Chriſto cõſcripta ſunt, hoc eſt,ea memoriæ diligentiſsimè commendauit,[*Conferens in corde ſuo*].i.intellectualiter ea reuoluens,vbertimq́; repetẽs, atque ad inuicẽ comparens.Itaq; quietiſsima ac puriſsima virgo delectabiliter conſiderauit,quomodo angelus ſibi Chriſtum annunciaſſet,quomodo eum concepiſſet ac peperiſſet,quomodo angeli ap

D paruerunt paſtoribus,& quid paſtores ſe vidiſſe atq; audiſſe proteſtabantur:non ſolũ virgini gloriоſæ & ſancto Ioſeph,ſed & cæteris multis,quibus opportune poterãt loqui. Hæc omnia ſancta virgo ſapienter ac diligentiſsime conſiderauit,&ad prophetarum de Chriſto prolata vaticinia comparauit, ſicq́; vehementer profecit in fide:imò ſecundũ Ambroſiũ,à paſtoribus fidem collegit.i.fidei incremẽtum:nõ quòd vnquam in fide ambigens fuerit,ſed quia in cunctis quotidie profecit virtutibus.Hinc diſcipuli Chriſti ab ipſa polt Chriſti aſcenſionem de aliquibus dicuntur inſtructi,præſertim inclitus iſte Euangeliſta Lucas ab ea edoctus aſſeritur,maxime in his,quę ipſe ſolus de Chriſti infantia refert: non quod à ſpiritu ſancto non ſit de illis inſtructus,imò & ſpiritus ſanctus eum per Mariam digniſſimam ſic inſtruxit,& ſupernaturali irradiatione de omnibus informauit,certificauit, ineffallibilitérque direxit.Eadem enim veritas à diuerſis & pluribus modis addiſcitur,qui ab vno clarius & diſtinctius diſci poteſt,quàm ab alio, quãtum ad ſe vel ad circunſtantias ſuas. Præterea,iuxta Ambroſium, diſcamus in omnibus ſanctæ virginis caſtitatem, quæ non minus ore pudica quàm corpore argumẽta fidei conferebat in corde . Etenim virginalis pudicitiæ iura cuſtodiens, ſecundum Bedam, ſecreta Chriſti quæ nouerat, nemini tunc diuulgauit, ſed conferebat quæ legerat facienda cum his quæ iam nouerat facta. Veruntamen puto, quòd familiaribus aliquibus & pie interrogantibus aliqua ſecrete aperuit, prout ratio poſtulauit & charitas. Itaque & nos beatiſsimæ virginis exemplo omnia diuina atque ſalubria, quæ audimus, videmus, ſcimus, ſeu legimus, memoriter teneamus, ſa-

Ioan.1.

1.Cori.12.

Iob.39.

Ambroſi.

Aggæi.2.

Lucæ.1.

Ambro.

Beda.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psalm.118. gaciter conferamus:&.iuxta hæc nostram conuersationem in omnibus regulemus,vt cum Psalmista E
Lucæ.11. dicere mereamur, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Nam & Christus testatur,
Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud.[*Et reuersi sunt pastores*]ad pecora sua:quæ oues fuisse dicuntur,quamuis forte & alia pecora fuerunt:sicut & filij Iacob diuersarum specierum pecora custodiebant,& tamen in Genesi pastores se ouium nominant.[*Glorificantes*,]id est,glorioſum confiten
Gene.34. tes seu magnifice honorantes,[*Et laudantes deum*]pro beneficiis suis,de quibus subiungitur,[*In omnibus*]magnalibus dei,[*Quæ audierant*]ab angelo,exercituque angelico de Christi natiuitate,&c.[*Et viderant*]propriis oculis in bethlehem, [*sicut dictum est ad illos.*] Hoc potest referri ad id quod ait,Glorificantes & laudantes deum:vt sit sensus,quòd deum glorificabant, atque laudabant, sicut dictum est ad illos,id est,sicut audientibus eis angeli sancti fecerũt,dicẽdo,Gloria in altissimis deo. Potest quoque referri ad id quod ait,quæ audierant:erítque sensus,quòd glorificabant atque laudabant deum in omnibus quæ audierant,& viderant,sicut dictum est ad illos,id est,eo modo viderant,sicut ab angelo fuit eis prædictum,& ideo deum laudabant,quia sic esse inuenerunt.

¶Postremo,quod pastores corporaliter peregerunt,nos spiritualiter faciamus,hortemur nos mutuo,
Zacha.9. dicentes , Eamus vsque Bethlehem, id est, per deuotam & affectuosam considerationem vniamus cor nostrum loco,in quo natus est Christus:& mentaliter intueamur,quantam paupertatem & humilitatem pro nobis assumpsit rex gloriæ,simúsque grati beneficiis eius verbo & opere,ipsum veraciter F
imitando, & cum angelicis spiritibus ardenter ac reuerenter laudando.Subinde circunciſionem Christi Euangelista describit,[*Et postquam consummati sunt*,]id est,impleti[*Dies octo*]à natiuitate Christi cõputando seu includendo tam natiuitatis quàm circunciſionis diem ipsius,[*Vt circumcideretur puer*] infan
Esaiæ. 9. tulus Iesus:de quo loquitur Esaias, Puer natus est nobis.Lyra,vt,tenetur hic concomitanter, quanquam etiam teneri posset aliquo modo causaliter: quoniam tanta est dignitas Saluatoris,vt ad ipsum & ad gesta ipsius tempora ordinentur: quod de temporibus quibus vixit in seculo isto specialiter dici potest.[*Vocatum est nomen eius Iesus*,]quod interpretatur saluator ,ad insinuandum quòd ipse esset verus mundi saluator,omnes in se credentes generaliter & complete atque finaliter à morte peccati,in-
Matth. 1. teritúque inferni eripiens, & ad cælestem felicitatem perducens. Vnde in Matthæo ,cum angelus dixisset ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum, causam nominationis adiecit, dicendo, Ipse enim saEsaiæ.53. uum faciet populum suum à peccatis eorum:de quo Esaias scribit,Dominus posuit in eo iniquitatem
Actu.4. omnium nostrum ,cuius liuore sanati sumus. Et in Actis Petrus inquit, Non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde quod aliqui in veteri testamento vocaIosue.11. ti sunt nomine isto, vt Iosue, qui alio nomine dictus est Iesus, & Iesus filius Iosedech, fuit alia raZacha.3. tione & in figura Iesu Christi.Iosue quippe saluauit filios Israël à Chananæis:& Iesus filius Iosedech
1.Esdr.3. pontifex Iudæorum fuit vnus reducentium eos de Babylone , quæ fuerunt particulares & imperfe- G
ctæ liberationes, figurantes liberationem perfectam à Iesu Christo peractam. Itaque nomen istud
Esaiæ. 62. Iesus fuit Christo nouum & proprium prout positum est ad designandam liberationem completam: ad quod multi allegant illud Esaiæ , Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit.Veruntamen hoc ad literam dicitur de ecclesia seu synagoga ad Christum conuersa, non de Christo, quamuis possit aptari ad ipsum.[*Quod vocatum*] id est, expressum & prænunciatum seu vocari com-
Matth .1. missum [*Est ab angelo.*] nam apud Matthæum angelus legitur dixisse ad Ioseph,Vocabis nomen eius Iesum.Et idem ait ad virginem sanctam. [*Priusquam in vtero conciperetur*] .i.in ventre Mariæ virgineo
Lucæ. 1. de spiritu sancto.Ait enim angelus ad eam,Ne timeas Maria,Ecce concipies in vtero & paries filium & vocabis nomen eius Iesum.Rectéque dicitur,quod vocatum est ab angelo, non impositum ,quia iam ante à deo fuit impositum,qui præordinauit Christum ita vocandum,& per angelum ac Mariam
Esaiæ. 46. & Ioseph ita vocauit eundem:quemadmodum Christus per Esaiam testatur,Dominus ab vtero vocauit me,de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.¶Præterea(vt aliqui dicunt)Iesus dicitur Saluator. Primò,à potentia saluandi:sicque conuenit sibi nomen hoc ab æterno,videlicet secundum suam diuinitatem,qua ab æterno habuit potestatem saluandi.Secundò,ab habitu saluandi, & sic impositum fuit sibi ab angelo,& competit ei à primo suæ conceptionis instãti,in quo secundum humanitatem suam accepit gratiam tam perfectam,qua postea fecit & pertulit ea,per quæ actualiter mun- H
dum sanauit.Tertiò,ab actu saluandi, sicque vocatum fuit nomen istud in circunciſione:& competit Christo ratione suæ passionis,in circunciſione autem primo sanguinem suum fudit pro nobis. Insuper intuendum,quòd saluare competit Christo secundum vtranque suam naturam: quia secundum diuinitatem competit ei authoritatiue & principaliter secundum humanitatem vero instrumentaliter vt supra dictum est plenius:ideo secundum vtranque naturam Iesus potest vocari. Siquidem de deo
Abacuc. 3. vno ac trino scriptum est in Abacuc, Ego autem in domino gaudebo & exultabo in deo Iesu meo. Sed nunc tractatur de nomine isto ,prout competit Christo secundum naturam humanam.

¶Denique secundum Epiphanium,pluribus de causis Christus voluit circuncidi. Primò, vt ostenderet se veraciter incarnatum, non phantastice seu apparenter,vt Manichæus confinxit. Secundò,vt monstraret quòd corpus suum diuinitati consubstantiale non esset,vt Apollinaris rudissime dixit. Item ad declarandum, quòd non detulit illud de cælo ,vt Valentinus asseruit. Rursus & tertio,ne Iudæi haberent occasionem contra Christum, dicendo quod legem transgressus esset, circunciſionem non accipiendo. Quartò, vt legem impleret & approbaret ,atque exemplum humilitatis ab obeMatth. 5. dientiæ daret :propter quod postea fatebatur, Non veni legem soluere, sed implere. Iussum autem
Gene. 17. fuit diuinitus in Genesi, Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Quintò, vt virtute ac merito suæ circunciſionis, fideles suos à duritia præcepti illius exoneraret, & ipsam circunciſionem in ba-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ptiſmum dulciter commutaret. Sextò, vt Iudæorum ſcandalum euitaret. Septimò, propter communitatis & vniformitatis commendationem, vt & nos ſingularitatem vitemus, nec pro peccatis noſtris puniri ſpernamus, videntes quod Chriſtus (qui remedio culpæ non eguit) circunciſionem (quæ fuit remedium contra originale peccatum) ineffabili humanitate ſuſcepit. Vnde ad Hebræos Apoſtolus, Debuit, inquit, per omnia fratribus aſsimilari. Poſtremo circunciſionem accipiendo abſtulit diabolo occaſionem ſuſpicandi, quod ipſe eſſet Chriſtus. Itaque & nos vniuerſa quæ pro noſtra ſalute Chriſtus aſſumpſit, fecit ac pertulit, diligentiſsimè conſideremus, eſque grati eſſe nitamur: ac ſpiritualiter circuncidamur, omnem in ordinationem ac ſuperfluitatem intus ac foris, videlicet in veſtibus, verbis, operibus, otiis, omiſsionibus, itemque in cogitationibus, affectionibus, intentionibus, vitare conantes: nec aſpera pœnitentiæ exercitia abominantes, ſed viriliter amplectentes: cum & Chriſtus in tam infantili ætate tam acerbum pro nobis dolorem ſubierit. Vt enim Rabbi Moyſes teſtatur, In circunciſione fuit grauiſsimus dolor, in tantum quod multi infantes inde obierint. Hinc ſecundum eundem voluit dominus pueros circuncidi die octaua, quando adhuc modicam habent imaginationem, vt per hoc minus affligerentur. Cum ergo puer Ieſus fuerit optimę atque tenerrimę complexionis ac perfectiſsimæ imaginationis à principio incarnationis, quemadmodum & pleniſsimæ intellectualis cognitionis, facile poſsimus aduertere, quàm grauiſsimam ſenſerit pœnam in circunciſione, quam intime etiam ac pœnoſe ei compatiabatur affectuoſiſsima atque piiſsima genitrix eius. Vnde & nos compati vtriſque debemus. At verò circa illud, vocatum eſt nomen eius Ieſus, loquitur Origenes, Nomen Ieſus glorioſum, omníque cultu digniſsimum, nomen quod eſt ſuper omne nomen, non decuit primum ab hominibus appellari, neque ab eis afferri in mundum, ſed ab excellentiori natura. De cuius etiam nominis ſuauitate ait Bernardus, Nomen hoc Ieſus eſt mel in ore, in aure melos in corde iubilus.

B

¶Proſecutio expoſitionis cap. [*Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi.*] Articulus VII.

C

DEſcripta Chriſti circunciſione, proſequitur Euangeliſta de eius virgineæ matris purificatione, omiſſa deſcriptione apparationis Chriſti, qua Magis innotuit, quam à Matthæo Euangeliſta agnouit ſatis deſcriptam. [*Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius,*] puta Marię, [*ſecundum legem Moyſi*] id eſt, quadraginta impletis diebus à Chriſti natiuitate, in quorum vltimo infantulus fuit ſecundum legem Moyſi in templo prę ſentandus, ſeu domino offerendus, infra quos etiam dies mater ſecundum legem Moſaicam ab ingreſſu templi abſtinuit, & quadrageſimo die templum ingrediens, purificabatur. Præcepit etenim lex in Leuitico, vt mulier quæ ſuſcepto ſemine, maſculum peperiſſet, immunda eſſet ſeptem diebus: immunda equidem à conſortio hominum, ingreſſúque templi: & die octauo circuncideretur infantulus, ipſa quoque tunc munda efficeretur quoad conſortium hominum. Inſuper poſt ſeptem dies præfatos maneret mulier adhuc tringinta diebus in ſanguine purgationis ſuæ abſtinens ab introitu tẽpli, non à cõſortio hominũ: ſic quadrageſimo die offerret vel præſentaret puerum in tẽplo, offerens ſimul munera ſecundum legem pro ſe & pro illo. Porrò ſi fœminam peperiſſet, duplicabantur dies, tam quoad templi ingreſſum, quàm ad conſortium hominum. Sed quoniam virgo beatiſsima non ſemine ſuſcepto concepit, verum virtute ſpiritus ſancti: conſtat quòd legi illa nõ fuit aſtricta, nec egit purgatione, quę nec in peccato concepit, nec vnquam peccauit, nec aliis matribus communem ſuſtinuit fluxum, imò mente & corpore immaculatiſsima atque puriſsima peperit. Itaque dies iſte dicunt dies purgationis Mariæ, non ſecundum realem exiſtentiam, ſed ſecundum hominum æſtimationem: quemadmodum Ioſeph pater Chriſti vocatur, quia ſic putabatur, & quia ſecundum Hieronymum, cõſuetudo ſcripturæ eſt geſta ita referre, quomodo tunc quando fiebant fieri putabant. Inſuper hoc modo dicũtur dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi, quamuis ſecundum veritatem lex iſta ſuper Mariam nõ

D caderet. Vel, dies purgationis eius dicuntur impleti ſecundum legem Moyſi, nõ quoad obligationem Mariæ ad purgationem, ſed quantũ ad determinationẽ impletionémque temporis. Voluit autẽ Maria digniſsima ſubiici legi, & quaſi purgari in templo, ad dandam obedientiæ ac humilitatis exemplũ, ad vitandum ſcandalum Iudæorum, ac conformandum ſe aliis mulieribus in licitis ac honeſtis: & quoniam filium ſuum vidit legi circunciſionis ſubiectũ. Perfecta quippe obedientia plus peragit quã tenetur, dicente Bernardo, Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur: nec contenta anguſtiis profeſsionis, largiori voluntate fertur ſecundum latitudinem charitatis. [*Tulerunt illum,*] ſcilicet Ieſum, Maria & Ioſeph. Tunc enim egreſſa eſt virgo Chriſtifera ſtabulum in quo peperit Chriſtum, tulítque eum ad templum, & forte ſæpenumero ipſa cum Ioſeph detulit puerum in Hieruſalem, [*Vt ſiſterent*] hoc eſt, offerrent, præſentarent, ſeu conſecrarent [*Eum domino*] hoc eſt, deo patri ſeu deo trino ac ſimplici, quia & ſibiipſi ſecundum quòd deus eſt, quia offerri competit ei ſecundum humanitatem [*ſicut ſcriptum eſt in lege domini,*] videlicet in Numeris & Exodo, [*Quia omne maſculinum adaperiens vuluam*] id eſt, primo eam naſcendo aperiens, hoc eſt, omne primogenitum tam in hominibus quã in pecoribus [*Sanctum domino vocabitur*]. i. conſecrabitur deo, ita quod ei offeretur, mancipatúque erit quaſi ad ipſum ſpecialiter pertinẽs. Vnde per Moyſen dñs ait frequẽter, Ex quo percuſsi omne primogenitũ Aegypti tã in hominibꝰ quã in iumẽtis, ſanctificaui mihi omne ꝓ primo aperit vuluã in Iſrael tã in hominibꝰ quã in iumẽtis. Vnde ſanctificatio illa fuit deputatio quędã rerũ illarũ ad deũ, cuius magni-

Hebr. 2.

Matth. 2.

Leuit. 12.

Matth. 1. Lucæ. 3.

Nume. 18. Exod. 13. Nume. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ficentia in rebus illis præsentabatur, inquantum commemorabant occisionem primogenitorum Aegypti. ¶ Primogenita autem diuersimode domino consecrabantur. Si enim fuerunt de tribu Leui, & E
maculam non habebant, deo iugiter ministrabant, in templo quando fuerunt adultæ ætatis, quamuis
post oblationem mitterentur in domum parentum. Si vero fuerant de aliqua aliarum vndecim tribuũ
Israël eo oblatione fuerant dei, sed quinque siclis redimebantur. Si autem erant primogenita pecorũ,
& animalia munda, domino offerebantur: nec redimebantur, sed sacerdotum erant, videlicet ad vsum
eorum. Quòd si immunda fuerunt, redimebantur seu in aliud commutabantur, vt primogenitum asi-
ni in primogenitum bouis: vel occidebantur, vt primogenitum canis. Quoniam ergo Christus fuit
de tribu Iuda, constat quod quinque siclis redimebatur. [*Et vt darent,*] hoc est, etiam ideo tulerunt Ie
Leuit. 12. sum ad templum, vt offerrent pro ipso & matre eius [*Hostias secundum quod dictum est in lege domini,*] in
Leuitico, vtpote [*Par turturum aut duos pullos columbarum,*] Offerebatúrquevnus turtur deo in holocau-
stum, alius pro peccato, qui cessit in vnum sacerdotis orantis pro muliere quæ sic purgabatur. [Hæc
quoque fuit oblatio pauperum, nam diuites agnum offerebant, ex quo patet paupertas Mariæ & Io-
seph. Veruntamen Maria à parentibus suis hæreditatem bonam susceperit: nec dubium, quin tres Magi
Marci. 2. in Epiphaniæ pretiosa Christo dona obtulerint, sed perfectissima virgo inspirante ei spiritu filij sui,
omnia tenuissimæ necessitati, hoc est, parcissimo victui atque tegumento superflua, per se, vel potius
per manus Ioseph erogauit egenis. Nec reor quòd peregrinationi suæ cum Iesu & Ioseph in Aegy- F
ptum aliquid notabile seruauerit, vel tantam de crastino habuit curam, quippe cuius spes in deo perfe
1. Corin. 5. ctissima fuit, & quæ nouerat se Christum dei sapientiam ac prouidentiam omnipotentem secum ha-
Roma. 11. bere in filium. Circa hæc exclamat Cyrillus, O profunditatem sapientiæ & scientię dei, offert hostias
qui per singulas hostias honoratur cum patre: figuras legis custodit veritas: qui legis est conditor vt
deus, legem custodit vt homo.

¶ Insuper ait, Videndum quid ista designent. Nimirum inter aues loquacissima est turtur, columba
vero est animal mansuetum, sicque per vtrumque Christus exprimitur, qui perfectæ mansuetudinis
fuit, & suis sermonibus mundum conuertit: Vnde ad eius passionem præfigurandum, columba &
turtur oblatæ occidebantur. Iterum per columbam simpliciras, siue (vt dictum est) mititas, per turtu-
rem castitas designatur. Turtur nanque si semel perdiderit coniugem, aliam non requirit. Ideo secũ-
dum Athanasium iussit deus bina ofri, quoniam ex corpore & anima homine existẽte, duplicem posc-
it à nobis deus castitatem, ac mansuetudinem, videlicet animę & corporis. Alioquin erit homo hy-
pocrita, gerens tegumentum occultæ malitiæ. Amplius autem non vsque mysterio Euãgelista turtu-
res & columbas diuersimode exprimit, dicens: par turturum aut duos pullos columbarum, non par co
lumbarum. Turtur nanque in omni sua ætate castum est animal, columba vero inperfecta ætate valde
luxuriosa: ideo decuit eam offerri in illa ætate, in qua luxui non est apta, puta in iuuentute: ideo dici-
tur, pullos columbarum, ad innuendum quòd lasciuia deo displiceat. G

¶ Postremo, Lucas non exprimit determinatè, quid Maria & Ioseph obtulerint, an scilicet par turtu-
rum aut duos pullos columbarum, quia redit in idem quicquid horum obtulisse dicantur. Per vtrun-
que enim eorum inopia designatur, & res per vtrunque illorum figurata deo est placita.

¶ Subinde describitur qualiter à testibus fide dignissimis Christus in præsentatione præfata testimo-
nium habuit. [*Et ecce.*] Per demonstratiuum hoc, ecce, insinuatur magnum notabile. attentionéque di
1. Corin. 3. gnum esse quod subditur. [*Homo.*] Non enim hic homo dicitur ab eo quod in hominibus communi-
ter præualet, quod est sensualitas: iuxta quem modum Apostolus Corinthiis scribens ait, Cum sit in-
ter vos zelus & contentio, nónne homines estis: sed prout homo dicitur ab eo quod in homine extat
præstantius, & quod in sapientibus præualet, quod est ratio & pietas, iuxta id quod dicit Apostolus,
Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, cuius verbi iste est sensus, Si pro quia secundum
hominem, id est rationabiliter ad bestias, hoc est contra homines bestiales ac perfidos pugnaui, id est,
disputaui Ephesi, hoc est in ciuitate quæ Ephesus nominatur. Vnde humanum vocamus, quod ratio-
nabile est & pium. Hinc quidam hominem quasi describendo hominem affirmant, Homo est animal
Matth. 28. mansuetum natura, erectum statura, discretumque ratione. [*Erat in Hierusalem,*] quæ sancta ciuitas di-
citur, quoniam ibi erat templum, & viguit cultus diuinus, studiúmque legis ac prophetarum, præser-
tim, quoniam Christus ibidem in templo oblatus est, prædicauit, miracula fecit, passus est, & sangui-
nem fudit, & deinde spiritum sanctum misit, ibi demum primitiua ecclesia sanctissime vixit. [*Cui no-* H
men Symeon] & inter sacerdotes fuit, famosus atque grandæuus. [*Et homo iste iustus*] iustitia quæ est vir-
tus cardinalis ac specialis, qua vnicuique datur quod suum est: itemque iustitia, quæ est virtus genera-
lis & virtualiter omnis virtus, quia omni virtute fuit ornatus: fuitque præcipue charitatiuus ac iustus.
quia non proprium priuatúmque commodum, sed bonum commune, & generalem omnium deside-
Eccles. 25. rauit salutem. [*Et timoratus*] timore casto, sancto, ac filiali, qui timet dei offensam, clementissimum deũ
vt patrem inhonorare abhorret. De quo in Ecclesiastico scriptum est, Nihil melius, quàm timere deũ.
Et timor dei super omnia se posuit: de quo ait Psalmista, Timete dominum omnes sancti eius, quo-
niam nihil deest timentibus deum.

¶ Quamuis ergo hic Symeon cunctis polleret virtutibus, tamen in iustitia & timore fulsit præclarius,
secundum quòd quilibet sanctorum dicitur in aliqua virtute amplius splenduisse. Propter quod de
Eccle. 44. vnoquoque cantatur. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Vnde & Paulus, V-
1. Cori. 7. nusquisque (inquit) suum donum habet à deo. Ideo de his duabus virtutibus specialiter commenda-
tur. Itaque iustus fuit ad proximum, timoratus ad deum.

Ioan. 15. ¶ Denique timor retrahit à peccato hominem, quemadmodum scriptum est, Per timorem declinat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vnuſquiſque à malo. Ideo per timorem impleuit quòd dicitur, Declina à malo. Iuſtitia autem bonum proſequitur, per quam impleuit quòd additur, & fac bonum. [*Expectans*] hoc eſt certiſsimè affectuoſeque ſperans, ac præſtolans [*Conſolationem Iſrael*] id eſt Chriſti aduentum. & liberationem, ac ſpiritualem conſolationem, quam ex Chriſti aduentu conſequerentur Iudæi, videlicet redemptionem à peccatis, à diabolo, ab inferno, atque æternæ adeptionem ſalutis. Aliqui autem Iudæi carnales putabant Chriſtum venturum, vt erueret eos de omni ſubiectione, qua alienis gentibus ac principibus ſubdebantur vniuerſáque mundi regna ipſis ſubiiceret, quaſi in hoc fœlicitas humana conſiſteret, vel ob talem liberationem agendam Chriſtus eſſet promiſſus, & non potius ad liberandum genus humanum ab originalis reatu peccati, & de omni ferocitate diaboli. Talem ergo conſolationem Symeon iſte non expectauit, vt etiam Gregorius Niſſenus teſtatur, [*Et ſpiritus ſanctus erat in eo,*] non ſolum per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, quomodo in omni eſt creatura, nec ſolum per charitatem & gratiam qualemcunque, prout eſt in omni eo qui eſt in ſtatu ſalutis, ſeu in charitate, quæ vita eſt animæ: ſed per gratiã eminentem, & charitatem ardentem, ſecundum quod eſt in viris heroicis ſeu perfectis. Habuit quoque gratiam prophetiæ, vt ſtatim dicetur. [*Et reſponſum acceperat a ſpiritu ſancto non viſurum,*] hoc eſt non paſſurum ſeu experturum [*Se mortem.*] Viſus nanque pro quolibet ſenſu accipitur. [*Niſi prius videret,*] oculis corporalibus atque mentalibus [*Chriſtum domini*] qui eſt omnium dominus, etiam ſecundum naB turam humanam omni creaturæ prælatus: vel Chriſtum domini, hoc eſt, vnctum ſecundum humanitatem à domino deo patre ſeu tota ſuperbeatiſsima trinitate. ¶ Porrò idem ſignificant, Meſsias hebraicè Chriſtus græcè, & vnctus latinè. Symeon itaque ſicut & cæteri patriarchæ, prophetæ ac ſancti veteris teſtamenti maximo flagrabat deſiderio Chriſti venturi, ſeu eius aduentus. Propter quòd Chriſtus ait Apoſtolis, Beati oculi qui vident quæ vos videtis: dico enim vobis, quia multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt: idcirco frequenter atque ardenter orabant pro Chriſti aduentu, præſertim Symeon iſte, qui ex ſcripturis veteris teſtamenti agnouit inſtare Chriſti aduentum: vnde pro merito ſuæ deuotionis facta eſt ſibi reuelatio cæleſtis à ſpiritu ſancto, vel immediate à ſpiritu ſancto illuminationẽ internẽ, vel angelo mediante, ſecundũ quod propheticæ reuelationes cõmuniter angelorum miniſterio factę ſunt, vt ſanctus Dionyſius docet. Lucæ.10.

¶ Denique quamuis opera ſanctæ Trinitatis ſint indiuiſa, tamen reuelationes huiuſmodi appropriantur ſpiritui ſancto. quoniam ei appropriantur bonitas, charitas, liberalitas, quibus donationes directè procedunt. [*Et venit in ſpiritu,*] hoc eſt, ſpiritus ſancti inſtinctu: quo reuelante intellexit adeſſe horam impletionis, promiſsionis ſibi factæ de Chriſti aſpectu [*In templum. Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius*] in templum, ſcilicet Maria & Ioſeph, quorum vnus tunc tulit Ieſum, & puto quod mater. Cur autem Ioſeph parens ſeu pater Chriſti vocetur, expreſsum eſt. [*Vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo*] offerendo (vt dictum eſt, par turturum aut duos pullos columbarum, redimendó Matth.1. Lucæ.1.
C que puerũ quinq; ſiclis, vt dictum eſt, [*Et ipſe*] Symeõ, affectuoſiſsimè, deuotiſsimè, reuerẽdiſsimè ac iucundiſsimè [*Accepit eum in vlnas ſuas*] hoc eſt inter brachia ſua, quamuis ſe contactu ſancti ſanctorum putaret indignum ſed vehemens amor rationem deuicit, & ad vnionem, amplexúmque impulit. [*Et benedixit deum*] hoc eſt, laudauit, gratias egit, & ſequens canticũ cecinit pro impletione diuini promiſsi & cæteris beneficis dei, itémque quia iam plus accepit quàm ſibi fuit promiſſum. Promiſſum ſiquidem ſibi fuit, quòd Chriſtum videret: & iam non ſolùm vidit, ſed brachiis ſtrinxit, portàuit, contrectauit, & puto quòd & oſculatus ſit infantem dulciſsimum. [*Et ait, Nunc*] poſtquam tuum promiſſum impleſti, Chriſtum mihi monſtrado vt promiſiſti, [*Dimittis*] id eſt ſtatim dimittes, vel ſupplico vt dimittas me [*Seruum tuum,*] non ſeruitute ſeruilis timoris, qui metuit pœnam magis quàm dei offenſam ſeu culpam: de quo ait Saluator apud Ioannem, Seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in domo in æternum. Et alibi, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos: ſed ſeruum ſeruitute filialis timoris: cui ſeruo ait Saluator, Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. [*Domine*] deus pater ſeu trinitas deus, [*ſecundum verbum tuum in pace,*] hoc eſt, à mundi huius inquietudine, tribulatione, & vitiis eripi, quieſcere, ſeu mortis ſomno ceſſare, & in limbo patrum, ſinúque Abrahæ repauſare in dulci ſpe: cum certus ſim cito per Chriſtum inde educi, ad gloriámque transferri. Sic ergo Ioanni.8. Ioanni.15. Matth.25.
D dimittis me in pace, ſecundum verbum tuum, hoc eſt ſecundum quòd mihi dixiſti. quòd mortem nõ experirer. niſi prius Chriſtum viderem: per quòd inſinuaſti, quòd Chriſto viſo mox obdormierem in domino. [*Quia viderunt oculi mei*] exteriores [*Salutare tuum*] id eſt Chriſtum ſaluatorem: qui dicitur ſalutare tuum, quia per ipſum decreuiſti mundum ſaluare, omniúmque ſalutem conſtituiſti in eo de quo fertur in Pſalmo, Notum fecit dominus ſalutare tuum. Vnde & in Geneſi Iacob patriarcha teſtatur, Salutare tuum expectabo domine: cui ſalutari loquitur pater per Eſaiam, Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Hoc ſalutare Symeon corporaliter ac intellectualiter vidit. Chriſtus nanque in vna perſona eſt deus & homo, ideo dum homo videbatur oculo corporali, eodem oculo videbatur & deus, quamuis non ſecundum diuinitatem ipſius: imo ſecundum Ambroſium dum caro videtur, videtur & verbum. Hinc quod apud Ioannem habetur, Deum nemo vidit vnquam, de deo ſecundum diuinitatis eſſentiam dicitur. Pſalm.36. Gene.49. Pſalm.92. Eſaiæ.49. Ioannis.1. 1.Ioan.4.

¶ Inſuper oculo interiori vidit Symeon ſaluatorem, quia per fidem cognouit ipſius diuinitatem: eius quoque humanitatem intellectualiter conſiderauit, & quòd à verbo eſſet aſſumpta, penſauit. Hinc de Chriſto ſcriptum eſt in Baruch, Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Itémque Eſaias, Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt. [*Quod paraſti*] hoc eſt, per incarnationem videri & agnoſci aptum feciſti, ſeu manifeſtare diſpoſuiſti ac decreuiſti [*Ante faciem omnium populorum,*] id eſt in conſpectu hominum vniuerſorum: ſeu clare cunctis hominibus, non ſolum Iudæis, Baruch.3. Eſaię.52.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

-ſed etiam Gentilibus: ſic tamen, vt ſit diſtributio accommoda, ſeu pro generibus ſingulorum, non pro E
ſingulis generum: iuxta quem modum in Daniele legitur, omnes populi tribus & linguæ, ſeruient ei.
Daniel.7. ¶ Deus ergo pater vnigenitum ſuum in diuinitate, incomprehẽſibilem atque inacceſſabilem lucem in-
1.Timo.6. habitantem, per hoc fecit hominibus manifeſtum, viſibilem, & cohabitantem, quod eum humanæ coniunxit naturæ in vnitate perſonæ: quod ab Eſaia prædictum eſt, Parauit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium Gentium. Brachium enim domini eſt vnicus filius dei patris, per
Eſaię.52. quem pater omnia fecit: ſicut & digitus dei eſt ſpiritus ſanctus, per quem cuncta reuelat de quo bra-
Ioann.1. chio ait Pſalmiſta, Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Pater ergo parauit ſalutare hoc ante faciem omnium populorum, quibus per Apoſtolos prædicatus eſt Chriſtus, iuxta illud
Lucæ.1. Pſalmi, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Et rurſus, Viderunt omnes termini terræ ſalutare dei noſtri. & quod in Eſaia habetur, Videbunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri. Quamuis interea Chriſtus ita paratus ſit ante omnium faciem populorum, aliter tamen quantum ad Iudæos, & aliter quoad Gentes. Propter quod ſubditur, [*Lumen ad reuelationem gentium*] hoc eſt ſalutare ſeu Chriſtũ
Pſalm.79.
Pſalm.18.
Pſalm.97.
Eſaiæ.52. paratũ ſic, vt ſpecialiter ſit lumen Gentilium, ſeu ad illuminationem eorum, qui veri dei cognitione & cultu priuati, idola coluerunt ad dæmones. Sed Chriſtus per ſuos diſcipulos reduxit illos ad veri dei cognitionem, amorem & cultum: imò per interiorem ſuam illuminationem hoc potius fecit, ſine qua exterior Apoſtolorum prædicatio nihil inueniſſe: ſed & Trinitas deus meritò conuerſationis, paſſio- F
niſque Chriſti tantam dedit gentilibus gratiam: ideo Chriſtus paratus & datus eſt lumen reuelationem ſeu illuminationem Gentilium, qui ſedebant in tenebris perfidie, erroris, ac omnium vitiorum. Vnde in Eſaia dominus proteſtatur, Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem
Eſaiæ.55. Gentibus.

¶ Inſuper parati ſalutare hoc, [*Gloriam plebis tuæ Iſrael*] ideſt ad hoc, vt ſit gloria Iſraëliticæ plebis, quę fuit ſpecialiter plebs dei, vt plenius dictum eſt ſuper illud, Viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.
Lucæ.1. Hoc enim eſt plebi illi, quantum ad eos qui crediderunt, ex ea præcipua prærogatiua, exaltatio, honor, & gloria, quòd vnigenitus dei ex ea incarnati elegit, ad eam perſonaliter venit, propter eam quæ perierunt domus Iſrael.

Matth.15. ¶ Inſuper fuit in gloriam plebis ſuæ Iſraël, quia per ipſum ſancti veteris teſtamenti in lymbo detenti, adepti ſunt beatificæ gloriam viſionis. Denique Chriſtus tam Iudæis quam Gentilibus fuit lumen & gloria. Omnes enim electi per ipſum ſunt illuſtrati, & cunctis gloria eſt, quod dei filius humanam naturam aſſumpſit. Nihilominus per approbationem dicitur lumen Gentium & gloria Iudæorum, Propter quod ait Ioannes, Salus ex Iudæis eſt.

¶ Poteſt autem hic quæri, quomodo Symeon templum ingreſſus, cognouit puerum Ieſum, quem an-
Ioan.4. te non vidit? Ad quod facile reſpondetur, quòd eodem ſpiritu reuelante, quo cognouit eſſe G
venturum, & forte aliquod ſignum ſenſibile fuit ſibi diuinitus prænunciatum. quo cognoſceret puerum, ſicut Ioanni Baptiſtæ deus prædixit, Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem, hic eſt, & cætera, Forſitan nanque vidit diuinum quendam ſplendorem in vultu pueri adorandi: de
Ioann.1. quo aliquando verum fuit dicere, Hic eſt infans vnius diei, & deus æternus. ¶ Poſtremò, quilibet noſtrum canticum iſtud dicere in propria poteſt perſona, loquendo ad deum patrem ſeu Trinitatem, Nunc in tempore gratiæ huius dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum in pace, hoc eſt in pectoris tranquillitate quam mihi donaſti, me modo (vt ſpero & oro) quieſcere gratioſè permittes ac facies ne tuber aut ruam, ſed in pace in idipſum dormiam & requieſcam, atque in omni aduerſitate, tentatione, & inquietudine mens mea quieta & fixa perſiſtat in te, ſecundum verbum
Pſalm.4. tuum, hoc eſt, prout in plenè ſperantibus promiſiſti, quibus tuam defenſionem vbertim in ſcripturis promittis: iuxta illud in Pſalmo, Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum & cætera. Quia viderunt oculi mei interiores per fidem, per ſapientiæ donum, per ſcripturarum doctrinam, per ſacramentales ſpecies, varióſque ſupernaturales tuos effectus: ſa-
Pſalm.90. lutare tuum, quia his modis iam Chriſtum cognoſcimus. Cætera verba cantici huius aliam interpretationem non flagitant.

¶ Conuenientiſimè demum ſtatutum eſt canticum iſtud in completorio dici, quia tunc cum precipua H
pace interna deo vacare, ad ſtratúmque ire, ac obdormire & Chriſtum impectore noſtro quaſi ſepelire debemus, omni tentatione, auerſione, & culpa prorſus excluſis. Tunc ergo canticum iſtud compendioſum atque dulciſsimum deuotiſsimè proferamus, & qualiter Symeon beatiſsimus Chriſtum in brachiis ſtrinxit, ac cætera quæ dicta ſunt contigerunt intentiſsimè recordemur, & quæ Symeon corporaliter fecit, ſpiritualiter peragamus.

¶ Præterea, aliqui in primo huius cantici verſiculo per dominum intelligunt Chriſtum, ita quòd Symeõ puerum Ieſum quem inter brachia complectebatur, deum, ac dominum nominauit: túncque per ſalutare domini intelligeretur incarnationis myſterium, vel aſſumpta humanitas, per quòd ſeu quàm velut per inſtrumentum ac medium verbum æternum operatum eſt mundi ſalutem. Gentium illuminationẽ. Iudæorúmque glorificationem. Vel ſalutare, hoc eſt ſalus ſeu redẽptio tunc fienda per Chriſtum, quam Symeon ſpiritu prophetali præuidit.

¶ Poſtremò de hac Chriſti in templo preſentatione prædictum fuit in Pſalmo, Suſcepimus deus mi-
Pſalm.47. ſericordiam tuam in medio templi tui: ſed & apud Malachiam, cum de Chriſti præcurſore dominus protuliſſet, Ecce (inquiens) mitto angelum meum: protinus de Chriſto adiecit, Et ſtatim ve-
Malach.3. niet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis. Itaque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & nos puerum Ieſum brachiis fidei, charitatíſque apprehẽdamus, deoſculemur, ſtringamus ad pectus: imò in pectoris ſecretiſsimo collocemus, dicentes cum ſponſa, iuxta illud, Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Verum qui hoc agere cupit ac debet, oportet vt commune Canti.1.
bonum eccleſiæ cordialiter optet. quærat, & oret, atque à ſpiritu ſancto agatur, & carnali conſolatione contempta, ſpiritualem duntaxat expectet. Nõ enim in deo delectari valet ſynceriter, cui oblectamẽta carnis aut ſeculi placent, vel qui in vanis cogitationibus gloriatur. Adhuc autem cãticum iſtud poſt celebrationem ſeu communionem & hora mortis iam proxima aptiſsimè dicitur. Quemadmodum conſideranti ſenſum eius pateſcit.

¶Hoc quoque ſciendum, quòd duplex eſt benedictio, videlicet conſecrationis vel donationis & laudis. Benedictione conſecrationis ſeu donationis maior benedicit minori, & deus creaturæ: iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos, Sine illa contradictione quod minus eſt à maiore benedicetur. Vnde benedictio qua deus benedicit creaturæ, eſt collatio munerum eius, & multiplicatio eorundem. Benedi- Hebræ.7.
ctione autem laudis minor benedicit maiori, quamuis ſæpe etiam & econtra: ſicque Symeon benedixit deo. Et in Pſalmo cantamus, Benedicam dominum in omni tempore. [*Et erant pater eius,*] videlicet Ioſeph, qui dicitur pater Chriſti, quia nutricus, & quia ob famam virginis matris conſeruandam, Pſalm.33.
permiſſus eſt eſtimari pater Chriſti. Circa quòd loquitur Origenes, Qui altius aliquid inquirit, poteſt
B dicere quoniam generationis ordo à Dauid vſque ad Ioſeph deducitur, ne videretur ipſe Ioſeph fruſtra nominari, quia non fuit pater Saluatoris, attamen vt generationis ordo locum haberet, pater do- Origenes.
mini appellatus eſt. Rurſus quoniam Ioſeph verè fuit vir Mariæ, cuius Chriſtus fuit veraciter filius, Chriſtus magis propriè dicitur filius Ioſeph, quàm ſi eſſet aliũde, ſeu ex alia coniuge adoptatus [*Et mater eius*] qui cum patre & ſpiritu ſancto. vnus eſt deus æternus, omnipotens, & immenſus: mater eius qui omnium eſt creator, quem vniuerſi angelicorum ſpirituum ordines inceſſanter adorant, [*Mirantes,*] non admiratione dubitationis, ſed reuerentiæ & congratulationis, [*ſuper his quæ dicebantur de illo*]
hoc eſt, de magnalibus atque magnificis laudibus de puero Ieſu prolatis à parentibus præcurſoris, ab Apoca.4.
angelo exercitúque angelico, à paſtoribus quoque & Symeone, Itaque mirabantur quòd de eo qui in tanta paupertate ac humilitate aduenit, tam altiſsima dicebantur, quòd ſcilicet eſſet ſalutare dei patris & omnium dominus, lumen Gentium, gloria Iudæorum, mundi Saluator, vnigenitus dei, verúſque deus. Mirabantur quoque non parum ſe electos ad tantùm myſterium, & quòd mundi theſaurus Lucæ.1.
eis eſſet cõmiſſus. [*Et benedixit illis*] ſcilicet parentibus Ieſu Chriſti [*Symeon.*] Cõſuetudo enim fuit ſacerdotibus legis benedicere parentibus infantem in templo offerentibus cum hoſtiis debitis: & benedictio ilia videtur fuiſſe imprecatio boni, qua ſacerdos expetebat ſeu imprecabatur eis bona à deo. Formam tamen benedictionis illius non habemus expreſſam vt dicitur: ſed forte fuit illa, aut ſimilis illi, Actuũ.17.
de qua in Numeris habetur, Locutus eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Sic benedicetis filiis
C Iſraël. Benedicat tibi dominus & cuſtodiat te, oſtendat dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Veruntamẽ reor quòd Simeon ſpeciati omnino benedictione benedixerit Mariæ & Ioſeph, vtpote benedictione laudis beatos & benedictos eos dicendo. Dignitatem nanque, electionem. & gratiam illorum, etiam ipſemet vehementiſsimè mirabatur: nihilominus eis benedixit, quia maior fuit ſacerdotali officio, quamuis non ſanctitate & meritò, ſaltem quoad Mariam. Maior autem officio benedictionem largitur. Verè equidem beatus fuit ille Ioſeph, qui ad tantum ſecretum fuit admiſſus, qui ſponſus & cuſtos virgineæ matris, genitricíſque dei eſſe electus fuit ac meruit, qui dei patris filium deum incarnatum nutrire, tractare, deferre cohabitantem, imò & obedientem ac miniſtrantem habere fuit præordinatus, nempe (vt infra habetur) Ieſus fuit ſubditus illis, haud dubium quin Marię & Ioſeph. [*Et dixit ad Mariam matrem eius,*] ad quam prophetico ſpiritu loquitur de futuris potius quam ad Ioſeph, quia ſciebat quòd vera eſſet genitrix Chriſti: Ioſeph autem nutricius & miniſter duntaxat. [*Ecce poſitus eſt hic*] hoc eſt, puer iſte quem brachiis ſtringo, peraſſumptam humanitatem datus, ſitus atque à deo ſtatutus eſt [*In ruinam*] id eſt, perdi- Ioann.13.
tionem, [*Et reſurrectionem*] hoc eſt, ſaluationem [*Multorum in Iſrael*] hoc eſt, plurium Iſraëlita- Ioann.10.
rum. Ioannis.9.

¶Chriſtus nanque per ſuam incarnationem, prædicationem, vitam, ac paſsionem fuit multis Iudæis Eſaiæ.53.
D cauſa ſalutis: de quibus in Ioanne ipſe ait, Ego ſcio quos elegerim. Multis quoque & pluribus Iudæis per præfata fuit occaſio excæcationis, & tranſgreſsionis, & damnationis: quibus in Ioanne loquitur, Vos non eſtis ex ouibus meis. Hinc denuo, In iudicium (inquit) ego in hunc mundum veni, vt qui nõ vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Vbi per videntes intelliguntur illi, qui ſapientes & magni fuerunt in oculis ſuis, ſeculariterque prudentes, quales præcipuè fuerunt ſacerdotes & ſcribæ, quos con- Ioãnis.20.
ſtat pro maxima parte obtenebratos eſſe atque damnatos. Actuũ.2.

¶Porrò per non videntes intelliguntur idiotæ, humiles & ſimplices, quorum multos Chriſtus illumi- Matth.11.
nauit, vt fuerunt Apoſtoli, cæteríque diſcipuli, quibus & ſpiritum ſanctum infudit. Hinc quoque in Matthæo ait cum gaudio, Confitebor tibi pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, re Ioannis.5.
uelaſti ea paruulis. Generaliter autem loquendo, Chriſtus venit in ruinam omnium reproborum ſeu Epheſi.2.
incredulorum, & reſurrectionem electorum fidelium. Veruntamen non vniformiter venit, ſeu poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem: quia in ruinam reproborum eſt poſitus occaſionaliter & indirectè: in reſurrectionem: verò electorum cauſaliter & directè. Sic nanque poſitus eſt in ruinam, quomodo deus dicitur hominem indurare. Nunc itaque ſermo eſt de ruina peccati, quæ eſt ipſamet culpa, & de damnatione æterna, quæ eſt effectus culpæ & incredulitatis: ſecundum illud Saluatoris, Qui non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filii dei. Nunc etiam ſermo eſt de reſur-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rectione ſpirituali, qua homo per baptiſmum & pœnitentiam ac gratiam dei à peccato reſurgit. Vnde E
Pſalm.1. ait Apoſtolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Item Pſalmiſta, Ideo non reſurgunt impii in iudicio: quod de reſurrectione à peccato in iudicio diſcretionis rite exponitur, quanquam & de futura reſurrectione corporali fœlicis immutationis accipi poſsit, quæ erit effectus dominicæ paſsionis, ſeu meriti Chriſti, dicente Apoſtolo, Quoniamquidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, Sic ergo in illorum ruinam Chriſtus eſt poſitus, de quibus Paulus teſtatur. Prædicamus
1. Cori. 10. Chriſtum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. In illorum verò reſurrectionem po
1. Cor. 1. ſitus, de quibus Paulus adiecit, Ipſis verò vocatis, hoc eſt, electis Iudæis & Græcis prædicamus Chri-
Ibidem. ſtum dei virtutem & dei ſapientiam. [*Et in ſignum cui contradicetur.*]
Ioãnis. 4. ¶Signum tripliciter ſumitur. Primò, pro indicio alicuius ſignificatiuo, vt circulus de ſignat potum ve
Pſalm. 73. nalem. Secundò, pro miraculo, ſecundum quod in Ioanne loquitur Chriſtus: Niſi ſignat & prodigia videritis, non creditis. Tertiò, pro vexillo quo in bello milites vnius partis ab alterius partis militibus diſcernuntur, ſicut in Pſalmo. Poſuerunt ſigna ſua, ſigna, & non cognouerunt. Itaque iuxta primam ſignificationem ſenſus eſt, Poſitus eſt Chriſtus in ſignum, id eſt ad euangelicę veritatis doctrinam inſinuandam ſeu proponendam, cui à multis contradicetur, vel verbo vel opera, vel modo vtróque. Inobedientes nanque Chriſtiani opere contradicunt. Iuxta ſecundum acceptionem, ſenſus eſt, Poſitus F
eſt in ſignum, id eſt miraculum, quia & ipſo Chriſto homine de virgine nato, mirabilius quid eſt omnia quæ de Chriſto narrat ſcriptura, ſignum eſt hoc eſt, miraculum cui contradicetur à perfidis vniuerſis, vt quòd mater virgo eſt, quòd in vnitate perſonæ ſit deus & homo, quòd veraciter reſurrexit, ita Origenes exponit. Iuxta tertiam acceptionem per ſignum intelligitur crux Chriſti ſeu fides crucis, quo ſigno diſtinguuntur ſerui Chriſti à ſeruis diaboli dum ſignum iſtud ab illis honoratur ac fronti imprimitur, ab illis contemnitur.

¶Poſtremò, exponi poteſt de ſigno pacificationis, vt ſit ſenſus, Poſitus eſt in ſignum fœderis & reconciliationis ſeu pacis inter deum & homines, quia videlicet factus eſt mediator dei & hominum, & figurabatur per arcum. de quo loquitur dominus in Geneſi, Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & terram, Chriſtus autem ſignum eſt fœderis memorati, non ſignificatiuè ſo-
1. Timo. 2. lum, ſed & cauſaliter, dicente Apoſtolo, Ipſe ex pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Et denuo, Pacifi-
Geneſ. 9. cans, per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue quæ in cælo, ſiue quæ in terra. [*Et tuam ipſius*] o Maria
Epheſi. 2. [*Animam pertranſibit gladius*] hoc eſt amariſsimus dolor compaſsionis, quo anima tua implebitur, cum
Colloſſ. 1. videris filium tuum occidi, & perſecutiones pati: imò virgo beata frequenter ante Chriſti paſsionem præcogitando quanta ille eſſet paſſurus amariſsimè affligebatur, qui dolor cœpit in ea in Chriſti infantia, de qua re in reuelationibus ſanctæ Brigidæ multa credibiliter ſcripta ſunt. Iſte eſt gladius ſpiritualis, de quo fertur in Pſalmo, Lingua eorum gladius acutus. Et, Gladius in labiis eorum. Ibi tamen acci G
Pſalm. 56. pitur gladius pro cauſa doloris. Sic ergo gladius pertranſiit animam virginis glorioſæ, quomodo de
Pſalm. 58. Ioſeph in Pſalmo cantatur, Ferrum pertranſiit animam eius, hoc eſt, dura afflictio. Ambroſius per gla-
Pſalm. 104 dium intelligit verbum ſeu ſapientiam. Vnde & Paulus ad Epheſios, Accipite (ait) gladium ſpiritus, quòd eſt verbum dei. Itaque ſenſus eſt, Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, id eſt, intellectum
Epheſi. 6. tuũ intime, illuſtrabit verbum vel ſapientia myſteriis crucis: ita quòd illud non ignorabis, ſed præcognitio paſsionis filii tui tua intima penetrabit. Hanc quoque interpretationem tangit vir illuſtriſsimus ſanctus Paulinus epiſcopus in ſermone, ſeu epiſtola ad beatum Auguſtinum, & allegant ad hoc Ambroſius & Paulinus illud Apoſtoli ad Hebræos, Viuus eſt ſermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus. Veruntamen hoc ad literam de increato ſermone, verbo æterno, vnigenito patris inducitur, vt textum intuenti pateſcit [*Vt reuelentur*
Hebræ. 4. *multis cordibus cogitationes*] Verbum iſtud intricatum eſt, referríque poteſt ad particulam immediatè præhabitam, vel ad id quod dixerat Symeon, Poſitus hic in ruinã & cætera. Ex hoc ergo quod Chriſtus venit in quorundam ſalutem, & ad aliquorum maiorem damnationem occaſionaliter, vt dictum eſt, itẽ ex paſsione ipſius, compaſsionéq; matris eius factũ eſt, vt multorũ hominũ cogitationes quæ ante latebãt, reuelarentur. i. per quoſdã effectus aliis ꝓderẽtur ac declararẽtur, Ex dictis enim oſtẽſum eſt, quis bonis cogitationibus deum quæſierit, quis in Chriſtum crediderit, quis eius aduentum ſyncere optauerit, quis etiam temporalia quærens, promiſſáque putans in Chriſti aduentu, in eum tam pau- H
perem, tam humilem & abiectum credere ſpreuerit.

¶ Denique tempore paſsionis Iudæi cogitationes ſuas quas de Chriſto habebant, manifeſtauerunt, dum pro maxima parte negando ipſum, dicebant verba in Euangelio ſcripta, ſunt aliqui vero manebant ei aſtantes, ſicque ſuas de Chriſto cogitationes pandentes: ſecundum hunc ſenſum dictio, vt tenetur concomitanter non cauſaliter, quia non ideo venit, & paſſus eſt Chriſtus modo præfato, vt talis cogitationum manifeſtatio fieret, ſed illa ſequuta eſt per modum euentus. Vel ſic, vt reuelentur, hoc eſt, in confeſsione ſeu humili ſuiipſius accuſatione aperiantur ex multis cordibus peccatorum cogitationes iniquæ, quæ ante confeſsionem latebant: ſed merito paſsionis Chriſti data eſt, & datur hominibus gratia confitendi ſalubriter, ſicque dictio illa, vt, teneri poteſt cauſaliter aliquo modo: nam ideo paſſus eſt Chriſtus, vt hominibus hanc gratiam mereretur. Ita exponit Origenes, dicens, Cogitationes malæ in hominibus erant, quæ propterea reuelate ſunt, vt occideret eas ille qui pro nobis mortuus eſt. ¶Poſtremò, fideles paſsionem Chriſti & compaſsionem Mariæ cordialiter attendentes. mox ſe de ſuis vanis cogitationibus reprehendunt. eáſque promunt modis præta-
Geneſi. 33. ctis Conſequenter recitatur teſtimonium Chriſto impartitum à fœmina ſancta. [*Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel de tribu Aſer.*] Tam determinate deſcribitur propter veritatis certificationem, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vt ab aliis quæ ſimili nomine vocabantur, diſtinguatur. Aſer autem fuit vnus duodecim patriarcharum filiorum Iacob. [*Hæc proceſſerat in diebus multis*] hoc eſt, diu vixit, & virtutibus magis proceſsit, quam annis, quotidie augens merita ſua. [*Et vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua*] id eſt à tẽpore quo eam adhuc virginem ſumpſit in coniugem. [*Et hæc vidua*] fuit & manſit [*Vſque ad annos octoginta quatuor.*] Vnde propter ſenium ſuum honorabilior, fidéque dignior fuit. Scriptum eſt enim in Leuitico, Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Iob quoque ait, In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. [*Qui non diſcedebat de templo*] non quòd ibi ſine interruptione permanſerit, & omnia corpori neceſſaria egerit, quum ſtatim ſubdatur, Hæc ipſa hora ſuperueniens. Itaque dicitur non diſceſsiſſe de tẽplo, quia omni hora opportuna, imò frequenter præ cæteris ibi fuit, ſicut de homine multum deuoto & diu in eccleſia perdurante dicimus, quod ſemper eſt in eccleſia. Sic & Chriſtus teſtatur, Oportet ſemper orare. [*Ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens*] deo, cui ſoli latriæ ſeruitus eſt reddenda [*Nocte ac die*] hoc eſt, competentibus, imo & diuturnis atque frequentius vicibus diei noctíſque. Leuiti. 19. Iob. 12. Lucę. 18.

¶ Porrò, obſecratio propriè ponitur ſpecies orationis, qua deum inuocamus per commemorationem alicuius ſacri, vt cum dicimus, Per paſsionem tuam libera nos Chriſte, vel propter bonitatẽ tuã me adiuua. Ieiunium autem ad orationem diſponit, ſobriam, ac vigilem mentem præſtando, vitia carnis, ſom
B nolentiam, loquacitatem, pigritiámque pellendo, quæ omnia ex edacitate naſcuntur. Ad illuminationem quoque, omníſque gratiæ incrementum ieiunium confert. Quanta autem ſit virtus orationis atque ieiunii, conſtat ex eo quod de peſsimo genere dæmoniorum aſſerit Chriſtus, Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.

¶ Inſuper vidua iſta plena fuit omni virtute: ſed ideo de iſtis duobus virtutum actibus ſpecialiter cõmendatur. quia in eis magis excreuit ac fulſit: ſicut de Symeone habitum eſt, cur ſpecialiter timoratus ac iuſtus vocetur. Vnde per longa ieiunia & frequentes ac feruidas orationes gratiam prophetiæ aſcẽdit. Nam per vtrũque mens eleuatur ad deum per ieiunium quidem diſpoſitiuè ac mediatè, per orationem autem directè, formaliter & immediatè, per quæ duo etiam peccata præcipuè auferuntur: ſicque anima purificatur & ſanctificatur, inſtárque ſpeculi terſi peruii & politi capax fit ſapientiæ copioſæ & illuſtrationis ꝓpheticę, tãquã amica & cõſiliaria creatoris, cui deus incerta & occulta ſapiẽtię ſuę reuelat: iuxta illud Sapientiæ, Sapientia in animas ſanctas ſe transfert, amicos dei, & prophetas cõſtituit. Si ergo & nos à vitiis emundari, concupiſcentias refrenare, in gratia & virtutibus creſcere, dæmonibus præualere, deſuper illuſtrari & ſanctificari optamus, ieiuniis & orationibus indeſinenter & feruide inſiſtamus, à templo dei non recedamus quantum ratio id permittit, vel mente non abeamus. Obſecratio autem eſt feruentior, potior, magíſque impetratiua ſpiritus orationis, ideo obſecrationi inſtandum eſt: ſicut eſt illud Pſalmiſtæ, Secundum miſericordiam tuam memento mei tu propter bonita-
C tem tuam domine. [*Et hæc*] beatiſsima Anna [*Ipſa hora*] diei purgationis Mariæ, qua Symeon tenebat puerulum Ieſum in vlnis. [*Superueniens.*] id eſt templum ſpiritu ſancto monente ingrediens, quoniam ſpiritu ſancto reuelante cognouit quis eſſet & quid ageretur in tẽplo [*Confitebatur domino,*] id eſt Chriſtum quem vidit præſentem laudauit, eíque gratias retulit, quòdiuxta prophetarum oracula ad mundi redemptionem iam deſcendiſſet. Pſalm. 50. Sapien. 5. Pſalm. 24.

¶ Eſt autem duplex confeſsio, ſcilicet laudis & culpæ. Prima confeſsione confitemur dei bonitatem, & beneficia eius, de qua loquitur Chriſtus, Confitebor tibi pater. Secunda verò confitemur propria mala. Denique verba Annæ non ſunt ſeriatim deſcripta, forte quia quãtum ad ſenſum ſatis coincidebant cum verbis Symeonis ac Zachariæ ſupra deſcriptis. Nam & ipſa fęliciſsima Anna tãtæ extitit ſenectutis, quòd cum Symeone non immerito optauit diſſolui viſo iam Chriſto, eiúſque aduentum expectare cum patribus ſanctis in lymbo: & loquebatur de illo, ſcilicet de Chriſto & eius aduentu beneficiis atque myſteriis. Vnde patet, quòd paulò antè per dominum intelligatur ad literam Chriſtus. [*Omnibus qui expectabant redemptionem Hieruſalem.*] per Hieruſalem Iudææ metropolim tota regio vel plebs Iſraëlitica deſignatur. Omnibus ergo qui deuote optabant ac præſtolabantur liberationem populi Iſ-
D raël à iugo peccati & poteſtate diaboli. Anna hęc teſtabatur Chriſtum iam aduenisſe, & populum Iſraël totumque ſeculum liberaturum nunc eſſe, intelligẽdumque eſt de omnibus quibus opportune ſeu cõuenienter poterat loqui. [*Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem domini,*] id eſt poſtquam Maria & Ioſeph omnia peregerunt, quæ ſecundum præcepta legis ad ritum purificationis ſpectabant, videlicet filium in templo offerendo eumque quinque ſiclis redimendo, hoſtias quoque immolãdo legales quãuis ad nullum iſtorum (vt dictum eſt) tenerentur. [*Reuerſi ſunt in Galilæam*] videlicet [*In ciuitatem ſuam Nazareth*] quæ dicitur vrbs eorum, quia habitauerunt ibidem antequam venirent ad Bethlehem; Chriſtus quoque in Nazareth fuit conceptus. ¶ Prætereà ſecundum Origenem, Bedam, multóſque alios prætermittit hoc loco Lucas quædam, quæ à Matthæo Euangeliſta nouit deſcripta, quomodo, ſcilicet Ieſus poſt hæc ſit in Aegyptum tranſlatus, ne ab Herode occideretur, & poſt mortem Herodis reductus ſit, tuncque cœperit in Nazareth habitare. Itaque ſecundum iſtos, antequam Maria & Ioſeph cum Ieſu venirent in Nazareth in Aegyptum profecti ſunt: dicuntque aliqui, quòd in Bethlehem à Hieruſalem redierunt, & à Bethlehem in Aegyptum progreſsi ſint. Alii probabiliter dicunt, quòd à Hieruſalem non redierunt in Bethlehem, quia ob nullam cauſam à Nazareth venerunt ad Bethlehem, niſi propter deſcriptionem, vt patuit: idcirco expedito illo negotio, reuertentes à Hieruſalem non ad Bethlehem, ſed ad Nazareth redierunt, in qua velut in ciuitate patrię, manſioníſque ſuę libentius morabantur, & poſtea ex illa vrbe angelo nuntiante in Aegyptum fugerunt. Cęteri quaſi mediam viam tenentes affirmant, quòd à Hieruſalem cœperunt reuerti in Luc. 2. Matth. 1. Matth. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nazareth, atque in via angelus loquutus est ipsi Ioseph, vt cum matre & puero fugeret in Aegyptum. Verum quicquid horum dicatur, verum est quòd Euangelistæ singuli aliqua hinc inde omittunt, quæ ab aliis nouerunt iam scripta vel spiritu reuelante describenda viderunt: sic tamen, vt narrationis seu descriptionis suæ serie continuata, quasi nulla prætermisisse videantur, quæ alterius Euangelistæ pensata descriptione, quo loco translata sint, diligens lector inueniet. [*Puer autem*] secundum quod homo [*Crescebat*] ætate & corporis quantitate, qui secundum quod deus æternus est atque immensus, [*Et confortabatur*] robore corporali secundum incrementi mensuram, quamuis omni momento poterat tantam corporis fortitudinem assumere & habere quantum iussisset seu voluisset vt deus, vel etiamvt homo comprehensor secundum superiorem suę animę portionem, vt deitate fruentem. Tanta enim extitit beatitudo animæ Christi ꝙ redundasset in corpus ipsius, dando illi quatuor dotes corporis glorificati, nisi dispensatiue deus hoc distulisset, vt in epistola ad Dioscorum asserit Augustinus. Insuper Christus vt homo confortabatur [*spiritu,*] id est in anima sua à spiritu sancto, non per gratiæ vel virtutum aut donorum augmentum siue profectum: sed quantum ad ostensionem, qua secundum ætatis incrementum perfectionémque suam magis ac magis mõstrauit seu alijs per effectum ostendit. Iterum confortabatur à spiritu sancto, imò à tota trinitate in anima, inquantum indesinenter anima eius conseruabatur in fortitudine gratię ac virtutum à deo, quam in primę suę creationis instanti susceperat ab eo. De hac autem re plenius in fine huius articuli erit dicendum. [*Plenus sapientia,*] quia secundum diuinitatem fuit substantialiter ipsa sapientia increata. Porrò secundum humanitatem repletus fuit multiplici sapientia creata, vt post pauca dicetur: fuitque sapientia illa creata in ipso perfecta ab incarnationis principio: propter quod dicit Apostolus, quod in ipso sint omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. [*Et gratia dei erat in illo.*] Tanta enim fuit plenitudo gratiæ in eo secundum naturam humanam quãtum valet capere mens creata, ita quòd tota capacitas animæ eius fuit gratia dei repleta in suæ creationis exordio. De multiplici autem gratia quæ in Christo ponitur, statim patebit. [*Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solenni*] paschæ scilicet. Maria & Ioseph cum puero Iesu septem annis in Aegypto morati sunt, quomodo singulis annis pueritiæ Iesu in Hierusalem circa pascha profecti sunt?

Coloſ.2

¶Præterea in Matthæo habetur, quòd Ioseph angelo præcipiente rediens de Aegypto in terram Israël audito quò in Iudæa, cuius metropolis fuit Hierusalem regnaret Archelaus filius Herodis, timuit illo ire: ideoque in Galilæam reuersus est, atque in Nazareth habitauit.

Matth.2. ¶Quomodo ergo quolibet anno iuit Hierusalem, si timore Archelai non audebat illuc accedere? Insuper lex præcepit vt tribus vicibus in quolibet anno omne masculinum Iudæorum appareret coram domino in loco ad hoc electo, hoc est in loco præcipuo cultus diuini, qui fuit Hierusalem, præsertim postquam ibidem constructum est templum. Ergo qua ratione semel ascenderunt Hierusalem, videtur quòd ter ascendere debuerunt? Et respondendum ad primum, quòd Lucas loquitur de tempore quo Maria & Ioseph in Galilæa seu Nazareth sunt morati. Ad secundum respondet Augustinus in de consensu Euangelistarum dupliciter. Primò, quòd licet Ioseph timuerit in Iudæa morari Archelao regnante, ne esset conspicuus inter turbam: tamen in gentem in qua facile quiuit latere, secrete ascendere potuit ne esset irreligiosus. Secundò, quòd Lucas loquitur pro tempore quo Archelaus non timebatur, defunctúsve erat. Ad tertium respondetur, quod lex in Exodo iussit, vt omnis masculus Iudæorum in tribus solennitatibus, scilicet paschæ, pentecostes, & tabernaculorum coram domino appareret sed cum his qui habitabant multum remote à loco præfato dispensabatur quoad duas solennitates, videlicet pentecostes & tabernaculorum. Maria autem & Ioseph à Hierusalem remote manebant, idcirco ad principalem duntaxat solennitatem venerunt, legi obedientes, & obediendi exemplum præstantes. De mulieribus tamen præceptum non fuit ita venire, sed si comitabantur viros, ex deuotione vel consuetudine fuit. ¶Postremo quod ait, Ibant Hierusalem in die solenni paschę, non est intelligendũ, quod in die illo tam celebri ibant, sed quod iter sic arripiebant, vt in illo die in Hierusalem essent, imo in vigilia paschę, quando agnus seu phase immolabatur, ibi esse curabat, vt manducarent de agno paschali. Deinceps recitat Euangelista quo modo puer Iesus primo sapientiam suam declarare seu manifestare incœpit. [*Et cum factus esset Iesus annorum duodecim,*] secundum quod homo, qui secundum diuinitatem idem ipse ęternaliter & inuariabiliter permanet, [*Ascendentibus illis,*] videlicet Maria & Ioseph [*Hierosolymam.*] Sic enim appellauit eam Salomon, quę communiter Hierusalem nuncupatur. sitúque altior fuit quam Galilęa, ideo ascendisse dicuntur. [*Secundum consuetudinem diei festi,*] id est pro vt solitum fuit circa festiuitatem paschalem: bona quippe & laudabilis consuetudo vim legis habet, ideo sine idonea causa omittenda non est. [*Consummatisque diebus,*] id est expletis seu transactis diebus ad solennitatem illam spectantibus: quę septem diebus durabat, iuxta illud, Deuteronomii, Septem diebus comedes absque fermento. Veruntamen aliqui dicunt, quod octo diebus durauerit, quia & glossa testatur, octo prolongabatur diebus, quod verum est cum prędictis septem integris diebus, de quibus ait scriptura, computando diem eos immediatè prędecedentem, in cuius vespera immolabatur phase luna, quartadecima, prout in Exodo fuit prędictum. [*Cum redirent*] id est à Hierusalem reuerti ad Galilęam inciperent, [*Remansit puer Iesus in Hierusalem.*] non absque multiplici causa, rationabilissimísque motiuis, videlicet vt suam sapientiam tunc monstrare ad gloriam patris inciperet. vt pueris, imo & cunctis exemplum persistendi in templo, & in cultu ac opere dei prędoceret: vt zelum suum circa diuina ac patris honorem à pueritia declararet: vt amore spiritualis profectus in sapientia, scientiis atque virtutibus carnales parentes ostenderet relinquendos. [*Et non cognouerunt parentes eius,*] quod ibi remansit: quia (vt Beda fatetur) ad solennitates prędictas venientes

Deute.16.

Exod.12.

Exod.23.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A atque ad propria redeuntes, viri & fœminæ incedebant seorsum: infantes autem ac pueri cum quolibet parente poterant ire: ideo Maria putauit puerum esse cum Ioseph, & vice versa.

¶ Sic nanque seorsum tendebant viri ac fœminæ, vt continendo deuotius solennitatibus interessent. Veruntamen Origenes subtilius aliquid tangit, nescio tamen si verius.

¶ Imaginabatur equidem, quòd supernaturaliter, imperceptibiliterque elapsus sit manus parentum, quemadmodum in euangelio secundum Ioannem legitur sæpe elapsus manus Iudæorum eum lapidare volentium, quod qualiter factum sit, infra dicetur. [*Existimantes autem illum esse in comitatu,*] id est inter eos qui pariter incedebant, ita quod Maria putauit quod esset in comitatu virorum, Ioseph autem quod esset in comitatu mulierum, [*Venerunt iter dici,*] id est vnius diei iter fecerunt à Hierusalem recedendo, [*Et requirebant eum inter cognatos & notos.*] Cum enim in fine primi diei tam Maria quã Ioseph aduerterent quòd cum nullo ipsorum esset vel rediisset Iesus, non mediocriter solicitabantur: idcirco die sequenti eum in vtroque comitatu, præsertim inter cognatos & vicinos seu notos & familiares diligentissimè requirebant. [*Et non inuenientes eum,*] inter illos, ad insinuandum, quòd carnalis amor atque propinquitas, societásque humana plurimum impedit à vocatione diuina, inuentioneque Christi, [*Regressi sunt in Hierusalem,*] tertia die [*Requirentes eum*] in ea vbicũque putabant spem esse quòd inueniretur, Quo enim plus diligebant, eo vigilantius & abundantius quærebant dilectum, quia (vt ait Gregorius) vis amoris multiplicat intentionem, & studium inquisitionis. [*Et factum est post triduum*]

B vtpote quarto die, [*inuenerunt illum in templo,*] nõ in theatro, foro, ludorũve loco, vt pueri solẽt inueniri: ad inuendũ, quod filiũ dei quærere & inuenire optantes, templum, oratorium, ecclesiam, seu locum cultui dei contemplationíque aptum ingredi debent: non spectaculorum aut tumultuum loca: imò sicut qui libenter est in ecclesia propter diuina, filius dei creditur adoptiuus, tanquam libenter consistens in domo patris cælestis: sic qui in tabernis & locis vanitatum libenter est, diaboli filius reputatur. [*Sedentem in medio doctorum,*] ad designandum quòd pueri, imò & cæteri debent se doctoribus applicare, à quibus in virtutibus atque scientiis valeant informari: secundum illud Eccles. Si videris sensatum, statim euigila ad illum. Et iterum, In multitudine presbyterorum sapientium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. [*Audientem illos, ac interrogantem.*] Audiuit doctrinam illorum, non vt aliquid disceret siue proficeret, sed vt iuxta prolata ab illis congruenter non extranee interrogaret, & quia inter homines conuersans, humano, decentíque modo habere se debuit: itémque, vt exemplum præstaret simplicibus, præsertim pueris & iunioribus quamuis peritis vt magistros & seniores audire potius curent, quam docere præsumant: nec vana ostentatione se iactent, præsertim cum scriptum sit, Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et iterum, Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes, quia maius iudicium accipitis. Itaque postquam illos audiuit, quæstiones Christus proposuit, vt illos instrueret, atque ad dei laudationem induceret. Eccles. 6. Iacobi. 1. Iacobi. 3.

C ¶ Denique hic disciplinæ rectus est ordo. Primò, diligenter audire, deinde circa audita pertinenter inquirere: iuxta illud Ecclesiastici, Audi tacẽs simul & quẽrẽs, & pro reuerẽtia accedat tibi bona gratia: quo contra nonnulli non expectata responsione tentant obiicere, seu non audita ad plenum obiectione incipiunt respondere: non attendentes illud Prouerbiorum, Qui prius respondet antequam audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum. Prætereà in Ecclesiastico scribitur, Priusquam audias, non respondeas verbum. Quæ autem fuerint Christi quæstiones atque responsa, Euangelista nõ exprimit: arbitror tamen quòd aliqua circa sua mysteria atque aduentum suum spectantia fuerit scifcitatus, vt daret eis cognoscendæ veritatis occasionem. [*Stupebant autem*] id est vehementer mirabantur. [*Omnes qui eum audiebant,*] quòd scilicet in puero tantæ ætatis esset sapientia, eloquentia, maturitas, constantia tanta: præsertim tamen de sapientiæ eius eminentia. Nam subditur, [*Super prudentia*] eius intus manente. & sumitur hic prudentia pro sapientia, vel notitia scripturarum, [*Et responsis eius*] per quæ sua interior prudentia patefiebat. vnde elicitur, quòd sicut Christus proposuit eis quæstiones, sic vice versa: sed ipsi ei tam prompte ac sapienter respondere nequibant vt eis ipse. Ex eodem equidem sapiẽtię fonte procedit apte interrogare, conuenientérque respondere. [*Et videntes admirati sunt,*] id est cuncti qui aderant huic disputationi, & corporaliter puerum illum intuebantur quam facete, modeste, re-

D uerenter se habuit: intellectualiter quoque videbant quàm sapiẽs esset, admiratione repleti sunt, quod puer ille doctores ætate, studio, atque humana instructione prouectos tam incomparabiliter superaret: cuius simile nunquam viderunt & fortè nec audierunt, cum sit contra vel supra cursum & ordinem rerum. ¶ Prætereà quæritur, cur Christus duodecimo ætatis suæ anno sapientiam suam sic orsus est declarare? Ad quod Græcus respondet, quia duodecimo anno penes homines discretionis ratio perfici solet, vnde non antea fecit hoc, ne phantasticum aut diabolicum putaretur. Potest quoque dici (vt tangit Ambrosius) quoniam duodenarius apostolorum numerus fuit ad prædicationem Euangelii eligendus. At verò affectuosissima atque piissima mater viso vnico ac supercharissimo filio suo, tantò amplius est gauisa, quo de eius amissione plus fuit tristata: veruntamen eam alloqui non præsumpsit, quandiu vidit eum cum doctoribus occupatum: sed puer matrem adesse conspiciens actu illo completo venit ad eam, quæ mox maternis concussis visceribus, & præ gaudio lachrymans, fiducialiter, humiliter, dulciter & affectuosè, tanquam mater ait ad ipsum: [*Fili quid fecisti nobis sic?*] & est verbum hoc non quasi increpatio: sed quasi pia & amorosa conquestio, seu auida inquisitio, exponendum. Nouerat nempe beatissima virgo filium suum esse deum & hominem nec posse peccare, nec sine rationabili causa quidpiam agere, ideo scisciatur, O fili quid, id est cur fecisti nobis sic, nobis ignorantibus in Hierusalem remanendo, ac per hoc tantam nobis tristitiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ingerendo, quos noueras de tua abſentia taliter affligendos? O fœliciſsima, incomparabiliſſque Maria E
quæ vnigenitum patris æterni tam verè ac confidenter filium vocauit. [*Ecce ego & pater tuus*] putatiuus
[*Dolentes,*] de tua abſentia, [*Quærebamus te*] cum grandi dolore: cuius doloris cauſſam gloſſa aſſignat,
quia timebant, ne quod puero in infantia facere molitus fuit Herodes, alii puero iam prouectioris æta
tis inferrent, videlicet Archelaus & alii. ¶ Sed nónne ſapiens virgo cognouit, quod puer ideo venit, vt
in virili ætate pro mundi ſalute crucifigeretur? Et reſpondendum, quòd vtique: nihilominus metuere
potuit, ne puero qui ad patiendum venit aliquid aduerſitatis accideret, quamuis ſciret ſibi hoc contra
ipſius voluntatem non poſſe accidere. Denique Origenes circa hoc ſubtiliter ſcribit: Cur (inquiens)
quærebant puerum cum dolore, an ideo, ne forte perierit ſiue errauerit? Abſit. Nunquam enim fie-
ri potuit, vt perditum formidarent, quem dominum eſſe cognouerant, & quem Maria ſe de ſpiritu ſan
cto concepiſſe perpendit: ſed quomodo tu, dum ſcripturas legis, quæris in eis ſenſum cum dolore &
quodam tormento, non quod ſcripturas erraſſe arbitreris, ſed quoniam veritatem quam continent ne
ſcis, & inuenire quæris: ſic illi quærebant Ieſum ne forte eos relinquens ad alia demigraſſet: & quod
magis puto, ne forte reuerſus eſſet ad cælos, cum ei placuiſſet iterum deſcenſurus. Itaque & nos dum
peccando amiſerimus Ieſum, protinus cordialiter doleamus, & cum ſolicitudine ac mœrore eum que-
ramus, nec diſsolute & negligenter pertranſeamus, vt illi qui quærunt, nec tamen eum inueniunt. Vn
Deute. 4. de in Deuteronomio habetur, Cum quæſieris dominum deum tuum, inuenies eum: ſi tamen toto cor F
de quæſieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ, Tantò enim plus de perpetratione peccati & Chri-
ſti amiſſione dolere debemus, quàm de temporalium & corporalium perditione, quantò malum cul-
pæ peius eſt malo pœnæ, & quantò ſalus æterna ſeu incommutabile bonum maioris eſt bonitatis ac di
gnitatis quam tranſitoria vniuerſa. Nihilominus multi cæca & miſera mente plus de tranſitorio-
rum ablatione, quàm de gratiæ ac ſalutis perditione triſtantur. [*Et ait ad illos, Quid eſt quod me
quærebatis?*] quaſi dicat, Neceſſe non fuit me taliter quæri, cum tanta mœſtitia. Quibus verbis
non increpat eos quaſi culpabiles, quia nec male egerunt quærendo: ſed charitatiuè & pie inſinuat
quòd aliter quærendus potius fuit, & quòd melius ac ſapientius facere potuiſſent, quam fecerunt
ita quærendo inter cognatos ac notos: quemadmodum Chriſti voluntas, de qua dixit, Pater, non
quod ego volo, bona fuit: & tamen qua dixit, ſed quòd tu, melior fuit. Hinc ſubditur, [*Neſciebatis,*]
quaſi dicat, Vtique perpendere potuiſtis, [*Quia in his quæ patris mei ſunt,*] id eſt in cultu & templo pa
tris æterni [*Oportet me eſſe,*] qui veni ad hoc vt ſecundum formam ſerui quam accepi, patrem meum
cœleſtem indeſinenter honorem. Vnde apud Ioannem Chriſtus ait de patre, Quæ placita ſunt, ei
facio ſemper, tanquam dicat, Primò fui à vobis in templo non inter cognatos quærendus cæteris
paribus: vel aduertere poteratis, quod non niſi in diuinis eſſem moratus. Hoc tamen pro tunc non
Matth.26. tenebantur conſiderare, ſed paulatim proficere debuerunt. Et Chriſtus his verbis interrogat eos, G
Philip.2. non vt reprehendat quaſi peccantes, ſed vt inſtruat aliqua ignorantes, vt moris eſt his qui ex præ-
cipua charitate loquuntur. [*Et ipſi non intellexerunt verbum quod loquutus eſt eis.*] Non eſt putandum i-
gnoraſſe eos, præſertim Mariam, quod patrem intellexerit deum patrem æternum: ſed plene non in-
tellexerunt quid Chriſtus per iſta verba prætenderet, hoc eſt, per quem modum aſſereret ſe eſſe opor
Ioann.8. tere in his quæ patris ſunt, vtpote quantum ad locum & tempus, aliásque circunſtantias, & quoad a-
ctus determinatos: quia & verbum hoc multipliciter intelligi potuit: & Maria non ignorauit filium
ſuum indeſidenter deo patri, actibúſque diuinis intentum, ſed quando, qualiter, quoties oporteret
eum eſſe in templo, non ita præuidit diſtinctè. [*Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth*] à qua cum
illis aſcendit Hieruſalem. de qua aſcenſione ſua ad feſtiuitatem legalem per Zachariam de ipſo præ-
dixit, dicens, Vadam etiam ego. Nam paulò antè ibidem habetur. Hæc dicit dominus exercituum,
Vſquequo venient populi vt habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnuſquiſque ad al-
terum, dicentes, Eamus & deprecemur faciem domini? Quibus mox ſubditur, Vadam etiam ego, ſcili-
cet dominus exercituum qui loquitur iſta. Non enim Zacharias de ſeipſo hoc ait quod ſuper Zacha-
Zachari.8. riam clarius demonſtraui [*Et erat ſub ditus illis,*] quoniam ſicut in ſeipſo humillimus fuit vt homo: ſic vſ
que perfectum in exterioribus humiliauit ſeipſum non ſolùm matri, ſed & nutritio & miniſtro ſe ſub
dens, ſecundum naturam aſſumptam & legem quam de honoratione parentum dedit, impleuit non ne
ceſsitate, ſed dignatione & pietate. Non enim communi legi fuit aſtrictus, aut de neceſsitate præcepti H
ſubiectus: ſed ſupra legem: non ſolum ſecundum diuinitatem, ſed & ſecundum humanitatem, vt à ver
bo æterno aſſumptam, & toti creaturæ prælatam. ¶ Denique, ſecundum gradus diuerſos poteſtatis
Philip.2. altioris determinandus eſt obedientiæ gradus, Ideo poteſtati in ſpiritualibus præſidenti, in illis eſt
Matth.15. obediendum: præſidenti autem in regimine reipublice, in talibus eſt obediendum: ſimiliter præſiden-
Marci.7. ti in regimine domus atque familiæ, in talibus obediendum eſt à domeſticis. Chriſtus autem ſimplici-
ter ſuperior fuit ſuis parentibus, quibus tamen parebat, & humillime atque promptiſsimè ſeruiebat,
dans omnibus nobis, præſertim iunioribus, obedientię ac humilitatis exemplum, vt non ſolum
carnalibus, ſed & ſpiritualibus patribus ac ſenioribus obediamus, dicente Apoſtolo, Filioli obe-
dite parentibus veſtris per omnia. Debent autem filij parentibus honorem reuerentię, ſicut in aſ-
Epheſi.6. ſurgendo: honorem obedientię in omittendo ſeu faciendo, dummodo non ſit impeditiuum ſalutis:
itemque honorem ſubuentionis neceſſarię, pro loco & tempore. Hac ergo Chriſti humilitate vehe-
mentiſsimè ſuperbia noſtra confunditur, rebellio noſtra damnatur, dum ſuperioribus noſtris non
obtemperamus: quia dominus vniuerſorum, qui etiam ſecundum naturam aſſumptam & verbo
vnitam, dignior, deóque charior eſt toto vniuerſo, non ſolum pauperi matri, ſed & fabro obedi-
uit lignario [*Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc*] ſcilicet verba & facta filii ſui in corde ſuo, tanquã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A optima ac docillima ſapientiæ æternæ diſcipula, ſapientiæ capaciſsima ac auidiſsima, quicquid filius eius de cætero fecit aut dixit cum ſumma veneratione penſauit, ac inde eminenter profecit nõvt puerum vel virum duntaxat, ſed vt deum illum attendens: vnde nec ipſa nec Ioſeph ſine debita reuerentia ei aliquid iniungere conſueuerunt. [*Et Ieſus proficiebat ætate,*] quia tempus quod ſibi accreuit, fructuoſiſsime expendebat. [*Et ſapientia & gratia apud deum & homines,*] id eſt, veraciter coram deo & hominibus pura conſcientia honorando, & proximos ædificando, ſuam ſapientiam, perfectionem & gratiam eius paulatim manifeſtando, ſecundum quod ætate proceſsit, vt per hoc ad dei honorem & gloriam prouocarentur. Denique quoad deum, ſufficit bona conſcientia: ſed propter homines exigitur bona fama, exemplariſque vita: quam qui negligit, ſecundum Auguſtinum, crudelis eſt. Propter quod in Eccleſiaſte legitur, Melius eſt nomen bonum quam vnguenta pretioſa. Et alibi, Curam habe de bono nomine Apoſtolus quoque Prouideamus (inquit) bona non ſolum coram deo, ſed etiam coram hominibus. Et alibi. Honeſta ambuletis ad eos qui foris ſunt. Eccle. 7.

¶ Poſtremò iam diligentius intuẽdum, quomodo Chriſtus profecit ſapientia & gratia. Ad quod intelligendum oportet aduertere, quòd cum Chriſtus ſit deus & homo in vnitate perſonæ, duplex fuit in eo ſapientia, ſcilicet increata, quæ eſt ipſummet verbum æternum ac diuina eſſentia & creata, & iſta ſapientia Chriſti creata multiplex fuit. Vna dicitur beatorum, qua à principio creationis animæ ſuæ, ipſe ſecundum animam vt deo fruentem omnia cognouit in verbo ſeu in diuina eſſentia, ſicut beati in Eccle. 41. 2. Cori. 8. 1. Theſ. 4.

B patria, imò multo excellentius eis.

¶ Inſuper fuit in anima Chriſti à ſuę creationis principio ſapientia indita ſeu infuſa, qua cognoſcit res per proprias earum ſpecies ſibi concreatas, ſuæque animæ connaturales & proportionatas. Nulla enim naturalis perfectio defuit animę Chriſti. Vnde quemadmodum (ſecundum Auguſtinum) verbum æternum ſeu deus à principio indidit mentibus angelicis intelligibiles rerum ſpecies, per quas cognoſcunt res cognitione veſpertina, præter cognitionem matutinem, qua res cognoſcuntur in verbo: ſic verbum animæ Chriſti ſibi vnitæ indidit ſpecies intelligibiles naturales. Præter has ſapientia ſeu ſciẽtias ponunt quidam theologi in anima Chriſti ſcientiam acquiſitam ſeu experimentalem, quam ſanctus Thomas primo negauit eſſe in anima Chriſti: ſed poſtea in tertia parte retractat hoc, & aſſerit talem ſcientiam in Chriſto ponendam, quia (vt ait) nihil eorum defuit Chriſto, quæ deus in natura humana plantauit: ideo Chriſtus habuit intellectum agentem, eiuſque operationem. Operatio autem intellectus agentis eſt, à phantaſmatibus intelligibiles ſpecies abſtrahere, atque in intellectu eas paſsibili ponere, vt tertio de anima dicitur. Itaque in intellectu paſsibili animæ Chriſti fuerunt ſpecies intelligibiles ab intellectu agente illi impreſſæ: quod eſt ſcientiam acquiſitam, quam quidam vocant experimentalem, in Chriſto conſiſtere, quę habetur per modum humanum, naturaléque lumen de quo ad Hebræos ait Apoſtolus: loquens de Chriſto, Didicit ex his quę paſſus eſt obedientiam. Et ſumitur ibi diſcere pro experiri. Chriſtus nanque non didicit ab aliis ſcientiam acquiſitam, ſed per propriam adinuentionem eam adeptus eſt. Hęc ſecundum Thomam in tertia parte inducta eſt, Ex quibus oſtẽditur, quod Chriſtus in nulla ſapientia ſcu ſcientia prænominata profecit, quantum ad habitum illius, niſi in ſcientia acquiſita. Fuit quoque anima Chriſti indefinenter æque perfecta in actu ſapientię beatorum, ac ſapientię inditę ſeu infuſæ: vnde in nulla eorum profecit, niſi quantum ad manifeſtationem: ſed in actu ac habitu ſapientiæ acquiſitæ profecit, ſecundum ponentes illam in ipſo, Inſuper fuit in anima Chriſti ab incarnationis exordio gratia habitualis, tanta, tamque perfecta, vt per ipſam, & de plenitudine eius vniuerſis fidelibus, qui membra eius vocantur, influere poſsit ſpiritualẽ ſenſum ac motum virtutum viuificum: quemadmodum caput influit membris motum naturalem ac ſenſum, Hinc gratia habitualis & gratia capitis ponitur ſecundum rem vna, eadémque Chriſto, in qua etiam ſecundum rem nunquam profecit, ſed ſecundum manifeſtationem duntaxat: imò gratia illa tanta fuit & eſt in chriſto, quod mens creata maiora gratiæ capax non eſt. Ponitur quoque in Chriſto gratia vnionis quæ ſecundum quoſdam eſt ipſum eſſe increatum verbi, humanitati Chriſti communicatum. Aliqui tamen affirmant, quod gratia vnionis in Chriſto ſit quid creatum: ſed illi gratiam vnionis aliter ſumunt. Vnde diuerſitas horum conſiſtit in verbis. Itaque quoniam humanitati Chriſti à principio ſuæ creationis communicata eſt hypoſtatica vnio cum verbo æterno, quod eſt ſuper omne donum creatum, etiam extunc ei data eſt plenitudo gratiæ & donorum ſapientiæ ac virtutum, beatitudinum quoque & fructum imperfectionem in ſua ratione non includentium. 1. Par. 9. Arti. 1. Hebr. 2. 1. Cori. 6. Epheſ. 7.

C

D

¶ Cap. III. enarra. [*Anno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris.*]

Articulus. VIII.

QVemadmodum Chriſti annunciationem, conceptionem, natiuitatem circunciſionem, nominationem, pueritiam deſcripturus Euangeliſta præmiſit de præcurſoris annunciatione, conceptione, cæteriſque prædictis: ita nunc de Chriſti prædicatione, baptiſmo, & geſtis ſcripturus, pręmittit de prædicatione, baptiſmate, factiſque præcurſoris, quia præambula & acceſſoria ſunt ad Chriſti documenta & geſta. [*Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris,*] qui Octauiano Imperatori, cuius & filiam habuit coniugem, in imperio immediatè ſucceſſit, Octauianus autem annis quinquaginta ſeptem regnauit, & anno quadrageſimo ſecundo imperij eius nati ſunt Chriſtus & præcurſor eius: ſicque quindecim annis ſub Octauiano in mũdo hoc cõuerſati ſunt, & quintuſdecimus annus imperij Tiberij fuit tricesimus annus ętatis Lucæ. 1. Lucæ. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Christi ac precursoris, quo anno gesta sunt, quæ paulò pòst describuntur, [*Procurante,*] id est, per mo- E
dum procuratoris regente, [*Pontio Pilato Iudææ.*] Dicuntque aliqui, quòd Pontius fuit proprium
nomen eius, Pilatus vero agnomen. Alii probabilius asserunt, quod proprium eius nomen fuit
Pilatus. Pontius autem vocatus fit à Ponto insula, in qua stetit: qui (secundum Bedam) duode-
cimo anno imperij Tyberij ad regendam Iudæã ab imperatore huc missus est. Iudæa quoque hic su-
mitur non pro toto regno Iudæorũ, sed pro ea parte Iudææ, quæ fuit Archelai, vt statim dicetur. [*Te-
trarcha autem Galilææ*] existente [*Herode.*] Antipa, qui decollauit Ioannem, fuitque filius Herodis qui
occidit infantes. ¶ Porrò, Tetrarchia dicitur quarta pars regni, à tetra quod est quatuor, & archos q
est princeps, vnde Tetrarcha vocatur princeps quartæ partis regni. [*Philippo autem fratre eius*] existẽte
[*Tetrarcha Itureæ & Traconitidis regionis,*] quæ duæ prouinciæ reputabantur quarta pars regni totius
Iudææ, quod fuit regnum Herodis Ascalonitæ patris fratrum istorum. Denique iste est Philippus,
cuius vxorem, puta Herodiadem, abstulit ei frater suus Herodes Antipas, quẽ ob hoc increpauit Io-
annes. [*Et Lysania*] existente [*Abilinæ,*] id est, prouinciæ sic vocatæ [*Tetrarcha.*] Lysanias secundum Be
dam fuit filius Herodis Ascalonitæ. Iosephus vero affirmat, quòd fuit nepos ipsi⁹, vtpote filius Ptolo-
mæi cuiusdam ex Alexandria sorore præfati Herodis, quod verius creditur, Beda autem nomen filij
Marci. 6. forsitan extense accepit, prout nepotes alicuius filii eius dicuntur.
¶ Præterea aduertendum, quòd Herodes Ascalonita sex habuit filios, quorum tres ipse adhuc viuens F
occidit: ipsoque mortuo tres reliqui filij eius, videlicet Archelaus, Herodes Antipas, & Philippus cõ-
tendebant de regno patris habendo. Tandem Octauianus Imperator de senatus consilio regnũ He-
rodis Ascalonitæ defuncti diuisit in quatuor partes, dans duas Archelao, puta Iudæam & Idumæam:
tertiam vero Herodi Antipæ, videlicet Galilæam: quartam Philippo, vtputa Ituream & Traconitidẽ
regionem, Archelaus demũ decimo sui domini anno apud Imperatorem de tyrannide accusatus, à
principatu depositus est, atque in exilium relegatus: & ex tunc vna pars principatus sui, scilicet Iudæa,
cœpit per procuratores & officiales Romanorum administrari, quorum quintus legitur fuisse Pilatus
[*sub principibus sacerdotum Anna & Caipha,*] non quòd isti duo simul pontifices fuerint, sed Annas põ
tifex fuit anno quo præcursor orsus est prædicare. Caiphas autem anno quo passus est domin⁹. Tem-
Matth. 3. pore aũt intermedio inter hos duos pontifices fuerũt & alii tres sibi inuicem succedẽtes, videlicet Is-
Ioan. 14. mahel, Eleazarus & Symon. ¶ Refert equidem Iosephus, quòd tunc sub imperio Romanorum, sa-
cerdotium fuit irreuerẽter venale, ita quòd præceptis legis de successione pontificum, per vim & am-
bitionem cessantibus, nulli honor pontificatus, vitæ vel generis merito præstabatur. Vnde Valerius
Gracchus, Anna à pontificatu remoto, Ismahelem filium Baphi designauit pontificem: quo post mo-
dicum temporis abiecto, Eleazarum Ananiæ pontificis filium subrogauit: quem post annum amouit,
& Symoni Camphi filio episcopatum tradebat, qui non plus quàm per annum pontifex existens suc- G
cessorem accepit Iosephum, qui & Caiphas dictus est. Itaque de his duobus facit Euangelista (aliis o-
missis) mẽtionẽ, quia ad christi magis pertinẽt passionẽ ac psequutionẽ: frequẽtius quoq; dicũtur sibi
in pontificio successisse, & quod affinitate coniuncti fuerunt. [*Factum est verbum domini super Ioannem
Zachariæ filium in deserto.*] ¶ Ecce quam solenniter describit Euangelista tempus, quo diuina reuelatio
facta est præcursori de prædicando ac baptizando. Et cur hoc, nisi propter irreuerentiam & magni-
ficentiam eius, cuius ille fuit annuntiator, videlicet Christi? iuxta Origenem in libris prophetarum,
vbi commemoratur tempus reuelationum eis factarum, solum Iudæorum describitur regnum, quo-
niam sermones prophetarum ad solos fiebant Iudæos. In descriptione vero euangelicæ reuelationis
ac prædicationis, quæ toti mundo fuerat nuntianda: imperium Romani dominatoris, qui toti orbi
videbatur dominari, describitur: quia tamen & Iudæis fuerat euangelium prædicandum, describun-
tur & Tetrarchiæ eorum, imò quoniam Christus quem Ioannes prædicaturus fuit, rex & sacerdos
seu pontifex est, tempus prædicationis Ioannis recte per regnum & pontifices est descriptum. Ita-
que factum est verbum domini super Ioannem, id est, diuina iussio facta est Ioanni, siue per solã in-
spirationem internam, angelicam vel diuinam: siue per exteriorem angelicam apparitionem & allo-
quutionem, vel per imaginariam visionem. Non enim determinat Euangelista quomodo factum sit
verbum domini istud super Ioannem, nec exprimit an in vigilia vel in somno: nec dubium quin ante
hoc tempus diuinæ illuminationes, inspirationes, & alloquutiones frequenter sint factæ beatissimo H
præcursori: sed nunc primo facta est sibi præceptio exeundi de deserti secreto, & veniendi in publi-
cum, ad prædicandũ ac baptizandum. [*Et venit in omnem regionem Iordanis,*] id est, ad loca Iudææ circa
fluenta Iordanis. Quoniam enim gratia baptizandi aduenit, loca aquis propinqua accedere debuit.
[*Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.*] Hoc dupliciter explanatur. Primò de baptis-
mo Christi. Secundò de baptismo Ioannis. Primo modo iste est sensus, Prædicans, id est, de proximo
futurum ac dandum annuntians, susciendúmque hortans Christi baptismum, quem Christus per a-
postolos, cæterosque discipulos suos dedit. Non enim personaliter baptizauit, sed discipuli eius eo iu-
Ioan. 14. bente, vt patet in Ioanne. Dicitur quoque baptismus Christi, quoniam eum instituit, & à merito eius
Matth. 3. efficaciam habuit, gratiamq; fortitus est: sicut & cætera legis euangelicæ sacramenta. Itaque Ioannes
Marci. 1. auditoribus suis prædixit instare Christi baptismum, vt infra, in isto habetur capitulo, & in Matthæo
& Marco. Dicitur autẽ baptismus Christi, baptismus pœnitentię, quia adultis non datur nec prodest,
Actu. 2. nisi pœniteant. Propter quod in Actis Petrus ait Iudæis, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnus-
quisque vestrum in nomine Christi Iesu in remissionem peccatorum. Nec obest quod ait Ambro-
sius, Baptismalis gratia non requirit gemitum, neque planctum: quia de infantibus loquitur, vel de
pœnitentia exteriori quæ dicitur punitio mali, vel satisfactione pro peccato, non de pœnitentia in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A teriori quæ eſt diſplicentia, ſeu deteſtatio culpæ. ¶ Inſuper baptiſmum iſtam prędicauit, in remiſsionẽ
peccatorum, docendo, quòd Chriſti baptiſmus peccata deleret, gratiamque conferret. Secundò expo
nitur de baptiſmo Ioannis, hoc eſt, de baptiſmo quem dedit, quem prædicauit, quia ad eum accipien-
dum plebẽ admonuit: qui baptiſmus pœnitentiæ dicitur, quia quos baptizauit, ad pœnitentiã horta-
batur: & qui baptiſmum illum accipiebant, ſua peccata confitebantur, ſicque ſe pœnitere monſtrabãt.
Rurſus ad hoc baptizauit, vt baptiſmum ſuſcipientes, per illam lotionẽ in aqua ad cordialem contri-
tionem & humiliationem prouocarentur, ſicque ad ſuſcipiendum deuote baptiſmum Chriſti, & gra-
tiam eius diſponerentur. Sic quoque baptiſmus Ioannis fuit in remiſsionem peccatorũ, non cauſaliter
aut directè, ſed diſpoſitiuè ſeu præparatoriè, quia per modum prætactum baptiſmus Ioannis aptauit,
præparauítque homines ad Chriſti baptiſmum, vt infra dicetur. Primò, modo exponit Gregorius, di-
cens, Baptiſma quod peccata ſolueret, quia dare non potuit: prædicabat, vt ſicut incarnatũ patris ver-
bum præcurrebat verbo prædicationis: ita baptiſmum pœnitentiæ quo peccata ſoluuntur, præcurre-
ret ſuo baptiſmate, quo peccata ſolui non poſſunt. Conſequenter prædicatio & doctrina Ioannis te- Eſaiæ. 40.
ſtimonio confirmatur prophetico, vt credibilior cõprobetur, [*ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ,*] id eſt, ſicut Eſaias de Ioanne prædixit, qui baptiſmus Eſaias tam luculenter ac plene Chriſti
atque eccleſiæ myſteria prænuntiauit: ſed & de Chriſti præcurſore vaticinatus eſt tam aperte, vt non
B ſolum propheta, ſed & Euangeliſta dicendus ſit: cuius librum Lucas rite appellat librum ſermonum,
propter eloquentiam eius, & ſententiarũ maieſtatem: item ob libri illius magnitudinem, qui numero
capitulorum cæteros excedit prophetas. Quid autẽ ſcriptum ſit, ſubditur, [*Vox clamantis in deſerto.*] Per Ioan. 1.
vocem intelligi poteſt ſermo Ioannis, vel ipſemet ſanctus Ioannes. Primò igitur ſenſus eſt, Vox cla-
mãtis .i. doctrina, prædicatio, ſeu ſermo Ioannis, in eremo prædicantis, id eſt, qui ſubditur, [*Parate viã domini,*] id eſt Chriſto omnium domino, diſponite, facite, parate, præbete medium veniendi advos per
fidei ac gratiæ infuſionem, hoc eſt, obſtacula gratiæ, impedimenta virtutum, videlicet obliquitates vi-
tiorum, ſeu peccata cuncta abiicite, ad fidẽm & gratiam vos parate, pœnitentiam agite, quod in vobis
eſt facite. [*Rectas facite ſemitas eius*] id eſt, præcepta, conſiliáque diuina, per quorum obſeruationem itur
ad deum pure & irreprehẽſibiliter adimplete. Iſtę ſunt viæ domini ex parte noſtri, id eſt, vię per quas
aptamus nos ad dei aduentum, videlicet ad ſuſcipiendam gratioſam inhabitationem ipſius, vel virtu-
tes & gratiam eius, à peccato recedere, & bonum peragere: de quibus duabus viis fertur in Pſalmo,
Declina à malo & fac bonum. ¶ Porrò viæ domini ex parte ipſius per quas venit ad nos, ſunt mi- Pſalm. 33.
ſericordia & iuſtitia: de quibus cantamus, Vniuerſæ viæ domini, miſericordia & veritas: item charitas Pſalm. 24.
& liberalitas eius quæ ad miſericordiam reducuntur. Semitæ autem propriæ nominantur itinera ſe-
cretiora & compendioſiora: viæ vero itinera apertiora & magis communia. Idcirco per viam intelli- Prouer. 3.
gi poſſunt præcepta: per ſemitas autem conſilia quæ directius ducunt ad deum, de quibus in Prouer- Pſalm. 24.
C biis ſcriptum eſt, Viæ eius, ſcilicet dei, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ pacificæ: atque in Pſalmo. Vias
tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Inſuper ſicut corporalis via paratur, quando
corporale medium fit, ſeu perficitur, per quod de vno loco ad alium procedatur: ſic ſpiritualis hæc via
dei paratur dum per contritionem à malo receditur, & actioni virtuoſæ inſiſtitur. ſic enim deus venit
ad nos, dona gratiæ infundendo, aut infuſa perficiendo. Secundò per vocem intelligitur ipſe præcur-
ſor, quemadmodum apud Ioannem quærentibus Iudæis, Tu quis es? Reſpondit, Ego vox clamantis
in deſerto. Dicitur enim vox per ſimilitudinem ratione ſui officii, quia vt vox ordine naturæ prior eſt
verbo, ſic Ioannes Chriſtum præceſsit. Iterum ſicut vox rem ſignificatam notificat, ſic Chriſtum Io- Ioan. 1.
annes monſtrauit. Rurſus, ſicut vox ſonat & tranſit, & verbum in audientium corde relinquit: ita Io
annes prædicando ſonuit, & per martyrium ad patres deſcendit, ſed Chriſtum in terra atque in cre-
dentium corde deſeruit.

¶ Poſtremò, ſicut verbum & vox ſimul ſunt tempore, & tamen vox præfato modo prior eſt verbo: ſic Chriſtus & Ioannes ſimus in mundo vixerunt, & tamen Ioãnes modico tempore Chriſtum præ-
ceſsit natiuitate, prædicatione, baptizatione ac paſsione. Veruntamen ſicut verbum mentale prius eſt
voce in eo qui loquitur: ſic Chriſtus ſecundum quod eſt verbum patris æterni fuit & eſt prior Ioãne.
D Dicitur quoque Ioannes vox clamantis. i. Chriſti, ſeu ſpiritus ſancti per ipſum loquentis. Deus enim
loquebatur per ipſum: ſicut & Paulus ait, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chri- 1. Cori. 13.
ſtus? [*Omnis vallis implebitur*]. i. omne cor humile donis gratiæ copioſe ditabitur, humilitas enim ad o-
mnẽ virtutem & gratiam prępărat mentem, ſicut ſuperbia ad omne peccatum. Et ſicut ſtillicidia à ca-
cuminibus montium deſcendunt ad baſsitudinem vallium: imò quo valles ſunt profundiores, eo abũ-
dantior in eis colligitur aqua: ſic chariſmata ſpiritus ſancti relictis ſuperbis ad humilium corda deſcẽ-
dunt, atque in eis quieſcunt, & tanto exuberantius colliguntur, quo deo profundius ſubſternuntur,
[*Et omnis mons*]. i. ſuperbus & aliis eminens, [*Et collis*] hoc eſt, ſuperbus minor ſiue inferior [*Humiliabi-
tur*]. i. à deo ſpernetur, deprimetur, damnabitur, hoc eſt, quod loquitur Chriſtus, Omnis qui ſe humi-
liat exaltabitur: & qui ſe exaltat humiliabitur. Hinc Petrus, Humiliamini, inquit, ſub potẽti manu dei,
vt vos exaltet in tẽpore viſitationis. In Iob quoque legitur, Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et Lucæ. 18.
in Eccleſiaſtico, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. [*Et erunt praua*] hoc eſt, corda vi- 1. Petri. 5.
tioſa conuertentur & fient [*Directa*] hoc eſt, iuſta, & ſecundũ rectitudinem æquitatis dirigentur, [*Et* Iob. 23.
aſpera in vias planas]. i. feroces, rebelles, diſtortique moribus, erunt obedientes & ſimplices, ita quod Iaco. 4:
verbum dei ingredietur ad eos faciliter & indurati per gratiam mollificabuntur. Hæc per prædicatio- 1. Petri. 5:
nem Ioannis fieri inceperunt, quia multos conuertit. Deinde per Chriſti diſcipulorúmque eius euan-
gelizationem completa ſunt. ¶ Inſuper per valles intelligi queunt corda carnalium, per terrenam affe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctionem depreſſa, quæ per diuinorum amorem impleta ſunt. Per montes vero & colles corda vanorum per mundanam vanitatem erecta, quę per propriæ defectuoſitatis illuminatam recognitionẽ humiliata ſunt in primo Saluatoris aduentu. ¶ Porrò, offuſcati quidam Iudæi inductam Eſaiæ authoritatem de vallium impletione, &c. corporaliter nimis, ruditerque exponunt, affirmantes in aduẽtu Meſſiæ terram penitus complanandam vt Iudæi per orbẽ diſperſi, ſine difficultate itineris expeditius cõfluant ad Iudæam, quod ſuper Eſaiam plenius exprobraui. Rabbi Moyſes quoque hoc reprobat. Veruntamẽ quidã catholici ita exponunt ad literã de terræ complanatione per montium depreſsionem, & vallium eleuationẽ ſeu impletionẽ, referendo ſcripturam hanc ad ſecundum Chriſti aduentũ, circa quem terra dicitur complananda. [*Et videbit omnis caro*]. i. omnis homo [*ſalutare dei*,] hoc eſt, Chriſtum per quem ſecundũ quòd homo eſt, deus pater ſeu trinitas genus humanum ſaluauit, dicẽte Apoſtolo, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. ¶ Denique Chriſtum in mundo hoc conuerſantem omnis homo. i. aliqui de omni genere hominũ, corporaliter aſpexerunt, quia & multi Gentiles ſic eũ intuiti ſunt, præſertim in die Palmarum, quando phariſæi dixerunt, Ecce totus mundus abiit poſt eum ſicque eſt hic diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum: ſicut in Iohele dominus ait, Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ. Et Eſaias inquit, Cadauera virorum præuaricatorum erant ad ſatietatẽ viſionis omni carni. Ex quibus locis id etiam innoteſcit, quòd in ſcripturis frequenter ponitur pars pro toto, & caro pro homine. ¶ Spiritualiter vero per fidẽ & ſapientiæ donũ multo plures in toto mundo viderunt, & contẽplati ſunt Saluatorem, quemadmodum de Gentilibus conuerſis vaticinatus eſt Eſaias, Quibus non eſt annunciatum, viderunt: & qui non audierunt, contẽplati ſunt. De qua viſione ad Hebræos ſcribit Apoſtolus, Videmus Ieſum propter paſsionem mortis gloria & honore coronatum. Aliqui autem referunt verbum iſtud ad ſecundum Chriſti aduentum, in quo omnis caro. i. electi & reprobi Chriſtum videbunt in ſolio maieſtatis, ac ſede iudicij: iuxta illud Apocalypſis, Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, ſic exponit Beda ſequens Gregorium, ſumens diſtributionem eius quod dicitur, omnis caro, pro ſingulis generum. Veruntamẽ vltima particula authoritatis hic Euangeliſta allegata, videlicet, videbit omnis caro ſalutare dei, in Eſaia cum præcedentibus verbis quæ in Eſaia ſcripta ſunt, ſecundum tranſlationem Hieronymi non habetur quantum ad formam verborũ, tamen quoad ſenſum ſatis ibi includitur, cum dicitur, Et reuelabitur gloria domini. Cuius ſenſus eſt, Filius dei oſtendetur. Etenim filius gloria patris vocatur: quẽadmodum ſcriptum eſt, Filius ſapiens gloria patris. Dicebat autem ad turbas quæ exibant vt baptizarẽtur ab eo. De quibus in Matthæo legitur, Tunc exibat ad eum Hieroſolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanam. [*Genimina viperarum*,] hoc eſt, filij ſerpentum, videlicet hominum venenatorum, calliditate criminibuſque plenorum, de quibus ſeu qualibus dominus ait Ezechieli, Subuerſores & increduli ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas, homines quippe nominibus beſtiarum exprimuntur, quia illarum proprietatem ſequũtur, idcirco aſtuti & callidi, pungitiui, nociui, rectè ſerpentes ſeu viperæ nominãtur. [*Quis oſtendit vobis fugere a ventura ira*?]. i. à diſtricto dei iudicio, & damnatione æterna? tanquam dicat, Ita impie vixiſtis & ſecure peccaſtis, quaſi diuinam poſſetis effugere vltionem. ¶ Præterea aduertendum quod in turba illa fuerunt aliqui boni ac pœnitẽtes, præſertim vulgares, qui recta intentione venerunt, vt baptizarentur: aliqui quoque peruerſi & ficti, qui nõ ex deuotione ſed malignitate venerunt. Quantum ergo ad primos poſſunt hæc verba eſſe commendatio pœnitentium quos nominat genimina viperarum, non quod patrum ſuorum ſequantur malitiam: ſed in laudem filiorum proferatur, quod cum ſint filij iniquorum, nihilominus bene ſe habeant; quibus & dicitur, Quis oſtendit vobis fugere à vẽtura ira? id eſt, quis docuit vos pœnitere, & vitam corrigere, atque ad baptiſmum venire, per quę eterna vitatur damnatio? Quaſi dicat, Non à vobiſipſis nec à patribus veſtris, ſed à pietate & gratia dei hoc accepiſtis. Ita exponit Ambroſius. Quantum vero ad malos ſunt verba hæc increpatio impœnitentium, ſecundum ſenſum prætactum: & illi fuerunt Phariſæi & aliqui Sadducæi. Vnde in Matthæo legitur, Videns Ioannes multos Phariſæorum Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira. ¶ Denique ſecundum Origenem, Vipera, vt fertur, matrem coeundo necat: fœtuſque viperæ exeundo matrem occidit ſciſſo vtero eius, in vindictam quodammodo genitoris ſui perempti. Itaque patricida eſt proles viperea: taleſque erant Iudæi qui patres ſuos ſpirituales atque doctores interficiebant. Conſequenter increpatis & in periculo damnationis conſtitutis, proponit compendioſum conſiliũ. [*Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ*,] hoc eſt, actus pœnitẽtiales interiores & exteriores peragite, ſecũdum exigentiam ſeu menſuram multitudinis, magnitudiniſque culparum veſtrarum, videlicet intus cordialiter de peccatis dolendo, ore plenarie confitendo, & opera ſatisfactoria perpetrando: tanto vtique amplius atque perfectius, quo plura & maiora extant peccata. Contritio quippe (ſecundũ Hieronymum) debet æquari peccato, vt ſecundum menſuram grauitatis & numeroſitatis peccati, ac magnitudinem delectationis, ſeu complacentiæ illicitæ, ſit menſura interni doloris ſeu diſplicentiæ de peccato. Operum quoque pœnitentialium & afflictionis ſpontaneæ, ſi aſsit opportunitas ſeu facultas. Itaque pœnitẽtia debet eſſe fructuoſa, vt veniat ex charitate, aliter enim nihil meretur. Propter quod Antiochus rex fruſtra pœnituit, nec veniam impetrauit, quoniam ex ſolo ſeruili timore deum orauit atque pœnituit, vt in libro Machabæorũ habetur, De Eſau quoque ait ad Hebræos Apoſtolus, quod nõ inuenit pœnitentiæ locum, quanquã cum lachrymis inquiſiſſet eum. Inſuper debet eſſe operoſa, quantum ad opera ſatisfactoria, laborioſa & afflictiua: item condigna, vt commenſuretur quantitati, qualitatiq; culpę. ¶ Sed cum peccatũ ex ea parte qua fit contra deum maieſtatis & ſanctitatis immẽſæ, ſit enormitatis quodammodo infinitæ, quomodo valet quis condigne pœnitere aut ſatisfacere pro

2. Cor. 5. Ioan. 12. Ioann. 2. Eſaiæ. 66. Eſaiæ. 53. Hebr. 2. Apocal. 1. Eſaiæ. 40. Matth. 3. Ezech. 12.

Matth. 3.

1. Mach. 2. Hebræ. 12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A peccato? Et respondendum, quòd propria hoc potestate non potest, nec inquantum actus sui ex libero procedunt arbitrio, sed adiutorio Christi inquantum meritum eius suis membris per charitatem & sacramentum pœnitentiæ communicatur: sicque in virtute meriti Christi actus pœnitentiales domino offeruntur: itemque inquantum actus tales procedunt ex charitate infusa, & actuali motione spiritus sancti in omni actu meritorio concurrente, qui spiritus sanctus est motor dignitatis immensæ. Sicque actio pœnitentiæ virtuosa ex parte huius principii cooperantis habet proportionatam efficaciam, & adæquationem bonitatis, contra prauitatem peccati. Iterum dici potest, quòd contritio & satisfactio æquari debent offensæ seu culpæ, æqualitate proportionis, vtpote per respectum ad hominis posibilitatem, non æqualitate æquiparentiæ. Propter quod dici solet, quod totus mundus pro vno peccato mortali de condigno satisfacere nequeat, propter infinitam eius qui peccato offenditur dignitatem: sed deus vltra posse hominis non requirit. Cúmque homo debitam diligentiam facit, deus quasi condignum quid reputat factum, tam infinita est pietas atque dignatio eius. [*Et ne ceperitis dicere, patrem habemus Abraham,*] hoc est, de carnalis propaginis nolite nobilitate frustra confidere, inaniter superbire, stulte vos iactare, quasi hoc sufficiat ad salutem, quia de viri sancti ac magni patriarchę semine nati estis. Nouerat sanctus Ioannes, quod carnales illi Iudæi de carnis propagine tumuerunt, quòd scilicet de patriarcharum ac prophetarum semine descendissent, cum tamen ex hoc eorum peccata plus grauarentur: quia quo de sanctioribus patribus descenderunt, eo grauius peccauerunt, il-
B lorum virtutes non imitando, nec deo gratias referendo. Vnde nil cõfert carnalis generositas, nisi cõsimilibus studiis fulciatur, vt ait Cyrillus: Idcirco vanum est extolli de bonis prædecessoribus, & deficere ab eorum virtutibus. ¶ Denique (secundum scripturas) imitatores fidei atque iustitiæ patriarcharum ac prophetarum, potius appellantur illorum filij, quàm filij solum carnales: imò tales censentur indigni vocari filij illorum sanctorum, dicente Apostolo, Non qui semen sunt Abrahæ, hi omnes filij. Vnde carnalibus Iudæis loquitur Christus apud Ioannem, Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, quod quia non impleuerunt, adiecit, Vos ex patre diabolo estis. Cur autem inaniter inde gloriari non debeant, subditur, [*Dico enim vobis, quia potest deus de lapidibus istis suscitare*,] id est, procreare seu ad esse deducere [*Filios Abrahæ.*] Quod tripliciter intelligi potest & verificari. Primo, per lapides intelligendo ipsa saxa à Ioanne ad oculum demonstrata, qui (vt communiter fertur) monstrauit illos duodecim lapides quos Iosue fecit asportari deficcato fundo Iordanis, cum deus Iordanis alueũ deficcasset, & filij Israël per illum transissent, vt in Iosue narratur. Per filios vero intelligendo homines iustos, qui fidem & perfectionem Abrahæ assequendo, spirituales eius filij essent. Etenim deus omnipotens, qui cuncta de nihilo fecit, naturas rerum commutare & in se inuicem conuertere facillime potest, Secundò, per lapides intelligendo Gentiles à Iudæis vehementer contemptos, qui instar lapidum
C spiritualiter duri, impoliti, seu incircunciſi, ac steriles erant, & idola muta, lapideaque colendo illis cõformati fuerunt, secundum illud Psalmistæ, Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Tertiò, per lapides intelligendo saxa præfata seu alia, & per filios Abrahæ intelligendo carnales filios eius. ¶ Sed forte mirum apparet, quomodo fieri id potuerit aut posit, præsertim cum tempore illo Abraham obierit, & carnales filii ex carnali semine propagentur: nihilominus deus cuius potestas est penitus infinita, hoc pluribus modis potest. Primò, quoniam vnum existens in aliud subsistens, transsubstantiando potest conuertere, sicut quotidie peragit in altari: sicque lapides in Iudæos tunc seu nunc existentes cõuertere quiuit & valet. Insuper potuit Abraham resuscitare, & lapides in semen eius conuertere, & hoc pluribus modis: sed de isto pertranseo, quia ad curiositatem potius quàm deuotionem pertinere videtur. Porrò, quoad secundum sensum deus verba Ioannis impleuit, quando per Apostolorum prædicationem innumerabiles in toto mundo gentiles conuertit: quemadmodum Esaias in libro suo admirans & gratulans ait ad eum, Ecce gentem quam nesciebas, vocabis, & Gentes quæ non cognouerunt te, ad te current. Per Zachariam quoque cum vnigenitus dei de sua incarnatione dixisset, Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui: adiecit, Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illo, & erunt mihi in populum: de quibus ad Galatas Apostolus, Qui (inquit) ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. De carnalibus vero incredulisque Iudæis, in Apocalypsi inducitur, Dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ.

Roma. 9. 1. Ioann. 8. Iosue. 4. Hester. 3. Psal. 123. Dan. 7. Esaiæ. 55. Zacha. 2. Galat. 3. Apocal. 3.

D ¶ Consequenter aliam causam adducit, cur de generis nobilitate se iactare non debeant. [*Iam enim securis ad radicem arboris posita est.*] Quidam per securim intelligunt, mortem seu mortis sententiam, quæ hominem de præsenti vita præscindit: per radicem autem intelligunt Adam, à quo totum genus humanum, vel Abraham, à quo plebs Iudæorum, velut à radice exorta est: per arborẽ vero intelligunt genus humanũ, vel Israëliticam plebẽ. Quando autẽ Ioánes hæc dixit, tam Adã quã Abrahã per mortẽ erant de hac vita sublati. Per hoc patuit posteros eorum similiter esse tollendos, citóq; morituros, secundũ illud, Dies nostri quasi vmbra super terrã, & nulla est mora. Alij per securim intelligunt rigorẽ diuinę equitatis, per arborẽ personã seu vitam cuiuslibet hominis: per radicẽ hominis fundamentũ seu firmitatem, vt sit sensus, quod rigor seu vltio diuinæ iustitiæ posita est, seu imminet homini peccatori, vt funditus eum disperdat ac damnet, nisi pœniteat: quemadmodum in Ecclesiastico legitur, Nisi pœnitentiam egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hominum. Et in Deuteronomio, Ait dominus deus, ipse est deus fortis, reddẽs odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra nõ differat protinus restituens eis quod merentur. Iterum per radicem intelligi potest natiuitas hominis, per securim transitus vitæ præsentis à natiuitate incipiens, per arborem homo. Itaque securis ad radicẽ arboris est posita, quoniam à natiuitatis exordio homo ad mortis occasum tendit cõtinuo. Siquidẽ nox quasi vnus carpentator vnam vitę præscindit medietatem diésque aliam, & tandem necesse est

1. Par. 20. Eccle. 2. Deute. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eccleſ. 11. hominem velut arborem cadere: & vtique ſicut Salomon ait, Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad E
aquilonem, in quocunque loco ciderit ibi erit, hoc eſt, dum homo moriendo defecerit atque tranſierit ad regnum cælorum quod per auſtrum, in quo calor ſolaris eſt fortior. Vel, ad infernum qui aquilonis nomine deſignatur, quia ibidem frigus intenſius eſt, in altero horũ locorum æternaliter permanebit. Hinc ait Bernardus, Si vis ſcire quo caſura ſit arbor, ramos aſcende, & quo ponderoſior ramorum eſt copia, illuc caſuram non dubites. Rami arboris ſunt deſideria hominis, in quo ſi carnalia deſideria præponderent, ad inferos cadit: ſi ſpiritualia, ad cælos volabit.

¶ Poſtremò, ſecundum Origenem & Cyrillum, ſanctus præcurſor prædictis verbis prophetauit populo Iudæorum de propinquo imminere interitũ, captiuitatem, diſperſionem, & damnationem, propter eorum infidelitatem, atque duritiã, ex quibus verbis cõminatoriis infert Ioãnes, [*Omnis ergo ar-*
Pſalm. 110. *bor*] hoc eſt, quicunque homo viator ratione vtens [*Quæ non facit fructum bonum,*] id eſt, actum virtuo-
Ioan. 15. ſum & meritorium ſi aſsit facultas [*Excidetur*] hoc eſt, ab electorum conſortio auelletur, atque in hora mortis tolletur, [*Et in ignem*] æternæ damnationis [*Mittetur.*] ſicut de reprobis ait Pſalmiſta, In ignem deiicies eos, in miſeriis non ſubſiſtent. Chriſtus quoque in Ioanne loquitur, Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet.

¶ Ex his verbis oſtenditur, quod ſola boni omiſsio ſit peccatum mortale, hominemque condem- F
net, quando videlicet per eam præceptum affirmatiuum negligitur: præcepta autem affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper, ſed ad tempus aptum ac debitum: & dum in illo opus iuſſum omittitur, mortale peccatum eſt ſiue de interiore, ſiue de exteriori operatione accipiatur. Hinc in Matthęo
Matth. 25. inquit Saluator, Seruum in vtilem proiicite in tenebras exteriores. Vnde & Chriſtus in die iudicii nõ perhibet ſe increpaturum damnaturúmque reprobos, niſi propter bonorum omiſsionem, dicendo, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. ¶ Denique hoc valde terribile eſt potiſsimum acedioſis. Nã ſi ſola omiſsio æterno igne punitur, vitioſa actio quid meretur? Si ſterilitas condemnatur, continuata impietas, fœda dilectatio, affectuoſa peccati proſequutio, quam dire torquebitur? Id quoque penſandum, quod ſunt quædam arbores quæ nullum fructum producunt, per quas ocioſi ac acedioſi ſignãtur de quibus Iudas apoſtolus in ſua ait canonica, Hi ſunt in epulis ſuis conuiuantes ſine timore, ar-
Oſee. 9. bores autumnales eradicatæ, bis mortuæ. Quibus competit illud Oſee, Radix eorum exciccata eſt,
Matth. 6. fructum nequaquam facient. Et rurſus, Abiiciet eos dominus deus meus, quia non audierunt vocem
Iob. 20. eius. Aliæ ſunt arbores fructum facientes, ſed inutilem: per quas deſignantur hypocritæ, de quibus lo-
2. Timo. 3. quitur Chriſtus, Receperunt mercedem ſuam. Vnde in Iob legitur, Laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Aliæ arbores fructum malum: per quas notantur hæretici, quibus competit illud Apoſtoli, Impii proficient in peius, errantes & in errorem mittẽtes. Aliæ fructum proferunt bonum, per quas virtuoſi ſignantur. Circa hæc ait Chryſoſtomus eleganter, cum dicitur, Non G
faciẽs fructum, abiicitur bonum. Officioſum enim hoc animal, ſcilicet hominem deus creauit, & naturalis eſt ei exercitiorum inſtantia, otium vero innaturale. Obeſt enim inertia etiam cunctis corporis membris: nulla autem tantum vt animæ, ipſa nanque cum naturaliter ſit continuo mobilis, otiari non patitur. Quam fructuoſa autem fuerit prædicatio præcurſoris, mox ſubditur, [*Et interrogabant eum turbæ, dicentes, quid ergo faciemus?*] id eſt, Cum tam rigoroſe nos increpaſti, & tantum nobis inſtet periculum, quod das conſilium euadendi mala quę comminaris? Turba hæc ſcilicet vulgus, videns immobilem æquitatem, rigoroſiſsimam ſanctiſsimamque vitam Ioannis, & quod in omnibus nihil niſi eorum ſalutem intenderet, verbis eius credidit, atque ex eis vehementer compuncta ac territa eſt, idcirco petiuit conſilium: ſicut & in Actibus Iudæi ex verbis Petri compuncti dixerũt Apoſtolis, Quid faciemus viri fratres? Sed phariſæi & ſcribæ nequaquam ita fecerunt, nec petierunt ex corde ſalutis
Actu. 1. conſilium, quo patet quod literati, & in ſua ſcientia gloriantes, difficilius corriguntur, quàm idiotæ ac ſimplices: imò ſcioli illi ac ſapientes non oculis ſuis, frequẽter irrident idiotas qui conuertuntur, quẽadmodum apud Ioannem doctores Iudæorum dixerunt, Nunquid aliquis ex principibus credidit in
Eſaiæ. 5. eum? ſcilicet, in Ieſum Chriſtum, aut ex phariſæis, ſed turba hæc quę non nouit legem, maledicti ſunt.
Ioann. 7. [*Reſpondens autem, dicebat illis, qui habet duas tunicas,*] hoc eſt, quodcunque indumentum ſuperfluum, [*Det non habenti*] id eſt, indigenti: [*Et qui habet eſcas*] ſuperfluas, id eſt, quodcunque aptum pro alimento ſiue ſit blandum, ſiue panis, vel aliquid ſimile, [*similiter faciat,*] hoc eſt, quod ſibi & ſuis neceſſarium H
non eſt, pauperibus largiatur. Non ſolum charitas, ſed & ordo diligendi eſt in præcepto, vt homo ſuper omnia diligat deum, deinde ſeipſum, deinde proximos, ſecundum quod maius vel minus ſibi coniuncti ſunt, aut maior eſt ratio eos amandi: ideo debet homo primo ſibiipſi neceſſaria miniſtrare, deinde quod ſupereſt neceſsitati indigentibus communicare, ſecundum quod ſibi fieri rationabiliter vellet, ſi in ſimili eſſet penuria. Nam & fraterna charitas hoc requirit.

Deute. 6. ¶ Denique verba iſta Ioannis attendenda ſunt valde: imò & formidanda ac obſeruanda. Si enim quod
Matth. 21. neceſsitati ſuperfluit de veſtimento, cibo & potu, & ſimilibus, pauperibus eſt miſericorditer impartiendum ac dandum, quid in diuino iudicio reſponſuri ſunt, qui tot veſtimentis pretioſis fue curioſis, non neceſſariis abundant, qui tot ferculorum genera ſibi quotidie parant, qui tantam ſibi pecuniam aggregant. Pauperibus vero permodicum, & non niſi ſiccum panem impendunt, Quod ſi de patrimonio ꝓprio, ſeu poſſeſsione propria ſic agere tã impiũ eſt, atque dãnabile, quis eloqui queat quã ſacrilegum, ac damnoſum conſiſtat, de patrimonio crucifixi, de bonis eccleſiæ, quæ ſunt eleemoſynæ pauperum, pretioſa, curioſa, ſuperflua veſtimenta habere, delicate ac ſplendide epulari, pauperibus aut parum aut nihil præſtare, præſertim cum teſte beato Bernardo in Epiſtola quendam canonicũ, Quicquid de talibus bonis vltra ſimplicem victum & veſtitum tenetur, furtum eſt, ſacrilegium ac rapina:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A imò ſanctus Hieronymus de omnibus generaliter dicit, Quicquid humano vſui neceſſarium eſt, pro vnica tunica habendum eſt: totum reſiduum ſuperfluum, & pauperibus erogandum. Aliena enim rapere conuincitur, qui ſuperflua retinere probatur. Ambroſius quoque & Baſilius aſſerunt veſtem, pecuniam, calciamentum & alimentum, quæ tibi ſuperfluunt, nec tamen pauperibus tribuuntur, iniuſte, & velut forto aut vi ablata poſsideri, nec poſsidentis eſſe, ſed egenorum.

¶ Præterea finis corporalium bonorum eſt, bonum ſpirituale, præſertim vera felicitas vel ſaltem profectus in dei obſequio atque virtutibus animæ, prout diuina lex præcipit. Bonitas autem mediorũ ad finem. ex ipſo attenditur, ſicut medicina in tantum eſt vtilis, inquantum confert ad ſanitatem: quam ſi impediret, mala, ſuperflua, & inutilis iudicaretur. Intantum ergo bona corporalia, vt veſtis, cibus ac alia reputanda ſunt licita bona, atque inutilia, inquantum proficua ſunt ad ſpiritualem profectum, ad dei obſequium, advitam æternam: à quibus vtique ſpiritualibus bonis abundantia corporalium impedit, potiſsimum ſi quis eis plus vtatur quam expedit, ad hoc quod anima deo deſeruiat, & eius præcepta cuſtodiat. Ideo quod neceſsitati ſuperfluit, egentibus dãdum eſt: ſicut Apoſtolus loquitur, Habẽtes victum, & quibus tegamur, his contenti ſimus. In Prouerbiis quoque Salomon ait, Tribue tantum victui meo neceſſaria. Hinc ait Gregorius, Quoniam tunica magis neceſſaria eſt quam pallium, ac fructum dignum pœnitentiæ pertinet, vt non ſolum exteriora quæque, ſed etiam valde nobis neceſſaria, Lucæ. 11. 1. Cori. 6. Proue. 30.

B id eſt, vtilia diuidere cum proximis debeamus, videlicet tunicam qua veſtimur, & eſcam qua ſuſtentamur. Quia in lege ſcriptum eſt, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: & minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in neceſsitate illius etiã ea quę ſibi neceſſaria ſunt, partitur. Quibus verbis concordans Baſilius, Ex his (inquit) docemur quod ex omni quod affluit ſupra proprii victus neceſsitatem, tenemur erogare illi qui non habet propter deum, qui quæcũque poſsidemus largitus eſt. Vnde Tobias inquit, Quomodo potueris ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abũdanter tribue: ſi parum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri ſtude. [*Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur*] à Ioãne. Publicani ſecundũ Bedã dicũtur vectigalium ſeu rerũ publicarũ exactores vel conductores. Item, qui per negotia lucra ſeculi huius ſectantur, ſicque publicani vocati ſunt, quia de rebus ad rempublicam pertinentibus ſe intromiſerunt, quorum multi ad prædicationem Ioannis ſe emendauerunt. Propter quod apud Matthæum Chriſtus principibus ſacerdotũ & phariſæis loquutus eſt Publicani & meretrices præcedent vos in regnum dei, quia crediderunt ei, puta Ioanni. [*Et dixerunt magiſter, quid faciemus?*] Non dixerunt: quid ſciemus, ſed quid faciemus, quia non auditores, ſed factores legis iuſti ſunt apud deum: & ſcientia ſine vita virtutum, obeſt magis quam prodeſt. Econtrario faciũt multi maxime clerici, quærunt enim, quomodo hoc aut illud intelligemus, quomodo arguemus? [*Et dixit ad eos, nihil amplius quam conſtitutum eſt vobis faciatis,*] hoc eſt, non plus exigatis quàm præfixũ eſt vobis à iure, ſeu dominis quorum tributa leuatis. Hoc ideo dicit, quoniam tales ſolent plura exigere

C quam iuſſum eſt eis, vt quod amplius leuant, eis clam maneat. ¶ Denique nullus noſtrum legem ſibi præſtitutam ſeu metas ſuæ poteſtatis, vel officii tranſgredi debet, ne præſumptionis ſit reus maléque audax: ſed quod ſibi incumbit, obſeruet, nec aliena inuadat: iuxta illud Prouerbiorum, Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. In Deuteronomio quoque ſcriptum eſt, Non tranſferes terminos quos fixerunt priores in poſſeſsione tua. Quo contra in libro Iob de violentis aſſeritur, Alii terminos tranſtulerunt. [*Interrogabant autem eum & milites,*] qui ſub Romanorum imperio militabant, ac rempublicam & patriam defendebant, [*Dicentes, quid faciemus & nos?*] Secundum Origenem, tres fuerunt ordines interrogantium Ioannem, Vnus turbarum. Secundus publicanorum. Tertius militum. Ioannes autem cuilibet ordini proportionatum dedit reſponſum. [*Et ait illis, Neminem concutiatis*] opprimendo, corporaliter affligendo, iniuſtè terrendo. [*Neque calumniam.*] id eſt, fraudulenter iniuriam [*Faciatis*] innocentes in cauſam trahendo, ſeu quempiam mendaciter accuſando. [*Et contenti eſtote ſtipendijs veſtris,*] hoc eſt, mercede ſeu retributione vobis ad imperatore vel vicariis eius præfixa pro exercitiis militiæ, quibus pro defenſione reipublicæ laboratis, nec vltra quicquam ab aliquo extorqueatis. Porrò (ſecundum Auguſtinum contra Fauſtum Manichæum) ſciebat Ioannes eos qui militabant non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis: non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ

D defenſores, alioquin reſponderet eis, Abiicite militiam, militiã iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite.

¶ Præterea ponderanda eſt ſapientiſsimi præcurſoris diſcretio, quomodo cuilibet ad ſe accedenti, ſecundum illius capacitatem, diſpoſitionémque loquitur. Siquidem publicanos ac milites, qui maioribus ſolent vitiis implicari quam vulgus, primo à malis coercet & facilia eis proponit præcepta, docens eos primo recedere à peccatis illis, ad quæ proniores eſſe noſcuntur, vt eos ſic paulatim etiam ad bona agenda, ſuáque aliis miſericorditer cõmunicanda inducere. Hinc dicit Chryſoſtomus, Volebat Ioannes publicanos & milites ad maiorẽ perfectionem traducere: ſed quoniã nondum erant ad illã idonei minora proponit, ne ſi maiora proferret, non illis intenderent, & his etiam priuarentur. Hanc diſcretionem ſequamur, & iuxta Eſaiæ oraculum, calamum quaſſatum non conteramus, nec linum fumigans extingamus, ſicque implebimus illud Apoſtoli, Debemus nos firmiores imbellicitates infirmorum portare: & non nobis placere, hoc eſt, quod alibi legitur, Recupera proximum tuum. [*Exiſtimante autem populo & cogitantibus omnibus*] ad baptiſmum Ioannis venientibus: imò & aliis multis, [*De Ioanne ne*] pro an [*Forte ipſe eſſet Chriſtus.*] ad q̃ opinandũ inducebantur ex cõſideratione mirabiliũ quę circa eius conceptionẽ & natiuitatẽ acciderãt, quia de ſenibus, ac ſterili matre angelo prenũtiãte fuit exortus, & quia tã ſtrictiſsimè atque ſanctiſsimè vixit, item ꝓpter prędicationis eius excellentiã, ac baptiſmatis nouitatẽ, & quoniã de generoſa ſtirpe deſcendit, ſcilicet ſacerdotali, quę regię tribui cõmuniter Lucæ. 1. Prouer. 22. Deute. 19. Iob. 24. Roma. 1. Matth. 21. Marci. 22. Lucæ. 10. Galat. 5. Tob. 4. Eſaiæ. 42. Roma. 15. Eccle. 29.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fuit admixta Iterum, quia tunc apud Iudæos fuit publica fama de Christi aduentu iam facto propter E
Marci. 28. verba Symeonis & Annæ atque Magorum, & propter Herodis tyrannidem in infantes, quorum omnium memoria iam renouabatur. Imò adhuc multi vixerunt, qui illa audierant siue conspexerant.
Ioan. 3. Hæc intantum mouerunt Iudæos, quod etiam principaliores de Hierusalem miserunt sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum. Tu quis est, sicut in Ioanne habetur, [*Respondit Ioannes, dicens omnibus.*] Secreta nanque cordis illorum spiritu sancto reuelante cognouit. Vel quod homines talia de ipso opinarentur ex præfatorum legatorum interrogatione cognouit, seu aliunde percepit seu perpendit. [*Ego quidem baptizo vos in aqua,*] hoc est, corpora vestra materiali elemento intingo, mentes autem vestras directè non purgo, nec donis gratiæ orno, [*Venit autem fortior me post me,*] id est, Christus post me per natiuitatem ex virgine matre mundum istum intrauit, iamque in proximo est vt post
Matth. 1. hanc meam manifestationem ipse vobis omnibus manifestetur, per meam testificationem ac demonstrationé, & per propriam eius prædicationem atque miracula: qui secundum suam diuinitatē est for
Ioann. 3. tior me infinite, tanquam deus omnipotens, cuius immensa est potestas: secundum assumptam quoque ipsius humanitatem data est ei omnis potestas in cælo & in terra, maiorque fuit & est virtus, dignitas, & perfectio eius, quàm omnium creaturarum pariter acceptarum, quia non ad mensuram datus est ei spiritus, & quoniã humanitas eius personali seu hypostatica vnionevnita est verbo, ita quod in eodem esse in quo verbum patris æternaliter est subsistens, ipsa quoque à principio incarnationis F
subsistat. [*Cuius non sum dignus soluere corrigeam calceamentorum eius.*]

¶ Ad literam loquebatur sanctus Ioannes iuxta communem modum loquendi, quo aliquis volens se alteri maxime humiliare, asserit se indignum ferè diffligare calceos eius. Vnde glorioſus humilísque Baptista, quantum se Christo inferiorem senserit plene effari non volens, protulit verba hæc, In quo profundissima eius patet humilitas, quia cum talis ac tantus ab omnibus reputaretur, non erubuit se tantum publice coram omnibus deprimere, humiliare ac minorare. Vnde clarescit, quòd reputatione, reuerentia, ac laudibus hominum nullunatenus flectebatur. At vero indignum se perhibet ad soluendum corrigeam calciamentorum Christi, considerando se secundum naturalia tantum, & quoad id quod habuit à se ipso. Itemque loquendo de dignitate absoluta, quia aliquis dicitur ad aliquid dignus simpliciter. Inquantum vero plenus fuit tot charismatibus spiritus sancti, & mouebatur in omnibus ab eodem, dignus fuit mereri etiam vitam æternam: præsertim loquendo de dignitate proportionis, vtpote secundum modum possibilitatis humanæ, secundum quem modum deuotus sacerdos dignus est corpus & sanguinem Christi consecrate ac sumere, alioqui communicandum non esset, cum dicat
1. Cor. 11. Apostolus, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Rursus verba Ioannis intelligenda non sunt quasi Christus vsus sit calciamentis, cũ & discipulis quos misit ad prædicandum prohibuerit ea. Ipse autem cœpit facere & docere: idcirco (vt dictum est) verbum Ioannis secundum morem generalis prouerbij est sumendum. In tali nanque sermone sensus literalis est non semper ille G
qui immediatè per verba signatur, sed interdum qui per similitudinem insinuatur, aut per res verbis
Hiere. 31. expressas significatur: vt cum in Hieremia & Ezechiele asseritur, Qui comederit vuam acerbam, obEzech. 18. stupescent dentes eius.

¶ Postremò, verba hæc à Gregorio & Beda mystice exponuntur, intelligendo per calciamenta Christi eius humanitatem, qua verbi persona inducta est: per pedem diuinitatem: per corrigiam vero hypostaticam vnionem humanitatem cum verbo: sicque Ioannes insinuat se inidoneum atque indignũ hanc vnionem plene exponere, quæ & angelicæ mentis capacitatem transcendit. [*Ipse vos baptizabit in*
Ioan. 4. *spiritu sancto & igni.*] In Ioanne habetur, quòd Iesus non baptizauit, sed discipuli eius. Itaque sensus est, Ipse Christus baptizabit vos per suos discipulos, ita quod erit principalis baptizator. Rursus Christus baptizauit, id est, intus à culpa animam latuit in spiritu sancto, id est, virtute & gratia spiritus sancti, videlicet gratiam spiritus sancti infundendo, per quam culpa aufertur & anima decoratur: imo sic trinitas tota seu Christus vt deus baptizat, sed & discipuli Christi & sacerdotes ecclesiæ vsque ad præsens baptizant in spiritu sancto, videlicet virtute & gratia spiritus sancti, tanquam instrumentales baptizatores, mundatoréſque baptizatorum instrumentaliter, cooperantes ad sancti spiritus infusiónem, culpæ deletionem, & animæ iustificationem. Non autem datur baptismus in spiritu sancto, H
quasi in forma baptismi sufficiat exprimere spiritum sanctum: imò sic datur, In nomine patris & fi-
Ioann. 3. lij & spiritus sancti.

¶ Sed cum apud Ioannem dicat Saluator, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei, cur ait præcursor, Baptizabit vos spiritu sancto & igni, & non potius spiritu sancto & aqua, cum aliud non sit regnasci, prout ibi accipitur, quàm baptizari? Et respondendum, quòd præcursor non exprimit aquam, quoniam intendit assignare differentiam sui baptismi, qui fiebat in aqua, à baptismate Christi, atque excellentiam baptismatis Christi, idcirco non nominat elementum in quo fiebat. Vnde & ignem non sumit pro solito igne materiali, imò secundum Hieronymum, per ignem intelligit spiritum sanctum, qui igni seu charitate mentem inflammat: sicque con-
Actu. 14. Iacob. 5. iunctio, & tenetur expositiue. Chrysostomus & Beda per ignem intelligunt tentationis & tribulationis feruorem seu acerbitatem, quibus electi in hac vita purgantur, dicente Apostolo, Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Quidem per ignem charitatis feruorem in-
Actu. 2. telligunt, ad quem ordinatur Christi baptismus. Charitas enim operit multitudinem peccatorum, &
Actu. 10. tanquam optimus ignis consumit vitiorum rubiginem. Sunt qui per ignem intelligunt sensibile atque visibile signum, in quo spiritus sanctus frequenter dabatur baptizatis in primitiua ecclesia, vt apostolis in igneis linguis, prout in Actibus Apostolorum de hoc plura leguntur. ¶ Postremò nonnulli per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ignem intelligunt purgatorii pœnam, in qua poſt hanc vitam purgantur qui cum reatu diſcedunt: quemadmodum Corinthiis ſcribit Apoſtolus, Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Et iterũ de purgando loquens, Ipſe (inquit) ſaluus erit: ſic tamen, quaſi per ignem. [*Cuius ventilabrum in manu eius.*] Per ventilabrum, quod eſt inſtrumentum quo blada purgantur paleas abiiciendo, ſignificatur iuſtum Chriſti iudicium, ſeu iudicandi poteſtas atque ſententia, quæ eſt in manu, id eſt in actu ſeu exequutione ſuæ iuſtitiæ, vel in poteſtate ac promptitudine eius, quemadmodum apud Ioannem Chriſtus inquit, Pater omne iudicium dedit filio. & iudicium iſtud competit Chriſto ſecundũ quod deus eſt per authoritatem primam ac principalem: ſed ſecundum formam ſerui aſſumptam conuenit ei vt inſtrumentaliter exequenti ac iudici conſtituto: quemadmodum in Actibus apoſtolorum Petrus teſtatur, Ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex viuorum & mortuorum. [*Et permundabit,*] *i.* perfecte purgabit [*Aream ſuam,*] id eſt militantem eccleſiam, in qua nunc ſimul miſcentur electi ac reprobi, ſicut in area ſimul ponuntur frumentum & palea. Vnde & ſynagogæ loquitur Eſaias, Tritura mea & filia areæ meæ quæ audiui à domino, nunciaui tibi. Hanc permundationem faciet Chriſtus plene in die nouiſſimo, quando loco & præmio ſeparabuntur boni & mali, quando etiam electi qui tũc aliquid purgandum habebunt, in igne conflagrationis purgandi dicuntur: ſaltem illi qui tunc viui reperientur atque in illo igne morientur & cum aliis reſuſcitabuntur. ¶ Quotidie demum purgat deus hanc areã tri

B pliciter. Primò, dum per eccleſiaſticam cenſuram quidam de eccleſia ſacerdotali caſtigatione eiiciuntur. Secundò dũ impii de hac vita tolluntur. Tertiò, dum electi in vita præſenti per aduerſa ac aliis modis à ſuis emundantur peccatis. [*Et congregabit triticum,*] id eſt electos & virtuoſos, ſolidóſque fructus eorum, [*In horreum ſuum,*] id eſt, cœleſte ſuſceptaculum beatorum. [*Paleas autem,*] id eſt reprobos, mente inanes, inſtabiles, omníque paſſionum ſeu concupiſcentiarum ac vitiorum impulſu volubiles. [*Comburet,*] id eſt incendet ac puniet, non conſumet [*Igne inextinguibili,*] infernali & æternali: de quo in fine dicturus eſt impiis, Ite maledicti in ignem æternum: de quo ſcriptum eſt in Eſaia, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et Iudith, Dominus omnipotens iudicabit in eis, in die iudicii viſitabit illos. Dabit enim ignem & vermes in carnem eorum vt vrant & ſentiant vſque in ſempiternum. In Iob quoque de tranſgreſſore aſſeritur, Luet (inquiens) quæ fecit omnia, nec tamẽ cõ ſumetur: iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum ſic & ſuſtinebit. O quam inſenſati, cæci & crudi mente ſunt infœliciſſimi amatores ſeculi huius, quibus iſta non ſapiunt, nec terrorem incutiũt: ideo delectant eos carnalia & caduca, atque cum gaudio currunt ad inferos. Denique (teſte Alberto ſuper Apocalypſim) damnati non tantum affligentur corpore ab igne inferni, quantum mente apprehendẽdo ſe æternaliter in pœnis manſuros. ¶ Sed cum tam variæ ſint pœnæ prauorũ, vt dicat Pſalmiſta, Pluet ſuper peccatores laqueus, ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum: cur de ſolo igne inducit mentionem Ioannes? Et reſpondendum quòd ideo, quoniam ignis punitio inter corporalia af

C flictiua eſt grauior, ſed & nomine ignis quæcunque magna pœna ſolet intelligi. Prætereà, ô miſeri filii fallaciſſimi mundi, propriis vitiis penitus excæcati, cur de carnis nobilitate, de temporalium affluẽtia, de ſeculari potentia, de iniquis factis ſuperbitis, gloriamini, vóſque iactatis? Cur pauperes & deuotos deſpicitis, cum ſacratiſsimus Chriſti Baptiſta vos comparet paleis, illósque triticos: imò & Hieremias propheta, vos cum illis computari & eſſe indigniſsimos reputans ait, Quid paleis ad triticum? [*Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo,*] id eſt præter ea quæ dicta ſunt beatus Ioannes alia quoque quam plurima documenta & hortamenta propoſuit populo: quorum vnum hoc eſt, quod in Matthæo fertur dixiſſe, Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ. Itaque ſicut de Chriſto ſcriptum eſt, quod multa alia fecit quę ſcripta nõ ſunt: ſic de præcurſore eius hic legitur, quod multa ſalutaria verba populo prædicauit, quæ non ſunt in ſcriptis redacta. [*Herodes autem tetrarcha,*] id eſt, Herodes Antipas filius Herodis regis, ſub quo natus eſt Chriſtus, qui Antipas, cur tetrarcha non rex vocetur, ſuperius dictum eſt. [*Et corripieretur ab illo,*] videlicet Ioãne Baptiſta, [*De Herodiade vxore fratris ſui,*] id eſt de hoc quod Philippi fratris ſui vxorem, nomine Herodiadem, filiam Arethæ regis Arabũ duxit in coniugem, fratre eius viuente, filiámque ex Herodiade ipſa habente, ſicque adulterium commiſit Herodes atque inceſtum, quia ſecundum legem non licuit vxorem fratris accipere, niſi illo de-

D functo abſque prole. [*Et de omnibus malis quæ fecit Herodes,*] quia non dubium, quin & multa alia gratuia commiſerit ſcelera, qui præfatum facinus tam enorme committere & continuare non formidauit. Nam & vnum peccatum mortale ſuo pondere trahit ad aliud: & quo enormius fuerit, eo ad grauiora inducit. Facit enim hominem à deo plus deſeri, cuius auxilio homo priuatus in profundum labitur vitiorum, fitque inſenſibilis mente ad ea quæ dei ſunt & veræ ſalutis, ita quod propria pericula non aduertit. [*Adiecit & hoc malum*] quod ſequitur. [*Super omnia*] cętera ſua peccata: quibus addidit iſtud quaſi illa non ſuffeciſſent. vel adiecit & hoc ſuper omnia, id eſt peccatum iſtud cæteris grauius, [*Et incluſit Ioannem in carcerem,*] quare & quomodo fecerit hoc, & qualiter decollauit Ioannem, plene deſcribit Matthæus & Marcus. Vnde Lucas ſciens hoc ſatis deſcriptum, recte dimiſit, atque ad Chriſti geſta ac documenta euoluenda feſtinat.

Deute. 25.
Matth. 14.
Marci. 6.

¶ Proſequutio reſidui capitis [*Factum eſt cum baptizaretur omnis populus.*]

Articulus Nonus.

F [*Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus.*] Paulò antè oſtendit Euangeliſta quomodo teſtificatione Ioannis declaratus eſt Chriſtus hominibus: nunc deſcribit quomodo teſtimonio dei patris & deſcenſu ſpiritus ſancti ſit manifeſtatus. Itaque cum à Ioanne baptizaretur omnis populus, id eſt, quidá de quolibet genere Iudæorũ, præſertí virilis ſexus. Nõ enim perſonæ fœminei ſexus ab ipſo baptizatæ leguntur. [*Et Ieſu baptizato*] à Ioanne, quod quomodo factum ſit, Mat-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

thæus & Marcus plenius recitant, vt ibi patet ac requirendum est. [*Et orante.*] quod Iesus susceptο ba- E
Matth.3. ptismate statim orauit, alii Euangelistæ non scribunt.
Marci.1. ¶ Orauit itaque Christus non ob sui indigentiam, quia secundum humanitatem iam confirmatus fuit in bono, & quo ad superiorem animæ partem beatifice fruens deo: sed ad nostram instructionem, & ad nostram subuentionem, imò pro nostra salute: quanquam Christus aliquando orasse dicatur pro corporis sui glorificatione, accidentaliqúe præmio. Itaque sumpto baptismo orauit Saluator. Primò, ad innuendum quod preces nostræ non sunt deo acceptæ & meritoriæ, nisi à peccatis mortalibus si-
1. Corin.3. mus immunes, & charitate ac gratia decorati. Charitas nanque vita est animæ, sine qua nec anima, nec
Esaiæ.1. actio eius spiritualiter viua est, deóq; placita. Ideo dicit Apostolus, Si charitatem non habeam, nil sum. ideo oportet primo à sordibus vitiorum lauari. Vnde cum dominus per Esaiam dixisset, Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam, adiecit, Lauamini, mundi estote. Secundò, ad innuẽdũ, quod gratia in baptismo, aliísque sacramẽtis adepta, per orationes cõtinuas indiget custodiri, ne per culpam tollatur. Tertiò, ad innuendũ, quod in sacramentorum susceptione, & statim post hoc eleuanda est mens ad deũ, oratione seu gratiarum actione. Orauit itaque Christus, vt merito suæ baptizationis spiritualiter mundaremur. Christus autem in mundo conuersans & comprehensor quodammodo fuit secundum quod homo & viator. Comprehensor quidem, quantum ad superiores & intellectuales animæ suæ vires, per comparationem earum ad increatum obiectum, videlicet æternam veritatem, sum- F
mámque bonitatem: viator autem, quantum ad inferiores animæ vires, vel etiam quantum ad superiores vires per comparationem earum ad essentiam animæ, in qua radicatæ fuerunt, itémque per comparationem earum ad obiectum creatum. sic nanque passibilis fuit Christus, etiam quo ad vires superiores aliquo modo, videlicet ratione subiecti earum. Christo ergo homini inquantum fuit comprehensor, competebat orare pro aliis: sed vt viator, orauit vtique & pro se. ¶ Cur autem voluerit Christus baptizari & quæ fuit forma baptismi Ioannis, item an baptizati baptismo Ioannis erant rebaptizandi, de octo quoque generibus baptismatis secundum Damascenum, & de quinque generibus baptismatis secundum Gregorium Nazianzenum, hoc loco prætereo, quoniam super Matthęum inde locuutus sum. ¶ Præterea quæri hic potest, quod ibi non tetigi, an scilicet Ioannes sub eadem forma verborum baptizauit Christum, qua alios. De hoc nihil inueni conscriptũ: & arbitror, ꝙ sicut omnino alia fuit ratio baptizationis Christi quam aliorum: sicut in baptizatione Christi Ioannes vsus non sit cõmuni forma baptismatis, quæ fuit secundum doctores, Ego te baptizo in nomine vẽturi. Vnde in Actis Paulus testatur, Ioannes baptizabat populum, dicens, In eum qui venturus esset vt crederent, hoc est, in Iesum. Hinc acceptio baptismi Ioannis dicitur fuisse protestatio credendi in Christum. Vnde patet quod talis forma ad Christum non congruebat saltem vniuoce. Insuper sub qua forma verborum baptizauerit Christum: vel, an sine forma verborum baptizauerit, puto incertum. [*Apertum est cœlum*] nõ reali apertione, sciſsione seu diuisione cœlestium corporum, quæ incorruptibilia affirmantur: G
sed secundum apparentiam quandam, quoniam tantus desuper splendor super Christum apparuit &
Actuũ.19. descendit, vt cælum videretur apertum seu reseratum, sicut & tempore fulguris magni apparet. Rur-
Psal.115. sus cum deus in cælis habitare & esse dicatur, tũc cælum aperiri narratur, dum deus per subiectam creaturam descendit & apparet hominibus, nouo modo operans circa eos, quemadmodum in Christi baptismo accidisse mox subditur, [*Et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.*] Itaque spiritus sanctus verus incommutabilis & incircunscriptibilis deus, secundum se seu in propria natura nunquam mouetur, neque descendit: sed dicitur descendisse, quia columba ipsum repræsentans descẽdit, & super Christum mansit, quia super caput ipsius sedit, sicut in die pentecostes sedit super apostolos in igneis linguis, id est per hoc quod igneæ linguæ ipsum repræsentantes eiúsque gratiam figurantes super apostolos consederunt.
Matth.3. ¶ Cur autem in specie columbæ spiritus sanctus descendit? Respondendum, quia proprietates co-
Lucæ.2. lumbæ tam spiritui sancto apparenti quam Christo super quem apparuit potissimum competunt. Ait
Marci.1. enim Cyprianus in libro de vnitate ecclesiæ, Est autem columba simplex & lætum animal, non felle a-
Ioannis.1. marum, non morsibus sæuum, non vngulæ laceratione violentum. Hospitia humana diligere, vnius H
domus consortium nosse solent columbæ, cum generant filios simul sedent, volando quoque sibi cohærent, communi conuersatione vitam degunt, oſculo oris concordiam pacis ostendunt. Itaque per columbam, bona simplicitas, spiritualéque gaudium, suauitas, innocentia, concordia, dilectio, vnio designantur: quæ omnia spiritui sancto conueniunt, & aliqua horum ei appropriantur, videlicet suauitas, dilectio, pax, gaudium. Denique spiritus sanctus super Christum baptizatum descendit, non quod tunc cœpit esse in eo, vel quod gratia aucta est, sed ad manifestandum excellentiam, dignitatem, & gloriam Christi, & vt Ioannes illas populo propalaret, protestando quid vidisset, quod & fecisse narra
Ioannis.1. tur in Ioanne, de quo legitur, Testimoniũ perhibuit Ioannes, dicens, Quia vidi spiritum descẽdentem,
Ibidem. & mansit super eum. Itémque, Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Secundò, vt
Ioannis.1. Ioannes Baptista de Christo & efficacia baptismatis eius plenius instrueretur. Paulatim nanque proficere habuit in diuinorum notitia. Propter quod ait in Ioanne, Ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descẽdentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Tertiò quoniam tunc potissimum decuit Christi innocentiam, puritatem & simplicitatem declarari, quando ipse se peccatoribus magis forinsecus in licitis conformauit. Quoniam ergo tempore suæ baptizationis inter peccatores Ioannem accessit, vestimenta deposuit, nudus manibus se serui suppposuit, baptismum ab eo suscepit. in quibus omnibus se peccatoribus conformauit: non tamen vt talibus: idcirco tunc maxime decuit eius innocentiam, sanctitatem & synceritatẽ ostẽdi, quod per co-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A lumbæ deſcenſum, Ioannísque prædicationem peractum eſt, ne Chriſtus peccator vt alii putaretur. Et quia tunc tantum ſe humiliauit, decuit eum tunc tam præclariſsimè ſublimari, ſicut & tẽpore paſ- Philip.2.
ſionis quando ſe ſumme exinaniuit, per maxima miracula tũc facta eſt clarificatus. Quartò ad inſinuãdum, quòd per Chriſti baptizationem data eſt aquis vis purgatiua peccati, & quòd baptiſmate Chriſti baptizatis ſpiritus ſanctus infunditur, cœleſteque regnum aperitur. Chriſtus etenim ſua baptizatione, noſtram baptizationem ſecundum modum ab ipſo inſtitutum præfigurauit. [*Et vox de cælo facta eſt, Tu es filius meus dilectus.*]

¶Vox iſta de cælo facta aſſeritur, quia cæleſti virtute in aëre eſt prolata. Siquidem ab angelo eſt formata in perſona dei patris, quemadmodum in Ioanne Chriſtus dixit, Pater clarifica filium tuum: vbi mox ſubditur, Venit ergo vox de cælo, dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Quo audito, turba aſſeruit tonitruum factum eſſe. alii dicebant, Angelus ei loquutus eſt. Et ſecundum expoſitores, illi alii veritatem loquuti ſunt, quia videlicet in perſona patris angelus dixit hoc. Hinc in Chriſti baptiſmo dicitur pater apparuiſſe in voce: non quia in ea ſit viſus, ſed quia auditus. Et conuenienter in voce apparuit, ad pandendum, quod dicendo genuit vnigenitum filium ſuum, qui eſt verbum æternum, ore patris æternaliter, intellectualitérque prolatum. Itaque dixit, Tu es filius meus dilectus, filius vtique
B conſubſtantialis, coæternus, & coæqualis, non minor, aut pura creatura, vt mentitus eſt Arrius ſceleratus. Ioannis.3.
¶Denique pater Chriſtum ſecundum diuinitatem non minus diligit quàm ſeipſum, imò ſuperardentiſsimo, ſuperſuauiſsimo, penituſque infinito diligit eum amore, cum infinitæ ſit bonitatis ac pulchritudinis, & quia totum quod habet communicat filio. Filius quoque infinite diligit patrem, ſed & pater ac filius nõ minus diligunt ſpiritum ſanctum, & ille infinite diligit patrem ac filium. Pater quoque ſeu tota trinitas diligit Chriſtum, ſecundum naturam aſſumptam vtverbo vnitam magis quàm omnia ſimul creata, quoniam maius bonum præſtitit ei, vtpote hypoſtaticam vnionem cum verbo, & gratiam quodammodo ſine menſura. [*In te complacuit mihi.*] Quemadmodum pater diligit filium ſecũ dum diuinitatem tantum ſicut ſeipſum: ſic tantam habet complacentiam in illo, ſicut in ſemetipſo, nẽ pe ſuperbeatiſsimæ trinitatis mutua complacentia eſt prorſus immenſa, cum nil diſsimilitudinis, nil contrarietatis, nil defectibilitatis, aut imperfectionis conſiſtat in eis: ſed vnaquæque infinitæ ſit bonitatis, ſapientiæ, pulchritudinis, ſanctitatis, omnísque ratio perfectæ mutuæ dilectionis ac complacentiæ inueniatur in eis, videlicet clariſsima intuitio, plena communio, ſumma ſimilitudo, illimitata bonitas, ſimpliciterque infinita perfectio: voluntatis verò non conformitas ſolum, ſed & vnitas ſempiterna. Poſtremò in Chriſto ſecundum humanam eius naturam habet deus pater ſeu trinitas complacentiam precipuam, imò maiorem quàm in omnibus ſimul creatis, ſicut in obedientiſsimo filio, in quo nulla vnquam extitit culpa: ſed qui à principio creationis animæ ſuæ deo perfectiſsimè, affectuoſiſsimé-
C que adhæſit, omni quoque gratiarum chariſmate pulcherrimè fuit ornatus. Inſuper patri in Chriſto ſecundum humanitatem eius complacuit, quia videlicet placuit patri tanta pietate & gratia præuenire animam eius, atque per Chriſti hominem ſeu eius humanitatem ſaluare omne genus humanum. Propter quod ait Apoſtolus, Quia in Chriſto complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & omnia reconciliare per ipſum. His verbis conſonat quod per Eſaiam pater ait de Chriſto, Ecce puer meus, ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum.

¶Poſtremò Auguſtinus in de conſenſu Euangeliſtarum differuit, quod Matthæus ait dictum à patre, Hic eſt filius meus dilectus: Lucas autem, Tu es filius meus dilectus, ad eandem ſententiam explicandam valet. Vox enim cœleſtis vnum horum dixit: ſed Matthæus oſtendere voluit ad id valere verba quæ dicta ſunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipſe eſſet filius dei. Non enim Chriſto indicabatur quod ſciebat, ſed audiebant qui aderant. Propter eos enim ipſa vox facta eſt. Itaque ſecundum beatum Auguſtinum, alii quam Ioannes audierant vocem illam, & forte ſecundum Augu- Coloſ.1.
ſtinum ſimili modo eſſet dicendum, quod columbam quoque viderunt. Porro ego antequam verba Eſaiæ. 42.
hæc legi, ita de iſta materia ſcripſi ſuper Matthæum.

¶Quæritur an ſolus Ioannes viderit columbam ſuper Chriſtum deſcendere ſeu ſedentem, an etiam ipſe ſolus vocem patris audiuit, præſuppoſito, quod Chriſtus vidit columbam, audiuítque vocem præfatam. Ad quod reſpondi ibidem. De hoc nil legi, ſed apparet quod ſic: aliter nõ indiguiſſet Ioannes te
D ſtari populo, quemadmodum viderit ſpiritum ſanctum deſcendentem in Chriſtum. Hoc ergo ibi opinatiue loquutus ſum, quod adhuc probabiliter dici poſſe opinor, quamuis ſancto Auguſtino contradicere non intendam: nec ſequitur quod vox illa formata ſit, vt præſentes eam audirent, quoniam facta Matth.3.
non eſt vt Chriſto aliquid indicaretur. Nam facta eſt propter Ioannem, vt dictum eſt, atquevt ipſe populo ea quæ vidit & audiuit inſinuaret. Conſequenter ponitur ætas in qua Chriſtus ſuſcepit baptiſmum. [*Et ipſe Ieſus erat incipiens,*] id eſt fieri incipiebat, [*Quaſi annorum triginta.*] Iam enim & viceſimũ nonum annum compleuit, triceſimúmque incepit, habens de illo tredecim dies, ſecundum expoſitores communiter, qui etiam aſſerunt eum illo die baptizatum quo & tribus Magis oſtenſus eſt, ſcilicet tertiodecimo die à ſua natiuitate. Hinc Euangeliſta ait, quaſi annorum triginta, quia de triceſimo anno modicum habuit: vel, quaſi, dicit hic veritatem, quia annum triceſimum vere incepit: & taliter exponentes aſſerunt Chriſtum prædicaſſe tribus annis cum medio, quamuis in computatione medii anni accipiant partem pro toto. Veruntamen Auguſtinus atque Chryſoſtomus aliter exponunt, hoc modo, Ipſe Ieſus erat triginta annorum incipiens, quaſi ſcilicet trigeſimum primum ætatis ſuæ. Dicunt nanque, quod Chriſtus tunc fuit plene triginta annorũ, & de triceſimoprimo anno habuerit tredecim dies: item, quod prædicauit duobus annis cum medio. Prima tamen expoſitio eſt conſonantior textui, communiúsq; tenetur. ¶Quæritur, cum Chriſtus tam diu diſtulit manifeſtari, baptizari, præ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicare, & miracula perpetrare? Et respondendum, quod ideo, quoniam ætas illa perfecta & virilis vo- E
Ezech. 1. catur, in qua sensus & intellectus vigent in homine, roburq; corporis: idcirco doctoribus & prædica-
1. Reg. 5. toribus competit, nec oportet differre diutius, ne tempus ad fructificandum aliis congruum minus vti
Genes. 41. liter expendatur. Vnde Ezechiel tricesimo ætatis suæ anno orsus est vaticinari & loqui ad populum,
Hiere. 1. quo etiam anno Dauid cœpit regnare, & Ioseph AEgypti constitutus est princeps. Nec obest quod
Daniel. 1. Hieremias & Daniel in recentiori ætate prophetare cœperunt, quoniam gratia de communi lege non
coarctatur, nec operatio miraculosa ad communē imitationē trahēda est: id quoq; quod raro contin-
git non est lex ecclesiæ, secundum Gregorium Nazianzenum, quia nec vna hirundo ver statuit. Chri
stus autem docuit quod communitatem assequi decet. Vnde & ideo tam diu distulit ista, vt nos suo e-
xemplo instrueret, omnem vanitatem, pompam, præcipitationem iactantiamque vitare, ne antè debi
tum aut congruum tempus procedamus ad publicum, vel docere alios præsumamus. Tot ergo anno-
rum extitit Iesus tempore baptizationis, [*Vt putabatur filius Ioseph*] id est quod seu quando adhuc æsti-
mabatur naturalis filius ipsius Ioseph, quem putabant cognouisse Mariā, & ex ea Iesum genuisse: sed ex
isto tempore per testimonium desuper factum & per prædicationem Ioannis, deinde per verba & o-
pera Iesu cepit patere & comprobari quam pluribus quod Iesus est Christus in lege promissus, & per
Esaiæ. 7. consequens ex virgine natus: iuxta quod Esaias prædixit, Ecce virgo concipiet. [*Qui fuit Heli*] id est,
Matth. 1. qui Ioseph fuit filius Heli. Sed videtur contrarium, quia apud Matthæū dicitur filius Iacob. Ad quod F
respondetur, quod fuit filius Iacob vere secundum carnalem propagationem, sed filius Heli secundū
legis institutionem. Heli nāque accepta coniuge, mortuus est absque prole: ideo frater eius Iacob iux
ta legis præceptum sumpsit coniugem illius in vxorem, vt fratri suo defuncto semen seu prolem pro-
crearet, genuitque ex ea Ioseph, qui secundum legem vocatus est filius Heli, quoniam lex præcepit, vt
Deute. 25. fratre vxorato sine liberis defuncto, frater eius seu propinquus vxorem eius acciperet, filiumque ex
Matth. 1. ea natum defuncto ascriberet, ne nomē eius deleretur ex Israël. De hoc & aliis multis quæ hoc loco &
in variis huius volu minis locis possent induci, prætermitto, quia super Matthæum plura inde conscri-
psi. [*Qui fuit Neri,*] id est qui Salathiel fuit filius Neri. ¶ Circa quod quæritur, quomodo verum sit hoc,
cum in Matthæo Salathiel dicatur filius Ieconiæ? Dicendum, quod Ieconias fuit naturalis pater istius
Salathiel. Neri autem fuit pater eius legalis seu per adoptionem actiuam. [*Qui fuit Nathan, qui fuit Da-
uid,*] id est Nathan fuit filius Dauid. Qualiter hoc intelligendum sit, & de quo Nathan istud dicatur, dif
fuse ac diligenter prosequutus sum super Matthęum. ¶ Porrò à Salathiel vsque ad Dauid fuerūt reges
quos Lucas non ponit, sed Matthęus. Lucas vero personas priuatas commemorat. Matthęus enim ver
satur principaliter circa Christi regnum seu regiam dignitatem: Lucas vero circa sacerdotium eius. In
super à Dauid vsque ad Abraham Lucas ascendendo, & Matthæus ab Abraham vsque ad Dauid des-
cendendo, easdem personas & sub eisdem nominibus exprimunt, vnde de expositione huius particu- G
læ textus satis super Matthæum dictum existimo. [*Qui,*] scilicet Seruch [*Fuit*] filius [*Ragau.*] Iste Ragau
in translatione Hieronymi dicitur Reu, vt in Genesi patet. [*Qui*] scilicet Sale [*Fuit*] filius [*Cainam, qui fu
it Arphaxat,*] id est qui Cainam fuit filius ipsius Arphaxat. ¶ Cōtra istud videtur quod in Genesi legi
Genes. 11. tur Arphaxat genuisse ipsum Sale, nec Cainam exprimitur ibi, nec interponitur. Idem quoque habe-
1. Parali. 1. tur in libro Paralip. Cur autem Lucas ponit Cainā inter Arphaxat & Sale? Ad quod ab aliquibus res-
pondetur, quod Arphaxat adhuc viuens adoptauit nepotem suum Sale, ideoque eius filius appellatur:
sicq; Cainam fuit supernaturalis præfati Sale. Alii putāt, quod Sale fuit filius adoptiuus ipsius Cainam
& naturalis filius ipsius Arphaxat. Itaque in hoc omnes concordant, quod vnus istorum duorum fuit
pater naturalis istius Sale, alter autem pater eiusdem legalis seu actiue adoptiuus. Septuaginta vero in-
Genes. 11. terpretes ponunt hūc Cainam inter Arphaxat & Sale, quorum translationem sequitur Lucas, quia suis
temporibus tota ecclesia ea vtebatur. [*Qui*] scilicet Sem [*Fuit*] filius [*Noe,*] quem Sem Hebræi putant fu
Genesi. 5. isse Melchisedech, & quod vixit vsque ad tempora Isaac. Nam in Genesi scribitur Sem vixisse annis
sexcentis, propter quod (vt dicunt) Melchisedech dicitur fuisse absque patre & matre, nō quia non ha
buit, sed ob nimiam eius senectutem, & quia scriptura parētes eius sub nomine Melchisedech non de
scribit. [*Qui fuit*] filius [*Noe, qui fuit filius Lamech.*] Iste est Lamech descendens de stirpe Seth, vt patet in
Genesi. 4. Genesi. Fuit autem & alter Lamech de genere Cain, qui & interfecit ipsum Cain, & bigamiā incepit,
quemadmodum fertur in Genesi. [*Qui*] Lamech [*Fuit*] filius [*Mathusale.*] Iste Mathusale omnibus seni- H
or fuit, quoniam vixit annis nongentis sexagintanouem, obiitque ante diluuiū anno eodem quo in-
undauit, secūdū Hierony. [*Qui*] Mathusale [*Fuit*] filius [*Enoch*] de quo Iudas scribit in sua canonica, Pro
phetauit autē de his septimus ab Adā Enoch. Vnde patet quod septimus fuit post Adam per descen-
sum à Seth. ¶ Quocirca quæri potest, quia si Enoch septimus fuit ab Adam, videtur Noe decimus ex-
1. Petri. 2. titisse: si quidem inter Enoch & Noe fuerūt Mathusale & Lamech: sed Petrus apostolus in sua cano
nica dicit Noe fuisse octauum: sic enim legitur, Deus octauum Noe præconem iustitiæ custodiuit. Et
respondendū, quod Enoch dicitur septimus ab Adā per inclusionē vtriusque extremi, videlicet tam i-
psum Adam, quam Enoch cōnumerādo. Noe vero octauus per exclusionem vtriusque extremi. Iste
Eccle. 44. est Enoch, de quo scriptum est in Ecclesiastico, Enoch translatus est in paradisum, vt det gentibus sa
Eccle. 49. pientiam. Itémque, Nemo natus est in terra qualis Enoch. Et in Genesi, Ambulauit Enoch cum deo
Genesis. 5. & non apparuit, quia transtulit illum dominus. Deniq; ipse est qui cum Helia venturus est & prædica-
turus contra Antichristi fallacias: quemadmodum in Apocalypsi prædicit Ioannes. Cuius beatissimi
Enoch præconia in lib. Sapiētiæ & ad Hebræos plenius cōtinētur. [*Qui*] cainā [*Fuit*] filius [*Enos*] Iste est
alius à Cainā supradicto, [*Qui*] Enos [*Fuit*] filius [*Seth*] Iste Enos fuit homo magnę deuotionis. Vnde in
Genesi. 4. Genesi habetur, Iste cepit inuocare nomē domini: qđ nō est intelligēdū quasi pater eius Seth & Adā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A non inuocauerint deum : ſed quia Enos cum præcipua deuotione coluit deum.[*Qui*,]ſcilicet Seth[*fuit*]filius[*Adam.*]Vnde nato Seth,dixit Eua,Poſuit mihi deus aliud ſemen pro Abel quẽ occidit Cain vt patet in Geneſi.[*Qui*,]ſcilicet Adam[*Fuit*]filius[*Dei*,]non ita,ſicut ipſe fuit pater Seth,qui non fuit Ibidem.
dei filius naturalis,cum hoc vnigenito dei ſit proprium,ſed fuit filius dei ratione creationis,& quoniã manibus dei de limo terræ plaſmatus eſt quantum ad corpus : quantum verò ad animam factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem dei.Vnde & filius eius per ſimilitudinem imitatiuam vocatur,quoniã intellectualis,rationalíſque creatura,quo creatori extat ſimilior,eo plus competit ei nomen & ratio filii quantum ad deum:iterum fuit filius dei per gratiam adoptionis,tanquam prædeſtinatus. Quamuis enim tranſgreſſus ſit,tamen pœnituiſſe atque deinceps virtuosè vixiſſe non dubitatur. Vnde & in Io- Ioſue.13.
ſue maximus dicitur: ait nanque ibi ſcriptura, Adam maximus ibi ſitus eſt,hoc eſt,ſepultus in ſpelunca videlicet duplici,in qua Abraham quoque,Iſaac & Iacob ſepulti ſunt.¶Circa prehabita quæritur,cur Lucas generationem Chriſti deſcribit à poſterioribus aſcendendo,Matthæus verò à prioribus deſcendendo? Et reſpondendum,quòd Lucas tractat de Chriſti generatione quodãmodo ſpirituali, & prout per eam ad deum reducimur.Propter quod incipit ſtatim poſt Chriſti baptizationẽ, quia in baptiſmo ſpiritualiter regeneramur,atque ad deum reducimur.Talis autem reductio ſeu regeneratio fit per gra
B tiam aſcendendo.Matthæus verò tractat de Chriſti generatione & genealogia,ſecundũ quod per carnis aſſumptionem deſcendit ad nos,quod factum eſt per carnalis propagationis deſcenſum. Hinc quo que Lucas plures perſonas ponit inter Ioſeph & Abraham,quàm Matthæus,quia triplices patres inducit,videlicet naturales,ac legales,& adoptiuos.Etenim filiatio adoptiua ſpiritualis cenſetur.Matth. verò non niſi carnales,ſeu naturales patres commemorat. Inſuper Lucas non ſiſtit in Abraham ſicut Matthæus,ſed aſcendit vſque ad Adam,quia per Chriſtum ad deum reducti ſunt, quicunque à principio mundi ſaluati ſunt,quia oportuit eos aliquo modo habere fidem de Chriſto,videlicet explicite ſiue implicite.Ex his demum redditur ratio,cur Lucas in generatione quam texit,nullam interſerit fœminam,cùm tamen Matthæus quaſdam admiſceat,ſcilicet Thamar,Ruth & Berſabee.Matthæus quippe carnalem Chriſti ad nos deſcenſum determinat,in quo mulieres concurrunt.Lucas autem de generatione iſta pertractat ſecundum quod per eam ad deum aſcendimus,quem aſcenſum mulieres impediunt magis quam iuuant.Hinc rurſus Matthæus deſcribendo Chriſti generationem in omnibus vtitur verbo hoc,genuit:Lucas autem verbo hoc,fuit,quia Matthæus non ponit patres & filios, niſi ſecundum veram ac realem generationem,demptis Ieſu & Ioſeph quo ad ſeinuicem comparatis.Lucas verò ponit nõ ſolum patres per carnalem generationem,ſed etiam patres legales & adoptiuos. Denique qm̃(teſte Apoſtolo)nõ prius quod ſpirituale,ſed quod animale,deinde quod ſpirituale.Matthæus qui 1.Cor.15.
deſcenſum Chriſti ad nos per carnalem deſcenſum deſcribit,conuenienter Euangelium ſuum à Chri
C ſti generatione exorſus eſt.Lucas autem qui ſpiritualem aſcenſum prętendit,Chriſti genealogiam ſcribere cœpit poſt deſcriptionem baptiſmatis eius,volens oſtendere,quomodo per Chriſtum efficimur filii dei,quod agitur per baptiſmum.

¶Elucidatio Cap. IIII. [*Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto,regreſſus eſt a Iordane.*] Articulus X.



Onſequenter proſequitur Euangeliſta opera Chriſti,& primò quomodo maieſtatem ſuam declarauit,ſuperando diabolum.[*Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt a Iordane.*] Multi ſunt gradus plenitudinis ſpiritus ſancti ſeu gratiæ eius.Nam & Ioãnes Baptiſta dicitur ſpiritu ſancto repletus in vtero matris: & de apoſtolis legitur,Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto . & poſtea de Stephano ſcriptum eſt, Cum eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto.Itaque vna eſt plenitudo ſpiritus ſancti, ſeu gratiæ quæ dicitur plenitudo proportionis ſeu comparationis, ſecundum quam dicitur aliquis plenus gratia vel ſpiritu ſancto,quantum ad ſuam pertinet menſuram ſiue ætatem,vel comparatione aliorum. Alia dicitur plenitudo ſuffi-
D cientiæ,qua aliqui dicunt apoſtolos & Stephanum atque conſimiles fuiſſe repletos ſpiritu ſancto.Veruntamen quoniam tales fuerunt viri heroici atque perfecti,etiam quantum ad opera ſupererogationis, per obſeruationem conſiliorum præcipuam,videtur illorum plenitudo dicenda plenitudo abun- Actuũ.1.
dantiæ.Alia eſt autem plenitudo prærogatiuæ,quæ fuit in virgine benedicta,cui dictum eſt, Aue gra- Actuũ.7.
tia plena : hæ plenitudines accipiunt augmentum durante hac vita, quia & virgo glorioſa profecit quotidie in charitate & gratia cæteriſque virtutibus . Quarta verò ponitur plenitudo ſuperabundan- Lucæ.1.
tiæ qua Chriſtus vt homo fuit plenus ſpiritu ſancto,omníque gratia,dono & virtute ipſius.Denique intantũ fuit plenus ſpiritu ſancto,& donis ipſius,quod tota animæ ſuæ capacitas fuit repleta,ita quod in habitu gratiæ ac virtutum nunquam profecit,vt declaratum eſt clarius articulo ſeptimo. Hæc autẽ plenitudo propria eſt Chriſto homini cui datus eſt ſpiritus non ad menſuram , videlicet qua datus eſt aliis,vt in Ioanne fertur. ¶Quæritur,an Chriſtus ſecundum diuinitatem,ſeu vt verbum æternum,fuit plenus ſpiritu ſancto? Et reſpondendum,quod ſecundum Damaſcenum,cæterosque theologos,quę libet diuina & increata perſona eſt in alia per circuminſeſsionem,ita quod pater totus eſt in filio & e- Damaſc.
contra, ſimiliter ſpiritus ſanctus eſt totus in patre & filio , pater quoque & filius in ſpiritu ſancto. Nam & quælibet diuina perſona eſt incircunſcriptibilis & immenſa. Itaque iuxta hunc ſenſum dici poſſet Ieſus,vt deus plenus ſpiritu ſancto,ita quòd ſpiritus ſanctus totus,& plene omnino in ipſo eſt. In rationalibus verò creaturis dicitur ſpiritus ſanctus eſſe per dona ſua . Vnde ſicut illis dari aſſeritur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quibus gratiæ ſuæ munera infunduntur: ſic illi feruntur pleni ſpiritu ſancto, qui eius gratia & virtute E
infuſa replentur. Itaque Ieſus baptizatus à Ioanne diſceſsit, regrediens à Iordane in quo fuit iam baptizatus. [*Et agebatur ſpiritu*] hoc eſt, à ſpiritu ſancto inducebatur ſeu mouebatur [*In deſertum*] hoc eſt,
Roma.8. in ſolitudinem: quæ eſt aptiſsimus locus ad illa exercitia, propter quæ Chriſtus deſertum ingreſſus eſt. Itaque agi ſumitur hic eo modo quo ad Romanos ait Apoſtolus, Quicunque ſpiritu dei aguntur id eſt mouentur, reguntur, ſeu diriguntur, hi filii dei ſunt.

¶ Præterea, Chriſti humanitas fuit inſtrumẽtum ſeu organũ ſpiritus ſancti, imò totius ſuperbeatiſsimæ Trinitatis in opere indiuiſæ operantis per illam, præſertim tamen dicitur fuiſſe inſtrumentum verbi à quo fuit aſſumpta. Vnde ſicut corpus noſtrum eſt inſtrumentum immediatum animarum coniunctũ & proprium animæ noſtræ: ſic Chriſti humanitas fuit verbi animatum, vnitum, immediatum ac proprium inſtrumẽtum. Idcirco Chriſtus, vt homo in omnibus agebatur, ſeu mouebatur à verbo æterno
Matth.4. Ioann.11. ieu à ſeipſo ſecundum quod deus eſt. Itaque agebatur à ſpiritu in deſertum, quod fuit inter Hiericho & Hieruſalem. [*Quadraginta diebus*] id eſt tot diebus ibidem ſpiritu agente permanſit. Loquitur autem Lucas de die naturali quæ noctem includit. Eſt enim ſpatium vigintiquatuor horarum. Matthæus vero loquens de die artificiali ait, ꝙ Chriſtus fuit ſeu ieiunauit in deſerto quadraginta diebus & totidẽ noctibus: de quo etiam die ait Saluator, Nónne duodecim ſunt horę diei? ¶ Circa hæc multa ſunt intuenda. Primò, cur Chriſtus qui peccare non potuit, nec publico impediri à bonis, nec ſolitudine adiuua F
ri, ingreſſus eſt eremum. Et reſpondendum; quòd Chriſtus non ſolum voluit omnem perfectionem implere, ſed inſuper diuerſas ſpecies gradus & modos perfectiõis perfectæ cõuerſationis oſtẽdere &
Lucæ.2. docere. Hinc in pueritia cum matre & eius miniſtro moratus eſt, ſuitque ſubditus eis vt conuerſationem ſub obedientia ſpiritualis patris, ſeu matris exemplariter demonſtraret & efficaciter approbaret. Deinde ingreſſus eſt ſolitudinem, vt eremiticæ ac anachoriticæ vitæ præberet exemplum & ſolitariam vitam opere commendaret. Secundo, vt inſtrueret nos, quod ad pœnitentiam peragendam contẽplationisq; apicem adipiſcendum ſolitarius præcipuè conferat locus, præſertim deſertum in quo ſenſualium delectationum deſunt obiecta, vt ſupra plenius dictum eſt, vbi oſtendebatur, cur Ioannes Baptiſta ad deſertum confugit. tertiã cauſam tangit Euangeliſta Matthæus, dicẽdo, Ductus eſt Ieſus in
Matth.4. deſertũ, vt tentaretur à diabolo. Sed nónne & extra deſertũ quiuit tentari? Cur ergo hoc ait Matthæus, niſi vt innuat quòd Ieſus propter certas cauſas voluit ſinguläriter, hoc eſt acerrime atque fortiſsime tentari à dæmone & quaſi manu ad manum contra eum confligere? Quartò, ingreſſus eſt deſertũ protinus poſt baptiſmum teſtimoniumque Ioannis, imò poſt tam ſublime teſtimoniũ dei patris ac ſpiritus ſancti de ipſo, vt formam præſtaret vitandi laudem humanam, & omnem gloriam vanam, quatenus & nos laudati, aut honorati, quæramus latere, & optemus neſciri. Quintò, poſt baptiſmum ſtatí introiit eremum, volens docere ꝙ tunc potiſsimũ debemus cuſtodiç cordis inſiſtere, profectuique ſpi G
rituali vacare, cum aliquam ſpecialem à deo purificationem, & gratiam ſortiti fuerimus, ne deo ingra-
Hebræ.6. ti reddamur, & tantò grauius offendamus, quo ampliorem pauloãte miſericordiam conſecuti eramus, penſantes illud Apoſtoli, Impoſsibile eſt eos qui ſunt illuminati, & guſtauerunt donũ cæleſte, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam. In qua authoritate impoſsibile pro difficili ſecundum vnã
Apoca.3. expoſitionem accipitur. Ioannes quoque in Apocalypſi, Tene (inquit) quod habes, ne alter accipiat coronam tuam. Sextò, vt in ſolitudine pro noſtris peccatis corpus ſuum abſtinendo affligeret, atque in aliis ſe actibus ſatisfactoriis exerceret. Puto equidẽ quòd ibidem mundi peccata copioſè defleuerit & pro noſtra ſalute iugiter preces fuderit. [*Et tentabatur a diabolo.*] Secundum Origenem toto tempore quadraginta dierum illorum tentabatur, & quæ fuerint tẽtamenta, neſcimus: quę ideo hoc loco forſitã prętermiſſa ſunt, quia maiora erant quàm vt literis crederentur. Veruntamen verbũ hoc Origenis pie accipi debet, præſertim cum beatiſsimi Euangeliſtæ Matthæus & Lucas tres tentationes quas ibi paſſus eſt Chriſtus commemorẽt. Baſilius quoque ſentire videtur, quod completis quadraginta diebus ieiunii ſit tentatus. Ait nanque, Chriſtus per quadragenam intentatus manſit. Nouerat enim diabolus quod ieiunabat & non fameſcebat, ideóque non audebat accedere: & iſtud Euangelicæ veritati magis conſonum reor, quia in Matthæo dicitur, Cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadragin-
Matth.4. ta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator dixit. Vnde apparet, quòd conſummato ieiunio, & vi- H
ſa fame ipſius, tentator aggreſſus ſit eum. Hinc aliqui expoſitores affirmant quòd eſuries Chriſti fuit diabolo tentandi occaſio. ¶ Denique ſicut pro noſtra ſalute vnigenitus dei dignatus eſt incarnari, circuncidi, baptizari, & crucifigi: ita etiam & tentari. Primò, vt nobis virtutem & gratiam triũphandi in omni tentatione promereretur. In omnibus nanque quæ egit ac pertulit, nobis promeruit. Secundo, vt nos ad ſuſtinenda omnia tentamenta animaret & prouocaret. Membra quippe & famuli domino ſuo capiti debent libenter, & proportionaliter conformari. Tertio, ne quis fidelium in tentationibus quantumlibet grauibus conſtitutus puſillanimitate deiiciatur, aut à deo ſe ſuſpicetur relictum, dum & vnigenitus dei grauiter eſt tentatus. Quarto, vt formam reſiſtendi atque vincẽdi nobis mõſtraret. Vnde in qualibet tentatione ſcripturam obiecit diabolo. Quinto, vt poteſtatẽ tentatoris debilitaret, nosq; ab omni tentatione erueret. ¶ Inſuper in hoc potiſsimum incomprehenſibilem ſuam dignationem & humilitatem oſtendit, quod à dæmone ita tentari dignatus eſt, vt duceretur, ſeu aſſumeretur à diabolo de loco ad locum. Itaque in omni tentatione Chriſtum fiducialiter inuocemus, vt virtute & meri-
Hebræ.2. to ſuæ tentationis nos roboret ſuperareque faciat: quia & Apoſtolus loquitur ad Hebræos, Debuit Chriſtus per omnia fratribus aſsimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deum. In quo enim paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt eis qui tentãtur auxiliari. Chriſti ergo dignationem & humilitatem ſectemur omni indignatione ſuperbiæ refutata. [*Et nihil manducauit in illis diebus*] hoc eſt, in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tra quadraginta hos dies nullum ſumpſit corporeum alimẽtum. Non ergo ieiunauit vt nos, qui quotidie ſemel reficimur. Quod autem cõtra diabolũ dimicaturus voluit primo abſtinere, patefecit, quòd volentibus dæmonum tentamenta proſternere opus ſit carnem ſuam à voluptatibus guſtus & tactus abſtrahere: quemadmodum ait Apoſtolus, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et rurſus, Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. ¶ Prẽterea, deſertũ aptiſsimus locus eſt pœnitendi, orandi, & contemplandi, & hoc ordine quodam: quoniam abſtinendo perducitur homo ad gratiam orationis deuotæ: per orationem verò ad gratiam contemplationis ſyncerę, atque per tria hęc ad aliorum inſtructionem, prędicationem, gubernationẽ, aptiſsimus redditur, vt ſic gratiam, ſapientiam, & feruorem, quos in abſcondito deſuper ſumpſit, aliis per ignea atque idonea verba communicet & proponat. Vnde Chriſtus mox aliis prædicaturus ad nos exemplariter inſtruendos, primo in ſolitudine, ieiunio, orationi, & contemplationi vacauit, inſtruens aliorum rectores, prædicatores, prælatos, vt in primis ſeipſos in prædictis exercitent, ſicque ſanctè conuerſando mereantur à deo gratiam efficaciter prædicandi ac fructuosè regendi, vt ſcilicet verba quæ proferunt, non ex arido corde, ſed ex guſtu interno, ex charitatis ardore, ex ſpirituali experientia profluant: iuxta illud Pſalmi, Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. [*Et conſummatis illis eſuriit*] hoc eſt, poſt quadraginta dierum finem Chriſtus ſtatim famem perpeſſus eſt, & forſitan magnum ad profectum & commodum noſtrum. Nam ea quæ propter nos paſſus eſt in abundantia, paſſus eſt ex magnitudine charitatis ad nos, & ob multiplicem fructum nobis inde manantem. Hinc Chriſtus ait in Pſalmo, Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum, hoc eſt, olei defectum. Et denuo, Humiliabam in ieiunio animam meam. Pſalm.144 Pſalm.34. Pſal.108.

B ¶ Denique Moyſes & Helias tanto tempore ieiunarunt vt Chriſtus, nihil edentes neque bibentes: nec tamen eſuriiſſe leguntur, quamuis poſtea eſuriiſſe credantur. Noluit autem Chriſtus diutius ieiunare quàm præfati eius miniſtri, ne diabolus de eius dignitate maiorem æſtimationem acciperet: itémque propter myſticam rationem, quoniam quadragenarius numerus pœnitentiæ congruit. Conſtat enim ex denario quater accepto, ſicque deſignat hominis ex quatuor elementis compoſiti caſtigationem cum obſeruatione decalogi, ſecundum quatuor Euangeliorum doctrinam: & rurſus, quoniam tot diebus ieiunãdo offerimus deo decimas dierum anni, ſecundum Gregorium, cui & aliarum rerum decimas offerre præcipimur.

¶ Inſuper vt ſingularitatem & oſtentationem doceret vitandam. Eſuriit autem non ex infirmitate aut neceſsitate naturæ, ſed diuina diſpenſatione ac propria voluntate. Licet enim in communi loC quendo mirum & ſupernaturale ſit hominem tanto tempore ſine omni edulio & potu ſubſiſtere, nihilominus in Chriſto mirabilius fuit, quòd poſtea eſuriit, quàm quòd interim nil comedit. Ad quod intelligendum ſcire oportet, quòd poſt reſurrectionem futuram corpora beatorum erunt animabus glorificatis perfectiſsimè, ad imperiúmque ſubiecta, ita quòd ex redundantia beatitudinis animarum in corpora, erunt corpora illa quatuor dotibus decorata, videlicet claritate, agilitate, ſubtilitate, & impaſsibilitate. Cum ergo anima Chriſti fuerit à principio ſuæ creationis præ cunctis creaturis intellectualibus præexcellenter deo fruens atque beata quo ad præmium eſſentiale: conſtat quòd ex redundantia beatitudinis ſuæ in corpus poterat præſeruari, & præſeruata fuiſſet ab omni paſsione corporíſque incommodo, niſi deo ſic ordinante, dilata atque ſuſpenſa fuiſſet redundantia illa vſque ad tempus, videlicet vſque ad reſurrectionem. Non ergo indiguit alimento, niſi ea voluntate qua redundantiam illam ſuſpendit. Iterum famem aſſumpſit, vt veram in ſe humanitatem oſtenderet: item per famis ſuæ pœnalitatem, magnam nobis gratiam ſaturitatémque animæ mereretur. Omnis quippe afflictio eius nobis meritoria extitit. Rurſus, vt diabolo occaſionem tentandi ſe exhiberet, quemadmodum fortiſsimus pugil aduerſarium prouocat ad congreſſum. Hinc aſſerit Gloſſa, Fames Chriſti pia fraus eſt, ne diabolus eum tentare cauerет. Fraus itaque fuit fames illa, non quaſi non fuerit vera fames, ſed quoniam diuinitatem cælauit, dæmonémq; fefellit. At verò ex hoc quòd diabolus Chriſtum poſt baptiſmum atque ieiunium tentare aggreſſus eſt, innoteſcit quòd tunc potiſsimum nititur hominem

D impedire ac vincere, cum viderit eum incepiſſe profectum, & aliquo feruentiori proficiendi deſiderio inflammatum. Ideo in Eccleſiaſtico docetur, Fili accedens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore, & prępara animam tuam ad tentationem. Ex hoc autem quòd nõ legitur Chriſtum tentaſſe, niſi cum deſertum ingreſſus eſt, deſignatur, quòd illos præcipue conatur deiicere, qui ſtudent perfectioni, ſolíque deo omni hominum relicta frequentia vacare nituntur. Hinc ſecũdum doctores ſolitaria vita, ſcilicet quæ eſt penitus ſolitaria, & extra cœnobium, ſeu congregationem aut ſocietatem, periculoſa eſt, potiſsimum imperfectis. ¶ Poſtremo, per illud quòd completo mirabili ac longo ieiunio Chriſtum aggreſſus eſt dæmon, oſtenditur quòd virtuoſos ac religioſos etiam tunc de ſpiritualibus vitiis tentare molitur, cum eos carnalia viderit vitia ſuperaſſe. Nunquam ergo ſecuri ac improuidi ſimus, ſed timorati ſemper & circunſpecti, quemadmodum in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Niſi in timore dei tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. ¶ Conſequenter deſcribitur tentationis proceſſus, [*Dixit autem illi diabolus.*] Diabolus iſte à multis fertur fuiſſe primus ille apoſtata angelus, qui Lucifer dicitur. [*Si filius dei es.*] Nouit diabolus quòd in ſcripturis tam homines virtuoſi quàm angeli ſancti appellentur filij dei. Cum ergo loquitur Chriſto, Si filius dei es, intendit de vnigenito filio patris æterni, an ſcilicet chriſtus ſit vnicus ille, naturalíſque filius dei, de cuius incarnatione, aduentu, & paſsione ſciuit diabolus prophetas eſſe locutos. Diabolus quoque non dubitauit de Ieſu ſanctitate, ſed de eius vera diuinitate. [*Dic lapidi huic*] hoc eſt propria authoritate præcipe, præcipiendóque age, [*Vt*] lapis hic ante te iacens, [*Panis fiat*] hoc eſt conuertatur in panem. Primo tentauit diabolus chriſtum de Eccleſi.2. Eccleſi.27

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vitio gulæ,& mutatione lapidis in panem : quia videbat quòd Christ⁹ esuriit, sicque magis dispositus E
esset ad panis affectum,ac tale miraculum.¶Denique non tentauit Christum in primis de aliquo manifeste inhonesto,turpi seu vitioso,quia sanctitatē eius pensauit,ideo non confidebat,quòd ad tale aliquid posset eum statim inducere.Locutus est etiam dæmon multum astute.Nō enim dixit,Roga deū vt lapidem conuertat in panem,vel pete à me,vt ego hoc faciā : sed ait,dic, id est solo imperio seu imperiali verbo hoc fac.Cognouit nanq; tentator,quòd taliter rerum naturas mutare deo sit proprium,
Psal.32.28. de quo ait Psalmista, Ipse dixit & facta sunt. Cui in libro Sapientiæ dicitur, Subest tibi cum volueris
Sapien.2. posse.Itaque cogitauit tentator,si sic poterit lapidem in panem cōuertere, sciam quòd vnigenitus dei
Matth.4. sit verúsque deus:quòd si non poterit,patebit mihi quòd purus sit homo . ¶ Porrò in Matthæo legi-
Lucæ.2. tur Christo dixisse,Dic vt lapides isti panes fiāt. Aut ergo Lucas ponit singulare pro plurali, aut Matthæus plurale pro singulari:quorum vtrunque sæpe fit in scripturis. ¶Præterea secundum Ambrosiū ex eo quòd diabolus explorando & tentando loquitur Christo,Si filius dei es, constat quòd nouerat filium dei venturum,sed hūc esse Iesum non existimauit propter infirmitatem corporis quam in ipso perpēdit.Chrysostomus verò affirmat, quòd diabolus audiuit angelos deo gloriam in Christi natiuitate cantantes.Angelum quoq; pastoribus annunciantem,quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus dominus:itémque quòd vidit tres Magos puerum adorātes. Symeonem quoque & Annam F
ac Ioannem baptistam Iesu Christo testimonia perhibentes : ex prophetia etiam Danielis de numero hebdomadarum agnouit tempus aduentus Christi impletum: ex aliorum quoque oraculis prophetarum cognouit quòd Christus sit deus,ex quibus omnibus vehemēter putauit quòd Iesus esset Christus vnigenitus dei.¶Porrò ex alia parte videns eum inter populares & peccatores baptizatum,& fame confectum,dubitauit & fluctuauit, quomodo talis posse esse deus, ideo veritatem explorans,dicebat. Si filius dei es.Hinc & alij quidam dicunt,quòd diabolus humilia in deo non potuit credere.

¶Sed circa hæc verba dubitationes non paruæ occurrunt.Cum enim diabolus tantę sit subtilitatis atque scientiæ,certissimè nosci angelos sanctos nunquam mentiri,imò mentiri non posse.Si ergo audiuit præfata angelorum testimonia de Christi natiuitate peracta,vidítque quòd puerum illum Magi adorauerunt,quem angelus asserit esse Christum,nequaquam dubitauit,quin Iesus fuerit Christus. Rursus sicut ex dictis prophetarum cognouit dei filium incarnandum, sic quoque ex eisdem sciuit eū
Esaiæ.53. pro mūdi salute passurum,imò ignominiosissima morte necandum . Hoc enim in Esaia & in Psalmo
Psalm.21. qui incipit,Deus deus meus respice in me,quare me dereliquisti,apertissimè fuit prædictum. Itaq; appāret,quòd non ideo æstimasset Iesum non Christum,quia abiecta sustinuit.Præsertim quoniam sci-
Zacha.9. uit Christum inter homines conuersaturum,atque in magna paupertate victurum, prout in Zacharia G
Baruch.3. & Baruch dictum erat:imò tempore passionis Christi,videns ineffabilem patientiam Christi,suggesMatth.27. sit vxori Pilati vt persuaderet Pilato.Nihil tibi & iusto illi. Propter hæc & multa similia quæ possem inducere non video,quid ad hanc difficultatem soluendam aptius valeat responderi, nisi quod nono de ciuitate dei capitulo vicesimoprimo asserit Augustinus,Dæmonibus(inquit)Iesus Christus tātùm innotuit quantum voluit: tantum autem voluit quantum oportuit,id est expediens fuit, hoc est quantum tumidis innotescendum fuit.Innotuit quoque eis non per id quod est vita æterna & lumen incō mutabile,sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta seu opera, & occultissimæ signa præsentiæ, quæ angelicis mentibus etiam malignorum spirituum potius quàm infirmitati humanæ possunt esse conspicua.¶Denique quando ea Christus paululum supprimenda iudicauit,& aliquanto altius latuit, tunc dubitauit de illo dæmonum princeps,eúmque tentauit,an Christus esset, explorans quantùm se ipse tentari permisit,vt hominem quem gerebat ad nostræ imitationis temperaret exemplum. Ex his beati Augustini eloquiis elucescit,quòd dæmon tantam de Christo notitiam habuit,quantā Christus permisit.Vnde & arbitror,quòd diabolus ex præinductis & aliis variis verbis,factis,signísque Christi certitudinaliter atque stabiliter cognouisset Iesum esse Christum si Christus hoc permisisset,potissimum quando christus postea aperte docuit se esse dei vnigenitum,verúmque deum,atque hoc ipsum per miracula soli deo possibilia confirmauit.Talia quippe diabolum non latuisset, si christus permi- H
sisset.Nihilominus christus dicitur aliqua fecisse, ne diabolus cognosceret eum iam natum, & tamen quædam illorum non fuerant talia, quin si christus permisisset diabolus illis non obstantibus cognouisset christum iam natum,& Iesum esse christum. Communiter etenim dicitur, quòd voluit matrē suam quamuis virginem esse sponsatā viro,ne matris virginitas pateret & diabolo, sicque virginis filiū agnosceret christū:& tamē despōsatione illa non obstante diabolus sua naturali industria bene explorasset,atque nouisset,an mater Iesu existeret virgo,vt doctores euidēter ostendunt. Vnde quòd hoc latuit dæmonem,fuit ex hoc quòd diuinitus fuit prohibitus, nec explorare permissus. Sic ad propositū dico,quòd testimonia angelorum hominúmque sanctorum præfata de christo tantum innotuerunt diabolo quantum deus voluit & permisit:cuius moderamine factum est,vt diabolus sæpe sic fluctuaret ex consideratione diuersorum circa christum eiúsque actus.Hęc tam prolixe inserui,quia inferius sæpe locum habebunt,dum inquiretur qualiter dæmones & Iudæi nouerant Iesum esse christum.

¶ Postremò & illud notandum, quòd Augustinus astruit christum à principe dæmonum esse tentatum.Vnde communiter fertur à Lucifero tentatus,quódque victus ille à christo sit in infernum detrusus,nec exiturus nisi in Antichristi aduentu,cuius ille possessor erit in omnibus & director.[*Et respon-*
Deuter.4. *dit ad illum Iesus,Scriptum est*]in Deuteronomio, [*Non in solo pane viuit homo*]hoc est non solo corporeo alimento homo indiget,subsistit,& sustentatur, [*Sed in omni verbo dei*] id est per diuina verba seu sacræ scripturæ eloquia,vel per internas dei inspirationes,seu allocutiones secretas.

¶Itaque sicut homo quantum ad corpus & conseruationem in vita naturæ indiget nutrimento cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A poreo: ſic quantum ad animam & quoad adeptionem, ſeu conſeruationem in vita gratiæ indiget verbo dei, quod rite aſſeritur animæ cibus. Hoc nanque ſpiritualiter verbũ dei facit in anima quod panis aut alius cibus materialis corporaliter agit in carne. Materialis enim cibus reſtaurat depertitum, confortat naturam, ad debitam quantitatem perducit, in vita conſeruat: ſic verba diuina mentem ad pœnitentiam ducunt, quia deperdita tempora, & omiſſa bona recuperantur, interiores animæ vires confortat: ſecundum illud Machabæorum, Iudas ſingulos armauit non haſta & clypeo, ſed optimis ſermonibus & exhortationibus. ¶ Inſuper verbum dei ad debitam ſpiritualis profectus menſuram ſeu quãtitatem perducit, nunc hortando, nunc comminando, nunc blandiendo, nunc iubendo, nunc cõſulendo: quẽadmodum ait Apoſtolus, Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, Matth. 14.
ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum. ¶ Poſtremo conſeruat ani 1. Tim. 3.
mam in vita gratiæ actibúſque virtutum, & breuiter verbum dei mortem peccati, videlicet errores, paſſiones, & vitia, omnéque malum extirpat, & ad omnem diſponit, confert, inducit virtutem, conſolatur,
illuminat, dirigit, dicente Pſalmiſta, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumẽ ſemitis meis. Et rur- Pſal. 18.
ſus, In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. Hinc in libro Sapientiæ le Sapien. 16.
gitur, Non natiuitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo tuus domine eos qui in te credunt cõſeruat.
¶ Victus diabolus in prima tentatione aggreditur aliam, tentans Chriſtum de ambitione & auaritia,
B ſciens quòd multi qui vitia guſtus, & tactus, ſeu gulæ, atque luxuriæ fugiunt, ambitione & auaritia ſuperantur ac pereunt. [*Et duxit illum diabolus.*] Matthæus aſſerit, quòd aſſumpſit eum, vnde aliqui putant, quòd volando per aërem eum portauit, quòd non videtur, præſertim quia communiter dicitur, & veriſimile eſt, quòd diabolus in forma humana, imò in ſpecie hominis religioſi, ſeu eremitæ chriſtum in prima tentatione acceſsit, vt eum per ſimulatam ſanctitatem cirius falleret: & hanc ſpeciem in ſecunda tentatione ſeruaſſe videtur, in qua adhuc ſub ſpecie boni chriſtum tentauit: & hoc dico de ſecunda tentatione ſeruaſſe videtur, in qua adhuc ſub ſpecie boni chriſtũ tentauit: & hoc dico de ſecunda tentatione ſecundum ordinem quo Matthæus tres tẽtationes has recitat. Matthæus enim hanc quã Lucas ſecundo loco commemorat tertiam ponit, in qua diabolus oſtendit ſe eſſe malignum, vt verba eius declarant. [*Et oſtendit illi omnia regna orbis terræ*] id eſt quædam regna de omnibus mundi regnis: vel omnia regna oſtendit ei, non ad oculum corporalem, ſed intellectualem, ſpecies & diſpoſitiones regnorum ei proponendo, ſeu concupiſcibilia illorum commemorando.
¶ Porrô ſecundum Theophilum, oſtendit ei omnia regna in phantaſia, & forte per phantaſiam intelligit Theophilus imaginariam viſionem. chryſoſtomus vero imaginatur, quòd regna viciniora oſten-
C dit illi ad viſum quantum fieri potuit, cætera quodam indicio: velut ſi quis cum aliquo ſtans, digitum verſus diuerſas mundi plagas extendat, dicendo, Ecce ibi Francia, ibi Italia. Huic modo videtur litera amplius conſonare: ideo enim duxit chriſtum in altum montem, vt tentationi congrueret locus, cæteras autem oſtenſiones potuiſſet feciſſe in valle, ſicut in monte. Hæc ergo chriſto oſtendit, [*in momento temporis*] id eſt valde celeriter ſeu breuiſsimo tempore, non in inſtanti, ſaltem quantum ad omnia quæ oſtenſionem illam circunſtabant. Ideo autem tam multa obiecta pariter ſibi oſtendit, vt fortius appetitum eius mouerent atque allicerent. [*Et ait illi, Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam*] hoc eſt omnium regnorum iſtorum potentiam, fortalicia, populóſque tibi ſubiiciam, & mundi monarcham te procreabo, ſeu omnium horum regem conſtituam, [*Et gloriam*] delicias, famam, honorem [*illorum.*] ita quòd omnes te reuerebuntur, & delectaberis de tua poſſeſsione omnibus tibi ſubiectis, [*Quia mihi tradita ſunt.*] Hoc mentitur diabolus, quamuis aliquo modo verbum hoc poſsit verificari, præſertim, quia & Chriſtus in Ioanne vocat diabolum huius mundi principem, & de eodem ſcribit Apoſtolus, Deus (in Ioan. 14.
quiens) huius ſeculi excæcauit mentes infidelium. Si ergo per regna intelligantur habitatores regnorũ, 1. Cor. 9.
præſertim iniqui illi traditi ſunt diabolo, hoc eſt iuſto dei iudicio permiſsi ſunt diabolo ſubiici, & tentari, vinci, poſsideri, ſeu captiui teneri ab eo, ſecundum illud Apoſtoli, Reſipiſcant à laqueis diaboli à
quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Vnde & rex impiorum vocatur: iuxta quod in Iob habe- 2. Timo. 2.
D tur, Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ: imò iſti verius dicũtur ſeipſos diabolo tradere per hoc Iob. 1.
quòd ſponte ei conſentiunt. Si autem per regna intelligantur regiones, vrbes, opes, ſimiléſque poſſeſsiones habitantium ſuper terram, talia ſicut & ipſi homines generaliter tradita ſunt diabolo, nõ ad ius dominandi ac occidendi, ſed ad vſum tentandi: ſicut & ſanctus Iob dæmoni traditus fuit, dicente domino, ad Sathan, Ecce in manibus tuis eſt. [*Et cui volo do illa.*] Hoc rurſus mendaciter protulit, nec mi- Iob. 2.
rum, cum de ipſo dicat Saluator, In veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo. Cũ loquitur menda- Ioan. 8.
cium, ex proprio loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Veruntamẽ permiſsione diuina diabolus frequenter cooperatur ad obtinenda terrena ac mũdi dominia. Propter quod dicit Ambroſius, Ambitio diabolicæ ſubiacet poteſtati. [*Tu ergo ſi adoraueris coram me*] hoc eſt ſi meipſum ſuppliciter adoraueris me præſente, [*Erunt tua omnia*] regna mundi. Ecce quanta & quàm inueterata ac indurata diaboli pompa. Olim propter ſuperbiam ſuam pulſus eſt cælo, quoniam dixit, Similis ero altiſsimo & nunc rurſus vult ei aſsimilari, requirendo ſibi impendi cultum ſoli altiſsimo congruentem ac debitum, imò hoc quærit ab eo qui vere altiſsimus eſt: quod quamuis diabolus certitudinaliter non ſciret, quòd ſcilicet ille cui hæc dixit, eſſet altiſsimus, tamen ſupplicabatur hoc ipſum ſaltem in prima tentatione, ſicque poſuit ſe in periculo poſtulandi adorationem ab altiſsimo, & præferendi ſe illi. Tanta eſt impudentia diaboli, auiditáſque ipſius ad diuinos honores ex intolerabili eius ſuperbia naſcens, cuius impietatem ac cæcitatem multi ſuperbi & ambitioſi ſequuntur: prout Sapiens aſſerit, Imitantur illum qui ſunt ex parte illius. [*Et reſpondens Ieſus dixit illi, Scriptum eſt,*] in Deuteronomio, [*Dominum deum tuum adorabis,*] Sapient. 2.
cui tanquam altiſsimo principi ac maximo benefactori, propriáque virtute ſaluare potenti, debetur Deute. 6.
ſummus ſingulariſque honor, videlicet latriæ cultus interior atque exterior. Cũ ergo diabole ſis crea-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tura non deus,cur adorari exquiris? Interdum tamen adoratio ſumitur pro honore ſeu reuerentia du- E
liæ,ſicque creaturis impenditur. Vnde frequenter in ſcripturis leguntur quidam homines vel ange-
Ioſue.5. los adoraſſe,vt Ioſue angelum,& Nathan propheta Dauid regem.[*Et illi ſoli ſeruies.*]Si hoc de ſeruitu
3.Reg.12. te latriæ accipiatur,ſicut expoſitores communiter ſumunt, palam eſt quòd ſoli deo ſeruiẽdum ſit ſer
uitute latriæ.¶Porrò latriæ virtus eſt,quæ deo cultum cærimoniámque impendit. Dulia vero eſt vir-
tus,quæ perſonis creatis debitum ſeu decentem impendit honorem. Si autem verbum præfatum de
quacunque ſeruitute intelligatur, Senſus eſt, quòd ſoli deo ſeruiendum ſit propter ſe atque finaliter,
ita vt quicquid ſeruitutis exhibeatur creaturis,totum ad dei referatur honorem, & propter eius ordi-
nationem ac voluntatem agatur,vt cum homini miniſtramus, non tam homini, quàm deo in homine
1.Reg.7. obſequamur.Hinc Samuel ait,Præparate corda veſtra domino,& ſeruite illi ſoli.
¶ Conſequenter ſecundum ordinem huius narrationis ponitur tentatio tertia, quæ fuit de ſuperbia,
iactantia ſeu gloria vana.[*Et duxit illum in Hieruſalem.*] Quia etenim voluit Chriſtum tentare de arro-
gantiæ vanitate, duxit eum ad ciuitatem totius Iudææ metropolim ſeu principalem, vbi maior fuit
occaſio ſeu fortius incitamentum appetendi laudem humanam. [*Et ſtatuit eum ſupra pinnaculum tem-
pli*]hoc eſt ſupra planum quoddam deambulatorium,quod fuit ſupra templum vel portam ipſius, in
quo ſacerdotes ſedebant cum populo prædicarent.Ibi enim ſolitus fuit magiſtros Iudæorum ad mul
tiplicem inducere vanitatem.
¶Porrò de modo quo duxit Chriſtum,an ſcilicet volauit ſecum per aërem,an duxit eum manu ad ma F
num,an tulit eum in brachiis vel ſuper humeros,ſcripſi ſuper Matthæum. Origenes vero hic ait, Se-
quebatur plane Chriſtus,quaſi athleta ad tentationem ſponte proficiſcens, & quodammodo loquẽs,
Duc me quo vis,inuenies me in omnibus fortiorem.[*Et dixit illi,ſi filius dei es,*] ſcilicet ſecundum ſen-
Pſalm. 90. ſum expoſitum, [*Mitte te hinc deorſum*] id eſt de loco hoc alto teipſum præcipita in conſpectu aſtan-
tium,vt videntes te ſine læſione cadere,aut ſine caſu volare,admirentur,teque collaudent, & magnus
de cætero habearis ab omnibus, qui tam diu quodammodo latuiſti:neq; timendum eſt tibi, [*ſcriptum
eſt enim,quia angelis ſuis mandauit de te,*] id eſt angelis ſanctis deus pater commiſit & iuſsit, vt tibi im-
pendant quod ſubditur, [*Vt conſeruent te,*] ſcilicet ab omni læſione ſeu nocumento præſeruent. hoc
quod fuit contra diabolum,ipſe doloſe ſubticuit.Sic enim ait Pſalmiſta, Vt cuſtodiant te in omnibus
viis tuis.Ideo diabolus vanum præcipitium ſuggerens de viis obmutuit, ne ſua fraudulentia panderе-
tur.[*Et quia in omnibus tollent te,*]id eſt ſuis poteſtatibus & actibus te fulcient & defendent,ſeu corpo-
raliter ferent,ſi fuerit opportunum, [*Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*] id eſt ne aliquod tibi
impedimentum aut nocumentum obuiet aut reſiſtat. ¶ Hanc ſcripturam apparenter tamen impertи-
nenter atque ad falſum intellectum allegat diabolus.Primo,quoniam Pſalmus ille & ſcriptura hæc al G
legata,non loquitur ad literam de Chriſto,ſed de membris eius electis fidelibus ſecundum Hieronymum.
Chriſtus autem angelorum cuſtodia, ſeu auxilio non egebat, præſertim qui & comprehenſor
fuit ſecundum ſuperiores animæ vires,& cunctis angelis altior atque potentior,non ſolùm vt deus,i-
mò etiam ſecundum naturam humanam,propter ſuppoſitalem vnionem eius cum verbo.
¶Inſuper ſcriptura illa intelligenda non eſt quaſi electi in vita hac per angelicam cuſtodiam à malis
pœnæ ſeu aduerſitatibus & tormentis præſeruentur,vel eripiantur, quamuis quandoque hoc accidit:
Pſalm.33. multæ enim tribulationes iuſtorũ:ſed à malis culpæ præſertim,& etiam ab aliquibus corporalibus no
cumẽtis per angelos cuſtodiuntur.¶Circa hunc locum loquitur Origenes,Vnde tibi diabole ſcire,q
iſta ſcripta ſunt?Nũquid legiſti prophetas,aut diuina eloquia?Legiſti quidem,non vt ipſe ex lectione
eorũ melior fieres,ſed vt de ſimplici litera eos qui amici ſunt literæ interficias.Scis quia ſi de aliis volu
minibus loqui eis volueris,non decipies.Vide autẽ quomodo diabolus & in ipſis teſtimoniis verſipel-
lis eſt.Vult enim minuere gloriam Saluatoris,quaſi indigeat auxilio angelorum,offenſurus pedem ni-
ſi illorum manibus ſubleuetur.Hoc enim teſtimonium non de Chriſto, ſed de ſanctis generaliter ſcri
ptum eſt.Non enim indiget angelorum auxilio,qui maior eſt angelis:quin potius diſce diabole, quòd
niſi Ieſus adiuuaret angelos,offenderent pedem ſuũ.Quare autem ſiles quod ſequitur,Super aſpidem
& baſiliſcũ ambulabis,niſi quia tu es baſiliſcus,tu draco,tu leo? Hæc Origenes. [*Et reſpondens ieſus,ait
Deuter. 6. illi,Dictum eſt*]deo loquente per Moyſen in Deuteronomio, [*Non tentabis dominum deum tuum.*] Hoc H
protulit Chriſtus nõ appellando ſe deum diaboli,quamuis eſſet eius creator deus ac dominus, nec in-
crepando directe diabolum de hoc, quod Chriſtum creatorem ſuum tentare aggreſſus ſit. Non enim
voluit inſinuare diabolo deum ſe eſſe,ſed iſte eſt ſenſus,Non tentabis dominum deum tuum,hoc eſt,
O homo quicunque non preſumas deum tentare.¶Porro deum tentare eſt abſque neceſsitate de eius
ſapientia, prouidentia, vel poteſtate experimentum accipere, vtpote omittendo quod aliunde habet
vel poteſt,Multipliciter quoque homo ſic tentat deum.Primo inquirendo,ſeu experimentum ſumẽ-
do de ſapientia eius,an ſcilicet omnia ſciat,vel de prouidentia eius, an humana gubernet, vel ſeruien-
Exodo.17. tibus ſibi adſit: quemadmodum in Exodo de filiis Iſraël ſcriptum eſt,Tẽtauerunt deum dicentes,Eſt
Pſalm.77. ne dominus in nobis,an non?Vel de omnipotentia dei ſecundum illud Pſalmiſtæ,Tentauerunt deum
Iudith.8. in cordibus ſuis,& male locuti ſunt de deo,dixerunt,Nunquid poterit deus parare menſam in deſer-
to?¶Inſuper iſtud fit indebite experiẽdo voluntatem dei,vt illi qui volunt experiri, an deus infra de-
terminatum tempus eos velit liberare, ita quòd poſtea eius auxilium non expectent, niſi interim eis
ſubuenerit:iuxta illud Iudith, Qui eſtis vos,qui tentatis dominum? Poſuiſtis vos tempus miſeratio-
nis domini,& in arbitrio veſtro diem conſtituiſtis ei?Rurſus hoc agitur indebite experiendo quid ho
mo poſsit apud deum,& hoc diabolus Chriſto ſuaſit.Hæc ergo vitanda ſunt,quãdiu habet quis aliud
quod faciat & quo ſibi prouideat,ſeu veritatem cognoſcat. Quod ſi non habuerit,ſeu aliũde adipiſci
nequiuerit,tũc fiducialiter ſe cõuertat ad deum,quemadmodum ſcriptum eſt, Cum ignoremus quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Quoniam itaque à pinnaculo templi vſque ad terram fuit deſcenſus per gradus, præcipitare ſe de pinnaculo pertinuiſſet ad dei tentationem. [*Et conſummata omni tentatione*] iam dicta, nam & cæterę tentationes reducuntur ad iſtas, eſtque in tribus his tentamentis omnium materia delictorum ſecundum Gloſſam. Iuxta illud Ioannis, Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. [*Diabolus receſſit ab illo*] tanquam victus & ſine optato fruſtratus, quia incertus permãſit de Chriſti diuinitate, & an eſſet Meſsias in lege promiſſus. receſsit autem [*Vſque ad tempus*,] quia & poſtea rurſus eum tentauit, dum Iudæos ad eius perſecutiones induxit, maxime autem tempore paſsionis per vaſa ſua, ſcilicet per homines prauos eũ impugnauit: imò tunc Chriſtum accedere auſus eſt: quemadmodum in Ioanne proteſtatur, Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. 1. Petri. 5. Ioan. 14.

¶ Denique hoſtis antiquus etiam nos ſæpe ad tempus intentatos relinquit, vt interim vana ſecuritate torpore ſeu otio reſoluamur & tepeſcamus, ſicq; improuiſe ac ſubito rediens facilius nos proſternat. Itaque indeſinenter cuſtoditi ſimus, ac circunſpecti: & ab omni tentatione erepti, mox aliam præſtolemur, & contra aciem vitiorum ſemper ſtemus parati virtutibuſque armati: quemadmodum Auguſtinus hortatur, Perſeuera vſque in finem, quia tentatio perſeuerat vſque in finem. Inſuper aliqui
B dicunt quòd dæmon ab homine ſemel victus nunquam amplius tentat eundem, vel ſaltem nunquã de cætero tentat eum de eodem peccato. Quibus obuiare videtur quod Euangeliſta hic ait, videlicet quòd diabolus receſsit à Chriſto vſque ad tempus, quo innuit quod poſtmodum rurſus tentauerit eum per ſe aut per ſuos miniſtros. ¶ Poſtremò de hac triplici Chriſti tentatione & ordine eorũdem plura dici hic poſſent: quæ quia ſuper Matthæum conſcripſi, nunc prætereo.

¶ Proſequutio expoſitionis huius capit. IIII. à loco quo dicitur, [*Et regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus in Galilæam.*] Artic. XI.

Hriſti actio noſtra perhibetur inſtructio. Igitur qualis debeat eſſe doctor & prædicator ver- Pſalm. 59.
C bi cæleſtis ex hoc proceſſu vitæ Chriſti oſtenditur. Non enim orſus eſt prædicare, niſi circa tri Actu. 18.
ceſimum ætatis ſuæ annum & poſt baptiſmum, item poſt eremiticam conuerſationem, & ab- 1. Corin. 9.
ſtinentiam, dæmoniſque ſuperationem, ad innuendum quod prædicator & doctor debet eſſe maturæ ætatis, & à vitiis emundatus. Peccatori enim dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Erit quoque virtutibus exercitatus, vt primo faciat quod alios docet, ſicut de Chriſto dicitur in Actis, Cœpit Ieſus facere & docere. Tentamenta etiã diaboli & carnis petulantiam debet viciſſe, ſicut Apoſtolus loquitur, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne aliis prædicans ipſe reprobus efficiar. Vnde de Chriſto iam dicitur, [*Et regreſſus eſt Ieſus*,] hoc eſt, poſt tentamenta atque ieiunia eius in deſerto
C rediit ad homines, vt quod ipſe fecit eos doceret [*In virtute ſpiritus*,] id eſt, in magna poteſtate ſpiritus ſancti, per quam cœpit operari miracula. In virtute quoque ſpiritus, id eſt, plenus omni virtute & dono ſpiritus ſancti. Et quamuis hac poteſtate atque virtutibus plenus extiterit in anima ab incarnationis exordio, tamen nunc ſcribitur in virtute ſpiritus eſſe regreſſus, quia poſt reditum à deſerto cœpit ſanctitatem atque potentiam ſuam abundantiſsime manifeſtare. Itaque virtus ſpiritus, nominatur ſpiritualis virtus operatiua ſignorum quæ datur à ſpiritu ſancto. Vnde in libris Regum legitur ſpiritus Heliæ requieuiſſe ſuper Heliſæum. ¶ Porrò Chriſti ſecundum quod deus eſt & ſpiritus ſancti vna eſt virtus, vna omnipotentia, & quo ad hoc Chriſtus increata ac propria virtute fecit miracula: quæ virtus toti ſuperbenedictæ trinitati communis eſt, cui competit operari miracula authoritatiue, imperialiter, ac principaliter: iuxta illud, Benedictus dominus deus Iſraël, qui fecit mirabilia ſolus. ¶ Præter Pſalm. 71.
hanc increatam virtutem fuit in Chriſto ſecundum naturam aſſumptam virtus, ſeu poteſtas ſuper o- Matth. 28.
mnem creaturam, de qua alibi ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, quæ fuit poteſtas creata & data à ſpiritu ſancto, imò à tota ſuperglorioſiſsima trinitate, de qua videtur nunc potiſsimum loqui Euangeliſta.

¶ Præterea Auguſtinus in libro de ciuitate dei mouet quæſtionem, an ſancti fecerunt miracula per a-
D liquam virtutem exiſtentem in eis, conceſſamq; eis diuinitus, ita quod effectiue cooperati ſint in miraculoſis effectibus: ſicque poſſet de chriſto inquiri, an præter poteſtatem increatã diuinam fuit in eo virtus creata miraculorum productiua: poteſtq; dici, quod ad agenda miracula ſufficiat in eo ponere duplicem virtutẽ ſeu poteſtatem præfatã. De potentia vero animæ Chriſti, an habuit omnipotentiam, & qualem potentiã habuit reſpectu immutationis creaturarũ, & quantum ad proprium corpus, itemque quo ad executionem propriæ voluntatis, loquitur ſanctus Thomas in tertia parte, quęſt. xii. & infra forte tangetur. Itaque regreſſus eſt [*In Galilæam*,] ex qua fuerat oriũdus, & de qua ierat ad Ioannis baptiſmum. [*Et fama exiit per vniuerſam regionem*] Galilęę [*De illo*,] propter ſapientiã, eloquentiã, ſanctitatẽ, & miracula eius, quę cœpit tunc agere. Arbitror quoq;, quod teſtimonium prȩcurſoris tam præclarum atq; credibile fecit eum non parũ famoſum, quod multi Galilæorũ audierant. Vnde quia poſt illud teſtimoniũ Chriſtus mox deſertum ingreſſus eſt, cũ redeuntem viderunt, memorati ſunt verborum Ioãnis. [*Et docebat in ſynagogis eorum.*] Synagoga enim vocatur, vel ipſa Iudęorũ collectio, vel domus in qua ad orandum vel audiendũ lectionẽ legis & prophetarũ conueniebant. Ibi ergo prędicauit tanquã magiſter magnæ authoritatis, & quoniã ibi maior audientia fuit. [*Et magnificabatur*] i. magnę ſapientiæ ac virtutis reputabatur [*Ab omnibus*] audientibus eum. [*Et venit Nazareth vbi erat nutritus.*] Ibi enim conceptus fuit, & in pueritia habitauit vſque ad tempus quo ad baptiſmum Ioannis acceſsit, prout ſupra dictũ eſt. [*Et intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogam:*] quoniã illo die

celebri magis conuenerunt Iudæi ad audiendum verbum dei, & ad deprecandum faciem domini, sicut nunc faciunt Christiani in die dominico. Etenim festiuis temporibus idcirco ab exteriori occupatione cessatur, vt homines diuinis exercitiis quietius, deuotiusque intendant, & quod ferialibus diebus per omissionem vel commissionem peccauerunt, corrigant & emendent, ac perditum tempus recuperent. Ideo Christi consuetudo fuit tunc ingredi synagogam, quia tunc plures auditores inuenit: & quoniam bonas aliorum consuetudines voluit approbare, seque conformare eisdem, præsertim quoniam laudabilis consuetudo vim legis sortitur secundum Aug. [*Et surrexit legere*]. i. surgendo disposuit se ad legendum & monstrauit velle se legere, vt ex ipsa scriptura quasi thema acciperet sui sermonis, item vt insinuaret, quòd prædicator & doctor sermocinationem suam in sacra debet fundare scriptura. Et iterum, vt testimonio scripturarum se audiendum probaret, & Christum esse astrueret. Postremò, vt vnum de minoribus ordinibus, scilicet ordinem, officiumque lectoris impleret & approbaret, quemadmodum etiam officium exorcistæ expleuit dæmones expellendo, accoliti seu cerofe- Ioann. 8.
rarij, protestando: Ego sum lux mundi. Ostiarii quoque, ementes & vendentes de templo eiiciendo, Ioann. 13.
sicque patet Christum per quatuor suos actus approbasse quatuor ordinum inferiorum officia, ideo nullus, quantumlibet vita aut scientia magnus, contemnere debet, accipere ordines istos, eorúmve officia exequi, quoniam non est seruus maior domino suo. [*Et traditus est liber Esaiæ*] à ministris synagogæ, quorum officium fuerat legere, & fortè mirabantur quod legere vellet, scientes quòd non didicerat literas. [*Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat.*] Christus non solum per diuinam & increatam scientiam, sed etiam per scientiam suæ animæ à principio creationis eius ei inditam, distinctissime nouit cuncta creata quantumlibet parua & magna: ideo constat quòd sciuit quot folia, quot Esaiæ. 61.
rigæ, quot verba continebantur in libro, & vbi quilibet passus staret. Vnde primo ictu reperit pas- Sapient. 1.
sum quem voluit, non vtique fortuite, sed deliberatiue. [*Spiritus domini*]. i. spiritus sanctus: qui est spi- 2. Cori. 3.
ritus patris, imò patris & filij tanquam vnius principii, vniúsque fontis ac spiratoris spiritus sancti, de Esaiæ. 11.
quo scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. & de quo ait Apostolus, Vbi spiritus domini, ibi libertas. [*Super me*] id est, desuper venit in me, & est habitans in me secundum quod homo sum. Anima enim Christi plena fuit spiritu sancto ab incarnationis exordio: vnde spiritus sanctus per inexistentiam donorum suorum dicitur super Christum hominem requieuisse: secúdum illud Esaiæ, Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Insuper fuit & requieuit super Christum tanquam motor, ductor & præceptor seu inclinator Christi in omnibus secundum na- Ioann. 8.
turam assumptam, quæ fuit spiritus sancti, imò totius trinitatis, electissimum ac obedientissimum instrumentum seu organum diuinum in omnibus sequens instinctum: sicut in Ioane testatur, Quia quę placita sunt patri facio semper. [*Propter quod vnxit me,*] id est, quia sic placuit spiritui sancto venire & quiescere super me, ideo plenitudine gratiæ & virtutũ me hominem spiritualiter irrigauit, perfudit, impleuit: quemadmodum scriptum est, Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ. Et in Actis, Vnxit eum Esaiæ. 44.
deus spiritu sancto & virtute: sicque quod ait, [*Propter quod,*] dicit causam à priori. Potest quoque no- Actu. 10.
tare causam à posteriori, vt sit sensus, Propter quod vnxit me, id est, ex hoc quod spiritus domini sic fuit & est super me, patet atque probatur ac sequitur, quod vnxit me, quemadmodum causa ostenditur per effectum.

¶ Denique Christus non solum plenus fuit donis gratiæ gratum facientis, sed & donis gratiæ gratis datæ, vnde & vnctus dicitur fuisse in regem, in pontificem seu sacerdotem atque prophetam: & to- Matth. 27.
tum hoc factũ est in incarnationis exordio: quod si postea factũ legatur, intelligendum est quantum Marci. 15.
ad manifestationem: imò sicut in die parasceues obtulit se tanquam sacerdos oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis per effectum: ita affectualiter cœpit hoc facere à principio creationis animæ suæ, atque extunc cœpit esse mediator ac reconciliator, orator & pontifex inter deum & ho- Coloss. 2.
mines. Insuper vnctus est in templum seu tabernaculum deitatis, quia (vt ait Apostolus) In ipso habi- Ioann. 2.
tat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Christus quoque in Ioanne ait Iudæis, Soluite templum Leuit. 8.
hoc, & in tribus diebus excitabo illud, hoc autẽ dixit de tẽplo corporis sui, vt Euangelista exponit. In figura huius de vnctione tabernaculi scriptũ est in Leuitico, de vnctione vero pontificali in eodẽ libro habetur, de aliis in libris Reg. [*Euangelizare pauperibus misit me*] id est, regnum cæleste prædicare humilibus, quod egit, dicendo, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Secundũ Origenem, per pauperes intelliguntur gentiles seu nationes, nihil omnino spiritualiter possidentes, non deum, non legem, non prophetas, non iustitiam, reliquáque virtutes. Istis euangelizauit Chri- Matth. 5.
stus per Apostolos, aliquibus etiam quamuis paucis per seipsum, vt Euangelistæ testantur, vnde & Paulus de Christo loquens, Veniens euangelizauit his qui longe, & his qui prope.

¶ Prætera aduertendum quod Lucas allegat hunc locum secundum translationem septuaginta inter- Ephes. 2.
pretum. Hieronymus autem partim aliter transtulit, & pro inducto verbo sic dixit, Ad annunciandum mansuetis misit me [*Sanare contritos corde*] Per contritos corde Cyrillus intelligit debiles fragilem mentem habentes, & insultibus passionum resistere non valentes. Basilius vero per contritos corde intelligit eos, qui peccando à sathana pressi sunt, spiritualitérque destructi. His ergo venit saluator impendere salutare remedium quo curentur peccata, & felicitas obtineatur: secundum quod ait, Venit fi- Lucæ. 19.
lius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Sacramentum nanque baptismi tanquam primam post naufragium tabulam: sacramentum vero pœnitentiæ tanquam tabulam post naufragium Psalm. 50.
secundam instituit. Rursus, contriti corde intelligi possunt veraciter pœnitentes: iuxta illud, Cor contritum & humiliatum deus non despicies. quos venit Christus sanare per gratiam. Quamuis enim inquantũ contriti iam ab ipsa læsione peccati seu culpa sanati sint, nihilominus ab affectu, reliquiisque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A peccati, quæ ſunt pronitas ad malũ, debilitatio & recidiuum egent curari: quod potiſsimum fit per ſeptem dona ſpiritus ſancti, quæ à capite Chriſto in eius membra deſcendũt, nempe vt deus dat ea efficienter, creatiue & authoritatiue: ſed vt homo mediator dat ea vt cauſa inſtrumentalis ſuperabundãter meritoria. [*Et prædicare captiuis*] id eſt, vinculis vitiorum implicatis [*Remiſsionem*] id eſt indulgentiã, dummodo vere pœniteant. Hoc fecit Chriſtus dicendo, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. De hac captiuitate in Prouerbiis Salomon ait, Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Fungitur enim peccatum tyrannide peſsima ad mala inducens, & acquieſcentes confundens. Eſt autem & bona captiuatio, de qua ait Apoſtolus, In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Theophilus per captiuos intelligit in lymbo detentos, qui Chriſto reſurgente educti ſunt pretio ſanguinis eius, remiſsionem à reatu originalis peccati adepti: quemadmodum in Zacharia dicitur Chriſto, Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Prædicare etiam [*Viſum cæcis*] id eſt, ſpiritualem interioris viſus illuminationem gentilibus, ſeu quibuſcunque errore, ignorantia, aut vitiis excæcatis. Vnde Chriſtus in Euangelio proteſtatur, Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: cui per Eſaiam pater loquutus eſt, Dedi te in fœdus populi in lucẽ gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum de domo carceris, ſedentes in tenebris. [*Dimittere confractos*] id eſt, aduerſitatibus fatigatos, ſeu legalium obſeruantiarum oneribus preſſos deducere [*In remiſsionem*] id eſt, ad ſpiritualem conſolationem, ac releuamen. Chriſtus nanque nos ab obſeruantia cærimonialium præceptorum legis per euangelicæ legis gratiam alleuiauit: iuxta illud, Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus? Sed per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. Hinc in Matthæo ait Saluator, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. [*Prædicare annum domini acceptũ*] id eſt, tempus gratiæ ſeu euangelicæ legis, in quo deus benigniſsime ſe habuit ad genus humanum, de quo ait Apoſto. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. & Eſaias, Tempore accepto exaudiui te. Quomodo autẽ Chriſtus hoc egit, oſtenditur in Marco, in quo legitur, Poſtquam traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam prædicans Euangelium regni dei, & dicens, quoniam impletum eſt tempus, & appropinquabit regnum dei: de quo grauiſsimo tempore ſcribit Apoſtolus, Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo deus miſit filium ſuum. Et in Actis Petrus, Omnes prophetæ à Samuel annunciauerunt dies iſtos: Quidam per annum acceptum intelligunt annum quo Chriſtus prædicauit, præcipue in Iudæa: vel annum dominicæ paſsionis, in quo generi humano placatus eſt deus. Tempus quippe vocatur acceptum propter gratioſa, piáque opera quæ fiunt in ipſo: ſicut & dies mali dicuntur propter mala quæ fiunt in eo. [*Et diem retributionis*] id eſt, extremi iudicij, in quo

B

C vnuſquiſque quod meruit, creditur recepturus, quemadmodum in Apocalypſi iudex aſſeruit, Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique iuxta opera ſua. Hunc diem Chriſtus frequẽter denunciauit, ſicut in Ioanne, Veniet hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem eius. Quidam per diem retributionis intelligunt diem æternæ felicitatis electorum in patria. Prętacta tamen expoſitio literalior æſtimatur, quia Hieronymus tranſtulit diem vltionis, quod tamen de tẽpore deuaſtationis Iudæorum (propter peccata in Chriſtum commiſſa) accipi poſſet: de quo per Eſaiam Chriſtus fatetur, Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Idem enim fuit tẽpus clementiſsimæ vocationis gentilium atque iuſtiſsimæ derelictionis, vaſtitatiſque Iudæorum.

¶ Præterea aduertendum, quòd peccatum mala plurima infert hominibus, nam animam vulnerat, captiuat, à deóque ſeparat, & gratia & gloria priuat: ideo Chriſtus contra prædicta mala veniſſe ſe perhibet. Vnde Ioannes inquit, In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. [*Et cum plicuiſſet librum.*] quo patet, quòd librum ſacræ ſcripturæ reuerenter tractauit, atque exemplum ſic agendi nobis reliquit. Circa quod dicit Lyra. Iudæi hanc reuerentiam faciunt libris veteris teſtamenti, quod nullo modo ſederent iuxta illos ſedendo tam alte vt illi ſunt poſiti. Quo conſtat quod illi Chriſtiani ſunt valde reprehendendi, qui non ſolum libros veteris teſtamenti, ſed etiam nouos & ſacra Euangelia tam irreuerenter tractant, & irreuerentius quàm libros gentilium damnatorum: aliqui etiam theologi dicta talium cum maiori pondere & certiori quotatione allegant in ſcholis quàm dicta Chri

D ſti & apoſtolorum. [*Reddidit miniſtro*,] forte illi à quo librum accepit, [*Et ſedit*,] tanquam magiſter & doctor, vt quod legit exponeret. [*Et oculi omnium in ſynagoga erant intendentes in eum*,] quia delectabilis fuit ad intuendum, tanquam ſpecioſus forma præ filijs hominum, in cuius vultu fulgor quidam interioris perfectionis ac gratiæ reſplendebat, ſed & ſuauitate eloquentiæ ſuæ corda eorum attraxit. Mirabantur quoque rem nouam & quomodo legere ſciuit, quia ab homine illud non didicit. Talia autem noua magna, mira & inopinata homines diligenter, concorditérque inſpiciunt.

¶ Circa quod loquitur Origenes, Nunc etiam ſi volumus, oculi noſtri poſſunt intendere Saluatorem. Cum enim principale cordis tui direxeris ad ſapientiæ veritatem, deíque vnigenitum contemplandum, oculi tui intuentur Ieſum. [*Cæpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris.*] id eſt, per hoc quod audiſtis me Chriſtum vobis euangelizantem, veſtraque corda illuminantem, & gratiam benignitatis diuinæ annũciantem, impletũ eſt aliqualiter, quod in præfata prophetia fuit prædictum. Quo verbo docuit Chriſtus dicta atque promiſſa prophetarum in Chriſti aduentu ſpiritualiter debere intelligi, de ſpirituali videlicet liberatione à poteſtate diaboli, & iugo peccati: non de corporali liberatione, à captiuitate exteriori & temporali, qua nunc tenentur Iudæi, à qua præſtolantur ſe in Chriſti aduentu educendos, cunctiſque gentibus dominaturos. Habent enim dẽſiſſima errorum caligine intellectum cæcatũ. [*Et omnes teſtimonium illis dabant*] id plures de omnibus ibi

Matth. 3.
Prouer. 5.
2. Cori. 10.
Zacha. 9.
Ioann. 4.
Eſaiæ. 42.
Actu. 15.
Matth. 11.
2. Corin. 6.
Eſaiæ. 49.
Gala. 4.
Actu. 3.
Apoca. 18.
Ioann. 5.
Eſaiæ. 63.
Ioann. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præsentibus protestabantur vera esse quæ protulit Iesus, quòd scilicet scriptura Esaiæ inducta esset E
in ipso completa, & quòd esset Christus in lege & prophetis promissus, quamuis in illa notitia nondum essent firmati, & testimonium illi dabant, id est, bonum de ipso testimonium proferebant, quòd scilicet vere sapiens, gratiosus, virtuosus, magnúsque esset, & quod Ioannes Baptista de ipso affirmasset magnifica, iamque ipse Iesus mirabilia cœpisset peragere. [*Et mirabantur in verbis gratiæ*] id est, gratiosis, facundis, efficacissimis, sapientissimisque sermonibus, [*Quæ procedebant de ore eius*] ordinate & eloquenter, sicut prædixit Psalmista, Diffusa est gratia in labiis tuis. Vnde in Ioanne aduersarii eius ipsa veritate cõpulsi sunt dicere, Nunquam sic loquutus est homo ficut hic loquitur. Denique bonus homo de bono cordis sui thesauro profert bona.

Psal. 44. Ioann. 8. Matth. 12.

¶Idcirco quo anima Christi gratia plenior fuit, eo gratiosiora verba deprompsit: sicque verba Christi erant verba gratiæ originaliter, quia manabant ex gratia: materialiter, quia tractabant de gratia: formaliter, quoniam gratiosa seu gratia eloquentiæ decorata: finaliter, quia tendebant ad gratiam: itẽ causaliter, quia audientibus gratiam conferebant eos ædificando: ad quod imitandum hortatur nos Paulus, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed qui bonus est, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audienti. [*Et dicebãt, Nonne hic est filius Ioseph?*] Hoc aspernanter loquuti sunt, tanquam dicerent, Cum sit filius simpliciani & pauperis fabri, non est verisimile, quòd tanta excellentia vere ei conueniat, aut Christus existat, aut prodigia operetur. Vnde apud Matthæum & Marcum dixisse F
scribuntur, Nónne hic est fabri filius? Et hæc est mira excæcatio atque peruersitas despicere aliquem propter parentum inopiam, quasi gratia dei diuitibus potius quàm pauperibus conferatur, & non potius vice versa. Quæritur cum statim prædictum sit, omnes testimonium illi dabant, quomodo de eisdem mox subditur, Nónne hic est filius Ioseph? Qui enim testimoniũ ei dabant, eum reuerebantur, hi vero eum spernebant. Ad hoc dupliciter respondetur. Primò, quòd scriptura loquitur de eisdem, videlicet habitatoribus Nazareth, & quòd primo honorauerũt eum propter causas prætactas: sed post paululum ex aliis considerationibus, scilicet ex attentione paupertatis matris eius, patrisq; putatiui ad contemptum eius, inuidiámque cõmoti sunt. Alii dicũt, quod scriptura loquitur hic de diuersis, quasi de eisdem: iuxta vnam septem regularum Tyconij valentium ad intelligendum scripturas, quemadmodum & in Psalmo, Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebant. &c. Qui enim occidebant, non reuertebantur diluculo. Zacharias quoque, Fugietis sicut fugistis in diebus Osiæ regis Iuda. Certum est equidem, quod illi qui tempore Zachariæ prophetæ vnius duodecim prophetarum fuerunt, non fuerunt tempore Osiæ regis, qui tot annis ante Babylonicam captiuitatem defunctus est. Itaque dicunt hæc verba à scribis & pharisæis inuidia tactis prolata. [*Et ait illis*] ex charitate volens illorum emendare errorem, [*Vtique dicetis mihi hanc similitudinem*] id est, vulgare prouerbium, seu metaphoricũ & parabolicum verbum mihi obiicietis, vtpote illud, [*Medice cura teipsum,*] hoc est, obiectionem à fi- G
militudine medici acceptam corporalis mihi opponetis, ad me dicendo, O medice, qui extraneos curas, puta infirmos vrbis Capharnaum, cura teipsum, id est tuos conciues ad te specialiter pertinentes, in Nazareth habitantes. Quasi dicant, Cum ita non agas, concluditur, quòd vel insipienter vel inordinate te habes, vel quod tua miracula non sint vera miracula.

Psalm. 77. Zacha. 14.

¶Deinceps Christus explanando parabolam introductam, ponit illorum tacitam obiectionem, sciuit enim quid cogitarent, [*Quanta*] id est, multa & magna miracula [*Audiuimus facta a te in Capharnaum, fac & hic in patria tua*] id est, in Nazareth sita in patria vbi conceptus atque nutritus es fac tanta ac talia. Sed cum Lucas nulla Christi miracula vsque ad hunc locum recitauerit in Capharnaum facta, cur ait Nazarenos verba hæc protulisse aut concepisse? Et respondendum, quòd Lucas hæc refert per anticipationem. Propter quod asserit Augustinus, Cum Lucas tam magna à Christo facta fuisse cõmemorat, quæ se nondum narrasse cognoscit, quid euidentius quam eum hoc scienter præoccupasse narrandum? Itaque quod hic scribitur ab illo loco inclusiue, & venit Nazareth, vsque ad id quod infra in isto cap. legitur, Et descẽdit Capharnaum, est interpositio quæ vocatur parenthesis, à para, quod est iuxta: & thesis positio, quasi positio iuxta principale, nec continuatur immediatè cum præcedentibus atque sequentibus secundum ordinem facti. Vnde quod hic dictum à Christo & Nazarenis interponitur, nõ fuit statim dictum post præcedẽtia, scilicet post lectionem Christi in Esaia, sed postea diu, cum à Capharnaum in Nazãreth aduenisset. Ideo dicit Chrysostomus, Post multum tempus & signo- H
rum ostensionem profectus est ad Nazareos. Aliqui quoque affirmant, quod Christus frequenter venit à Capharnaum in Nazareth.

¶Deinde Saluator ad tactam respondet instantiam. Ait enim, [*Amen*] id est verè [*Dico vobis, quia propheta nemo acceptus est in patria sua.*] ¶Contra hoc obiici posset, quod Ezechias rex & populus eius Esaiam prophetam in magno habebat honore, vt patet in libris Regum, obediuitque ei, iuxta illud Eccleiastici, Fortiter iuit Ezechias in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Esaias propheta magnus. Denique Dauid, nónne sanctos prophetas Nathan & Gad, cæteróque sui regni ac temporis veneratus est vates? Sed & Iosaphat rex deuotus suis loquens, Credite prophetis domini, & omnia prospere euenient. Postremò paulo ante iã dictũ est, quod omnes in Nazareth testimoniũ Christo dabãt. Infra quoq; habetur, quomodo omnis populus gaudebat in his quę glorioſe fiebãt ab eo. Et respondendũ, quod Christus magister veritatis ac pietatis, communitatis quoque amator & singularitatis inordinatæ viator libenter verbis & factis se communitati conformauit in licitis & honestis. Vnde prouerbiũ istud inducit eo modo ac sensu, quo Salomon in libro Prouerbiorum multa affirmat, non quia vniuersaliter vbique & semper quantum ad singulos se habeat, sed quia frequenter sic accidit. Itaque Christus verba hæc protulit, quia communiter prophetæ sancti apud compatriotas suos aut contem-

Ecclc. 18. 1. Reg. 12. 2. Reg. 24. 2. Reg. 20.

Prouer. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A nuntur,aut minus accepti ſunt. Nam & ciues ciuibus communiter inuident. Homines etiam frequenter ægre ferunt dum compares ſui ipſis præferuntur: & proni ſunt conſiderare eum qui excellit, ſecũdum id quod fuit dum eis ſimilis videbatur. Rurſus excellentiam extraneorum non ita apprehendũt minoratiuam aut confuſiuam ipſorum vt excellentiam intraneorum: imò erubeſcibile ſibi arbitrantur, quod familiaris collega, conciuis, in tantum eis præfulgeat, & hoc verum eſt de hominibus nondum purgatis, in quibus ſuperbia, inuidia paſſionéſque cæteræ regnant. Porrò qui paſſionibus reformatis, charitate dei, ac proximi flagrat, de ſuorum profectu & eminentia lætatur: ſed quoniam pauci ſunt tales, ideo raro contingit hoc. Propter quod multi in terra aliena facilius promouentur, magiſq; honorantur ac reputãtur quàm in propria, vt patet de Ioſeph, Daniele, & Mardochæo. Ezechieli quoque dominus ait, Si mittereris ad populum alienæ linguæ, ipſi audirent te: filii autem Iſraël nolunt audire te. Hinc ait Cyrillus, Quædam communis quaſi cunctis accidit paſſio. Cõtemnuntur enim quodammodo ſemper etiam optima quęque, quando non raro contingunt alicui, ſed ad velle ſuppetunt ſeu frequenter. Familiaris nanque quoniam ſemper præſto eſt, debita reuerentia priuatur à notis. Veruntamen diligenter penſandum quod ait Ambroſius, Fruſtra opem miſericordię cęleſtis expectas, ſi alienę fructibus virtutis inuideas. Aſpernator eſt enim dominus inuidorum, & ab his qui diuina beneficia in aliis perſequuntur, miracula ſuæ poteſtatis auertit. Itaque verbo inducto Chriſtus ſe iuſte B excuſat, cur in Nazareth talia ſigna non egerit, vtpote quia hoc accidit nõ ex ſua auerſione à ſuis cõciuibus: ſed propter eorum incredulitatem atque malitiam, quoniam Chriſtum paruipendebãt, nec ei credebant. Vnde in Matthæo & Marco habetur, quod non fecit ibi multa miracula, propter eorũ incredulitatem. Et hoc Chriſtus deinceps per duo oſtẽdit exempla, quomodo ſcilicet compatriotę priuantur beneficiis dei propter malitiam ſuam, quæ tamen extraneis communicantur [*In veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt in Iſrael,*] id eſt, in regno & populo Iſraelitico [*In diebus Heliæ*] id eſt, tẽpore quo Helias in populõ illo conuertebatur ac operabatur. Tempus autem dicitur ipſius dei, tãquam domini ac creatoris, ac moderatoris temporum vniuerſorum, dicente Boetio, Tempus ab æuo Ire iubes, ſtabiliſque manens das cuncta moueri. Hominum vero dicitur eſſe dies vel tempus tanquã eorũ qui ſubiacent tempori, & tempora menſurantur in durando & operando. Specialiter tamen dicitur tẽpus aliquod eſſe illius, qui in illo præclarioris fuit poteſtatis, operationis ſeu perfectionis. Vnde prælatorũ & principum tempora deſcribuntur; imò iuxta illorum ſucceſsionem temporum ſucceſsio determinatur. [*Quando clauſum*] id eſt, à ſolito ſuo effectu ſiue influxu prohibitum ſeu ſuſpenſum [*Eſt cælum*] tam aëreum quàm ſtellatum ſeu orbis planetaris: Tunc enim ad preces Heliæ intra tres annos atque ſex menſes pluuia de cælo aëreo non deſcendit in terram Iſraël, nec in quædam loca vicina, cęlũ quoque ſtellatum modo ſolito ad pluuiarum generationem influentiam non impendit, nec ſol curſu cõſueto eleuauit vapores, deo omnipotente iubente. [*Cum facta eſſet fames in terra.*] Ex defectu ſiquidem C pluuiæ orta eſt ſterilitas terræ, ad quam eſuries eſt ſequuta. Vnde in libris Regum legitur, Dixit Helias ad Achab, Viuit dominus deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verbum. Quanta autem fuerit fames illa, in libris Regum deſcribitur. [*Et ad nullam earum miſſus eſt Helias*] à deo, quod fuit propter indignitatem, & culpam earum: vel quia minus dignæ fuerũt quàm vidua, de qua ſubditur, [*Niſi in Sareptam Sydoniæ.*] ¶ Porrò Sarepta vrbs parua fuit inter Tyrum & Sydonem. Sydon vero vrbs fuit, à qua regio illa vocata fuit Sydonia, [*Ad mulierem viduam*] quæ fuit paupercula vnicum habens filium, quem mortuum ſuſcitauit Helias: aſſeruntque Hebræi quod fuit Ionas propheta. Exceptio autem illa quæ deſignatur hoc loco per, niſi, non eſt referenda ad viduas Iſraël, quaſi vidua iſta Sydonia fuerit de Iſraeliticarum numero viduarum: ſed ad id quod dicitur [*Miſſus eſt,*] vt ſit ſenſus, quod non fuit miſſus niſi ad viduam Sareptanam, iuxta illud, Factum eſt verbum domini ad Heliam, Vade in Sareptam Sydoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Denique ſecundum Chryſoſtomum, deus pia diſpenſatione fecit Heliam per tã longum pergere iter vſque Sareptam, vt videns mundi peſtem, peteret à domino pluuias. Huius quoque facti meminit Iacobus circa finem ſuæ canonicæ, dicẽs, Multum valet deprecatio iuſti aſsidua. Helias homo ſimilis erat nobis, paſsibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos D tres & menſes ſex: & rurſum orauit, & cælum dedit pluuiam. Hinc de Helia ſcribit Chryſoſtomus, Ipſe quidem terreſtris angelus, & homo cæleſtis, qui nec tectum, nec menſam, nec amictum habebat; veruntamen clauem cælorum geſsit in lingua. Subinde ponit ſecũdum exemplũ, [*Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſæo propheta*] .i. tempore Heliſæi, imò tẽpore quo tanquã ſpiritualis pater fuit prẽcipuus director Iſraeliticæ plebis. Propter quod morienti dixit rex Iſraël, Pater mi pater mi, currus Iſraël & auriga eius. Quod autem Heliſæi fuerant quatuor viri leproſi, qui etiam tempore noctis ingreſsi ſunt caſtra Syrorum, legitur in libro Regum. [*Et nemo eorum mundatus eſt*] à lepra ab Heliſæo [*Niſi Naaman Syrus,*] non quod Naaman fuerit vnus leproſorum de Iſraël: ſed quoniam ipſe ſolus inter leproſos fuit ab Heliſæo ſanatus, vt ſcribitur in libris Regũ. Fuitque Naaman princeps militiæ regis Syriæ, vir magnus ac honoratus apud dominum ſuum, diues & fortis: cuius bonitas claret ex hoc, quod inductis verbis adiungitur, Per illum enim dedit dominus ſalutem Syriæ.

Gene. 41.
Daniel. 1.
Heſter. 8.
Matth. 13.
Marci. 6.
3. Reg. 17.
3. Reg. 18.
3. Reg. 17.
Ibidem.
Chryſoſt.
4. Reg. 1.
4. Reg. 12.
4. Reg. 5.

¶ Præterea cum referente paruula puella, audiſſet eſſe prophetam in Iſraël, mox credidit ſe per preces prophetæ à deo Iſraël poſſe curari, imò & ſe curandum ſperauit. Vnde cum Heliſæus non egrederetur ad eum, indignatus eſt, dicens, Putabam quod egrederetur & tangeret locum lepræ, & inuocaret nomen dei ſui: ſicque videtur vnius veri ſummíque dei tunc habuiſſe notitiam, & deuote venit ad Heliſæum, ſecundum gloſſam. Curatus vero valde gratus fuit deo & Heliſæo, promittens ſe vltra ſoli deo Iſraël ſacrificaturũ. ¶ Gorrha hic quærit, Cur Chriſtus de Helia & Heliſæo potius quam de aliis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

portat exemplum? Ad quod respõdet, quia hi soli inter prophetas claruerunt miraculis. Cui responsioni obiici posset. Primò de Moyse, de cuius excellentia in gratia prophetiæ atque miraculis scriptum est in Deuteronomio, Non surrexit propheta vltra in Israël sicut Moyses, qui nosset dominum facie ad faciem in omnibus signis & portentis, quæ per illum fecit dominus. Denique in libris Regũ legitur quomodo orante Samuele propheta deus fecit rem grandem dando voces, hoc est, tonitrua & pluuias tempore messis triticeæ: quod (vt ibi innuitur) valde magnum fuit miraculum. Insuper in libris Regum habetur, quemadmodum precante propheta diuinitus misso deus arefactam Hieroboã regis iniqui sanauit manum. Similiter in libris Regum describitur, quomodo inuocante dominum Esaia, sol miraculosissime rediit retro, ipseque Ezechias à letali sanatus est morbo per Esaiam. Vnde in Ecclesiastico de Esaia asseritur, quod addidit regi vitam. Ezechiel quoque quamuis non in scriptura canonica, tamen in scholastica historia legitur præclara fecisse miracula in Chaldæa, sicut & Hieremias in Aegypto mirabilia legitur perpetrasse. Hæc dixerim non quasi Nicolao de Gorra derogare intendẽs, qui fuit magnus scripturarum expositor, valdeque eruditus in eis: sed quia de solutione præfata admiror, & vt solutio illa caute legatur. Itaque puto aliam esse rationem quæsiti, videlicet quòd de Helia & Helisæo ideo Christus mentionem induxit, quoniam facta illorum præmemorata suo magis congruebant proposito, & quia valde excellentes fuerunt, imò in gestis præfatis Christi habuerunt figuram. Vidua vero & Naaman typum gerebant ecclesiæ ex gentibus congregatæ, quã Christus per spiritum sanctum atque Apostolos (relictis ob suam peruersitatem Iudæis) visitare dignatus est. [*Et repleti sunt omnes in synagoga ira*] per vitium, quę est inordinatus appetitus vindictę propter paruipensionẽ, [*Hæc*] præinducta Christi eloquia [*Audientes,*] quia vt eis apparuit, Christus eos superflue vilipendit, præferendo eis gentiles, quos Iudæi contemnebant vt canes, & quia ipsos de ingratitudine aliisque peccatis notauit. Veruntamen Gregorius dicit eos commotos, quia Christus asseruit, Hodie scriptura hæc impleta est. &c. quasi se præsumptuose compararet prophetis. In his Iudæis sacrilegis, quorum insaniam, ingratitudinemq; multi sectantur, illud Prouerbiorum est impletũ, Non amat pestilens eum qui se corripuit. illudque Amos, Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt. Vnde in Ecclesiastico scribitur, Stuppa collecta Synagoga peccantium, quæ statim igne iræ accenditur. Hinc & Terentius ait, Obsequium parit amicitiam, veritas odium. [*Et surrexerunt*, ira eos bestialiter impellente: [*Et eiecerunt*] id est, tanquam reum mortis irreuerenter expulerunt [*Illum extra ciuitatem suam,*] Nazareth. [*Et duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum*] & præcipitando occiderent illum, imitantes patrem suum diabolum, qui dixit ad Christum, Mitte te deorsum: imò quãtum ad hoc illo peiores, quia quod ille suggessit, isti facere sunt moliti. [*Ipse autem transiens per medium illorum ibat*] id est, manus impiorũ elapsus est & euasit, non volando aut currendo effugiens, sed per medium illorum pedester, potenter ac mire pertransiit, quod tam increata potestate quàm virtute creata seu potestate humanitati collata facere quiuit. ¶ Per vtranque etenim potuit mentem illorum subito immutare ac stupefactam seu stupidam reddere: sicut & tempore passionis prostrauit sceleratos, dicendo, Ego sum. quando & dixit ad patrem, Dedisti ei, videlicet mihi filio tuo, potestatem omnis carnis. In templo quoque tot milium compescebat ingenia, quando negotiantes inde eiecit, quod secundum Origenem fuit maius miraculum, quàm suscitatio mortuorum, vel saturatio quinque milium ex quinque panibus. ¶ Insuper diuina & increata virtute potuit se illis inuisibilem reddere, quod etiam per creatam sibi datam potentiã potuit, quia secundum superiorem animæ suæ portionem extitit comprehensor: idcirco dum voluit dotes corporis glorificati etiam ante passionem sæpe assumpsit secundum Hugonem, corpusque suũ animæ suæ perfecte obediens, & subiectum in tantum, vt (iuxta Damascenum) omnia naturalia fuerint in Christo voluntaria, sicut & Thomas in tertia parte testatur. Ideo corpus Christi immutauit visum præsentium, secundum quod placuit animæ eius, cuius potestate atque imperio suspendi poterat immutatio talis. Hinc aliqui asserunt quòd Christus reddidit se inuisibilem illis: quemadmodũ in Ioanne inducitur, Iesus autem abscondit se & exiuit de templo. itémque, Quærebant Iesum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Refert hic Beda, quod dum dominus Christus de manibus illorum elapsus, de medio illorum de vertice rupis descenderet, ac sub rupe latere vellet, subito ad tactum vestis Christi saxum illud subterfugit seu cessit, & instar cæræ solutum, quendam sinum, hoc est, concauitatem fecit, in qua corpus dominicum susciperetur: in quo loco omnia liniamenta & rugæ vestis, ac vestigia pedũ in rupe apparẽt adhuc, sicut testantur qui viderũt. Sed & Ioãnes de Mãdeuille in itinerario suo scribit de hoc, adiiciens quòd Christus tunc vehementer expauit. Hoc tamen credendum non reor, imò nequaquam tenendum: nisi dicatur, quod sponte timorem illum assumpserit, quemadmodum tempore passionis. Alias cur trepidasset, qui vniuersa futura tam perfecte præsciuit, & tantæ potentiæ fuit, qui nec inuitus ducebatur ab illis, sed sponte se duci permisit? Quod si voluisset, in quocũque viæ illius spatio omnes fecisset immobiles. Noluit autem præcipitari, quoniam tempus passioni suæ diuinitus præfixum nõdum fuit impletum, & quoniam aliud genus mortis elegit, videlicet crucifixionem, vt impleretur quod scriptum est, Foderunt manus meas & pedes meos. Et iterum, Dederunt in escam meam fel. Item quia nondum impleuit opera propter quæ missus fuit à patre, videlicet prædicationem euangelicæ legis, institutionem sacramentorum, miraculosos effectus, de quibus omnibus passioni iam proximus dixit in Ioanne, Pater, opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem: nunc autem ad te venio. [*Et descendit in Capharnaum,*] quia relictis conciuibus suis perfidis & ingratis venit ad vrbem Capharnaum. Veruntamen (vt ex præhabitis innotescit) istud, Et descendit in Capharnaum, vsque ad finem capituli, non continuatur cum litera immediatè præcedente, sed cum eo

Deute.6.
1.Reg.22.
3.Reg. 13.
4.Reg.20.
Eccle. 48.
Actu.13.
Prouer.16.
Amos.5.
Eccle.21.
Matth. 4.
Ioann.17.
Matth.12.
Marci.9.
Marci. 5.
L.8.L.7.
Ioann.11.
Matth. 14.
Marci. 6.
L.9.I.6.
Ioannis.8.
Ioann. 10.
Psalm.21.
Psalm. 68.
Ioann.17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quod ſuperius ſcriptum eſt, Regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus ſancti de Iudæa in Galilæam, venit ergo Capharnaum: [*Ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos,*] ſcilicet habitantes & præſentes ibidem [*ſabbatis*] hoc eſt, diebus ſabbati, quando (vt dictum eſt) Iudæi copioſius ad loca diuini obſequii confluebant. [*Et ſtupebant in doctrina eius*] id eſt de excellentia documentorum, prædicationiſque Chriſti admirabantur: cuius vna cauſa ſubiungitur, [*Quia in poteſtate ſermo ipſius erat*] id eſt verba eius efficacia valde & potentia erant. Primo, quia per miracula confirmabantur, atque diuina & vera oſtendebantur. Secũdo, quia ea mox cõcomitabatur affectus. Statim enim vt iuſsit aliqua prodigia fieri, fiebant perfecte. Tertiò, quoniam verba Chriſti habuerunt ſingulariſsimam atque fortiſsimam vim mouendi audientium cõrda, vtpote ea compungendo, inflammando, penetrando, terrendo. Ignea enim protulit verba ſententiis plena, facundiſsimus quoque dulciſsimuſque fuit eloquio, & nihilominus terribilis quando volebat. Vnde illud Hieremiæ dicere potuit, Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram? Nec mirum ſi in humanitate tam poteſtatiui fuit ſermonis, qui ſecundum diuinitatem eſt dei patris ſermo omnipotens, verbum æternum: de quo ad Hebræos ait Apoſtolus, Viuus eſt ſermo dei & penetrabilior omni gladio ancipiti. Quartò, quoniam habuit authoritatem addendi ad verba legis, eam perficiendo, & ſpiritualiter interpretando, imò finem eidem quantum ad preçe Hebræ. 4.

B pta cæremonialia imponendo, cum eſſet dator ac dominus legis. Quintò, quia quod docuit, opere adimpleuit. Hinc Beda fatetur, Sermo, inquiens, prædicatoris in poteſtate eſt, dum ea quæ docet, operatur. Qui enim facto deſtruit quod verbis prædicat, contẽnitur. [*Et in ſynagoga erat homo habens ſpiritũ immundum,*] hoc eſt poſſeſsus à dæmone: qui immundus vocatur, quoniã in ſeipſo totus immundus ſeu vitioſus conſiſtit, in omnibus quæ agit peccãs, quia ad finem peruerſum omnia refert. ¶ Inſuper immundus dicitur ab effectu, quoniã ad vitiorum impuritatem hominẽ tentando inducit: iuxta quem modũ etiam nominatur mutus & ſurd⁹, quia hominem poſſeſſum mutũ facit & ſurdũ. [*Et exclamauit voce magna, dicens.*] Aliqui dicunt, quod in ſcripturis canonicis nullibi legitur vox magna niſi in bono, cui⁹ op Beda. Matth. 4.

poſitũ ex hoc loco probatur. [*Sine*]. i. ceſſa nos dæmones affligere: dolebat quippe diabolus de Chriſti preſentia, quẽ ſibi maxime cõtrariũ vidit: itẽ de ei⁹ ſalutari doctrina, quę animarũ extitit medicina, ſicq; de hominum cõuerſione potiſsimũ triſtabatur. Timuit quoque expelli ab homine, & ab hominũ infeſtatione, ac deceptione arceri, atque in loca pœnalia religari: ideo ait, [*Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene?*] .i. cum nulla ſit inter te & nos amicitia, ſocietas, confœderatio, cur veniſti ad nos, præſertim cum amor ſoleat eſſe ratio vnionis? Nam & Apoſt. Quæ, inquit, conuentio Chriſti ad Belial? Sed Chriſtus acceſ ſit diabolum, non ſicut amicus amicũ, ſed vt iudex reum, pugil aduerſarium, liberator raptorẽ, quod & diabolus aduertens, adiicit, [*Veniſti perdere nos?*] Tãta eſt inuidia, impietaſq; diaboli, vt perdi ſe reputet, ſi ab hominibus expellatur, atque ab eorum nocumento frenetur. Itaque veniſti perdere nos. i. vincere, 1. corin. 6.

C ſpoliare, debilitare. Ad hoc vtiq; Chriſtus venit, vt vaſa diaboli ei auferret, eius tyrannidem refrenaret, ipſum comprimeret, ſuppeditaret, & tandem in infernum retruderet. [*Scio te quia ſis ſanctus dei*] hoc eſt, ſanctus ſanctorum ad deum ſpecialiſsime pertinens, vtpote Chriſtus in lege promiſſus: de quo in Daniele habetur, Vngatur ſanctus ſanctorũ. atque in Pſalmo, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

¶ Circa hoc quęritur, an dęmones cognouerunt Ieſum Meſsiã eſſe. Et patet reſponſio ex dictis. Lyra autem circa hęc verba ſcribit ſuper Marcum, quod dęmones ſciebant Ieſum eſſe Meſsiam in lege promiſſum, & intendit aſſerere, quòd certitudinaliter hoc ſciebant, vtpote per prophetias de Chriſto prędictas, quę determinant locum & tempus, ac modũ veniendi ipſius Chriſti: veruntamen, vt affirmat, neſciebant eum eſſe dei filium per naturam deo patri æqualem: licet ad hunc finem tentauerit eũ diabolus, quia ſi cognouiſſet eum eſſe deum, nunquam induxiſſet Iudęos ad ipſum crucifigendum. Daniel. 9. Pſalm. 15. Marci. 1.

¶ Contra hęc obiici poſſet, quia implicare videntur. Si enim diabolus ſciuit quòd Ieſus eſſet Meſsias ex prophetarum oraculis, conſequens eſt, quod pariformiter ſciuerunt eum eſſe vnigenitum dei, verumq́ deum. Hoc enim ex ſcripturis prophetarum patet, concluditur, & habetur, quod Chriſtus in lege promiſſus eſſet vnigenitus dei, veram habens cum patre diuinitatem, Eſaia dicente, Puer natus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Et Hieremias, Hoc eſt, inquit, nomen quo vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Loco cuius in He Matth. 4. Lucæ. 4. Eſaiæ. 9.

D bræo habetur, nomen domini tetragrammaton, quod non competit, niſi vero ſummóq; deo, vt etiam Hebræorum magiſtri concorditer profitentur. Michæas quoque teſtatur, Egreſſus eius ſicut à principio, à diebus æternitatis. & Daniel inquit, Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ nõ auferetur. Itẽq; Pſalmiſta, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Et rurſus, concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus tuus, & adorabunt eum. Et iterum, Sit nomen eius benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius. Quòd autẽ hæc omnia ad literam dicantur de chriſto in lege promiſſo, dubitare non poteſt quiſquis loca ſcripturarũ vbi iſta habentur diligenter perſpexerit, prędecedentia & conſequentia ibi penſando. Itaq; iſta eſſe de rege Meſsia prænunciata certiſsime nouit diabolus, idcirco ſi ex ſcripturis nouerat Ieſum eſſe Meſsiam, æque certitudinaliter ſciuit, quod filius dei per naturam conſiſteret. Hiere. 23. Daniel. 4. Pſalm. 44. Pſalm. 71.

¶ Inſuper non minus omiſiſſet diabolus inducere Iudęos ad occiſionẽ chriſti, ſi certitudinaliter agnoſſet eũ Meſsiam ſeu chriſtum, q̃ ſi ſciuiſſet eũ dei filiũ naturalem. cauſa enim quare non induxiſſet Iudæos ad hoc fuit ne redimeretur genus humanũ, quod ſciuit per Meſsiæ occiſionẽ ſaluandũ: imò ſi certitudinaliter ſciuiſſet Ieſum eſſe filium naturalẽ, plus odiſſet eum, q̃ ſi putaſſet eum hominẽ purum. Quanto enim quis melior eſt tanto plus odit eum, Vnde nec aliquem tantum odit, vt deum. Itaque ſi certe ſciuiſſet Ieſum eſſe filium dei naturalem non omiſiſſet Iudæos inducere ad crucifixionẽ ipſius ex aliqua dilectione vel reuerentia ad ipſum: nec propter enormitatẽ peccati, cum quo quid iniquius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fuerit, eo plus complacet ei: nec ex timore suæ punitionis, quoniam tanta est eius inuidia contra sanctos, quod eos tentare ac persequi non omittit propter augmentum suæ calamitatis vitandum, quemadmodum etiam tempore Antichristi non omittet Antichristum & eius satellites inducere ad destruendum cultum, legem fidemque Christi, quantum potuerit: nec dubium quin & ad ipsius Christi interfectionem induceret Antichristum, si possibile esset Christū in propria persona ab Antichristo occidi, non obstante quod nūc vtique nouit Iesum esse deum & hominē. ¶ Denique dæmones omnesque damnati intantum inuident gloriæ superbeatissimi dei, quod vellent eum non esse: & si possent ipsam diuinitatem occiderent, patricidis ac matricidis similes existentes. ¶ Constat ergo quod nulla sit ratio cur diabolus nō induxisset ad Christi occisionem Iudæos, si certe nouisset Iesum esse Christum: nisi ne saluaretur genus humanum, cuius saluti ineffabiliter inuidēt dęmones. ¶ Postremò Glossa hoc loco sentit quod dæmones non habuerunt certitudinē, sed coniecturalem de Christo notitiam, quod scilicet Christus esset, nempe quod dictum est, scio, exponit, id est vehementer opinor. Itaque Christus est sanctus dei, quia, vt deus, est æqualis atque eiusdem sanctitatis cum patre, & essentialiter & ęternaliter, infiniteque sanctus & sanctitas ipsa. Secundum humanitatem vero est sanctus dei tanquam sanctificatus à deo ab incarnationis exordio: sanctificatus (inquam) nō quasi ab aliqua labe purgatus, sed omni virtute dono & gratia spiritus sancti repletus, & sanctior vniuersis ac singulis etiam simul sumptis. Vnde in Ioanne loquitur de seipso, Quem pater sanctificauit & misit in mundum. [*Et increpauit illum, dicens, Obmutesce & exi ab eo.*] Quamuis quæ dixit diabolus ad Christi pertinent prędonium, nihilominus silentium illi Christus imposuit, quia ipse qui verus & veritas est, noluit testimonium eius suscipere qui mendax est ab initio, & ne diabolus veris falsa misceret, item vt Christi exemplo doceamur dæmonum dicta contemnere. Dicit autem Cyrillus, quod dęmones putabant per huiusmodi laudem facere Iesum inanis gloriæ amatorem, vt ab eorum contrarietate cessaret, vtpote gratiam pro gratia recompensans. [*Et cum proiecisset illum*] hominem dęmoniacum [*Dæmonium*] quod fuit in eo, [*In medium*] hoc est, in terram coram prędentibus, [*Exiit ab illo, nihilque illi nocuit,*] Quamuis enim ante egressionē affligeret hominem illum: iuxta illud Marci, Discerpens eum spiritus immundus: tamen egresso dęmonio, prior illa afflictio diuina virtute cessauit, & confortatus est homo. [*Et factus est pauor in omnibus*] hoc est, admiratio magna in omnibus qui istud viderunt. Admirabantur etenim potius modum agendi, quàm factum in se, cum & exorcistę eorum eiicere dęmones possent atque solerent. ¶ Porrò naturale est homini visis magnis & insolitis rebus timere, quamuis non omnes homines ideo æqualiter timeant. Boni enim & sapientes reuerentialem timorem visis mirabilibus dei concipiunt, alii sæpe aliter timent. Ex magnitudine quippe effectus maiestas causę perpenditur, sicque timor reuerentialis aut pœnalis innascitur: impia autem conscientia cito terretur, & ne quod meruit, sibi cōtingat veretur, præsertim dum diuinæ potestatis aduertit præsentiam. Vnde in Actis Apostolorum habetur, Fiebat autē omni animæ timor, videlicet ex miraculis apostolorum. Christus autem imperialiter fecit miracula, quod isti maxime mirabantur, vt subditur, [*Et colloquebantur ad inuicem, dicentes, Quod est hoc verbum?*] hoc est, quid prætendit aut quàm potēs est sermo istius? Vel verbum potest hic accipi pro re significata per verbum, sicut in scripturis frequenter accipitur. Itaque dicunt, quod est hoc verbum, id est quàm mirabile est opus istud, [*Quia in potestate*] hoc est, sermone authoritatiuo ac imperioso, [*Et virtute*] id est per potentiam efficacem, ad quam cum voluerit mox concomitatur effectus. Potestas quoque ad increatam Christi potentiam: virtus vero ad creatàm eius potentiā potest referri, quāuis illi nō intellexerint quod ait. Nondū enim innotuit eis Iesu diuinitas. Iterum virtus accipi potest pro sanctitate ac merito animæ Christi, per quam quodammodo egit miracula, præsertim cum & alii sancti suæ merito sanctitatis miracula operati scribantur. [*Imperat spiritibus immundis,*] hoc est, dæmonibus maculosis, aliosq; maculantibus, [*Et exeunt*] ab obsessis dum præcipit eis: non obstante quod de dæmonio scriptum sit in Iob, Non est potestas super terram quæ comparetur ei. De naturali enim potestate terrenorum seu habitatorum terræ hoc dicitur. Christus autē diuina cælesti & supernaturali potestate hæc fecit: nam & creata Christi potestas tanta est, vt per eam summis angelis possit imperare, imperetque spiritibus: sicut & anima eius illos illuminat, multo vtiq; altius quam aliquis angelus superior inferiorem.

¶ Postremò, per dęmoniacū istum intelligi potest quicunq; magnus peccator dæmonū subditus volūtati & seruituti peccati, quē Christus ingrediens synagogam, hoc est, corda eorum qui per charitatem nectuntur in deo à dæmonio liberat, dum ei gratiam pœnitendi largitur: túncque dæmonem egredi iubet, ingrediente talem animam spiritu sancto: dæmon autem proiicit hominem in medium, hoc est, ad medietatem, in qua virtus consistit eum reducit, non effectiue, sed occasionaliter, inquantum suo recessu fit homini occasio redeundi ad medietatem virtutis, ad quam illo possidente seu inhabitante homo redire nequiuit. quēadmodum etiam deus dicitur hominē indurare, inquantum gratiæ suæ subtractione hominē indurari permittit, qui sine gratiosa dei præsentia ad pœnitētiā mollificari non valet. ¶ Præterea quæritur, cum Christus non nisi vnū obsessum curauerit, cur pluraliter loquebātur, quia potestate imperat spiritibus immundis? Ad quod dici potest, q̄ plurale pro singulari ponebant, vt sæpe fit in scripturis, imò & in cōmuni modo loquendi, præsertim quia tam magnifice Christus istū vnū sanauit, q̄ vidētes putabant eū eadē virtute posse & alios sic curare. [*Et diuulgabatur fama de illo*] id est, de Christo vel eius miraculo: imò pariter de vtroq; [*In omnem locum regionis*] Galilææ: iuxta illud Marci, Processit rumor eius in omnem regionem Galilęæ. ¶ Consequenter aliud Christi recitatur miraculum, [*Surgens autem de synagoga*] vrbis Capharnaum, in qua sedit docendo, quia sedere magistrorum ac iudicum est, [*Introiuit in domum Symonis*] id est, Petri apostoli, qui primo vocatus est Symon, postea autē à Christo dictus est Petrus, vt infra dicetur. In Marco autem adiicitur & Andrææ, vnde in do-

Ioan. 10.
Ioan. 14.
Ioannis. 8.
Marci. 1.
Actuū. 1.
Iob. 4.
Matth. 1.
Matth. 8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A mo illa Petrus & frater eius Andræas aliquando pariter morabantur.[*Socrus autem*]id eſt mater coniugis[*Symonis tenebatur magnis febribus,*] ita quod diu laborauit hac ægritudine,& Chriſto ingrediente actualiter vexabatur.Propter quod Marcus ait,decumbebat febricitans, habuit autem acutiſsimas febres, pręſertim quia fuit annoſa,& naturalis in ea calor defecit:vnde in ſenibus febris ſolet mortem inducere.[*Et rogauerunt illum pro ea*]id eſt diſcipuli Chriſti & præſentes in domo Chriſtum deprecabãtur, vt vetulam illam ſanaret:quibus ipſe tanquam piiſsimus mox conſenſit,vt ſubditur,[*Et ſtans ſuper illam.*]Acceſsit enim ad locũ in quo iacuit illa,& ſic ſitu altior fuit, & forte faciem ſuam inclinauit ad decumbentem ęgrotam agens quod ſequitur,[*Imperauit febri.*]Authoritatem enim,poteſtatem,atq; dominium habuit ſuper omnem entitatem creatam.Itaque imperauit febri,id eſt,iuſsit eam ceſſare,[*Et dimiſit illam*]id eſt febris ſtatim à vetula illa receſsit.[*Et continuo ſurgens miniſtrauit illis*] id eſt Chriſto & commenſalibus eius,tanquam grata de beneficio ſanitatis ſibi tam miraculosè collato,& valde lęta,eos quoque quibus miniſtrabat ſpectaculo lętificans tam iucundo. In quibus multa miranda ſunt contemplanda,quia modus agendi glorioſior fuit,quàm opus in ſe, cum & naturaliter quis poſſet curari à febre:ſed tam imperialiter & repente grauibus febribus laborantem curare,ita vt febre ceſſante plena ſanitas & corporis robur pariter mox reuerterentur,omnino diuinũ miraculoſumque fuit: potiſsimum,quoniam febricitantes febre ceſſante valde laſsi ſunt corpore,incipienteque ſanitate priſtinę

B ægritudinis ſentiunt mala,paulatim quoque vires recipiunt.Conſtat autẽ quia poteſtas quo maior eſt eo celerius operatur.Poteſtas autem Chriſti ſecundum quod deus eſt,infinita conſiſtit:ſed & creata eius poteſtas omnium creaturarum poteſtatem excedit,ideo potuit in inſtanti atque celerrime miracula operari,& ſi aliqua fecit protractius,non ex defectu poteſtatis hoc fuit, ſed propter myſterium.

¶ Denique iuxta Gloſſam,Chriſtus interdum rogatus interdum non rogatus fecit miracula,ad inſinuandum quod aliquando orantibus peccata relaxat,aliquando non recordantibus gratis indulget,quãdo videlicet ita diſpoſiti ſunt,quod ſi recordarentur vitiorum ſuorum oblitorũ dimitterent ea,& veniam precarentur.Tunc enim dimittit ea, aut certe reuelat ea,vt recordans pœniteat & exoret.

¶ Inſuper Chriſti dignatio atque humilitas ſunt penſandę,qui apud Petrum virũ inopem manere elegit,vt diſcamus(ſicut ait Cyrillus)cum pauperibus conuerſari,nec depreſſos inopesque ſpernamus.

¶ Spiritualiter per vetulam febricitantem deſignatur quæcunque anima vitiis & paſsionibus,quæ animarum grauiſsimæ febres ſunt,inueterata,ad quam cum Chriſtus per pietatis ſuæ opem,ſeu gratię infuſionem acceſſerit,mox curatur,& Chriſto eiúſque ſeruis obſequitur,ſicut ait Apoſtolus,Per charitatem ſeruite inuicem.Si autem diſcipuli viſa corporali ægritudine vetulę compaſsi ſunt,& Chriſtum Galat.5.
pro illius curatione deprecabantur:quantò magis cum viderimus alicuius animam vitiis & paſsionibus ſuperatam,læſam atque ſqualentem,mox charitatiue humiliterque condolere debemus,& Chriſtum pro illius cura ac reformatione cordialiter exorare? Sed multi ſunt indiſcreti ad indignationem,

C & vltionem proniores quam ad compaſsionem atque ſubſidium,cum tamen dicat Apoſto. Alter alterius onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti .imo Chriſto teſtante,Eadem menſura qua menſi fuerimus remetietur & nobis.Verum quia innumerabilia fuerunt Chriſti miracula,ſicut & eius poteſtas incomparabilis extitit,idcirco poſt particularem duorum narrationem ſignorum plura generaliter referuntur.[*Cum autem ſol occidiſſet,omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum.*] Galat.6. Matth.7. Marci.4. Lucæ.6.
Omnes itaque in Capharnaum cognatos,domeſticos, familiares, ſeu charos infirmitatibus variis tabefactos,quorum multi per ſe ire nõ poterant,duxerunt eos ad Chriſtũ,cognitis præfatis duobus miraculis. Ita & Chriſtiani,præſertim prælati & patres, infirmos ſuos,id eſt,vitiis languidos Chriſto adducere debent,eos ad pœnitentiam inducendo.[*At ille ſingulis*]infirmis[*Manus imponens,curauit omnes,*] quos vtique ſolo imperio ſine contactu quiuit curare:ſed ſingulis manus impoſuit,vt dignationẽ ſuam charitatem & cõpaſsionem ad languidos & egenos oſtenderet:item ad demonſtrãdum ꝙ corpus ſuum diuinæ poteſtatis inſtrumẽtum eſſet & organum, per quod deus genus humanum in corpore & anima reformare decreuit.Quemadmodum autem Chriſtus illos manum imponendo ſanauit, ita & omnes qui per veram contritionẽ ad ipſum accedũt,vel ſaltem quod in ipſis eſt faciunt,ſpiritualiter curat,gratia & virtutibus firmat,quibus & manum,id eſt pietatis ſuæ opem imponit:iuxta illud de

D electo conſcriptũ in Pſal.Cum ceciderit non collidetur,quia dominus ſupponit manum ſuam.¶ Quæritur,cur præfati adduxerũt infirmos ſuos de ſero ad Chriſtum,& non in die?Ad quod Origenes reſpondet,quòd verecundabantur,vel Phariſæos timebant,vel quia putabant non licere ſanare in ſabbato,vel quia in die circa alia erant intenti.[*Exibant autem dæmonia a multis clamantia.*]Ex quo apparet ꝙ multi de numero infirmorum illorum fuerunt obſeſsi,ex quibus eiecit dæmones exeundo clamantes,[*Quia tu es filius dei.*]Circa quod aſſerit Gorrha,quod & pauloante iam affirmaui,quod dæmones nouerant per ſcripturas deum dei filium incarnãdum,ideo eo modo nouerant,Ieſum eſſe dei filium,quo nouerant eum eſſe Chriſtum.[*Et increpans ea,*]non quia falſum dixerant, ſed quia verum mala intentione loquuti ſunt,& quia eorum confeſsio fuit extorta ex ſeruili procedens timore, quia metu grauioris ſupplicii iſta dixerunt:ſicut & ſeruus iniquus ac fugitiuus à domino deprehenſus,metu verberũ veritatem fatetur & dominum laudat.[*Non ſinebat ea loqui quia ſciebant eum eſſe Chriſtum*] hoc eſt nõ permiſit dęmones amplius proſequi aut reſumere verba prædicta,& quod ſcirent eum eſſe Meſsiam.Cur autẽ prohibuit dęmones ſibi teſtimoniũ dare iam dictũ eſt,& addi nũc poteſt ꝙ etiam ideo,ne ſua paſsio impediretur. Si enim Iudęi certitudinaliter atque ſtabiliter agnouiſſent eũ eſſe Chriſtũ, nunquam eũ crucifixiſſent, nec occidiſſent.Vnde & Beda ait,Ipſi quoq; apoſtoli pręcipiũtur à Chriſto reticere de ipſo,ne diuina maieſtate prędicata paſsionis diſpẽſatio differretur.Poſtremò,nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,nec decuit puriſsima Chriſti myſteria fędiſsimis dęmonũ pãdi lĩguis,vt Theophil⁹ atq; Pſalm.33. 1.Cori.3. Eccleſi.15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Chryſoſtomus proteſtantur. Quomodo autem ſciebant Ieſum eſſe Chriſtum præhabitum eſt, vtpote ſcientia coniecturali, non certa & ſtabili. [*Facta autem die*] id eſt die immediate ſequenti de mane, [*Egreſſus vrbem*] Capharnaum [*In deſertum locum ibat,*] ſcilicet in ſolitudinem. Primò, vt doceret nos fugere laudem, gloriamque humanam: tunc maxime, cum aliquid magnificum egerimus, & magis à cunctis aſpicimur & reputamur. Secundò, ad inſtituendum, commendandum, ac confirmandum ſolitariæ ac eremiticæ vitæ ſecretum. Tertiò, vt doceret aliorum prælatos ac prædicatores, imò & omnes fideles, vt poſt occupationem externam, hominumque tumultum ad ſecretum confugiant locum, vbi orãdo ac meditando cor ſuum recolligant, ac deo ſyncerius atque ſtabilius vacent. [*Et turbæ requirebant eum.*] Populares etenim Chriſto magis adhæſerunt quam primates Iudæorum, ac ſcribæ & phariſæi, quorum pauci, vel nulli, eum ſecuti dicuntur hac vice. [*Et venerunt vſque ad ipſum & detinebant illum, ne diſcederet ab eis.*] delectabantur enim in eloquentia, ſapientia, virtutibus, ac miraculis eius. [*Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet*] id eſt expedit, hominumque ſaluti oportunũ eſt, imò & ex ſuppoſitione oportuit, quia ita præordinauit deus, [*Euangelizare regnum dei,*] hoc eſt, prædicare beatitudinem paradiſi cęleſtis, & qualiter ad illud venitur. regnum quoque dei poteſt intelligi ſtatus eccleſię militantis vel ſacra ſcriptura. [*Quia ideo miſſus ſum*] à patre ęterno per incarnationis myſterium, item per iuſsionẽ qua pater ſeu trinitas tota Chriſto ſecundum naturam aſſumptam officium iſtud præcepit: quemadmodũ in Ioanne loquitur, Sicut mandatum (inquiens) dedit mihi pater, ſic facio. Ex quo patet, quam diuinũ ac præclariſſimum ſit prædicationis officium, cum vnigenitus dei propter illud exercendum ſe perhibeat miſſum: & iterum patet ex hoc quam cęci damnabilesque conſiſtant paſtores ſiue pręlati, qui ex ſuperbia quadam, vel negligentia, ſeu alia inſufficiẽti cauſa illud omittunt, cum illud ad eos prælertim pertineat, & taliter viuere teneantur, vt ſint ad prædicandum idonei. Aliqui quoque inſufficiẽtiſsime ſe excuſant, vt ꝙ ſint malæ memoriæ, quibus ſalubrius eſſet & tutius ſermones in libro legere (quod & Grẹgorius papa ſæpe peregit) quam prædicationem omittere. [*Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ*]

Ioann.3. In ſynagogis equidem docuit vbi populus amplius confluebat. Veritas enim non appetit angulum: ſicut & Chriſtus in Ioanne proteſtatur, Omnis qui facit veritatem venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius. Vnde & tempore paſsionis dixit pontifici, Ego ſemper docui in ſynagogis, vbi omnes Iudęi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil.

¶ Elucidatio Cap. v. [*Factum eſt autem cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum dei.*] Articulus XII.

Lucę. 4. *Factum eſt autem cum turbæ,*] de quibus in fine præcedentis capituli dictum eſt, [*Irruerent*] id eſt cum magno feruore & copioſè accederent [*In eum, vt audirent verbum dei,*] ſcilicet Chriſtum, qui eſt verum & æterni patris verbum, eius quoque ſermonem. Deſiderabant enim non ſolum eum aſpicere & audire, ſed etiã tangere: & poſteriores impellebant priores, ita vt cum impetu quodam irruerent ad eum. Quis enim bonæ mentis non appeteret tam dulcem & pulchrũ aſpicere, tam ſapiẽtem & eloquẽtem audire, tam virtuoſum & ſanctũ attingere, tot & tantorum mirabiliũ operatori aſtare, præſertim quia gratioſiſsimũ habebat, delectabiliſsimumque aſpectũ? Imò in reuelationibus ſacratiſsimæ Brigidæ credibiliter legitur digniſsima virgo Maria loqui ad Brigidam, quod quicũque deſolatus ſeu triſtis vultũ filii ſui aſpexerat,

Pſalm.14. mox reuelamẽ cõſolatoriũ ſenſit, ita ꝙ aduerſitatibus aut mœſtitudine preſsi dicere conſueuerunt, Eamus ad filium Mariæ, vt ex eius conſolemur aſpectu. Nec mirum, ipſe eſt enim de quo Pſalmiſta prædixit, Specioſus forma præ filiis hominum. ¶ Denique multi ſanctorum tantæ leguntur ſanctitatis & gratiæ extitiſſe, quod quaſi angelicum vultum habebant, reſplendentibus in eorum facie mirabili ſerenitate atq; fulgore: quãto magis hoc ita fuiſſe credẽdũ in eo in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitauit, nõ ſolũ per gratiã ſicut in cęteris: ſed & per hypoſtaticam vnionem, cuius & anima adeo beatifice fruebatur, in quo tanta gratia erat, quantam capere mens nõ valet creata. [*Et ipſe ſtabat iuxta ſtagnum Geneẓareth:*] Quod alio nomine dicitur mare Galilææ, à prouincia, in qua eſt, & mare Tiberiadis à ciuitate Tiberiade ſibi vicina. [*Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum,*] videlicet prope litus laci illius, vt moris eſt. [*Piſcatores autem,*] videlicet Petrus & Ioãnes & Iacobus, vt infra habetur, & ſi qui forte eis aſſociati fuerũt, [*Deſcenderant*] .i. ex nauibus egrediẽdo aquã circa littus intrauerant. [*Et lauabant*] .i. purgabãt [*Retia ſua,*] vt purgata plicarent, quia nil ceperant, & volebant ad tempus à piſcatione ceſſare. [*Aſcendens autem in vnam nauim quæ erat Symonis,*] ſcilicet Petri & fratris eius Andreæ, vt aliqui dicunt: vnde in Matthæo & Marco habetur, ꝙ Ieſus inuenit Petrum, Andreámque ſimul piſcationi intentos. [*Rogauit eum a terra reducere puſillum*] hoc eſt, nauim ad modicum ſpacium in aquam diri gere, vteſſet ſeparata & diſtans à ripa nõ tantũ, quin Chriſtus poſſet ex ea audiri cõuenienter à populo ſtante in littore. Ideo quoqe nauim intrauit, quia turbę cœperũt eum comprimere: & in terra cum eis ſtans non poterat ab omnibus tam congruenter aſpici & audiri, ſicut in naui ſtans, vbi & nemini dorſum vertit in faciem, atque in omnium ſtetit aſpectu. ¶ Prętereà aduertendum, quod Lucas non ſeruat hic ordinem rei geſtę deſcribendo hiſtoriam, ita ꝙ litera iſta non continuatur ad literã immediate prẹcedentem, in qua prędicta ibi ſigna narrantur: nam ſocrus Petri quę ibi ſanata deſcribitur, fuit curata poſt vocationem Petri & Andręę ad Chriſti apoſtolatum, vt ex Matthęo & Marco monſtratur. In illa autem vocatione Petrus nauim omnino reliquit, nunc vero in iſto capitulo poſt verba inducta recitatur vocatio Petri, Ioãnis, & Iacobi ad Chriſti apoſtolatum, vt aliqui dicũt: vel ad eius familiaritatẽ

Matth.4. Marci.18. Matth.8. Lucę.4. Marci.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & quendam discipulatum, vt alii potius arbitrantur. ¶Porrò ex hoc ostenditur maxima Christi dignatio, mansuetudo, & pietas, quòd Petrum pro tam parua re, tam modestè, humiliterque rogauit, cui præcipere habuit, docens prælatos vt proniores sint ad monendum quam ad præcipiendum, magisque cupiant diligi quam timeri. Sed econtrario agunt stulti, ad præcipiendum procliues, & gladium sine causa idonea extrahentes: quibus per Ezechielem deus improperat, Cum austeritate imperabatis ouibus meis & cum potentia. [*Et sedens in naui docebat de nauicula turbas.*] Nauim nunc vocat nauiculam, quoniam parua erat, & nauigium egenorum. Verba autem prædicationis Christi Euangelista non exprimit: sed nec omnia eius prodigia aliquis Euangelistarum in particulari prosequitur. Tanta vero de eius documentis atque miraculis Euangelistæ scripserunt: quantum ad ædificationem ecclesiæ, ad fidei confirmationem, ad salutem fidelium sufficere nouerant, inspirante ac moderante spiritu sancto. Hinc est quod sæpe de obseruatione ordinis in historica recitatione gestorum, signorumque Christi nõ curãt, quia ad prę dicta agẽda nil refert quid in reipsa præcesserit, aut quid primo narretur. [*Vt autẽ cessauit loqui.*] Volens pauperem nauiculæ dominum præmiare pro obsequio iam narrato, [*Dixit ad Symonem, duc in altum.*] id est nauem remotius amoue à littore ad profundiora aquæ loca. sicque altum pro profundo accipitur: sicut in Ioannè, Puteus altus est. atque in Psalmo, Veni in altitudinem maris. Vel ideo Ezech.34. Ioannis.4.

B ait, In altum, quoniam aqua plus distans à littore altior est, quam quæ ripæ propinquior est, vt in libro Psalm.68. de sphæra ostẽditur. [*Et laxate retia vestra in capturam*] id est ad capiendos pisces ea explicate. ait autẽ singulariter Petro, duc, quia hoc ab eo solo fieri quiuit. pluralitérque adiungit, laxate, quia hoc à pluribus fieri aptius potuit. ¶Mystice autem per Petrum perfectiores signantur, ad quos præcipuè pertinet in altum ducere, id est profunda scrutari mysteria. Per adiutores Petri signãtur inferiores prælati, ad quos retia spectat laxare, id est connexa ordinare, verba ad aliorum conuersionem extendere. [*Et respondens Symon, dixit illi, Præceptor,*] id est, tu ô domine qui tantæ es authoritatis, vt merito appelleris præceptor, cui & protinus est parendum, [*Per totam noctem laborantes*] ad pisces capiendos [*Nihil,*] id est nullum piscem [*Cæpimus,*] quod quamuis naturaliter accidere potuerat, sicut & sæpe fit, diuina tamen tunc dispensatione sic euenisse apparet, vt Christi potestas per sequens miraculum clarius emicaret, & alii magis confirmarentur ad fidem. [*In verbo autem tuo,*] id est propter tuum præceptum: vel, in verbo tuo, id est, ex spe adimpletionis iussionis tuæ [*Laxabo rete*] cum adiutoribus meis similiter agentibus. In quo prõptitudo obedientię sancti Petri probatur, præsertim quia secundum naturam videbatur infructuosum retia laxare, cum non appareret spes naturaliter capiendi pisces. [*Et cum hoc fecisset, concluserunt*] Symon & socii eius [*Piscium multitudinem copiosam.*] In quo docemur quàm fructuosum sit obedire, quãdmodum etiam Petrus laxauit rete ad piscandum Christo iubente, non obstante quod ante in tanto conatu ac tempore nil cepisset: sic prælati, doctores & prædicatores iuxta sacræ scripturę præceptum seu ex

C hortationem laxare debent spirituale rete, hoc est, coordinatas documentorum propositiones ad aliorum instructionem, profectum, seu conuersionem proponere, cum fiducia gratiæ, atque auxilii dei: sicque sæpe deo agente multas conuertent, in quibus ante nil profecerunt. [*Rumpebatur autem rete eorum,*] hoc est, partim rumpi cœpit, non tamen aliquis excidit piscis, quod etiam miraculum fuit, [*Et annuerunt sociis qui erant in alia naui,*] videlicet Iacobo & Ioanni, [*Vt venirent ad eos*] nauigio, [*Et adiuuarent eos.*] Annuerunt autem, id est nutu vel signo, non verbis insinuauerunt eis, vt subuenirent, quia præ admirationis magnitudine loqui vix poterant, & præ Iesu reuerentia vix loqui audebant: sic & spirituales pastores, videlicet prælati & prædicatores cum se viderint omnes ad portum securitatis ac finem beatum non posse perducere, quos de hoc seculo nequã velut ex procelloßissimo mari iam aliqualiter abstraxerunt, atque ad pœnitentiã induxerunt, alios viros idoneos debent in adiutores quærere, inuitare, assumere, vt conuersos & pœnitentes custodiant, inflamment, perficiãt. Sed quidam præsumptuosi & superbi sunt nimis atque de propriis viribus & virtutibus fatue confidentes, aliorum consilium sibi necessarium non arbitrantes, cum tamen seipsos regere insufficientes probentur. [*Et venerunt*] socii illi, [*Et impleuerunt,*] non illi soli, sed simul cum Petro ac suis [*Ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur*] quo patet, quod valde onerosa & copiosa piscium multitudo simul extitit capta. Sic pluribus verbum dei concorditer prędicantibus, & iuxta propria verba viuentibus, plurimi cõuertuntur. Propter quod Salomon ait, Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas munita. ¶Porrò nauiculę sunt particulares ec

D clesię, quę plurimis conuersis pene merguntur, dum in ipsis recenter conuersis manent quędam priorum vitiorum reliquię & pronitates ad malum ac passiones, in quibus & alii sępe periclitantur, qui nõdum ita perfecti sunt, vt illorum imbecillitates æquanimiter valeant tolerare. [*Quod cum videret Symon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens.*] Honor enim virtuoso debetur, ideo sicut censuit Iesum esse maximę virtutis ac sanctitatis: sic exhibuit ei reuerentiam grandem: nam & ante istud miraculum credidit Iesum esse Christum, quando videlicet Andreas dixit ad eum, Inuenimus Messiam qui dicitur Christus. adduxitq; eum ad Iesum, vt in Ioanne habetur. Vnde & viso isto miracula aucta fuit in eo hęc fides. [*Exi a me, quia homo peccator sum domine,*] id est tibi assistere, adesse, cohabitare indignꝰ sum, quia homo fragilis ac peccator, ac seruus inutilis: tu autem tam potens, tam sanctus ac dominus. Itaque ex magnitudine miraculosi effectus maiestatem causę pensauit, & quia oppositа iuxta se posita clarius innotescunt, quo Petrus Christi virtutem excellentiamque magis attendit, eo propriam culpam ac paruitatem euidentius intellexit, atque humilius fassus est. Hinc Christum à se exire rogauit, non eum indignanter repellens, sed ex profundißima humilitate honorans, nec tamen spiritualem eius prędentiam seu gratię opem à se abesse optauit. Vnde in isto similis fuit Centurioni dicenti, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. De hac quoque spirituali prędentia semper optanda ait Gregorius, Si te peccatorem consideras, necesse est, vt à te do- Prouer.18. Ioannis.1. Matth.8. Lucæ.7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minum non repellas.[*Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piſcium quam ce-* E
perant,]hoc eſt,vehemens admiratio ex omni parte,atque totaliter occupauit corda iſtorum ex conſi
deratione tanti prodigii,cuius admirabilitatem tanto certius nouerant,quo in arte piſcatoria exercita
tiores fuerunt.Vnde & Chriſtus eorum infirmitati condeſcendens,per tale miraculum voluit eos alli-
Matth.2. cere, quod ad eorum officium magis ſpectabat quantum ad facti materiam:ſicut & Magos aſtrono-
miæ intentos per ſtellam apparentem adduxit.Denique tam repẽtina piſcium tã innumerabilium ca-
ptio,fuit prorſus mirabilis.¶Quæri quoque poteſt,quomodo tot piſces ibi adunati extiterint? Ad q̃
facile reſpõdetur,q̃ Chriſtus diuina ſua poteſtate piſces ſubito & de nouo creare ſeu ex diuerſis locis
colligere potuit,quos itẽ angelico miniſterio potuit illico adunare. At vero ſicut Petrus viſo hoc ſi-
gno nihil meritis ſuis aſſcripſit,neque inaniter gloriatus eſt,ſed totum ſe humiliauit, & Chriſto grates
rependit,eiusq́; præſentia ſe fatebatur indignum:ita dum prælatus,aut prædicator,ſeu exhortator,mul
tos aut quoſdam cõuerterit,totum diuinæ pietati attribuat,& gratias agens nullatenus extollatur:imò
indigniſsimum arbitretur,vt per eum ſpiritus ſanctus talia operetur:& domino ſe proſternat.Ex hoc
quoque oſtenditur magnitudo deuotionis,feruoriſque Petri,quod ipſe ſolus ad genua Ieſu prolap-
ſus ſit,cũ tamen aliis ſenior eſſet.[*Similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi,qui erant ſocii Symonis*]
in piſcando circundedit ſtupor,non tamen corruerunt ad genua Ieſu quamuis ipſius eſſent cognati.
Sic quoq; omnem rite penſantẽ merito admirationis ſtupor adimplet,dum ab ipſis Chriſti apoſtolis F
viris idiotis atq; ſimplicibus conſiderat totum quodammodo mundum tam cito conuerſum ad tã ar-
duam legem,tamq́; incomprehẽſibilem fidem,quod omni pene miraculo maius reputatur miraculũ,
in quo & facta olim miracula quaſi in ſuo relucent effectu. Vnde nec opus eſt ea frequentius iterari,
quamuis deus ex ſua ſuperimmenſa clementia multoties iterauerit ea ad excitandam hominum tardi-
tatem,qui præterita non aduertunt,nec inchoationẽ & proceſſum Eccleſiæ ſubtiliter intuentur,atque
ad confutandam hæreticorum infideliumq́ue aliorũ inſaniã.[*Et ait ad Symonem Ieſus*]qui ſicut ſe Chri-
ſto ſingulariter humiliauit,ſic meruit ſingulariter conſolari ab eo.Cor enim cõtritum & humiliatum
deus non deſpicit,ſed exhilarat,& conſortat.[*Noli timere*] immoderato timore,ex conſideratione tuæ
parũitatis & culpæ,ex contemplatione quoque ſigni huius & excellentiæ meæ,vt ideo petas me exire
à te:ſed in conſideratione pietatis & gratiæ meæ reſpira & gaude.hoc etiam omnibus nobis implen-
dum eſt.[*Ex hoc enim,*]id eſt cito poſt tempus iſtud:vel,ex hoc,id eſt poſt iſtud piſcationis officium:
rurſus ex hoc.i.huius tuę obedientiæ ac reuerẽtiæ mihi exhibitę,ſtuporis,humilitatiſq́; merito,[*Homi*
nes eris capiens,]id eſt prædicator & apoſtolus efficieris,ita q̃ exẽplo,ſermone,miraculis, orationibus
Matth.13. multos conuertes,& intra eccleſiam colliges,ſicut intra ſagenam colliguntur,detinenturq́; piſces. Nã
& ipſa eccleſia cõparatur ſagenę,Chriſto dicente,Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare,
& ex omni genere piſcium congreganti.Retia autem apoſtolorum & prædicatorũ fuerunt inſtrumẽ G
ta ac media quibus homines conuerterunt,videlicet exemplaris vita,miracula,prædicationes & pre-
ces.Iuxta hanc ſimilitudinem dominus in Hieremia loquitur,Ecce ego mittam piſcatores multos &
Hiere.16. piſcabuntur eos.[*Et ſubductis ad terram nauibus*]ſuis duabus prędictis[*Relictis omnibus,*]quæ ibi habebãt,
videlicet nauibus & nauiũ inſtrumentis,captisque piſciculis. Vel relictis omnibus hominibus qui ibi
tunc aderant,[*Secuti ſunt eum.*]Corporaliter enim comitati ſunt Chriſtũ,& mẽte deuota ei adhęſerũt.
Ioann.1. ¶Sed ſi ſoli Petro dictum eſt,eris homines capiens,cur Ioãnes quoque & Iacobus ſequuti ſunt Chri-
Matth.4. ſtum?Inſuper hoc loco nõ ſcribitur quòd Chriſtus vocauerit eos ad ſequendum ſe.Itaque aduerten-
Marci.1. dum quod triplex fuit diſcipulorum iſtorũ vocatio.Vna & prima ad ſolam Chriſti notitiam quæ per
Ioannem deſcribitur.Secunda fuit ad Chriſti familiaritatem.Tertia ad apoſtolatum,quæ per Matthę
um & Marcum refertur.De ſecunda autem iã mentio facta eſt.Aliqui tamen dicunt quòd iſta,de qua
nunc Lucas ſcribit,ſit eadem cum illa,quam Matthæus & Marcus enarrant.Sed gloſſa aperte hic con-
tradicit,Nondum(inquit)Petrus ad apoſtolatum eligitur:ſed ei prædicitur,quod aliquando ſit eligen
dus:& iſtud verius reor,quia,vt dixi,hoc loco non legitur Chriſtus alicui diſcipulorum iſtorum di-
xiſſe,vt ſequeretur.Præterea in Matthæo & Marco habetur,quòd primo inuenit Petrum & Andreã
quibus & dixit,Venite poſt me.Deinde progreſſus puſillum,inuenit Iacobum & Ioannem cum patre
eorum in naui,vocauitque eos.Hic ergo habetur,quod Ioanne & Iacobo ingreſsis ad Petri nauigiũ,
Ioãnis.21. loquutus ſit Petro hæc verba,& tunc pariter iuerunt cum Chriſto:ſed & infra loquitur Lucas de illa H
vocatione,de qua Matthæus & Marcus.Vnde,quod hoc loco dicitur,omnibus relictis Chriſtum ſe-
quuti,intelligendum eſt,quod ex reuerentia Chriſti ad ſpatium iuerunt cum eo:nam & ideo ſecun-
dum quoſdam naues reduxerunt ad terram,quoniam ad eas intendebant reuerti. Porrò Auguſtinus
in libro de conſenſu Euangeliſtarum tangit vtrunque modum dicendi,nullum determinans. Scien-
dum quoque quod in Ioanne aliquid huic miraculo ſimile ſcriptum eſt,quomodo ſcilicet diſcipuli i-
ſti poſt Chriſti reſurrectionem vno impetu concluſerunt centum quinquagintatres magnos piſces,&
ibi pro miraculo additur,quod cum tanti eſſent,non eſt ſciſſum rete:hicvero ad inſinuandum aliud mi-
Ioãn.14. raculum ſertur,quòd rete rumpebatur & nauiculæ pene demergebantur,cum tamen piſces non elabe
rentur.Vnde per piſcationem,de qua ait Ioannes,ſignatur collectio electorum intra triumphantem ec
cleſiam,in qua nulla ſciſſura eſt,nullumq́ue periculum: per iſtam verò collectio credentium intra ec-
cleſiam militantem,in qua boni malis miſcentur,atque diuerſa occurrũt pericula,hæreſes,&ſchiſmata,
¶Deinceps narratur leproſi curatio.[*Et factum eſt cum eſſet in vna ciuitatum,*]videlicet in Capharnaum,
[*Et ecce vir plenus lepra,*]id eſt multum leproſus,ita quod lepra toto corpore fuit diffuſa ac patens.
[*Et videns Ieſum*] oculis exterioribus & internis,quia maieſtatem & ſanctitatem eius credidit ac
penſauit oculo mentis, qui eſt intellectus ſeu ratio,de cuius viſu loquitur Chriſtus Philippo,Qui vi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A det me,videt & patrem.Et alibi,Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt,[*Et procidens in fa* Matth. 5.
ciem,]id eſt ſolo tenus ſe proſternens,tam propter Chriſti dignitatem,quàm propter curationis affectum feruentem,magnámque ſuam indigentiam,ſperans ſe tanto celerius exaudiendum atque curandum,quo humilius ſynceriúſque rogaret.[*Rogauit eum dicens.*]Apud Matthæum habetur,quòd adorauit eum,quod Athanaſius de adoratione latriæ exponit,dicendo,quòd leproſus credidit Ieſum eſſe Matth.5.8.
vnigenitum dei,non creaturam,ſed deum verum.Secundum Ambroſium vero,quòd in facié corruit, humilitatis extitit ac pudoris.[*Domine ſi vis,potes me mundare*].i.de poteſtate tua non dubito quin cura re me poſsis,ſi velis.Nec exprimit clarius quid affectet,quia ex ſua proſtratione ſatis innotuit:& quoniam coram Chriſto plura loqui in conſpectu turbæ erubuit. Rurſus,quoniam corporalis infirmitas ſaluti animæ non repugnat,quemadmodum culpa:imò frequenter ſalubris eſt : ideo eius medela non eſt multum importune & abſolute quærenda,ſed beneplacito diſpoſitionis diuinæ totum eſt committendum cum humili propriæ affectionis interpretatione, vt ſi curari quæramus, dummodo ſit ad dei honorem,& noſtram ſalutem,& quicquid fecerit deus,complaceat nobis. [*Et extendens Ieſus manum, tetigit eum,dicens.*]Sicut enim pro noſtra ſalute corpus aſſumpſit,ita per illud noſtram eſt ſalutem operatus.¶Vnde quem ſine attactu curare potuit,tetigit.Primo,ad ſuæ pietatis,humilitatis, ac dignationis magnitudinem oſtendendam,quia hominem ſolo aſpectu horrendum non abhorruit tangere.Secun-
B do,ad noſtram inſtructionem,videlicet ne corporaliter languidos & deformes ſpernamus:imò ſi opus eſt,foueamus,portemus,tangamus,cum omni compaſsionis affectu. Tertio,vt per corporalem contactum ſpiritualem deſignaret attractum, videlicet quòd illi vere ab omni culpa mundantur, quos ipſe per dona & gratiam ſuæ charitatis tangit ac viſitat. Quarto,vt ſe verum aſſumpſiſſe corpus oſtenderet, ad confutationem perfidiæ impuriſsimi Manichæi.[*Volo.*]& quod ſubditur paſsiue legendum eſt,ſcilicet[*Mundare,*]hoc eſt præcipio vt à lepra munderis. Denique Chriſtus voluit,iuſsit,& fecit hoc ſignum diuina & increata voluntate ac poteſtate, tanquam per cauſam ſimpliciter primam, principalem & authoritatiuam. Voluntate quoque humana ac poteſtate creata & ſupernaturali voluit, iuſsit & fecit hoc tanquam per cauſam ſecundariam,inſtrumentalem & ſubauthoritatiuam,ſeu minus principalem,ſui conueniebat præcipiendo operari miracula, non eo modo vt voluntati ac poteſtati diuinæ,imò quo ad illã fuit inſtrumentalis:ſed quia omnis creatura fuit ſubiecta etiã voluntati ac poteſtati Chriſti creatæ,& quia deus per illam taliter inſtituit operari. Vnde & aliqui leguntur,quaſi iubendo feciſſe miracula:non quòd ſua,ſed diuina hoc agebant virtute.[*Et confeſtim lepra diſceſsit ab illo,*]id eſt
C in momento ſeu inſtantanee periit & ceſſauit.Diuinæ etenim poteſtati cum ſit infinita competit agere in inſtanti cum placet:& dicere Chriſti efficax fuit. Auguſtino quoque teſtante,idem eſt rem fieri deo volente & agente.

¶Quæritur,quomodo dicat Lucas factum hoc ſignum in vrbe,cum Matthæus ſcribat,quẽadmodum Chriſto deſcendente de monte, leproſus iſte ipſum acceſſerit, ſitque ſanatus: & poſtea legitur Chriſtus ibi introiſſe Capharnaum.Ad quod aliqui dicunt,quòd leproſus iſte cœpit in via accedere, vt refert Matthæus,ſed in vrbe curatus eſt.Matthæus tamen propter compendium proſequitur eius curationem antequam Chriſti ingreſſum in Capharnaum narret. Non enim Euangeliſtæ in omnibus ſem per ordinem loci ac temporis determinate obſeruant, recitando quæ geſta ſunt, ſed quod principale eſt promunt, & id de quouis non eſt determinare non curant. [*Et præcepit illi,vt nemini diceret.*] Non abſolute prohibuit leproſo beneficium ſibi impenſum manifeſtare ac dicere,nam ſubditur,Sed vade, oſtende te ſacerdoti.Voluit ergo vt primo ſacerdoti ſe præſentaret,ne ſi ſacerdotes ante illius aduentum perciperent eum à Ieſu curatum,ex inuidia recuſarent eum tanquam curatum admittere, vt dicit Chryſoſtomus:item vt doceret Saluator vanam laudem eſſe vitandam,ne ea iactemus, quæ tamen aliunde ſatis apparent,quemadmodum iſtud factum ſeipſum declarauit,& coram multis fuerat factũ. [*Sed vade oſtende te ſacerdoti,& offer*]deo gratias referendo[*Pro emundatione tua*]tibi exhibita,[*Sicut præcepit Moyſes in teſtimonium illis,*] id eſt, quemadmodum Moyſes iuſsit curatis à lepra,vt ſacerdotibus ſe
D præſentarent in teſtimonium illis,hoc eſt,quatenus ſacerdotes teſtarentur ac iudicarent illos vere eſſe Leuit.14.
mundatos,& poſſe inter homines conuerſari.Iuſsit equidem deus per Moyſen,vt curatus à lepra tortam panis duóſque turtures,olei quoque ſextarium deo offerret:iuxta ritum ibidem deſcriptum.

¶Denique Chriſtus tanquam nouæ & euangelicæ legis lator ac veteris legis perfector & conſummator ſæpe legem dignanter impleuit,oſtendens legem ſanctam atque diuinam fuiſſe, ſæpenumero eam ad literã non ſeruat,ſed authoritatiue tranſcendit,Vnde & leproſum hunc tetigit,cum tamen in Leui Leuit.13.
tico tangere leproſum eſſet prohibitum, quãũis illud præceptum daretur ſecundũ communẽ ſtatum ac curſum hominum:obligarétque eos qui à leproſis poterant maculari magis quàm eos mũdare, nec obligaret eos qui ex ſingulari gratię dono leproſos poſſent ſanare:quẽadmodum & tangere mortuum Num.19.
fuit prohibitum,& nihilominus Helias ac Heliſæus ſuper mórtuos incubuerunt, quos ſuſcitauerunt, Deute.14.
vt liber Regum teſtatur.Inſuper Chriſtus miſit leproſum hunc poſt curationem ad ſacerdotẽ, ne ſa- 2.Reg.7.
cerdotibus occaſionem contra ſe irrationabiliter daret,& ſacerdotibus propter honorẽ ordinis defe- 4.Reg.4.
rendum doceret,itẽ vt eis cauſam credendi in ipſum offerret.¶Myſtice vero hoc egit,ad inſinuandũ, quod in euangelica lege quicunque lepra animæ,id eſt peccato per contritionem curatus eſt, nihilominus debeat ſacerdotibus confiteri,& eius iudicio ſtare tempore opportuno,ſi poterit. Poſtremo,ſi iſte leproſus pro corporalis lepræ emundatione Chriſto tam humiliter ſe proſtrauit,quãto magis nos pro ſpiritualium noſtrarum purgatione leprarum,videlicet paſsionum & vitiorum expulſione Chriſto nos proſternere atque humillime ſupplicare debem⁹, cum lepra hæc ſpiritualis incomparabiliter peior, nocentiórque exiſtat quàm corporalis ? [*Perambulabat autem magis ſermo de illo,*] id eſt, fama

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

virtutum ac sapientiæ Christi quotidie latius diffundebatur vno alteri referente quid viderit, & Chri E
sto quotidie plura prodigia operante, atque in omnibus irreprehensibiliter se habente, ac sapientissi-
me prædicante facundissima venustate. Ideo factum est quod subditur, {*Et conuenerunt turbæ multæ, vt audirent eum*] informari salubriter cupientes, [*Et curarentur ab infirmitatibus suis*] corporalibus: non
quòd omnes illi fuerunt corporaliter ægri, sed quoniam inter eos multi tales fuerunt: sed & plures eo-
rum deuote ad Christum profecti sunt, vt eius sermonibus ad emendationem vitæ perducerentur, sic-
que à spiritualibus curarentur languoribus. [*Ipse autem secedebat in desertum, & orabat,*] non quòd fre-
quentia tumultúsque hominum eum in aliquo à dei contemplatione, interioríque exercitio impedi-
rent: sed ad nostram instructionem hoc fecit, vt post occupationes vitæ actiuæ, post exercitia exterio-
ra, hominúmque frequentiam ad secretiora loca confugiamus, in quibus contemplatiuæ exercitiis vi-
tæ liberius atque stabilius intendamus, animas nostras discutiamus, & quicquid culpæ incurrerit de-
fleamus, ibi quoque in abscondito à pietate obtineam⁹ diuina gratiarum charismata ampliora, quæ re-
1.Petri.4. deuntes ad publicum aliis communicemus, sicut Petrus loquitur, Vnusquisque sicut accepit gratiam,
in alterutrum illam administrantes. Christus quoque tam actiuam quàm contemplatiuam vitam ver-
bo & factis docere, fundare & approbare volebat, & præfato suo abscessu docuit prædicatores, imò &
omnes deuitare hominum applausus ac adulationes.

¶ Prosequutio expositionis huius capituli à loco, [*Et factum est in vna dierum, &* F
Iesus sedebat docens in domo.] Arti. XIII.

DEinceps recitatur aliud Christi miraculum, non tam magnum in se, quàm ma-
gnifice ac mirabiliter factum. [*Et factum est in vna dierum,*] cõuersationis & prædicationis Christi in seculo isto, quo tempore fuit vere spiritualis dies, fulgor,
seu claritas in credentium cordibus, qui tunc à Christo sole sapientiæ atque iustitiæ illuminabantur: quemadmodum in Ioanne ait, Quàm diu in mundo sum,
Sapient.3. Ioan.9. Marci.2. Esaiæ.3. Mich.7. 2.Timo.4. Hebræ.12. Actu.10. Iacob.4. Danie.7. lux sum mundi. [*Et Iesus sedebat docens in domo*] quadam ciuitatis Capharnaum,
vt Marcus exprimit. Sedere autem doctoribus congruit atque iudicibus. Chri-
stus autem omnium doctorum ac iudicum doctor & iudex est. [*Et erant pha-*
risæi sedentes & legis] Mosaicæ [*Doctores,*] videlicet scribæ, [*Qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ*
& Hierusalem,] quæ fuit metropolitana vrbs Iudææ, propter quod specialiter nominatur. Iam autem
famosus factus fuit Iesus in terris præscriptis: vnde scribæ & pharisæi cupientes certificari an res age-
retur à deo, venerunt ex omni castello habitationum suarum, ad considerandum & obseruandum o- G
pera Christi: vel etiam quidam eorum ad insidiandum & calumniãdum moti inuidia, quia eis relictis,
totus populus ad Iesum conflueret. Porrò quod ait, ex omni castello, accipiendum est sub distributio-
ne accommoda: vel hyperbolice dictum est, ad insinuandum, quòd ex valde multis castellis venerunt.
[*Et virtus domini,*] id est potestas Christi, [*Erat*] parata atque idonea [*Ad sanandum eos,*] tam spiritualiter
à peccatis quàm corporaliter ab ægritudinibus eos qui indigebant. Increata quippe Christi potestas
omnipotens est, virtus quoque eius creata hæc potuit tanquam causa instrumentalis ac meritoria. Po-
test autem per virtutem christi sanatiuam, misericordia vel sapientia, charitas seu vis operatiua signo-
1.Corin.1. rum intelligi, sed & ipsemet Christus per virtutem domini intelligi potest, dicente Apostolo, Prædi-
camus Christum, dei virtutem & dei sapientiam. [*Et ecce,*] cum dicitur, ecce, innuitur notabile seu cõ-
sideratione dignũ esse quod fertur, [*Viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus,*] erántque qua-
tuor viri illum portantes secundum Marcum. Paralysis vero aufert naturalem membrorum calo-
rem, motum, progressum, mobilitatem, spirítumque vitalem, operationes animæ per corpus deferen-
tem. [*Et quærebant eum inferre & ponere ante eum,*] id est, coram facie Christi, quem tantæ credebant cle
mentiæ atque potentiæ, quòd viso tam miserabili ægro, misereretur eius, eúmque sanaret. [*Et non inue-*
nientes qua parte eum inferrent præ turba.] Domus enim plena fuit hominibus, imò & plures foris stete-
Marci.2. runt, vt Marcus docet. In quo patet, quòd cum maxima auiditate concurrerunt ad Iesum, potissimum
propter eius miracula, quæ abundantissime ac potentissime operabatur. [*Ascenderunt super tectum,*] H
Matth.9. quod in illis partibus planum esse solebat, ita quod sæpe homines ibi sedebant ad confabulandum, [*Et*
per tegulas] id est per aperturam factam in tegulis tecti quod nudauerunt, [*Submiserunt,*] forte cum fu-
nibus [*illum*] cum lecto [*in medio*] hominum qui aderant. [*Ante Iesum. Quorum fidem vt vidit*] interiori
mentis intuitu: & sumitur hic fides pro elicito atque interno fidei actu. [*Dixit*] paralytico,] *Homo remit*
tuntur tibi peccata tua.] in Matthæo legitur Christus dixisse, Confide fili. Vnde secundum Augusti-
num, vtrunque Christus tunc dixit.

¶ Denique quia hic dicitur, quòd Christus vt vidit fidem illorũ, dixit infirmo, Remittuntur tibi pec-
cata tua, constat quòd merito fidei portitorum illorum ignouit infirmo. Magna nempe fuit fides illo-
rum, ita quòd actus eius redundare quiuit in alium, & deus ex sua clementia merito vnius alteri suffra
gatur: imò cum Christus sit liberalissimus merita supplicum transcendens ac desideria frequẽter plus
largitur quàm petitur: sicut & huic paralytico primo contulit animæ sanitatem, quamuis nec ipse nec
eum portantes aliud postulare intenderent, quàm corporis sospitatem. Dei nanque perfecta sunt ope-
ra. Propter quod generaliter creditur Christus omnes sanasse in anima quos sanauit in corpore.

¶ Sed cum ad iustificationem exigatur motus liberi arbit. in adultis, quomodo Christus huic peccata
dimisit, qui remissionem illam non intendebat neque petebat, præsertim cum Augustinus testetur,
Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te? Et respondendum, quòd Christus ex sua pietate &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A etiam merito fidei portitorum infudit paralytico quandam diſplicentiam de ipſius peccatis, ſeu contritionem vel attritionem de eis antequam peccata dimiſit eidem. Inſuper quia hic æger longa inualitudine pro ſuis peccatis fuit afflictus (nam & paralyſim propter peccata ſua incurrit ſecundum Bedã) ideo Chriſtus pronus fuit ad ſanandum eum mente & corpore, præſertim quia æger iſte aliqualem habuit fidem potentiæ Chriſti, recipiendæque ſanitatis, vt Gorra fatetur. Dicit autem Ambroſius, Magnus dominus qui aliorum merito ignoſcit aliis, & dum alios approbat, aliis relaxat errata. Si grauium peccatorum diffidis veniam, adhibe peccatores, adhibe eccleſiam, quæ pro te precetur, cuius contemplatione quod tibi negare dominus poſsit, ignoſcat. Poſtremò, ſi paralyticus iſte pro tunc forte ſine mortali fuit peccato, tunc quod dictum eſt ei, remittuntur tibi peccata tua, intelligẽdum eſt de venialibus, vel etiam de mortalibus, quo ad remiſsionem pœnarum. [*Et cœperunt cogitare ſcribæ & phariſæi, dicentes intra ſe,*] quia timore turbæ non audebant hæc publice loqui, ſecundũ Chryſoſtomum, [*Quis eſt hic qui loquitur blaſphemiam?*] id eſt qui ſibi vitioſe vſurpat quod dei eſt. Blaſphemat enim qui creaturæ aſcribit quod dei ſolius eſt, vel irreuerenter & falſe profatur de deo. Quia ergo putabant Ieſum Leuit.24.
non eſſe deum, & ſolum deum poſſe peccata dimittere: ideo Ieſum in prolatione dicti ſermonis blaſphemaſſe, imò & mortem meruiſſe ſenſerunt: quia ſecundum legem blaſphemi occidebantur, & communiter lapidabantur. [*Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus deus?*] Quemadmodum enim in omni pec
B cato deus offenditur, & lex eius infringitur: ſic eius duntaxat eſt peccata dimittere, ita quòd macula culpæ tollatur. Nam ſi homo homini iniuriam illatam dimittat, propter hoc macula culpæ ſeu iniquitas non aufertur ab anima, niſi & deus indulgeat: qui per Eſaiam loquitur, Ego ſum qui deleo iniquitates tuas. Cui in Iob dicitur, Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nónne Eſaiæ. 43.
tu qui ſolus es? ¶ Præterea aduertendum quòd diuerſis diuerſimode competit dimittere ſeu relaxare Iob.14.
peccata. Deo enim hoc cõpetit principali ac propria authoritate: Chriſto autẽ ſecũdum naturã aſſumptam competit hoc merito ſingulari, & etiam vt cauſæ inſtrumentali generali & excellenti, itémq; authoritate conceſſa: ſacerdotibus verò competit vt cauſæ miniſteriali. Sed & ſacramẽtis baptiſmi ac pœ
nitentię conuenit auferre peccata quadam inſtrumentali concauſabilitate, gratiæ autem formaliter. Po Roma.6.
ſtremo autem ſcribæ & phariſæi hi, iuxta Apoſtolum, habuerunt quendam zelum dei, ſed non ſecundum ſcientiã: quia indiſcretus fuit zelus eorum, imò ex lege & prophetis ac ipſis Chriſti operibus, ex verbis quoque & actibus præcurſoris, iã aduertiſſe debuerant Ieſum eſſe Meſsiã, & etiam verũ deum, ſicut ex ſcripturis veteris teſtamenti oſtenditur. [*Vt aũt cognouit Ieſus cogitationes eorũ,*] quas vt deus
ab æterno cognouit: ſecundum humanitatẽ quoq; aſſumptã eas cognouit ab exordio creationis animę
C ſuæ, ſicut & cætera vniuerſa prẽſentia, præterita & futura. Omnia enim quę deus ſcit ſcientia viſionis, ſciuit anima Chriſti à principio incarnationis: ſed iã voluit manifeſtare ſe eas cognoſcere. [*Reſpondens dixit ad illos, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?*] æſtimãtes me blaſphemaſſe, & me deũ non eſſe, ſed
hominẽ purum. Itaque Chriſtus ſecreta cordium intuendo ac propalãdo, diuinitatem ſuã demõſtrat. 1.Reg.16.
Quãuis enim homines per reuelationem diuinam poſsint hæc agere, tamẽ per propriam ſapientiã iſta Iob.24.
peragere deo eſt proprium, de quo ſcriptum eſt, Dñs intuetur cor. Et Iob, Nulla te (inquit) latet cogi- Pſalm.7.
tatio. Atq; in Pſal. Scrutãs corda & renes deus. [*Quid eſt facilius dicere*] i. dicendo efficere, [*Dimittũtur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula?*] q. d. Vtrunque iſtorũ eſt ſoliꝰ diuinæ & infinitæ potentiæ: quia ſicut peccata dimittere deo eſt proprium: ſic paralyticum hunc curare propria poteſtate, authoritatiuo imperio, ſubito ac perfecte, non niſi increatæ dei cõgruit poteſtati. Attamẽ peccata dimittere be
ne maius in ſe eſt q̃ ſanare paralyſim: ſed prætacto modo eam curare æqualis potẽtiæ eſt, ſicut culpã la
xare. [*Vt autem ſciatis*] per ſenſibile opus, [*Quia filius hominis poteſtatem habet in terra dimittendi peccata,*]
habitantibus ſuper terrã. Sciebant autem hi, q̃ Ieſus per filium hominis intelligeret ſemetipſum. [*Ait paralytico.*] Hic interponit Euangeliſta propter intelligentiam clariorẽ. Chriſtus etenim dixit, [*Tibi dico*] i. efficaciter iubeo [*Surge*] ſine aliorum auxilio, vtpote me agente iam ſanatus, [*Tolle grabatũ tuum, & vade in domũ tuam*] i. in teſtimonium tuæ integerrimę ac ſubitaneæ curationis tolle lectũ tuum vſq; ad
D propriã domum, qui paulò antè teipſum ferre nequibas. [*Et confeſtim ſurgens coram illis.*] Mox enim vt Chriſtus præcepit omnino curatus eſt, quia diuinæ & infinitæ potentiæ cõpetit agere in inſtanti. [*Tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domũ ſuam,*] quæ in Capharnaũ fuiſſe putatur, [*Magnificans deum*] i. dei maieſtatẽ proteſtãs, & in ſua curatione oſtendẽs atq; magnifice laudãs, ac gratias Chriſto agens, quãuis forte nondum cognouerat quòd Ieſus exiſtat deus. [*Et ſtupor apprehendit omnes,*] hoc eſt vehemẽs admiratio præſentes inuaſit, [*Et magnificabant eum*] i. magnum ac omnipotentẽ confitebãtur & collaudabãt. [*Et repleti ſunt timore, dicẽtes, quia vidimus mirabilia hodie.*] ¶ Porrò, admiratio oritur dum magnũ, rarum, inſolitum aut inopinatũ quid accidit, cuius cauſa neſcitur. Hi ergo quia Chriſti omnipotentiã ignorabãt, de magnificis eius operibus vehementer admirati ſunt. Et quamuis tantum miraculum libenter ac delectabiliter viderint, ſaltẽ vulgares, nihilominus timore partim ſeruili, partímque reuerentiali impleti ſunt, quia ex tanto prodigio magnitudinẽ diuinæ potentię, ſanctitatémq; domini Ieſu penſantes, ſuã mox fragilitatem & culpam clarius aduerterunt: imò quaſi coacti ſunt intueri, quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt. Ex tali conſideratione orta eſt formido vltionis diuinę iuſtitiæ, & reuerẽtialis pauor ad authorem miraculi. De hoc ſupra dictũ eſt. Quãuis autem Chriſtus vnum ſolum miraculum fecerit iſtũ curando, vidẽtes tamen profeſsi ſunt mirabilia ſe vidiſſe, quia in vno hoc facto multa mirabilia concurrebant, & ipſe modus agendi præclariſsimus ac mirabiliſsimus fuit, quòd ſcilicet tã imperialiter, authoritatiue, ac ſubito infirmiſsimũ virum curauit & confortauit, quòd ſcribas ac phariſæos tam velociter ac publice cõfutauit, quòd ſecreta cordis eorũ redarguit. At vero ſecundũ quoſdã pluraliter dixerunt, mirabilia, propter duplicem infirmi illius curationẽ, ſcilicet corporalẽ ac ſpiritua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lem. Verũtamen ſpiritualem illius curationẽ corporalibus oculis non viderunt. An verò eam fide intuiti ſint, certum apparet, quòd illi qui verbis Chriſti crediderunt, factã talem curationẽ conſideraue-
rũt. Spiritualiter per paralyticũ intelligitur quilibet acedioſus & luxurioſus: quia ſicut paraly ſis membra immobilia reddit: ſic acedia vires animæ & corpus à dei obſequio & motu virtutũ retardat, & ad ea quæ veræ ſalutis ſunt quaſi inſenſibilem efficit hominem, quod & luxuriã facere certum eſt. Quẽadmodum autem ſpiritualis lectus hominis virtuoſi ac feruidi eſt pax interna, caſtigatio carnis, conſtãtia mentis: ſic lectus talis hominis pigri & lubrici eſt carnalis voluptas, ſeu repauſatio corporalis. Talem itaque paralyticum, qui per ſeipſum proficiſci ad Chriſtum non valet, quia charitate & virtutibus non viuificatur, neceſſe eſt à paſtoribus, prædicatoribus, doctoribus, ſeu veris amicis ad Chriſtum deferri, vt orent pro lãguido ſqualente ac ſpiritualiter mortuo, diuinæ pietati illum offerentes curandũ. Cúmq; turba carnaliũ hominũ impedimentũ accedẽdi præſtiterit, tectũ aſcendãt. i. alta cõtemplationis conſiderando, quẽadmodũ ſapientia dei omnia cernat, nec perſeueranter pulſantes repellat: ſicque per tegulas. i. per talium conſiderationũ vias infirmum diuinæ clemẽtiæ repræſentent cõſpectui, quorũ fidem deus conſpiciẽs, miſerebitur miſero, iubebítq; ei vt lectum quo iacuit, tollat. i. carnalẽ quietem ac voluptatem cordi ſuo ſuperimponat per tanti peccati pœnitentialem memoriam, deplorationem, & caſtigationem, & vadat in domum ſuã. i. requiem ſpiritualem & pacem mentalem, ſeu paradi-
Pſalm. 144 ſum cœleſtem, quemadmodum ſcriptum eſt, Conuertere anima mea in requiem tuã. Anima vero pec
Epheſi. 5. catrix non pœnitens, in peccato per conſenſum ſedet: per continuationẽ ſeu actum, iacet: per conſue-
Pſalm. 76. tudinem dormit: ita vt Paulus eã excitare cupiens, clamet, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Porrò cum alij talem peccatoris conuerſionem conſpexerint, mirabuntur, dicentes, Hæc mutatio dexterę excelſi. i. poteſtatis & gratiæ ſublimis dei, implebuntur quoque timore, eo quòd ipſi ſimilem pœnitentiam non egerint neque aſſumant, cum tamen eiſdem vel aliis ſimilibus ſint implicati exceſsibus.

¶Poſt hæc Lucas deſcribit Matthæi apoſtoli vocationem, conuerſionẽ, ac deuotionem. [*Et poſt hæc,*] videlicet curato paralytico in Capharnaum & verbis Chriſti ibi habitis, iamq; præſcriptis completis, [*Exiit*] Ieſus de loco quo acta ſunt illa. [*Et vidit*] viſu corporali: imò & amplius viſu interiori per pietatis compaſsionem & charitatis affectum [*publicanum,*]. i. virum publicis negotiis deditũ, vtpote vectigalia ſeu tributa leuãtem, [*Nomine Leui,*] qui alio nomine vocabatur Matthæus, erátque Matthæus nomen eius vulgatum pro tẽpore quo telonarius fuit. Vnde ipſemet Euãgeliſta Matthæus iſta deſcribẽs, Matthæum ex humilitate ſe nominat: Lucas autem & Marcus tantũ honorãtes Euangeliſtã atque apoſtolum, tacito nomine eius priori, Leui eũ appellant, quia hoc nomen non fuit ei ita aſſuetũ in priſtino ſuo officio. [*Sedentem ad teloneum*]. i. ad mẽſam ſeu locum, vel in domo vbi vectigalia cõputabantur vel ſoluebantur. Porrò quod ait, ſedentẽ, intelligi poteſt dupliciter. Primo, quòd tunc ſitu corporali ſedit ad huiuſmodi menſam, locum ſeu actum. Secundo, iuxta communem modum loquẽdi quo ſedere accipitur pro manere, vel eſſe alicubi, quemadmodum in chronicis ſcribũtur pontifices tot vel tot annis
Deuter. 1. in epiſcopatu ſediſſe. Et Moyſes in Deuter. Sediſtis (inquit) in Cades Barne multo tempore. Sic igitur ſenſus eſt, vidit eum ſedentem ad teloneum. i. tali officio intendentem ſeu inſiſtentem, [*Et ait illi, Sequere me,*] Chriſtus non ſolum ſecũdum quod deus, ſed etiã ſecundum quod homo omni creaturæ præla tus verbum hoc dicere potuit, non ſolũ hortando vel conſulendo, ſed & præcipiendo: magíſque inuitauit Matthæum ad ſpiritualem ſui imitationẽ ſeu mentis conuerſionem & ſanctam conuerſationem, q̃ ad corporalem ſequelam: tamen ad vtranque imitationem eũ vocauit, ſed ad corporalem propter ſpiritualem. [*Et relictis omnibus*]. i. vniuerſis rebus ſuis & opibus, [*Surgens*] à loco quo forte corporaliter ſedit dũ vocabatur à Chriſto, vel à priſtina conuerſatione iniqua, & à terrenis affectibus, [*ſequutus eſt eũ,*] videlicet Chriſtũ per mentis conuerſionẽ & corporis greſſum. Statim etenim vt Chriſtum audiuit ſe inuitantem cõpunctus eſt corde, & vitam emendare propoſuit, iuxta Chriſti doctrinam: ſicque cœpit ire poſt eũ. chriſtus nanque qui foris vocauit verbo ſonãte, intus traxit gratia aſpiráte. Voluntatẽ enim Matthæi mox immutauit, inclinauit, & inflammauit per inſpirationẽ occultam, gratiámque infuſam. Ideo Matthæus non egit incaute Chriſtũ ſtatim ſequendo, vt ſceleratus mentitur Porphyrius, nec ſimile fuit de conſentiendo ipſi Chriſto & hominibus aliis: Matthæus quoque tãta de Chriſti ſanctitate, poteſtate, fama, miraculíſque audiuit, quòd ei ſecuriſsimè cõſentire mox rationabiliter potuit, ſicut
3. Reg. 19. & Heliſæus ſtatim ſequebatur Heliã, vt in libris Regum habetur. [*Et fecit ei,*] videlicet Chriſto [*Et diſcipulis eius conuiuium magnum Leui*]. i. Matthæus [*in domo ſua*] in quo patet liberalitas Matthæi & reuerentia eius ad Chriſtũ, qui in corde Matthæi omni honore fuit prædignus, ideo exhibuit ei ſoléne cõuiuiũ. ¶Sed ſi Matthæus Chriſtũ ſtatim ſurgens ſequutus eſt, cunctis quæ habuit derelictis, quomodo fecit ei in domo ſua grande conuiuiũ? Et reſpondendum ſecundum expoſitores, quòd nec in Matthæo, nec præſenti capite obſeruatur ordo temporis in recitatione huius hiſtoriæ. Nam Matthæi vocatio diu præceſsit curationem paralytici, de quo ſtatim prælabitũ eſt, imò præceſsit ſermonẽ Chriſti in monte de beatitudinibus & reliquis documentis. Sequenti nanque capitulo legitur, quòd Ieſus aſcendens in montem ante ſermonem præfatum, vocauit ad ſe diſcipulos ſuos, & ex eis elegit duodecim apoſtolos, quorum Matthæ⁹ extitit vnus. Quod ergo hic ſcribitur de vocatione Matthæi, per recapitulationem inſeritur. Quod autem de conuiuio eius adiungit, ſecundum rectum hiſtoriæ ordinẽ connectitur ei quod de paralytici curatione inductum eſt. Inſuper ſecundũ multos expoſitores, Matthæus ad primum Chriſti verbũ ſtatim ſequutus eſt eum. Poſtmodum autẽ de licentia Chriſti ſimul cum Chriſto & eius diſcipulis ad domum ſuam reuerſus eſt, diſpoſitur⁹ (vt creditur) de ſuis negotiis & de officio ſuo dñis ſuis rationẽ forſan daturus. [*Et erat turba multa publicanorũ et aliorũ qui cũ illis*]. i. cũ Ieſu & eius diſcipulis [*Erant diſcũbentes.*] Iſti publicani & alij q̃ in Matthæo pctores vocãtur, fuerũt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Matthæo familiares & noti, tanquam eiusdem secum officii, qui eius conuersionem videntes, venerunt ad eum, quasi valedicturi eidem, vel eius exemplo Christum audire & assequi cupientes, quorum etiam multos inuitauit Matthæus de Christi præsentia & sua conuersione exultans, aliosque præfatos consolari & exhilarare desiderans, vel potius occasione conuiuij ad Christum viámque salutis adducere gliscens, sicut & fecit. [*Et murmurabant pharisæi & scribæ dicentes ad discipulos,*] scilicet Christi [*Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?*] In Matthæo leguntur dixisse, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? similiter in Marco. sed sensus redit in idē, quia cum discipulis manducantium vnus & principalis extitit Christus. Matth. 9. Marci. 2.

¶ Denique in talibus quæ Euangelistæ à multis prolata describunt, & in describendo differre videntur, probabile est, quod aliqui proferentium vsi sunt hac forma verborum, alii alia, & secundum hoc Euangelistæ diuersimode referunt, quamuis in re ipsa summe concordent. Itaque scribæ & pharisæi in propriis oculis magni, & sua æstimatione cæteris meliores: Scribæ etenim specialiter de scientia, pharisæi vero de religione tumebant: publicanos & peccatores in tantum spernebant, quod dedignabantur manducare cum eis, vnde & Christum eiusque discipulos de tali commanducatione redarguebant. Habuerunt quippe inordinatum & rigidum dei, legisque zelum, & falsè non vere iusti fuerunt, quia (vt ait Gregorius) vera iustitia compassionem, falsa iustitia dedignationem habet.

B ¶ Præterea argui posset, quòd pharisæi & scribæ iuste sint moti, cum de peccatoribus Paulus scribat Corinthiis, Cum huiusmodi nec cibum sumit. Et Salomon in Prouerbiis, Ne comedas (inquit) cū homine inuido. Et Psalmista, Superbo (ait) & insatiabili corde cum hoc nō edebam. Sed ad has atque consimiles authoritates dicendum, quòd peccatores indurati & pertinaces, de quorum correctione spes non apparet, vitandi sunt, præcipue imperfecti, qui ab illis facile infici possent. Si autem peccatores indurati non sint, sed de eorum emendatione spes videatur, vitandi non sunt, præsertim ab his qui possunt seu quorum est eos corrigere. Ideo Christus qui peccare non potuit, eos vitare non debuit: imò ex magnitudine charitatis & pietatis se eis sic applicabat, etiam in vescendo, vt sua collatione, apparatu, & exemplaritate eos traheret ad salutem. 1. Corin. 5. Prouer. 23. Psalm. 110.

¶ Sed cur scribæ & pharisæi ista non potius loquuti sunt Christo, quàm discipulis eius? Ad quod reor dicendum, quia verebantur confutari ab eo, sicut paulò antè confutauerat eos, aut similes eis, in paralytici cura. Dicit autem Ambrosius, quòd Christus cum publicanis & peccatoribus manducando nō prohibet nos etiam cum gentibus inire conuiuium. [*Et respondens Iesus,*] quia (vt in Matthæo asseritur) audiuit verba scribarum & pharisæorum, [*Dixit ad illos*] scribas [*Et pharisæos,*] qui magistrum magis quàm discipulos arguere intendebant. [*Non egent qui sani sunt medico.*] ¶ Hoc vno modo exponitur, tanquam ironice dictum contra scribas & pharisæos, qui se iustos iactabant. Tanquam dicat, Ideo vo

C biscum non edo neque vos visito, quia vestra æstimatione sani mente, iustique estis. Sic in Genesi ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, [*sed qui male habent*] hoc est, publicani isti ac peccatores, qui se peccatis vulneratos mente fatentur, indigent, & indigere se recognoscunt præsentia mea, qui animarum sum medicus. Secundo generaliter accipi potest, quod sani secundum quod tales non indigent medico formaliter dicto, scilicet secundum quod medicus, siue de sano & medico loquatur corporaliter siue spiritualiter, quoniam medicus secundum quod talis, ordinatur ad infirmitatum & vulnerum curationem. Gene. 3.

¶ Denique Christus secundum vtranque suam naturam est spiritualis medicus animarum, quia secundum diuinitatem dimittit & aufert peccata, quæ animarum sunt vulnera per principalem authoritatem: gratiámque & virtutes infundit, per increatam potestatem & creationem: sed secundum assumptam humanitatem curat peccata, præstatque gratiarum charismata, tanquam causa instrumentalis ac meritoria, ita quod tota sua in mundo hoc conuersatio, persequutio & passio fuit hominibus meritoria & vulnerum animæ curatiua. Omnia enim fecit & pertulit propter nos, nec de essentiali præmio aliquid sibi promeruit. Hoc ergo prouerbio pulchre edocuit Christus se ad peccatores conuertendos veniffe, idcirco se eos non debere vitare.

¶ Postremò, quamuis omnes indigent Christo, inquantum est creator ad subsistendum, & inquantū est conseruator ad permanendum, & inquantum est gratiæ dator ad bene viuendū, nullus tamen in-

D diget eo, inquantum est medicus, nisi qui male habet.

¶ Deinde Christus prouerbium istud applicat ad seipsum, [*Non enim veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam.*] quod dupliciter explanatur. Primò, quasi ironice dictum aduersus pharisæos & scribas, quòd scilicet Christus ideo eos & eis similes non vocet, quia iustos se vane præsumant. Attamē Christus tales aliquo modo vocauit ad viam salutis eos increpando, docendo, hortando: sed non vocauit eos per salutarem salutis consecutionem, seu consummate & efficienter: quemadmodum etiam non redemit præscitos seu reprobos, quamuis pro omnibus mortuus sit, omnésque redemerit sufficiēter, scilicet quantum in ipso est. Per peccatores vero intelliguntur qui vere se peccatores fatentur, & corrigunt: de quibus Christus testatur, Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Secundò exponitur specialiter de vocatione ad pœnitentiam, qui non nisi peccatoribus competit, & proprie peccata mortalia respicit, idcirco ad eam Christus non venit vocare iustos secundum quod tales sunt: sed peccatores quibus sacramentum pœnitentiæ est secunda post naufragium tabula, secundum Hieronymum. Hinc notanter adiunxit Euangelista, in pœnitentiam. 1. Corin. 5. 1. Petri. 2. Lucæ. 19. Matth. 9.

¶ Postremò, de mystica significatione conuiuii Christo per Matthæum exhibiti nunc transeo, quia super Matthæum duplicem inde expositionem induxi. ¶ Denique scribę & pharisæi de prehabita interrogatione ac murmuratione sua instructi, conuicti, confusi, aliam introducunt instanti am. [*At illi*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dixerunt ad eum,]puta ad Ieſum,[*Quare diſcipuli Ioannis*]Baptiſtæ[*Ieiunant frequenter*] obſeruando ieiunia legalia & aliqua ſuperaddendo ſecundum ordinationem Ioannis.quemadmodum ex ſpeciali deuotione fiunt opera bona,ad ſupererogationem ſpectantia. [*Et obſeruationes faciunt*]diuturnis ac frequentibus orationibus inſiſtendo. Eſt autem proprie obſecratio,quando cum alicuius ſacri commemoratione,ſeu per vel propter quod ſacramentum formatur petitio,vt Daniel inquit,Propter temetipſum deus meus inclina aurem tuam & audi.item cum dicimus,Per paſsionem tuam ſalua nos Chriſte:& hoc dicitur efficaciſsimũ genus orationis.Similiter & phariſęi ieiunãt frequenter & obſecrant: quemadmodum autem in Matthæo,habetur,diſcipuli Ioannis quæſtionem hanc propoſuerunt.Vnde ſecundum Auguſtinũ in libro de conſenſu Euangeliſtarum, Omnes iſti concordes fuerunt ſic inquirendo,& certatim ſe coniunxerunt in interrogando.[*Tui autem edunt & bibunt.*]id eſt,diſcipuli tui bene ſe reficiunt.Veruntamen non eſt putandum quod iuſſa legis ieiunia,aut debitas orationes omiſerint:ſed patrem in abſcondito exorabant:ideo eorum orationes aliis non tam copioſe innotuerunt: nam Chriſtus,vt infra habetur,loquutus eſt eis,Oportet ſemper orare & non deficere. Itaque iuxta Chriſti doctrinam breuibus & frequentibus quaſi iaculatoriis precibus intendebant. Hinc Chriſtus in verbis ſequentibus non fatetur eos non obſecraſſe, ſed non ieiunaſſe frequenter. Quibus ipſe ait, [*Nunquid poteſtis filios ſponſi*,]hoc eſt,diſcipulos meos qui ſunt ſpirituales filii mei.nam & ipſi Apoſtoli,de quibus nunc ſermo,à Chriſto baptizati creduntur ſecũdum Auguſtinum,à Chriſto quoque per euangelicæ legis ſapientiam fuerunt ſpiritualiter regenerati ſeu innouati & educati, atque per gratiã eius renati.[*Quandiu cum illis eſt ſponſus*]per corporalem præſentiam tanquam magiſter & pater ac dominus,[*Facere ieiunare?*]frequenter & afflictiue:tanquam dicat,Non poteſtis eos ad hoc rationabiliter coarctare, nec decet. Quandiu enim taliter ſponſum, ſcilicet Chriſtum habent præſentem, tempus eſt lætitiæ ſpiritualis,gaudij nuptialis,& alacritatis.

Daniel. 9.

Matth. 9.

Matth. 6.

E

F

¶Porrò tempus huius alacritatis & gaudij, ſcililicet tempus gratiæ cœpit in Chriſti incarnatione, in qua ſibi in vtero virginis tam humanam naturam,quam ipſam eccleſiam iunxit ac deſponſauit.A tẽpore autem tranſgreſsionis primorum parentum vſque ad incarnationis fuit tempus triſtitiæ & mœroris, tempúſque lugendi ac ieiunandi. Itaque Chriſtus ſeipſum nominat ſponſum, de quo dixit Pſalmographus,Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. De quo ſponſo in Canticis canticorum Salomon vaticinatur. alluditque Chriſtus his verbis ei quod apud Ioannem ait Baptiſta de Chriſto,Qui habet ſponſam ſponſus eſt,amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit vocem eius, gaudio gaudet propter vocem ſponſi.Vnde & Chriſtus conuenienter ita loquutus eſt coram diſcipulis præcurſoris,quaſi in memoriam eis reducens verba à magiſtro eorum prolata ante hanc quęſtionẽ. Dicit autem Cyrillus, Saluatoris noſtri in hoc ſeculo demonſtratio nihil aliud fuit quàm quædam feſtiuitas intelligibilis,quaſi quandam ſponſam copulans illi naturam, vt quondam ſterilis efficeretur fœcunda:cuius ſponſi filii ſunt qui ab eo per euangelicam diſciplinam vocati ſunt. [*Venient autem dies cum ablatus fuerit ab eis ſponſus.*]Iſti fuerunt dies quando occiſus & ſepultus eſt Chriſtus, & dies quidã ſequentes.Die enim paſsionis Iudæi abſtulerunt Apoſtolis ſponſum:die autem aſcenſionis Chriſtus ſeipſum abſtulit eis quantum ad corporalem præſentiam,quemadmodum in Ioanne,Exiui(inquit)à patre,& veni in mundum:iterum relinquo mundum,& vado ad patrem. Quantum vero ad ſpiritualem & inuiſibilem diuinitatis præſentiam & gratiæ inhabitationem, Chriſtus cum fidelibus iugiter manet,imò & quo ad præſentiam ſacramentalem,prout in Matthæo pollicetur,Ecce ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſque ad conſummationem ſeculi.[*Tunc ieiunabunt in illis diebus.*]nam & in triduo ſepulturæ fuerunt mœſtiſsimi,nec cibus eos delectabat corporeus. Poſtea quoque primitiua eccleſia in Hieruſalẽ in ſumma vixit ſobrietate, imò poſt paucos annos à Chriſti paſsione fuit ibidẽ in grãdi inopia,vt in epiſtolis ſuis Paulus teſtatur:qui etiã ad Corinthios de ſe ſuisque ait,In omnibus cõmendamus nos ſicut dei miniſtros,in fame & ſiti,in ieiuniis multis.

Pſalm. 18.

Ioann. 3.

G

Ioan. 10.

Matth. 28.

1. Corin. 6.

Præterea Auguſtino teſtante,duplex eſt ieiunium: vnum in tribulatione ad propitiandum deum pro peccatis :aliud in gaudio,cum tanto minus delectant carnalia, quanto ſpiritualiũ maior ſagina eſt. De primo autem ieiunio dixit Chriſtus filios ſponſi non debere ieiunare ſponſo eis præſente. Secundũ quoque ieiunium in Apoſtolis extitiſſe,præſertim recepto ſpiritu ſancto certiſsimum eſt:quando,vt in Actis aſſeritur,Omnes qui credebant,erant pariter,& ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis.[*Dixit autem & ſimilitudinem ad illos.*]per quam oſtendit quòd diſcipulis ſuis non fuit ſubito,ſeu ante ſponſi ablationem magnum ieiunium imponendum.Similitudo autem & exemplificatio ad clariorem intellectum prẽcipue conferunt. Et quoniam Iudæa in medio Syriæ eſt,& pars Palæſtinæ ſecundum Hieronymum atque Chryſoſtomum,Syris autem & maxime Palæſtinis conſuetudinarium ſeu familiare eſt ad omne verbum parabolam applicare,ſecundum Hieronymum : Chriſtus quoque bonæ illorum conſuetudini ſe conformans, per totum euangelium frequenter ſimilitudines ſeu parabolas iungit.[*Quia nemo*]hoc eſt,nullus rationabiliter agens[*Commiſſuram,*]id eſt,particulam panni[*A veſtimento nouo immittit in veſtimentum vetus,*]hoc eſt,qui vult veſtem veterem reſarcire ſeu reformare,non ſumit à noua veſte fruſtum panni,quo vetus veſtimẽtum reformet,[*Alioquin,*]id eſt,niſi ita ſe habeat,& iſtud obſeruet[*Et nouum veſtimentum rumpit,*]illud frangẽdo per ſubtractionem neceſſariæ ſibi partis,[*Et veteri veſti non conuenit commiſſura a nouo.*]id eſt portio panni à noua veſte ſubtracta,quoniam tam diſsimiles partes panni in vno bene ſtant indumento.

Actu. 2.

Actu. 2.

H

¶Per hoc Chriſtus inſinuat,quod ſimili modo his qui aſſueti ſunt quotidie vſque ad plenum comedere,non congruat ſtatim in ipſo conuerſionis eorum principio abſtinẽtiam magnam iniungere : tales autem fuiſſe ſuos diſcipulos innuit Chriſtus : ſed paulatim ad perfectiora ducendi ſunt, vt guſtata

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſpirituali dulcedine, fortiores ſint ad corporis afflictiones: nec ſtatim in conuerſionis ſuæ initio per exceſsiuum rigorem terreantur ac deiiciantur. Quo etiam confeſſores docentur, ne nouiter pœnitentibus & confitentibus pœnitentias nimis graues iniungant, ne illi reſiliant. Ita & myſtice in homine commiſceri non debent actus veteris nouíque hominis, quia iuxta Ambroſium, Diſcolor veſtis ſponſo Chriſto non placet: qui per Hieremiam ait, Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? Venite cõgregamini ad deuorandum eam. ſed exuenda eſt omnino vetuſtas vitiorum, ac nouitas induenda virtutum, dicente Apoſtolo ad Epheſios, Deponite ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris: renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt. Hiere. 12. Ephe. 4.

¶ Inſuper ſecundam Chriſti ſimilitudinem ad idem inducit, [*Et nemo*] prudenter agens [*Mittit vinum nouum in vtres veteres,*] id eſt, in vaſa antiqua propter eorum debilitatem. [*Alioquin,*] id eſt, ſi oppoſitũ egerit fundendo muſtum in vetera vaſa [*Rumpit nouum vinum vtres,*] hoc eſt, vaſa talia per ſuam fortẽ ac violentam ebullitionem confringit, [*Et ipſum vinum*] vtribus antiquis infuſum [*Effundetur*] vaſis cõfractis, [*Ac vtres*] vetuſti ac debiles [*Pereunt,*] quia rumpuntur: [*Sed vinum nouum in vtres nouos*] & fortes [*Mittendum eſt, & vtraque conſeruantur,*] videli cet continens & contentum, ſeu vinum & vaſa. Similiter vult Saluator quòd diſcipuli ſui adhuc carnales, rudes, ac fragiles ardua virtutum exercitia in
B principio ſuæ conuerſionis ferre non poterant, ſed innouandi ac confortandi erant ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem ac aſcenſionem per ſpiritus ſancti infuſionem: quo facto idonei fuerunt ad omnia. Itaque ſpiritualis feruor atque perfectio & abſtinentia, nouo vino comparantur, quia mentem optime alunt, roborant, exhilarant, & bonæ famæ reſpergunt odore. Imperfecti autem & fragiles vtribus comparantur veteribus, quia ſi ab eis magna exigatur perfectio, prorſus deficiunt. Tales autem adhuc fuiſſe Apoſtolos probauit eorum fuga à Chriſto dum caperetur, & trina negatio Petri. Hinc in religione habent nouitii annum probationis, quo vires ſuas experiantur, & ſucceſsiue ad perfectiora ducantur. Hinc de indiſcreto laboratore per Hieremiam ſcriptum eſt, Quia plus fecit quàm potuit, idcirco periit. Et Paulus ait, Rationabile obſequium veſtrum. Hoc eſt quod in Eccleſiaſtico Salomõ loquitur, Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias quàm oportet, ne obſtupeſcas. Quod totum ideo dicitur, vt indiſcretio euitetur, & paulatim ac ordinate ſtudeamus proficere. Veruntamen omnipotẽtia dei, & gratia eius communibus legibus non arctantur. Vnde nonnulli ſicut & ipſe Paulus apoſtolus, ſubito gratia dei tam mirabiliter præueniuntur atque implentur, vt ſtatim in conuerſionis ſuę exordio inter perfectos habeant computari, quemadmodum & Ioannes Baptiſta in pueritia ſua. Hiere. 48. Roma. 2. Eccle. 7.

¶ Poſtremò ſimilitudo tertia additur, [*Et nemo bibens vetus vinum ſtatim vult nouum,*] hoc eſt, non ſubito conuertit ſe ad bibendum tantummodo muſtum, [*Dicit enim, vetus*] vinum [*Melius eſt*] nouo, quia communiter ita eſt: & quamuis ita non eſſet, tamen frequenter apparet ſic ei qui aſſuetus eſt bibere vinum
C vetus. Difficile quippe eſt aſſueta relinquere: cum ſimilitudo, ſicut & habitus, ſit quaſi altera natura, propter quod conſueta plus placent. Ita vult Chriſtus, quod diſcipuli ſui à priſtina conſuetudine non erant repente ad oppoſitum transferendi, ſed paulatim perficiendi. Hinc & ipſi ſcribæ & phariſæi literali ſcripturarum intelligentia aſſueti, ſpirituales Chriſti doctrinas capere non valebant. Carnales quoque non ſtatim ſpiritualia dulciter ſapiunt, quamuis in ſe dulciſsima comprobentur. Vnde ea quę dei ſunt in principio difficulter adimplent, quæ habituati in bonis delectabiliter proſequuntur.

¶ Cap. v 1. [*Factum eſt autem in ſabbato ſecundo, primo. &c.*]

Articulus x 1 1 1.

D PEr totũ Euangelium edocetur, quomodo ſcribæ & maxime phariſæi, qui volebant cæteris religioſiores cenſeri, cum tamen hypocritæ eſſent, inſidiati ſunt Chriſto & eius diſcipulis, quia videbant populum ad Chriſtum eis relictis cõfluere: propter quod inuidia torquebantur. Vnde in principio huius capituli ponitur alia cauillatio callidorum illorum, [*Factum eſt autem in ſabbato ſecundo, primo.*] circa quod ſcribit Theophilus, Iudæi omnem feſtiuitatem ſabbatum nuncupabant, quia ſabbatum requies interpretatur. Multoties autem contingebat in Paraſceue, id eſt, ſexta feria feſtiuitas: & vocabant Paraſceuem, ſabbatũ propter feſtũ: deinde principale ſabbatũ immediate ſequens dicebant ſecundũ primum, quaſi ſecundum à præcedentis diei feſtiuitate, primum autem, quaſi principale reſpectu illius. Vel ſecundum Iſidorum abbatem, ideo dicit ſecundo, quia ſecundum erat paſcha, primum autem azymorum. Cum nanq; Iudæi immolarent paſcha de ſero, ſequenti die feſtum azymorũ celebrabant. & ſic debere intelligi probat Iſidorus, quia Apoſtoli (vt ſtatim dicetur) vellebant ſpicas & manducabant, quia tunc ſpicæ flectuntur à fructu, videlicet illis in locis. [*Cum tranſiret Ieſus per ſata,*] videlicet per itinera trita, ſita inter ſegetes agri, [*Vellebant diſcipuli eius ſpicas*] remouendo illas à granis, [*Et manducabant (grana) confricantes (eas) manibus,*] id eſt, ſpicas manibus ſuis confricantes, vt ſic grana extraherent ex ſpicis & palea. Habebant enim grandem eſuriem, & alimenta ſecum non detulerunt: allegátque Beda verba Marci Euãgeliſtæ, quod tantus fuit turbarum ad Chriſtum concurſus, quod diſcipuli ſpacium manducandi non habuerunt. [*Quidam autem phariſeorum dicebant illis,*] liuore non zelo æquitatis accenſi, [*Quid facitis, quod non licet in ſabbatis?*] Phariſæi iſti inſtar inuidorum paſsiones ſuas colore iuſtitię palliabant, proni ad increpandum, & ſua increpatione propriam imperitiam oſtenderunt, quia præceptum de obſeruatione ſabbati non recte intellexerunt, vt conſequenter oſtendit Saluator. [*Et reſpondens Ieſus.*] Eius enim fuit Matth. 12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

discipulos suos simplices ac humiles à peruersis illis defendere. Veruntamẽ apud Matthæum & Mar- E
cum leguntur pharisæi Christo obiectionem istam feciſſe: sed quia multi fuerũt, probabile est quod
quidam eorum Christo, quidam vero discipulis eius ista locuti sint. Christus autem impiis & miti-
bus suis discipulis impleuit, quod per Esaiam de Christo prædictum est, Iudicabit in iustitia paupe-
Esaiæ. 11. res, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. [*Dixit, Nec hoc legistis, quod fecit Dauid, & qui cum eo erat,*
Hiere. 11. *quomodo intrauit in domum domini.*] hoc est in tabernaculum domini in Nobe vrbe sacerdotum. Ista hi-
storia primo libro Regum habetur, quemadmodum Dauid Saulem fugiens, venit ad Abimelech põ-
tificem in Nobe, & fame laborans, petiit à pontifice cibum pro se & sociis suis: cumque pontifex nõ
haberet nisi panes, quibus solis sacerdotibus vesci licebat secundum legem, dedit eos Dauid & eius
ministris, nec tamen transgressus est legem, quia necessitas fuit ibi sufficiens causa dispensationis. Hoc
est quod subditur, [*Et panes propositionis sumpsit*] Dauid à pontifice, & manducauit, [*Et dedit his qui cum*
ipso erant,] hoc est, sociis suis, ad manducandum. ¶ Porrò panes propositionis dicebantur duodecim pa
nes, qui quolibet sabbato calidi ponebantur super mensam in tabernaculo domini. [*Quos non licebat*
Leuit. 8. *manducare, nisi tantum sacerdotibus,*] vt in Leuitico habetur: quod intelligendum est, excepto articulo
necessitatis, & euidentis vtilitatis. sic enim & cæteræ leges intelliguntur. Vbi autem vera necessitas
aut euidens vtilitas adest, laudabiliter dispensatur: quæ si defuerint, non erit dispensatio, sed dissipatio
iuris: ita quòd nec dispensator, nec dispensatione vtens coram deo iudice excusatur, quemadmodum F
summi pontifices Leo & Gelasius scribunt. [*Et dicebat illis,*] Christus scilicet pharisæis, [*Quia*]. i. quod
[*Dominus est filius hominis etiam sabbati,*] quasi dicat, Ego filius hominis cum sim dominus, sabbati om-
niúmque dierum ac temporum, potestatem & authoritatem plenariam habeo dispensandi circa sab-
bati obseruationem, ideo authoritate mea mei excusantur discipuli. Quibus verbis Christus suam di-
uinitatem ac maiestatem fatetur, quia dominari temporibus proprie soli competit deo, quanquã Chri
stus secundum assumptam naturam omni prælatus sit ac dominans creaturæ per authoritatem conces-
sam, participatámque potestatem. Christi quoque authoritate celebritas cessauit iam sabbati & prima
feria facta est celebris. [*Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret synagogam & doceret.*] Cur Christus
præsertim in sabbatis ac synagogis docuerit, & multa signa effecerit, sæpius dictum est. [*Et erat ibi*] pu
ta in synagoga [*Homo, & manus eius dextera*] fuit [*Arida,*] id est, contracta. [*Obseruabant autem scribæ &*
pharisæi si sabbato curaret,] hoc est, infirmum quempiam supernaturaliter sanaret, [*Vt inuenirent vnde ac-*
cusarent eum.] Ecce peruersitas infinita, & quomodo animam infelicem excæcat detestanda inuidia,
ita vt homo inde deterioretur, vnde merito ædificaretur. Inuidia quippe omnia etiam bene gesta eius
quem odit, facit sinistre interpretari: imò inuidus proponit omnia facta eius quem odit obfuscare, in-
ficiare, deprimere, quæritque vias quibus hoc impleat. Sic pharisæi & scribæ humani honoris percu-
pidi, infatigabiliter scrutabantur, qualiter verba & facta Christi, quem oderant, apparenter coram ho-
minibus reprobarent. Illorum ergo vilissimum vitemus rancorem, illud sapientiæ implentes, Non cũ G
tabescente inuidia communicabo, & fortia bona facta aliorum quæ imitari non possumus aut non fa-
tagimus, diligamus, atque laudemus, nosipsos comparatione illorum humiliantes.

¶ Porrò super illud, vt accusarent eum, communiter dicunt expositores, vt accusarent eum de trans-
gressione sabbati, si curaret: vel de crudelitate & impotẽtia si non curaret. Veruntamẽ ex Christi ver-
bis elicitur, quod non intendebãt eum accusare, nisi de transgressione sabbati si curaret. nam hanc eo-
rum intentionem consequenter redarguit, [*Ipse vero sciebat cogitationes eorum*] insidiosas ac fraudulen-
tas aduersus se, [*Et ait homini qui habebat manum aridam, Surge & sta in medio,*] vt miraculum cunctis cla-
rius pateat, & inuidorum insania aptius confutetur: item vt intuentes contractum, magis ei condo-
leant. [*Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus, Interrogo vos,*] non ex ignorantia, sed ex prudentia: vt
vestram insipientiam malitiámque ostendam & corrigam, [*si*] id est, an [*Licet sabbato benefacere,*] vi-
delicet opus pietatis & charitatis egentibus impartire, [*An male.*] Et certum est, quod non liceat: nec
vnquam agere male, & an licet [*Animam saluam facere, an perdere?*] certumque est quod liceat saluare &
non perdere. Christus autem corpus miraculo se curaturus scisciatur & de animæ saluificatione, quia
quos sanauit in corpore, sanauit & mente, peccata tollendo, & gratiam infundẽdo. Insuper corporum
curam ad animarum ordinauit salutem. H

¶ Porrò secundũ Matthæum & Marcum pharisæi interrogauerunt Christum, an curare liceret in sab
Matth. 12. bato: Lucas uero inducit Christum illos hoc interrogasse. Ad quod in libro de consensu Euangelista-
Marci. 3. rum Augustinus respondet, quòd pharisæi primo proposuerunt hanc quæstionem: Christus autem
illorum insidias intuens, iussit hominem contractum stare in medio, & tunc illorum quæstionem re-
petiit, vt ad eam conuenientius responderet. Itaque sua quæstione ac prouidentia illorum præuenit
calumniam, confudit versutiam, imperitiamque monstrauit. [*Et circumspectis omnibus.*] Cum ira contri-
status super cæcitate cordis illorum, vt dicitur in Marco. Fuit enim in Christo ira per zelum, rationis
iudicium non præueniens, sed ex eius assumpta imperio. [*Dixit homini.*] quia pharisæi & scribæ non
responderunt, [*Extende manum tuam*] aridam dexteram. [*Et extendit, & restituta est manus eius,*]. i. sani-
tati & vsui naturali est reddita. Christi autem facta operosissima erant, ideo codẽ momento quo ius-
sit, Extende manum tuam, sanata est. Neque enim valebat extendi, nisi contractione seu ariditate sua
ablata. In quo patet eminentia potentiæ Christi tã imperialiter ac instantanee, & supernaturaliter ope
rantis, quod nõ nisi diuina fieri potest virtute: quia & si interdum per naturã & artem curetur cõtra-
ctus, non tamen vtique in instanti aut solo imperio, quia naturam & arcẽ in talibus constat succesiue
nõ instantaneè operari. [*Ipsi autem*] Scribę & Pharisęi [*Repleti sunt insipientia,*] id est, stultissimis cogita-
tionib⁹, errore, inuidia, prauis cõsiliis, quia inde facti sunt peiores, vnde debuerãt fieri meliores: nec tã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A imperioſum miraculum poteſtati aſcripſerunt diuinæ, ſed rationabili informationi Chriſti acquieſcere noluerunt, quia vt in Matthæo legitur, multum gratioſe ac euidenter illorum ignorantiam declarauit dicendo, Quis erit ex vobis homo qui habeat vnam ouem, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueã, nónne leuabit eam? Quanto magis eſt homo melior oue? Quibus verbis oſtendit Saluator quod illi non intellexerunt veraciter præceptum de ſabbati obſeruatione. Non enim quemlibet actum exteriorem in eo prohibuit per Moyſen deus, ſed dixit, Omne opus ſeruile non facietis in eo: & ſi ſæpe indeterminate omne opus prohibere videatur, intelligendum eſt de omni opere ſeruili: vt cum in Exodo ſcribitur, Septimo die non facies omne opus. Exod. 20.

¶ Quocirca ſciendum quod ab operibus ſeruilibus ſabbato fuit vacandum, vt ſpiritus hominis libere deo vacaret. Opus autem tripliciter fertur ſeruile. Primò, ſeruitute culpæ, vt actus peccati, & à tali opere feriandum ſeu abſtinendum fuit, & eſt cunctis diebus. Secundò, ſeruitute fortunæ, vt opus mechanicum, à quo ſabbatis diebuſque feſtiuis fuit vacandum, quod ſcriptura magis proprie vocat opus ſeruile. Tertiò, ſeruitute naturæ, vt opus corporis ſuſtentationi deſeruiens, & à tali aliquando abſtinendum, interdum non: quia aut fuit opus non impediens liberam dei vocationem, ſed adiuuans, vt itineratio parua, & à tali non fuit ſabbato aut feſtis ceſſandum: aut impediens, & tunc vel fuit opus ta-
B le neceſſarium, ſeu non: ſi non, tunc fuit hinc abſtinendum, ſi fuerit neceſſarium, aut potuit præueniri, aut differri, aut non: ſi potuit, fuit abſtinendum: ſi non potuit, tunc fuerat faciendum, idcirco à præparatione ciborum abſtinendum fuit in ſabbato, non autem ab impugnantium hoſtium expugnatione, ſeu repulſione, vel defenſione. Propter quod in libris Machabæorum leguntur ſtatuiſſe Iudæi, vt cõtra hoſtes ſibi ſabbato occurrentes pugnarent. [*Et colloquebantur ad inuicem, quidnam facerent de Ieſu,*] 1. Mach. 2.
hoc eſt, quid mali ei irrogarent. Ecce quanta malitia, quia pro maximis beneficiis intenderunt mala, imò pœnam mortis rependere: iuxta illud Matthæi, Exeuntes phariſæi conſilium fecerunt, quomodo eum perderent, id eſt, occiderent. & in Marco fertur, quod cum Herodianis inierunt conſilium. Matth. 12. Marci. 3.

¶ Sed mirum videtur, quod Ieſus hominum amator tanta illorum ſcandala quæ præſcierat non vitabat. Ad quod reſpondetur quod ſcandalum puſillorum vitandum eſt, ſalua triplici veritate, videlicet vitæ, doctrinæ, iuſtitiæ, vt quando opus bonum non eſt de neceſsitate præcepti, ſed de abundantia ſupererogationis. Scandalum vero phariſæorum vitandum non eſt, vt ideo bonum ſupererogationis omittatur vel differatur, quoniam talium ſcandalum non ex infirmitate vel excuſabili ignorantia, ſed ex malitia oritur, ita vt ex dilatione correctio non ſperetur.

¶ Poſtremò, de hac phariſæorum atque ſcribarum impietate, Pſalmiſta in Chriſti perſona prædixit, Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me, prõ eo vt me diligerent, detrahebant mihi. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis. Hoc & in Ioanne Chriſtus teſta- Pſalm. 8. Ioann. 1.
C tur. Vt impleatur (inquiens) ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me & patrem meum gratis.

¶ Spiritualiter per hominem cuius dextra aruit, intelliguntur hi qui ad male agendum ſunt expediti ad bona opera impotentes, vel potius acedioſi atque nolentes. Per manum nempe vis operatiua exprimitur, ſicque ſiniſtra vocatur vis iſta vt mali actiua: dextera vero inquantum bonorum eſt operum productiua. De talibus in Hieremia habetur, Sapientes ſunt vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt. Et Eſaias, Væ (inquit) qui potentes eſtis ad bibendum vinum, viri fortes ad miſcendam ebrietatem, & opus domini non reſpicitis. Tales etiam inter religioſos & clericos multi inueniuntur qui in diuini cultus obſequio mox laſſantur, oſcitant, & feſtinant, ſeu exeunt: in confabulationibus vero & commodis corporis fortes & alacres conſpiciuntur, in quibus gratia non dominatur naturæ, nec virtus peccato, vt exigatur vt expedit ad ſalutem. Iuxa hanc tropologiam per Zachariam de negligẽ- Hiere. 4. Eſaiæ. 5. Zacha. 11.
te paſtore temporalia ſpiritualibus præferente aſſeritur, O paſtor & idolum derelinquens gregem, brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus eius dexter tenebreſcens obſcurabitur. Tali itaque peccatori à bonis contracto, atque ab aqua ſalutaris ſapientiæ arido, præcepit Chriſtus, ſurge, id eſt, per pœnitentiam à peccati ruina reſurge, iuxta illud Apoſtoli, Surge qui dormis, & exurge à mortuis: Epheſ. 5. Philip. 2.
ſta in medio, id eſt, publice pœniteas, & bene age, atque in gratia perſeuera, & aliis exemplarẽ te ex- Prouer. 31.
D hibe, qui publice es tranſgreſſus, & alios ſcandalizaſti: ſecundum illud Apoſtoli, Sitis ſine querela in medio nationis peruerſæ, verbum vitæ continentes, [*Extende manum tuam*] ad opera bona, potentiam tibi conceſſam efficaciter applica: iuxta illud Prouerbiorum, Manum ſuam extendit ad pauperẽ. Frequenter autem contingit, vt Chriſto ita iubente & gratiam implendi peccatori præſtante, peruerſi peccatoris conuerſionem videntes, homini deuoto, per cuius inſtructionem Chriſtus peccatorem ita conuertit, indignentur & inſidientur.

¶ Conſequenter deſcribitur Apoſtolorum electio, [*Factum eſt autem in diebus illis,*] quibus Chriſtus in mundo prædicauit & miracula egit. Veruntamen quod ſubditur & narratur hic non ſtatim contigit poſt præfata immediate dicta ac geſta, ſed ante, videlicet priuſquam Chriſtus fecit ſermonem in mõte: vnde quod de apoſtolorum electione hic ſcribitur, recapitulatio dicitur. [*Exiit in montem orare,*] videlicet in monte vbi fecit ſermonem de beatitudinibus, ac cæteris euangelicæ legis præceptis atque conſiliis, [*Et erat pernoctans in oratione dei.*] Chriſtus nõ verbis duntaxat ſed rebus, ſignis & actibus nos inſtruxit. Cur itaque oraturus receſsit ab aliis, imò & à deuotis diſcipulis, & aſcẽdit in montem, atque tam diu orauit? totum vtique propter noſtram inſtructionem, ſubuentionem, & ſalutem egit. Nam Chriſtus qui etiam ſecundum formam ſeruilem aſſumptam peccare non potuit, nec impediri à bono, imò nec per aliquod aduentitium ad deuotionis augmentum iuuari, quippe qui conformatus in bono, & conprehenſor fuit ſecundum animæ portionem ſupremam, tantáque virtutum perfectione ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

incarnationis exordio adornatus, quod in eis nunquam in ſeipſo profecit, ſed ſolum quantum ad manifeſtationem. Receſsit ergo ab aliis oraturus, vt doceret nos ſuo exemplo, quatenus & nos deuotius oraturi, precibus in priuatis diſcedamus ab aliis, vt deo liberius, ſtabilius, quietiuſque vacemus. Hinc & montem conſcendit, quia & talis loci ſitus prouocatiuus eſt eleuationis internæ ad deum, dum inde creaturæ dei ex omni parte abundantius conſpiciuntur, ex quarum intuitu creatoris conſideratur, amatur, honoratur, atque in admiratione habetur maieſtas. Rurſus oraturus montem conſcendit, ad innuendum quod omnis orans infima & terrena debeat obliuiſci, cœleſtia contemplari, apicem mentis aſcendere, & in ſupremo cordis conſiſtens deo intendere infixa ac libera puritate. Quemadmodũ
Ioann.4. in Ioanne Chriſtus teſtatur, Veri adoratores patrem adorabunt in ſpiritu & veritate.

¶Inſuper in oratione peruigili pernoctauit, vt doceat nos non ſolum in die, ſed horis quoque nocturnis orationibus ſanctis inſiſtere, atque in eis diu ac feruide permanere.

¶Inſuper electurus Apoſtolos orationem tam diuturnam præmiſit, ad inſtruendum quod canonicis prælatorum electionibus orationes deuotiſsimæ ſint præmittendæ. Vt autem Chryſoſtomus ait, Tẽpus nocturnum deuotioni & orationi eſt aptius, quia tunc tenebræ, quies, ſilentium, aſpectus ſtellarum, compunctionem inducunt. Hinc Hieremias monet, Conſurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, & effunde ſicut aqua cor tuum ante conſpectum domini dei tui: leua ad eum manus tuas. Ideo
Hiere.3. Pſalm. 56. ait Pſalmiſta, Præuenerunt vigilias oculi mei. Et rurſus, In die tribulationis meæ, deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus. Et Eſaias loquitur deo, Anima mea deſiderauit te
Eſaiæ. 26. in nocte. [*Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos,*] qui prope montem manſerunt ſeu conuenerunt, ibíque Chriſti præſtolabantur præceptum, [*Et elegit duodecim ex ipſis*] vteſſent principales præ cæteris, ad prædicationẽ euãgelicæ legis prẽcipuè ordinati ac dirigẽdi. [*Quos & apoſtolos vocauit.*] Apoſtolus nãque eſt nomen officii, ſicut propheta & angelus ſecundum Gregorium. Apoſtolus autẽ dicitur quaſi miſſus, vel poſt miſſus, quia à Chriſto miſsi ſunt prædicare, & poſt ſuam reſurrectionem miſit eos ad prædicandum per totum orbem.

¶Denique ſecundum Ambroſium aduertendum eſt cœleſte conſilium, quia non ſapientes, non diuites, non nobiles, ſed publicanum & piſcatores quos diligeret, elegit, ne diuitiis, aut potentię, nobilitatísve authoritate traxiſſe mundum ad fidem videretur, vt veritatis ratio non diſputationis gratia prẽualeret.

¶Deinde apoſtolorum nomina exprimit, ne quis alium audeat inſcribere apoſtolorum à Chriſto tunc inſtitutorum catalogo, quamuis & poſtea aliqui diuinitus ſint conſtituti Apoſtoli, vt Matthias, Paulus, Barnabas, & Sylas. [*Symonem quem cognominauit Petrum.*] Secundum Bedam non in hac electione vocauit eum Petrum, ſed longe ante, quando Andræas duxit Symonem fatrem ſuum ad Ie-
Actu.1. ſum, cui Ieſus tunc dixit, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, vt Ioannes deſcribit. ¶Sed
Actu.9. huic obuiare videtur illud Marci, Impoſuit Symoni nomen Petrus, & loquitur ibi Marcus de electio-
Ioann.1. ne Apoſtolorum. Ideo alii dicunt, quod illud Ioannis ſcriptum, Tu vocaberis Cephas, non fuit præſentis nominis impoſitio, ſed futuræ impoſitionis nominis huius prænunciatio. Videtur autem & aliter poſſe dici. Petrus nanque interpretatur firmus, vel obediens ſeu principalis. Cephas quoque in-
Marci.3. terpretatur principalis. Cum itaque in Ioanne ſcribitur Cephas, quod interpretatur Petrus, ſumitur Petrus vt interpretatur principalis: ſicque tunc impoſitum eſt ei nomen Petrus, hoc eſt, nomen quod tantum valet vt Petrus, ſecundum hanc Petri interpretationem, quia tunc dictus eſt Cephas. Poſtea autem vocatus eſt Petrus, prout Petrus interpretatur firmus ſiue obediens: iuxta quem modum Chriſtus alibi ait ad eum, Tu es Petrus, id eſt, firmus, & ſuper hanc petram, hoc eſt, firmam demum fidei confeſsionem: ædificabo eccleſiam meam. Ex hac immutatione nominis Petri, qua qui ante apoſtolatum vocatus eſt Symon, in electione ad apoſtolatum dictus eſt Petrus, inducta eſt cõſuetudo, quod dum quis efficitur papa, aliud ſibi nomen imponitur, ad deſignandum ſpiritualem immutationem, qua qui aliis rector & paſtor præficitur, in alterum meliorémque virum debet mutari. Sed vtinam in peiorem & arrogantionem non mutetur, ſicut & Saul, cui tamen prædictum fuit, Mutaberis in alterum virum. [*Et Andræam fratrem eius, Iacobum & Ioannem,*] Quos tunc vocauit Boanarges, hoc eſt, filios tonitrui, propter altiſonam prædicationem eorum. Iſti fuerunt conſanguinei Chriſti, videlicet filii Mariæ vxoris Zebedæi, quæ fuit ſoror Chriſtiferæ Mariæ: Philippum & Bartholomæũ, Matthæũ
& Thomam, Iacobum Alphęi filium, qui dictus eſt Iacobus minor, quia vocatione poſterior Iacobo fratre Ioannis: vocatus eſt etiam frater domini ſeu chriſti, quia corporis diſpoſitione & forma ei ſimilimus fuit, quem propter eximiam ſuam ſanctitatem Apoſtoli ſuſcepto ſpiritu ſancto ordinauerunt Hieroſolymitanum primum chriſtianorum ibi epiſcopum. [*Et Symonem qui vocatur Zelotes,*] id eſt Chananeus. chana enim dicitur zelus. [*Iudam Iacobi*] minoris fratrem, qui in Matthæo vocatur Thaddæus: & ſecundum Hieronymum vocabatur etiam Lebbæus, quod dicitur corculus, id eſt, diligẽs ſui cordis cuſtos. Iſti duo videlicet Symon & Iudas fuerunt fratres Iacobi minoris, & filii Mariæ vxoris Alphæi ſororis virginis glorioſæ, vt in paſsionali ſanctorum habetur. [*Et Iudam Iſcarioth qui fuit proditor,*] hoc eſt, traditor chriſti: quem licet Saluator præno ſceret traditorem futurum, elegit tamen eum in Apoſtolum, propter futuram illius malitiam & ingratitudinem, non deſinens agere quod ſuæ extitit bonitatis, præſertim quia ex proditoris huius malitia ſciuit, potuit, & voluit magnum bonum elicere, vtpote ſcripturarum de ſua traditione impletionem, & ſuę ineffabilis pietatis oſtenſionẽ, quod ſcilicet illum fecit ſibi tam familiarem atque apoſtolum, à quo ſe præuidit tradendum: de quo in Ioãne diſſeruit, Nónne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? [*Et deſcendens cum illis*] duodecim apoſtolis de ſuperioribus locis montis, [*ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius.*] quo ver-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A bo oſtenditur quòd multos habebat diſcipulos, nam & præter Apoſtolos deſignauit ſeptuaginta duos diſcipulos, miſitque eos binos ad vrbes, ad quas ipſe fuit venturus, vt infrà habetur: ſed & alios multos habebat diſcipulos, quorum aliqui ſæpe receſſerunt ab eo, nec eum amplius ſequebantur, ſicut in Ioanne habetur. Ioannes quoque ſcribit, quod Ioſeph ab Arimathia fuit diſcipulus Chriſti, quamuis occultus metu Iudæorum, [*Et multitudo plebis copioſa ab omni Iudæa & Hieruſalem,*] quæ fuit Iudææ metropolis: ideóque nominatim exprimitur, [*Et maritima,*] hoc eſt, à regione ſita circa mare. quod ſecundum Bedam & Gloſſam non intelligitur de mari Galilææ proximo huic loco campeſtri, quia hoc magnum non eſſet, quòd de illis locis veniſſent ad Chriſtum: ſed intelligendũ eſt de magno mari, in quo Tyrus & Sydon poterant comprehendi. Vnde & ſubditur, [*Et Tyri & Sydonis,*] hoc eſt copioſa harũ vrbium gentilium multitudo. Ex quo claret quod maxima fuit Chriſti fama, quæ etiam Gentiles ex tam diuerſis ac remotis locis attraxit. [*Qui venerant vt audirent eum,*] id eſt eius doctrina ſeu prædicatione inſtruerentur, atque proficerent: & forte non pauci curioſitate quadam attrahebantur, cupientes illum aſpicere & audire, de cuius ſapientia & eloquentia, poteſtate & ſignis tanta audierant. [*Et ſanarẽtur a languoribus ſuis*] qui languidi erant, qui comparatione aliorum pauci fuerunt. [*Et qui vexabantur a ſpiritibus immundis,*] hoc eſt, obſeſſi à dæmonibus [*Curabantur,*] id eſt virtute Chriſti liberabantur ab illis. Chriſtus namque ſolo imperio expulit dæmones. ¶ Porrò in eo quod dicitur, ſpiritibus, tangitur Ioannis.6.

B ſubtilitas naturæ dæmonum: quorum peruerſitas culpæ inſinuatur, cum ſubditur, immundis: abuſus quoque potentiæ ſeu praua operatio eorundem exprimitur cum dicitur, vexabantur: quorum & refrenatio deſignatur, cum additur, curabantur. [*Et omnis turba quærebat eum tangere,*] non ſolum infirmi, ſed & alii confidentes eius tactu ab aduerſitatibus tueri, à peccatis mundari, gratiæ participes fieri, ſeu aliquod beneficium conſequi, imò ſecundum Marcum certatim & copioſe irruebant in eum vt tangerent eum: cuius cauſa ſubiungitur, [*Quia virtus de illo exibat*] id eſt poteſtas, virtus, & ſanctitas in ipſo conſiſtens ſe in operationem extendit, & præclaros effectus produxit. Itaque virtus de Chriſto manauit, non quòd eadem numero virtus de ipſo prodierit, aliósque intrauerit: ſed quia poteſtas Chriſti aliis efficientiam ſuam impreſſit, quemadmodum effectus dicitur à cauſa procedere, & cauſa in effectum exire, puta per influentiam quandam. [*Et ſanabat omnes*] infirmos, imò & eos qui corpore ſani erant, ab animarum vulneribus, id eſt, peccatis ſanauit, dummodo ex parte illorum defectus non erat, ſed quod in ſe fuit effecerint: ad quod agendum atque ad gratiam ſortiendam diſpoſuit Chriſti contactus quoſdam illorum pia quadam præuentione ſuæ miſericordiæ, virtute ac merito eius. Specialiter autem loquitur Euangeliſta de miraculoſa corporaliter infirmorum curatione: ſed quoniam Chriſtus eos ſanauit in anima quos corpore curauit, vt ſancti teſtantur: verum iſtud de vtraque ſanatione accipitur. ¶ Circa quod quæritur, de qua Chriſti virtute hoc intelligatur, & quomodo humanitas Chriſti ad miraculoſos effectus cooperabatur? Verum hæc quæſtio ſuperius Marci.3.

C ſæpe tacta & aliqualiter eſt ſoluta, quæ nunc diffuſius, clariuſque ſoluenda eſt. Itaque miracula propriiſsime dicta, totam naturæ creatæ virtutem, facultatem ſeu authoritatem tranſcendunt: ideo certum eſt, quod ſola illius poteſtate, qui totius naturæ creator ac inſtitutor eſt, fiant tanquam virtute principaliter operante. Propter quod ait Pſalmiſta, Benedictus dominus deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. Nihilominus ſancti, tam angeli quam homines multa leguntur feciſſe miracula, certúmque Pſalm.71.
eſt precibus & meritis hominum ſanctorum deum frequenter ſigna feciſſe, ita quod homines ad illa meritorie cooperabantur. Sed difficultas eſt, an cooperati ſint cauſaliter per aliquam virtutem in eis conſiſtentem diuinitus datam, ita quod illa poteſtas ſit non principalis, ſed inſtrumentalis cauſa effectus miraculoſi. Hanc quæſtionem Auguſtinus xxij. de Ciuitate mouet, & indeterminatam reliquit. Gregorius vero libro dialogorum eius ſolutionem tangere videtur, dicendo, deo mente deuota adhærentes, cum rerum neceſsitas poſtulat, mira quæque aliquando faciunt ex prece, interdum ex poteſtate, ſcilicet diuinitus eis conceſſa, & hoc probat ratione, quoniam per gratiam adoptionis datur hominibus fieri filios dei, quod maius eſt quàm facere ſigna, quod ſæpe & malis conceditur. Ergo homi
nibus virtuoſis videtur dari poteſtas operatiua inſtrumentaliter miraculorum.

¶ Denique Petrus oratione præmiſſa ſuſcitauit Tabitam: Ananiam vero & Zephoram coniugem e-
D ius occidit, non prece, ſed increpatione eorum præmiſſa. Inſuper in ſermone de angelis dicit Gre- Actuũ.9.
gorius, quomodo aliqui electorum vi acceptæ poteſtatis miracula operentur, ita vt ad illum angelorum pertineant chorum, per quos ſigna & miracula fieri ſolent. Ad idem arguitur, quoniam inter dona gratiæ gratis datæ ponuntur gratia ſanitatum & operatio virtutum ſeu miraculorum. Quemadmodum er Actu.5.
go aliqua dona gratiæ gratis datæ ab Apoſtolo enumerata, videlicet ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, 1.Cori.12.
prophetia, donum linguarum, ponunt aliquid reale ſeu quandam virtutem in anima: ita de gratia faciendi miraculi dicendum videtur. Inſuper ſecundum doctores ſacramenta nouæ legis efficiunt quod deſignant, ita quòd quædam virtus in eis conſiſtit ac ponitur inſtrumentaliter atque cauſaliter cooperatiua ad producendum gratiam ſacramentalem, vel ſaltem diſpoſitionem ad eam, puta characterem, cum tamen ſacramenta iſta in ſenſibilibus rebus conſiſtant. Multo amplius apparet, quod in animabus ſanctorum ſit virtus quædam inſtrumentali concauſalitate ad productionem miraculorum concurrẽs atque cooperans, quod quidam concedunt, quorum aliqui aſſerunt quod virtus iſta non inſit ſanctis fixe ſeu permanſiue vt habitus, ſed per modum diſpoſitionis, paſſionisſue tranſeuntis, quemadmodum prophetia, propter quod non ſemper ad libitum poſſunt miracula operari. Contra quod aliqui dicunt quod licet virtus iſta eis ineſſet vt habitus, non tamen oporteret concedere, quod facere poſſent miracula quoties vellent, eo quod virtus iſta ſit inſtrumentalis, quæ non agit niſi mota à principali virtute. Sed de hac re poſſent plurimæ difficultates moueri, & rationes pro vtraque parte adduci, quas diſ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

putantibus committendas potius puto. Insuper istam virtutem in sanctis ponentes dicunt, quod ipsa B
tanto plus atque sublimius sit in Christi humanitate ponenda, quanto illa potius est instrumentum seu organum diuinitatis seu verbi æterni, quam sancti & sacramenta, cuius scilicet verbi æterni ipsa est organum immediatum, animatum, coniunctum ac proprium, sicut corpus meū est instrumentum animæ meæ. Alii autem sancti sunt diuinitatis instrumenta separata, communia, sicut securis est instrumentū artificis. Iuxta istam positionem verbum Euangelistæ prædictum, videlicet virtus de illo exibat & sanabat omnes, non solum de diuina & increata Christi virtute miracula principaliter operante: sed & de supernaturali eius virtute creata, prædicta, miraculorum instrumentaliter productiua intelligi potest, & istud pro intelligentia sequentium de Christi miraculis valet.

¶ Prosequutio Cap. VI. [*Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.*] Artic. XV.

E [*Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.*] Quamuis Christus omnibus loqueretur, oculos tamen corporales in discipulos suos specialiter dirigebat, ad insinuandum, quòd ea quæ prædicaturus fuit, eis potissimum conuenirent atque inessent. Item ad innuendum, quod eos aliis proponeret in exemplum, & quia doctrinæ suæ erant cæteris capaciores. Rursus, ad ostendendum speF
cialem suum amorem ad ipsos, atque vt eos arctius sibi attraheret, dum in præsentia tam amorose ac reuerenter se ad ipsos habebat, per quod etiam alios ad suum discipulatum incitauit. [*Beati pauperes.*] ¶ Quæri hoc potest, an iste sermo sit idem cum illo qui à Matthæo describitur. cuius quæstionis prosequutionem ac solutionem omitto, quia super Matthæum hinc scripsi. id verò sciendum, quia quæ in isto capitulo ac sermone recitat Lucas, Matthæus glorioſus Euangelistę tribus capitulis multo plenius
Matth. 5. atque diffusius scribit: & sermo ille quem tribus illis describit cap. vocatur sermo domini in monte,
6. 7. super quem Augustinus specialem librum composuit: in quo sermone continetur & datur lex Euangelica, & quicquid ad optimos mores, Christianæque vitæ pertinet perfectionem. de quo quidem sermone quia super Matthæum prolixe conscripsi, nunc breuius pertransibo. Lucas itaque non nisi quatuor beatitudines exprimit, quarum primam ponit eandem quam Matthæus, sed breuius. siquidem in Matthæo habetur, Beati pauperes spiritu: hic dicitur, Beati pauperes, quod dupliciter explanatur. Primò, de voluntaria paupertate propter deum sponte assumpta, desiderata, vel complacente, qua terrenę opes seu tēporalia quantū congrue fieri potest, spernuntur vel abiiciuntur, vt mens deo & contē-
Lucæ. 14. plationi liberius atque perfectius vacet. Vnde & Christus ait, Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Tantò etenim perfectius & expeditius anima intendit supernis ac vni super omnia necessario, quanto minus circa plura & temporalia occupatur, dispartitur, distrahitur. Secundo exponitur, Beati pauperes, id est humiles qui in oculis suis parui, defectuosi, seu inG
digentes sunt, potissimum intuitu dei, qui nihil boni se à se habere fatentur, & omne bonum deo ascribunt. [*Quia vestrum est regnum dei.*] Quia Christus in discipulos visum direxit, idcirco ad eos verbum
Lucæ. 10. hoc dirigit. ¶ In qualibet autem beatitudine duo ponuntur. Primum est per modum meriti. Secundū per modum præmii merito correspondentis.

¶ Itaque postquam Christus proposuit meritum, dicens, Beati pauperes spiritu, vtpote qui præfato modo terrena despiciunt, vel seipsos humiliant, proportionatum & consonum subiungit mox meritum, Quia vestrum est regnum dei, id est, opulentia fœlicitatis æternæ, altitudo regni cœlestis. Præfatæ etenim paupertati illa opulentia correspōdet, & humilitati illi sublimitas ista: quemadmodum christus ait, Qui se humiliat exaltabitur. Rectissimè quoque cœlestium bonorum possessio, contemnentibus propter deum temporalia bona promittitur. Deinde secunda beatitudo subiungitur, quæ à Matthæo ponitur quarta. [*Beati qui nunc esuriis*] Cum beatitudo sit exclusiua pœnæ atque miseriæ, mirum
Lucæ. 14. quod Christus esurientes & flentes ac persequutionem patientes asserit esse beatos.

¶ Sed aduertendum quod duplex est beatitudo, videlicet viæ & patriæ. Beatitudo viæ, est actus meritorius beatitudinis patriæ, scilicet actus virtuosus, quod meritum est & dispositio ad fœlicitatem pa-
Matth. 5. triæ. Itaque esurientes, flentes, aduersa patientes, pauperes, & cæteri, quos Christus nūc asserit esse beaH
tos, beati sunt iam in re, loquendo de beatitudine viæ: suntque beati in spe, loquendo de beatitudine patriæ. Porro quod ait, Beati qui nūc esuritis, primo exponitur de corporali esurie, prout est actus virtutis, videlicet abstinentiæ, qua quis sponte propter deum corpus suum castigat, affligit, & quodam-
1. Cori. 9. modo necessaria subtrahit ei: sicut ait Apostolus, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Et
Galat. 5. iterum, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Beati sunt quoque qui ex defectu alimentorum esuriunt, dummodo hoc propter deum patienter sustineant, vel propter eum tantam elegerunt inopiam, vel propter eum alimentis priuantur ab impiis, sicut de multis martyribus legitur. Ista ergo esuries à Christo fertur beata, quia est dispositiua ad gratiam, introductiua ad gloriam, satisfactoria pro peccatis & delectationibus inordinatis, specialem quoque illuminationem & sapientiæ infusionem meretur à deo: quemadmodum Danieli & sociis eius infu-
Daniel. 1. dit dominus sapientiam magnam, eo quod abstinentiæ operam contulerunt, vt legitur in Daniele,
Esaiæ. 28 & in Esaia inquiritur, Quem docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Vbi protinus respondetur, Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere, hoc est eos qui carnales spernunt delitias & sensualitatem per abstinentiam ac cætera virtutum exercitia rationi subiiciunt. Ideo scriptum est, Qui amat vinum & pinguia, non erit sapiens. Secundo exponitur de spirituali esurie, qua quis iustitiam cordialiter appetit, prout iustitia est virtus generalis, omnisque virtus. Sic spiritualiter esu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A rire est quotidianum profectum in omni virtute optare, dei honorationem in omnibus desiderare, omnium reformationem ac perfectionem intime affectare, quod venit ex charitate & zelo iustitiæ. Esuriamus ergo iustitiam istam, nec vnquam satis iustos nos esse putemus, sed omni hora satagamus proficere: cum & Apostolus dicat, Ego non arbitror me apprehendisse, & quæ retro sunt obliuiscens, in- Philip.3.
anteriora extendo meipsum. Huius autem beatæ esuriei præmium subditur, [*Quia saturabimini,*] id est, bonis spiritualibus replebimini, præsertim donis gloriæ in patria, dicente Psalmista, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ibi nempe tota capacitas ac desiderium animæ adimplentur, & tota eius potentialitas ad actum perfecte reducitur, per hoc quod deum clare per speciem contemplatur, ipsóque fruitur. Vnde quicquid scire vel habere cupit scit & habet, quod potissimum erit post corporum glorificationem. Denique etiam in præsenti taliter esurientes aliqualiter saturantur charismatibus gratiarum & pane sacramentali, cum & Psalmista loquatur, Benedic anima mea domino, qui replet in bonis desideri- Psal.102.
um tuum. Et denuo, Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timẽtibus eum. De his Psalm.75.
quoque qui experiri solent quàm dulcis est dominus, Memoriam (inquit) abundantiæ suauitatis tuæ 1.Petri.2.
eructabunt. Talis autem ructus non nisi de saturitate seu plenitudine quadam venit secundum Bernar Psal.144.
dum: imò sæpe tanto dilectionis feruore, tanta contemplationis admiratione & synceritate, tanto di-
B uinæ suauissimæ bonitatis dulcore desuper gratiosè implentur, vt nec ipsimet ferre prævaleant: Psalm.72.
sed mente & corpore deficiant & succumbant, obrigescant & langueant: quod expertus fuit qui dixit, Hiere.20.
Defecit caro mea & cor meum. Et Hieremias, Factus est (inquit) sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans, & defeci ferre non sustinens. Verum abundantia ista non est continua neque simpliciter plena, quia interrumpitur sæpe, & ad facialem superbenedicti dei intuitionem, eiúsque indeficiẽtem beatificam fruitionem omnis talis aspirat cum Apostolo clamans, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sequitur beatitudo tertia, quæ etiamà Matthæo tertia ponitur, [*Beati qui nunc fletis*] id est vestra vel aliorum peccata charitatiue & dolorosè deplangitis, vel desiderio pa- Roma.7.
triæ cœlestis huius exilii incolatum deploratis, vel Christi passionem meditando ex eius compassio- Matth.5.
ne lugetis. Est demum & alter nobilissimus ac fœlicissimus fletus, non ex aliqua aduersitate pœna aut tristitia manans, sed ex synceriſsima quadam complacentia superdeliciosissimi dei, dum in alta contemplatione deus cum singulari quadam claritate ac synceritate ostendit se intellectui contemplantis, ita quòd sinus mentis, & apex affectus mox totus aperitur, expanditur, absorbetur, in tam superincomparabili, superpulcherrimóque obiecto, & anima ineffabilem complacentiam concipit & habet in eo, atque ex hoc dulces per oculos guttæ funduntur. [*Quia ridebitis,*] id est internam consolationem, cordialemque iucunditatem in patria pro præmio suscipietis. Non ergo de vano & exteriori risu hoc dictum est, sed de alacritate & lætitia spirituali, de qua in Prouerbiis fertur de forti muliere, Ridebit
C in die nouissimo. In Iob quoque, Impleatur os tuum risu, & labia tua iubilo. Hæc merces boni plora- Prouer.31.
tus etiam in vita hac inchoatur, in his qui cum Psalmista dicere possunt deo, Secundum multitudinem Iob.8.
dolorum meorum in corde meo consolationes tuę lętificauerunt animam meam. Et rursus, Quam ma Psalm.93.
gna multitudo dulcedinis tuæ domine. Itémque cũ Apostolo, Benedictus deus qui consolatur nos in Psalm.30.
omni tribulatione nostra. Et denuo, Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per christum abun- 2.Corin.1.
dat consolatio nostra. Clementissimus etenim dominus etiam in præsenti seruulos suos consolari & lę Ibidem.
tificare dignatur frequenter & abunder, eos videlicet qui præfatis luctibus se affligunt, qui omne carnale oblectamentum despiciunt: iuxta illud, Renuit consolari anima mea, memor fui dei & delecta tus sum. Prætereà contuendum, quod Christus in his duabus beatitudinibus addit nunc dicendo, Bea- Psalm.26.
ti qui nunc esuritis, Beati qui nunc fletis, ad insinuandum, quod tempus vitæ præsentis sit tempus pœnitentiæ ac mœroris, quia in valle lachrymarum, in carcere atque exilio conuersamur & innumerabilia extant pericula. Sequitur beatitudo quarta, quæ in Matthæo ordinatur octaua, [*Beati eritis cum vos oderint homines*] propter veritatem & iustitiam vestram, seu aliam quamcunque virtutem & gratiam. Sic autem odire non cõuenit nisi vitiosis hominibus. Vnde homo accipitur hic in malo, videlicet quãtum ad id quod homines communiter magis sequuntur, quod est, sensualitas, passionesque eius: iuxta quem modum ait Apostolus, Cum sit inter vos zelus & contentio, nónne homines estis? Et iterum,
Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: cum tamen alibi protestetur, Ego per omnia omni- 1.Corin.3.
D bus placeo. Prętereà sicut amare est alicui bonum velle: ita odire est alicui malum velle. De tali odio Galatas.1.
ait Christus discipulis, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et alibi, Eritis 1.Cori.10.
odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et cum separauerint vos à sua societate quasi indi- Ioan.15.
gnos eorum consortio: iuxta illud Prouerbiorum, Abominantur impii iustum. Et rursus, Viri sangui Lucæ.6.
num oderunt simplicem. Vnde in Ioanne habetur, Conspirauerunt Iudæi, quia si quis confiteretur Ie Proue.29.
sum esse Christum, extra synagogam fieret, & exprobrauerunt conuitia & improperia irrogando: Ioan.9.
iuxta illud Petri, Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Et ad Corinthios scribit Apostolus, 1.Petri.4.
Maledicimur & benedicimus: [*Et eiecerint nomen vestrum,*] id est nomen & famam, quibus Christiani 1.Cor.4.
vocamini. Vel, nomen vestrum, id est vosipsos execrantur tanquam pessimos, omnino impetuose expulerint, [*Propter filium hominis*] id est ob id quòd in me creditis, vel mihi obeditis, & secũdum mea prę cepta aut consilia viuitis.

¶ Itaque quicunque hæc patitur propter iustitiam aut virtutem, patitur propter Christum. Non est autem magnum hæc pati propter proprias culpas: imò cauendum ne taliter patiamur. Ideo in prima 1.Petri.2.
sua canonica loquitur Princeps apostolorum, Quæ est gratia, si peccantes & colaphizari suffertis? si autem benefacientes sustinetis, hæc est gratia apud deum. Et iterum ait, Nemo vestrum patiatur vt homicida aut fur. Prætereà quamuis Christus beatos appellet eos qui odiuntur & prædicta pa- 1.Petri.4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiuntur aduerſa,nõ tamen propterea optare debemus,vt alii nos odiant & infeſtent, præſertim inquã E
tum talia habent rationem peccati,imò hoc eſſet charitati contrarium,deſiderare aliorum ruinam.Sed
ideo Chriſtus hæc dicit,vt in aduerſis patientiam inconcuſſam ſeruemus,nec propter aliorum odium
& perſequutionem viam iuſtitiæ relinquamus.[*Gaudete in illa hora & exultate,*].i.dum iſta patimini in
Pſalm.83. eiſdem gaudete interiori iucunditate,& exultate exteriori lætitia,vt corde & corpore ſeu appetitu in-
tellectiuo ac ſenſitiuo lætemini:iuxta quod ſcriptum eſt,Cor meum & caro mea exultauerũt in deum
viuum.Exultatio quippe quaſi extra ſaltatio dicitur,dum gaudium internum redundat in corpus,vi-
reſque ſenſitiuas:ita quod ex abundantia interioris delectationis ſigna lætitiæ foris monſtrantur.Hoc
Actu.5. fecerunt Apoſtoli, iuxta illud Actuum,Ibant gaudentes à conſpectu conſilii, quoniam digni habiti
ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et beatiſsimus Andræas apoſtolus crucem eminus videns,
Iacobi.1. Gaudens(inquit)venio ad te,ita vt tu gaudens ſuſcipias me.Hinc Iacobus, Omne gaudiũ exiſtimate
fratres cum in diuerſas tentationes incideritis.[*Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo.*]Ideo taliter gau-
dere & exultare debetis,quia pro temporalibus iſtis perſequutionibus, præmium copioſum in regno
Eſaiæ. 64. cæleſti habebitis, de quo præmio Eſaias & Paulus teſtantur,Quod oculus non vidit,nec auris audi-
1.Cori.2. uit,nec in cor hominis aſcenderunt,quæ præparauit deus electis. Hoc vtique præmium tam multum
eſt,vt innumerabile appelletur:tam pretioſum,vt incomparabile aſſeratur:tam magnũ,vt inæſtimabile
ſit:tam diuturnum, vt interminabile extet. Quæ enim beatitudo æterna,prout beatitudo, dicitur ſta- F
tus omnium bonorum aggregatione perfectus, hæc eſt vna ratio gloriandi in aduerſis, propter quod
ait Apoſtolus,Id quod in præſenti eſt momentaneum & breue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ
pondus operatur in nobis.Inſuper in aduerſis gaudere debemus, quia per aduerſitatum ſuſtinentiam
2.Cori. 4. antiquis & præcipuis ſanctis aſsimilamur,ideo addit Saluator,[*Secundum hæc enim faciebant prophetis pa-
tres eorum,*] id eſt, præſatis modis perſequuti ſunt eos, odiendo, abiiciendo, exprobrando, carnales ac
impij patres Iudæorum temporis huius,à quibus & vos diſcipuli mei eſtis aduerſa paſſuri.Ideo in A-
Actuũ.7. ctis loquitur Stephanus eis,Dura ceruice& incircunciſi cordib'& auribus,vos ſemper reſtitiſtis ſpiri-
tui ſancto, ſicut & patres veſtri.Quem prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri?
¶Itaque ex his ſaluberrimis Chriſti verbis hortamentis & promiſsionibus, diſcamus aduerſa æquani
miter ferre,in eiſdem cordialiter gloriari nec fatigari:ſed vſque in finem inuicte perſiſtere,non ſolum
propter cauſas iam tactas, ſed præſertim,quia per hoc deum potiſsimum honoramus,dum omne aduer
Matth.24. ſum lætanter perferimus, eo quod deum frequenter inhonorauimus atque offendimus:quem quanto
ſyncerius,perfectiusque diligimus,eo peccata noſtra plus diſplicent nobis,& omnem aduerſitatem ac
pœnam atque confuſionem propter ea libentius ſuſtinemus, vt deo ſuperaltiſsimo aliqua ſaltem re-
compenſatio fiat.Item quia per aduerſa à vitiis expurgamur,ad gratiam præparamur,in omni virtute
proficimus, Chriſto propter nos paſſo aſſimilamur,futura tormenta euadimus:imo miſericordia & G
protectio dei in tribulationibus potiſsimum prona eſt ſubuenire,ſicut ait in Pſalmo,Cum ipſo ſum in
tribulatione.Hinc ad Hebræos monet Apoſtolus,Per patientiam curramus propoſitum nobis certa-
men,aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum,qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit cru
cem.Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem,vt nõ
Pſalm.90. fatigemini animis veſtris.Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis.
Hebræ.12. ¶Contemplandum eſt hic,quemadmodum filius dei, qui venit reprobare gloriam mundi, eiuſque
perfectum docere contemptum,præinducta quatuor ponit, beatificat, & commendat, quæ maxime
contrariantur his quatuor quæ mundani homines potiſsimum quærunt & amant,atque in quibus fœ
licitatem ſuam conſtituunt:quorum Primum eſt,affluentia diuitiarum,quæ multorum fomentum eſt
vitiorum,contra quam ait Saluator,Beati pauperes.Secundum eſt,carnalium deliciarum poſſeſsio,con
tra quam loquitur Chriſtus,Beati qui eſuritis.Tertium eſt,ludorum,iocorum &vanitatum diſſolutio,
contra quam dicit,Beati qui fletis.Quartum eſt,temporalium bonorum,ſeculariumque fauorum pro-
curatio,contra quam prædicat,Beati eritis cum vos oderint homines,&c.
¶Poſtremò hęc quatuor à Chriſto inducta,quatuor virtutibus cardinalibus coaptantur, puta pauper
tas temperantię,quę ſuperflua reſecat:eſuries iuſtitię,cuius eſt corpus caſtigare:fletus prudentię, qui
elegit hic lugere,vt gaudium acquiratur ęternum : perpeſsio aduerſitatum fortitudini, cuius eſt diffi
cilia fortiter pati. H
¶Inſuper Chriſtus ad ampliorem & euidentiorem inductarum quatuor beatitudinum commendatio
nem ac laudem,vituperat & condemnat vitia eis oppoſita,quę à mundi amatoribus fœlicitates quædã
reputantur:ſed à Chriſto infallibili iudice cenſentur miſeriæ,quia per eas deus fons totius veræ fœli-
Matth.19. citatis, eiuſque dona,videlicet gratia in præſenti,& gloria in futuro perduntur, atque æterna obtine-
Marci.10. tur damnatio.Itaque ait,[*Verumtamen væ vobis diuitibus,qui habetis conſolationem veſtram.*]tanquam dicat,
Lucæ.18. Quamuis fœlices vos æſtimetis,tamen æternæ damnationis dolor debetur & imminet vobis. Vnde
1.Timo.6. ſecundum Chryſoſtomum in ſcripturis per,vę,ęterna damnatio deſignatur.Loquitur autem Chriſtus
Iacobi.5. de diuitibus diuitias ſuas immoderate amantibus, eiſque abutentibus,qui eis delicate ſe nutriunt &
conſolationes habent carnales.Ideo ſpiritualem conſolationem guſtare indigni ſunt: ſicque in Mat-
thæo dominus proteſtatur, Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire,quàm diuitem intrare in re
gnum cęlorum.Apoſtolus quoque ad Timotheum, Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem
& laqueum diaboli, & deſideria vana, quę mergunt hominem in interitum & perditionem . Hinc
Pſalm.61. Iacobus ait, Agitè nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis quę aduenient vobis . Sed non om-
nes diuites tales ſunt, quia ſunt aliqui eis bene vtentes & liberales ac miſericordes , ſpiritualia tem-
poralibus præferentes,& illud Pſalmiſtæ implentes,Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere . Hinc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A in Eccleſiaſtico habetur, Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſpe rauit in pecuniæ theſauris. quod quàm rarum atque difficile ſit, conſtat ex eo quod illico ſubditur, Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Non ergo nos committamus pericu lo. [*Væ vobis qui ſaturati eſtis.*] id eſt væ vobis guloſis, qui non ad neceſsitatem, ſed ad voluptatem vos reficitis, & fœtidam carnem ſuperflue adimpletis. Hinc alibi ait Saluator, Videte ne grauentur corpo- Lucę.21. ra veſtra crapula vel ebrietate. Et Apoſtolus, Carnis (inquit) curam ne feceritis in deſideriis. Et ad Ro manos, Si ſecundum carnẽ vixeritis, moriemini. Ideo ait Hieronymus, Non eſt poſsibile, vt quis hic im pleat ventrem & in futuro mẽtem. Hoc eſt quod ſubditur, [*Quia eſurietis.*] ſicut in beatitudinibus: ita in vitiis eis oppoſitis ponit Chriſtus retributiones ſeu mercedes correſpondentes. Vnde & in libro Sapientiæ dicitur, Per quæ quis peccauit, per hæc & punietur. Quamuis ergo guloſi in inferno eſurient per omnium bonorum delectabilium carentiam, tamen vitio ſuæ guloſitatis ſpecialiter promeren tur famis & ſitis afflictionem. Dicit autem Baſilius, Subiectio corporis per nihil aliud ſic obtinetur ſicut per abſtinentiam, qua ſicut quodam freno decet compeſcere iuuentutis feruorem. Eſt ergo abſtinentia interemptio criminis, amotio paſsionum, vitæ ſpiritualis initium, obtundens in ſe illecebrarum aculeum. [*Væ vobis qui ridetis nunc.*] Si riſui debetur æterna damnatio, quis poteſt eſſe ſecurus? Sed non de quocunque riſu iam loquitur Chriſtus, verum de riſu inordinato, ineptæ lætitiæ, vanæque diſſolu-

B tionis, qui tantæ immoderantiæ aut frequentiæ eſt, vt ſpirituali gaudio charitatis diuinæ præponatur aut contrarietur. De quo Eccleſiaſtes, Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Hinc iterum Eccleſiaſtes proteſtatur. Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Moderatus tamen, honeſtus & modicus riſus pro cauſa, loco, & tempore non prohibe- tur, ſed cachinnatio & diſſolutio ſtultis conueniunt: iuxta illud Eccleſiaſtici, Fatuus in riſu exaltat vo- cem ſuam, ſapiens autem vix tacite ridebit. Eccleſiaſtes quoque inquit, Sicut ſonitus ſpinarum arden- tium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Dicit hoc loco Baſilius, Cum dominus ridentem arguat, palam quòd nun- quam erit fideli tempus ridendi, præcipuè in tanta multitudine eorum qui in peccato moriuntur, pro quibus oportet lugere. Superfluus riſus eſt immoderantiæ ſignum, & effrenis animæ motus: ſed vſque ad vultus iucunditatem exprimere animæ paſsionẽ nõ dedecet. Chryſoſt. quoq; dicit, Dic mihi, cur cõ cuteris riſu & defluis qui debes aſsiſtere terribili iudicio, & ponere rationẽ de omnibus quæ operaris? Sed obiici poteſt illud Sapientiæ, Tẽpus flendi & tẽpus ridendi, quod ex dictis ſolutũ eſt. De modeſto nanq; riſu hoc dicitur, quẽadmodũ etiã ponitur virtus eutrapeliæ, per quã homo moderateſe habet in ludis. Talẽ riſum ſanctus Iob habuiſſe ſe pandit, dicendo, Siquando ridebam adeos, nõ credebãt mihi. ¶ Deinde ſubditur debita pœna vitioſi riſus, [*Quia lugebitis*] interiori dolore, [*Et flebitis,*] pœna & vlula tu exteriori in inferno præſertim quando & in corpore erit ploratus: quamuis non per lachrymarũ reſolutionem, ſed cerebri conturbationem, & vultus mœſtiſsimam indiſpoſitionem. Diſcamus ergo

C riſum frenare, & qui ad riſum ex naturali diſpoſitione procliuus eſt, ſpecialem ad eius refrenationem conatum adhibeat: quemadmodum qui ad iram ſeu ad quodcunque pronus eſt vitium, ſingulariter ad illius extirpationem debet conari, & quod propriis nequit viribus, diuinæ gratiæ ſubſidio poteſt: imò inter ea ex quibus facile perpenditur qualis ſit homo, vnum eſt riſus, de quibus in Eccleſiaſtico le gitur, Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, Amictus corporis & ritus dẽ tium & ingreſſus hominis enunciant de illo. Deinde reprobatur fauor inanis, adulatio vana, ſeculariſ- que amicitia. [*Væ*] æternæ calamitatis debetur & imminet [*Vobis,*] ô homines ad voſipſos reflexi, [*Cum benedixerint vobis*] id eſt vos & facta veſtra iniqua laudauerint, adulationibus vos demulſerint [*Omnes homine,*] quantumcunque multi ſint illi: quod facere non ſolent niſi iniqui. Itaque loquitur Chriſtus de his, quibus vana laus placet, qui adulationibus attrahuntur, qui ſeculi huius fauorem, amicitiamque requirunt. Itaque tam his quàm benedictoribus horum væ imminet, quia plus nocet lingua adulato- ris, quàm gladius perſequutoris. Ideo (iuxta Bedam) adulatio eſt nutrix peccati, ita quod ſicut oleum flammis iniectum præbet eis fomentum, ſic adulatio nutrit culpam: & tamen frequenter hoc agitur, dicente Pſalmiſta, Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Verũ vt in prouerbiis ſcriptum eſt, Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula. Huic

D autem eloquio Saluatoris illud Eſaiæ conſonat, Populę meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſsipant. Vitemus ergo hanc peſtem occultam atque viliſsimam exemplo ſancti, qui ait, Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impin guet caput meum. Et Apoſtolus ait, Neque aliquando fuimus in ſermone adulationis. Inſuper ſecun- dum gloſſam, Magna pars pœnę peccati eſt, ſcelera non ſolum non argui, ſed etiam quaſi bene geſta laudari. [*Secundum hæc faciebant prophetis,*] id eſt falſis prophetis verba laudis, benedictionis, & adulatio nis exhibuerunt [*Patres eorum*] carnales patres Iudęorum qui ſanctorum prophetarum verba ſpreue runt, & pſeudo applauſerunt: de quibus in Eſaia legitur, Dicunt videntibus, nolite videre: & aſpicienti- bus, nolite aſpicere nobis ea quę recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. De falſis autem prophetis ſcriptum eſt, Hęc dicit dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prędicant pacem: & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum pręlium. De quibus multa in Hieremia ſcribuntur, domino loquente, Non miſi eos, vi- ſionem cordis ſui loquuntur. Iſti pſeudo ad capiendum principum ac vulgi fauorem multa finxe- runt, atque vt eis crederetur, modum loquendi verorum prophetarum aſſumpſerunt, dicendo, Hęc dicit dominus. Interdum quoque non verbis tantum, ſed & factis prophetabant, quemad- modum in Hieremia patet de Anania: qui cum fregiſſet catenam quę fuit in collo Hieremię, adie cit, Hæc dicit dominus, Sic confringam iugum Nabuchodonoſor regis. Idem patet in libris Re-

Eccleſi.31. Roma.1. Roma.8. Sapien.11. Eccleſ.20. Eccleſi.7. Eccleſi.21. Eccleſi.7. Iob.29. Eccleſi.19. Pſalm.9. Proue.27. Eſaię.3. Pſal.140. 1.Theſa.2. Eſaiæ.30. Micheę.3. Hiere.23. Hiere.28. 3.Reg.22.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gum de Zedechia, qui fecit sibi cornua ferrea, dicens regi Israël, His ventilabis Syriam. Istis pseudo E
crediderunt, & applauserunt Iudæi, Hieremiam vero contradicentem Ananiæ, & Michæam contradi
centem Zedechię, persequebantur & incarcerabant. Ecce quomodo in verbis præhabitis æterna & in
creata sapientia dei patris vnigenitus filius Iesus Christus mundi huius sapientiam & prosperitatem cõ
demnat, omnemque vanitatem excludit, cuius verba merito inducere ad cordialem ac plenum mundi
Luc.6. contemptum nos debent, præsertim quia ea tam rigorose, terribiliterque condemnat, quæ à mundanis
hominibus vix mala putantur. Non enim ait Saluator, Væ homicidis, væ raptoribus, væ adulteris: sed,
væ diuitibus, væ saturatis, væ ridentibus, væ gloriam mundi amantibus. Quid ergo de grauioribus fiet
si ea quæ nec alicuius putantur excessus, æternis puniuntur suppliciis? Potius ergo in hoc breuissimo
vitæ huius curriculo actibus pœnitentiæ insistamus, reprehendi, castigari, vilipendi optemus, seu patiẽ
ter saltem feramus: quam propter vitæ huius incertissimæ, breuissimæque delicias, opes, honores, in-
fernalia incidamus tormenta, imò quod grauius est, cælesti ac sempiterna felicitate priuemur.

¶Prosequutio cap. vi. Ab eo loco quo dicitur, [*Diligite inimicos vestros*] Articulus xvi.

F
CHristus paulo ante docuit discipulos, quid ab inimicis essent passuri: nũc instru
it quid ipsi illis sint acturi ac reddituri, [*sed vobis dico qui auditis,*] id est ea quæ lo
quor diligenter aduertitis: & non corporalibus tantum, sed & interioribus
auribus verba mea attenditis, [*Diligite inimicos vestros*] id est eis quivobis volunt
& cupiunt seu inferunt mala econtrario bona desiderate. Quemadmodum au-
tem amare est alicui bonum velle, ita odire est alicui malum velle.

¶Multiplex vero est bonum, videlicet bonum delectabile, bonum vtile, & bo
num honestum: iterum aliud est bonum gratiæ, aliud bonum naturæ, aliud bo-
num fortunę. Omnibus ergo hominibus quantumcunque aduersantibus optare debemus bonum spi
rituale, vtpote charismata gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in futuro: reliqua bona non sunt eis op-
tanda, vel non est necesse eis optare, nisi inquantum saluti eorũ expediens est. Diligẽdi sunt ergo ini-
mici ex charitate propter deum, sicut amamus nosipsos, vt scilicet idem bonum fœlicitatis æternę eis
optemus, quod ipsimet volumus nobis. Diligendi sunt ergo quantum ad ipsam eorum naturam bo-
Genesis.5. nam, qua ad dei imaginem facti, beatitudini sque capaces sunt, non quo ad culpam, imò sic odiẽdi sunt:
Sapient. 2. iuxta illud, Perfecto odio oderam illos: sed sic eos odire est vere diligere, quia eiusdem ratio est atque
Psalm.138. ex eodem charitatis fonte procedit, bonum alicuius amare, & malum eius odire. Nil autem tam malũ, G
tam nociuum, tam aduersum est homini, vt peccatum ipsius.

¶ Porrò secundum Thomam in secunda secundæ, de inimico possumus loqui tripliciter. Primò, in-
quantum est inimicus: sicque amandus non est, quia inimicitia eius peccatum est, displicere nobis de-
bet quod inimicatur & peccat. Secundò, consideratur inimicus secundum esse naturæ, qua ad dei ima-
ginem factus est, sed tamen in vniuersali, inquantum est homo: sicque dilectio inimici est de necessi-
tate salutis, quia ab illa generali dilectione qua deum proximúmque amare iubemur, excludi non de-
bet. Tertiò, consideratur vt est singularis persona, & ita inimicorum dilectio non est absolute de ne-
Deuter.6. cessitate salutis, quia nõ tenemur in speciali ad eum motũ dilectionis habere, imò neque ad illos, quia
Matth.22. impossibile est singulos singulatim amare. Veruntamẽ dilectio inimici taliter in speciali necessaria est
Marci.12. ad salutem, quoad præparationem animi, vt scilicet homo paratus sit mente subuenire inimico, si arti-
Lucæ.10. culus necessitatis occurreret, & etiam actualiter charitatiue ferri ad eum causa exigente & casu se of-
ferente: sed sine tali necessitate, dilectionem impendere & subuenire, ad perfectionem, non ad præce-
pti pertinet necessitatem: & iuxta hoc verum est quod in Enchiridio loquitur Augustinus. Hoc tam ma-
gnum bonum, vt est inimicos diligere, non est tantæ multitudinis quantam credimus exaudiri in ora
tione in qua dicimus, Dimitte nobis debita. Sed huic Christi præcepto obuiare videt quod in veteri te
stamento multa leguntur, ex quibus videtur, quòd inimici sint odiendi. Vt cum Moyses ait, Non quæ H
res eis bonum, & odio habebis inimicum. In Hieremia quoque habetur, Ne propitieris iniquitati eo-
Matth.6. rũ & peccatũ eorũ nõ deleat. Ad hoc Thomas præfato loco respõdet, q tales imprecationes & loquu-
tiones tripliciter possunt intelligi. Vno modo, per modũ propheticæ prænunciationis, vt cum dicitur,
Psalm.9. Conuertantur peccatores in infernum, id est conuertentur. Secundò, per modum optationis ex zelo
iustitiæ, non tamen quantum ad pœnam hominis, sed quo ad iustitiam punientis, vt scilicet diuinæ iu
Sapien.1. stitiæ se optans conformet, quia nec deus lætatur in perditione impiorum, sed in sua iustitia. Tertiò,
vt desiderium referatur ad culpæ amotionem, non ad pœnam, vt scilicet destruantur peccata. Quibus
adiici potest, quod præfatæ imprecationes scripturæ etiam sic accipi possunt, vt inimicos optemus in
vita hac taliter castigari ne pereant in æternum. Si vero sint inimici ecclesiæ, & boni communis, op-
tari potest vt tollantur de medio, quia & hoc expedit eis, ne grauius peccent, & ita ex æquitate & cha
ritate hoc desideratur [*Benefacite his qui oderunt vos.*] Quia non sufficit intus diligere, nisi dilectio pro-
cedat in opus loco & tempore opportunis, imo cum nulla forma tam prompte ac delectabiliter ope-
retur vt charitas, quæ & omnes virtutes mouet & excitat ad agendum, non veraciter diligit alium,
qui ei exigentibus causa, loco, & tempore non succurrit nec benefacit. Cúmque ex anima & corpo-
re constet homo, secundum corpus & animam benefacere ei debemus, videlicet spiritualia & corpo-
Prouer.25. ralia impendendo, secundum modum prætactum: quemadmodum in Prouerbiis Salomon loquitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Si esurierit inimicus tu⁹,ciba illum:si sitit potum da illi.Hoc est quod ait Apostolus,Noli vinci à ma- Roma.12.
lo,sed vince in bono malum.Hoc & Christus impleſſe se pandit,dicendo Iudæis, Multa bona ostẽdi Ioan.10.
vobis ex patre meo,quod horum me lapidatis?[*Benedicente maledicentibus vobis*].i.eis qui vobis male-
dicunt,vt non solum opera bona:sed etiam pia, charitatiuáque verba pro maledictoriis verbis repen-
datis his,qui detrahunt vobis siue blasphemãt vos.Hoc & Paulus ad Romanos scribit,Benedicite(in-
quit)& nolite maledicere.Talibus ergo patienter loquendum est,si spes sit quòd ex collatione seu Rom.3.
ponsione sint emendandi, alioquin silendum est caute & benedicendum occulte, ac condolendum
peccantibus:iuxta illud Psalmistæ,Posui ori meo custodiam dum cõsisteret peccator aduersum me, Psalm.138.
obmutui & humiliatus sum & silui à bonis.Veruntamen si ex maledictione prauorum fides aliquorũ
vel bonum commune periclitaretur aut iacturam pateretur iustitia,sapienter ac iuste respondendum,
renitendúmve esset.Et si maledicentes seu persequentes sint obstinati in malo, seu religioni insidien-
tur,orare licet ex zelo iustitiæ vt corrigantur seu puniantur à deo:quemadmodum Esaias & Ezechias
contra regem Assyriorum orasse leguntur.¶Postremo quòd maledicentibus sit condolendum,osten 2.Par.32.
dit Chrysostomus dicens,Qui proprias animas percutiunt,digni sunt lachrymis & fletibus, non male-
dictionibus.Nihil enim detestabilius est anima maledica, nec immũdius aliquid lingua maledicẽte.
Homo es,aspidum venena non euomas,nec vertaris in beluam.Os tibi datum est,non vt mordeas:sed
B vt aliorum vulnera sanes.[*Orate pro calumniantibus vos,*]qui scilicet crimina vobis falsè imponunt,seu
aliter aduersantur seu iniuriantur. ¶Quomodo autem & quando exhibenda sint aduersariis signa seu Matth.5.
opera ista dilectionis, sanctus Thomas docet, Signa (inquiens) atque effectus charitatis ex interiori Lucæ.6.
procedunt,& proportionantur eidem.Ideo sicut tenemur inimicos diligere in communi de necessi-
tate & ex præcepto,in speciali vero secũdum animi præparationem:sic quoque communia dilectio-
nis beneficia & signa eis subtrahere nephas est,vt sunt ea quæ impenduntur proximis in communi,vt
dum quis orat pro cunctis fidelibus,aut communitati aliquid præstat,si talia subtraherentur inimicis, Leuit.19.
signum esset inuidiæ & vindictæ:contra quod Moyses ait in Leuitico,Non quæres vltionem, nec me
mor eris iniuriæ ciuium tuorum. Porrò alia sunt specialia charitatis signa seu beneficia,quæ alicui spe
cialiter exhibentur,& talia inimicis impẽdere,nõ est de necessitate præcepti,nisi secundũ cordis præ-
parationem,vt homo sic stet quòd talia eis impartiret,si necessitatis articulus se offerret,aliàs hoc face
re est perfectionis: qua quis studet non solum vinci à malo, quod est necessitatis: sed insuper vincere
in bono malum,satagens inimicũ beneficiis ad amorem suum inducere, quod ad perfectionis cumu-
lum pertinet,sicut & glossa insinuat. Quò autem quis perfectius diligit deum,eo intuitu eius amplius Roma.12.
C amat homines vniuersos,& abundãtius benefacit eis,præsertim orando pro ipsis:& hoc maxime,quo-
niam cordialissime deum cupit ab omnibus honorari ac diligi,atque de eius inhonoratione præcipue
contristatur.Istud Christus etiam in cruce pendens impleuit orando,Pater,ignosce illis:prout per E- Lucæ.23.
saiam fuit prædictum,Ipse peccata multorum tulit,& pro transgressoribus rogauit.[*Et ei qui percutit te* Esaiæ.53.
in vnam maxillam,præbe & alteram.]Istud consilium est,non præceptum : ideo non oportet hoc sem-
per exteriori opere adimplere:sed habere cor præparatum ad sustinendum alterius percussionem ma
xillæ,ante quàm percussus scandalum suscitet,vel contra charitatem quid operetur.Vnde & Christus
à sacrilego in faciem cæsus alteram non præbuit:sed sceleratum sapienter & charitatiue corripuit, Im
plendum est ergo hoc consilium,secundum quod proximo prodesse videtur. ¶Hic quoque pensan-
dum,quantum euangelicæ legis doctrina perfectior sit lege Mosaica,quæ mandauit talẽ reddere per-
cussuram cædenti qualem intulisset.Dicit autem Chrysostomus, Medici dum calce seriuntur ab insa
nis & ægris,tunc maxime miserentur eis:Tu quoque similem habeas pietatem ad delinquentes. Ipsi
enim præcipue infirmantur,nec prius desistamus quàm amaritudinem euomuerint totam, tũc ipsi ad
cor redeuntes vberes tibi gratias agent:& deus te coronabit,eo quòd fratrem tuum à pessima ægritu-
dine liberasti.Sed contra hoc maximè agunt (vt ait Basilius)qui non solum non cæsi indignantur aut
vlciscuntur,sed etiam si tanta eis non impendatur reuerentia quanta se dignos arbitrantur. Iterum ait
D Chrysostomus,Qui repercutit,legis implet mandatum, non Christi.Sed dicis, Dignus est repercuti.
Etiam.Sed tu non es dignus repercutere,quia illius discipulus es,qui cum malediceretur non maledi-
cebat.Si alterius oculum excutis,nunquid tuum recuperasti ? Non: sed cum membro tuo patientiam
perdidisti.Diabolus procurat vulnera corporum propter vulnera animarum:si non repercusseris, ab
homine quidem victus videris:sed diabolum vicisti.Itaque sublime est istud implere consilium,sicut
& Beda affirmat,Quid tam magnum sicut percutienti præbere maxillam? Nónne indignantis animus
frangitur,ira sedatur,& per patientiam huius ille mutatur,vel ad pœnitentiam inuitatur? Ergo per hu
ius impletionem mandati & consilij homo Christo conformatur,diabolus ab homine vincitur,plena
pax inter homines obtinetur.[*Et ab eo qui aufert tibi vestimentum,etiam tunicam noli prohibere*]id est nõ
solum quiete,patientérque feras,quòd vestimentum tuum iniuste tollat à te:sed permitte eum auferre
tibi tunicam tuam,quæ vicinior, magísque necessaria corpori extat quàm vestimentum exterius.
Circa quod ait Cyrillus,Vult te dominus esse contemptorem rerum.Hæc est enim virtus animę,quę
omnino auersa est à passione cupiditatis diuitiarum. decet nanque eum qui pius est obliuisci malorũ,
vt & ea quibus charos amicos iuuamus persequentibus conferamus.Chrysostomus quoque,Non di-
xit,inquit Christus,Sustine humiliter iniuriantis animum:sed procede per sapientiam,& vlterius dis-
pone te ad perficiendum quod iniurians facere cupit, & supera insolentiam eius vbertate prudentiæ
tuæ,vt habito pudore in excellenti patientia tua discedat.
¶Sed dices,Quomodo potest hoc fieri ? Cum tamen videas deum factum hominem tot passum pro-
pter te. Et adhuc quæris & dubitas, quomodo possibile sit nequitiis ignoscere conseruorum? Quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tale paſſus es quale dominus tuus Chriſtus dum ligaretur & flagellaretur, ſputa perferens mortemq́ue E
Matth.5. patiens? ¶Denique huic verbo eſt ſimile quod in Matthæo loquitur Chriſtus, Et qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Circa quæ multa ſcripſi ibidem, propter quod lectorem ad locum illum remitto. Aliqui quoque breuiter dicunt, quòd iſtud ſit conſiliũ, atque ſecundum animi præparationem intelligendum, ſicut & verbum præcedens, vt ſcilicet potius ſuſtineat homo ſibi indumenta prędicta ac ſimilia tolli, quàm ſuſcitet ſcandalum, vel aliquid agat charitati contrarium. Non autem ſuſtinendum eſſet quando ex tali permiſsione nutriretur rapiens in ſua malitia: imò in tali caſu non eſſet bonum hoc ſuſtinere, niſi propter ſcandalum, vel aliud maius malum vitandum. Quod de ſcandalo puſillorum veniente, videlicet ex infirmitate aut ignorantia maximè intelligendum eſt, vel ſcandalum alio modo ſedandum eſt, vt errans primo inſtituatur, inſtruatur, vt ſcandalizari deſiſtat: quod ſi informari noluerit, iam ſandalum eius non erit ſcandalum puſillorum aut infirmorum: ſed phariſæorum, quod ex malitia oritur. Propter quod vitandum non ſunt bona temporalia dimittenda, quia hoc vergeret in detrimentum boni communis, & rapientibus noceret in anima: ideo verbum Chriſti intelligendum eſt ſecundum animi præparationem, videlicet dummodo aliunde expediat. Bóna autem eccleſiæ atque reipublicæ propter ſcandalum vitandum dimittenda non ſunt: ſicut nec cætera quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, quia talium conſeruatio imminet
his quibus commiſsa ſunt. Hæc aliorum dicta recitando inducta ſunt, [*Omni autẽ petẽti te tribue.*] Non F
ſemper tribuendum eſt quod petitur, vt ſi quis petat ſibi omnia bona alterius ſimul dari. Itaque ſi diſcrete ac rationabiliter petit dandum eſt ei quod petit, ſi petito adſit facultas, dandúmque eſt ſecundũ veræ prudentiæ diſcretionem: quòd ſi irrationabiliter aliquis petit, dandum eſt ei ſpirituale beneficium, ſcilicet rectæ inſtructionis, conſolationis, ædificationísve verbum, quòd corporali beneficio extat præſtantius: iuxta illud Eccleſiaſt. Nónne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quàm datum. Nónne ecce verbum ſuper datum bonum? Dicit autem Ambroſius, Eiuſdem criminis eſt habenti ſua auferre, & indigenti quod quærit denegare, cum poſsis tribuere: quia & Chryſoſtomus proteſtatur, Homines non domini, ſed diſpenſatores ſunt diuitiarum. Sed iſtud ad eos potiſsimum pertinet, vt liberaliter dent egenis qui beneficia pinguia habent eccleſiæ. Quibus ait Bernardus, Quia quicquid ſimplici victui atque veſtitui ſuperſeruauerint ſibi, furtum, rapina, ſacrilegiúmque exiſtat: de hoc in Matthæo plenius dictum eſt. [*Et qui aufert quæ tua ſunt ne repetas,*] ſcilicet cum lite & contentione, vel cum ſcandalo puſillorum. Huic conſonat illud Apoſtoli, Iam omnino delictum eſt in vobis quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem
1.Corin.6. patimini? Circa quod loquitur Auguſtinus, Hoc ipſum veſtro peccato agitur, quòd inter vos negotia G
iudicio determinanda habetis: quia peccatum eſt habere iudicium contra fratrem.

¶Porrò ſi hoc abſolute intelligatur, daretur iniuſtis & imperfectis grandis libertas atque occaſio rapiendi bona aliorum maxime innocentum: ideo aliqui addunt, quòd perfectis liceat ſua repetere ſimpliciter, hoc eſt, ſine lite, ſine cauſa, abſque iudicio. Sed non conuenit eis inde mouere cauſam coram iudice. Infirmis vero ſeu imperfectis liceat repetere ſua coram iudice, & contra fratrem habendo iudicium: ſed non contentioſe aut fraudulenter, ſeu coram iudice infideli. Sed nec hoc videtur ſatis reſolutorie dictum. Eccleſia nanque non peccat habendo iudicia, & religioſis licet coram iudice ſua reppetere. Fideles quoque in terris infidelium habitantes, nec iudices fideles habere valentes, poſſunt, vt apparet, ad infideles concurrere iudices.

¶Hinc alij dicunt, quòd liceat, non autem expediat ſecularia habere iudicia, & quòd religioſis ac perfectis licet coram iudice ſua repetere quaſi bona communia, non vt propria. Itaque verbum hoc Saluatoris ſicut & cætera quædam præhabita, intelligendum eſt ſecundum animi præparationem, & dummodo aliunde expediat, vt magis ſit homo paratus pati damnum quàm ſcandalum puLeuit.10. ſillorum ſuſcitet, ſi illud aliter ſedari non valeat, aut aliud agat charitati contrarium. [*Et prout vultis*]
Matth. 22. voluntate rationabili diſcreta. [*Vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.*] hoc enim fra-
Marci.12. terna requirit dilectio, vt ſicut tenemur proximos diligere tanquam noſipſos: ita tenemur facere eis
Lucæ.10. ſicut nobis ab ipſis fieri cupimus. H
Roma.15. ¶Præterea inter præcepta legis naturalis ſunt duo communia atque præcipua: quorum primum eſt
Galat.5. negatiuum, vt habetur in Tobia, Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alteri facias: aliud eſt affirmati-
Tobiæ. 4. uum, & ponitur hic à Chriſto, & quoniam iſtud affirmatiuum eſt maioris perfectionis maiúſque continet quàm negatiuum illud præfatum: ideo decuit hoc à Chriſto in euangelica lege, quæ eſt lex perfectionis proponi. Implendum eſt autem præceptum illud loco & tempore opportunis. Et quo aliquis perfectius illud impleuerit, eo in charitate perfectior comprobatur. [*Et ſi diligitis illos qui vos diligunt,*] id eſt, ſi illos duntaxat diligitis, [*Quę vobis eſt gratia?*] id eſt, merces à deo præſtanda: vtique nulla de condigno, & niſi pœnitendo, inimicos quoque dilexeritis. [*Nam & peccatores diligentes ſe diligunt,*] quia hoc naturale eſt. Veruntamen peccatores non ſemper diligunt eos à quibus ſpiritualiter diliguntur, imò frequenter odiunt eos, quia corripiuntur aut caſtigantur ab eis: ſicut in Pro-
Prouer. 15. uerb. ſcriptum eſt, Non amat peſtilens eum qui ſe corripit. Et Amos, Odio (inquit) habuerunt cor-
Amos.3. ripientem, & loquentem perfecte abominati ſunt. Signum autem quòd quis diligat amicos non ex charitate, quæ eſt amor infuſus ac ſpiritualis, & meritorius: ſed ex amore carnali, naturali, ſociali. Mercenario autem ſimilis eſt dum inimicos non diligit, quia charitas ſe extendit ad omnes. Qui ergo inimicos non diligit, in peccato mortali eſt, tanquam diuinæ inobediens iuſioni: idcirco talis nihil meretur à deo de condigno, nec aliquod præmium fœlicitatis æternæ; quamuis deus ex ſua pietate nullum bonum, etiam in peccato mortali factum, relinquat irremuneratum, quia aliquid in vita præſenti re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A pendit pro illo. ¶Porrò amicos diligere ſpiritualiter, ſcilicet propter deum ex charitate, & non tantum quia amici ſunt, ſeu quia nos diligunt, meritorium eſt vitæ æternæ, ſicut & omnis actus ex charitate procedens: imò multo innaturalius vitioſiúſque conſiſteret non amare amicos, quàm non amare inimicos. Plures nanque ſunt rationes diligendi amicum quàm inimicum. Gratia autem naturam non deſtruit, aut tollit: ſed perficit: propter quod dilectio ſpiritualis, dum naturalem amorem ſibi ſubſternit, format ac perficit, perfectiſsima dicitur. Quid autem ſit melius magiſque meritorium diligere amicum vel inimicum, tetigi ſuper Matthæum. Dicit circa hæc Chryſoſtomus: Plures cauſæ ſunt quæ varias dilectiones conſtituunt, Dilectio vero ſpiritualis vniuerſas præcellit. Nihil enim terrenum eam non parit, vtilitas, non beneficium, non natura, non tempus, ſed de cælo deſcendit. Quid autem miraris, ſi non indiget beneficio vt conſiſtat, quando nec ex caſu malorum peruertitur? Pater quidem carnalis paſſus iniurias, rumpit fœdus amoris: coniunx poſt iurgia virum relinquit: filius ſi longæuum videat patrem, grauatur: ſed Paulus apoſtolus iuit ad lapidantes benefacturus eis. Moyſes pene lapidabatur à Iudæis, & tamen orabat pro eis. Adipiſcamur ergo ſpirituales amicitias, quia ſunt inſolubiles. Actu. 14. Exod. 17.

¶Denique qui alium ſpiritualiter diligit, intuitu dei hoc agit, ita quòd deus eſt finis & ratio diligéndi, optátque proximo bona gratiæ in præſenti, & dona gloriæ in futuro: ita vt diligat eum, vel quia bonus eſt, vel vt bonus ſit: idcirco quamuis ille ingratus & malus ſit, iſte illum non ceſſat diligere. Dili-
B gere quoque alium propter bonum opus quod agit gratuitum eſt: diligere vero propter beneficium ſeu proprium commodum, mercenarium eſt. [*Et ſi benefacitis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia?*] id eſt præmium de ſuper dandum. [*Siquidem & peccatores hoc faciunt,*] qui cum ſint in peccato mortali, nihil meritorium vitæ æternæ operantur. Iſtud rurſus intelligi debet, ſicut verbum præcedẽs, videlicet quòd benefactoribus & non malefactoribus, ſeu aduerſariis benefacere, vtpote non intuitu dei, nec ex ſpirituali dilectione, ſed quia benefactores ſunt, non ſit alicuius meriti apud deum. Nihilominus prauiſsimum & innaturaliſsimum eſſet, benefactoribus non rependere vicem pro poſſe, tempore opportuno, imò magis debitum hoc eſt, quàm benefacere aliis: ſed dum quis ſic benefacit benefacientibus ſibi, quod aliis non benefacit loco & tempore congruis, ſignum eſt quòd illis benefacit nõ ex dei amore, ſed ſolum quia benefecerunt ſibi. [*Et ſi mutuum dederitis his*] hoc eſt pecuniam aut ſimile quid conceſſeritis illis [*A quibus ſperatis recipere*] in perſolutione quod mutuaſtis, [*Quæ gratia eſt vobis?*] id eſt, à deo mercedem habebitis nullam in vita beata. Quod intelligendum eſt, quando mutuum alicui conceditur, non ex charitate ſpirituali dei & proximi, & propter præmium vitæ æternæ: ſed ex
C affectu carnalis vel naturalis amoris cum propoſito repetendi. [*Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur*] aliqua concedendo, [*Vt recipiant æqualia*] id eſt, tanta ſeu tanti valoris vt ſunt quæ mutuauerũt ſeu conceſſerunt. Itaque plus peccatores à Chriſto cenſentur qui ad vſuram concedunt. [*Veruntamen diligite inimicos veſtros,*] naturam ſeu perſonam, non culpam in illis amando, [*Et benefacite eis.*] Iſtud iã pauloante dictum eſt, atque expoſitum, [*Et mutuum date*] id eſt, concodite [*Nihil inde ſperantes*] id eſt, vltra quod conceſsiſtis nil exquirentes, nec fauorem, aut ſeruitium tẽporale, ſeu ſimile aliquid, nec propter temporale quid principaliter mutuantes, ſed principaliter ex dei amore propter fœlicitatem æternam. Vnde per Ezechielem dominus iubet, Vſuram & ſuperabundantiam non accipietis. Et Pſalmiſta virum iuſtum deſcribens, Pecuniam (inquit) ſuam non dedit ad vſuram: Quod autem Moyſes in Deuteron. ait, Non fœnerabis proximo tuo, puta Iudæo, ſed alieno: permiſsio fuit mali minoris, propter maius malum vitandum, ſcilicet ne ſuis proximis ad vſuram cõcederent: ſicut permiſit eis dare libellum repudij, ne vxores ſuas occiderent, quia ad vtrunque hoc vitium fuerant proni. Itaque dandũ eſt mutuum, cũ & in Deuteronomio ſcriptum ſit, Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum tuam, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere conſpexeris. ¶Denique quantum ſit ſcelus vſurę teſtatur Gregorius Niſſenus, Malignam fœneratorum excogitationem, ſi quis appellet furtum & homicidium non peccabit. Nam quid refert ſuffoſſo pariete quenquam erepta poſsidere ac fœnorum neceſsitate poſsidere illicita? Quàm difficulter verò debeat quis ad vſuram accipere, ex ver
D bis Baſilij patet, dicentis: Sed ait, Qualiter ergo victum acquiram, videlicet ſi à fœneratore non debeo mutuum ſumere? Certe labora, ſerui, mendica, vſumquodque tolerabilius eſt fœnoris mutuo. Ezech. 18. Pſalm. 14. Deute. 23. Matth. 5. Matth. 19. Marci. 10. Deuter. 15.

¶ Ex inductis elicitur, quàm grauiſsima ſit clericorum vſura, eorum præſertim, qui de redditibus ſeu bonis eccleſiæ ſibi inuicem ad vſuram concedunt. Nam & Philoſophus naturali ratione inductus, affirmat quòd vſura ſit maxime contra naturam. Vſurariis vero potiſsimum competit illud Eccleſiaſtici, Auaro nihil eſt ſceleſtius, Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hinc enim & animam ſuam habet venalem. Eccleſi. 10

¶Præterea verbum Chriſti quo ait, Mutuum date, nihil inde ſperantes. Baſilius & alij quidam ita intelligunt, vt concedendum ſit abſque propoſito, & ſpe repetendi & recipiendi ab eo cui conceditur, atque à ſolo deo merces ſit præſtolanda. Ait quippe Baſilius, Conſidera virtutem ſermonis, videlicet verbi Chriſti, quo ait, Date mutuum &c. & miraberis pietatem authoris. Cũ daturus es pauperi diuinę charitatis intuitu id ipſum & donum eſt, & mutuum. Donum, ob inſperatam retributionem: mutuũ, ob munificentiã domini, qui vice pauperis tibi reſtituet. Vnde & in Pro. ſcriptum eſt, Fœneratur deo qui miſeretur pauperi. Cui expoſitioni cõſonat litera ſequẽs, qua Chriſtus promittit, [*Et erit merces veſtra multa*]. i. copioſum à me prẽmiũ ſuſcipietis [*in cœlo*] quod nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, nec cor humanũ comprehendere valet: imò ipſemet deꝰ glorioſus & fœlix eſt obiectalis merces atq; fœlicitas horũ qui præinducta Chriſti impleuerint verba. Expoſitio aũt Baſilij potiſsimũ locum habet ad indigentes qui facultatem reſtituendi, aut non, aut vix habent. Gloſſa vero exponit, ſicut ſuperius dictum. Prouer. 17 Eſaiæ. 64. 1. Cor. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt. Siquidem ait, Duo ſint beneficij genera. Primum cum aliquid beneuole damus, aliud cum reddi- E
turo communicamus. Vtrunque autem fieri debet, non in ſpe retributionis humanæ, ſed diuinæ, quia
ſicut deus eſt omnis boni principiũ, ita vult eſſe finis: certúmque eſt, quòd verba Chriſti implere iux-
ta expoſitionem Baſilij multo plus meritorium ſit. Verbum quoque Chriſti dicentis, Erit merces ve-
ſtra multa, non refertur ſolum ad verbum immediate præcedens de mutuo: ſed ad cætera præinducta,
præſertim ad dilectionem & beneficentiam inimicorum. Nam & de ampliori promiſsione mercedé-
que ſubditur, [*Et eritis filij altiſsimi,*] id eſt ſummi dei, cuius filij ſunt homines virtuoſi prædicta im-
plentes per operum imitationem, per adoptionis gratiam, per dilectionis conformitatem, quod agitur
in præſenti. Deus enim inimicis ſuis multa bona largitur, nec propter retributionem hoc agit, quia no
ſtris bonis non indiget: ſed ex propria bonitate, charitate & pietate, & finaliter propter ſeipſum, cum
ipſe ſit omnis boni ſummus, vltimatúſque finis. Eius ergo perfectionem imitemur inimicos amando,
eíſque benefaciendo, & indigentibus ſuccurrendo, finaliter propter deũ, non intuitu priuati, aut pro-
prij commodi, vt in bonis ad noſipſos non reflectamur: ſed ad deum ſtemus ſemper pure conuerſi. In
futuro autem erimus filij dei per ſimilitudinem ampliorem, quia per dona gloriæ deo perfectiſsime aſ
ſimilantur beati: ſicut ait ſanctus Ioannes, Nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Sci-
mus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt. Et Paulus, Tunc (in- F
quit) cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Beatificat nempe cognitio & fruitio mentem creatam deo ſu-
perdigniſsimo præeminenter ineffabilitérque conformat, ita quòd tota ſtat indeſinenter atque inauer
tibiliter transformata in deum & deificata in ipſum. Ecce quanta dignitas hominum eſſe filios altiſsi-
mi, hoc eſt incomparabilis dei, qui penitus infinite præſtantior eſt vniuerſis & ſingulis. Vnde de cau-
ſa filiationis huius ſubiungitur, [*Quia ipſe benignus,*] hoc eſt clemens atque munificus [*Eſt ſuper ingra-
tos & malos,*] id eſt peccatoribus, qui dei beneficia non attendendo, nec deo benefactori incompara-
bili gratias referendo, ingrati ſunt. Mali vero ſunt diuina tranſgrediendo præcepta, vel ingrati per auer
ſionem mentis à ſummo & incommutabili bono, mali per conuerſionem mentis ad bonum caducum
ac vanum: iuxta quod per Hieremiam loquitur dominus, Duo mala fecit populus meus, me dereli-
querunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſsipatas. [*Eſtote ergo miſericordes ſicut & pa-
ter veſter miſericors eſt,*] Miſericordia virtus eſt, qua quis alterius miſeriæ condolet, reuelátque eandem
pro poſſe. Deo ergo miſericordia non competit quantum ad primum iſtorum, quia compaſsionis af-
fectus in diuinitatis inuariabili, impaſsibilíque natura non cadit: ſed ſecunda iſtorum perfectiſsime cõ
uenit deo, qui omnibus indigentibus & miſeris ad ſe clamantibus ſubuenit, miſeriam culpæ aufert, de G
neceſſariis prouidet, & tandem ab omni calamitate culpæ ac pœnæ ereptos, ad æternam fœlicitatem
perducit, imò ingratos & peſsimos ſæpiiſsime præuenit gratioſe, hortatur, conuertit, ſaluificat, dona
Matth. 5. quoque naturæ ac bona fortunæ bonis & malis indifferenter & copioſe largitur. Vnde in Matthæo aſ
ſerit, Pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem facit oriri ſuper bonos & malos. Quemadmodum itaque
ipſe ſuperclementiſsimus deus ex pura ſua bonitate & maxima pietate non propter vtilitatem, aut pro
fectum ſibi inde euenientem, ſed ob noſtram ſalutem hæc operatur, & taliter miſeretur: ita & nos aliis
compati & ſubuenire ex charitate & pietate debemus, ad vtilitatem, profectum & ſalutem eorum, nõ
proprij intuitu commodi. Talis miſericordia nos deo vehementer commendat, conformat, charos effi
cit, atque placentes, per quam & miſericordiam impetramus à deo, iuxta illud Matthæi, Beati miſeri-
cordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Matth. 5. ¶Inſuper cum duplex ſit miſeria (vtpote culpæ) de qua in Prouerbiis Sapiens, Miſericors (inquiens)
Prouer. 14 facit populos peccatum, & hæc miſeria eſt ipſamet culpa beatitudinis excluſiua & repugnatiua. Alia
Iob. 59. eſt miſeria pœnæ, ſcilicet aduerſitatis, tribulationis vel indigentiæ, de qua ſanctus Iob ait, Ad meas mi
ſerias deuoluti ſunt. Multo autem maior eſt miſeria culpę quàm pœnę: ideo potiſsimum miſericordes
eſſe debemus, ſuccurrendo proximis, vt à peccatis ſuis purgentur, ipſos hortando, docendo, corripien-
do, pro ipſis orando, & peccantibus, etiam dum peccant in nos, condolendo: non mox indignando, ira
ſcendo, aut vlciſcendo. Quod ſi fecerimus, tunc deus peccantibus nobis miſericorditer indulgebit, gra H
Prouer. 11. tiámque emendationis infundet. ¶Denique ſi penſemus quàm graue atque nociuum ſic vulnus pec-
Eccleſi. 3. cati in anima, peccantibus vtique cordialiſsime compatiemur, & primo nobiſmetipſis, prout ordo cha
ritatis efflagitat, ſicut in Prouerbiis ſcriptum eſt, Benefacit animæ ſuæ vir miſericors. Et alibi, Miſere-
re animæ tuæ placens deo. Hinc teſte Ambroſio, Summa Chriſtianæ religionis in miſericordia & pie-
tate conſiſtit. [*Nolite iudicare & non iudicabimini.*] His verbis prohibet nobis Chriſtus inordinatum iu
dicium aliorum, potiſsimum ſuperiorum noſtrorum ac meliorum magíſque ſapientum, quorum po-
tius eſt nos iudicare, quàm verſa vice. Inordinatorum aut iudiciorum quoddam dicitur vſurpa-
tum, vt dum iudicanti deeſt authoritas iudicandi: aliud temerarium ac ſuſpitioſum, quod ſcilicet
non procedit ſecundum rationem prudentiæ: aliud iniuſtum atque peruerſum, quod procedit non
ex ratione & virtute iuſtitiæ, ſed ex impetu paſsionis. Huiuſmodi inordinata iudicia oportet vita-
ri, nec incerta & dubia diffinire, quali & quo facta ſint animo. De manifeſtis vero, & quæ bono
animo fieri nequeunt, iudicare permittimur. Quoniam ergo debiles ſumus in ratione, ita vt facili-
ter fallimur & erramus, proníque ſumus ad paſsiones & vitia rectum iudicium peruertentia, Chri-
ſtus à multis periculis & peccatis nos eripit & præſeruat, dum iudicare nos prohibet, quod vtique
paſsionatis ſumme periculoſum eſt, & præſertim cauendum eſt eis, ne proni ſint iudicare eos, ad quos
minus bene afficiuntur ſeu inclinantur, contra quos cito tentantur, ne paſsione cæcanti, de illis
iudicent vitioſe: ſed ſeipſum vnuſquiſque diſcutiat, attendat, diiudicet, increpet & caſtiget, cum di-
1. Cor. 11. cat Apoſtolus, Si noſipſos diiudicaremus non vtique iudicaremur. Hinc ſecundum Cyrillum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Christus hic sedat & tollit pessimam consuetudinem & passionem animarum nostrarum, principiúque contemptus aliorum. Cum enim deceat homines seipsos circunspicere, atque secundum deum conuersari: hoc tamen multi non faciunt, sed examinant alena: & si viderint aliquos infirmari seu cadere, tanquam propriarum passionum obliti, mox detrahunt. Dicit quoque Chrysostomus, Nec facile reperies quenquam, neque patrem familias, neque claustralem huius erroris expertem. Sunt autem hæc diabolicæ tentationis insidiæ. Nam qui seuere discutit aliena, nunquam propriorũ reatuum merebitur veniam. Chrysost.

¶ Porrò quod ait Saluator, Non iudicabimini, intelligendum est de iudicio reprobationis seu condẽnationis, de quo inducta Apostoli fatur authoritas: de quo in Ioanne loquitur Christus, Quia qui verbum meum audit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Ex his infert Gregorius Nissenus, Non ergo cũ acrimonia præcipitetis in conseruos sententiam, ne similia patiamini. [*Nolite condemnare.*] Condemnatio ex iudicio oritur: quemadmodum ergo non quodcunque sed inordinatum iudicium (de quo dictum est) prohibetur: ita nõ quæuis condemnatio aliorum, sed inordinata vetatur. Non ita que hoc verbo prælati & principes prohibentur reos damnare ad mortem, vel carcerem, aut aliam pœnam. Nec rursus vetatur eum qui inexcusabiliter & apertissime peccat, damnare, id est, damnatione dignum asserere, quia hoc scriptura nos docet, quod qui mortaliter peccat, meretur infernũ: Ioann. 5.

B sed damnare propter incerta & leuia vel eum quem iudicare inhibemur, vel absolute diffinire illum vel illum esse damnandum damnatioñéve dignum, incautum illicitúmque consistit. Peccans nanque, omni momento potest tangi à spiritu sancto, ac pœnitere in cordis sui secreto. Nec scimus quid agatur in alio, aut qualis postea erit, qui nunc vitiosus videtur. Veruntamen aperte sceleratos secundum quod tales sunt, & quos in actu impietatis videmus manentes, damnare & reprobare sub quadam cõditione implicita vel explicita licet, vtpote nisi pœnituerint, vt si quem videamus homicidium adulteriúmve scienter committere nullum est dubium quin in mortali sit vitio damnationéque dignus: & insuper nisi pœnituerit, condemnandus. [*Et non condemnabimini*] damnatione æterna à deo, si inordinatam damnationem ex charitate vitaueritis. Siquidem non iudicare & non condemnare, non sufficerent ad vitandum damnationis iudicium, nisi quis ex charitate dei talia vitet. Quod nemo implet, nisi qui instatu salutis est, & quę deus ab eo exegit, agit [*Dimittite*] iniurias vobis illatas: iuxta illud A- 1. Cori. 12.

postoli, Induite viscera misericordiæ supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. [*Et dimittetur vobis*] peccatum quo deo feciſtis iniuriam: ideo in Ecclesiastico scriptum est, Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et ecce hæc est infinita clementia atque dignatio superlublimis & incomparabilis dei quod ipse vult dimittere sua peccata, qui ignoscit peccanti in se: cum tamen peccatum per comparationem ad deũ habeat enormitatem quodam modo infinite maiorem, quàm per comparationem ad hominem contra Coloss. 3. Eccle. 28.

C quem fit, sicut deus est dignitatis, sanctitatis, ac maiestatis in infinitum maioris quàm homo. Nõ ergo simus deo ingrati, nec ad ignoscendum proximis tardi seu graues. Potest & ita intelligi, Dimittite ea quæ pauperes vobis debent, vel captos quos expedit dimitti, vel temporalia bona: secundum quod Petrus effatur, Ecce nos dimisimus omnia: & dimittetur vobis peccatum quo deo obligati ac spiritua- Marci. 18. Prouer. 5.

liter vincti estis: iuxta illud Prouerbii, Funibus pecatorum suorum impius constringetur. Hinc in Esaia habetur, Dimitte eos qui confracti sunt liberos. [*Date*] beneficia corporalia vel spiritualia, imò vtraque, præsertim egentibus: [*Et dabitur vobis*] à deo præmium copiosum. Et ei qui dat propter deum temporalia, conferuntur ab eo spiritualia. Qui vero spiritualia beneficia alteri præstat, orando, hortãdo, docendo, corripiendo, magnum spiritualium charismatum sortitur à deo profectum. Esaiæ. 58.

¶ Denique generosi animi est pronum esse ad dandum, quoniam iuxta diuinum Dionysium, Bonum est sui diffusiuum, & amor est communicatiuus eius quod habet. Dare quoque ad liberalem est pertinẽs. Liberalitas vero facit hominem aliis valde acceptum & charum, secundum Philosophum: vt patuit in beato Martino, quando adhuc militauit. Tenaces vero & semper ad seipsos reflexi, ignobilis extant mẽtis. Hinc in Actis Paulus, Oportet, inquit, reminisci verbi domini Iesu, quia beatius est ma- Actu. 20.

D gis dare quam accipere. Et in Prouerbiis quoque inducitur, Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera. Et in Ecclesiastico, Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Attamen pauci heu sunt, qui non proniores sint ad accipiendum quàm ad dandum: iuxta illud Esaię, Omnes diligunt munera, sequuntur retributionem. Et paulo testante, Omnes quę sua sunt, quærũt. Nihilominus multi plus abundarent, si facilius darent, quia indiuiduæ sortis sunt dare & dari. Nam & deus misericordibus ac liberalibus etiam in temporalibus benedicit. Estque commune dictũ, Qui nõ dat quod amat, non capit quod optat. In Prouerbiis quoque legitur, De primitiis frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua satietate. Non tamen prodigalitas cõmendatur, sed datio ista ex virtute debet procedere rationéque regi. Prouer. 12. Eccle. 4. Esaiæ. 1. Philip. 2. Prouer. 3.

¶ Postremò hac breui doctrina erudit Christus quomodo cum proximis cõuersemur, vt scilicet iniurias dimittamus & beneficia demus. Quamuis autem ad præinducta implenda satis & super satis inflammare nos debeat bonitas dei, & eius preceptũ, consiliúmve ad ista, nihilominus Christus nostram non nesciens tarditatem, promissa proponit: imò & beneficia multo maiora nobis spondet reddenda: vt vel mercedis intuitu prouocemur, si tantæ perfectionis non sumus, vt ex syncero dei amore ista agere enitamur. Hinc subditur, [*Mensuram bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.*] Per omnem hanc circũlocutionem insinuatur, quod ineffabiliter copiosa erit retributio operum charitatis, ac pietatis in cælo: quæ retributio per mensuram exprimitur, quoniam præmium merito correspondet ac proportionatur, quemadmodum mensurato mensura: & quoniã deus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſecundum ſapientiæ ſuæ cenſuram omnia moderatur, atque in pondere, numero & menſura conſtituit vniuerſa. Quamuis autem iſta menſura efficienter detur ab vno deo, Chriſtus tamen pluraliter loquitur, dabunt, videlicet pauperes, quibus opera pietatis impenditis, quia illorum interuentione ac meritis partim datur hæc merces. Itaque menſuram bonam, id eſt, legitimam, ita quod non minus quàm debetur ſeu tribui decet præſtabitur: & confertam, id eſt, plenam & pinguem & coagitatam, vt per compreſsionem plus capiat: & ſupereffluentem, id eſt, tam abundantem & cumulatam, vt ſuper effluat vndique: dabunt in ſinum veſtrum, in ſinum vtique mentis in ſecretiſsimo cordis, in ipſo intellectu & voluntate, vt intellectus æternam veritatem contempletur, & ea reficiatur, voluntas ſumma bonitate fruatur. ¶ Præterea quadruplex bonum datur à deo propter opera pietatis, vtpote bonum fortunæ, hoc eſt, exteriores diuitiæ, quæ ſubiacent inſtabilitati fortunæ: ad iſta poteſt referri menſura bona. Alia ſunt bona naturæ, ad quæ refertur menſura conferta. Tertia vero ſunt bona gratię, ad quæ pertinet menſura coagitata. Quarta ſunt bona gloriæ, ad quæ menſura ſupereffluens ſpectat. [*Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis,*] hoc eſt, iuxta modum veſtræ actionis, ſeu ſecundum proportionem & gradum conuerſationis, ſeu meriti veſtri: vel prout aliis feceritis, erit menſura, ſeu modus, & gradus præmii veſtri, quia præmium merito correſpondet, magiſque penſatur ſecundum magnitudinem interioris affectus, quàm operis exterioris: iuxta quod in Marco ait Saluator, Quòd vidua quæ miſit duo minuta, plus omnibus miſit. Hinc in Ioanne dicit, In domo patris mei manſiones multæ ſunt, id eſt, diu erſi gradus præmiorum, ſecundum differentias meritorum. Et Paulus teſtatur, Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam. In Apocalypſi quoque habetur, Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et per Eſaiam dominus ait, In menſura contra menſuram iudicabo eam. ¶ Nec obſtat, quod pro temporali merito datur merces æterna, quod item dominus electos ſupra condignum remunerat, & reprobos citra condignum affligit, quia iſta menſuræ æqualitas, identitas, ſiue proportio conſideratur in genere, vt qui plus peccauit, plus puniatur: qui amplius meruit, glorioſius coronetur. Sed dicet aliquis, Si eadem menſura qua metimur, nobis remetietur: ergo, ſi iniqua menſura metimur, iniqua menſura nobis diuinitus remetietur. Sed iam patet huius ſolutio. Non enim ille eſt ſenſus, ſed quod ſicut fecerimus, fiet nobis, id eſt, retribuetur nobis ſecundũ exigentiam meritorum noſtrorum: & ſi nos fuerimus aliis immiſericordes ac duri, deus quoque erit nobis ſeuerus: quemadmodum Iacobus aſſerit, Iudicium ſine miſericordia erit ei, qui nõ fecerit miſericordiam. [*Dicebat autem illis,*] quibus ſermonem hunc fecit, præſertim diſcipulis ſuis, [*ſimilitudinem*] quæ ſubditur, [*Numquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?*] Hoc in corporalibus ita eſt: nec eſt ſimilitudo tantum, ſed veritas & res. Attamen Chriſtus hoc pro ſimilitudine dixit, quia per hoc aliud deſignauit, videlicet quod etiam in ſpiritualibus ita ſit, vtpote quod ille qui ſpiritualiter cęcus eſt mente, id eſt, ignarus, paſsionatus, ſeu vitioſus, non eſt idoneus regere ſeu per ſemitas æquitatis ad æternam beatitudinem ducere alios, ſed tam ipſi quàm ei ſubditi ſeu commiſsi cadunt nũc quidem in foueam, id eſt, vitiorum profunditatem, de qua in prouerbiis inducitur, Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit: deinde ruunt in lacum gehennæ, de qua ſæpius fertur in Ezechiele, Dormierunt cum his qui deſcendunt in lacum. atque in Pſalmo, Aeſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacum. Itémque Iob, Facies (inquit) ſuperborum in foueam demerge. His verbis Chriſtus diſcipulos ſuos omnéſque prælatos, doctores, & prædicatores edocuit, quod ſapientia diuinorum, ſcientia ſcripturarum, ſplendor virtutum, charitas mentis, ſint neceſſariæ eis ad hoc, quod aliis digne præſint: aliter ſeipſos alióſque præcipitant. Vnde qui paſsionatus eſt, & ex aliorum defectibus ſeu propter iniuriam ſibi illatam mox iraſcitur, indignatur, turbatur, alios ſimilibus morbis infectos non valet curare: ſed verbo & exemplo alios debet illuminare, & ſua humilitate, patientia, manſuetudine atque modeſtia, aliorum ſuperbiam, iram, inſolentiam, peruerſitatem curare. Itaque ridiculoſa, imò potius periculoſa res eſt ſpeculator cæcus, doctor inſcius, præco mutus, præcurſor claudus, prælatus negligens, rex iniuſtus, ideo ait Gregorius, Dum paſtor per vitiorum abrupta graditur, neceſſe eſt vt per præcipitium grex ſequatur. Siquidem paſtor ſe habet in populo, ſicut oculus in corpore. Vnde in Hieremia ſcriptum eſt, Quia ſtulte egerunt paſtores & dominum non exquiſierunt, propterea omnis grex eorum diſsipatus eſt. [*Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.*] Hoc generaliter ita eſt, loquendo de magiſtro, diſcipuloque formaliter, quia diſcipulus inquantum diſcipulus inferior eſt magiſtro, inquantum magiſter eſt: ſicut & pater eſt dignior filio, quamuis materialiter diſcipulus, id eſt homo qui eſt diſcipulus poſsit eſſe magiſtro ſuo potentior, altior, ſanctior, ingenioſior, imò & doctior. Si autem ſpecialiter per magiſtrum hoc loco Chriſtus intelligatur, qui in Matthæo ait, Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus, certum eſt, quòd magiſtro nullus diſcipulorum ſit maior, ſed omnes inferiores & imperfectiores ſunt eo, ſecundum quod deus eſt infinitæ virtutis, ſed & ineffabiliter inferiores ſunt eo ſecundum naturam aſſumptam. [*Perfectus autem omnis diſcipulus erit, ſi ſit ſicut magiſter eius,*] id eſt, ſi ei aſsimiletur per imitationem, aut conformetur per æqualitatem. Non tamen ſimpliciter erit perfectus, ſed perfectus in certo gradu, ſtatu, ſeu ordine, vtpote perfectus quoad id à ſuo diſcit magiſtro. Si autem per magiſtrum Chriſtus intelligatur, conſtat quod quanto quis hunc magiſtrũ plenius imitatur, eo vere perfectior inuenitur, imò huius magiſtri imitatio omniũ eſt chriſtianorum perfectio, Auguſtino dicente, Summa chriſtianę religionis eſt imitari quem colis. ¶ Porrò iſta loquutus eſt Chriſtus, vt ſeipſum proponeret diſcipulis in exemplũ. Quaſi dicat, cum ergo prędictas virtutes, præcepta, conſiliaq; impleuerim, aduerſarios diligendo, inimicis benefaciendo, & cætera quę dicta ſunt adimplendo, decet vt & vos diſcipuli mei hęc faciatis. Hinc in Ioanne ait, Exemplum dedi

Marci.12. Ioann.14. 2.Corin.9. Apoca.18. Eſaiæ.27. Iacob.2. Prouer.18. Ezech.31. Pſalm.87. Iob.40. Hiere.10. Matth.23. Ioann.13.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Rursúsque, Si me persequuti sunt, & vos persequentur: quia non est seruus maior domino suo. Vel præinducta hæc verba protulit Christus ad ostendendum, quod cæcus cæcum non valeat ducere, id est, prælatus insipiens alios regere, quia prælatus est velut magister subditorum suorum, ideo ipso errante, illi pariter errãt, nec perfectiores sunt eo, regulariter loquendo, quamuis deus electos suos non deserat, sed informet vnctione superna & directione angelica. Ioan. 15.

¶Deinde Christus hortatur vnumquemque ad sui ipsius custodiam, pariterque demõstrat per similitudinem aliam quod supra dixit, videlicet cæcum à sibi cæco duci, seu peccantem à simili emendari nõ posse, [*Quid autem vides festucam,*] id est, paruum & veniale peccatum consideras [*In oculo fratris,*] id est, in corde vel intentione seu aperto opere proximi tui, [*Trabem autem quæ in oculo tuo est,*] id est grande atque mortale peccatum quo cor tuum obtenebratur [*Non consideras?*] quasi dicat, Stultè te habes in hoc, quia (vt alibi Christus testatur) Quid proficit homo si vniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat? Ideo charitas debet esse ordinata, vt homo primo per charitatem sanet seipsum, & aliis exemplarem se præbeat: sicque idoneus sit eos arguere, ne in suis prædicationibus scandalizentur. Matth. 16. Marci. 8. Lucæ. 9.

B [*Et quomodo potes dicere fratri tuo,*] id est, proximo, [*Frater, sine*] id est, permitte patienter & sustine, [*Vt eiiciam festucam de oculo tuo*] id est, veniale peccatum de corde tuo per increpationem, castigationẽque auferam, [*Ipse in oculo tuo trabem non vidēs?*] id est, in proprio corde mortale peccatum nõ pensans. Tanquam dicat Saluator, O peccator sapienter & ordinate non potes hæc dicere, quoniam ordo charitatis requirit, vt primo animam tuam à magnis vulneribus cures, antequam alios à paruis læsionibus sanare adiicias. Teneris quoque te idoneum exhibere ad exequutionem tui officij ô prælate, vt scilicet deo obediendo & virtuose viuendo, non præsumptuose, sed ordinate tuum prosequaris officium. [*Hypocrita*] quia eo ipso quo alios de paruis reprehendis seu curare vis culpis, ostendis te zelatorem iustitiæ, charitatiuum ac virtuosum, & tuam pallias iniquitatem, cum tamen sis vitiosus & præsumptuosus: [*Eiice primum trabem de oculo tuo,*] id est, in primis per contritionem, confessionem, satisfactionem purga teipsum à tuis magnis excessibus, sicut teneris, non solum inquantum es Christianus, sed insuper quia aliis præsides aut prædicas: [*Tunc perspicies,*] id est, illuminatum mentis oculum habebis, [*Vt educas festucam de oculo fratris tui,*] id est, de minoribus eum peccatis expurges seu arguas. De ista materia super Matthæum multa conscripsi, nihilominus propter ipsius fœcunditatem addenda sunt pauca. Matth. 7.

¶Itaque quæritur primo an liceat peccatori & vitioso prælato, qui in mortalibus vitiis iacet, seu doctori aut prædicatori male viuenti prædicare, & alios increpare siue corrigere. Quod non apparet ex verbis Christi iam habitis.

C ¶Denique Thomas super quartum sententiarum affirmat, quòd qui non implet quod docet & prædicat, eo ipso mortaliter peccat, & pulchram rationem assignat ibidem.

¶Insuper Durãdus ait, quod sacerdos in omni actu sui officii quem facit indigne, videlicet in peccato mortali, peccet mortaliter, scilicet celebrando, confessionem audiendo, vel prædicando. Ambrosius quoque scribit, Iudicet de errore & culpa alterius qui in seipso non habet quod iudicet, nec cum de alio iudicat, in seipsum ferat sententiam. Sed & Chrysosto. Omnis (inquit) sacerdos qui vult docere populum, primo doceat semetipsum: alioqui nec alium reprehendat aut doceat. His authoritatibus multi consentientes, affirmant, quod si arguentis seu prædicantis aut iudicis peccatum sit publicum, & tamen reprehendit, docet, seu iudicat alium, peccat peccato præsumptionis, & scandali: si vero peccatum eius sit occultum, peccat per præsumptionem. Aliqui vero dicunt quod peccator aut corrigit vt prælatus alium, aut vt persona priuata. Si vt prælatus, tunc aut est peccator notorius: & sic corrigẽdo alium peccat tam scandalizando, quàm suum officium indigne exequendo: aut occultus, & tũc peccat indigne officiando, ideóque reprehenditur. Chrysost.

¶Porrò si corrigit vt persona priuata, non peccat nisi forsitan peccato scandali si notorius sit peccator: aliis tamen apparet quod etiam præsumptionis vitio maculetur. Thomas autem testatur, quod si peccatum prælati aut iudicis sit occultum, incumbátque ei ex officio iudicare siue arguere, potest cũ timore & humilitate hoc agere. Vnde & alii dicunt, quod si corde pœniteat, potest fratrem cũ humilitate arguere.

D ¶Sed circa hæc quæritur, quid ergo prælatus aut iudex huiusmodi faciet, quia siue corripiat vel doceat siue non, incurrit periculum, & sic videtur esse perplexus. Et respondendum, quod nequaquam perplexus est, sed in promptu habet consilium, inuenítque remedium, quia statim potest & debet pœnitere, & vitæ emendationem incipere.

¶Præterea patet, quod veniale peccatum comparatur festucæ, mortale trabi: quia sicut festuca leuior est trabe, sic veniale mortali. Et sicut festuca oculum corporalem non excæcat, sed turbat & aliqualiter lædit, trabs autem seu magna pars eius illum excæcat: ita veniale oculum interiorem non prorsus excæcat, sed turbat, mortale vero excæcat. Itaque qui proni sunt reprehendere alios, proniores sint

V reprehendere semetipsos, & patienter ferant dum ab aliis arguuntur. Sed videmus frequenter oppositum, imò quo aliquis magis se occupat considerando, obseruando, arguendo aliorum defectus, eo proprios defectus minus attendit, & alicuius virtutis se putat cum nihil sit, dúmque corripitur, indignatur aut conuitiatur. Ideo dicit Basilius, Non solum oculus corporalis exteriora videns super se visu non vtitur, id est, seipsum non intuetur, sed & ipse noster intellectus cum alienum velociter coniectat peccatum, lentus est circa propriorum perceptionem defectuum. Conuenit autem istud maxime doctoribus & prælatis secundum Theophilum: qui cum subditorum minima puniant, propria impunita relinquunt. Ideo Christus eos vocat hypocritas. ¶Postremò, qui alium vult corrigere, ista obser-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prouer.18. uet, In primis corrigat ſeipſum. quia vt Salomon loquitur, Iuſtus prior accuſator eſt ſui. Secundò, pie E
& manſuete hoc faciat, niſi forte quis quaſi incorrigibilis videretur, aut ſpecialis cauſa exigeret aliud.
Matth. 18. Ideo aſſerit Auguſtinus, Raro & non ſine magna neceſsitate obiurgationes ſunt adhibendæ. Tertiò,
ex zelo charitatis atque iuſtitiæ fiat hoc, non ex impetu paſsionis. Quartò, opportunitatem loci, tem-
poríſque perpendat, vt ſicut ait Saluator, præcedat ſecreta correctio. Deinde Chriſtus per quædã ſi-
milia probat, exemplisque pãdit, quod vitioſus atque hypocrita non ſit idoneus corrigere aliũ, quo-
niam opus virtutum vere non manat ab ipſo. [*Non eſt enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructus bonos.*] Hoc in arboribus ita eſt, etenim eo ipſo quo arbor vtiles profert fructus, bo
na cenſetur. Nulla quoq; arbor naturaliter mala eſt, quaſi natura eius ſit mala, ſed quędã mala. i. inutilis
appellatur, quæ fructus vtiles nõ producit. Arbor nãq; ad fructũ ſeu vtilitatẽ ex ea prouenientẽ finaliter ordi
natur. Ideo ſi malos proferat fructus, rite mala aſſeritur. Hinc ſubdit, [*Vnaquæque arbor de fructu ſuo cognoſcitur*,] quemadmodum cauſa cognoſcitur per effectum. Vnde ſi fructus ſint boni, arbor eſt bona,
quia effectus bonitatẽ à ſua cauſa ſortitur, bonitáſque effectus præexiſtit in cauſa, nec aliquid tribuit
alteri, quod non habet. Hoc conſequenter exemplariter declaratur, [*Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuas.*] Ideo dum quis in aliqua arbore inuenit ficus, concludere poteſt quod
ſit ficulnea: & vbi inuenerit botros, elicit quod ſit vitis. Sic ergo arbores ex ſuis fructibus dinoſcun-
tur. Sed Chriſtus iſta principaliter non protulit propter arbores vel de ipſis arboribus, ſed inquantum F
per eas homines boni ac mali figuraliter ſeu ſimilitudinarie deſignantur. Hinc præhabita quaſi expo-
nens adiecit, [*Bonus*]. i. virtuoſus ac ſapiẽs [*Homo de bono cordis ſui theſauro*]. i. de ſpirituali ſua opulentia,
puta de gratia gratum faciente, fide, ſpe, charitate, cæteriſque habitibus virtutũ atque donorũ, [*Profert bonum*,]. i. virtuoſas ac meritorias meditationes, affectiones, verba & facta ſeu opera. Habitus nanque
eſt quaſi altera natura. Virtus autem eſt habitus, qua nullus male vtitur, ſecundum Auguſtinũ. Ideo ſi-
cut natura eſt naturalium operationum principiũ: ita virtutes & dona proferunt germina virtuoſa iã
dicta. [*Et malus*]. i. vitioſus homo [*De malo theſauro*]. i. interiori malitia, de conſuetudine praua, de habi-
tu vitioſo [*Profert malum*]. i. vitioſa producit: quia affectus ſuæ cauſæ proportionatur, & qualis quiſ-
Matth. 12. que eſt, talia operatur: operatio quoque arguit formã. i. qualis ſit forma vnde oritur, pandit. [*Ex abũdantia enim cordis os loquitur*,] quia quod intus abundat, foris erumpit. Itaque ſi in corde regnet atque
abundet virtus & gratia, charitas atque deuotio, ex ore prodibunt verba diuina, virtuoſa ac ſancta: ſi
vero in corde abundẽt vanitas atque peccatũ, inania & iniqua verba ex ore procedent, quia & ea quę
ſunt in voce, ſunt earũ quæ ſunt in anima paſsionũ notæ. i. ſigna ſiue indicia. Ideo Seneca ait, Qualis
Ibidem. vir, talis eſt ſermo eius. Et iterum, Cordis imago eſt ſermo. Nam qualis ſit homo ex verbis perpendi-
tur. Ideo iuxta ſcripturam, Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis damnaberis. Dum ergo lo-
quaces, clamoroſi, contentioſi, pungitiuíve ſumus, quid æſtimari poteſt de nobis ab audientibus, niſi G
quòd diſſolutam, intimoratam, inquietam ac vitioſam mentem habemus? Hinc religioſi potiſsimum
Iacobi. 1. linguas ſuas refrenare tenentur, & hoc maxime corã extraneis ne ſcandalizentur. Propter quod in Ia-
Prouer. 29. cobo habetur, Qui putat ſe religioſum eſſe nõ refrenans linguã ſuã, huius vana eſt religio. Et in pro-
Pſal. 139. uerbiis Salomon, Vidiſtis, inquit, aliquem velocẽ ad loquendum, ſtultitia magis ſperãda eſt, quã illius
correctio. Atque in Pſalmo, Vir linguoſus nõ dirigetur in terra. Itaque per arborẽ homo deſignatur,
& per arborẽ bonã homo virtuoſus, per malã vitioſus. Quemadmodũ ergo arbor bona, quãdiu per-
manet bona, malos non poteſt producere fructus, nec arbor mala, vt talis, bonos poteſt fructus produ
cere: ſic homo virtuoſus inquantum huiuſmodi, mala non operatur, nec agere poteſt, quia nõ agit niſi
ſecundũ inclinationẽ, formam, habitũque virtutis ac gratiæ: malus quoq; ſecundũ quod vitioſus, nec
agit, nec agere poteſt bona. Veruntamẽ non eſt per omnia de arboribus & hominibus ſimile, quoniã
arbor ſolam naturæ ſequitur motionẽ: homo autem liberi extat arbitrii, ideo poteſt cõuerti atq; auer-
ti, ita quod virtuoſus poteſt fieri vitioſus, & contra, loquẽdo de eis materialiter & in ſenſu diuiſo, nõ
autem loquendo de eis formaliter & in ſenſu cõpoſito. Vnde elicitur in quo ſenſu iſtę ſint veræ, Su-
perbus nõ poteſt ſaluari. Amans deũ non poteſt perire, quia in ſenſu cõpoſito veræ ſunt. Superbus e-
nim vt talis, non valet ſaluari. Iuxta quẽ ſenſum multa in epiſtolis Pauli, cæteriſque legũtur ſcripturis,
2. Corin. 6. vt cum ait Apoſtolus, Neq; adulteri, neque fornicarii, neq; auari regnum dei poſsidebunt. Deniq; ſi-
cut ex abundantia cordis os loquitur: ſic ex eadem abundantia, manus, pes, & cætera mẽbra operantur H
atque mouentur, quoniã anima motrix eſt corporis, & corpus inſtrumentũ eſt animæ in agẽdo. Hinc
ſicut ex fructu cognoſcitur arbor: ſic ex actibus ſuis cognoſcitur homo. Vnde quod dicitur, Poten-
tiæ cognoſcuntur per actus & obiecta, verificatur non ſolum de cognitione potentiarum quo ad eſſe
naturale, ſed etiam quoad eſſe formale. Nihilominus quia hypocritæ & iniqui ac callidi multa mala o-
Matth. 7. perantur ſub ſpecie boni, quia ieiunãt, orant & cętera ex genere bono efficiunt, propter quod in Mat
thæo loquitur Chriſtus, Attendite vobis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium.
idcirco non ſemper cito & facile tales ex ſuis agnoſcuntur operibus, ſed ſępenumero cum grandi di-
ligentia diuturnitatéque temporis, ita quod finaliter cognoſcuntur. Porrò an homo ſit vere virtuoſus
præcipue perpendi ſolet, ſi patiens ſit in aduerſis, ſi non detrahat bonis, ſi laudẽ humanam nõ captet,
Eccle. 27. ſi honores in ipſo nõ varient mores. Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt, Vaſa figuli probat fornax, &
Prouer. 27. homines iuſtos tentatio tribulationis. In prouerbiis quoque fertur, Quomodo probatur in cõflatorio
argentũ, & in fornace aurũ: ſic probatur homo ore laudantis. Inſuper ſicut in corporali theſauro ſunt
argentum, aurũ & gemmæ, pretioſæq; veſtes, & herbæ atq; vnguenta: ita in ſpirituali theſauro eſt au-
Apoc. 3. rum, videlicet charitas & ſapientia: de quo auro ſcriptum eſt in Apocalypſi, Suadeo tibi emere aurum
Pſalm. 11. ignitum, probatũ, itẽ argentũ. i. ſcientia & eloquentia: iuxta illud Pſalmiſtæ, Eloquia domini, eloquia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A casta, argentum igne examinatū. Gemmæ sunt præstantissimā septē dona spiritus sancti, quibus anima consolidatur in deo. Vestes pretiosæ sunt virtutes, quibus anima decoratur: iuxta illud Esaiæ, Induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundabit me. Herbæ sunt vita exemplaris, bōnáque fama, sicut ait Apostolus, Christi bonus odor sumus in omni loco. Vnguēta sunt opera pœnitentialia ac salutis remedia, quibus animarum sananda sunt vulnera. [*Quid autem vocatis me domine, & non facitis quæ dico?*] quasi dicat, Inutiliter me dominū vocatis & ingeminatis, dum mihi non obeditis. Hoc ait Saluator, ne quis abundantiam verborum putet sufficere ad salutem, quia iam dixit, Ex abūdantia cordis os loquitur, & itē vt doceat nos quod obseruātia præceptorū sit ad consequutionē salutis necessaria: sicut & alibi ait, Si vis intrare ad vitam, serua mandata. Vnde qui Christum nominat suū dominū, nec tamen ei obedit, mentitur, & similis est arbori, folia, non fructū portanti, quia de ratione serui est domino deseruire, & obedire: ideo per Malachiā deus loquutus est, Seruus timet dominū suū: si ergo dominus ego sum, vbi est timor meus? Hinc malus & impius Christianus grauius damnatur quā infidelis, quia magis ingratus est, & de ignorantia excusationē nō habet. Nec hoc verbo Saluatoris repugnat quod ait Apostolus, Nemo potest dicere dominū Iesum, nisi *in* spiritu sancto: accipit enī dicere, stricte ac proprie, pro expressione attenta & affectuosa, quæ charitatē exigit. Deinceps ostendit Saluator quæ sit vtilitas obediendi præinductis suis præceptis, seu acquiescendi præfatis consiliis.

B [*Omnis qui venit ad me.*] hoc Christus de corporali accessu auditorū suorum dicere potuit: nunc autē de spirituali accessu exponitur, quo per fidē, charitatem, contemplationē, deuotionē accedimus Christū. [*Et audit sermones meos*]. i. documēta, consilia, & præcepta quæ dixi auribus corporis & animæ obsculTando, quādo ab homine proferuntur: vel solis interioribus auribus, dum per diuinā alloquutionē seu angelicā inspirationē intus dicuntur: iuxta illud in Psalmo, Audiā quid loquatur in me dominus deus. [*Et facit eos*]. i. opere implet, quod non solū de opere exteriori, sed & interiori quoque actione intelligi debet, quia præceptū charitatis per interiores actus præcipue adimpletur. Sic quoq; accipit Christus opus in Ioanne, dicens, Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. Sic etiam accipiendū est opus, dum scriptura testatur vnumquēque secundū sua opera accepturū à deo. Cōstat enim quod in interioribus actibus ratio meriti atque demeriti magis cōsistat, ideóque secūdum istos maxime remuneratur homo à Christo. Itaque audire verbū dei ordinatur ad operari, quia vt dicit Iacobus, Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. [*Ostendam vobis*]. i. docebo, [*Cui similis sit,*] in prudentia & exercitio eius, [*Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum*]. i. in profundum. Altum quippe in scripturis pro profundo accipitur, sicut in Psalmo, Veni in altitudinē maris. Et in Ioanne, Puteus altus est. [*Et posuit fundamenta domus super petram*]. i. super solidum, saxosúmque locum, [*Inundatione autem facta*]. i. aquis abundanter confluentibus, [*Illisum est flumen domui illi*]. i. cum impetu parietes domus cōcusit, [*Et non potuit eam mouere*]. i. lædere siue destruere, [*Fundata enim erat supra petram,*] ideo fortis fuit

C & stabilis: quemadmodum ergo talis ædificator egit prudenter, ac fructuosē, nec passus est damnum structuræ, sed in ea à fluuiorum subuersione est præseruatus: ita qui verbis Christi obedit, spiritualem domum, id est, conscientiæ suæ secretum mentísque thalamum, vel virtutum ædificationem, bonorūque actuum compaginationem ac nexum, fundat supra petram, id est, stabile fundamentum, videlicet Christum: de quo ait Apostolus, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Et item, Petra erat Christus. Vel fundamentū illud est fides, timor, siue humilitas. Talis quoque fodit in altum, id est, seipsum profunde considerat, nouissima prouidet, terrenas atque carnales affectiones de sui eiicit agro cordis. Cúmque abundantibus persequutionibus, aduersitatibus, tentamentis irruerit super eum flumen, id est, abundantia tentationū, non prosternetur, nec structura virtutum suarum deiicietur, sed virtute & gratia Christi, cui innititur, resistet ac prævalebit atque saluabitur. Porro spiritualiter homo cui obedientes assimilantur, est ipsemet Christus, qui domum, id est, ecclesiam ædificauit supra petram, id est, fidei firmitatem, vel super seipsum, quemadmodum ait, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: Fodit quoque in altum, id est, in profundo humilitatis ac paupertatis, à quo sermonem præscriptum exorsus est, & præceptis humilitatis vana ac tumida de cordibus eiecit fidelium. Huic itaque assimilantur fideles, qui domini sui sequuntur vesti-

D gia. Qui enim se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, vt Ioannes ait. [*Qui autem audit*] verba mea, [*Et non facit*] quæ docui & præcepi, [*similis est homini ædificanti domum suā super terram, sine fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna,*] tanto vtique maior, quo stabili fundamento amplius catuit. hoc in exterioribus ita est, atque ad literam planum est. Tali igitur stulto ædificatori assimilatur, qui verba diuina, quę audit aut scit, opere non obseruat. Domum etēnim suam, hoc est, operum suorum congeriem, vitiorum molitionem, cōscientiam, mentem seu intentionem, ædificat super terram, id est, terrenorū amorem, & super ista transitoria, carnalia & caduca, in quibus nulla est vera stabilitas: ideo fundamento caret virtutū, nec Christo innititur. Hinc fluuio, hoc est, abundantia tentationum irruente in eum, mox cadit & vincitur, fitque magna ipsius ruina, quia spiritualiter destruitur, imò & annihilatur: ita vt omni esse gratiæ ad promerendum idoneo spoliatur, atque à deo vt nihilum reputatur, & vsque ad inferni profunda dilabitur. Magna ergo est ruina, qua homo corruit per peccatum, quoniam rationalis anima spiritualiter moritur, ab altitudine charitatis & gratiæ præcipitatur, in vitiorum voraginem mergitur, felicitate quoque priuatur cælesti, & calamitate obruitur æterna ac infernali. Postremò per hominem stultē ædificantem, cui alii assimilantur, intelligi potest negligens pastor, vitiosus prælatus, prædicator & doctor non operosus, qui domum suam. i. propriam conscientiam seu gregem sibi commissum ædificat super terram, secundum sensum expositum. Talis quoqu e præsidens dū carnalis est, terrenáque sapit;

Esaiæ. 61.
1. Corinth. 2.
Matth. 19.
Malach. 1.
1. Cori. 12.
Psalm. 84.
Ioann. 6.
Psalm. 22.
Iacob. 4.
Psalm. 68.
Ioann. 4.
1. Corin. 1.
1. Cori. 10.
Matth. 16.
1. Ioann. 2.
Eccle. 10.

recte terra vocatur, quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est, Quid superbit terra & cinis? Cumque eis quibus præest aut prędicat persuadet vt ipsum sequantur, ædificat eos super terrã, hoc est, sibi per seipsum, & opera atque exempla iniqua & vana: propter quod domus talis, seu cõgregatio illa tẽtationibus omnino deiicitur: iuxta illud prophetæ Iob, Qui habitant domus luteas, & terrenũ habent fundamentum, consumẽtur velut à tinea. Et in Ecclesiastico, Secũdum iudicem populi, sic & minister eius. Et qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

Iob.4.
Eccle.10.

E

¶Elucidatio Cap. VII. [*Cum autem implesset omnia verba sua.*]

Articulus XVII.

QVoniam in præcedenti capitulo describit Euangelista mirabilem, seu supernaturalem & inditam Christi doctrinã: deinde narrat præclara eius miracula, soli diuinæ possibilia potestati, quibus ostenditur doctor talium documentorũ vere à deo loquutus, dum eis deus ita testimoniũ perhibet, atque ad suæ cõfirmationem doctrinæ talia operatur, imò & ipse Christus verus deus esse probatur, dum propria virtute imperialiq; modo talia efficit signa. [*Cum autem implesset*,] .i. perfecte protulisset [*Omnia verba sua*,] præcedenti scripta capitulo, [*In aures ple*

Lucæ.6.

F

bis,] distincte enim, facunde ac intelligibiliter loquebatur, quorũdam etiam audientium non solum corporales aures impleuit, sed & interiores instruxit, ita vt verba dei fructuose hauserunt. [*Intrauit in Capharnaum.*] Primo tamen sanauit leprosum, vt Matthæus habet. [*Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus*,] hoc est, letaliter infirmabatur, fuitq; paralyticus, secundum Matthæum, & de infirmitate illa obiisset, nisi Christus impendisset ei suffragium. Fuit ergo moriturus, secundum causas inferiores, naturales & proximas, quia mortifera fuit eius infirmitas: iuxta quem modum quarto Regum legitur Esaias Ezechiæ loquutus, Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Porrò secundũ causam superiorẽ, scilicet prouidentiã dei, & virtutẽ, pietatẽque Christi fuit curandus. [*Qui illi erat pretiosus*,] hoc est, valde charus, ideo solicitus fuit pro eo, quasi pro filio, & quasi pro semetipso, implens illud Sapientis, Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. [*Et cum audisset de Iesu*] .i. famã Christi in sapientia, potestate, pietate & miraculis, & quod intrasset Capharnaũ. ¶Denique Centurio non est proprium nomen personę, sed nomen dignitatis siue officij. Dicitur nanque Cẽturio, qui centũ sub se milites habet: quemadmodũ quinquagenarius, qui quinquaginta milites habet sub se: decurio, qui decẽ: quaternio, qui quatuor. Fuit autem iste Cẽturio natione Gentilis, & ab Imperatore Galilææ præfectus in certis negotiis, vel ad eius custodiã deputatus. [*Misit ad eum seniores Iudæorum*] in Capharnaum habitantium, [*Rogans eum, vt veniret & saluaret seruum suum ab infirmitate.*] Dicunt aliqui q̃ Centurio non rogauit Christum, vt veniret ad seruum curandũ, quia infra habetur, non sum dignus vt intres sub tectum meũ. Veruntamen, quia Euangelista manifeste hic ait, q̃ rogauit Iesum vt veniret, potius reor, quod primo rogauit, vt Christus veniret: sed postea maiestatẽ Christi profundius pensans, reputauit se eius aduentu indignũ. Necverbis Lucæ obuiat quod in Matthæo legitur Centurio Iesum accessisse atque rogasse. Hoc nanque fecisse asseritur, quia per suos amicos id fecit. Misit quoq; seniores Iudæorũ cũ propter reuerentiã christi, tum vt per illos facilius exaudiretur, quia senes magis sunt honorandi & audiendi, tum propter magnitudinẽ causæ: pro magna etenim re rogauit, ideo magnos direxit legatos. Cur autẽ personaliter nõ accesit, ipsemet post pauca fatetur. [*At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum solicite*] .i. diligenter, [*Dicentes ei, Quia dignus est vt hoc*] .i. serui curationem [*Illi præstes, diligit enim gentem nostram.*] forte ideo dilexit Iudęos, quia vidit eos vnius summi, veriq; dei cultores, & honestiori religioni deditos, quã gentiles quos nouit, vel quia inter Iudęos morando didicit quãta beneficia deus populo illi cõtulerat, & quã magni sancti, videlicet prophetę ac patriarchę inter illos fuerũt. [*Et synagogam ipse ædificauit nobis*] .i. suis fecit ædificari expensis. Synagoga vero hic dicitur domus cultus diuini, ad quã confluxerunt Iudæi, nõ ad sacrificia offerenda, quia hoc extra Hierusalem non licebat templo constructo & stante: sed ad orandum, laudandúmque deum, & ad legendum ac audiendũ libros legis ac prophetarum, has duas causas allegant hi seniores, tanquam dicant, Cum diligat gentẽ nostram, cuius tu membrũ siue suppositũ es, patet quod diligat te, debeásq; eum diligere, tum quia te amat, tũ amore populi tui. Rursus quia tu cęteris religiosior es, propter hoc præcipue debes ei affectum atque effectũ charitatis impendere, quoniã domũ cultus diuini cõstruxit. Apparet quoque ex circunstantia huius euangelicę lectionis, quod Cẽturio fuit effectus proselytus. i. ad Iudaismũ conuersus, vel saltem idolorum relicta cultura vnius veri dei cultor effectus, quia synagogam construxit Iudæis, sicut neciam aliquis ædificaret Christianis ecclesiam, nisi coleret Christũ. [*Iesus autem ibat cum illis*,] non quia absens curare non potuit, sed ne seruum visitare videretur despicere: sed humilitatis daret exẽplũ & charitatis, ne & nos proniores simus visitare diuites ęgrotantes, quã pauperes, præsertim cum pauperes solatio atque subsidio magis indigeant. Hinc Christus ad filiũ Reguli pergere recusauit, vt patet in Ioanne. Insuper iuit cum illis, ne preces rationabiles seniorum videretur abiicere, & præsertim quia cor Cẽturionis intuebatur: vnde propter eius fidẽ, humilitatem, deuotionem, prudentiã, dilectionem tam promptus fuit ei impartiri quod petiit. Quemadmodũ autẽ Iudæi tam solicite rogauerunt pro centurione: ita & nos Christum in cælis regnantem solicite orare debemus pro benefactoribus & amatoribus nostris, ac populi nostri, præsertim pro his qui cultũ augent diuinum, aut necessaria ad obsequium dei ministrant. [*Et cum iam non longe esset (Iesus) a domo*] Cẽturionis. Secundum humanitatem quippe conuenit Christo distare, appropinquare, transire localiter,

Matth.8.
4.Reg.20.
Eccle.33.
Matth.8.
Ioann.4.

G

H

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A qui vt deus nu ſquã deeſt, & o mnia implet, imò ipſis illabitur eſſentiis rerũ, [*Miſit ad eum Centurio amicos dicens, Domine n oli vexari*].i. vſque ad domum meam venire, ex quo acceſſu corporaliter poſsis laſſari, quemadmodũ apud Ioan nem legitur factum, cum dicitur Ieſus fatigatus ex itinere. [*Non enim dignus ſum vt ſub tectũ meum*].i. in domum meam. [*Intres,*] quia peccator ſum, & aliquãdo idola colui. Sic & Petrus dicebat, Exi à me, quia homo peccator ſum, domine, [*Propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te.*] Quia ego indignus ſum tibi cõiungi, nõ preſumpſi venire ad te. Sciebat quoq; Centurio, quod Iudæi deteſtarentur communicare cũ gentibus. Quoniam ergo vidit Chriſtum cũ ctis Iudæis tam præfulgentem in ſanctitate, ſapientia & virtute, putauit ſe eius acceſſu indignum. [*Sed tantum dic verbo*] id eſt præcipe, [*Et ſanabitur puer meus.*] in quibus verbis oſtenduntur humilitatis profunditas, ac fidei magnitudo in Centurione. Porrò ſeruum ſuum nominat puerum: vel propter dilectionem ad eum: iuxta illud Eccleſi. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua: vel quia conſuetudo eſt, tam ſcripturis diuinis, quàm in modo loquendi multorum, vt ſerui pueri appellentur. Quemadmodum in libris Regum loquitur Dauid, Fuerunt vaſa puerorum ſancta. ¶ Quæritur quomodo Centurio habuit tantam fidem de Chriſti dignitate atque potentia? Et reſpondendum probabile eſſe quod audiuit famam miraculorũ Chriſti, & quam imperioſe ac ſubito paulo ante curaſſet leproſum: Hiere. 23. Ioãnis. 4. Lucæ. 5. Eccle. 7. 1. Reg. 21.

B forſitan etiam à Iudæis audiuit aliquid de aduentu Meſsiæ: & rurſus, quomodo aliqui dicerent Ieſum eſſe Meſſiam. Veruntamen ſecundum Ambroſium & Bedam, potius ex inſpiratione diuina fuit in eo fides huiuſmodi, ſicut & cæteræ virtutes ipſius. Videtur quippe fuiſſe vir religioſus & bonus, quemadmodum de Cornelio Centurione in Actibus fertur. Deinceps oſtẽdit per locum à maiori, quòd Ieſus ſolo imperio etiam abſens poſſet ſanare, [*Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus,*] imperatori ac præſidi, tribunóque ſubditus, [*Habens ſub me milites,*] centum poteſtati meæ ſubiectos, [*Et dico huic, vade, & vadit: & alió, veni, & venit*] id eſt vni militi iubeo perge illuc: alteri veni huc, moxque obedi unt, [*Et ſeruo meo (iubeo) fac hoc, & facit,*] id eſt quicquid ei præcepero, ſtatim obtem perat. Poſt expreſſionem autem militum nominat ſeruum, quia prẽter milites habebat & alios domeſticos famulos, quẽ admodum in Actibus legitur Cornelius Centurio vocaſſe duos de domeſticis ſuis & militem vtique vnum. Denique his verbis innuebat Centurio, quod multo plus Ieſus ſolo poteſtatis ſuæ imperio, aut etiam angelorum miniſterio poſſet ſanitatem conferre, ita quod ægritudo eo imperante diſcederet, ſanitasque accederet. [*Quo audito Ieſus miratus eſt*] magnitudinem fidei & ſapientiæ Centurionis, quod ſcilicet Chriſti intelligeret maieſtatem. Quomodo autem in Chriſto fuerit admiratio, ſuper Matthæũ diffuſè tractaui, & nunc breuiter tangam. Itaque qui in Chriſto non ponunt ſcientiam aliquam acquiſitam, dicunt in eo non vere fuiſſe admirationem, cum, iuxta Damaſcenum, admiratio ex imaginatione ſubito oriatur. Chriſtus autem ſecundum iſtos omnia ab exordio incarnationis, tam præterita quã Actu. 10. Matth. 8.

C præſentia ac futura nouit, & intuebatur in verbo, imò & per ſciẽtiam habitualem inditam ſeu infuſam, ideo nil improuiſum aut ſubitum fuit in eius apprehenſione. Sed quòd miratus aſſeritur, intelligendũ eſt, quòd habitum, ſeu apparatum prætendebat mirantis, ita quod miratio fuit in ſigno & apparentia, non in anima, nec quo ad ſtuporem de nouo imaginantis: quæ apparentia non fuit inutilis aut decepto ria, ſed fructuoſe, rationabilitérque aſſumpta: quia ad hoc, vt Chriſtus doceret admirari debere fidem Centurionis, aliorúmque miram conuerſionem, & Iudæorum incredulitatem. Hinc Beda ait, Quis in Centurione fecerat ipſam fidem, niſi Ieſus qui mirabatur? Sed etiam ſi alius illam feciſſet, quid miraretur, qui præſcius erat? Quod ego miratur dominus, nobis mirandum eſſe deſignat. Omnes enim tales motus, cum de deo dicuntur, non perturbati ſigna ſunt animi, ſed docentis magiſtri. Alii ponentes in Chriſto ſcientiam acquiſitam, dicunt quod fuit in eo vere miratio, ſecũdum iſtam ſciẽtiam: quia ſic fuit in eo aliquid de nouo cognitum prius incognitum quoad iſtum modum habitúmve ſciendi, ex cuius apprehenſione recenti admirabatur. [*Et conuerſus ſequentibus ſe turbis, dixit,*] conuertendo faciem ſuam corporalem ad eas [*Amen*] id eſt vere [*Dico vobis*] hoc eſt, ad veſtrã inſtructionem, humiliationẽ ac vtilem confuſionem, quæ pœnitentiam parit, [*Nec in Iſrael tantam fidem inueni.*] hoc rurſus difficultatẽ ſortitur, non enim fides centurionis maior fuit fide virginis glorioſæ, aut Ioſeph ſponſi ipſius: nec iterum maior fuit fide Ioannis Baptiſtę & parentum ipſius, aut Symeonis & Annæ. Ad quod multiplici ter reſpondetur. Primò, quoniam multitudo dicitur aliqua agere, vel non agere, quando principales, Matth. 8.

D aut maior pars eius hoc agit, ſiue non agit. Quoniam ergo maior pars & principales Iudæorum fuerũt increduli, Chriſtus ait ſe in Iſraël, id eſt populo Iudæorum tantam fidem non reperiſſe: imò quia credentes ex Iudæis comparatione aliorum pauciſsimi erant, & quod modicum eſt, pro nihilo reputatur, Chriſtus præfato loquutus eſt modo. vel facilitate credendi, prẽfertur fides Cẽturionis. Aliqui quoque affirmant, quod Chriſtus ſumit hic Iſraëlem pro ſynagoga, ſecundum quod illa à primitiua diſtinguebatur eccleſia, ad quam prẽfati ſancti ac chriſti diſcipuli pertinebant. Alię ſolutiones poſitę ſunt ſuper Matthęum. Plane autem loquendo apparet: quod Chriſtus nil aliud voluit dicere, quàm quod in communi Iſraëlitica plebe, ſeu populo illo communiter non tantam inuenerit fidem. [*Et reuerſi qui miſſi fuerant a Centurione domum*] ipſius, [*inuenerunt ſeruum, qui languerat, ſanum.*] quia vt in Matthęo habetur centurioni loquutus eſt Ieſus, nõ vtique ore ad os, ſed per internũcios, Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. & ſanatus eſt puer in illa hora. Moraliter per Centurionẽ exprimitur quicũque bonus prẽlatus, fidelíſque prĩceps, cuius ſeruus ſeu puer. i. quicũq; ſubditus ſpiritualiter infirmatur, turbatur, tẽtatur ita vt niſi ei gratia dei ſubuenerit, protinꝰ morietur in anima, incidendo peccatum mortale, deinde ęternam mortẽ gehennæ. Pro tali ergo infirmo & paſsionato ſolicitet qui prẽſidet, & ſi ſeipũ cẽſet ad orãdũ ꝓ peccatore tali indignũ, deuotos & religioſos dirigat, & inducat ad interceſſiõnẽ ꝓ lãguido: tũcq; Saluator vidẽs prẽlati ſeu prĩcipis fidẽ, humilitatẽ, & charitatẽ, interceſſorũ quoque inſtantiã, gratioſè Matth. 8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſuccurret.¶Rurſus per Centurionẽ intelligitur intellectus, cui centũ milites, hoc eſt, vniuerſitas bonarum ac fortiũ meditationũ atq; affectuũ parent, dum ad eius imperium oriuntur & conquieſcunt, qui dum vires animæ habuerit reformatas, dicit huic cogitationi, affectioni ſeu actioni, veni, & venit: quia ad eius præceptum, cogitatio ſeu affectio, vel actio bona ſibi ineſt, aſsiſtit, cohæret: alteri vero dicit, vade, & vadit, quia nunc vni actioni virtuoſæ, nunc alteri oportet inſiſtere, vnde ſæpe bonæ cogitationi ſeu actioni virtutis vnius iubendum eſt, vt alteri cedat. Inordinatis vero actibus interioribus & exterioribus iubendum eſt vt recedant. Porrò, ſeruus languens & paralyticus moriturus, eſt appetitus ſenſitiuus vehementer infectus, & paſsionibus, niſi Chriſtus auxilietur, ſubdendus, pro cuius reformatione orare debet intellectus, & ſeniores Iudæorum ad orandum tranſmittere, id eſt confeſsiones propriæ culpæ, ac laudis diuinæ, quarum merito Chriſtus opem impendet. Poſtremò ſi Centurio tantam charitatem, humilitatem, conatum, ſolicitudinemque monſtrauit, pro ſananda corporali ægritudine ſerui: quanto amplius oportet prælatum & patrem, pro curandis vitiorum languoribus in ſubditis, ſeu filiis ſuis hæc agere? Aliam moralitatem poſui ſuper Matthæum. [*Et factum eſt deinceps.*] id eſt poſt ſanationem ſerui Centurionis, quamuis non immediate poſt illam, ſicut ex aliis Euangeliſtis probatur. [*Ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim,*] quæ fuit ciuitas parua, duobus miliaribus diſtans à monte Thabor, ſecundum Bedam. [*Et ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa.*] quotidie etenim creuit fama & magnificentia Chriſti, ita quod frequenter multa mĩlia comitabantur eum, & diuerſis ex cauſis, diuerſi ſecum pergebant, vt dictum eſt: maxime tamen confluebant ad eum, propter incomparabilẽ excellentiã atque frequẽtiã eius in faciendis miraculis, quia per miraculoſos effectus cor hominis maxime attrahitur, concutitur, vincitur & mouetur. [*Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis*] Naim [*Multa*] fuit [*Cum illa*] pergente ad ſepelitionem filii ſui. Narrat autem ſanctus Lucas tam diſtincte rem iſtam ad maiorem veritatis certificationẽ. [*Quam cum videret dominus*] oculis corporalibus ac interioribus, & benigniſsimo cõ paſsionis affectu.¶Attende quod in ſcripturis non ſolet quis abſolute dominus appellari, præſertim à ſanctis, niſi verus deus, qui per Eſaiam teſtatur, Ego dominus, hoc eſt nomẽ meum. Et in Pſalmo, Dominus nomen illi. quoniã ergo Euangeliſtę præſertim Lucas, Chriſtum frequenter dominum nominant, inſinuãt, quod ipſe verus ſit deus. [*Miſericordia motus ſuper eam*] hoc eſt, viduę cõpatiens. Fuerunt nãque multę atque fortiſsimę rationes cõpatiendi viduę illi. Primò, quia in maximo fuit conſtituta dolore propter mortem vnici filii ſui: quẽadmodũ enim nil charius vnico filio, ſic dolor de morte ipſius intenſiſsimus exiſtit. Propter quod in Hieremia habetur, Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarũ. Zacharias quoque, Dolebunt ſuper eum, ſcilicet Chriſtum, ſicut doleri ſolet ſupervnigenitũ. Secũdò, quoniam talis amor ad vnicum filium maximus conſiſtit in vidua, quia viri eſt deſtituta ſolatio, idcirco dolor eius de vnigeniti morte vehementiſsimus eſt. Tertiò, quia vidua eſt perſona multum miſerabilis, quemadmodum orphanus & pupillus ac peregrinus & pauper. Ideo fertur in Pſalmo, Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet. Et in Deutero. x. capitulo, Dominus deus veſter facit iudicium pupillo & viduę, amatq; peregrinum. Item in Eccleſiaſtico, Nónne lachrymę viduę ad maxillam deſcendunt, & à maxilla aſcendunt vſque ad cælum? Hinc crudelibus iudicibus Eſaias improperat, Cauſa viduę non ingreditur ad eos. Hinc itaque Chriſtus miſericordię viſceribus ineffabiliter affluẽs, miſertus eſt viduę huic, de vnici filii amiſsione, præſertim cum & ipſe vnicus eſſet ſuæ dulciſsimę filius genitricis, & ſciret quantum diligeretur ab ea, & quantum de futura ſua morte & paſsione illa eſſet contriſtanda, ploratura & affligẽda. Quartò quoniam filius viduę in adoleſcentia ſua fuit defunctus, ideo plus fuerat condolendũ. Adoleſcentum enim mors miſerabilior eſt, quia in flore ætatis ſuę fuerunt, & cum grandi labore ac ſolicitudine parentum ad iſtam ętatẽ perducti ſunt. ¶Inſuper adoleſcentes ſolent eſſe ad mortẽ minus diſpoſiti, quoniam homines in illa ętate conſueuerunt eſſe laſciuiores, inſtabiliores & minus experti. Propter quod in Eccleſiaſte Salomõ loquitur, Adoleſcẽtia & voluptas vana ſunt. In Prouerbiis quoque profitetur, q; via viri in adoleſcẽtia ſua ſit ſibi ignota. [*Dixit illi*] viduę deſolatę, verbum bonum, verbũ conſolatorium, [*Noli flere*] quia cauſa fletus iã tolletur à te, & cauſam copioſam gaudendi habebis tanto maiorem, quanto inopinatiorem. [*Et acceſsit & tetigit loculum*] hoc eſt repoſitoriũ ex animis corporis [*Qui autem portabant, ſteterunt*] ſperantes q; Ieſus nõ fruſtra talia diceret, ſicque accederet, [*Et ait, Adoleſcens tibi dico,*] hoc eſt, diuina ac propria poteſtate omnipotenti prẽcipio, [*Surge,*] i. reuiuiſce, & ſigna vitę oſtende ſurgendo ac ambulendo.¶Quęritur, cur Chriſtus dixit, Surge. quando enim verbũ hoc protulit, adoleſcens adhuc mortuus fuit, ergo non fuit tunc adoleſcens. Et reſpondendum, quod in ſcripturis multotiẽs ponitur pars pro toto, & totum pro parte, quemadmodum in Ioanne legitur, ibi videlicet, In ſepulcro poſuerunt Ieſum, & Maria Magdalena ait, Tulerunt dominum, ſcilicet de monumẽto: ita & Chriſtus nomine adoleſcentis intelligere potuit corpus eius, cui iuſsit iterũ animari, ſeu viuificari, vel animã eius, cui iuſsit corpori rurſus vniri, vel vtrunq; quãuis ſeparatim ad inuicẽ, iubens illud cõiungi. [*Et reſcdit qui erat mortuus,*] hoc eſt, protinus reuixit ſeque erexit, ac ſedit ſuper inſtrumentũ quo portabatur, [*Et cœpit loqui*] in ſignum quod vere reuixit. [*Et dedit illum matri ſuæ,*] hoc eſt aſsignauit eum ſuę matri viuentem, vt cum eo lęta rediret ad domum, quemadmodum Helias ſuſcitato filio viduę, dixit, En viuit filius tuus, vt legitur in Libris Regum. Similiter egit & Heliſeus, cum filiũ Sunamitis ſuſcitaſſet.¶Deniq; ſicut alii infirmi à chriſto curati mox plenarie reſtituti ſunt ſanitati ac robori naturali, vt patet de paralyticis, quibus curatis, ſtatim præcepit proprios lectos deferre: ſic credo quod adoleſcens hic ſuſcitatus, ſtatim ſanus & fortis proceſſerit: opera nanque Chriſti perfecta fuerunt, quemadmodum Moyſes in Deuteronomio teſtatur, Dei perfecta ſunt opera. hinc creditur Chriſtus adoleſcẽtẽ iſtũ etiã ſpiritualiter ſuſcitaſſe, hoc eſt, à vitiis emundaſ-

Eſaię. 42. Pſalm. 67. Hiere. 6. Zacha. 12. Pſalm. 145. Deute. 16. Eccle. 11. Eſaiæ. 1. Eccle. 11. Proue. 30. Ioãnis. 19. Ioann. 20. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Marci. 2. Ioannis. 3. Deuter. 31.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A se, si quæ habuit. quod si in mortali peccato discessit, magnificentior fuit suscitatio ista, eo quòd animam de pœnis inferni abstraxit, ad quas tamen tunc nondum absolute adiudicatus fuisset [*Accepit autem omnes timor*] hoc est, vniuersos qui istud conspexerunt miraculum timor inuasit. qualis fuerit iste timor, & de causis eius patet ex dictis. Non enim fuit directe & proprie timor afflictiuus, & desolationem inducens: sed fuit timor admirationis ac reuerentialis, consolationem & grandem iucunditatem habens admixtam. [*Et magnificabant*,] id est magnum, glorioſum, potentem deum esse profitebantur: quia ex affectu tam miraculoso, supernaturali & inclyto, omnipotentiam dei pensabant, laudabant & honorabant, vnde & gratia miraculorum, sicut & cęteræ gratiæ gratis datæ ordinantur ad aliorum vtilitatẽ, videlicet ad ędificationem eorum in fide atque reuerentia dei, sicut ait Apostolus, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. [*Dicentes, Quia*]. i. quod [*Propheta magnus*,] hoc est, magnæ sanctitatis & potestatis, [*Surrexit in nobis*,] id est inter nos apparuit ac perfulsit. quamuis enim nondum putarent Iesum esse deum, non tamen dubitabant, quin diuina virtute feciſſet hoc signum: ideo deum principaliter collaudabant, Iesum vero tanquam dei ministrum, per quem & cuius sanctitate ac meritis deus feciſſet tantum prodigium. ¶ Denique in isto miraculo modus agendi mirabilior fuit quam opus, quòd scilicet Iesus tam imperialiter, ac repente fecit hoc signum. Non enim Helias aut Helisæus 3. Regũ. 7.
taliter mortuos suscitauerunt, sed instanter orando, & super defunctos procumbendo. Porrò per Pro- 4. Reg. 4.
B phetam magnum aliqui putant eos intellexisse Prophetam, de quo per Moysen dominus dixit, Prophetam suscitabo eis de fratribus eorum tanquam te: sed hoc literaliter de Christo prædictum est, vt Deuter. 8.
ipsemet docet. Aut ergo illi Iudæi scripturam illam intellexerunt de Christo prænunciatam, quo dato confessi sunt Iesum esse Messiam, quemadmodum Samaritani apud Ioannem, dicentes, Quia hic est Ioannis. 4.
vere Propheta, qui venturus est in mundum: aut de alio aliquo præcipuo vate, & sic non intendebant asserere quod Christus esset Messias: potius tamen reor, quod nomen Prophetę sumpserunt communiter, intendentes quod Christus esset magnus propheta, quemadmodũ Helias & Helisæus ac alii quidam fuerunt. Vnde & alio loco, cum quæreret Christus à discipulis, quem dicunt homines esse filium Matth. 6.
hominis? responderunt, alii Ioannem, alii Heliam, alii Hieremiam, &c. [*Et quia deus visitauit plebem suam*] Marci. 8.
hoc est, misericorditer fecit cum populo Iudæorum mittendo eis tam magnum prophetam, tanta quo Lucæ. 9.
que beneficia impendendo plebi suę per illum. cur autem populus Iudæorum specialiter dictus sit populus dei, dictum est plenius. ¶ Postremò, christus suscitauit tres mortuos corporaliter, per quorũ sus Matth. 9.
citationem designatur triplex hominum genus spiritualiter mortuorum in anima, quos suscitauit spi- Marci. 5.
ritualiter. Suscitauit enim filiam archisynagogi iacentem in lecto, atque in thalamo, per quam figuran- Lucæ. 8.
tur qui solo consensu peccati in anima mortui sunt, vel sola praua affectione, seu cogitatione, occultísve vitiis. Suscitauit & iuuenem istum extra portam elatum: quo designantur peccatores, qui processerunt in opus, & publice peccant. Suscitauit & Lazarum iam sepultum, quo exprimuntur qui cõsuetu- Ioãnis. 11.
C dine vitiosa oppressi sunt, super quos puteus clausit os suum, hoc est, qui in profundum vitiorum pro Psalm. 63.
lapsi sunt indurati in vitiis, de quibus in Hieremia habetur, Indurauerunt facies suas supra terram, & Hiere. 3.
noluerunt reuerti. ¶ Pręterea conuenienter Euangelista istud recitauit miraculum post descriptionẽ curationis serui letaliter infirmantis, vt isto illud cõfirmetur miraculo. Quamuis etenim seruus ille veraciter secundum naturalium processum causarum fuerat de suo moriturus languore, ita vt eius curatio æquiualuerit suscitationi defuncti: posset tamen peruersus quis dicere, quod non fuit sic moriturus & quod non fuit in Iesu potestas suscitandi defunctos: sed hoc isto miraculo reprobatur, nec dici potest quod istud confictum sit, quia toti Iudæę constabat, & quando Lucas hæc scripsit multi vixerunt qui illud viderunt, nec ausus fuisset ista confingere, quia eo tempore quo ista descripsit, christiani ex paganismo cõuersi ardentissimi extiterũt, & vndique ad loca terrę sanctæ ex maxima deuotione multi eorum pergebant, nec dubium quin soliciti fuerunt ad inquirendum de veritate eorum, quę in Euãgelio continentur: & si non ex incredulitate, tamen desiderio veritatis perfectius cognoscendæ. ¶ Denique subditur, [*Et exiit hic sermo*] hoc est rumor huius miraculi, [*In vniuersam Iudæam de illo*,] videlicet Christo, authore tanti prodigii, [*Et in omnem*] circa [*Regionem*]. i. ad circuniacẽtes prouincias, scilicet Tyri & Sydonis atque Samariæ.

D

¶ Expositio reliquę partis huius septimi capituli [*Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his, &c.* Articulus XVIII.

T nunciauerunt Ioanni,] Baptistæ, qui à baptizando Baptista est cognominatus, [*Discipuli eius de*
E *omnibus his*,] hoc est, non solum suscitationem præfati adolescentis defuncti, sed & cætera quę Matth. 11.
dam Christi miracula. Vnde in Matthæo scribitur, Ioannes cum audisset in vinculis opera Christi. ¶ Præterea, secundum Bedam & Glossam discipuli Ioannis ista magistro suo nunciauerunt, non ex corde syncero, sed ex tabescente inuidia, dolentes quod Iesus ita præfulgeret, famaretur, ac præferretur magistro eorum Ioanni. Sed mirũ videtur, quòd discipuli tã sancti magistri, quo maior inter natos mulierum non surrexit, tam carnales & passionati fuerunt, imò & popularibus imperfectiores: nam turbę Christũ & eius opera extollebãt. Ad quod puto dicendũ quòd vtiq; quidam Matth. 10.
discipulorum Ioannis vere deuoti ac virtuosi fuerunt, aliqui vero carnales & imperfecti amantes Ioannem & zelantes pro eo, non sapienter, sed indiscrete: quemadmodum de Iudæis scribit Apostolus, Testimoniũ illis perhibeo, q̃ zelũ dei habent, sed non secundũ scientiã. Nec mirandum est hoc nimis Roma. 10.
de discipulis quibusdam Ioannis, cũ & electus ille è multis Iosue legatur inordinate zelatus pro Moy Nume. 35.
se, nempe cum puer Moysi retuliſſet duos viros prophetare in castris, Iosue ait, Domine mi Moyses Nume. 11.
prohibe eos: cui increpatorie Moyses dixit, Quid æmularis pro me? [*Et vocauit duos de discipulis suis*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cæteris prudentiores ſecundum Cyrillum, vt ipſi à Chriſto edocti cæteros edocere eſſent idonei. [*Et* E
Deute.37. *miſit eos ad Ieſum, dicens,*] duos pariter miſit, quia vnus non ſufficit ad teſtimonium perhibendum, ſed in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. & item, quia pergenti per vias ſolatioſum eſt habere ſocium viæ, præſertim cum homo naturaliter ſit animal ſociale. ¶ Inſuper quoniam tutius eſt duos tendere ſimul quam vnum ſolum, ad vitandum pericula, iuxta illud Eccleſiaſtici, Væ ſoli, quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem. Melius eſt duos eſſe ſimul: habent enim emolumentum ſocietatis ſuę.
Eccle.4. Ibidem. Si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Quartò, propter ſocialis vitæ commendationẽ. Hinc infra habetur quod Ieſus deſignans ſeptuagintaduos diſcipulos miſit eos binos in omnem ciuitatem & locum,
Lucæ.10. quo erat venturus. [*Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*] Quod Ioannes certiſsime nouerat Ieſum eſſe Chriſtum in lege & prophetis promiſſum ac prænunciatum, nullus dubitat Chriſtianorum: nam & ante ſuam incarcerationem de ipſo teſtimonium perhibens, Venit, inquit, fortior me, cuius nõ ſum
Ioan. 1. dignus corrigiam calciamenti ſoluere. Et rurſus, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi.
Marci.1. ¶ Denique quando Ioannes quæſtionem hanc fecit Chriſtus iam venerat: cur igitur ſciſcitatur, tu es
Lucæ.3. qui venturus es? Itaque aduertendum quod verba hæc dupliciter exponuntur. Quidam nanque ſequẽtes beatum Gregorium, ea exponunt, Tu es qui venturus es ad paſsionem ac lymbum inferni, an aliũ expectamus, qui pro mundi ſalute paſſurus ſit. vnde ſecundum Gregorium Ioannes duo quęſiuit. Primo, an Chriſtus per ſeipſum deſcenderet in infernum, id eſt, lymbum præfatum. Secundò, an mori di F
gnaretur pro mundi ſalute, & de iſtis ſecundum Gregorium dubitauit Ioannes: ſed hoc communiter non tenetur, quia Ioannes propheta, & ſpiritu ſancto repletus in vtero matris, imò pluſquam propheta, non minus, ſed magis illuminatus fuit de Chriſti myſteriis, quam prophetæ veteris teſtamẽti, qui-
Eſaiæ.53. bus euidenter innotuit Chriſtum eſſe paſſurũ, imò in Eſaia, & Pſalmo cuius exordium eſt, Deus deus
Pſal.21. meus reſpice in me, paſsio Chriſti tam clare atque diffuſe fuit prædicta, vt magis ibidem videatur res
Daniel.9. geſta narrari, quam futurũ prædici. Hieronymus tamen dicit in prologo ſuper Danielem, quod nullus prophetarum tam euidenter de Chriſto, eiusque paſsione prophetauit vt Daniel, quod intelligendum eſt, quantum ad tem poris determinationem, quia non ſolum prænunciauit Chriſtum venturum atque paſſurum, ſed & tempus certũ expreſsit, certiſsima quoque ſigna paſsionem Chriſti concomitantia addidit, dicens, Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem ac ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & vſque in finem perſeuerabit deſolatio, vt à
Zacha.6. Daniele plenius ſcribitur. per Zachariam inſuper prædictus eſt Chriſti ad lymbum deſcenſus, Propheta ad Chriſtum loquente, Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos de lacu, in quo nõ eſt aqua. Non ergo iſta ignorauit Ioannes. ¶ Præterèa ſancti qui erant in lymbo, expectabant certiſſime Chriſtum ad eos educendos venturum: nec ignorabant Chriſtum eſſe iam natum, ac virilis ætatis, quia & eius infantiam à Symeone & Anna, parentibusque Ioannis audire quiuerunt, imò & audi-
Lucæ.2. Lucæ.1. erunt: quòd vero paſſurus eſſet, paſsionique proximus, vt cætera taceã, à Moyſe ſcire valebant, anteq̃ G
Chriſtus patiebatur: quoniam ante ipſius paſsionem Moyſes & Helias apparuerunt cum eo in mon-
Matth.9. te, conferebantque ſecum de paſsione ſua futura. Credendum eſt etiam quod angeli ſancti prędictos frequentius viſitabant, & de proxima eorum liberatione eos appropinquante paſsionis tempore conſolabantur. Hanc prætactam expoſitionem reprehendit Cyrillus, Omnino (inquit) reprobanda eſt talis opinio. Nuſquam enim reperimus ſacram ſcripturam differere, quod infernalibus prænunciauerit Baptiſta Chriſti aduentum. Nouerat quoque Ioannes quod Chriſtus illuminaturus erat infernum, id eſt detentos in lymbo, cum pro omnibus, ſcilicet viuis ac mortuis mortem guſtaſſet: ſed quia ſcriptura hunc prædixit futurum tanquam deum & dominum, alii vero ſancti miſſi ſunt ſicut famuli ante ipſum: ideo omnium Saluator ac dominus à prophetis nominabatur & deſignabatur per verba hæc, qui venit, vel qui venturus eſt: iuxta illud in Pſalmo, Benedictus qui venit in nomine domini. atque in
Pſalm.117. Abacuc propheta, Poſt modicum qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. ſicque Baptiſta nomen ac-
Matth.21. cipiens à ſcriptura, interrogat, [*Tu es qui venturus es?*] hoc eſt, an tu ſis Chriſtus qui prænunciatus es eſſe
Marci.11. venturus, tanquam præcipuus & omnium ſummus. His verbis Cyrilli concordat illud Ioannis, Illi
Lucæ.13. homines cum vidiſſent quod fecerat ſignum, dixerunt, Quia hic eſt vere propheta qui venturus eſt in
Ioann.12. mundum. Interrogauit ergo Ioannes Ieſum an eſſet Chriſtus, non ex dubitatione vel ignorantia, ſed H
Abac.2. ad diſcipulorum ſuorum ignorantiam inſtruendam, quatenus ex verbis & factis Chriſti ædificarentur in fide, atque ad Chriſti allicerentur reuerentiam ac amorem. Sciebat quippe Ioannes, quam fru-
Ioann.6. 1.Corin.1. ctuose ac optime Chriſtus dei patris ſapientia increata ac infinita reſponderet. ¶ Præterea Ambroſius aliam tangit expoſitionem, quod ſcilicet Ioannes non dubitauit, an Ieſus eſſet chriſtus, ſed an eſſet pro hominibus moriturus: ſic tamen vt inde dubitauerit, non tanquam dubius, ſed tanquam pius vates, ita quod non in fide ſeu ex fidelitate, ſed pietate dubitauit: ſicut & Petrus, cum audiſſet à chriſto quod crucifigendus eſſet, dixit ad eum, Propitius eſto tibi domine, nam hoc non fiet. Sed iſtud ſta
Marci.10. re non poteſt, nec beatus Ambroſius aſſerendo, ſed aliorum opinionem recitando hoc ſcribit: nam & pietas talis non vera neque laudabilis pietas extitiſset, & ex errore vel imperfectione notitię, ſeu incõſideratione aut ignorantia emanaſſet: propter quod Petro chriſtus ad præinducta verba reſpondit,
Matth.16. Vade retro me ſatana, quia non ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ hominũ. ¶ Poſtremò Ioannes ante Chriſti paſsionem non minoris fuit perfectionis in ſanctitate ac ſapientia, quam Apoſtoli poſt Chriſti paſſionem, ſanctiq; ſpũs ſuſceptionẽ. Nulla ergo quaſi pietas ſic eum affecit ad Chriſtum, vt crederet aut putaret eum non moriturum pro mundo: ſicut nec virginem glorioſam, quamuis maiore pietate tam naturali quam infuſa afficeretur ad chriſtum: certam nanque & firmam de Chriſti paſsione habuerunt notitiam: ideo non eſt ſimile de Petro, qui ſicut & alii Apoſtoli ante Chriſti paſsionem magnæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A simplicitatis fuit ac ruditatis, vt Christus in Euãgelio sæpius pandit, & Ioannes Euangelista de seipso testatur, Nondum sciebat scripturas, quia oporteret Christum à mortuis resurgere. Quamuis itaq; Petrus auditis Christi verbis, quibus se prædixit passurum non putauerit ea falsa, quia tamen firmam ac fixam inde notitiam non habebat, pietas quædam eum ad contradicendum seu dubitandum induxit. [*Cum autem venissent ad eum viri dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es,*] id est Christus quem prophetæ prædixerunt venturum in mundum, ad hominum redemptionem, [*An alium*] Christum ac redemptorem [*Expectamus?*] id est præstolari debemus. Isti fuerunt legati fideles verba mittentes, fideliter proponentes, non addendo aut subtrahendo: quos sequi debemus, nisi forte quis per nos talia annũciaret, quæ in pristina forma proferri non expediret. Scriptum est enim in Pro- Prouer.13.
uerbiis, Legatus fidelis sanitas. Rursus scriptum est, Lingua tetra multos commouit. sed & in Prouer- Eccle.28.
biis legitur, Qui alio repetit sermone, separat fœderatos. [*In ipsa autem hora*] qua quæstionem hanc pro Prouer.17.
posuerunt, [*Curauit Iesus multos a languoribus*]. i. grauioribus, seu prolixioribus morbis, qui per naturã difficilius curãtur, secundum illud Ecclesiastici, Languor prolixior grauat medicum: sed in Christo Eccle.10.
cœlesti medico hoc locũ non habuit, quippe cui non fuit difficile omne verbum, imò omnia sibi æ- Lucæ.18.
que possibilia erant secundum naturam diuinam. [*Et plagis*] violenter illatis, aut accidentaliter ortis,
B [*Et spiritibus malis*]. i. dæmonibus, quorum licet natura sit bona (quia à deo creata) tota tamen mente in conuertibiliter ad mala intenti sunt, & si bonum quid ex genere agãt, aut verũ dicant, vel inuiti hoc faciũt, vel ad malum referunt finẽ, [*Et cæcis multis donauit visum.*] Christus etenim intuens vniuersa, & sciens cur discipulos suos misisset Ioannes, tunc vberiora fecit miracula, vt non verbis, sed factis se Christum ostenderet, atque illorum auferret errorem [*Et respondens dixit illis, Euntes*]. i. recedentes à loco hoc Malac.3.
[*Renunciate Ioanni*] amico & consanguineo Baptistæ, paranympho, præconi, præcursori & angelo meo [*Quæ vidistis*]. i. miracula quæ hac hora vobis præsentibus feci, quę statim subdentur, [*Et audistis,*] id est miracula quæ me ab aliis percepistis fecisse, vel meã doctrinam, [*Quia cæci vident*]. i. qui ante cæci fuerũt, nunc me eis visum miraculosè reddente corporaliter vidẽt, [*Claudi ambulant,*] multos cęcos & clau Matth.9.
dos à christo esse curatos Matthæus, & Lucas, & Marcus copiosè testantur: nullus tamen eorum expli Marci.8.
cite docet aliquẽ à natiuitate cæcum aut claudum à Christo ad visum aut gressum esse reductum: sed Ioannis.7.
horũ vtrunq; scribit Euãgelista Ioãnes, nõ tamẽ hoc recitat, nisi de vno cæco, vnóq; claudo. An verò Actu.3.
plures tales curauerit Christus, nescitur. Non enim omnia scripta sunt, imò de miraculis Christi ab E- Ioann.21.
uangelistis comparatiue loquendo pauca in speciali conscripta sunt, prout Euãgelia legentibus patet: vnde de cæcis, claudis ac surdis, de quibus iam mentio fit, incertum est, an quidam eorum ex vtero matrum tales fuerunt. ¶ Porrò claudi in duplici genere sunt. Nam quidam eorum actu progressionis totaliter carent. Alii recte, seu expediti nequeunt ambulare. vtrosque autẽ Christus curauit: illis gressum
C totaliter dando: in istis hunc reformando seu perficiẽdo. [*Leprosi mundantur*] à lepra me præcipiẽte. In toto veteri testamento non legitur quis curasse leprosum, nisi Helisæus propheta, qui etiam vnum so- 4.Reg.5.
lum sanauit leprosum. Christus autem quam plures tales mundauit, imò vt infra habetur, vna vice de- Lucæ.17.
cẽ leprosos curauit. [*Surdi audiunt*] hoc est, qui paulò antè surdi fuerunt me agente, recipiunt auditum, [*Mortui resurgunt*] si Christus quãdo hęc dixit, non nisi vnũ suscitasset defũctũ, probabile est quod pluraliter non dixisset, mortui resurgunt: plures ergo suscitasse ante hęc verba pie credẽdũ est, quamuis ex Euangelio nõ innotescat eum suscitasse ante hęc verba, nisi filiũ viduę, quãuis forte & filiam archisy- Lucæ.7.
nagogi ante hęc suscitauit. Tres autem mortuos suscitasse in Euangelio scribitur: sed an plures suscita- Matth.9.
uerit, ignoratur, præsertim, quia solennissimam illã Lazari suscitationẽ tres Euãgelistę Matthęus, Mar Marci.5.
cus, & Lucas scribere omiserunt. Matthęus quoq; & Marcus de suscitatione filii viduę nil scripserunt. Lucæ.8.
[*Pauperes euangelizantur.*] hoc est à me beati prędicãtur, qui dico, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ Ioannis.11.
est regnũ cęlorũ: cũ tamen mundus beatos reputet diuites, vilipendatq; pauperes, stultam quippe fecit Matth.5.
Christus sapientiã huius mũdi. Et prudentia carnis, mors est. Vel euãgelizãtur. i. in euangelica lege gra Lucæ.6.
tia instruũtur à me, ita quòd diuites pauperibus nõ præpono, nec personarũ acceptor sum: iuxta illud 1.Cori.1.
Esaię, vbi Christus ait de patre, Euãgelizare pauperibus misit me: si autẽ euãgelizari deponentale sit Roma.8.
verbum, iuxta antiquam grammaticam, sensus poterit esse, quod pauperes euãgelizantur, hoc est, euan Actu.10.
D geliũ prędicant, quia discipuli christi qui omnia reliquerunt populũ baptizabãt ac instruebãt, vt in Io Esaiæ.1.
anne & alibi innotescit. & istud verũ est, siue per pauperes intelligãtur humiles, siue volũtarie inopes.
¶ Præterea patet, quod ad quęstionẽ Ioannis Christus nõ verbis, sed factis, & vtiq; supernaturalibus factis respõdit, vt solutio quęstionis tanto firmior esset ac certior, quãto efficacius est testimoniũ operis quam sermonis. Rursus iussit Christus hęc referri Ioanni, sciens eũ in prophetis supernaturaliter e- Matth.28.
ruditũ, ita vt ex miraculis istis potuit suis probare discipulis Iesum esse Messiã, eo quod fecerit ista tã Ioannis.3.
imperiose atque in cõfirmationem suę doctrinę, qua se christũ perhibuit esse, deus enim falsitati non
attestatur, aliqua in illius confirmationẽ agendo, & quia de christo ita fuerũt prędicta per Esaiã, Ecce
deus vester veniet, tunc aperiẽtur oculi cęcorum & aures surdorũ patebunt, tũc saliet sicut ceruus clau Esaiæ.35.
dus, & aperta erit lingua mutorũ. Vnde in Ioãne loquitur christus, Opera quę ego facio in nomine pa Ioann.10.
tris mei testimoniũ perhibent de me. Et rursus, Si nõ facio opera dei, nolite credere mihi: si autẽ facio
& si mihi nõ creditis, operib⁹ credite. ¶ Prętereà, vt sępius tactũ est, quos christus sanauit in corpore,
sanauit in mẽte. Itaq; spiritualiter cęcos, surdos, leprosos, claudos, mortuosq; curauit: imo interim innumerabiliter fecit hoc, & quotidie facit. ¶ Vnde sex incõmoda hominis hic tãgũtur, iuxta tropologicũ
sensum, quę christus per gratiã suã tollit à nobis. Primũ est enĩ excęcatio rationis, videlicet error, ignorãtia, seu perfidia mẽtis, quã Christus tollit ab anima, intellectũ illuminãdo per fidẽ, cęterasque virtutes
ac dona intellectum perficientia: vt sunt, sapientia, scientia, consilium atque prudentia. Secundum est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

claudicatio interioris hominis, videlicet nutatio, inſtabilitas, acedia, ſeu obliquitas affectionis, qua mẽ E
Pſal. 17. tis ad deum impeditur proceſſus: iuxta illud in Pſalmo, Filii alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt
3. Reg. 18. à ſemitis ſuis. Et in libris Regum Helias ait vanis filiis Iſraël, Vſquequo claudicatis in duas partes?
Hoc malum ſanatur, dum deus animam diuino amore inflammat, & alacrem facit. Hinc ſecũdũ Augu
ſtinum, Pes animæ amor eſt, qui ſi rectus fuerit, dicitur charitas: ſi inordinatus ſeu curuus, vocatur cu
piditas. Tertium eſt animæ lepra, videlicet carnalis concupiſcentiæ fœditas, quæ in diuitibus atq; po-
tentibus magis regnat, quam Chriſtus tollit à vitiis gulæ & luxuriæ hominẽ emundando. Quartum
eſt ſurditas animæ, vtpote duritia ſeu rebellio eius ad obtemperandum verbis dei, quam aufert chri-
ſtus, mentem per gratiam emolliendo, vt docilis obediensq; conſiſtat: iquemadmodum per Ezechie-
Ezech. 36. lem dominus loquitur, Spiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferã cor lapideum de carne ve
ſtra, & dabo vobis cor carneum. Quintum eſt mors animę, hoc eſt, ſeparatio eius à deo per peccatum
mortale, quam Chriſtus aufert, animam per charitatem viuificando, ſeu ad pœnitentiam excitando.
Sextum eſt paupertas, hoc eſt carentia gratiæ & virtutum, quam Chriſtus aufert ſpiritualia chariſmata
infundendo. Sicque pauperes euangelizantur, hoc eſt, qui ſine gratia erant per gratiæ infuſionẽ bea
ti cenſentur. [*Et beatus eſt,*] nunc in ſpe, & per inchoationem ac meritum felicitatis futurę [*Qui non fue-*
rit ſcandalizatus in me,] hoc eſt, ex verbis & factis ac perſequutionibus meis, non fuerit ad ruinam pec- F
cati inductus, mihi inuidendo, meis operibus detrahendo, ea ſiniſtre interpretando, vel de mea maieſta
te ac veritate diſcredendo propter aduerſa & paſsionem mortis, quam tolerabo. Multi quidam viſis
Chriſti miraculis credebãt eum eſſe Meſsiã: ſed viſa ignominioſiſsima occiſione ipſius, à fide prolapſi
Matth. 26. ſunt: imò & ipſi Apoſtoli in Chriſti captione ſcãdalizati fugerũt, ſicut prędixit, Omnes ſcandalũ pa-
tiemini in me, in iſta nocte. ¶ Porrò Chriſtus directe nullum ſcandalizauit, quia omne verbum & fa-
ctum eius ordinatiſsimũ fuit: ſed multi ex ſua infirmitate aut peruerſitate in eo ſcandalizati fuerunt,
ita quòd fuit occaſio atque materia, non cauſa directa ſcandali talis. Per inducta autẽ verba tangit &
admonet Chriſtus Ioãnis diſcipulos, qui vt dictũ eſt, ſcandalizabantur in Chriſto, dolendo quod ma
giſtro eorum Ioanni ſic præponeretur à populo. [*Et cum diſceſsiſſent nuncii Ioannis*] duo eius diſcipuli,
redeuntes ad ſuũ magiſtrum, [*Cæpit*] Ieſus [*Dicere de Ioanne ad turbas,*] id eſt, eum publice commenda-
re: quod non fecit in præſentia diſcipulorũ Ioannis, ne blandiens videretur. Primò autem laudat Io-
annem de mentis conſtantia: & hoc ideo, ne plebs quæ ante audiuit Ioãnem teſtimonium Ieſu Chri-
ſto præbentem, & iam quæſtionis eius formã audiuit, Tu es qui venturus es, &c. putaret Ioannem in
ſtabilem, & ex leuitate ante teſtatum, nuncque ex ignorantia ſciſcitatum. [*Quid,*] hoc eſt, qualem virũ
[*Exiſtis in deſertum,*] quo morabatur Ioannes, [*Videre?*] Plures quippe percurrebant tam longi deſerti iti
nera, vt eum viderent, ſecũdum Cyrillũ. [*Arundinem vento moueri?*] Inquiſitiue & negatiue legendum
Marci. 1. eſt hoc. Quaſi dicat, An exiſtis videre hominem leuem, inſtabilem, inſcium, carnalem, qui nũc aliquid G
aſſerat, & paulò pòſt id neget, vel dubitet? qui ſimilis eſt arundini ſeu calamo, quem ad omnẽ differen
tiam loci ventus impellit. Talis ergo Ioannes Baptiſta nõ fuit: ſed tales ſunt homines paſsionati, in-
firmi, & pręſertim laudis propriæ amatores, qui impetu paſsionum à medio rationis faciliter proſter-
nuntur, & nunc immoderate lætantur, nunc inordinate triſtantur: iam nimis inclinantur ſeu afficiun-
tur ad aliquẽ, iam nimis auertuntur ab eo, proſperis extollũtur, aduerſis franguntur, tam laude quam
vituperio à rectitudine iuſtitiæ inclinantur, quia amore priuato infeliciter pleni ſunt, nõ virtutibus ra
dicati. Tales ergo non ſimus, ſed mentẽ in deo figamus, nec aliquid nos perturbet, imò imperturbatũ
animũ habeamus, ſoli deo placere optantes, nec extra ipſum aliquid exquirentes: imò de aduerſitati-
bus, vituperiis, atque iniuriis gloriantes, inquantum per eas appropinquamus ſaluti: vnde inconſtantia
2. Cori. 12. vile & magnũ eſt vitium. ad ſtabilitatem verò mẽtis ſacra ſcriptura præcipuè nos hortatur. Ait nãque
1. Theſ. 2. Apoſtolus, Stabiles eſtote & immobiles, abundãtes in opere domini ſemper. Et alibi, Nõ citò mouea
Hebræ. 13. mini à veſtro ſenſu. Et rurſus, Optimum, inquit, eſt gratia ſtabiliri cor. Et in Eccleſiaſtico, Nõ te vẽ
Eccle. 5. tiles in omnẽ vẽtum, eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui. Quemadmodũ autẽ virtus &
Proue. 24. ſapiẽtia ſtabiliunt mentẽ, iuxta illud Salomonis, Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus, robuſtus, & vali-
Pſalm. 1. dus: ſic peccatũ & paſsio inconſtantiã pariunt: ſecundũ illud Pſalmiſtę, Impii tanquã puluis, quẽ proii
Epheſ. 4. cit ventus à facie terrę. Itaque Ioannem ſectando impleamus illud Apoſtoli, Iam non ſimus paruuli
fluctuantes, nec circumueniamur omni vento doctrinę. ¶ Cõſequenter laudat Chriſtus Ioannẽ de ri- H
gore iuſtitiæ in corporis caſtigatione, [*Sed quid exiſtis videre?*] hoc eſt, ad qualem videndum egreſsi eſtis
in eremũ? [*Hominem mollibus veſtibus indutum?*] Quaſi dicat, Si hoc feciſtis, erraſtis, quia Ioannes pretio
ſis & delicatis veſtibus vſus nõ eſt, ſed veſte humilima, vili & aſpera, vtpote de pilis camelorum con-
texta. Iſte eſt ſenſus textus, quãuis aliqui per veſtẽ mollem adulatoria verba accipiant. Dicit autẽ Gre
1. Timo. 2. gorius, Nemo putet in fluxu & ſtudio veſtimentorũ peccatum deeſſe, cum dicat Apoſtolus, Nõ in ve
ſte pretioſa. Hieron. quoque teſtatur, Mollia veſtimenta, molliciem animæ inducunt. Et Chryſoſto.
Mollis veſtis rigidã animam diſſoluit. [*Ecce qui in veſte pretioſa ſunt*]. i. pretioſis indumentis vtuntur, [*Et*
Matth. 2. *in delitiis*] hoc eſt, voluptatibus carnis & oblectationibus vanis, [*In domibus regum ſunt*]. i. in curiis prin-
Marci. 1. cipum eſſe conſueuerũt. Ioannes autem non ibi, ſed in ſolitudine verſabatur: maluitq; Herodẽ iuſte ar
Marci. 6. guere, & propter hoc incarcerari, quam eius peccata palpare, ac per hoc ipſius familiaritatem habere.
Tangit autem Chriſtus hæc tria ad vitam carnalem ſpectantia, ſcilicet veſtes pretioſas, delectationes
ſenſuales, loca amœna, quę tria pœnitentibus ſunt ſpernenda. ¶ Deinde oſtenſo quid Ioannes non ſit,
conſequenter oſtendit quid ſit, id eſt perfectionem & excellentiam eius declarat. [*Sed quid exiſtis videre*]
hoc eſt, ad quid videndũ intraſtis eremum, ad videndum [*Prophetam*]. i. an egreſsi eſtis ad intuendũ Io
annẽ quaſi prophetam? Hoc Chriſtus quærendo nõ negat, ſed cõcedit & addit. Nã ſubditur, [*Vtique*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *dico vobis, & plus quam prophetam*].i. Ioannes ad quē videdum exiſtis, fuit plus quā propheta. Fuit quippe propheta, chriſti myſteria prenunciando, eiq; viam verbis propheticis atq; operibus preparando. Vnde dictū eſt ſupra, Tu puer propheta altiſſimi vocaberis. Fuit quoq; plus quam propheta, quoniā ſcripturas prophetarū monſtrauit impletas Chriſtum preſentialiter oſtendendo, ſicq; Euangeliſtę im pleuit officiū. & ſicut Chriſtus, ſic & ipſe Ioānes fuit prophetice prenūciatus, fuit & in vtero matris ſanctificatus, atque ibidem chriſto eſt atteſtatus, & inter legem ac Euangeliū medius fuit. Nec obſtat Lucæ.1. Ioan.1. q̄, vt apud Ioannem habetur, interrogatus Ioannes, propheta es tu? reſpondit, Non. Sumit enim nomē prophetę adequate, pro eo, in quo vltra hoc donum non inuenitur reuelatio altior. Quod autem Ioānes fuit prophetice prenūciatus ſubiūgitur, [*Hic eſt de quo ſcriptum eſt*] per Malachiam, [*Ecce ego*] Deus pater [*Mitto angelum meum*] hoc eſt, Ioānem conuerſationis angelicę virum, & opus angeli exercentē, Malac.3. annunciando Chriſti aduentū. Non tamen fuit angelus in natura. In veteri autē teſtamēto angelus ſæpiſſimè pro nuncio ponitur, ſicut in Eſaia, Ite angeli veloces ad gentem auulſam. Et rurſus, Angeli pa Eſaiæ.18. cis amare flebunt. In Aggęo quoq; propheta, vbi Hieronymus tranſtulit, dixit Aggęus, Nuncius do- Eſaiæ.33. mini de nūciis dñi, alia trāſlatio cōtinet, dixit Aggęus, Angelus dñi de angelis domini. [*Ante faciē tuā*] Aggæ.1. O Chriſte vnigenite mi.i. de proximo ante te, vel ante tuā manifeſtationem ac præſentationem in publico. Non enim Chriſtus orſus eſt publice prædicare, ſignaque facere, niſi poſt prædicationis Ioannis

B exordium. [*Qui præparabit viam tuam ante te,*] hoc eſt, homines ſua prædicatione, atteſtatione, baptizatione, diſponet ad ſuſcipiendum fidem, doctrinam, & præcepta tua (ô Chriſte) antequam tu publice prædices. Iſtud expoſitū eſt plenius ſupra, vbi habetur, Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Quo modo autem Ioannes, etiā per Eſaiā prenūciatus eſt, & viam Chriſto parauit, ſemel expoſitum eſt, ſuper illud, Vox clamantis in deſerto, parate viā domini, re Lucæ.1. ctas facite ſemitas dei noſtri. Allegat verò euāgeliſta Lucas verba Malachię magis quantū ad ſenſum Eſaiæ.40. quàm quo ad formam verborum. Sic enim tranſlatio noſtra habet, Ecce ego mitto angelū meū, & pre Matth.3. parabit viā ante faciem meā, & ita dicuntur hęc verba in perſona filii dei [*Dico enim vobis*] ad confirmā Marci.1. dum, quod Ioānes ſit plus quàm propheta, [*Maior*] ſpirituali magnitudine.i. ſanctior & dignior [*Inter* Lucæ.3. *natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta non eſt,*] id eſt nullus prophetarū maior eſt eo. Et ſūmitur iam mu Ioann.1. lier pro fœmina viro mixta: ſicq; Chriſtus de virgine natus excipitur: & ipſa virgo Chriſtifera, non in Matth.11. ter natos, ſed natas ponenda eſt. Matthæus autem plenius ac latius ſcribit, Inter natos mulierum nō ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. quibus verbis oſtēdit chriſtus quod nullus illorum fuit maior illo. Non tamen negat, quin quidam ei ęquales ſint. Magna etenim fuit ſanctitas Moyſi & Helię. Hieronymus quoq; ait ſuper Hieremiā, Neminem puto ſanctiorē Hieremia. Aliqui vero affirmant Ioānem prædi- Proue.26. ctis eſſe maiorē. Sed quoniā Salomone proteſtante, Spirituum ponderator eſt dominus, ſtemus contēti verbis Chriſti, nec incaute addamus, quāuis certum ſit Ioānem quantum ad aliqua fuiſſe prædictis

C ſanctis maiorē: ſiquidem in virginitate atque martyrio maior eſt Moyſe. Multę etiam prerogatiuę cō Matth.13. ferantur in eo, quæ aliis defuerūt. ſicut in quodā ſermone pulcherrimè docet Bernardus. Poſtremò Chriſtus tam ſecure de ſanctis iudicando oſtendit ſe hominum dominatorem ac iudicem. [*Qui autem minor eſt in regno dei, maior eſt illo.*] Per regnum dei chriſtus in Euangelio frequenter eccleſiam intel- Ibidem. ligit militantem, ſicut cum ait, Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Et rurſus, Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala. Interdum vero per regnum cælorum accipit triumphantem eccleſiam. vt cum ait, Non om- Matth.7. nis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnū cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Si ergo hoc loco per regnum dei, intelligatur præſens hęc militansque eccleſia, ſenſus eſt, Qui minor eſt in regno dei.i. Chriſtus, qui natiuitate & quorundam æſtimatione poſterior & minor fuit Ioāne, quē omnes Iudęi ad tempus putabant eſſe Meſsiam, maior eſt illo. Chriſtus enim vt deus incomparabiliter & immenſe excedit Ioannem in omni dignitate, ſanctitate ac perfectione: ſecundum naturam quoq; aſſumptā, vt verbo vnitā & gratiæ plenitudine decoratā, maior eſt illo, imò & omni intellectu creato, ſicq; Chriſtus protulit verba hæc, ne quis ex inducta laude Ioannis incideret errorē, putando quod & ipſo Ieſu Chriſto conſisteret maior. Obſcure tamen loquebatur, ne ſe videretur iactare. ¶ Porrò, ſi

D per regnum dei intelligatur triumphās eccleſia, ſenſus eſt, Qui minor eſt in regno dei, i. infimus beatorum deo in patria fruentium, maior eſt illo. Quilibet enim cōprehenſor, perfectior eſt in contēplatione & dilectione, quocūque puro viatore, nec meritum æquatur prēmio in actuali perfectione. Nihilominus multi viatores, preſertim virgo digniſsima, in vita hac maioris meriti fuerūt quàm angeli multi vnquam, imo quàm aliquis angelicorum ſpirituum, loquēdo de virgine glorioſa, & ita in diſpoſitione propinqua maiores illis fuerunt. Prętereà contuendum, quod quando Chriſtus hæc dixit, nondum aperta fuit ianua regni cœleſtis: idcirco ipſo Chriſto excepto, nullus hominum fuit in cęlo. Hinc q̄ ait qui minor eſt in regno dei, de angelis ſanctis accipitur, qui non ſolū in donis gratię ſeu glorię, ſed etiā in natura ſpecifica maiores fuerant Ioāne: ſicq; chriſtus his verbis excluſit errorem dicentiū Ioānem eſſe angelum incarnatum. [*Et omnis populus*] i. vulgus audiens præſcriptam commendationem Ioannis à Chriſto, [*Et publicani, iuſtificauerunt deum*] non effectiue, ſed oſtenſiue .i. iuſtum eſſe dixerunt, & operibus manifeſtauerunt, [*Baptizati baptiſmo Ioannis*] ab ipſo Ioanne. Ex hoc enim quod audiebant Ioānē ita laudari à Chriſto, laudauerunt deum in ſeruo ſuo Ioanne, per cuius prædicationem ac baptizationē ipſi deo agente, ad iuſtitiam à vitiis redierunt: vnde & deum iuſtum ac iuſte operatū dixerūt operę profitētes illud Pſalmiſtæ, Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operib⁹ ſuis. ¶ Denique deum iuſtificamus, primo, dum cōfitemur quod ipſe iniuſtitiam, omnémque culpā odit, Pſal.144. ſecundum illud Sapientiæ, Odio ſunt deo impius & impietas eius. Secundò, cum ei aſcribimus quid Sap.14.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psalm.10. iustitiam & omnem virtutem, bonitatémque diligit, iuxta illud, Iustus dominus & iustitias dilexit. E
Tertiò, quod omnis iustitia ab ipso procedit. Quartò, quod virtuosos iuste glorificat, & impios iuste
condemnat. [*Pharisæi autem*] præ cæteris religiosiores se reputabant, & videri volebant, cum tamen hy-
pocritæ essent, & inani gloria pleni, [*Et scribæ*] qui de legis scientia tumuerunt, [*Consilium dei spreuerunt
in semetipsos*] id est consilium Christi, videlicet institutionem eius salutarem de vitæ correctione abie-
cerunt, consilium quoque dei, id est secretum illud æternæ sapientiæ decretũ de modo saluandi genus
humanum, per verbi incarnationem ac passionem recipere contempserunt, Christo hoc docenti cre-
Actuũ.20. dere respuentes: de quo consilio Paulus in actis loquitur, Non subterfugi quo minus annuntiarem vo-
bis omne consilium dei. Huius consilii contemplatio dulciter sapuit Augustino secundum quod fer-
tur de eo, quod non satiebatur præ dulcedine dei, considerando altitudinem consilii eius super salua-
Ioãnis.10. tione generis humani. ¶ Insuper spreuerunt consilium dei, id est, consilia Christi, de paupertate & cæ-
teris actibus supererogationis. Vnde cum Christus contra auaritiam prædicaret, deridebant eum, di-
Ioãnis.14. centes, Insanit, quid eum auditis? Postremo ipsemet Christus consilium dei patris vocatur, secundum
1.Cori.1. Augustinum, per appropriationem quandam, quemadmodum dicitur veritas, ars & sapientia patris.
Qui enim per modum intellectualis emanationis procedit à patre, ea quæ ad intellectum proprie per-
tinent, ei appropriantur. Hoc increatum dei consilium isti spreuerunt, dicentes, Quia Beelzebub ha-
bet. Et nos scimus, quia hic homo peccator est. Insuper verba hæc quæ iam exposita sunt, quasi ab E- F
Matth.12. uangelista interposita verbis Christi præcedentibus quibus laudauit Ioannem, atque sequentibus, qui
Marci.3. bus arguit pharisæos ac scribas intelligi possunt, quasi à Christo immediate post verba prædicta pro-
Lucæ.11. lata, eritque sensus, Omnis populus audiens prædicationem Ioannis antequam caperetur iustificaue-
Ioannis.9. runt eum, subdentes se ei, & peccata propria confitentes, per quod deũ esse iustum, quasi peccata odiẽ
tem monstrabant, pharisæi vero & scribæ consilium dei quo per Ioannem docuit confiteri, baptiza-
ri, & Iesum pro Christo recipere spreuerũt, hoc ergo spreuerunt [*In semetipsos*] id est contra seipsos, cõ
tra animarum suarum salutem, ad propriam perditionem atque perniciem, vel spreuerunt consilium
dei, in semetipsos, id est, ad ipsos directum. De hac excæcatione & peruersitate istorum dominus per
Esaiæ.42. Esaiam prædixit, Quis surdus, nisi ad quem nuntios meos misi: quis cæcus, nisi seruus meus [*Non bapti
zati ab eo*] scilicet à Ioanne, cuius baptismum, doctrinam & testificationem de christo spreuerunt, si
cut vsque in præsens quidã qui cæteris religiosiores videtur & doctiores, difficilius corrigũtur.
¶ Deinde infidelium scribarum ac phariseorum increpationem Christus subiungit, [*Cui ergo similes di-
cam homines generationis huius*] id est incredulæ huius collectionis, quibus illud Deuteronomii aptatur,
Deute.32. Generatio peruersa est, & infideles filii. Sumitur quoq; hic generatio pro hominibus generatis, [*Et cui
similes sunt?*] Quærit Christus & quæstionem ingeminat, vt audientes reddat ad solutionem attentos,
[*Similes sunt pueris sedentibus in foro, &c.*] vt ait Cyrillus, fuit quidam lud⁹ apud pueros Iudæorum, ita q; G
conuenientibus pueris in vnũ, diuidebatur caterua eorũ in duas partes, qui ad designandã ac contem-
nendã repentinã transmutationẽ rerũ transitoriarũ vitę præsentis, sic statuerunt, vt vna eorũ pars gau
deret, canticúmque iucundum cantaret, alia vero mœrẽs carmẽ caneret lugubre, insuper gaudentibus
nõ congaudebãt mœrentes, nec gaudentes cõgaudebant mœrentibus, deinde arguebant se inuicẽ, aut
vna pars se alteri nõ conformauit. Istis assimilat Christus scribas ac phariseos, atq; eorum fautores. nã
ait, Similes sunt pueris sedentibus in foro, quia in foro publice pueri ista fecerunt, & diuisim sedentes,
prædicta egerunt, Loquentibus inuicẽ & dicentibus, id est quorum vna medietas dixit ad aliã, [*Canta-
uimus vobis*] id est, ad vestram exhilarationem canticũ iucunditatis cecinimus [*Tibiis,*] quia simul cũ mu
1.Reg.6. sicis instrumẽtis fiebat huiusmodi cantus, sicut & Dauid psalmos ore decantans simul cũ cithara lusit,
[*Et non saltastis*] id est nobis congratulati nõ estis, nec signa lętitiæ chorizãdo mõstrastis. Resonat quip
pe quædã consona ex musico organo melodia, secundum quam dum homo pede & consono corpo-
ris motu se agitat, dispositionem cordis manifestat intrinsecam. Deinde ponuntur verba exprobrato-
ria alterius medietatis, puta mœrentium ad gaudentes, [*Lamentauimus*]. i. lugubre carmen vobis cecini-
mus, vt vos ad passionem prouocaremus, [*Et non ploraſtis*]. i. compassi nobis non estis, nec per fletum
compassionis ostendistis affectum. Deinde Christus comparationem istã exponit, applicátque ad pró
positum [*Venit enim Ioannes Baptista*]. i. deo agente atq; mittente, nat⁹ est, in mundo vixit, ad homines à
Matth.3. deserto egrediẽs venit. [*Neque mãducans panẽ*] Esca enĩ ipsius fuerũt locustæ & mel syluestre, vt Mat- H
Marci.1. thæus & Marcus habẽt, [*Neque bibens vinum,*] quẽadmodũ supra angelus dixit, Vinũ & sicerã non bi-
Lucæ.1. bet. vnde hoc loco per panem & vinum consueta, ac delicata hominum fercula, poculáque signan-
tur. [*Et dicitis, Dæmonium habet*]. i. Ioannes dæmoniacus est. Impii nempe cum viderint quempiam incõ
suetam abstinentiam, præcipuúmque rigorem vitæ seruantem, opera eius sancta peruertẽtes, quasi ob
sessum diffamant. [*Venit filius hominis*]. i. vobis apparui, & inter vos conuersatus sum, [*Manducans & bi-
bens*]. i. solitis hominum refectionibus vtens, & inter eos socialiter viuens, [*Et dicitis de me,*] mihi detra
hendo, [*Ecce homo deuorator*] id est gulosus, [*Et potator vini*] id est, ebriosus & voluptatis gulæ amator,
[*Amicus publicanorum*] id est, magnorum transgressorum, [*Et peccatorum*] minorum. id est talibus se cõ
formans, applicans & applaudens, vt posit inuitari & delicate sustentari ab eis, sicque & mala culpæ fo
uens in eis. ¶ Itaque præfatis pueris, scribæ & pharisæi comparantur, quoniam sicut vna pars puero-
rum illorum, alteri parti mœrenti nõ condolebat: sic isti Iudæi Ioanni Baptistæ lugubre carmen ca-
nenti, id est, rigorosè conuersanti, pœnitentiam docenti atque ad luctum saluberrimum inuitanti non
Baruch.3. consenserunt neque se conformauerunt. Iterum, sicut alia pars puerorum illorum, parti gaudenti non
congaudebat, ita præfati Iudæi Christo inter homines dulciter conuersanti, futuræ vitæ gaudia præ-
dicanti, ad spiritualem consolationem inuitanti, acquiescere séque conformare spreuerunt. Tales &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A modo in eccleſia multi ſunt homines ſenſus peruerſi, qui omnia aliorum opera etiam bona interpretãtur in peius, imò quæ optima ſunt, peſsima arbitrantur. Et quia huiuſmodi excellentia opera ſanctitatis videntur eis impoſsibilia eſſe hominibus, opinantur, & dicunt talia cooperatione dæmonũ fieri, eo quod dæmonũ ope multa fieri queant, quæ homines naturaliter facere aut pati non valent, quẽadmodum in arreptitiis & poſſeſsis conſpicimus. Nam & dæmones corporalem hominis naturam, & harmoniam ſic poſſunt immutare ac deordinare, vt homo multis diebus non afficiatur ad cibum aut potum neque indigeat: quia calor more naturali non agit in humidum radicale. Iſti ergo peruerſi omnia aliorum facta peſsime iudicantes, ſunt homines malæ inclinationis, ſeu aſſuefactionis, vani & inuidi, qui aliorum non congratulantur profectui, ſed triſtantur, quod quis eis apparet perfectior, ideóque bonum quod eis deeſt, non laudant, nec ſequuntur, nec venerantur, ſed perſequuntur in aliis detractores & irriſores, deo odibiles: quo vitio quidam qui religioſos ſe putant, animas ſuas commaculant excęcãte eos ſua malitia. ¶ Porrò alii ſunt homines bonę inclinationis ſeu indolis, proniores ad congratulandum aliorum proſperitati, quàm ad detrahendum eorum profectui ſiue delectui: quod in ſeipſis non habent, in aliis pie mirantur, honorem ſequuntur: ſicque amando, ſouendo, congaudendo participes fiunt gratiæ aliorum. Prętera patet, quod pars puerorum gaudentium Chriſto aptatur, qui Sapien. 2.

B tanquam ſponſus inter ſuos conuerſans ad ſpiritualem prouocat lætitiam, ſed pars puerorum mœrentium aptatur Ioanni, qui ſtrictiſsimam in eremo duxit vitam. Quoniam enim Chriſtus venit quærere & ſaluum facere quod perierat, peccatoribus conuerſci, ſéque contemperare dignatus eſt, vt ſua charitate, communione, familiaritate & clementia eos ad pœnitentiam traheret, virtutibus ædificaret, ad diſcipulatum ſuum alliceret: ſicque amauit eorum naturam ſiue perſonã, nõ vitia. Poſtremo de eorum expoſitione verborum ſuper Matthæum plenius dictum eſt. Itaque nõ aſsimilemur ſcribis & phariſæis, quibus indociles, incorrigibiléſque ſunt conformes, ſed dociles ſimus atque tractabiles, & pueris in foro ſedentibus. i. ſanctis viris, deuotis prælatis, veris prædicatoribus in eccleſia, quę dominicum forum eſt, quo fideles ad colloquendum deo conueniunt, vbi & cæleſtium præceptorũ iura conduntur, acquieſcamus, ita vt ſpiritualiter gaudentibus, & ad gaudendum in deo hortantibus cõ gaudeamus, flentibus autem ſua, ſeu aliorum peccata vel ob alias rationabiles cauſas compatiamur, cõformemur & collugeamus: ſicut ait Apoſtolus, Flete cum flentibus, gaudete cum gaudentibus, vt nec inordinata lætitia, nec immoderata triſtitia inueniatur à vobis. Verum vt Gorra hic ſcribit, Scribis & phariſæis adhuc aliqui ſimiles ſunt, qui ſi viderint aliquem humilitati ſtudentem, iudicant eum hypocritam: ſi manſuetudini & patientiæ, iudicant timidum: ſi ſimplicitati, fatuum: ſi maturitati, flegmaticũ: ſi deuotioni, ſingularem: ſi paci & ſilentio, melancholicum ſiue phantaſticum: ſi orationi atque vigiliis, indiſcretum: ſi corripit alios, turbator eſt pacis: qui cohabitat talibus, dicere poteſt illud Iob, Frater fui draconum & ſocius ſtruthionum. [*Et iuſtificata*] id eſt, iuſta reputata, honorata, & cognita, [*Eſt ſapientia*] id eſt, euangelica Chriſti doctrina, ſapientialis atque diuina, vel Chriſtus dei patris virtus & ſapientia, [*Ab omnibus filiũ ſuis,*] id eſt, vniuerſis veraciter veritatem, ſapientiámque amantibus, ſeu cũctis Chriſti diſcipulis, quos dedit mihi dominus: de quibus per Eſaiam teſtatur, Ecce ego & pueri mei. In Ioanne quoque ait, Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum. tanquam dicat Saluator, Licet à vobis ô infideles Iudæi contemnar, & vana docere affirmer, nihilominus electi Iudæi me audientes, me vere ſapientem & ſapientialia prædicantem cognoſcunt, fatentur, honorant. ¶ Prætera iuſtificari quis dicitur tribus modis. Primo, dum de iniuſto fit iuſtus, ſicque dicunt doctores hominem non iuſtificari ſine gratiæ infuſione, ſic Chriſtus non iuſtificatur. Secundò, dum iuſtus fit iuſtior per profectum, iuxta illud Apocalypſis, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. Et apud Ioannem ait Saluator, Omnem qui fert fructum, purgabit eum pater, vt fructum plus afferat. ſic rurſus non competit Chriſto iuſtificari, niſi quantũ ad manifeſtationẽ, prout de Chriſto dixit præcurſor, Illum oportet creſcere, me autẽ minui. Tertio, quantũ ad aliorum recognitionẽ, honorationẽ, ſeu oſtenſionem, ſicut dum alicuius æquitas aliis declaratur, vel ab eis cognoſcitur, laudatur, & honoratur. ſicque deo & Chriſto ſecundam vtranque naturam competit iuſtificari, ſicut & magnificari & glorificari. Chriſtus quoque nunc loquitur de filiis per gratiam adoptionis, de quibus ait Apoſtolus, Quicunque ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Interdum vero aliqui dicuntur filii dei

D ratione creationis, aut ſpecialis cuiuſdam promiſsionis, de qualibus per Eſaiam dominus loquitur, Filios exaltaui & enutriui, ipſi autẽ ſpreuerunt me. Et Chriſtus in Euãgelio, Filii (inquit) regni proiicięntur in tenebras exteriores.

Eſaiæ. 8. Ioann. 7. Apoca. 22. Ioãnis. 15. Ioannis. 3. Iudith. 13. Ezech. 38. Eſaię. 1. Matth. 8.

¶ Proſequutio expoſitionis præſentis Cap. ſeptimi, [*Rogauit autem illum quidam ex phariſæis, vt manducaret cum illo.*] Artic. XIX.

Q Vod in fine præcedentis cap. Euangeliſta doctrinaliter dixit, iam exemplariter docet, videlicet ſapientiam, quæ Chriſtus eſt, à ſuis deuotis iuſtificari, ab aliis ſperni. [*Rogauit autem illum,*] ſcilicet Ieſum [*Quidam ex phariſæis,*] cuius (vt infra dicitur) nomen extitit Simon, [*Vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domum Phariſæi, diſcubuit,*] id eſt, cum eo comedit, Chriſtus totius humilitatis magiſter, omniſque perfectionis exemplar, nec cum publicanis propter eorum manifeſta peccata, nec cum phariſæis propter eorum latentia vitia, præſertim ſuperbiam, nec cum diuitibus, nec cum pauperibus edere ſpreuit, in omnibus amans naturam, vt felicitatis capacem, atque ad dei imaginem factam: ſimulque inſtruens nos ad perfectam humilitatem, ne quis noſtrum incaute aliquem aſpernetur aut vitet, niſi quantum docet ſeu iubet eccleſia, [*Et ecce mulier quæ erat in*

1. Cori. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciuitate peccatrix.] ¶Quæ fuerit mulier ista, aliquando inter expositores grandis disceptatio fuit: sed E
nunc sancta ecclesia cum beato papa Gregorio tenet, quod fuit Maria Magdalena. Idem asserunt
Augustinus & Beda. & quod verum sit hoc, non solum ex legenda beatissimæ Marię Magdalenę, sed
Matth. 26. & ex scripturis canonicis, puta ex Euangelio euidenter ostendit super Matthæum. Vnde nō videtur
de hoc amplius dubitandum, & quæ prætato loco conscripsi, iam non arbitror repetenda. Rursus de ci
uitate est quæstio, in qua scilicet ciuitate istud quod nunc scribitur factum sit. Ad quod Beda respon-
det, quod in ciuitate quadam Galilææ: alii, quod in Hierusalem. Ait etenim Beda, Augustinum atque
Gregorium sequens, quod Maria Magdalena bis vnxerit Christum: semel & primo in vrbe Galileę,
in medio euangelicæ prædicationis: secundo in Bethania villa Iudęæ, circa terminū prædicationis prę-
fatæ passione instante, vt alii recitant Euangelistæ. ¶Iterum quæstio est, cur Lucas mulierem hanc nō
Marc. 14. proprio explicet nomine, sed peccatricem appellet? Ad quod ex Marco Euangelista patet respōsio.
Marc. 13. siquidem Marcus inquit, Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de
Ioann. 13. qua eiecerat septem dæmonia, per quæ intelliguntur septē peccata mortalia, quibus fuit repleta: quod
Lucæ. 8. etiam in principio sequentis cap. Lucas testatur, quod scilicet septem dæmonia fuerunt ex ea eiecta:
plures quoque sanctorum insinuant eam actibus luxuriæ fuisse subiectam. Hinc quasi habituata atq;
abundans sceleribus appellatur peccatrix, quæ etiam ideo sic vocatur, vt eius exemplo ad pœnitentiā
prouocemur, desperatione & pusillanimitate non frangamur, diuinæ misericordiæ fiducia inflamme- F
mur, quantumlibet vitiosi fuerimus. Insuper peccatricem eam iam appellat, quoniam emendatio eius
nondum innotuit aliis, sed ab omnibus adhuc reputabatur peccatrix. [*Vt cognouit quod Iesus accubuit,*]
id est, comedens fuit [*in domo Pharisæi, attulit (id est, secum portauit) alabastrum vnguenti.*] Alabastrum se-
cundum Bedam est genus marmoris candidi variis coloribus intertincti, quod ad conseruanda vnguē
ta solet cauari, quia optime conseruare dicitur incorrupta. Alabastrum ergo hic sumitur pro vase fa-
cto de huiusmodi marmore, in quo continebatur vnguentum, quo vtebatur Maria tempore suæ vani-
tatis pro corporis sui odore ac refrigerio atque mollitie. [*Et stans retro secus pedes eius.*] Cōsiderando e-
nim peccatorum suorum enormitatem, in tantum contempsit seipsam, quod prorsus indignam se re-
putauit coram Christi facie apparere, eius vultum aspicere, oculos ad eum leuare: quemadmodum Pu
blicanus nec oculos audebat leuare ad cælum, sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius e-
sto mihi peccatori. hoc & Maria hęc & sic non verbis, tamen tota animæ, corporisque dispositione ac
gestu dicebat. Sua quippe peccata, non verbis, sed rebus & fletibus confitebatur, paratissimā vtique
ad oris confessionem, sed tunc talis confessio nondum fuit præcepta. Christus nanque sacramentum
pœnitentiæ, seu confessionis primo instituit. Denique, quia publica fuit peccatrix, omnibus sua re-
putauit peccata satis aperta. [*Lachrymis cœpit rigare pedes eius.*] O quanta, quam cordialis, intensa ac pe-
netratiua fuit huius compūctio, contritio, deuotio mulieris, quæ non vocata coram tot discumbenti-
bus est ingressa, omnibus conspiciendam se repræsentans, & tam vberrime coram eis seipsam deplo- G
rans, cum tamen tantę nobilitatis & opulentiæ esset. Sed quia sua peccata clare aduertit, digne pensa-
uit, seipsam profundissime humiliauit, ineffabiliterque contempsit: idcirco non solum non verebatur
confundi, despici, irrideri, imō omnia ista optauit, vt deo quem ipsa inhonorauit aliquam recompen-
sationem, honoremque faceret: dum sicut ipsa deum maxime inhonorauerat per peccata: sic propter
illius honorem recompensandum seipsam prębet maxime confundendam; [*Et capillis capitis sui tergebat.*]
Itaque primo stetit post tergum Christi, deinde se pedibus eius prouoluit, lachrymis eos humectans. Ex Christi etenim prædicatione fuit inenarrabiliter inflammata, compuncta, & tota quasi in
lachrymas resoluta: ipsumque Christum ardentissime cœpit diligere. Et quamuis cōtactu pedū chri
sti se iudicaret indignam, tamen magnitudine dilectionis victa se cohibere nequiuit. Feruidus nempe
amor nescit modum, mensuram non tenet, rationem non sequitur: non tamen directe reprehensibi-
liter aut irrationabiliter, sed superrationabiliter operatur, sancti spiritus sequēs tactum, successionē, &
sursum actionem, propter quod communi lege non coarctatur. [*Et osculabatur pedes eius*] ex dilectionis
ardore sereno ac spirituali, & quasi gratias agens pedibus sanctis, qui corpus illud deferebant, per cu-
ius os, seu prædicationem ipsa fuit cōuersa. Præterea quia pedes sunt inferiores corporis partes, ad eos
audacius fiducialiúsque accessit. Patet quoque ex his, quod nudis pedibus Christus incesserit. [*Et vn-* H
guento vngebat,] quia vnguentum hoc refrigeratiuum fuit, & boni odoris, ac corporis delinitiuum.
1. Tim. 4. Quemadmodum vero ait Apostolus, Omnis creatura dei bona est, scilicet quantū ad id, quod à crea-
Sapien. 14. tore naturaliter, pure, infinitéque bono sortita est: abutentibus vero aliquæ creaturæ sunt malæ, prout
in libro Sapientiæ legitur, Creaturæ factæ sunt in laqueum pedibus insipientium. Igitur Maria Mag-
dalena creaturis quibus fuit abusa, videlicet propriis membris, ac aliis rebus, orsa est bene vti in Chri-
sto. Oculos nanque quibus vanissime & lasciue fuit multos intuita, iam lachrymando afflixit: capillos
quibus se vane ornauit, ad deponendos pedū Christi pulueres, immunditiámq; protendit: labia quæ
aliis libidinose applicuit, pedibus Christi lachrymose impressit. Sic & vnguento suo iam optime vsa
est, quo ante vtebatur peruerse. [*Videns autem pharisæus qui vocauerat eum*]. i. Iesum ad conuescendū in-
uitauit. Videns inquā quomodo mulier ista lachrymis suis pedes Christi rigaret, capillis tergeret, oscu
laretur ac vngeret, [*Ait intra se*]. i. cogitauit, [*Dicens*] verbo mentali, quod est mētis conceptus, ex quo
verbū vocale procedit. [*Hic*]. i. Iesus iste quē inuitaui: aspernāter sic cogitauit, indignās Christo q se
à peccatrice sic cōtrectari permitteret. Vnde sicut interdū ex indignatione nō exprimim⁹ nominatim
Lucę. 13. eū de quo loquimur verbo vocali, quēadmodū Iudęi tēpore passionis dixerūt de Christo, Hūc inue-
Ioann. 18. nimus subuertētē gentē nostrā. & rursus, Nō hūc, sed Barrabā: sic aliquādo cogitādo de aliquo dedi-
gnamur eū interiori verbo nominatī intus exprimere, sed per cōe aliquid eū notam⁹. [*Si esset ppheta,*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cuius est ex reuelatione diuina intueri secreta. Itaque si esset propheta, vt multi existimant, & ipsemet innuit, [*Sciret vtique*] deo reuelante, [*Quæ*] determinate ac nominatim, & quæ persona, [*Et qualis*] in cõ uersatione, seu quàm spernenda, ac vilis [*Est mulier quæ tangit eum.*] pedes eius lauando, tergendo, osculando, vngendo, [*Quia peccatrix est*] id est, magna & inueterata præuaricatrix.

¶ Aliquando in scripturis peccator siue peccatrix vocatur quicunque peccauit, etiam si solum venialiter fuerit peccans & pœnitentiam egerit, imò dato quod nũquam actualiter peccauerit atque ab omni culpa immunis sit, sed originali peccato quandoque fuit obnoxius. Aliter verificari non posset quod scriptum est, Nemo mundus à sorde, etiam si vnius diei fuerit vita eius super terram. Et nihilominus constat, quod infantes baptizati omni careant macula culpæ, & morientes mox euolent. chrysostomus quoque in homilia ait de Ioanne Baptista, quod fuit peccator. Interdum magis proprie fertur peccator, qui mortaliter est transgressus, quamuis pœnituerit & absque mortali sit. Sic Paulus nõ solum peccatorem, sed & peccatorum primum se nominat. Propriissime vero peccator asseritur, qui in mortalibus vitiis iacet scienter, præsertim qui diu, & animo indurato sic permanet: sicque pharisæus Mariam hanc nominat peccatricem, insinuans se peccatorem non esse. Ioan. 15. 1. Timo. 1.

¶ Porrò in verbis istis mentalibus fuit hic Simon multipliciter errans & peccans. Primò, temerarie iu
B dicando, quia tam christum quàm Mariam iudicauit culpabilem in hoc facto. Secundò, vitiose indignando, quia tam pœnitenti mulieri quàm suscipienti miserentíque Christo fuit indignans. Tertiò, culpabiliter reprehendendo, nam Mariam hanc de actu pœnitentiæ, & Christum de actu misericordiæ quasi de vitiosis actibus reprehendit. Quartò, dupliciter mentiendo, non enim consequens est, vt si quis sit propheta, propterea sciat omnia aliorum secreta: nec ista Maria, quando hæc egit, fuit peccatrix secundum pharisæi intentionem, imò iã per cordialem contritionẽ fuit iustificata fuitque amore diuino succensa. Sed (vt ait Gregorius) vera iustitia habet compassionem: falsa, indignationem. Vnde si Maria hæc pharisæi se pedibus prostrauisset, eam forte calcibus repulisset. Et ecce vsque in præsens, multi huic pharisæo sunt similes, qui non obstante quod ipsi fuerunt vel sunt peccatis, defectibus, passionibus squalidi, pleni ac lacerati, aliis tamen peccantibus mox immisericorditer indignãtur, detrahunt & illudunt, non condolent, nec succurrunt, non pensantes illud Apostoli, Qui stat, videat ne cadat. Et rursus, Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Itémque, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Isti sunt imperfecti, inanes & leues, qui cũm modicum quid iustitiæ & virtutum inceperint, statim fatue gloriantur, derisibiliter extolluntur, alios aspernantur, qui si vere illuminati, sapientes, virtuosique essent, aliis charitatiue compaterentur, consilio atque auxilio suffragarentur. Hinc dicit Gregorius, Necesse est, vt cum peccatores quosque cõspicimus, nosmetipsos prius in alio-
C rum calamitate, seu vitiis defleamus: quia in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus. Itaque propriam infirmitatem semper pensemus, omníque peccãti cordialiter cõdoleamus, pensantes, quod nos quoque aut tantum aut grauius caderemus, seu lapsi essemus, nisi diuina pietas misericorditer affuisset atque adesset. Si ita egerimus, vere sapientes, misericordésque sumus, & fiet in nobis quod Christus promisit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Propter quod monet Apostolus, considera teipsum, ne & tu tenteris. [*Et respondens Iesus,*] non verbis vocalibus, sed mẽtalibus seu cogitationibus pharisæi: per quod ostendit se plus quàm prophetam cordis cogitationes intuendo, pandendo, ac instruendo: cum cogitationes affectionésque mentis inspicere deo sit proprium, nec prophetis id competat, nisi ex reuelatione diuina. [*Dixit ad illum,*] puta ad Simonem, [*Simon, habeo tibi aliquid dicere.*] Ecce Christus Pharisæum reprehensurus, quam dulciter eum familiaritérque affatur, & nomine proprio exprimens eum, facit intentum, ad innuendum quod qui alium corripere cupit aut habet, pie ac mititer hoc facere debet, dummodo per huiusmodi increpationem alter valeat emendari: ideo scriptum est, Corripiet me iustus in misercordia & increpabit me. [*At ille ait, magister dic.*] deinde Christus proponit paradigma siue parabolam, quæ secundum sensum superficialem difficultatẽ nõ habet, vt patet in textu: sed mystica eius intelligentia pulchrior est. Est ergo parabola ista de quodam piissimo creditore & duobus pauperibus debitoribus Christo dicente, [*Duo debitores erant cuidã fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit*
D *vtrisque,*] id est, ambobus debita illa dimisit. 1. Cori. 10. Gala. 6. Ibidem. Matth. 5. Gala. 6. Psal. 142.

¶ Itaque per fœneratorem mystice designatur deus omnipotẽs, liberalissimus dator omnis boni, & iustissimus vltor omnis peccati: qui dicitur fœnerator duplici ratione. Primò, quoniam pro culpa pœnam exigit & infligit, imò pro culpa temporali supplicium æternum. Secundò, quia pro donis naturæ & gratiæ, quæ nobis largitur, exigit bonum vsum illorum, & gratiarum actionem, atque profectum à nobis.

¶ Porrò secundum hanc duplicem causam, cur deus fœnerator vocatur, debitores dupliciter possunt intelligi. Si enim ob primam causam deus fœnerator dicatur, per debitores intelligendi sunt peccatores, qui pro suis excessibus tenentur satisfacere deo, seu debitas luere pœnas: vnde per debitorem quingentorũ denariorũ accipiendus est qui valde grauiter, multiplicitérq; deũ offendit, per debitorũ vero quinquaginta denariorum, qui minus peccauit. Isti debitores vnde reddant non habent, quoniã viribus suis absque gratia dei satisfacere nequeunt aut absolui, & præsertim non habent vnde satisfaciant deo pro pœnæ debito infinitè: sed deus donat, id est, indulget vtrisque dum veniam poscunt, & quod in ipsis est faciunt: imò interdum ex sua pietate immensa totaliter, ac gratiosissime preuenit eos & excitat ad seipsum, vt patet in Paulo Apostolo. Rursus, deus donat istis vtrisque, id est, gratuitum gratiæ donum infundit, quia sine gratiæ dono nõ fit culpæ remissio, aut iustificatio, dicente Aposto- Actu. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Roma. 3. lo, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Si autem propter ſecundam rationem deus fœnerator vocetur, E
per debitores intelliguntur qui varia dei beneficia ſunt ſortiti: & per debitorem quingentorum nummorum, qui multo maiora: per alium, qui minora. Iſti non habent vnde reſtituant, id eſt, deo dignam viciſſitudinem reddere nequeunt, nec ſatis regratiari ſeu obſequi, præſertim pro eo quod vnigenitus dei filius tanta pro eis aſſumpſit, fecit ac pertulit: & tamen ſi pro poſſe deo humiliter regratientur, ac feruide obſequantur, benigniſsimus deus humani generis ſciens imbecillitatem, ac inſufficientiam,
Matth. 13. non ſolum non deſpicit eos propter imperfectionem eorum, ſed etiam donat, id eſt, dona gratiæ &
Lucæ. 19. ria beneficia ſua auget in eis. Habenti enim, id eſt, de eo quod accepit gratias referēti, dabitur & abundabit.

¶ Deinde Chriſtus volens concludere phariſęum ex ſuiipſius reſponſo, interrogat eum, [*Quis ergo eum plus diligit?*] id eſt, quis donatorum debitorum fœneratorem, imò condonatorem illum plus diligere obligatur? [*Reſpondens Symon, dixit, Æeſtimo*] Sobriè loquitur phariſæus, timens ex propriis verbis cōuinci à Chriſto, cuius ſapientiam nouerat eſſe magnam. [*Quia is cui plus donauit,*] id eſt, qui maiorem indulgentiam aut beneficentiam eſt adeptus. Ille quippe cæteris paribus plus amare tenetur, quia plus datum eſt ei. Quanto enim quis ab aliquo maiora conſequutus eſt bona, veniámve maiorem, tanto plus habet illum diligere. Et iſtud præcipue verum eſt & contingit in rebus humanis, vbi amor frequēter cauſatur ex precedentibus donis, ideo amor maior ex donis procedit maioribus. [*At ille dixit, recte iudicaſti,*] id eſt, verum à falſo rite diſcreuiſti, veritatémque affirmaſti. Itaque hoc Chriſti exemplo approbanda eſt veritatis prolatio à quocunque ſit pronuntiata, nec ex odio, ſeu vilipēſione perſonæ debemus veritati ab ea prolatæ aut æquitati ab ea peractæ contradicere aut reniti, vt moris eſt hominum, paſsionibus ſubiectorum. F

¶ Deinceps Saluator parabolam hanc applicat ad propoſitum ſeu intentum, [*Et conuerſus ad mulierem*] Hoc de duplici conuerſione verificatur. Præfatis nanque verbis prolatis Chriſtus faciem ſuam corporalem ſpiritualiter conuertit ad mulierem retro ſecus pedes ſuos ſtantem, vel potius iacentem atque proſtratam, illos tergendo ac oſculando. Spiritualiter quoque ſe conuertit ad eam per reſpectum mē-
Gregorij. tis ſuæ piiſsimum, & maiorem gratiæ infuſionē. nam & ante ſic conuerterat ſe ad ipſam dicente Gregorio, Quid miremur fratres Mariam venientem, an dominum ſuſcipientem? ſuſcipientem dicam an trahentem? Sed vt verius fatear, & trahentem dicam & ſuſcipientem. Ipſe enim ad pœnitentiam traxit intus, qui per manſuetudinem ſuſcepit foris. [*Dixit Symoni, vides hanc mulierem?*] id eſt, aſpicere & conſiderare merito debes perſonam & facta hæc eius. Vnde & Chriſtus notanter ait hanc mulierem, quaſi dicat, Attende fœminam iſtam valde notabilem, cuius geſta hæc ſunt cōſideratione digniſsima, cum ipſa ſit pœnitentiæ forma, peccatorū exemplar, & ſpei, electioníſque vaſculū: in quo ſicut prius abundauerat culpa, ita abundat nunc gratia. [*Intraui in domum tuam,*] inuitatus à te, ideo curialiter, charitatiue atque hilariter à te ſuſcipi debui, cum tamen ita factum nō ſit, ſaltē tam perfecte vt decuit. Nā G
Roma. 5. [*Aquam pedibus meis non dediſti,*] id eſt, pedes meos aqua quę in promptu eſt nec lauaſti, nec lauari feciſti, cum tamen hoc de iure vel conſuetudine hoſpitalitatis exiſtat. Et Chriſto præcipue fieri debuit, qui nudis pedibus pergens, pedes frequenter habuit laſſos, puluerātos, afflictos. Hinc in Geneſi legūtur Abraham & Loth dixiſſe ad angelos quos homines exiſtimabant, Lauate pedes veſtros. Et rurſus
Gene. 19. Laban legitur dediſſe aquam ad lauandum pedes camelorum & virorum qui cum Abrahæ ſeruo ad-
Gene. 24. uenerant. [*Hæc autem,*] quam Chriſtus nominatim non exprimit, non ex eius aſpernatione, ſed appretiatione, & quia prædemonſtrabilis fuit in pœnitentiæ actione, & exempli oſtenſione, cæteríſque actibus, quæ Chriſtus tam diligenter enumerare dignatur, [*Lachrymis rigauit pedes meos,*] cum tamē lachrymæ ab interiori trahantur, nec ita habeantur in promptu, & pretioſus ſint humor: quo patet, quod valde excellat te circa me, qui mihi nec aquam ad pedum ablutionem dediſti.

¶ Præterea quam beata ſit pia lachrymarum effuſio, pandit Chryſoſtomus, dicens, Sicut vbi vehemēs imber prorumpit fit ſerenitas: ſic lachrymis effuſis oritur & apparet mentis tranquillitas, & perit caligo reatuū, & ſicut per aquam & ſpiritum, ſic per lachrymas & confeſsionem denuo mundamur. [*Et capillis ſuis terſit.*] quo claret quantum nunc crinium ſuorum priſtinum contemnat ornatum, quæ pedum immundicias abſtergit per eos, cum tamen fœminæ in decore, compoſitionéque crinium ſoleāt præcipue gloriari. [*Oſculum mihi non dediſti, hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos,*] H
quo innoteſcit quòd magis charitatiue atque humilius habuit ſe ad me quàm tu, qui nec oris oſculū mihi dediſti, quod pacis & amicitiæ ſignū eſt, & fieri conſueuit in primitiua eccleſia in mutuo Chriſtianorum occurſu & ſalutatu congruo loco & tēpore: propter quod Paulus ſæpe in ſuis ſcribit epi-
Roma. 16. ſtolis, Salutate inuicem in oſculo ſancto. Nam & Chriſtus diſcipulos ſuos ad ſe redeuntes ſéque ſalu-
2. Cori. 16. tantes in oſculo ſancto ſuſcipere cōſueuit: propter quod inſtante paſsione proditor loquebatur, Quē-
1. Petri. 5. cunque oſculatus fuero, ipſe eſt. Vnde pateſcit quàm pleniſsima dilectione Chriſtus amauerit naturā
2. Cori. 13. humanam, hominúmque perſonas. Hæc autem de oſculo ſpirituali, quod ex vera & interna dilectio-
Matth. 26. ne emanat ſunt intelligenda.

¶ Porrò ſicut amor carnalis totaliter vitioſus & fœdus eſt, ita & oſculum ex eo progrediens. [*Oleo caput meum non vnxiſti,*] cum tamen nudo capite ſim incedens, & oleum tale quale mihi fœmina hęc impendit, mihi ſit congruens. [*Hæc autem vnguento vnxit pedes meos,*] cum tamen pedes ſint capite loco & dignitate inferiores: quo patet, quod ipſa magis appretiata ſit pedes meos quàm tu caput meum. Ex præinductis Chriſtus concludit, [*Propter quod,*] id eſt, quia tam charitatiue, reuerenter atque humiliter ſe habuit circa me, [*Dico tibi, Remittuntur ei peccata multa,*] id eſt, vniuerſa eius peccata, quæ multa ſunt, remiſſa ſunt ei à me authoritatiue, ſecundum quod deus ſum: & miniſterialiter, ſecundū quod homo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſum. Peccata nempe mortalia, quantum ad culpam pariter remittuntur, [*Quoniam dilexit multum,*] feruor enim dilectionis eſt ſpiritualis ignis peccata conſumens: propter quod Salomõ proteſtatur, Vniuerſa (inquiens) delicta operit charitas. Ideo Petrus hortatur, Ante omnia (inquiens) mutuam charitatem in vobis continuam habentes, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum. Prou. 10. 1. Petr. 4.

¶ Circa hæc oritur difficultas. Supra enim aſſeruit chriſtus, ideo quenquã plus diligere, quia plus cõdonatum eſt ei: hic vero infert oppoſitum, dicens, quod ideo dimiſſa ſunt huic multa peccata, quia multum dilexit: vnde in parabola innuit, quod magnitudo remiſsionis & veniæ, ſeu donum ſit cauſa magnæ dilectionis: nunc vero affirmat, quod amor ſit cauſa doni, & magna dilectio cauſa magnæ remiſsionis. Præterea, ſi ideo dimiſſa ſunt ei peccata multa quia multum dilexit, apparet quod dilectio, imò & magna dilectio remiſsionem peccati præcedat, ſicque in eodem erunt peccatũ mortale & charitas. Ad iſta eſt reſpondendum, quod dupliciter dicitur peccatum dimitti, videlicet quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Chriſtus autem nunc loquitur de remiſsione peccati quantum ad pœnam, & hanc remiſsionem præcedit & efficit magna dilectio, non obſtante quod ex remiſsione maioris culpæ maior oriatur dilectio, quantum ad actum amandi, loquendo de vna atque frequenti cauſa dilectionis maioris & cæteris partibus. Frequẽter enim contingit, quod qui grauius peccaſſe ſe recordantur, feruiores fiant, & deo plus regratiantes, atque inſtantius pœnitentes ac obſequentes, dicẽ-

B te Apoſtolo, Vbi abundauit delictum, ſuperabundat & gratia. Non tamen eſt conſequens, nec Chriſtus vult dicere, quod ſemper plus diligant, aut gratiam poſsideant ampliorem quibus plura ſunt cõdonata peccata. Non enim latro crucifixus cum Chriſto, & veniam conſecutus, feruentior factus eſt Petro, Ioanne aut Iacobo: nec aliquis horum virgine glorioſa, cui nullum actuale peccatum vnquam remiſſum eſt: quia non ſola peccati remiſsio aut doni receptio cauſat & auget amorem, præſertim loquendo de diuino amore, qui interdum ex ſola dei bonitate quibuſdam perfectior intentiórque præſtatur. Vnde Chriſtus nunc loquitur de cauſa amoris, & eius effectu, prout ad ſuum congruebat propoſitum ad reprimendum Phariſæi errorem. Roma. 7.

¶ Aliqui vero ad iſta aliter reſponderunt, dicentes: quod quædam eſt dilectio remiſsionẽ culpæ præcedens, & quædam hanc ſequens, quia in iuſtificatione impii tria ſunt, ſcilicet primariæ gratiæ infuſio, vtpote fidei, ſpei, & charitatis: cordis quoque contritio & culpæ remiſsio. Et quamuis hæc tria ſimul ſint tempore, non tamen cauſalitate. Nam infuſio gratiæ eſt cauſa contritionis, & cõtritio eſt cauſa remiſsionis culpæ. Itaque patet quod primaria dilectio procedit remiſsionem peccati. Eſt autem & alia dilectio, quæ ſequitur remiſsionem. Cum etenim anima ſentit ſe ſancto ſpiritu aſpiratam, creditq; probabiliter culpam ſibi à deo dimiſſam, amplius diligit & magis mouetur ad bene agendum. & forte iſta ſecunda dilectio eſt præcedentis augmẽtatio, cauſata ex conſideratione remiſsionis præcedẽtium peccatorũ. Ergo de primaria dilectione intelligitur quod dicitur, Remittũtur ei peccata multa.

C De ſecundaria autem loquutus eſt Phariſæus, Aeſtimo quia is, ſcilicet plus diligit, cui plus donauit.

¶ Conſtat igitur, quod Maria, ſeu quilibet pœnitens dilectionem dei primariam & gratiam prius habuit quàm remiſsionem peccati, non prioritate temporis, ſed cauſalitatis, præſertim in genere cauſæ formalis, cum naturaliter prius ſit eſſe gratiæ, ſicut & cuiuſlibet rei, quàm ſuum agere. & ita prius eſt eſſe gratiæ quàm ſuum officium oppoſitum, puta peccatum expellere.

¶ Denique huic dicto Gorræ concordat, quod in prima ſecundæ aſſerit Thomas, quod iuſtificatio paſsiua impii, eſt motus eius ad iuſtitiam, quemadmodum paſsiua calefactio eſt motus ad calorẽ. Deinde oſtendit quomodo ad iuſtificationem hanc requirantur infuſio gratiæ, & motus liberi arbitrii ad conſenſum, acceptationémque gratiæ infuſæ, & motus fidei, motus etiam charitatis, ſine qua nihil meritorium extat, itémque motus liberi arbitrii contra peccatũ, renitendo ei & fugiendo hoc ipſum.

¶ Poſtremò exigitur remiſsio culpæ, quia per hoc motus iuſtificationis completur, quod culpa remittitur. Aſſerit quoque Thomas, quod licet iuſtificatio impii fiat in inſtanti, nihilominus inter ea iam dicta, quæ requiruntur ad eam, eſt ordo, ita quod naturali ordine prior eſt infuſio gratiæ, deinde motus liberi arbitrii in deum, ſeu in gratiæ acceptionem, tertio loco ſequitur motus liberi arbitrii cõtra peccatum: remiſsio autem culpæ eſt vltimum, quia ad ipſam totus motus ordinatur. Veruntamen ex par- Thomas

D te hominis, prior eſt remiſsio culpæ, quàm infuſio gratiæ, ſecũdum viam generationis. Oportet enim impedimentum auferri, ante introductionem oppoſiti. Hæc omnia ſanctus Thomas circa finem prælegatæ ſummæ pulchre declarat, quæ ob prolixitatem vitandam omitto. Deinceps ait Saluator, [*Cui autem minus dimittitur, minus diligit.*] Hoc clare videmus, quod ſæpe qui minus grauiter deliquerunt, tardius confitentur ſeu conuertuntur, & poſt conuerſionem remiſsius habent ſe, quàm qui grauius peccauerũt. Nam illi minus ſibi indultũ arbitrantur, & iſti magis. Ob hoc tamen nullus audacius debet peccare, quia & verbum hoc Chriſti intelligendum eſt cæteris paribus, & vt frequenter, non autem ſimpliciter atque in omnibus. Non enim Maria Magdalena plus diligit deum quam benedicta virgo Chriſtifera, quamuis minus dimiſſum ſit virgini glorioſæ, imò nullum actuale peccatum dimiſſum eſt ei, ſed aliunde eſt ei maior ratio diligendi deum quàm Magdalenæ. Alii quoque in innocentia ſua perſiſtentes multo feruentius deo deſeruierunt, quàm multi præcipui peccatores cõuerſi: ſicut de ſanctiſsimis Chriſti pueris Gregorio & Bernardo, ac Thoma aliiſque innumeris certũ eſt. Hinc ait Chryſoſtomus, Opus eſt nobis feruenti anima, quia nil impedit hominem fieri ſpiritualiter magnum. Nullus ergo in peccatis conſtitutus deſperet, nemo virtuoſus dormitet, nec vane confidat, ſæpe enim meretrix præcedit eum: nec iniuſtus diffidat, poſsibile nanque eſt eum primos ſuperare. [*Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi*] à deo [*Peccata tua*] vniuerſa. Larga enim dei pietas veniam non dimidiat. Chryſoſt.

¶ Porrò quòd ait, Remittuntur &c. ſi intelligatur de remiſsione, quantum ad culpam, exponendum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est, remissa sunt, sicut prætactum est: si vero accipiatur de remissione quãtum ad pœnã, exponi potest E
per modum temporis præsentis, quia vt dicitur in hac vice, Christus indulsit Mariæ Magdalenę peccata sua, quantum ad pœnas eis debitas, plene siue totaliter propter ardentem eius ad Christum amorem, & vehementem suarum horrorem culparum. Remissio quippe peccati mortalis, aut nulla est, aut totalis: sed remissio pœnæ cõmuniter fit per partes & non tota simul, secundum communem vt tactum est cursum, quamuis interdum fiat tota simul, ob charitatis ingẽtem ardorem, peccati ruborem, contritionis intensionem, confessionis humilitatem, vitiorum detestationem, quæ omnia fuerunt in Magdalena, quia & si verbis non confitebatur, lachrymis tamen, suspiriis atque operibus hoc agebat, nec tunc sacramentum confessionis requirebatur. [*Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se,*] hoc est, cogitare, [*Quis est hic qui etiam peccata dimittit?*] Quasi dicant, Quã præsumptuosus est iste, aut quomodo audet sic loqui. quamuis nanque Christus non dixerat, Remitto tibi, sed remittuntur tibi peccata, ipsi tamen hæc verba sic acceperunt, tanquam dixisset, Remitto tibi. &c. Frequenter enim Christus de seipso quasi de alio loquebatur in tertia persona. ¶ Aduertebant quoque quod peccata dimit-
Esaiæ. 43. tere deo sit proprium, qui ait per Esaiam, Ego sum qui deleo omnes iniquitates tuas. & cui in libro
Iob. 14. Iob dicitur, Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nónne tu qui solus es? Sed
hæc non sunt contra Saluatorem, qui secundum quod deus dimisit peccata authoritatiue, imò cũ patre & spiritu sancto vnus est peccati dimissor: secundum naturam vero assumptam, relaxat peccata in- F
strumentaliter, atq; vt meritoria causa. [*Dixit autem ad mulierem.*] Non enim respondit ad cogitationem
Ioan. 21. illorum peruersam, quia vt ait Gregorius, Cœlestis medicus ægros respuit, quos de medicamine deteriores fieri videt. veruntamen non sequitur quòd Christus non responderit illis quamuis euangelista non scribat. Multa siquidem fecit & dixit Saluator, quæ nullus Euangelistarum conscripsit, imò
eorum quæ operatus atque locutus est, pauca in speciali scripserunt, vt Euangelica legenti volumina
Actu. 21. elucescit. [*Fides tua te saluum fecit,*] hoc est, merito fidei tuæ à peccatis tuis es liberata. Vnde in Actis a-
Hebr. 13. postolorum fertur de deo, Fide purificans corda eorum. & Paulus, Sine fide (inquit) impossibile est placere deo. Nam fides est fundamentum principiúmque virtutum, & per ipsam mens primo coniungitur deo. Nec obstat quod paulò antè Christus asseruit, mulieri huic multa esse dimissa peccata, quia dilexit multum: ad eundem equidem actum virtuosum multæ concurrere possunt virtutes. Nũc quoque est mentio de fide formata, quæ dilectionem includit, & operatur per eam. [*Vade,*] hoc est, à me discedens perseuera [*In pace*] pectoris, quousque inducaris ad pacem æternitatis, à vitiis quoque cessa, nec in pristinam vitiorum deordinationem labaris, sed deo iugiter regratieris, quemadmodum ad Ro
Gala. 5. manos ait Apostolus, Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deum. Hæc est pax vera & bona, mentis
Esaiæ. 57. in deo tranquillitas, quam ad Galatas ponit Apostolus inter fructus spiritus, qua iniusti nõ tranquillantur, iuxta quod in Esaia legitur, Non est pax impiis dicit dominus. ¶ Circa præhabita quæritur, G
Quis plus amare & regratiari tenetur, innocens vel peccator conuersus? Apparet quod innocẽs, quoniam donum innocentiæ maius est dono gratiæ restitutæ. Augustinus quoque fatetur, multo ardẽtius diligere debes deum, qui flagitiosis quęcunque mala dimisit, in ea te cadere nõ permisit. Oppositum apparet ex eo, quod dixit Saluator verba Simonis approbando, Cui plus donatum, hoc est, condonatum est, plus diligit: & cui minus dimittitur, minus diligit. ¶ Ad hanc quæstionem Thomas in secunda secundæ respondet, dicendo, Vbi maior est gratia ex parte dantis, requiritur maior gratiarũ actio ex parte recipientis. Gratia vero ex parte dantis, dicitur maior dupliciter. Vno modo secundum quantitatem dati, & sic innocens deo magis regratiari tenetur, eo quod donum innocentiæ maius sit dono gratiæ redditæ, cæteris paribus: est etiam donum innocentiæ magis continuatum, & incessabilius conseruatum. Alio modo gratia dicitur maior, quia magis gratis tribuitur, & sic pœnitens magis regratiari tenetur. Eadem autem est ratio de amando magis aut minus. Aliqui etiam dicunt, quod innocẽs plus tenetur amare deum & grates ei rependere ex cõmisso, sed pœnitens ex dimisso. Itaque quoniam status innoscentiæ absolute loquendo melior est statu pœnitentiæ, patet quod cæteris paribus simpliciterque loquendo, innocens plus amare habet & regratiari. ¶ Postremò, quomodo mystice per pharisæum Iudaicus populus, per Mariam vero conuersa designetur gentilitas, beatus Gregorius in homilia satis prosequitur. H

¶ Expositio Cap. VIII. [*Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans.*] Artic. XX.

ET factum est deinceps, & ipse] vnigenitus dei [*Iter faciebat per ciuitates & castella*] Iudææ, Galilææ, Samariæ [*Prædicans*] hortando ad bene agendum, [*Et euangelizans regnum dei,*] id est, cælestis regni felicitatem pro prẽmio dandam iustis palã pronuncians. Dicitur autem regnum dei & regnũ cęleste, regnũ quidem dei à regnante & ãante: regnũ cęleste siue cęlorũ à loco vel ciuibus regni illius. Euã-
Lucæ. 6. gelizauit quoque Saluator regnum dei, i. statum, processum, gratiam, & prẽmiũ ecclesię militantis, quę vbertim regnum dei & regnum cęlorum in euangelio nominantur. Itaque & nos Christum sectemur: nõ vana & friuola, sed cęlestia proferendo & ędificatoria proponẽdo, pensantes illud Hieronymi, Omne quod nõ ædificat audientes, in periculũ vertitur eorũdẽ. [*Et duodecim,*] puta apostoli [*Ibant cum illo.*] Apostoli quippe magis cõtinue & familiarius quã cęteri discipuli Christo vbilibet adhęserũt, de quorũ electione & institutione dictũ est. [*Et mulieres*] aliquę ibãt cũ Iesu [*Quæ erãt curatæ*] ab ipso [*A spiritibus malignis.*] Hoc dupliciter intelligi potest. Primò, ꝙ quędã illarũ fuerũt obsessę. Secũdo, vt dicãt à dęmonib⁹ curatę, quia à vitiis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A valde multis & magnis fuerunt per Christi prędicationem, gratiámque mundatę. Certi autem dęmones à certis vitiis nomina sortiuntur, quia ad ea specialiter tentant, inclinant, inducunt: vnde dicitur spiritus superbiæ, spiritus fornicationis. qui autem huiusmodi vitiis sordent, à dæmonibus spiritualiter possidentur, tanquam captiui & serui eorum. A quo enim quis victus est, huius & seruus est, vt in secunda canonica loquitur Petrus, & Paulus de impiis loquens, Resipiscant (inquit) à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. [*Et infirmitatibus*] corporalibus. Merito ergo secutæ sunt Christum tanquam magistrum & medicum animarum corporúmque earum, gratæ consistere & plus proficere cupientes, videlicet, [*Maria quæ vocatur Magdalena*] à castro nomine Magdalum. Fuit enim soror Marthæ & Lazari, filia opulenti atque prænobilis viri, & ex hæreditate parentum deuenit ei hoc castrum. [*De qua dæmonia septem exierant,*] hoc est, peccata septem mortalia, quibus aliquando plena fuit. Vnde & in Marco legitur, Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dęmonia. [*Et Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis,*] forte eius qui tempore quo facta sunt hæc, vixit, videlicet Herodis qui decollauit Baptistam, [*Et Susanna,*] quæ cordis cõstantia & virtute atque prudentia, similis facta est præclaræ illi Susannæ, de qua in Daniele habetur. De Ioanna præfata infra habetur, quod cũ Maria Magdalena venit cum aromatibus ad sepulcrum, vi-

B dítque duos angelos sanctos, & forte idem intelligendum est de Susanna, sicut ex verbis sancti Lucæ ibidem cõiicitur. [*Et aliæ mul.æ*] mulieres, sexus nempe fœmineus ad deuotionem solet esse magis dispositus, quàm sint viri, quia fœminæ cõmuniter humilioris & mollioris sunt cordis. [*Quæ ministrabãt ei,*] scilicet Christo, & eius discipulis, qui pauperes erant, seu omnia reliquerunt, [*De facultatibus,*] hoc est, opibus [*suis.*] quia opulentæ fuerunt atque deuotæ, & rationabile esse pensabant, vt sicut ipsi spiritualia à Christo quotidie susceperunt, sic ei in temporalibus ministrarent, præsertim, quia à corporis & animæ morbis fuerunt liberatæ per Christum. Vnde nec condignum aliquid ei valebant rependere, cum in Ecclesiastico scriptum sit; Melius est corpus validum, quàm cẽsus immensus. Quẽ-admodum autem contra Iulianum scribit Hieronymus, consuetudinis Iudaicæ fuit, vt mulieres deuotæ de substãtia sua victũ atq; vestitũ suis præceptoribus & doctoribus ministrarent, Sed quia hoc in gẽtilibus scandalũ facere potuit, Paulus abiecisse se, ptestatur: nihilominus idem Apostolus pro modico reputauit, si illorum temporalibus sustentaretur, quibus ipse spiritualia impendebat, dum loquitur, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si vestra carnalia metamus? Hinc iterum ait, Nunquid non habemus potestatem sororem, mulierem circunducendi, sicut cæteri Apostoli? Itaque Christus à mulieribus deuotis talia sumẽs, dedit exemplum fidelibus, quod his qui aliis spiritualia impertiũtur, liceat de illorum corporalibus sustentari. Propter quod ad Corinthios ait Apostolus, Ordinauit dominus his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere.

C ¶ Consequenter describitur prædicatio Saluatoris, [*Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum,*] sicut in Matthæo legitur, vbi & quæ sequuntur habentur. In turba hac multi carnales & imperfecti fuerunt, vnde non omnes propter eandem ad Christum confluxerant causam, sed quidam ex deuotione, quidam ex curiositate, vt viderent miracula, quidam ex inuidia, vt insidiarentur, quidam vt sanarentur, quidam vt alerentur, [*Dixit per similitudinem,*] id est, parabolico vtebatur sermone, proponens parabolas. Est autem parabola rerum dissimilium genere sub aliqua similitudine facta comparatio.

¶ Præterea multæ assignantur causæ, cur Christus turbis in parabolis loquebatur. Primò, vt diuina secreta, ac superna mysteria, carnalibus & indignis manerent ignota: secundum illud Matthæi, Nolite sanctum dare canibus. Hinc diuinus Dionysius in mystica theologia loquitur Timotheo, Videvt nemo indoctorum hæc sciat. Secundò, vt fidelibus detur occasio fructuosæ exercitationis, in addiscendo, perscrutando, & exponendo parabolica dicta, iuxta quod in Prouerbiis inducitur, Sapiens animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientium & ænigmata eorum. Tertiò, vt diuinitatis perfectio, & diuinorum proprietas doceantur in sensibilibus, cunctísque rebus aliqualiter relucere: quemadmodum theologus Dionysius protestatur, Nil (inquiens) est, quod diuinę bonitatis participatione omnino sit expers. Et ad Romanos ait Apostolus, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt cognoscuntur. ¶ Insuper per hoc, quod Saluator toties similitudinibus ex corporalium rerum genere

D sumptis est vsus, clarissime condemnatur insania Manichæi, qui terrena hæc dixit à principe tenebrarum diabolo esse creata.

¶ Deinde parabola subditur, [*Exiit qui seminat seminare semen suum.*] Hoc sicut sequentia, quantum ad sensum per verba immediate signatum, difficultatem non habet. Sed sensus principalis, imò & literalis in parabolicis sermonibus non est, qui per verba immediate insinuatur, sed qui per res verbis significatas intenditur, & ita exponenda sunt ista. Itaque ait, [*Exiit qui seminat,*] hoc est, Christus seminator verbi cælestis in cordibus hominum [*Exiit seminare*] id est, ad seminandum [*Semen suum*] hoc est, euangelicæ doctrinę prædicationẽ. hęc est seminatio spiritualis, de qua in Osea legitur, Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. de qua ait Apostolus, Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam. ¶ Præterea quamuis quod nunc ait Saluator de exitu ad seminãdum, intelligi debeat de exitu suo à cęlo in terram per incarnationis mysteriũ, qui exitus vocatur descensio, de qua dicit Apostolus, Quod autem ascendit, quid est nisi quia primo descendit in inferiores partes terræ? Et Psalmista, A summo cælo egressio eius. Item de exitu suo ex vtero virginis, iuxta illud Psalmi, Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. de exitu quoque locali, quo egressus est de domo ad publicum locum, vbi conuenientius audiretur à multis, nihilominus exitus competit Christo, etiam secundum diuinam naturam, quia eo ipso quo à patre ęternaliter gignitur, ab ipso exi-

Ioann. 41. 2. Petr. 2. 2. Timo. 2. Daniel. 13. Eccle. 30. 1. Corin. 9. Matth. 9. Matth. 7. Prouer. 1. Roma. 1. Osee. 10. 2. Cori. 9. Ephe. 4. Psalm. 18.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioann. 16. re seu egredi dicitur: quemadmodum in Ioanne loquitur, Exiui à patre & veni in mundum: quocirca ait Hilarius sexto de trinitate, A patre venisse, & à deo exisse, non est significationis eiusdem: cum aliud sit à deo in substantiam natiuitatis exisse, aliud à patre in hunc mundum ad consummanda salutis nostræ sacramenta venisse, cum exire à deo sit ex natiuitate subsistere. Augustinus quoque super Ioannē, Exiit (inquit) à patre, quia de patre est: in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit. Mich. 5. De quo etiam Christi exitu Michæas asserit, Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Rursus exitus conuenit Christo secundum diuinam naturam, quantum ad operationem eius ad extra, vt secundum quod deus dicatur exire, id est, in actum procedere, imò sic deus dicitur inter homines ambulare Deuter. 32. & habitare, iuxta illud Deuteronomii, Dominus deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum. Et Abacuc. 3. per Abacuc dicitur deo, Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Hinc sanctus Esaię. 46. Dionysius ait, quod deus ad omnia regrediens & procedens, per bonitatis suæ communicationē manet in seipso inegressibilis atque immobilis. [*Et dum seminat,*] i. Christo verbum sapientiæ salutaris Esaiæ. 14. euangelizante [*Aliud cecidit secus viam,*] id est, magna pars prædicationis Christi descēdit in corda hominum mundanorum, carnalia spiritualibus præponentium, qui secus viam sunt, id est, latis itineribus seculi huius, videlicet operibus vitiosis adhærent, nec à lata via perditionis elongare se volunt: contra Hiere. 10. quos per Hieremiam dicitur, Iuxta vias gentium nolite discere. Est autem & alia bona de qua loquitur Esaias, Secus vias pascentur, hoc enim ait de virtuosis. [*Et conculcatum est,*] id est, strepitu cogitationum malarum tentationum & affectionum vitiosarum à fructu boni operis impeditum, calcatum & victum, [*Et volucres cæli,*] id est, dæmones seu aëreæ potestates. quæ volucres cæli dicuntur, quia in aëre caliginoso morantur, & propter subtilitatem naturæ eorum, itémque ob instabilitatem & leuitatem mentis ipsorum, & quoniam inordinate ascendēre sunt moliti. Interdum vero per auem intelliguntur angeli sancti & etiam Christus ob contemplationis sublimitatem & velocitatem, ac agilitatē in eis. Itaque volucres cęli [*Comederunt illud,*] hoc est, verbū dei de prædictorū cordibus audientiū suis Osee. 7. Hiere. 5. tentationibus abstulerunt: ad quod spiritualiter pertinet illud Oseę, Comederunt alieni robur eius & Hebræ. 3. ipse nescIuit. [*Et aliud cecidit supra petram,*] hoc est, in corda indurata atque rebellia, de quibus Hieremias loquitur, Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Vnde ad Hebræos monet Apostolus, Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati, [*Et natum aruit,*] id est, cum verbum dei in corde huiusmodi cœperit parum fructificare, statim cessat ab opere bono atque auertur, [*Quia non habebat humorem,*] id est, sapientiæ salutaris fluenta, gratiæ rorem, charitatísque nutrimentum. In talibus equidem cordibus non sunt virtutes & dona spiritus sancti, saltem stabiliter. Quemadmodum autem humor aquarum alit & conseruat arbusta: sic gratia Hebræ. 13. dei, virtutes & dona spiritus sancti mentem nutriunt, & conseruant, dicente Apostolo, Optimum est Hiere. 17. gratia stabiliri cor, Hinc per Esaiam dominus de homine impio dicit, Maledictus homo, cuius corde cedit à deo. Erit enim quasi myricæ in deserto, & habitabit in siccitate. In Iob quoque ait scriptura, Iob. 8. Proue. 28. Nunquid viuere potest scirpus absq; humore? Itaque sicut hîc dicit Saluator, videmus interdum, quod ex prædicatione verbi cælestis compunguntur ad horam corda lapidea, indurata, timore mortis & inferni iudiciíque diuini. Sed oriente in eis aliqua passione, seu tentatione, mox prauitati consentiunt & arescunt: quemadmodum scriptum est, Qui mentis est duræ, incidet in mala. Deinde ponitur differētia audientium tertia, [*Et aliud cecidit inter spinas,*] hoc est, in corda passionata, ambitiosa & vana, qui superfluis curis, inordinatis timoribus, mortiferísque tristitiis afficiuntur, punguntur, torquentur, dum temporales diuitias & caducos honores immoderate aspirant. Vnde & talia perdere trepidant, habentibus inuident, perditísque talibus contristantur. Hinc secundum Gregorium, Nil quietius, quàm ni- Iob. 30. hil huius mundi appetere. Nihil inquietius, quàm summo & inuariabili bono relicto, vanis & transitoriis inhærere. Veruntamen sicut in Iob scriptū est, Sub præfatis sentibus esse multi delitias reputāt. [*Et simul exortæ spinæ suffocauerunt illud,*] id est, præfatæ affectiones & solicitudines inordinatæ cum verbo prædicationis accepto & fructificare incipiente pariter erūpentes, oppresserunt fructū operis boni, & germen virtutis vicerunt & expulerunt, secundum quod virtutes & opera eius à vitiis eradicari feruntur: dum enim huiusmodi homines incipiunt aliquid boni cogitare aut operari, statim exurgunt & miscent se cogitationes & affectiones de temporalibus rebus, ac præualent. Tales sunt homines passionibus subditi, qui mentis suę agrum ab huiusmodi spinis ac tribulis non emundant, quod q̄ Proue. 24. fatuum sit, pandit Salomon, Per agrum (inquiens) hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & Hiere. 4. ecce totum impleuerant spinæ, operuerunt superficiem eius vrticæ. Auferenda sunt ergo à corde passiones & vitia, vt verbum dei conualescat in eo, propter quod per Hieremiam dominus loquitur, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circuncidimini & auferte præputia cordium vestrorū, ne egrediatur vt ignis indignatio mea & succendatur, & nō sit qui extinguat. Sequitur differentia audientium quarta, [*Et aliud cecidit in terram bonam,*] hoc est, in cor docile ac deuotum, seu ad deuotionē dispositū, quod vere & stabiliter acquiescit sermonibus dei, [*Et ortum*] id est, in actū procedens, ac germinans [*Fecit fructum*] id est, opus perfectum & fructum protulit copiosum. quemadmodum alicubi Gene. 36. terra fertur tam fertilis, quod semen in eam proiectum centuplicatur. Vnde in Genesi de Isaac legitur, quod inuenit in ipso anno centuplum, quamuis hoc forsitan fuerit ex supernaturali terræ illius fœcundatione.

¶ Porrò de hac fructificatione differentiam tripartitam inducit, dicendo, [*Aliud,*] scilicet fecit fructū [*Centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum,*] quod supra Matthæum diffusius extat expositum. Ecce Christus quatuor ponit differentias audientium suas prædicationes, & in sola quarta asserit sermocinationem suam proficere: pauci etenim Iudæorum (comparatiue loquendo) per ipsum fuerunt cō-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uerſi. Non ergo prędicator, exhortator ſiue orator immoderate triſtetur, puſillanimitate deiiciatur, aut à bono inchoato deſiſtat, ſi ſua prædicatio aut oratio nõ tantis proficiat ſicut deſiderat, imò magnum omniq́ue labore digniſsimum arbitretur, ſi vel vnum lucrari valuerit, pro quo fuſus eſt ſanguis chriſti. Chriſtus quippe eſt ſeminator, prout in Matthæo profitetur, Qui ſeminat bonũ ſemen eſt filius hominis. Cæteri vero prædicatores ſunt velut cophini ſeminatoris illius, qui ex ipſis & per ipſos verba cęleſtia in mentes ſpargit humanas. Etenim cathedram habet in cælis, qui hominum corda docet in terris. Hĩc loquitur Auguſtinus, Ego per quem chriſtus ſeminat, quid ſum, niſi cophinus ſeminãtis? noli attendere ad vilitatem cophini, ſed ad poteſtatem ſeminis, & charitatem ſeminatoris. [*Hæc,*] quę parabolice prolata ſunt, [*Dicens clamabat*] vt audientes faceret bene attentos, & magna continere myſteria verba ſua oſtenderet, [*Qui habet aures audiendi audiat.*] Quamuis hoc communiter de interioribus auribus exponatur, vt ſit ſenſus, Qui habet aures intellectuales, videlicet capacitatem mentalem ad intelligendum, audiat, hoc eſt, quę dico diligenter attendat: nihilominus exponi etiam de corporalibus auribus poteſt, eritque ſenſus, Qui habet aures audiẽdi audiat, id eſt corporales aures, per quas fit primordialis, ſeu ſenſitiua auditio, audiat nõ ſolum corporaliter, ſed intellectualiter quoque audita cõſideret. Naturale eſt equidem homini, vt intellectiua ſua cognitio ex ſenſitiua ſumat exordium. Interior autẽ
B auditus eſt ipſemet intellectus, qui pro quolibet ſenſu interiori accipitur, ſeu per quemlibet illorũ exprimitur, ſicut ait Baſilius. Denique triplex aſsignatur auditus, videlicet ſenſitiuus, intellectiuus & obeditiuus: quia tunc proprie dicimus præcepta dei audire dum obedimus eiſdem. Hanc auriũ diſtinctionem tãgit Moyſes, cũ in Deuteronomio loquitur Iſraëliticis, Vos vidiſtis vniuerſa magnalia, quę coram vobis fecit dominus, & nõ dedit vobis dominus cor intelligens, & aures quę poſſent audire. ¶ Poſtremò, vt aſſerit Beda, quotiẽs in Euãgelio vel Apocalypſi hęc admonitio, Qui habet aures, &c. interponitur, myſticũ eſſe quod dicitur & demonſtratur atque intentius inquirẽdũ. [*Interrogabant autem eum diſcipuli eius quæ eſſet,*] id eſt quid ſignificaret [*Hæc parabola,*] hoc ſciſcitati ſunt non ſtatim propoſita iſta parabola, aut in naui qua prędicabat: ſed vt in Marco habetur, cum eſſet ſingularis, id eſt, ſeparatus & vacans à turba. Itaque diſcipuli veritatis auidi eſſe debent, ac ſtudioſi ad cognoſcendum veritatem, & cum quę audierint ſeu legerint nõ intellexerint, à magiſtris & doctoribus inquirere intelligentiam nõ omittãt, nec erubeſcãt, quia apoſtoli hoc fecerũt. Porrò vt aſtruit Origenes, parabola eſt ſermo quaſi facti, non autem facti iuxta id quod dicitur, ſed poſsibilis fieri, ſignificatiuus rerũ per tranſſumptionẽ earum, quæ in parabola traduntur. Aenigma vero eſt proceſſus ſermonis, in his quæ dicuntur quaſi facta, quæ tamen nõ ſunt facta, nec poſsibilia fieri, ſignãt vero aliquid in occulto, ſicut quod dicitur in libro Iudicum, Ierunt ligna vt vngerẽt ſuper ſe regẽ. [*Quibus,*] puta apoſtolis [*Ipſe dixit, Vobis datum,*] hoc eſt, deſuper cõceſſum [*Eſt*] & frequẽter cõceditur per gratiã ſingularẽ, tanquã ętternaliter prędeſtinatis
C ad beatitudinẽ tantã, noſſe myſteriũ regni dei, hoc eſt, palã intelligere ſpirituales, ac myſticos intellectus diuinę ſcripturę, ſeu ſacra ſecreta militantis eccleſię. Tã enim ſcriptura quã militãs eccleſia, regnũ dei & regnũ cęlorũ vocatur, in qua cæleſtis regni fęlicitas nuntiatur, atq; ſpũalium epularũ delitioſa refectio cõtinetur, vel ſapiẽtia euangelicæ legis vocatur myſteriũ regni dei, quia eſt quoddam occultum incredulis & peruerſis, per quod ad regnũ ſupernum pertingitur, & quia quid ſit beatitudo regni ſeu patriæ beatorum, & qualis ſit ſtatus eorum, in ea addiſcitur. Vnde in Ioanne ait Saluator, Pater, manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus, quos dediſti mihi de mũdo. Et denuo, Hæc eſt vita æterna vt cognoſcãt te ſolũ verum deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Alibi quoq;, cõfiteor, inquit, tibi pater, quia abſcõdiſti hæc à ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Deniq; apoſtolis tãquã poſt Chriſtũ ſummis eccleſiæ doctoribus reuelanda luculentius erant ſcripturę myſteria, ac diuina ſecreta, vt de his alios edocerẽt. [*Cæteris autẽ*] datũ eſt noſſe myſteriũ regni dei [*in parabolis*]. i. ænigmatice & obſcure, propter incapacitatẽ ſeu culpã eorũ, [*Vt videntes*] corporaliter [*Non videant*] ſpiritualiter, quia meã humanitatẽ atque miracula foris cernẽtes, diuinitatẽ meã & miraculorũ virtutem non conſiderauerunt, [*Et audientes*] verba mea corporali auditu [*Non intelligant*] ea mentali intuitu. & quod ait Saluator (vt) non cauſaliter, ſed cõſecutiue accipitur: nõ enim ad hoc Chriſtus parabolice eſt loquutus, vt illi excęcarẽtur, ſed ad ſuam prędicationẽ illorũ excęcatio eſt ſequuta, & iuſto iudicio negata eſt illis, tanquã indi-
D gnis intelligẽtia ſpirituali, quia & ſi eã audiſſent forſitã deſpexiſſent. [*Eſt autẽ hæc parabola*] hoc eſt, ita vt ſubditur exponẽda, [*Semen eſt verbũ dei,*]. i. per ſemen intelligitur prędicatio, ſeu doctrina verbi cæleſtis, ſiue ſcripturę. Verbũ autẽ dei aptiſsimè ſemẽ vocatur, quoniã mentẽ fœcũdat, opus meritoriũ inchoat, fructũ virtutis producit, animã reficit, & inſtar ſeminis in audientiũ cordibus ſpargitur. Sed & ipſemet Chriſtus increatũ dei verbũ dicitur ſemẽ, iuxta illud in Geneſi, In ſemine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Chriſtus etiã orſus eſt p̃dicare, vt ſeipſum audiẽtiũ cordi inſereret, in ipſumq́; crederẽt, ac ſperarent: ſicq́; per fidẽ, ſpem, & charitatẽ in ip ſis maneret, ſicut ait Apoſtolus, Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. ¶ Præterea quadruplex aſsignatur ſemen. Primũ eſt ſemen ſeminatum & in vtero virginis incarnatũ pro nobis, videlicet Chriſtus, dicente Apoſtolo, Nõ dicit in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, in ſemine tuo quod eſt Chriſtus. Secundum eſt ſemen ſeminatum in nobis, vtpote verbũ dei, gratia, virtutes & dona ſpũs ſancti, de quo ſemine hic fit ſermo. Tertiũ eſt ſemen ſeminatũ à nobis, id eſt opera virtuoſa, iuxta illud Pſalmi, Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Quartum eſt ſemen ſeminatũ de nobis (puta noſipſi) quos Chriſtus in ſua ſeminauit eccleſia, de quo ſemine ſcriptũ eſt in Eſaia, Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus. De quo etiam in Matthæo loquitur Chriſtus, Bonũ ſemen ſunt filij regni, id eſt electi. Vnde in Eſaia fertur de Chriſto, Si poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longæuum. [*Qui autem ſecus viã,*] id eſt homines auditores deſignati per locum prope viam pœnitus infœcundũ, [*Hi ſunt qui audiũt*

Deuter. 13.
Apocal. 2.
Apocal. 3.
Marci. 4.
Iudic. 9.
Ioãnis. 17.
Matth. 11.
Lucæ. 10.
Geneſ. 26.
Ioannis. 3.
Epheſi. 3.
Galatas. 3.
Pſalm. 14.
Eſaiæ. 1.
Matth. 13.
Eſaiæ. 53.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Iacob.1. *verbum dei,*]corporali auditu,informíque ſeu inobedienti intellectu, quibus competit illud Iacobi, Si E
quis auditor eſt verbi dei,& non factor,hic comparabitur homini cõſideranti vultum ſuum in ſpeculo.Conſiderauit enim ſe,& abiit,& ſtatim oblitus eſt qualis fuit.[*Deinde venit diabolus*]non eſſentię animæ illabendo,ſed per tentationis ſuggeſsionem eam aggrediendo,cuius aduentus vitioſis & reprobis eſt periculoſus & peſsimus,ſecundum illud Apocalypſis,Væ terræ & mari,quia venit ad vos diabolus,habens iram magnam.Inuidet nempe humanæ ſaluti,& tunc quenque magis cupit tentare,cum viderit eum boni aliquid inchoare.Et quoniã auditio verbi dei eſt melioris vitæ exordiũ,potiſsimum verbo dei inſidiatur,& illud de auditorũ corde auferre molitur,propter quod ſubditur, [*Et tollit verbũ de corde eorum,*]hoc eſt,ſalubrem verbi memoriam,& executionem obedientialem ſua tentatione tollit ab eis,quia non rite reſiſtunt diabolo,[*Ne credentes*]fide formata,[*Salui fiant,*]euadendo peccata,conſequendo gratiarum chariſmata & dona gloriæ ſempiterna.Ad illam quippe beatitudinem aſcendere nos mortales & corporales maxime dolet& impedire conatur,à qua ipſe immortalis,incorporalísque
Sapien.2. ſpiritus eſt prolapſus.Hinc prout in Sapientiæ libro habetur,Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. ¶Deinde exponit ſecundam differentiam auditorum,& ſenſus iam habitus eſt.[*Nam qui ſu pra petram,*]id eſt ſignificati per petroſum & ſterilem locum fruſtra ſeminatum,[*Hi ſunt qui cum audierint cum gaudio ſuſpiciunt verbum dei,*]hoc eſt,libenter atq; hilariter audiunt prædicationem, ipſa veritate F
delectati,& iuſtitiam ſuam ſyndereſi approbantes,ſicut pręcipue ſunt homines quidam bonæ indolis, [*Et hi radices non habent,*] hoc eſt,profundas,fixas & habituales gratiæ,ac virtutum perfectiones ſeu fœcunditates, & firmum propoſitum, ac ſtabile fundamentum, ex quibus opera fructuoſa ac meritoria oriuntur, quemadmodum ex radice virgulta.Hinc in libro Sapiẽtiæ aſſeritur,Adulterinæ plantationes
Oſeę.9. non dabunt radices altas.Et in Oſea,Radix eorum exiccata eſt,fructum nequaquam faciet.Porrò ver
Eccle.24. bum dei radicatur finaliter in ſolis electis:propterea in Eccleſiaſtico deus pater ait ſapientiæ , quæ eſt
1. Cor.1. Chriſtus,In electis meis mitte radices.Hinc apud Ioannem ſcriptum eſt, Qui natus eſt ex deo,nõ pec
Prouer.8. cat,quoniam ſemen eius manet in eo.qui enim ex deo eſt per prædeſtinationem non peccat finaliter
Eccleſ.24. .i.in peccato non conſummatur,ſed gratia dei in ipſo finaliter radicatur. [*Quia ad tempus credũt*]fide ali
1.Ioãnis.3. qualiter tendente in opus,[*Et in tempore tentationis recedunt*]id eſt quando à viſibilibus aut inuiſibilibus hoſtibus,mundo,carne,dæmone impugnantur,mente auertuntur à bono,& victi conſentiunt falſitati.Tales ſunt homines corde inſtabiles,inſtar oui verſatiles:& ſicut arbor idcirco radice priuatur,quia
1.Reg.10. valde multoties tranſplantatur: ſic hi virtutum radicibus non firmantur , quia nimis facile de bono in malum mutantur : & ſicut Saul inter prophetas prophetabat,& inter iniquos inſaniebat: ſic iſti inter virtuoſos compunguntur,& inter vitioſos mox ſubuertuntur,quos contra ſcriptum eſt,Non te ventiles in omnem ventum, eſto firmus in via domini,& in veritate ſenſus tui. Apoſtolus quoque, Stabiles(inquit) eſtote & immobiles,abundantes in opere domini ſemper. Poſtremò,Chriſtus adli G
teram hæc conuenientiſsimè protulit de auditoribus ſuis,quorum multi viſis eius miraculis & doctri-
Matth.27. nis ipſius auditis,crediderunt quod eſſet propheta aut Chriſtus,ſed poſtea inſurgente cõtra Chriſtum
Marci.14. ſacerdotum & phariſæorum,atque ſcribarum perſequutione,receſſerunt à Chriſto, præſertim tempore paſsionis,& à fide ipſius dilapſi ſunt,quãdo populus vniuerſus clamauit,Sanguis eius ſuper nos.Et, Non hunc,ſed Barrabam. Deinceps tertiam audientium differentiam interpretatur Saluator,[*Quod autem in ſpinas cecidit.*]id eſt,deſignati per terram ſpinoſam ac ſterilem, [*Hi ſunt qui audierunt*]verbum
Philip.4. dei à prædicante.[*Et a ſolicitudinibus,*]id eſt curis rerum terrenarum ſuperfluis:vnde ait Apoſtolus, Ni
Pſalm.161. hil ſoliciti ſitis. Et Salomon,Expectatio ſolicitorum peribit. [*Et diuitiis,*]id eſt immoderato amore & abuſu diuitiarum,contra quod ait Pſalmiſta,Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.non enim ſubſtantia creaturæ,ſed poſſidentis ſuperfluus amor,& inordinatus vſus in culpa ſunt & condemnant.[*Et voluptatibus vitæ*]id eſt delectationibus vitæ carnalis,quæ opulentiam ſequi ſolent.Diues etenim currit ad libitum,labitur ad illicitum:propter quod per Hieremiã dominus proteſtatur,Saturaui eos,&mœchati ſunt.[*Euntes*].i.in ſeculo atq; exilio iſto,quodvelut patriam diligunt conuerſantes,aut corporaliter à loco prædicationis ad ſua euntes negotia,[*ſuffocantur*].i.ſpiritualiter opprimuntur, & occiduntur
1.Timo.2. vitã gratiæ amittẽtes,& vitia mortalia,quę ſunt interitus animæ incidẽtes. Hinc ait Apoſt. Qui volunt diuites fieri,incidunt in tẽtationẽ,& in laqueũ diaboli,& deſideria multa, inutilia &nociua,quæ mergunt hominẽ in interitũ,& perditionem.Et in Eccleſi. quoque legitur,Poſt concupiſcentias tuas non H
eas,& à voluptate tua auertere.Si præſtiteris animę tuę concupiſcentias eius,faciẽt te in gaudium inimicis tuis.Recte autẽ diuitiæ vocantur à Chriſto ſpinæ,quia pœnales generant affectiones in anima poſſidentis,eo quod cum timore perdendi poſſideantur,& cum dolore perdantur.[*Et non referunt fructum*]id eſt pro eo quod verbum dei annunciatũ eſt eis,opus ſeu meritũ obedientiæ nõ reportant,quibus timendum eſt illud archiapoſtoli,Melius eſt nõ cognoſcere viam iuſtitiæ , quam poſt cognitionẽ
2. Petri.2. reuerti retrorſum.Cõtingit enim eis illud veri ,puerbii,Canis reuerſus ad vomitũ ſuũ,& ſus lota in volutabro luti.Poſtremò,quarta audiẽtium differẽtia explanatur,[*Quod autem in terrã bonã*].i.figurati per terra fructiferam,& per ſemen proiectum in eam.[*Hi ſunt qui in corde bono*]per dona naturæ, [*Et optimo*]per dona gratiæ.Dona enim naturæ aptant hominẽ ad virtutes & ſubſeruiũt gratiæ,[*Verbũ retinẽt*]
Pſalm.118. .i.auditã prædicationẽ memoriter ſeruãt,iuxta illud in Pſalmo,In corde meo abſcõdi eloquia tua, vt
Iacobi.1. non peccem tibi.[*Fructum afferũt*]id eſt opera virtuoſa producunt,cognita adimplendo,ſicut Iacobus monet,Eſtote factores verbi,& non auditores tantum,fallentes voſmetipſos.Afferũt itaque fructum
Hebræ.6. [*in patientia*]id eſt æquanimi tolerantia aduerſitatũ,atq; longanimi futurorũ præſtolantia pręmiorum
Hebræ.11. diſpoſitionẽ dei fideliter & infragibiliter pręſtolando,ſicut ad Heb.ſcribit Apoſto. Abraham lõgani miter ferens adeptus eſt repromiſsionẽ. Et denuo,Per patientiam curramus ad propoſitũ nobis cer-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tamen. Vnde ait Gregorius, Terra bona fructum per patientiam reddit, quia nulla ſunt bona quæ agimus, ſi non æquanimiter proximorum mala toleramus. Et in Iacobo legitur, Agricola patienter expectat fructum terræ: imò vt breuiter dicam, ſine patientia nemo poteſt proficere, pacem mentis habere, deo glorioſo placere. Ideo Paulus ad Hebrę. fatetur, Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis repromiſsionem. Siquidem patientia eſt virtus moralis, qua refrenatur immoderata triſtitia ex vitæ prę ſentis aduerſitatibus orta. Cum ergo hæc vita ſit aduerſis occurſibus plena, imò tã tò quis moleſtius à diabolo impugnatur, quanto ſe virilius ad virtutes extendere nititur, conſtat quod ſine patientia nullus noſtrum queat proficere. [*Nemo autem accendens lucernam operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſuper candelabrum, vt intrantes videant lumen.*] Hoc iuxta ſuperficiem literæ in exterioribus certum eſt, quod nemo rationabiliter agens accẽdit lucernam, niſi vt lumine eius quiſquam vtatur, etiam ſi ad horam occultetur lucerna, ideo tamen accenſa eſt vt congruo tempore præbeat aliis lucem. ¶ Sed per lucernam intelligit Chriſtus apoſtolos à ſe illuſtratos, quibus regni cæleſtis patefecit myſteriũ, ideo plane vt ipſi illud aliis declararent. Vnde de Ioanne Baptiſta teſtatus eſt chriſtus, Ille (inquiens) erat lucerna ardens & lucens. Rurſus lucerna intelligi poteſt euangelica doctrina ac iuſsio, ſecundum illud Pro uerbiorum, Mandatum lucerna eſt, lex lux. Itẽmque in Pſalmo, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Ioann.5. Proue.6.

B Hanc lucernam Chriſtus in apoſtolorum cordibus inflammauit & illuſtrauit, vt eam non occultarent, ſed panderent vniuerſis, prout in Matthæo fatur, Quæ in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Inſuper (vt Maximus ait) ipſemet Chriſtus vt homo, lucerna eſt, quam deus trinitas illuſtrauit, vt omnibus habitantibus domum, id eſt hunc mundum effulgeat, & ſuper candelabrum poſita eſt. i. ſuper eccleſiam, ſicut ait in Pſalmo, Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicãs præceptum eius. Porrò nomine vaſis intelligi poteſt occultatio verbi dei ex timore carnali procedens: per lectũ verò ſignatur occultatio verbi dei, ex proſperitate & delectatione quietis terrenæ emanans, quorum vtrunque prohibetur, Chriſto dicente, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Candelabrum vero vocatur eccleſia, iuxta illud Apocalypſis, Septem candelabra ſeptem eccleſiæ ſunt. Itaque euidẽter & publice prædicandum docet Saluator, vt nec timore aduerſitatis, nec amore proſperitatis, lucerna diuini occultetur ſermonis. Quemadmodum autem candelabrum in altum erigitur, & in ipſo lumẽ leuatur: ſic qui in eccleſiis præficiuntur, debent eſſe ſublimes per vitam virtuoſam, intusque lucidi per fidem, rectam intentionem ac ſapientiam, & foris lucentes per doctrinam & exemplarem conuerſationem: in cuius ſignum creator ab exordio conſtituit luminaria in firmamento, quod eſt pars ſuperior mundi: beſtias vero in terra, quia carnales & fatui non debent eſſe prę lati, ſed ſubditi. Sed heu contrario modo fit hodie: iuxta quod in Eccleſiaſte Salomon loquitur, Vidi ſeruos in equis & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram. Nam & Ariſtoteles ait, Qui deficit ratione atque prudentia, naturaliter ſeruus eſt, etiam ſi accidentaliter dominetur: & qui prudentia viget naturaliter dominus eſt, etiam ſi fortuito ſeruus ſit. [*Non eſt enim occultum quod non manifeſtetur, neque abſconditum quod non cognoſcatur, & in palam veniat.*] Per occultum intelligi poteſt quod ex propria natura homines latet, vt ſunt cogitationes, affectionesque cordis. Per abſconditum vero quod per humanam latet aſtutiam, vt ſunt exteriora opera callidorum ſpeciem boni habentia, cum ſint mala. Vult ergo affirmare Saluator, quod omne vitæ huius ſecretum in die iudicii publicabitur. Sicque verba hæc ſunt quaſi comminatoria pœnæ & per modum comminationis inducentia ad hoc, vt verbum dei publice prædicetur. Secundò intelliguntur hæc verba de myſteriis quæ Chriſtus manifeſtauit apoſtolis, & iuſsit per eos aperiri hominibus, qui quod ipſe docuit in obſcuro, voluit per eos clare annũciari in mundo. [*Videte ergo quomodo auditis*] id eſt ſolerter perpendite qua ratione & intentione vocis iſta denunciẽ, & diligenter hæc auſcultate, atque cæteris eadem ſicut vobis commiſero, prædicate. [*Qui enim habet,*] hoc eſt, dona dei & verbum doctrinę ſolicite audit, memoriter tenet, vigilanter cuſtodit & implet, [*Dabitur ei,*] incrementum gratiæ ac virtutum. Rurſus qui habet, id eſt deo datori gratus eſt, conſiderãdo vnde acceperit, gratiasque agendo, dabitur ei gratia maior: ſed & habenti gratiam & meritum, datur gloria & præmium: habenti bonum propoſitum & feruentem affectum, datur gratia exequutionis & operandi facultas. [*Et quicunque non habet,*] hoc eſt, donum quod habet debite non cuſtodit, vel deo gratias non exoluit, vel modicum habet, ita vt comparatione aliorum quaſi nil videatur habere, vt illi

D qui per locum petroſum atque ſpinoſum ſignati ſunt, reſpectu eorum qui per terram bonam notãtur quaſi nihil habere videntur. [*Etiam quod putat ſe habere*] id eſt ſecure aut ſtabiliter poſsidere, [*Auferetur ab eo,*] quia per ingratitudinem & negligentiam ſuam meretur bonis ſibi conceſsis priuari, quẽadmodum dictũ eſt de auditoribus malis verbi cæleſtis, qp per tentationes & tribulationes irruentes vincuntur, doniſq; gratiæ deſtituũtur. Itaque quanto quis gratiam ſibi collatã diligentius, timoratiusq; cuſtodierit, atque in ea creſcere ſtuduerit, tanto plus bonis ſpiritualibus abundabit, & mens eius à deo multiplici dono implebitur. Quantò autem intimoratior, incuſtoditior, & vane ſecurior fuerit, tãtò citius gratiã dei amittet. Ideo ait ſcriptura, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Et rurſus, Omni cuſtodia cuſtodi cor tuũ. Itẽq;, Si non inſtanter tenueris te in timore dei, cito ſubuertetur domus tua. Sed quia hęc multi non implent, cito à bono labũtur propoſito, dũ ab obiectis diuitiarũ, delitiarum aut honorũ ſeculi huius mouentur. Neceſſe eſt ergo vt in virtutibus ſtabiles ſimus, & paſsiones habeam' rationi ſubiectas, omnemq; motum inordinatum prompte vincere valeamus. [*Venerunt autem ad illum*] ſcilicet Ieſum [*Mater & fratres eius*] hoc eſt, cognati, nõ filii Marię chriſtiferæ, vt mentiens dixit immundus Heluidius: nec filij Ioſeph ex alia cõiuge, vt aliqui putant, quorũ eſtimationẽ Beda redarguens, aſſerit etiã ſanctũ Ioſeph in virginitate manſiſſe, vt pudiciſsimę virginis cuſtos & ſponſus eſſet cõdignus. De his aut talibus fratribus Chriſti ſcriptũ eſt in Ioãne, Neq; enĩ fratres eius credebant in eũ. Eſt equidẽ cõ- Prouer.4. Ioan.7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

2.Reg.20. ſuetudo ſcripturæ,vt conſanguinei alicuius fratres eius vocentur,ſicut in Geneſi Abrahã alt ad Loth, E
Fratres ſumus.Et in libris Regum Ioab ad Amaſiam,Salue mi frater. [*Et non poterant adire*] id eſt accedere[*Eum præ turba.*]Dicunt nonnulli ſequentes Chryſoſtomum,quod diabolus cernens quemadmodum chriſtus oſtenderet ſe eſſe filium dei,induxit parentes eius carnales , vt per illorum præſentiã eius obſcuraret diuinitatem,videlicet ne à populo dei filius crederetur,dum eius carnalis adeſſet propinquitas.Sed nequaquam inductione aut ſuggeſtione diaboli arbitror beatiſsimam virginem ad acceſſum hunc motam,ſed ex feruida ſui vnici filii dilectione,imò potius ex ſpiritus ſancti ordinatione, ob noſtram accuſationem huius acceſſus datam inſtructionem,ſicut ſubiungitur,[*Et nunciatum eſt illi, Mater tua & fratres tui foris ſtant, volentes te videre.*]Lucas hoc loco non obſeruat ordinem rei geſtæ,quia vt in Matthæo & Marco patet,quod iam dicitur contigit Ieſu exiſtente in domo ante præſcriptum ſermonem.Et quamuis aliqui dicant eum qui Chriſto prædicante nunciauit adeſſe matrem ſuam ac fratres,fuiſſe inſidiatorem & malitioſe commotum,tanquam diaboli aduocatum, & experiri volentẽ an Chriſtus propter carnales propinquos actum prædicationis omitteret:quod ſi faceret,eum de carnali increparet affectu : nihilominus abſolute credendũ,quod in Marco manifeſte habetur,videlicet quod iſte fuerat miſſus à matre Chriſti & fratribus eius ad eum.[*Qui reſpondens dixit, Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui verbum dei audiunt & faciunt.*]¶Hoc multipliciter intelligi poteſt.Primò,vt Chriſtus dicat, F
auditores,factoresque verbi dei ſuam matrem & fratres ſuos,id eſt,ſibi tam charos ſicut mater à filio
& fratres à fratre amantur.Secundò quòd tanto propinquiores ſint ſibi,quanto rebus diuinis fuerint
magis intenti. Tertiò,vt mater Chriſti ſpiritualiter nominetur,quoniam per contemplationem ipſum
corde concipiunt,atque per prædicationem & exemplarem conuerſationẽ in aliorum cordibus ipſum
1.Corin.4. gignunt,ſicut ait Apoſtolus ſuis diſcipulis,In Chriſto Ieſu per Euangeliũ ego vos genui .i.ad eſſe ſpirituale induxi,vt Chriſtus per fidem & charitatẽ eſſe & habitare inciperet in veſtris mentibus,de qua
Eſaiæ.53. generatione aliqui probabiliter dicunt intelligendum,quod per Eſaiam de Chriſto prædictum eſt, Generationem eius quis enarrabit? Ibi enim ſubiungitur, quia abſciſus eſt de terra viuentium , vt Hieronymus tranſtulit.Septuaginta autem interpretes tranſtulerunt,quia tolletur de terra vita eius,& redit in idem.certúmque eſt,quòd abſciſio chriſti de terra viuentium,vtpote crucifixio eius non ſit cauſa ineffabilitatis ſuæ generationis diuinæ à patre æterno,nec etiam ſuæ generationis maternę ex virgine,ſed occiſio illa eſt cauſa quod ineffabiliter admirabilis ſit ſpiritualis generatio Chriſti in corde credentium,per multiplicationem fidelium,nempe hoc ſumme,ineffabiliterq; mirabile eſt,quod totus pene mundus potuit ad tam incomprehenſibilem fidem ac arduiſsimam legem hominis in patibulo interfecti conuerti.Denique tales etiam ſunt fratres Chriſti,nõ ſolum quia in natura humana cum ipſo cõmunicant,ſed & quia adoptiui ſunt filii patris ęterni,& Chriſto affectu ac opere aſsimilati.Vnde in Io
Ioannis.2. anne aſſeritur,Quotquot receperunt eum,dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri . Ad Hebræos quoque ait G
Hebræ.1. de Chriſto Apoſtolus,Debuit per omnia fratribus aſsimilari. Et rurſus, Non confunditur fratres eos vocare,dicẽs,Nunciabo nomen tuum fratribus meis.

¶Prętereà Chriſtus verba protulit præinducta, non quaſi excludens honorem & amorem parentum, cum ipſe per Moyſen iuſſerit,Honora patrem tuum & matrem tuam, nec quaſi aſpernans & negans matrem & cognationem carnalem,quaſi phantaſticum habuerit corpus,vt Manichæus confinxit,ſed ſecundũ Ambroſiũ,vt paternis myſteriis magis quam maternis affectibus ſe debere oſtẽdat,& religiofiores copulæ mentiũ doceãtur eſſe quam corporũ,nec propter opus externũ debere omitti opus diui
Eccleſi.5. num:itẽ vt declararet ſe nõ ſolum habere matrẽ & fratres carnales,ſed etiã ſpirituales,& rurſus vt do-
Marc.7. ceret nos carnalem affectũ abiicere,nec propter cognatos ſiue parẽtes à dei ſeruitute debere recedere, nec operi dei quicquã pręferre. ¶ Poſtremò Chriſtus ita loquutus eſt ad oſtendendum,quod fęlicior eſt conceptio ſpiritualis quã carnalis ſecundũ ſe.Ideo Auguſtinus in libro de virginitate teſtatur,Beatior fuit Maria profitendo fidẽ Chriſti,quam concipiẽdo carnẽ Chriſti,quia nil ei materna propinquitas profuiſſet,niſi illũ fęlicius corde,quã carne geſtaſſet.Ex his domini Ieſu verbis factisq; patet, quã
reprehẽſibiles ſint chriſtiani, præſertim clerici,& maxime religioſi,qui facili occaſione infra horas vel
debitas orationes occurrentibus dant reſponſum ſine neceſsitate,vel chorũ egrediuntur & interrũpũt
diuina,ſeu verba inania admiſcent. Vtinam tantũ honorarent deũ dignitatis & glorię infinitę, quantũ
hominẽ alicuius reputationis,cui ſi colloquerentur,non tã abrupte & irreuerenter ſe ab ipſo auerte- H
rent ſeu abirent,præcipuè ſi inferior illo quęreret eos affari.Itaque in hoc ipſo nos emẽdemus,penſantes quod in libris Regum ait altiſsimus,Quicunque glorificauerit me,glorificabo eũ:qui autẽ contem
1.Regũ.2. nunt me,erunt ignobiles.

¶Proſequutio elucidationis huius Cap.à loco quo dicitur,[*Factum eſt autem in vna dierum, & ipſe aſcendit in vnam nauiculam.*]

Articulus XXI.

Q Via ſupernaturalis fuit Chriſti doctrina & lex quam præſtabat.Oportuit eam ſupernaturalibus argumentis,puta miraculis ſoli deo poſsibilibus roborari, vt conſtaret eam eſſe diuinam , cum ad eius confirmationem talia operaretur deus, qui falſitatis nec teſtis,nec confirmator poteſt conſiſtere.Hinc in Ioanne Euangeliſta ait Saluator,Opera quę dedit
Ioannis.7. mihi pater,teſtimonium perhibent de me.Vnde per totum euangelicæ legis textum commixtim deſcribuntur Chriſti documenta atque miracula,vtvnum fulciatur ex alio.Nunc ergo quoddam magni-
Marc.4. ficum filii dei opus narratur, [*Factum eſt autem in vna dierum*]quemadmodum in Marco habetur,quod
Matth.11. hic factum deſcribitur.Contigit eodem die quo prędicatio parabolę ſeminationis & acceſſus virgineę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A matris immediate præscriptus, [*Et ipse ascendit in vnam nauiculam.*] Paupertatis enim & humilitatis magister abiecta & parua elegit, atque in omnibus ad humilitatem nos inuitauit: idcirco paruam consueuit ingredi nauim ipse, de quo ait Psalmista, Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud. [*Et discipuli eius*] puta apostoli, qui ei familiarius adhæserunt, [*Et ait ad illos, Transfretemus trans stagnum,*] id est vltra aquam hanc stantem non effluentem, quæ etiam dicitur mare iuxta proprietatem idiomatis Hebræorũ, qui quamcunque magnam congregationem aquarum nominant mare. Dicitur quoque hæc aqua stagnum, à stando, quia aliteum quo extra proprium locum fluat non habet vt flumina, sed in suo stans loco ventis atque procellis est inquietum, hincque appellatur Genezareth, quasi generans auram crispantibus eius vndis ex ventorum impulsu. [*Et ascenderunt*] in nauiculam. [*Nauigantibus autem illis, obdormiuit.*] Qui futuram mox tempestatem & apostolorum trepidationem prœuidit, non casu aut sine magna ratione instanti obdormiuit periculo, [*Et descendit procella venti in stagnum.*] vel ex naturalibus causis, vel potius deo miraculose sic ordinante, ad ostendendam Christi potentiam, [*Et complebatur nauicula*] aquis: iuxta illud Matthæi, Ecce motus magnus factus est in mari, itavt nauicula operiretur fluctibus, [*Et periclitabantur,*] ita quod mortis periculum eis instabat & accidisset, si non subueniisset Saluator. [*Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus.*] quasi dicant, Tu qui tam imperialiter miracula agis, aspice necessitatem seruorum & discipulorum tuorum. Præcipere autem, & domi- 1. Corin. 1. Matth. 5.

B nari propriissimè competit Christo ratione suæ diuinitatis, quia sic propria authoritate, independentique potestate iubet ac dominatur tanquam nulli subiectus. Conueniunt quoque hæc sibi secundum suam humanitatem, inquantum omni creaturæ prælata & verbo æterno hypostatice est vnita habens super omnem creaturam imperialem potentiam, sed dependentem ac instrumentalem, propter quod ipse ait, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, non quod post resurrectionem primo donata sit ei, imò ab incarnationis exordio data est sibi, sed post resurrectionem dicitur data quantum ad manifestationem & vsum seu exequutionem solito ampliorem. [*At ille surgens*] à somno, qui fuit in Christo secundũ naturam suam sensitiuam, nõ quo ad partem animæ suæ intellectiuam. Nam intellectus & voluntas animæ Christi nunquam à suis actibus cessarunt, puta ab actibus beatificæ fruitionis, sed indesinenter per beatam visionem & fœlicem fruitionem fuerunt diuinitati intentæ. Certumque est, quod in diuina natura somnus non cadat. Itaque Christus instante tempestate, sponte se dedit ad somnum, vt in se veritatem naturæ monstraret humanæ, nec rogaretur succurrere, nisi præualente plenaria tempestate: sicque futurum gloriosius perpetraret miraculum. Si enim vigilasset, discipuli incipiente tempestate mox Christi imploraſſent suffragium. Ideo quoque voluit tempestatem hanc euenire, vt discipuli sui ex tempestatis tam grandis subitanea & supernaturali sedatione confirmarentur in fide, & ipse se dominum maris ostenderet, sicut ante per signa in terra peracta dominum terræ se comprobauit. Nam & ideo nauim ingressus est secundum Origenem. [*Increpauit,*] id est per modũ in-

C crepantis alloquutus est [*Ventum & tempestatem*] hoc est, commotionem, [*Aquæ*] id est non quod (iuxta Platonicorum quorundam & hæreticorum insanias) omnia elementa sint animata: sed quia creatori obediũt ac subduntur ad nutũ ipsius, quasi intellectualis essent naturæ. Vnde & actus vitales eis metaphorice ascribuntur: iuxta illud Psalmi, Viderunt te aquæ & timuerunt. Itémque, Mare vidit & fugit. Hinc scriptum est, Surgens Iesus comminatus est vento, & dixit mari tace & obmutesce. Idcirco in omni natura creata ponitur potentia obedientialis, qua deo creatori in cũctis obedit. Sed nunc subditur, [*Et cessauit*] tempestas, [*Et facta est tranquillitas,*] tam materialis in mari, quàm spiritualis in mentibus discipulorum de sua ereptione gaudentium, in quo miraculo suam diuinitatem ostendit, quia tam imperiose & repente hæc egit. [*Dixit autem illis,*] id est, discipulis, [*Vbi est fides vestra?*] Secundum Matthæum dixit, Quid timidi estis modicæ fidei? Marcus vero scribit eum dixisse, quia timidi estis, nondum habetis fidem. Sed nulla est Euãgelistarum discordia, quia totum redit in idẽ. imò secundum Augustinum in libro de consensu Euangelistarum, omnia verba hæc dicere potuit, & forsitan dixit, videlicet, Quid timidi estis, vbi est fides vestra modicæ fidei, &c. Itaque ait, Vbi est fides vestra? q.d. Cõstat ex hac vestra trepidatione, quod necdum habetis fidem perfectam, quam si haberetis tempestatem hanc potuissetis sedasse, imò & montes transferre. Habuerunt tamen aliquantulam fidem, qua credebant Iesum posse succurrere. Porrò quod suscitauerũt Iesum, ex fidei imperfectione & ignorãtia prodiit. A Estimabant enim Christo dormienti non omnia tam clare innotescere, vt vigilanti, quasi somnus in ipso actum rationis interrumperet, ipséque dormiens eorum periculum non aduerteret, aut preces non sciret. [*Qui timentes admirati sunt, adinuicem dicentes*] Quamuis aliqui dicant non discipulos, sed alios qui erant in naui fuisse miratos, magis tamen credendum est, quòd omnes qui aderant sint admirati, quia nec discipuli ante tale conspexerunt miraculum, nec Christi maiestatem perfecte nouerunt. ¶ Sed cur facta trãquillitate timebãt? Dicendũ q' iste fuit timor reuerẽtiæ & stuporis, sicut & Petrus timuit, viso miraculo captionis piscium miraculosæ: vel etiam timuerunt, quia comparatione & consideratione sanctitatis, maiestatisque Christi, propriam imperfectionem, fragilitatem & culpam profundius attendebant, sicque diuinum formidabant iudicium, & animarum suarum spirituale periculum. Vel certe timuerunt Christo appropinquare, arbitrantes se eius præsentia esse indignos, sicut & Petrus loquutus est, Exi à me, quia homo peccator sum domine. Sic legitur in vita beatissimi Mauri discipuli sancti Benedicti, quòd illustris ille Florus sancto Mauro se subdens visis præclarissimis Mauri miraculis, non audebat eum attingere, & vix sine reuerẽtiali timore audebat eum aspicere. [*Quis putas hic est?*] tanquam dicant, maior est quàm scimus, vel à populo æstimatur, ita quod supra hominem quid apparet in ipso. [*Quia & ventis imperat & mari, & obediunt ei,*] ex quo cõsiderauerunt, q' vel deus esset vel deo charus ac familiaris, quod ad suum præceptum elementa mox obtemperabant: quemadmo- Pſalm. 56. Marc. 4. Matth. 8. Marc. 4. Lucæ. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum Ioſue quaſi imperans loquutus eſt ſoli & lunæ vt ſtarent.¶Poſtremò de myſtica horum ſignificatione pertranſeo, quia ſuper Matthæum hinc ſcripſi. Nos vero diſcipulorum Chriſti ſequentes veſtigia, aſcendamus cum Chriſto nauim, id eſt, ſeculi huius aduerſitates & tribulationes pati non dedignemur, ſed viriliter tranſfretemus hoc mare magnum & ſpatioſum, id eſt, præſens exilium inquietudine & amaritudine plenum, ſcientes quia per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cælorum. Denique tentationum tempeſtate nos inuadente, mox Chriſtum deuotiſsimis precibus cum omni fiducia accedamus, eúmque velut à ſomno excitemus, dicentes, Exurge domine adiuua nos. Qui enim in ſeipſo iam nũquam dormit, nobis quodammodo dormit, dum nos tribulari permittit: imò quo dignior eſt anima corpore, eo inſtantius clamemus in cælum, vt ab animæ periculis, puta peccatis, eripiamur, quàm à corporis nocumentis. Cúmque virtute & gratia Chriſti ſenſerimus nos adiutos, eius charitatem atque clementiam circa nos miſerrimos peccatores humiliter admiremur, & Chriſto cordialiter ac iugiter regratiemur.¶Conſequenter recitatur aliud Chriſti miraculum, [*Enauigauerunt autem*] id eſt, ſtagnum præfatum tranſnauigando venerunt Chriſtus & eius diſcipuli [*Ad regionem Geraſenorum*,] quorum regio ſic dicta eſt à principali ciuitate terræ illius nomine Geraſa. circa quod ait Beda, Geraſa eſt vrbs inſignis Arabiæ trans Iordanem iuxta montem Galaad, quam tenuit tribus Manaſſe, non longe à ſtagno Tyberiadis, in quod porci præcipitati ſunt. Veruntamen Cyrillus ait, Veraciora exemplaria nec Geraſenorum habẽt, nec Gadarorum, ſed Gergeſinorum. Eſt enim Gadara ciuitas in Iudæa, ſtagnum autem vel mare nullatenus inuenitur in ea. Sed Geraſa ciuitas Arabiæ eſt, nec mare nec ſtagnum iuxta ſe habens. Eſt autem Gergeſa aqua & Gerſei vrbs antiqua iuxta Tyberiacum ſtagnum, circa quam eſt rupes ſtagno vicina, in quod oſtenditur deiectos fuiſſe porcos à dæmonibus. Quia tamen Geraſa & Gadara confinium habent cum terra Gergeſinorum, veriſimile eſt inde ad horum terram porcos fuiſſe adductos. hæc Cyrillus. Fuit autem hæc regio ex alio littore maris prędicti, ideo ſubditur, [*Quæ eſt contra Galilæam*,] id eſt ex oppoſito eius. [*Et cum egreſſus eſſet*] Ieſus de naui [*Ad terram*] regionis iam dictæ, [*Occurrit ei vir quidam*,] non ratione virtutis, ſed ſexus vir dictus, [*Qui dæmonium habebat*] id eſt à multitudine dæmonum poſſeſsus, vt ſtatim patebit ex textu, [*Iam temporibus multis*,] ita quod diu fuit inſanus, [*Et veſtimento non induebatur*,] quia præ inſaniæ & furoris magnitudine veſtimenta ſibi adhibita lacerauit, [*Neque in domo manebat.*] Dæmoniaci nanque quietis ſunt impatientes, [*Sed in monumentis*,] id eſt, in foueis ſeu ſpeluncis pro mortuorũ ſepultura paratis. Dæmon itaque mortis inuentor & prima occaſio, vaſa à ſe poſſeſſa facit libenter in ſepulchro morari, cupiens animas ad la cum trahere infernalem. [*Is vt vidit Ieſum, procidit ante illum.*] Homo obſeſſus Ieſum corporaliter vidit, ſed dæmones Ieſum ſpiritualiter cognouerunt, & vas à ſe poſſeſſum ad procidendum atque loquendum mouerunt. Ideo verba à dæmoniaco iſto prolata dæmonibus aſcribuntur & competunt, in quorum perſona dæmoniacus loquebatur. Procidit autem diabolus ante Ieſum, non humilitate, ſed neceſſitate: non amore boni, ſed timore grauioris ſupplicij. Et ſimili modo confeſſus eſt & loquutus verba ſequentia, [*Et exclamans voce magna*] dæmon per hominem [*Dixit, Quid mihi & tibi Ieſu fili dei altiſſimi?*] quaſi dicat, Nulla nobis voluntatis communio, nulla intentionis & vitæ conformitas. Quid ergo accedis ad me? Hoc eſt quod ait Apoſtolus, Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Sicut communicabit lupus cum agno aliquando, ſic peccator iuſto. Quæ cõmunicatio homini ſancto ad canem?¶Deinde tangitur cauſa, cur præfata verba veritatis, laudíſque chriſti dixerit diabolus, qui mendax eſt ab initio, & mendacia ex proprio loquitur ac libenter, vera aut inuitus aut coacte ſeu praua intẽtione, ſcilicet vt ſeducat tandẽ veris falſa miſcendo. [*Obſecro te, ne me torqueas.*] Diabolus quippe iam fuit expertus, quam potenter & imperialiter Chriſtus ſpiritus malignos eiecerit, idcirco formidabat à Chriſto expelli atque ab hominum læſione compeſci: quod ſibi tanto pœnalius eſt, quãtò plus odit genus humanum. Sed & Chriſti præſentia ſibi fuit pœnalis, ſicut reo præſentia iudicis, & ſeruo fugitiuo præſentia domini ſui. Timuit quoque à Chriſto in infernum retrudi. Iam in hac dęmonũ multitudine cœpit impleri quod ait Apoſtolus, In nomine Ieſu omne genu flectatur, cęleſtium ac terreſtriũ & infernorum. Nec mirum, quod dęmon metuebat à Chriſto torqueri, cuius iam cœpit ſentire pœnoſum imperium. [*Præcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret ab homine.*]¶Sed ſi chriſtus hoc iuſsit, cur dæmon ſtatim egreſſus non eſt? Et reſpõdendũ, q̃ chriſtus nõ imperauit diabolo ſtatim exire, imò eodẽ momento egreſſus eſt, quo Chriſtus illum egredi voluit. Cur autem Chriſtus nondum rogatus in tantum compaſſus eſt huic obſeſſo, ſubiungitur, [*Multis enim temporibus arripiebat illum*]. i. diabolus hominẽ iſtum inuaſit, poſſedit & agitauit atque vexauit, [*Et vinciebatur*] obſeſſus iſte [*Catenis*] in manibus, ne manibus ſuis cuiquam noceret, [*Et compedibus cuſtoditus*]. i. pedes eius ligati fuerunt cõpedibus & aſtricti, ne diſcurrendo aliquẽ læderet, [*Et ruptis vinculis*] nõ humana, ſed diaboli poteſtate, [*Agebatur a dæmonio in deſerta*]. i. impellente diabolo per deſerta currebat, ad quod eum impulit dæmon, ne homo aliqua arte aut poteſtate detẽtus denuo ligaretur, & vt omni humano priuaretur auxilio in deſerto. Sciebat nẽpe diabolus, quam veraciter ſcriptum ſit, Vę ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantem. [*Interrogauit autem illum Ieſus, dicens*,] non ex ignorantia inquiſiuit, ſed vt ex dæmonis reſponſione excellentia virtutis Chriſti in dęmonũ expulſione clarius emicaret: & ad multiplicem noſtram informationẽ, vt agnoſcamus quam innumerabilis ſit multitudo inuiſibiliũ aduerſariorum noſtrorũ, ficq; cum timore & tremore noſtram operemur ſalutẽ, in domino confidentes. [*Quod tibi nomen eſt*] Sciebat Chriſtus q̃ multitudo dęmonũ eſſet in homine, ſed quia vnus pro omnibus loquebatur, ab ipſo chriſtus nomẽ vel illius vel totius caterę ſciſcitabatur, [*At ille dixit, legio*] Hoc reſpõdit, q̃ ſe & tota caterua ſecũ hominem poſsidẽte. Porrò q̃ ſubditur, ſunt verba Euãgeliſtę cauſam huius reſpõſionis pãdẽtis, [*Quia intrauerunt dæmonia multa in eũ*]. i. in hominẽ iſtũ. An tamẽ fuerit ibi pręciſe legio, videlicet ſex milia, ſexcẽti, ſexa-

Ioſuæ.10. Matth.8. Pſalm.103. Actuũ.14. Matth.8. 2.Cori.6. Philip.2. Philip.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A gintaſex, incertum putatur. [*Et rogabant eum*] ſcilicet Chriſtum, vno illorũ loquẽte forſan pro omnibus; [*Ne imperaret illis, vt in abyſſum irent*]. i. profundũ inferni aut pelagi. Vnde in Marco habetur, Rogabant Marci. 5.
eũme expelleret eos extra regionẽ. Optabant equidẽ inter homines ſeu apud eos manere, nõ ex amo
re, ſed odio vt nocerent. ¶ Deniq; abyſſus variis modis accipitur in ſcripturis. Primò, pro magni maris
immenſurabili profunditate ac mole, ſecundũ illud Geneſis, Rupti ſunt fontes abyſſi magnæ. Secun- Geneſi. 7.
dò, pro infernalis ergaſtuli profundiſsima vaſtitate. Tertiò, pro informi materia, vt rurſus, Tenebræ e- Geneſis. 1.
rant ſuper faciẽ abyſſi. Quartò, pro humanę mentis inſcrutabilitate. Quintò, pro diuinę diſpoſitionis
incomprehenſibilitate: iuxta illud in Pſalmo, Iudicia tua abyſſus multa. Maxime autẽ metuebant hi dę
mones ad inferni profunda iactari: ad quæ tamen ſe nouerant tandem Chriſti virtute mergendos, ſaltẽ
in die iudicii: iuxta illud Eſaię, In die illo viſitabit dominus ſuper malitiam cæli in excelſo. i. aëreas po-
teſtates, & contrarias fortitudines, & ſuper reges terræ, & congregabuntur congregatione vnius faſ-
cis in lacum, & claudentur ibi in carcere. [*Erat autem ibi grex porcorum multorum,*] ſcilicet duorũ milium
ſecundum Marcum, [*Paſcentium*] id eſt alimentum ſumentiũ [*In monte.*] Nec obſtat quod Marcus ait, cir
ca montem. In tanta enim porcorũ multitudine conſtat quoſdam eorũ prope montem, quoſdã ſuper
montẽ iuiſſe. [*Et rogabant eum*] non ex humilitate, ſed coacta ſubiectione & maioris tormenti formidi-
ne, [*Vt permitteret eos in illos ingredi,*] Ex quo patet, quòd ſine diuina permiſsione rationali creaturæ nil
B facere præualent ſeu nocere, quando & brutis nocere non queũt, niſi permiſsi à deo. Vnde vt patet in
Iob nec ſubſtãtię atque familię ſancti Iob, nec ipſi beato Iob aliquid poterãt mali inferre, niſi deſuper Iob. 2.
permiſsi. ¶ Sed cur petierunt in porcos intrare? Ad quod vna reſponſio eſt, quia porci iuxta hunc locũ
fuerunt, & vt grauiorem euaderent pœnam, velut ſi reus igne necandus gladiũ petat: itẽ, quia per por-
cos ſignantur luxurioſi, in quibus dæmones libenter morantur. Aliqui inſuper dicunt, ꝙ tantus ſit dę
monũ rancor in homines, ꝙ & iumentis & cæteris rebus eorũ optant nocere. [*Et permiſit illis*] ingredi
in porcos, non propter dæmonũ preces, qui indigni ſunt exaudiri, ſed ob alias rationabiles cauſas. Pri-
mò, vt oſtẽderetur dignitas rationalis creaturę ſuper irrationales, dum ob vnius viri curationem per-
mittitur tanta brutorum ſuffocari pluralitas. Secundò, vt occaſione occiſionis porcorum, iſtud miracu
lum eminentius diuulgaretur ad gloriam dei, ædificationémque hominũ. Tertiò, vt dęmonũ crudelita-
tas plenius pãderetur, & forte etiã ꝓpter peccata hominũ illorũ permiſit porcos eorũ occidi. [*Exierunt
ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt porcos, & impetu abiit grex*] porcorũ à dęmonibus agitatus, [*Per præ-
ceps*]. i. valde pręcipitãter atque celerrime [*In ſtagnum,*] hoc eſt, mare Genezareth, [*Et ſuffocatus eſt in a-
quis,*] in quo facto dęmonũ patet crudelitas. [*Quod vt viderunt factũ qui paſcebant,*] ſcilicet porcorum cu-
ſtodes, [*Fugerunt*] ne damnũ porcorũ eis imputaretur, & ex timore ne & ipſi à dęmonibus impeterẽ-
tur, tã horrendũ quoque, iuſolitũq; negotiũ eos in fugã cõuertit, ne ſimile quid eis in corpore eueni-
ret. [*Et nunciauerunt in ciuitatẽ*] Geraſa, [*Et in villas,*]. i. in locis vbi habitabãt ad quos porci ſpectabant.
C [*Exierunt autem habitatores vrbis*] prędictę atque villarũ [*Videre quod factum eſt.*] Naturale etenim eſt ho-
minibus noua & mira atque inſolita libenter videre, nec ſufficit eis illa audiſſe. Homo enim eſt animal
admiratiuũ naturaliter ſcire deſiderans. [*Et venerunt ad Ieſum*] quẽ perceperũt mirabiliũ horũ factorẽ,
[*Et inuenerunt hominem ſedentem a quo dæmonia exierant veſtitum ac ſana mente ad pedes eius,*] tanquã humili-
ter gratias referentem, diſcere cupientem, & chriſto de cętero adhærere optantẽ. [*Et timuerunt*] eodem
modo & cauſis eiſdẽ, ſicut paulo ante dictũ eſt, expauiſſe eos qui fuerunt cũ Ieſu in naui, cum ad impe
riũ chriſti mare & ventus protinus obediſſent. [*Nunciauerunt autem illis,*] de vrbe prędicta & villis ita ad
uenientibus, [*Qui viderant quomodo ſanus factus eſt a legione.*]. i. qui cum chriſto præſentes erant, quando
obſeſſum à dęmonũ legione curauit. Hi, inquã, narrauerũt illis qualiter Chriſtus dęmoniacũ liberauit, Geneſ. 7.
quia de paſtorũ affirmatione forſan cõtenti nõ erant, ſed ab eis damnũ intendebant exigere, ſicut La-
ban à Iacob, ſed iſti excuſauerũt paſtores. [*Et rogauerunt illum*] videlicet Ieſum, [*Omnis multitudo regionis
Geraſenorum,*]. i. magna pars & forte principales gentis illius, iuxta quem modũ loquendi dicitur ciui-
tas aliquid facere, quia principales perſonę ipſius hoc faciũt. [*Vt diſcederet ab ipſis*] cuius precibus ſub-
iungitur cauſa, [*Quia timore magno tenebantur,*] id eſt grandi terrore comprehenſi fuerunt, ſecũdum mo-
dum de exiſtentibus in naui cum Chriſto prętactum, ideóque rogabant, vt ab eis diſcederet, vel quia
D eius præſentia ſe conſiderabant indignos, vel quia ſimilia aut maiora damna timebant, ſi apud eos diu
tius moraretur aut plures curaret. Sed miſeri iſti & imbecilles fontẽ ſalutis à ſe deprecabantur abire, cu
ius inſtructione eatenus indigebãt. & hoc quare, niſi quia eũ nõ nouerant, & vera in ſpiritualibus diſ-
cretione carebant, & ad terrena magis quam ad cæleſtia ac ſpiritualia afficiebantur? [*Ipſe autem aſcendẽs
nauim reuerſus eſt*] ad loca & populũ Iudæorũ, ad quos primò ac ſpecialiter miſſus fuit à patre. ¶ Itaq; in
firmos quibus ſe oneri eſſe cõſpexit, ex probitate ſua reliquit, prædicatoribus dans exemplũ, vt cũ vi-
derint ſe in vno non proficere loco, migrẽt ad alios, ne ex eorũ importunitate aliqui deteriorẽtur. Pro Matth. 15.
pter quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Vbi non eſt auditus, nõ effundas ſermonẽ. Et iterũ ait ſcriptu- Eccleſi. 32.
ra, In auribus inſipientium ne loquaris, ne deſpiciant doctrinam eloquii tui. Itémque, Quaſi cum dor Eccleſi. 22.
miente loquitur, qui narrat verbum non audienti. [*Et rogabat illum,*] ſcilicet Ieſum [*Is a quo dæmonia exie
rant, vt eſſet cum eo*] id eſt, vt permitteret ſe cum ipſo tranſire, & ſe in diſcipulum acceptaret; quod
ideo flagitauit, ne elongatus à Chriſto rurſus à dæmonibus comprehenderetur, & vt Chriſti do-
ctrina plenius inſtrueretur. Sed & ſpecialem concepit dilectionis affectum ad Chriſtum pro benefi
ciis tantis, atque in eius præſentia, efficientia & eloquẽtia delectabatur, quia ſpecioſus forma fuit præ
filiis hominum, diffuſaque extitit gratia in labiis eius. Ideo ei de cætero inſeparabiliter adhærere cor-
poraliterque optauit adeſſe, in quo vtique rationabiliter mouebatur. Sed rationabilius fuit quod Chri
ſtus ei commiſit, vt ſubditur, [*Dimiſit autem eum Ieſus*] hoc eſt, à ſe redire præcepit, & ad propria

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

reuerti iniunxit, [*Dicens, Redi in domum tuam*] materialem seu ad tuam cognationem, [*Et narra quanta tibi* E
fecit deus] id est beneficia tibi à deo collata cũctis tuis denuncia ad gloriam dei, & ad cõuersionẽ illorũ.

Matth.8. ¶ Circa præinducta aliquæ quęstiones occurrũt. Primò, cur Christus huic prȩcepit prædicare mirabilia in ipso patrata, cum aliis à se curatis tacere mandauerit? Secundò, cur hunc ad suum discipulatum nõ

Lucæ.5. sumpsit? Ad primum dicendum, quod Christus huic præcepit miracula sua narrare, & aliis inde tacere, quia sæpe ex humilitate cælanda sunt talia, sæpe autem ex charitate dei & proximi sunt pandẽda. Ideo quoque iussit huic ista narrare, quoniam regio illa fuit veri dei cultu & cognitione priuata. Et Christus recessit ab eis, ideo quasi vicarium prædicatorem ipsis reliquit. ¶ Insuper quoniam Christus dando humilitatis exemplum, dixit sanato, narra quanta tibi fecit deus, non quanta tibi ego feci. Ideo quãdo ad patrem retorquet miraculum, dicit, narra: quando vero loquitur de seipso, hortatur tacere. Ex his claret responsio ad secundum. Ad quod tamen quidam respõdent, quia discipulis Christum sequẽtibus, contulit Christus potestatem faciendi miracula, vt infra habetur. Si autem post suam curationem fecisset miracula, potuissent malitiosi, & etiam simplices homines æstimasse, quod talia cooperatione dæmonum faceret, sicque & iam cæterorum discipulorum prodigia diffamata forte fuissent. & ex hoc consuetum esse dicunt in ecclesia, vt dæmoniaci & furiosi quamuis curati sint, non tamen ad ecclesiastica promouẽtur officia. Deinde describitur obediẽtia huius curati, [*Et abiit per vniuersam ciuitatẽ*] hoc est, per totam vrbem de qua fuit, per omnẽ vrbem regionis præfatæ, [*Prædicans quanta illi fecisset Iesus.*] F
Iesus autem præcepit ei prædicare, quanta sibi fecisset deus: sed iste prędicauit quanta sibi fecisset Iesus, quoniam opera Iesu credebat diuina potestate peracta, vel (vt aliqui dicunt) iam ex illuminatione superna credidit Iesum esse deum.

¶ Præterea oritur quęstio, cur Lucas non nisi vnum dęmoniacum narret à Christo in loco iam dicto curatum, cum Matthæus asserat duos simul ibidem à Christo curatos? Ad quod sancti patres respondent, quòd vnus illorum fuit celebrior aut magis insanus, sed & numerus maior nõ excludit minorem neque econtra quando absolute exprimitur, ideo inter Euangelistas nulla extat discordia. Prȩterea circa verba diaboli quibus superius ait, Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? posset inquiri, qualem de

Matth.8. Christo notitiam habebat diabolus, ad quod plene responsum est supra. ¶ Iuxta intelligẽtiam spiritualem, per dęmoniacũ istum ferocissimum & furiosissimũ intelligi potest quilibet peccator in vitiis ob duratus, sine verecundia peccans, qui etsi verba dei multoties audiat, se tamen emẽdare nõ acquiescit. Qui talis est obsessus fuit à dęmonũ turba, quia quot mortalibus vitiis sordidatur, quasi à tot malignis spiritibus possidetur, qui ei spiritualẽ sensum atq; salubrem rationis vsum miserabiliter abstulerũt, ita quod propria suę mentis vulnera non sentit, nec sibi indicari permittit, imò ipsum curare cupientibus indignatur, nec in his quæ ad suam spectant salutem, rectum sortitur iudicium, sed vere dulcia censet amara, & tenebras luci præponit.

¶ Denique vestimentis non vtitur, quoniam anima eius, dei gratia, donis atque virtutibus nõ ornatur. G
Nec manet in domo, hoc est, in thalamo conscientiæ suæ, nec in ecclesiasticæ vnitatis obedientia salutari, sed in monumentis, hoc est, vitiorum spurcitiis, & in corpore suo mortali, vili, ac fœtido: iuxta illud, Sepulchrum patens est guttur eorum. Vinciebatur quoque catenis atque compedibus, id est vitiosis habitibus, atque prauissimis consuetudinibus velut dæmonum laqueis irretitus fuit & inuolutus. Quemadmodum in Prouerbiis scriptum est, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Sed & ruptis vinculis, hoc est prauis habitibus in actum erumpentibus agitur in deserto, id est per latissima vitiorum discurrit itinera, & à nemine vult domari. Catenæ quoq; & cõpedes intelligi possunt præcepta legis naturalis & euangelicæ, quibus anima hominis bene ligatur, ne ad vitia deiiciatur: sed impius quamuis animæ eius hæc proponantur, aut cõstent, nihilominus ea disrumpit, spernit, & præuaricatur: quemadmodum per Hieremiam dominus ait plebi rebelli, A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam. Talis quoque præcipuè fuit populus gentilis, antequam per Christi Apostolos conuerterentur ad legis euangelicæ æquitatem. Vnde Augustt. & alii multi, per terram Gerazenorum intelligunt omnem regionem gentilium: & per dæmoniacum istum, populum illum. Sicque per hoc quod Christus post maris transfretationem, in naui dormitionem, & suscitationem, ingressus est Gerazenorum prouinciam, figuratur quod post conuer- H

Psalm.58. sationem suam in seculo isto, de quo ait, Veni in altitudinem maris, post dormitionem suam in cruce ac monumento, & resurrectionem introiuit terras gentilium, mittendo ad illos apostolos suos, & mẽtes eorum ingrediendo per fidei & gratiæ infusionem.

¶ Postremò, quamuis homo vitiis obstinatus inconuertibilis videatur, & secundum cursum communem raro huiusmodi emendetur, interdum tamen per omnipotentem dei clementiam tangitur, compungitur, & saluatur, ita vt virtutibus vestiatur, sanaque mente ad pedes Christi resideat, hoc est, eius doctrinis fideliter sit intentus, intantum, vt omnes qui viderint obstupescant: cui ita conuerso præcipitur, vt quanta sibi fecerit deus, proximis suis ad dei gloriam eorúmque ædificationem denunciet. Sicque gratiam sibi concessam aliis pro viribus impartiatur, & dicat, Quid retribuam domino pro

1. Petri.2. omnibus quæ retribuit mihi? Ideo Petrus hortatur, Virtutes (inquiens) annuncietis eius qui vos vocauit in admirabile lumen suum. Et rursus, Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam

Esaiæ.63. administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Vnde & Esaias ait, Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Declaratio reſiduæ partis huius Cap. ab eo loco quo habetur, [*Factum eſt autem cum rediſſet Ieſus. &c.* Artic. XXII.

Conſequenter in reliqua huius parte capituli recitantur duo præclara Chriſti miracula, in quibus ſicut in cæteris eius prodigiis glorioſior ac mirabilior videtur fuiſſe modus agendi quàm opus, ſicut patebit. Quanquam vnum ſignorum iſtorum non niſi diuina fieri quiuerit poteſtate. [*Factum eſt autem cum rediſſet Ieſus,*] à terra Gerazenorum ad Galilæam, vt præcedenti capitulo tactum eſt, [*Excepit illum turba*] hilariter & deuote. Vulgus enim magis adhæſit Chriſto, & pauci primatum. Vnde & in Ioanne phariſæi loquuntur, Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt. [*Erant enim omnes expectantes eum*] Deſiderantes eum à præfata terra reuerti, vt eloquentiſsimis eius ſermonibus & præclariſsimis ſignis inſtruerentur. Omnes ergo qui erãt in turba illa ipſum præſtolabantur. [*Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat.*] Eodem ordine quo Lucas, etiam Marcus recitat iſtud miraculum. Sed difficultatem ad literam facit, quòd Matthæus ait in libro ſuo, in quo legitur, quòd Chriſtus à terra prædicta rediens, ingreſſus eſt ciuitatem ſuam, & ibi curauit paralyticum à quatuor viris allatum. Ioan. 7. Matth. 9.

B ¶Deinde vocauit Matthæum à telonio ad ſuum diſcipulatum. Ingreſſúſque eſt domum ipſius, & ſimul ducauit cum ipſo, & loquente ibidem Chriſto, Iairus iſte acceſsit eum. Hinc in libro de conſenſu Euangeliſtarum aſſerit Auguſtinus, quod adiungit, Et ecce vir cui nomen Iairus, non continuo factũ accipiendum eſt: ſed poſt illud de conuiuio publicanorum, ſicut narrat Matthæus, cui rei ſic coniungit hoc, vt non poſsit aliud factum conſequenter intelligi. Itaque innoteſcit, quod Euangeliſtæ non vbique eodem ordine geſta, & verba Chriſti deſcribunt. Sicut in cæteris veteris teſtamenti codicibus, ac libris propheticis frequenter non obſeruatur ordo temporis in deſcriptione factorum.

¶Ponit quoque Lucas nomen viri iſtius propter maiorem certitudinem facti, quod nomen à Matthæo expreſſum non fuit. Ideo Titus ait, Eſt autem nomen poſitum cauſa Iudæorum qui tunc nouerunt quod accidit, vt ipſum nomen quędam demonſtratio miraculi fieret. Quocirca notandum, q̃ Lyra hic ait, Vir iſte in Hebræo idiomate vocabatur Iair: ſed nomina propria Hebraica quando transferuntur ad Latinum, cõmuniter accipiunt hanc ſyllabamus in fine: quemadmodũ Iacob in Hebręo, Iacobus in Latino, & Saul Saulus, eodémque modo Iair Iairus. ¶Deniq; princeps fuit ſynagogæ. Quãuis nanque Iudæi non niſi vnum templũ habuerant ad ſacrificia offerenda, in ſingulis tamen vrbibus ſuis quaſdam domus habebant, ad quas cauſa orationis & lectionis diuinæque laudis certis horis cõfluebant, quæ domus vocatæ ſunt ſynagogę, ſicut iam vocãtur eccleſiæ, & qui domibus illis & ad eas confluentibus præerant archiſynagogi, ſeu principes ſynagogæ ſunt appellati, quorum vnus fuit hic Iairus. [*Et cecidit ad pedes eius,*] ſcilicet Chriſti, in quo patet ipſius humilitas, qua impleuit illud in Eccleſiaſtico ſcriptum, Quanto maior es, humilia te in omnibus, [*Rogans eum, vt intraret in domum eius, quia filia vnica erat illi fere annorum duodecim, & hæc moriebatur.*] Apud Matthæũ ſic legitur, Ecce princeps vnus acceſsit & adorauit eum dicens, Domine filia mea modo defuncta eſt, ſed veni impone manum tuam ſuper eam & viuet. Porro in Marco ſic ſcribitur, Procidit ad pedes eius, ſcilicet Chriſti, & deprecabatur eum multum dicens: quoniam filia mea in extremis eſt: ſed veni, impone. &c. C Matth. 9. Marci. 5.

¶Itaque Lucas formam orationis archiſynagogi huius non ponit, ſed cauſam, cur tam affectuoſe atque humiliter Chriſtum precatus ſit, pendit, & innuit triplicem cauſam. Prima eſt, quoniã filia ſua moriebatur. Secunda, quia etiam vnica filia fuit, ideo magis dilecta, & de eius morte grauior dolor. Tertia, quia annorũ fere duodecim, ſicq; quaſi ad nubiles annos deuenit, & magna ſpes poſteritatis ſuorũ fuit parentũ, idcirco de eius morte vehemẽtiſsime triſtabantur, ſicut & parentes Thobiæ iunioris, dũ reuerti tardabat. ¶Sed circa hæc oritur quæſtio, Quomodo Matthæus dicat patrem puellæ dixiſſe ad Chriſtũ, Filia mea modo defuncta eſt: cum Marcus aſſerat eũ locutũ, Filia mea in extremis eſt, Ad quod patet ſolutio, ex eo quod Lucas hic loquitur, dicens, quod moriebatur: quo conſtat quod Iairo à filia ſua recedente, vt veniret ad Ieſum, filia illa agonizabat, & ad mortem ſe cœpit diſponere, ideo Iairus cum ad Chriſtum deuenit, probabiliter æſtimauit quod mortua eſſet, mortuámque aſſeruit, iuxta modũ loquendi, quo aliquid dicitur factũ, cum pene iam factũ eſt, vel certum eſt quod protinus fiet, quemadmodũ illum mortuũ affirmamus, quẽ ſcimus mox moriturũ. Aliam demũ ſolutionẽ poſuit ſuper Matthęum. [*Et contigit dum iret*] Chriſtus cum Iairo, cuius precibus acquieuit, quia dolori & neceſsitati eius condoluit. Iairus quoque fideliter atque humiliter Chriſtũ fuerat deprecatus, quãquã fides eius non fuerit ita perfecta vt centurionis: nec Chriſti diuinitatẽ cognouit, quoniam corporalẽ eius præſentiam ad ſuſcitationem filiæ putauit neceſſariam, vt ex verbis Matthæi & Marci probatur. Nec tamen ob hoc iudicandus eſt infideliter acceſsiſſe. Nondum enim ad tam explicitam fidem de Ieſu obligabatur. ¶Præterea contuendum quomodo ea quæ apud mundũ ſunt eminentiora, apud Chriſtum frequenter ſunt viliora ſeu minus curantur. Nam rogatus à Regulo, vt deſcẽderet ad domũ eius pro ſanando filio eius non acquieuit deſcendere quamuis rogatus: ad Iairi autem filiam rogatus acceſsit: ad ſeruum vero Centurionis etiam non rogatus venire voluit. Et contigit dum iret [*A turba comprimebatur.*] quia non ſolum diſcipuli, ſed & turba copioſa ſecundum Marcum ibant cũ Chriſto. Sperabant nempe glorioſum videre miraculum. [*Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim.*] Per duodecim annos certis horis ſanguinis fluxum ſuſtinuit. [*Quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam*] id eſt, omnes diuitias, [*Nec ab illis potuit curari,*] vel quia naturaliter incurabilis fuit, aut valde difficulter curabilis. Frequenter etiam pluralitas medicorum periculoſa eſt, quia ſæpe ſibi inuicem in pluribus contradicunt, & ſe mutuo in ſanatione ægroti impediunt, atque circa particularia facili- D Ioan. 7. Matth. 9. Matth. 8. Lucę. 7. Matth. 7. Ioann. 4. Matth. 9. Lucæ. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ter errant, Hippocrate dicente, Vita breuis, ars longa, experimentum fallax, iudiciúmque difficile. Ex E
quo videtur, quod mulier iſta non fuit Martha ſoror Mariæ Magdalenæ, quamuis quidam hoc dixerint. Martha enim vſque ad Chriſti paſsionem extitit opulenta, aliter eum & eius diſcipulos tam liberaliter non hoſpitaſſet ac aluiſſet: & ipſa poſt ſpiritus ſancti miſsionem legitur ſua s vendidiſſe diuitias, atque ad pedes Apoſtolorum pretium poſuiſſe. Verius ergo putatur, quod in Eccleſiaſtica hiſtoria ſcribit Euſebius Cæſarienſis, quod mulier hæc fuit ciuis Cæſareæ Philippi. Ait ergo ſeptimo libro præfatæ hiſtoriæ, Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem à Saluatore curatam tradiderunt Euangeliſtæ, Cæſareæ Philippi conſtat ciuem fuiſſe, & præ foribus domus illius baſis quædam in loco euidentiore colloçata mõſtratur, in qua ærea imago videtur mulieris illius, quaſi genibus prouolutæ, & pro ſanitate palmas ſuppliciter protendẽtis. Aſtat vero & alia ſtatua ære fuſa, videlicet chriſti imago ſtola circundata, & dexteram porrigens mulieri, atque ad pedem ſtatuæ huius quędam noua ſpecie naſcitur herba, quę cum exorta fuerit, excreſcere vſque ad ſtolæ illius fimbriam ſolet: quam cum herba vertice ſuo creſcens cõtigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoréſque cõquirit, itavt quæcũque fuerit illa infirmitas corporalis, hauſtu exiguo madefacti germinis depellatur. Quæ herba nil virium habet, ſi antequam æreæ fimbriæ ſummitatem tetigerit, diſrũpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit vſque ad tempora iſta, ſicut noſipſi oculis noſtris inſpeximus. Præfatos quoque inſignes triumphos beneficii ſibi à Chriſto collati ſtatuit ipſa hæc mulier in memoriam rei geſtæ. ¶ Præterea diuturnitatem, incurabilitatem & ſumptuoſitatem præfatæ infirmitatis Euangeliſta tam vigilanter expreſsit, vt mox deſcribendum miraculum demonſtretur magis præclarum. [*Acceſsit retro,*] ex pudore & humilitate, & quia occulte voluit F
Leuit. 14. tangere: ſecundum legem quoque fuit immunda, [*Et tetigit fimbriam veſtimenti eius.*] Circa hoc aliqui
Nume. 18. dicunt, quod Chriſtus portauit veſtimentum ſecundum conſuetudinem Iudæorum, quemadmodum in Numeris deus legitur filiis Iſraël præcepiſſe, vt facerent ſibi quatuor fimbrias, per quatuor angulos palliorum, in quibus ponerent vittas hyacinthinas, quas intuendo recordarentur omniũ præceptorũ dei. Hoc ad cærimonialia pertinebat præcepta, & obſeruatur à Chriſto, ſicut & alia quædam cærimonialia iuſſa. [*Et confeſtim tetigit fluxus ſanguinis eius,*] cum magna enim deuotione & fide tetigit veſtem
Matth. 9. Chriſti, quia (vt ait Matthæus) dicebat intra ſe, Si tetigero tantum veſtimentum eius, ſalua ero. Tantam etenim credidit ſanctitatem ac poteſtatem ineſſe Chriſto, vt redundaret & diffunderetur vſque ad veſtimenta ipſius, ſicque illa eſſent inſtrumentum curandi, inquantum fuerunt indumenta Chriſti. [*Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit?*] hoc eſt, Quæ perſona taliter me tetigit? Non ex ignorantia quærit, nec de qualicunque tactu quęſiuit, cum à pluribus non ſolum tangeretur, ſed etiam comprimeretur: ſed quęrit vt ex mulieri humilis confeſsione turba ędificetur, & Iairus in fide & ſpe roboretur, ipſáque mulier meritum ſortiatur, & deus ab omnibus glorificetur. [*Negantibus autem omnibus*] quod eũ G
tetigiſſent. Sed quomodo omnes negare hoc poterant, cum plures tetigerint eum? Et reſpondendum, quod omnes, hoc eſt, quidam de omnibus id negabant, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorũ, nõ pro ſingulis generum. [*Dixit Petrus, & qui cum illo erant*] puta Apoſtoli, inter quos Petrus eminebat, idcirco pro omnibus loquebatur, [*Præceptor.*] ideo Chriſtũ pręceptorem vocauit, quia videbat, quod tam imperialiter mirabilia perpetrabat, & quia dignũ putauit, vt Chriſto omnes parerent, itẽ quia prę ſertim diſcipulorum ſuorũ magiſter fuit ac dominus. magiſtri autẽ pręceptores dici cõſueuerũt. Vnde & Alexãder Ariſtotelẽ ſępe pręceptorẽ appellat in epiſtolis quas ei direxit. [*Turbæ te cõprimunt & affligunt,*] hoc eſt, cõprimendo corporalẽ quandã tibi inferunt pœnã, quia à turba ſic premi pœnale eſt. [*Et dicis, quis me tetigit?*] Quaſi dicat, Mirũ quod hoc quęris. Petrus enim putauit de ſolito ſimplicíq; cõ tactu quęrere Chriſtũ: ſed Chriſtus de ſingulari quodã tactu ex fidei magnitudine prodeunte ſe ſciſcitari inſinuãs, repetit quęſtionẽ, eiuſq; cauſam annectit. Nã ſubditur, [*Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis?*] hoc eſt, aliqua perſona. Nõ enim à viro ſe tactũ declarare intendit. [*Nã & ego noui virtutẽ de me exiſſe.*] Hoc dupliciter explanatur, quia per virtutẽ intelligi poteſt miraculoſus iſte effectus curationis: itẽq; virtus actiua huius effectus quæ exiuit. i. in opus proceſsit, ſéque diffudit. Nec mirũ ſi à Chriſto virtus ſanatiua proceſsit, cũ gemmę & herbę nõnullę ſuo queant tactu curare. Porro virtus illa à Chriſti diuinitate, tanquã à cauſa prima & principali egreſſa eſt: & ab eius humanitate, tanquã à cauſa ſecũdaria H
inſtrumẽtali, quia humanitas Chriſti fuit ſuę diuinitatis inſtrumentũ animatũ, coniunctũ, immediatũ,
Marci. 3. ac propriũ: ſicut & corpus noſtrũ eſt animę noſtrę inſtrumentũ: ſupráq; iam habitũ eſt, q̃ omnis turba quęrebat eũ tãgere, quia virtus exibat de eo, & ſanabat omnes. [*Videns autem mulier*] hoc eſt, ex chri
Lucæ. 6. ſti repetita inquiſitione & aſſertione, qua dixit, Noui virtutẽ de me exiſſe, atq; ex vultus ſui diſpoſitione [*Quia non latuit eum*]. ſ. Chriſtũ ſua curatio, quo patet, q̃ mulier hęc imperfectã cognitionẽ habe
Leuit. 15. bat de chriſto, putans eũ occulta neſcire. [*Tremens venit.*] quia tantus fuit timor interior, q̃ redũdauit in corpus, & tremorẽ cauſauit in eo. Forſitã autẽ timuit increpari à chriſto, quod cõtra cõmunẽ legẽ ipſa immunda auſa fuiſſet cõtingere ipſum. [*Et procidit ante pedes eius,*] ex humilitate & quaſi gratias agens, ac veniam poſtulans, ſi eum in aliquo offendiſſet. [*Et ob quam cauſam tetigit eum, indicauit coram omni populo*] qui aſtabat, & quemadmodũ confeſtim ſanata ſit. Hoc etenim totum ad chriſti curatoris ſui gloriam pertinebat. [*Ai ipſe*] tanquam indulgentiſsimus & vere dulciſsimus, [*Dixit, Filia.*] quia vt creditur de genere Abrahę fuit, & filia propter charitatem Chriſti paternalẽ ad eam, & quia electa à deo, fidei quoque ac gratię particeps, [*Fides tua te ſaluam fecit,*] hoc eſt, vt per fidem tuam charitate formatã meruiſti curari, imò & mente ſi quas culpas habebas ſanari. Chriſtus enim quos corporaliter curauit, ſpiritualiter quoque fertur ſanaſſe. [*Vade in pace*] hoc eſt, eſto ſecura, & in mentis tranquillitate deo gratias age & permane. ¶ Iuxta myſticum ſenſum, per fœminam ſanguine duodecim annis fluentẽ, intelligi poteſt quęlibet anima vitiorũ inſtabilitate diſperiens, & præſertim quę carnaliũ cõ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cupiſcentiarum operibus fœtet, ſqualet & tabeſcit. Talis anima ſæpe ſe emendare concupiſcit ac molitur: ſed de ſideriorum, voluptatumq; vehemẽtia retardatur ac vincitur, ideo medicos conſulit. i. homines ſpirituales & prædicatores pro ſe orare precatur, atque vt faciãt hoc exteriora ſua eis largitur: à quibus cũ ſe curari non poſſe aduertit, eo quod in peccãdi perſiſtat affectu, ſicque obicem ponat exauditioni precis illorum, tunc retro accedit ad fimbriam veſtis Chriſti, hoc eſt, perſonaliter manum ponit ad aratrum & Chriſti molitur ſequi veſtigia, humiliãdo ſeipſam, & opera pietatis ac pœnitentiæ aggrediendo. Sicque tangendo fimbriam veſtis Chriſti ſanatur, hoc eſt, ſacramenta Saluatoris, ſub quibus Chriſtus ſeu gratia eius tegitur, & cõſiſtit, ſumendo à culpis curatur. [*Adhuc eo loquente*] hoc eſt, Chriſto hæc verba ad mulierem præfatam loquente, [*Venit quidam ad principem ſynagogæ, dicens ei, quia*] hoc eſt, quod [*Mortua eſt filia tua, noli vltra vexare illum.*] Marcus autem ſic ait, Adhuc eo loquente venerunt nuncii ad archiſynagogum dicentes, Quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrum? Sed non eſt inter beatiſsimos Euãgeliſtas diſſonãtia illa, cũ nõ ſolũ in ſacra ſcriptura, ſed & in cõmuni vſu loquendi frequenter numerus ſingularis pro plurali ponatur, & econtra: ſed & numerus minor non excludit maiorem, imò & maior includit minorem. Inſuper patet ex verbis his filiam nondũ fuiſſe defunctam, quando pater eius receſsit ab ea ad Chriſtum. Nuncius quoque de quo recitat Lucas aliquid boni videbatur prætendere, quia nolebat Chriſtũ fruſtra vexari. i. eundo ad domum Iairi fa- Matth. 5.

B tigari: ſed errauit dupliciter. Primò, quia putabat Ieſum ſuſcitare non poſſe defunctam. Secũdò, quia putabat Chriſtum more aliorũ de neceſsitate fatigari in tranſeundo, cũ tamen voluntate eius hoc fieret, piáque diſpenſatione ac dignatione, vt veritatem in ſe humanitatis monſtraret, & ſuis fatigationibus atque laboribus gratiã nobis multiplicem mereretur. ¶ Prẽterea Chriſto moleſtũ nõ fuit miſericordiam impartiri, cũ propriũ ſit ei miſereri, & parcere, imò iuſtitię rigorẽ, vltionémque exercere ſibi quaſi moleſtũ eſſe inſinuat, dicendo per Eſaiã, Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. alienum quippe & peregrinũ eſt opus iſtud ab eo, qui naturaliter bonus & pius eſt, & ex noſtra peruerſitate hoc efficit, vt apud Eſaiam habetur. Ieſus autẽ audito hoc verbo nũcij præinducti, dixit patri puellę, eum piiſsime conſolando, atq; in fide & ſpe roborando, [*Noli timere,*] quod defunctũ ſuſcitare non queam, [*Crede tantum*] non reſpiciendo ad naturalium curſum, ordinémque cauſarũ, ſecundũ quas impoſsibile eſt mortuum ſuſcitare, [*Et ſalua erit,*] hoc eſt, à morte redibit ad vitam & ſanitatem. Quo patet, quàm ſecurus fuerat Chriſtus de miraculo à ſe perpetrando. [*Et cum veniſſet*] ad Iairi domum, [*Non permiſit intrare*] locum vbi puella iacebat defuncta, [*ſecum quenquam, niſi Petrum & Ioannem & Iacobum fratrem eius.*] Hos enim Chriſtus fecit ſibi familiariores & cęteris eminentes, vnde transfigurationi eius interfuerunt, & paſsione inſtante aſſumpſit eos, cœpitq; cõram eis pauere ac contriſtari. Tres quoque ſuffecerant ad teſtimoniũ de miraculo perhibendũ: quẽadmodum ait ſcriptura, In ore duorũ vel trium teſtium ſtabit omne verbum. ¶ Inſuper turbã & cętecros diſcipulos à ſuſcitatione puellæ intuenda remouendo, docuit nos vanã gloriam fugere, & propter oſtentationẽ nil agere, præſertim in ſupernaturalibus factis: permiſit etiã ſecum intrare patrẽ & matrẽ puellæ, quia ad patris eius inſtantiã fecit hoc ſignum, & puella ad ſuos parentes præcipue pertinebat. [*Flebant autem omnes,*] qui erant in Iairi domo, [*Et plangebant illam*] .i. mortẽ defunctę corde & oculis deplorabant. Erant etiam ibi ſecundũ Matthæũ tibicines, hoc eſt, quædã perſonæ lugubre carmẽ canentes, vt alios prouocarent ad cõpaſsionem & fletũ, ſicut tũc moris fuit in funeribus Iudæorũ. [*At ille dixit, nolite flere*] hoc eſt, immoderate propter mortẽ puellę plorare, quaſi mox reſuſcitanda nõ ſit. Sic & Apoſtolus Theſſalonicenſibus ſcribit, Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nõ contriſtemini ſicut cæteri qui ſpem nõ habent. Non autem prohibet Chriſtus piam ac moderatã mortuorum charorũ deplorationẽ, cum in Eccleſiaſtico legatur, Luctus mortui ſeptẽ dies: ſed talis ploratio non debet exceſsiua conſiſtere, præſertim quia mortuus naturaliter reuocari non poteſt ad vitã: idcir co homo conſolari debet ſeipſum, & conſiderare quod plorando nil proficit. In ineuitabilibus quoque damnis, periculis atque defectibus, præcipuum remediũ, mœſtitięq; ſolamen extat obliuio. Hinc Dauid ait, Propter infantem dũ adhuc viueret, ieiunaui & fleui: nunc autẽ quia mortuus eſt, quare ieiuno? nunquid potero eum reuocare? ego vado magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Verũ- Matth. 8. Ioann. 8. Matth. 6. Ecclę. 22. 1. Regũ. 12.

D tamen variæ ſunt cauſæ, cur mortui magis aut minus ſint deplorandi, aut quia imparati ſublati ſunt, aut quia ex eorũ morte aliis periculũ imminet. [*Non eſt enim mortua puella, ſed dormit.*] Per hoc negare non voluit, puellã illam vere eſſe defunctam morte naturæ: ſed dicere intendebat, quod per reſpectũ ad ſe nõ eſſet penitus mortua, ſed potius ſimilis dormienti, quia facilius potuit eam reuocare ad vitã, quàm aliquis noſtrũ valeat dormientẽ ſuſcitare à ſomno. [*Et deridebant eum.*] Nõ parentes puellę, ſed tumultuans turba exiſtens in domo, [*ſcientes quia mortua eſſet.*] ſed non intelligebant altitudinẽ ſenſus verborũ Chriſti, & eum qui eſſentialiter veritas eſt, mentiri putabãt, & forſitan irridebãt, quod ſe ad ſuſcitationẽ defunctę præberet, qui tanto falleretur errore. ¶ Deniq; frequenter legitur Chriſtus à re probis improbiſq; irriſus, nec tamen ob hoc à ſuæ efficiẽtia pietatis ceſſauit. Nõ igitur ægre feramus, ſi etiam à quibuſcunque irrideamur: nec ob illorũ irriſiones à bono inchoato ceſſemus. Sed nec ipſos irriſores noſtros temerarie iudicemus, nec nobiſmetipſis inaniter placeamus, ſi eſſe cupimus diſcipuli Saluatoris. Etenim qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Et Paulus ait, Debemꝰ nos firmiores, imbecillitates infirmorũ ſuſtinere, & nõ nobis placere. Hinc loquitur Auguſtinus, Omnes qui volũt in chriſto pie viuere, neceſſe eſt vt ab impiis & diſsimilibus patiãtur tanquã inſani & ſtulti, qm̃ ipſi iuſti præſentia bona amittũt, & inuiſibilia ac futura perquirũt. Poſtremo, irriſores illud Salomonis perpẽdãt, Parata ſunt deriſoribꝰ iudicia, & mallei percutiẽtes ſtultorũ corporibꝰ. [*Ipſe autẽ tenẽs manũ eiꝰ, clamabat dicẽs: puella, ſurge.*] Poterat vtiq; eã reſuſcitare ſine cõtactu atq; Roma. 15. Proue. 16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clamore, ſed manu ſua manum illius apprehendit, ad oſtendendum quod interior ſua poteſtas interiora puellæ viuificaret, & quod corpus ſuum diuinitatis exiſteret inſtrumentũ, imò ſicut iuxta Philoſophum, manus eſt organum organorum: ita ſecũdum Auguſtinum verbum eſt ſignum ſignorum. Auguſt. Propter quod Chriſtus clamorem adhibuit, quod & ideo egit, vt magnitudinem demonſtraret miraculi, atque ad excludendum omnem maleficii ſuſpitionem occulti, itémque ad oſtendẽdũ longam illam diſtantiam, qua anima puellæ diſtabat à corpore eius. Anima enim illius vel in purgatorio fuit, ſi pro venialibus non ſatisfecit: vel in lymbo patrum, ſi ſatisfecit: vel in inferno, ſi in mortali peccato defuncta eſt, quod tamen non reor. Sed quia cum hæc Chriſtus clamauit, non erat puella, ſed corpus exanime, cur dixit Saluator, Puella ſurge? Ad quod faciliter reſpõdetur, quod hîc ponitur pars pro toto: ſicut Ioannis decimonono, ibi videlicet, In ſepulchro poſuerunt Ieſum. [*Et reuerſus eſt ſpiritus*] hoc eſt, anima [*Eius*] quæ eſt ſpiritualis natura. Reuerſus eſt (inquam) ab oculto receptaculo ſuo ad corpus exanime, Chriſto iubente, & angelo ſancto (vt creditur) reducente, [*Et ſurrexit continuo.*] in quo patet, quàm potenter, imperioſe, & glorioſiſsime operatus ſit tantum miraculum. Neque enim orationem fudiſſe deſcribitur, & adhuc ſonus verborum eius reſultabat in aëre quando effectus tam miraculoſus ſoli diuinæ poteſtati poſsibilis eſt ſequutus. Recolamus quomodo in veteri teſtamento Helias & He- 3. Regũ. 17. liſæus mortuos ſuſcitauerunt, orando, & ſuper defunctos incumbendo frequenter: túncque certius cognoſcemus excellentiam perſonę & operum Chriſti ſuper illos, & ſuper ſigna eorum. [*Et iuſſit illi dare manducare*,] Ad comprobandum quod vere ſuſcitata fuiſſet, ſicut & Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam apparens diſcipulis, & de reſurrectionis ſuæ veritate ambiguis, Habetis (inquit) hic aliquid quod manducetur? Marcus quoque teſtatur, quod puella protinus ambulauit. [*Et ſtupuerunt parentes eius*,] ſtupore maximo ſecundum Marcum, præ admiratione tanti miraculi, tam repente imperialitérque exhibiti, [*Quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.*] Hoc Chriſtus præcepit, nõ quia putauit tantum miraculum debere celari, ſed vt nos humilitatem amare, vanitatem & oſtentationem vitare doceret. Itaque Chriſti exemplo laudem humanam iactantiámque ſpernamus. Vnde Gregorius ait, Præcepit ne alicui dicerent, oſtendens quod ipſe largitor bonorum ſit non gloriæ cupidus, dátque totum nihil recipiens: qui vero venatur operum gloriam, aliquid exhibet, & aliquid recipit. Matth. 5.

¶ Poſtremò, licet Chriſtus præceperit miraculum iſtud celari, protinus tamen à turba quæ Chriſtum deriſit, & puellam fuiſſe defunctam cognouit, fuit vndique diuulgatum: iuxta illud Matthæi, Exiit fama hæc in vniuerſam terram illam. ¶ Myſtice per archiſynagogum prælatus eccleſię deſignatur, qui ſi filiam, id eſt, congregationẽ ſuam ſibi commiſſam viderit, vel ſpiritualiter mortuam per peccata mortalia, aut morti tali iam proximam per diſpoſitionem ad vitia, ſtatim cum ſolicitudine & feruore acce- Matth. 9. Hebræ. 4. dat ad thronum gratiæ Chriſti, & in terram proſtratus inuocet Chriſti auxilium. Si interea ſibi denuncietur, quia mortua eſt filia ſua .i. indurata, incorrigibiliſque effecta, non mox deſperet, nec deum ceſſet feruidiſsime deprecari pro reformatione illius, túncque Chriſtus cernens charitatem, humilitatem, & diligentiam tam boni prælati ac patris, intus conſolabitur eum, & à deiiciente ac opprimẽte timore eum piiſsime releuabit, atque interius ſeu per ſcripturas vel angelum dicet, Tantũmodo crede, & ſalua erit, id eſt, de mea gratia non diffidas, ſed crede me in infinitum in omni pietate, bonitate, indulgentiáque maiorem ac potentiorem quàm alicuius ſit aut eſſe poſsit impietas: ideo congregationem, aut perſonam tibi commiſſam gratioſè ſaluabo, dummodo perſeueraueris fideliter pulſans: ſicque Chriſtus per ſpiritualem viſitationem aduenies, tibicines, id eſt, eos qui congregationem ſeu perſonam huiuſmodi quaſi deſperabiliter lapſam deplorant, redarguit dicens, Nolite ſic flere, quia congregatio ſeu perſona non eſt irreparabiliter mortua, vt damnati morte peccata: ſed dormit ſomno negligentiæ & culparum, ita quod gratia mei, qui omnipotens medicus ſum, valeat curari. Si vero præfati planctores Chriſtum hoc aſſerentem, id eſt, aliquem eius vicarium ſeu miniſtrũ ex parte chriſti ſic conſolantem derideant, Chriſtus tamen ex ſua benignitate immenſa porrigit virtutis ſuæ auxilium ſpiritualiter mortuis: atque ſublimi clamore, id eſt, feruida exhortatione per ſuiipſius inſpirationem internam, per angelicam directionem, per prælatorum prædicationem, per informationem ſcripturarum ſanctarum, per aduerſitatum & tribulationum inflictiones multiplices, mortuis talibus gratiæ vitam reſtituit, & ſpiritualibus eorum parentibus præcipit, vt eis dent manducare panem refectionis mentalis, videlicet ſacramentum Euchariſtiæ, panem pœnitentialium lachrymarum, panem obedientiæ ſalutaris.

¶ Elucidatio Cap. IX. [*Conuocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem. &c.*] Articulus XXIII.

POſtquam Saluator apoſtolos multipliciter erudiuit, atque in fide miraculis roborauit, conſequenter ad aliorum informationem dirigit eos, & vt diligentius audiantur, datur eis ſupernaturalis poteſtas ad miracula perpetranda, per quę etiã ſe diuinitus eſſe miſſos confirment. [*Conuocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem, &*] pro, id eſt, [*Poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent,*] hoc eſt, vim ſanandi morbos contulit illis. Vnde quod ait, virtutem, referri poteſt ad dæmonum expulſionem: quod vero ſubiungit, & poteſtatem, ad languorum miraculoſam curationem: vel virtus refertur ad vim interiorẽ, po- Matth. 10. teſtas autem ad potentem executionem. ¶ Porrò in Matthæo plenius ſcriptum eſt, Dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, & vt curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem: vbi per lã-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A guorem intelligi poteſt morbus inueteratus & grauis, difficulter curabilis. Sed hæc omnia exteriora prodigia, ſicut & ipſa Apoſtolorum prædicatio, ad ſpiritualem animarum curationem ordinabantur, vt ad eam auditores per prædicta inducerentur. ¶ Circa hæc quæritur, qualiter Chriſtus dedit Apoſtolis præfatam virtutem & poteſtatem agẽdi miracula, an ſcilicet ſit quod in ipſis Apoſtolis de cætero fuit aliqua vis realis eis inhærens ad miraculoſos effectus cauſaliter cooperans & concurrens, an potius ſic, quod ipſe de cætero voluit per Apoſtolos facere ſigna, non exiſtente in eis aliqua vi præfata, ſed huius ſolutio ſupra inducta eſt. ¶ Denique in hac collatione huiuſmodi poteſtatis, oſtendit Chriſtus veritatem & omnipotentiam ſuæ diuinitatis. Facere quippe miracula proprie dicta naturalem creaturæ facultatem tranſcendit: ſecundum illud Pſalmiſtæ, Benedictus dominus deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus. Aliis vero hanc conferre virtutem, prorſus diuinum eſt, diuinitatíque proprium. Propter quod ait Cyrillus, Attende hic diuinam filii poteſtatem, naturæ corruptibili non conuenientem. Agere nanque miracula aderat ſanctis non natura, ſed ſpiritus ſancti participatione: ſed hanc etiam aliis concedere poteſtatem omnino alienum erat ab eorum virtute. Qualiter enim poſsit natura creata ſupra ſpiritus ſancti dona habere dominium? At dominus noſter Ieſus tãquam naturaliter deus exiſtẽs, impartitur gratiam quibus vult, non inuocans in eos alienam virtutem, ſed inſundẽs ex promptuariis Pſalm. 71.

B propriis. Hoc itaque conſtat ex dictis, quod Chriſto ex parte ſuæ deitatis competebat hanc poteſtatem conferre, non ex ſua humanitate niſi inſtrumentaliter. ¶ Sed his obiici poſſet, quod Helias aſcenſurus in paradiſum. dixit ad Heliſæum, Poſtula quod vis vt faciam tibi antequam tollar à te. Heliſæo autem petente, vt duplex ſpiritus Heliæ in ſe fieret, obtinuit quod petiuit, Helia (vt apparet) faciente ſeu dante. & ibidem per ſpiritum duplicem intelligi ſolet gratia ſpiritus ſancti ad prophetandum, & ad miracula peragenda. Et reſpondendum, quod Helias non fecit nec dedit Heliſæo ſuum duplicem ſpiritum, niſi per modum cauſæ inſtrumentalis ac meritoriæ, vtpote impetrando ipſi à deo. 4. Reg. 2.

¶ Poſtremò in hac donatione Apoſtolis facta, vehementer humiliata eſt altitudo diabolicæ pompæ, dum humilibus idiotis atque ſimplicibus illis apoſtolis, piſcatoribus egenis ſuper omnia dæmonia poteſtas eſt diſtributa. Sic plane decuit impios ſpiritus mortalibus ac corporalibus ſubiici creaturis, qui domino maieſtatis immenſæ aſsimilari volebant. [*Et miſit illos prædicare regnum dei,*] hoc eſt, cæleſtia bona, beatitudinémque æternã hominibus annunciare, & deo obedientibus polliceri. Circa quod dicit Chryſoſtomus, Conſidera quod non cõmittitur eis aliquid ſenſibile prędicare, ſicut Moyſes & prophetę bona promittebant terrena: ſed regnum cęlorum, & quęcunque continentur in eo. Miſit autem illos ad prędicandum combinatos, vt dicit Marcus, & ſanare infirmos ab infirmitatibus corporis & animæ. Ideo autem prædicationis officio Chriſtus gratiam miraculorum adiecit, vt oſtenſio miraculorũ atteſtaretur magnitudini promiſſorum: quia (vt ait Hieronymus) hominibus illis ruſticanis, & Matth. 10. Lucæ. 10.

C abſque eloquii venuſtate pollicentibus regnum dei nemo crederet, niſi ſigna efficerent, vt fidem daret verbis virtus oſtenſa, nouáque facerent qui noua docebant. [*Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via*]. i. nullũ eorum quæ mox ſpecialiter nominabuntur. Cũ enim arcta ſit via, exonerare ſe debet viator, præſertim ſi ſequi hunc cupit, qui exultauit vt gigas ad curandam viam. [*Neque virgam.*] Idem habetur apud Matthæum, vbi & calciamenta Apoſtolis prohibentur. ¶ Sed contrariari videtur quod in Marco ait Saluator, Nihil tuleritis in via, niſi virgam tantum & vt calciati eſſent ſandaliis. Et reſpondendũ, quod ſecundum Auguſtinum libro de conſenſu Euangeliſtarum, Chriſtus ad literam permiſit Apoſtolos virgam portare, ad oſtendendum quod victui neceſſaria eis ab auditoribus deberentur. Conſuetudo etenim erat apud Iudæos, quod doctores & prędicatores eorum virgam ferebant in manu, in ſignum doctrinę, & item in ſignum, quod hi quibus prędicabant, tenerentur eis victualia miniſtrare. ¶ Porrò hoc loco & in Matthæo virga metaphorice & ſpiritualiter ſumitur pro innitentia cordis ſuper quamcunque rem temporalem, vt ſit ſenſus, neque virgam. i. non innitamini alicui temporali, ſed deo: iuxta illud Eſaię, Quis ambulat in tenebris, & non eſt lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur ſuper deum ſuum. De ſandaliis vero dicendum, quod ſunt incompleta calciamenta, nec reputantur pro calciis, [*Neque peram,*] id eſt, repoſitorium victualium, [*Neque panem,*] quanto minus cibaria delicata? [*Neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis*] id eſt, veſtem ſuperfluam non poſsideatis. Hinc gloſſa Beda ſequens teſtatur, Simplex veſtimentum eſt, quicquid alicui neceſſarium eſt ſecundum qualitatẽ Eſaię. 50.

D loci aut temporis. Duplex autem eſt quod vltra neceſsitatem eſt. Hieronymus quoque ait, Non dicit vt aliquis inſtante frigore vnica tunica contentus eſſe debeat: ſed vt in tunica veſtimentum intelligamus, ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus: in quo reprehenduntur qui particas veſtiunt, & qui equos onerant mutatoriis veſtimentorum. Itaque ſecundum Gregorium Nazianzenum, mittens Chriſtus ad prædicandum diſcipulos, ſic vult eos virtuoſos eſſe, ſic cõſtantes atque modeſtos, & vt breuiter loquar, cæleſtes, vt non minus propter eorum modum viuendi, quam propter verbum euangelica propagaretur doctrina. Vnde ſecundum Chryſoſtomum, quaſi ex hominibus angelos fecit eos, iubens eos omni terrenarũ rerum ſolicitudine ac cupiditate carere, vt ſola cura teneãtur doctrinæ, & totam ſpem ſuam in deo conſtituant, mentéque libera prædicationi & cæteris actibus vacent diuinis. ¶ Sed circa hæc quæritur, Chriſtus nanque cœpit facere & docere, cur ergo Apoſtolis prohibuit iſta, cum ipſe in prædicando tulerit facculum, peram, pecuniam, quorum cuſtodem poſſuit Iudam? Cui cum in cœna dixiſſet, Quod facis fac citius, putabant Apoſtoli, quod dixiſſet ei Ieſus, Eme nobis quæ ad diem feſtum neceſſaria ſunt, aut vt egenis aliquid daret. nam & loculos habuit, & quę mittebantur, portauit. Denique in Ioanne habetur, quemadmodũ diſcipuli introierunt ciuitatem Samaritanorum vt emerent cibos. Et reſpondendum, quod chriſtus hæc ex eleemoſynis habens tulit, & habuit ea pro communi gregis ſui ac egenorum neceſsitate, non quaſi propria, Actu. 1. Ioann. 13. Ioann. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

priuatáque bona, dans posteris formam, quod ob totius sustentationem congregationis hæc licite habeantur. Hoc quoque sciendum, quod iuxta temporum & locorum ac negotiorum diuersitatem & congruentiam, Christus diuersa dedit præcepta discipulis. Bis autem misit ad prædicandum discipulos, semel ante passionem, & pro tunc dedit eis præinducta mandata, quia tunc eis satis ab auditoribus præstabatur, quoniam libenter audiebantur ab eis, eo quod non prædicarent tam incomprehensibilia & supernaturalia de Christo sicut post eius passionem, quando secundo missi sunt à Christo ad prædicandum, & prædicauerunt supermirabilia de domino Saluatore, cœperúntque Iudæorum ac gentium vitia publice increpare: propter quod à pluribus inuite audiebantur, sicut Saluator
Lucę.21. prædixit, Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: ideo tunc permissi sunt secum ferre prædicta. Vnde in cœna Christus ait Apostolis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calciamẽtis, nunquid aliquid defuit vobis? Quibus respondentibus, nihil. adiecit, Sed nunc qui habet sacculum, tollat, id est secum portet, similiter & peram. Consequenter Christus docet discipulos vnde necessaria habeant, [*Et in quamcunque domũ intraueritis,*] gratia hospitandi, reficiendi, quiescendi ac instruendi, [*Ibi manete, & inde ne exeatis*] hoc est, eam non taliter relinquatis, quasi non redituri ad eam, quandiu vultis in vrbe seu villa eadem prædicare. & hoc intelligendum est, nisi rationabilis causa mutandi, hospitandi eueniret: & quod ait, In quamcunque domum, non de qualicunque, sed de honesta
Matth.10. domo debet intelligi: propter quod in Matthæo dicitur, In quamcunque ciuitatem & castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, scilicet vestro ingressu, vt sit bonæ famæ atque laudabilis vitæ, ne ex diffamia & vitiis hospitis vestri incurratis infamiam, & alii in vobis scandalizentur, vestrãque contemnant doctrinam. Prohibet igitur Christus frequentem & inordinatam hospitii mutationem, leuitatis discursum seu gyrouagationem. Hinc ait Ambrosius, Alienum à prædicatione regni cælestis cursitare per domos & inuiolabilis hospitii iura mutare. Et Cyrillus, Iussit eos in vna domo manere, vt nec hospitem grauent, eum videlicet dimittendo, ne ipsi gulositatis & leuitatis suspitionem incurrant. Hinc in Ecclesiastico scriptum est; Nequam vita hospitandi de domo in domum. Vnde vt mentem nostram valeamus stabilire in deo, corpus nostrum à discursibus vanis discamus frenare: & qui prædicator est verbi dei, seu pastor ouium Christi prædicatione, & exteriori necessaria seu vtili occupatione cessante ad quietum se tribuat locum, & deo intentus sit, orando, legendo, prouidendo & contemplando, imò & seipsum sagaciter discutiendo, purgando ac perficiendo, vt illic gratiarum charismata sortiatur à deo, quæ postmodum deuotissime proponat atque communicet populo. [*Et quicunque non receperint vos,*] i. hospitium vobis negauerint, & sermones vestros contempserint, [*Exeuntes de ciuitate illa,*] id est, dum inde exitis, [*Etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos*] id est, in testimonium seu signum magnitudinis culpę ac damnationis illorum abiicite versus illos puluerem qui pedibus vestris adhæsit, non ex impatientia, sed zelo iustitiæ. Excutiendus est itaque puluis pedum in illos. Primò, in testimonium, quod vsque ad illos deuenerint, ita quod illi excusationem non habent ignorantiæ suæ. Secundò, in testimonium peruersitatis illorum. Tertiò, in testimonium quod terrena eorum non quærant. Quartò, in testimonium quod eis communicare non velint. Quintò, in testimonium futurę damnationis illorum, qua in infernum excutientur.
Ioann.15. ¶Præterea (vt elicetur ex prædictis) Christus hoc loco septem prohibet prædicatoribus, pastoribus & prælatis. Primum est pluralitas sarcinarum seu multiplicitas temporalium onerum, cum dicitur, Nihil
1.Cori.6. tuleritis in via: propter quod scribit Apostolus, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Prædicator autem & prælatus si vere huiusmodi sit contra peccatores agonizat. Secundum est rigor immoderatus, cum ait, nec virgam. Tertium est curiositas victus, dum dicit, neque peram. Quartum est auaritia, cum scribitur, neque pecuniam. Quintum est vestium superfluitas. vnde ait Apostolus, Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Sextum est instabilitas, dum ait, ibi ma-
1.Timo.6. nete. Septimum est, non communicare iniquis & induratis, cum subditur, quicunque non receperit vos. Deinceps subditur apostolorum obedientia, [*Egressi autem*] id est, corporaliter à Christo euntes ad loca præfixa, [*Circuibant per castella.*] per ciuitates quoque, vt patet ex verbis Matthæi. Vnde patet quod loca minora negligenda non sunt propter habitantium paucitatem, præsertim cum magnum atque præ cunctis mundi opibus desiderabile sit saltem vnum conuertere. [*Euangelizantes,*] id est, aliis salutaria documenta tradentes, non de bonis illorum seipsos delicate pascentes, sicut iam multi qui de lacte, lanáque ouium pascunt & vestiunt semetipsos, quibus tamen non prædicant. Propter quod per Ezechielem æterna eis damnatio prædicitur. [*Et curantes*] corpora languida materialiter, & animas
Actu.10. peccatrices spiritualiter, [*Vbique*] sine personarum acceptione, puta in omni loco ad quem directi fuerunt, & vbi ægros curam optantes repererunt. Sed nunc proh dolor multi sunt qui se animarum medicos profitentur, & tamen malis exemplis occidunt, quos spiritualiter sanare tenentur.

¶Porrò Marcus hæc apostolorum gesta plenius exprimens, Exeuntes (inquit) prædicabant vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo ægros multos, & sanabantur. Ioãnes quoque Euangelista testatur, quod baptizabant. Et ecce horum tam magnifica operantium vnus exti
Ioann.13. tit proditor Iudas. Nullus ergo præsumat, nec periculosam sibi securitatem promittat, sed & dona gratiæ gratum facientis, humilitatem, mansuetudinem, patientiam magis quam dona gratiæ gratis datæ, expulsionem dæmonum, efficientiam sanitatum optemus. [*Audiuit autem Herodes Tetrarcha.*] Iste est Herodes Antipas, filius Herodis, cuius tempore natus est Christus. Hic vero Herodes fuit Galilææ Tetrarcha, vt dictum est supra plenius. [*Omnia quæ fiebant ab eo*] id est, præfata miracula Christi, & qualiter discipulos mitteret ad prædicandum atque curandum, & baptizaret per eos. Omnia autem opera Christi audiuit in generali magis quàm in speciali, quãquam multa etiam in speciali per-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ciperet. Fama etiam Christi vndique fundebatur, quoniam nunquã in veteri testamento legitur quis- Lucę. 2.
quam tot perpetrasse miracula, nec discipulis suis tantam potestatem dedisse. [*Et hæsitabat,*] anxie ambi Lucæ. 3.
gendo de Iesu quis esset. Circa quod Chrysostomus, Peccatores scientes & nescientes quẽque strepitum pertimescunt: peccatum enim nemine arguente hominem prodit, nemine accusante cõdemnat, & pigrum ac timidum reddit delinquentem. Causa quoque timoris subiungitur, [*Eo quod diceretur a quibusdam, quia Ioannes*] Baptista, [*surrexit a mortuis,*] quo audito, expauit Herodes, ne forte plagaretur 4. Reg. 1.
ab eo, qui tantæ videbatur & erat potentiæ, sicut quinquagenarii fuerant ab Helia plagati. Itaque isti credebant Iesum esse Ioannem. Sed constat, quod isti non diu aut nunquam nouerunt, facialiterque viderunt Iesum. Si enim ante decollationem Ioannis ipsum nouissent, non taliter æstimassent.
¶ Circa hæc quæritur, quomodo Lucas asserat hæsitasse Herodem, cum in Matthæo & Marco scri- Matth. 14. Marci. 6.
ptum sit, quòd Herodes affirmauerit Iesum esse Ioãnem. Matthæus nempe ait dixisse Herodem, Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Ad quod Augustinus respondet in libro, de consensu Euangelistarum, quod Herodes primo hæsitauit propter rumorũ varietates, sed postea credidit Iesum esse Ioannem, sicut & alii quidam: propter vitæ sanctitatem, famæ eminentiam, & quia congregauit multos discipulos, & per apostolos baptizauit: hi quoque putabant
B Ioannem post suam resurrectionem ad potestatem maiorem promotum, & ideo iam miracula agere, quamuis ante suam decollationem nullum fecerit signũ. [*A quibusdam vero dicebatur, quia Helias apparuit.*] Non dixerunt surrexit: sed apparuit, quasi de paradiso reuersus, scientes eum non fuisse mortuum, sed translatum. Hic ergo putabant Iesum esse Heliam, propter miraculorum potentiam atque iustitiæ zelum. [*Ab alijs autem*] dicebatur, [*Quia propheta vnus de antiquis*] id est, de numerorũ antiquorum vatum [*surrexit,*] [putantes Iesum esse aliquem illorum. Multiplex autem error extitit in Iudæis, & quidam eorum putabant animas transcorporari. Dicit etiam hoc loco Theophilus, Iudæi resurrectionem mortuorũ expectabant in vita carnali & in comessationibus ac potibus. [*Et ait Herodes.*] Secundum Matthæum loquebatur pueris suis, [*Ioannem ego decollaui.*] Hoc ait secundum Chrysostomũ, Matth. 14.
non suum piaculum ostendendo, sed suam formidinem consolãdo. Attamen ei potest dici illud Dauidis, Os tuum loquutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci Christum domini. [*Quis autem iste est, de quo ego audio talia?*] quasi dicat, Aliquid magni esse videtur. [*Et quærebat videre eum*] an esset Ioannes, cuius faciem nouerat, & ex curiositate optabat videre miracula. Sed desiderium Herodis fuit acediæ, superbiæ & indeuotioni admixtum, alias facile peruenisset ad Iesum in Galilæa tunc prædicantẽ. Dicit autem Chrysostomus, Quã magna res est virtus: nam Ioannem defunctum Herodes formidat, & præ timore etiã de resurrectione philosophatur. [*Et reuersi apostoli*] à locis in quibus prædicauerũt [*Ad* Ioann. 1.
Iesum, narrauerunt illi quæcunque fecerunt,] dæmones expellendo, infirmos curando, homines instruen-
C do. Hoc suo nunciauerunt magistro, quasi illi totum ascribentes, non seipsos iactantes. [*Et assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida,*] hic est propinquus ciuitati sic dictæ, de qua Petrus Matth. 14.
& Andreas fuerunt. Denique (prout Matthæus & Marcus describunt) decollato ab Herode iniquo sancto Ioanne, venerunt discipuli eius, & nunciauerunt hoc Christo. Quo audito, abiit (sicut iam dictum est) non timore Herodis, quem potuit vnico annihilare imperio, sed ob alias causas: quarum vnam Marcus tangit, dicendo, Erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec spacium manducandi habebant. Alia ratio fuit, vt doceret prædicatores atque prælatos post occupationes externas vitæ actiuæ recurrere ad locum abstractum, ad vacandum contemplatiuæ actibus vitę. [*Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum.*] Diuersi enim diuersas ob causas (vt dictũ est) sępe Saluatorem sequi solebant. [*Et excepit illos*] charitatiue ac pie delectatus deuotione simplicium. Minores quippe & simplices sequebantur, maiores & scioli persequebantur, quemadmodum vsque in præsens contingit. [*Et loquebatur eis de regno dei,*] videlicet de magnitudine gaudiorum cælestium & beatitudine vitæ futuræ: [*Et eos qui cura indigebant,*] puta infirmos, [*Sanabat,*] tanquam piissimus medicus, existentes etiam in peccatis & curari spiritualiter cupientes, sibíque acquiescentes sanauit ab animarum languoribus seu peccatis.
¶ Consequenter describitur præclarum Christi miraculum, [*Dies autem cœperat declinare,*] Vnde Mat- Matth. 14.
D theus ait, Vespere autẽ facto. [*Et accedentes duodecim*] principales discipuli Christo familiariores, atque ad alloquendum eum audaciores, [*Dixerunt ei, dimitte turbas,*] quas docendo & curando detines tecum, [*Vt euntes in castella, villasque quæ circa sunt*] id est, huic loco propinqua, [*Diuertãt, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus,*] in quo nihil venale apparet: quamuis Apostoli hoc ex quadam compassione & prouidentia videantur dixisse, suam tamen imperfectionem in verbis his multipliciter ostenderũt, non credentes, vel potius non pensantes, quod Christus turbam posset miraculose reficere, opinantes quoque quod turbæ cum Christo manentes possent fame periclitari. [*Ait autem ad illos, Vos date illis manducare.*] Hoc ait omnium sapientissimus magistrorum, imperfectionem fidei discipulorum pie redarguens. quasi dicat, Non solum ego, sed & vos potestis illos reficere, si tamen tantam fidem habetis vt decet. [*At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces,*] qui panes secundum Ioann. 6.
Ioannem, hordeacei erant, [*Nisi forte nos eamus & emamus in omnem turbam hanc escas*] Itaque discipuli sunt loquuti, non quasi suo indignantes magistro, aut irrationabiliter eum esse effatum insinuare volentes, sed ad designãdum quã impossibile eis esset propria potestate implere quod dixerat Christus: ideo subditur, [*Erant autem viri fere quinque milia,*] vtpote præter mulieres & pueros, vt alii Euangelistæ testantur. Viri quoque dicuntur in scripturis, qui viginti annos ad minus sortiti sunt. alii etiam Euangelistæ absolute affirmant, quod fuerunt quinque milia virorum. Scriptura enim diuina de mi- Matth. 14.
nutiis numerorum vim non facit, videlicet an fuerunt modice plures aut pauciores. Marci. 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioann. 6. Nume. 1. Ioánis. 6. ¶Denique apud Ioannem, vbi miraculum iſtud deſcribitur, leguntur Chriſtus & diſcipuli aliqua inter ſe de materia iſta loquuti, quæ Euangeliſtæ alij non ſcripſerunt. Illic quippe habetur, quod interrogauit Ieſus Philippum, dicens, Vnde ememus panes vt manducent hi? Deinde dixit Andreas, Eſt puer hic vnus qui habet quinque panes hordeaceos & duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tantos? Sed hoc cum iſtis facile concordatur, & vt in libro de conſenſu Euangeliſtarum aſſerit Auguſtinus, Ex hac varietate loquendi ſalubriter edocemur, nihil eſſe quærendum verbis, niſi loquentium voluntatem, cui demonſtrandæ inuigilare debent omnes veridici narratores, cum de homine vel de angelo, vel de deo aliquid narrant. [*Fit autem ad diſcipulos ſuos,*] id eſt, duodecim apoſtolos, [*Facite illos diſcumbere per conuiuia quinquagenos*] ita vt quinquaginta ſedeant in ordine vno. Sapientis eſt omnia agere ordinate, & taliter ordinatis poterat facilius cibus inferri.

Marc. 6. Auguſt. Iacob. 1. ¶Sed obuiare videtur illud Marci, Diſcubuerunt per centenos & quinquagenos. Ad quod libro de conſenſu Euangeliſtarum, Auguſtinus reſpondet, quod iſtud nullum mouere debet, quia Lucas partem dixit, & Marcus totum. [*Et ita fecerunt*] apoſtoli, ſicut Chriſtus eis iniunxit. [*Et diſcumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piſcibus, reſpexit in cælum,*] ſignificans ſe miſſum à patre æterno, & quod niſi virtute cæleſti, diuina, & ſupernaturali facturus eſſet iſtud miraculum, itémque quod omne bonum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum. [*Et benedixit illis,*] ſcilicet panibus & piſcibus, dando eis vt mox multiplicarentur, ſicut in Geneſi legitur irrationabilibus benedixiſſe: quo facto nos informauit, vt cibum non accipiamus, niſi benedictione præmiſſa. [*Et fregit*] panes in aliquas magnas partes, non in minutas ſcidit, ſed frangendo multiplicabatur. [*Et diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent*] panes & piſces multiplicatos [*Ante turbas. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt,*] non de quinque panibus, duobúſque piſcibus tantum, ſed de eo, in quo omnipotentia Chriſti multiplicauit quinque panes, duóſq; piſces, [*Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum duodecim cophini,*] ex quo conſtat quod panes & piſces tam pauci multiplicati fuerunt in maximam multitudinẽ panum & piſcium, quia de reliquiis tot ſportæ impletæ ſunt.

Gene. 1. Ioann. 6. ¶Porrò de ſpirituali huius miraculi intellectu tot à doctoribus dicta ſunt, vt pene ſuperfluum videatur quid addere: vnde nec mo ralitati nunc immorari intendo, præſertim quoniã ſuper Ioannẽ multa hic ſcripſi, nunc vero modice tangam. Itaque per turbam præfatam, quæ Chriſtum corporaliter ſequebatur, intelligi poſſunt vniuerſi fideles, qui vſque in præſens eius veſtigia imitantur, ſicut ait Io-

1. Ioann. 2. annes, Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare: per apoſtolos vero ſignantur prelati quibus precipit Chriſtus vt docendo exemplaritérque viuendo alant ſibi commiſſos. Sed quia prælati ſine Chriſti ope & gratia nihil valent, profitentur ſe ad ſpiritualem hanc nutritionem ſuis viribus impotentes, idcirco neceſſe eſt vt dona gratiæ eis conceſſa, quæ per panes quinque, duóſque piſces figurantur, perficiantur ac multiplicẽtur à Chriſto. Cúmque à chriſto hanc ſubuentionem rite petierint, ipſe libenter eis auxiliatur, præcipiens vt greges ſibi commiſſos diſcumbere

Pſalm. 79. Pſalm. 101. Eccle. 15. Hiere. 3. 1. Tim. 4. Titum. 2. 1. Timo. 4. 1. Cori. 11. faciant, eiſque dona ſibi conceſſa communicent. ¶Præterea per primum panem intelligendus eſt panis pœnitentiæ, id eſt, cordialis contritio pro peccatis, confeſsio oris & ſatisfactio operis: ad quem panem debent prælati ſubditos ſuos hortari, & corda eorum ad compunctionem mouere: de quo pane accipi poteſt illud in Pſalmo, Cibabis nos pane lachrymarum. Et rurſus, Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panẽ meum. Secundus eſt panis doctrinæ, de quo in Eccleſiaſtico legitur, Cibabit illum pane vitę & intellectus. Vnde per Hieremiã dominus loquitur, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Tertius eſt panis exemplis vitę, qui ſubditis præcipue neceſſarius extat, preſertim cum abſque eo panis doctrinæ modicum profit. Cuius enim vita deſpicitur, predicatio parum curatur. Ideo ait Apoſtolus, Eſto exemplum fidelium in verbo & conuerſatione in charitate. Quartus eſt panis Euchariſtiæ, qui bene cõfeſsis, ſalubritérq;

1. Theſſ. 5. inſtructis eſt porrigendus, de qua dicit Apoſtolus, Quicunque manducauerit panem hunc, & bibit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Quintus eſt panis orationis ſeu mediationis deuotæ, qui mentem valde confortat. Vnde pro ſubditis prælati inceſſanter intercedere debẽt, & ipſos ad orandũ inducere, cum dicat Apoſtolus, Sine intermiſsione orate. Inſuper per duos piſces panibus bonum ſaporem præſtantes, intelliguntur conſolatio gratiæ in præſenti, & ſpes felicitatis futuræ, quæ duo reddunt animæ vniuerſa etiam aduerſa ſuauia, in tantum vt cum Apoſtolo dicat, Non

Roma. 8. 2. Cori. 1. ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et iterum, Benedictus deus qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Hanc conſolationem copioſiſsime ſenſit, qui tam affectuoſiſsime dixit, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Poſtremo ſubditorum gregibus ita refectis manent copioſæ reliquiæ: quia quo ſpiritualia bona liberalius communicantur, eo amplius abundant atque augentur, in tantum quod & ipſi prælati meritis eorũ quos pręfatis nutriunt panibus adiuuantur. Poſtremo quæri poſſet ad literam, an, ſeu quid potauit hęc turba in refectione præſcripta, de quo quid arbitrer ſcripſi ſuper Ioannem. [*Et factum eſt cum ſolus eſſet orans,*

Ioannis. 6. *erant cum illo & diſcipuli eius.*] ¶Videtur in verbis his eſſe oppoſitum in adiecto. Si enim ſolus extitit orans, quomodo ſecum erant diſcipuli eius? Vel ſi erant cum illo, non ſolus fuerat orans. Sed ad hoc facile reſpondetur. Primo, quia ſi oratio iſta in ſenſu formali ſumatur, ita quod dictio, ſolus, excludat non communionem perſonę, ſed actus orãdi, potuit eſſe ſolus orans, etiam ſi in medio multorum milium non orantium ſtetiſſet. Secundò, quod dicitur, erant cum illo diſcipuli eius, non oportet intelligi, quod prope corpus ipſius ſteterunt, ſed quod turba quæ paſta fuit recedente, apoſtoli nõ abierunt, ſed ſecum, id eſt, non longe ab ipſo fuerunt. Tertiò, ſolus poteſt hoc loco facere excluſionem extraneorum & non domeſticorum: ſicut epiſcopus dicitur eſſe ſolus in domo, quamuis cum eo ſit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A familia. Itaque christus vt homo orationem facturus, seceſsit seorsum, non quod aliorum tumultu aut ſtrepitu mens eius poſſet in deuotione, attentione, vel contemplatione vllatenus impediri: ſed ad noſtram informationem hoc egit, vt præſertim tempore orationis, impedimenta deuotionis & occaſiones diſtractionú vitemus. Propter quod apud Matthęum ait Saluator, Cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem in abſcondito.

¶Præterea (ſicut Ioannes refert) Ieſus facto prædictæ refectionis miraculo, fugit in montem, ſciens quod venturi eſſent quos pauit, vt raperent eum & facerent eum regem: ideo forte nũc dicitur, quod erat ſolus orans. [*Et interrogauit illos, dicens, Quem me dicunt eſſe turbæ?*] non ex ignorantia quærit, ſed vt occaſione reſponſionis diſcipulorum inſtruat eos. [*Ait illi dixerunt, Ioannem Baptiſtam, alii autem Heliam, alii*] dicunt, [*Quia*] id eſt, quòd [*Propheta vnus de prioribus ſurrexit.*] Matthæus autem adiungit, quod etiã quidam dixerunt eum eſſe Hieremiam. Cur quidam dixerint Ieſum eſſe Ioannem Baptiſtam, alii Heliam, alii quendam veterum vatum, paulo ante iam dictum eſt. Omnes itaque iſti reſurrectionem credentes, putabant viros ſanctos poſt reſurrectionem ſuam maioris eſſe potentiæ: & quoniam Chriſtus præ cæteris vatibus fuit miraculis glorioſus, dicebant eum eſſe aliquem præcedentium prophetarum. Matth.16.

Veruntamen quidam ex turba credebant atque dicebant Ieſum eſſe Chriſtum, ſicut in Euangelio Ioã
B nis facillime demonſtratur, qui etiam multos ex principibus aſſerit credidiſſe in eum: & apud Ioãnem habetur, Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat ſignum, videlicet in præfata turbæ refectione, dicebant, quia hic eſt vere Propheta, qui venturus eſt in mundum, videlicet Chriſtus, vt Chryſoſtomus tangit, qui circa verba Ioannis ſic ait, Ex hoc quod dicunt, qui venturus eſt in mundum, manifeſtum eſt, quod prophetam quendam principalem expectabant: & ideo quod dicitur, Hic eſt vere propheta, in græco cum adiectione articuli ponitur, ad oſtendendum eum ab aliis eſſe prophetis diſcretũ. Ioannis.6.

Inſuper (vt Matthæus refert) iſta interrogatio facta eſt in partibus Cæſareæ Philippi: ſed Marcus factam enarrat eam in via in prædicta terra: quod ab inuicem nõ diſcordat, quia exiſtendo in illa prouincia ambulauit in ea, & ambulãdo in ea, iã venit & fuit in ea. Lucas aũt nõ exprimit vbi ſit facta quæſtio iſta, nec tamẽ immediate facta eſt poſt turbæ refectionẽ, vt ex Matthæo & Marco pateſcit, niſi ſæpius facta dicatur. Vnus autẽ Euãgeliſta quædam omittit quæ alii ponunt, nec ipſi beatiſsimi Euangeliſtæ ſemper ordinem rerum obſeruant geſtarum in deſcribendo. [*Dixit autem illis, Vos autem,*] qui mihi familiariores eſtis, & facta mea ac ſapientiã meã præ cæteris ſcitis, imò experimentaliter noſcitis, [*Quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus,*] præ omnibus & pro omnibus aliis apoſtolis, qui ab infantia ſua vocatus eſt Simon, & poſtea à Chriſto vocatus eſt Petrus, [*Dixit, Chriſtum dei*] eſſe te dicimus, id eſt, regem Meſsiam dei, electum, à deo in lege ac prophetis promiſſum, & noſtro hoc tempore diuinitus miſſum. Matthæus vero Petri reſponſionem plenius exprimit, ſcribens, Tu es Chriſtus filius
C dei viui. [*At ille increpans eos, præcepit ne cui dicerent.*] Hoc ſolus Petrus reſpondit: ſed quia pro omnibus dedit reſponſum, exigentibus forte ab eo idipſum apoſtolis, ideo Chriſtus increpat omnes. Matth.16. Marc.8. Matth.10. Ioãnis.11. Matth.16.

¶Sed cur increpat eos, cum veritatem loquutus ſit Petrus, imò (vt in Matthæo legitur) Chriſtus pro hac reſponſione Petrum vehementer laudauit, dicendo, Beatus es Symõ Bariona, & cætera. Et reſpõdendum, quòd increpatio hic extenſe accipitur pro ſerioſa commiſsione tacendi, per modum increpationis prolata: vnde Marcus, Comminatus eſt, inquit, eis, vel forte pro aliqua alia culpa increpauit eos, vt iſtam commiſsionem diligentius obſeruarent, vt moris eſt facere. Marci.8.

¶Præterea quæritur, cur præcepit apoſtolis iſtud tacere, cum ipſemet ſæpius aperte ſe dixerit Chriſtũ imò & deum verum, dicendo Iudæis, Ego & pater vnũ ſumus, & pater quod dedit mihi, maius omnibus eſt, puta diuina eſſentia, quam filius per generationem æternam habet à patre. Et rurſus, Quæcunque facit pater, hæc & filius ſimiliter facit: & ſicut habet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo: multaque talia, quæ ſacratiſsimus ſcribit Ioannes. Ioãnis.10.

¶Denique Ioannes Baptiſta publice prædicauit Chriſtum veniſſe, Ieſumque eſſe Chriſtum etiam digito demonſtrauit. Sed & vtiliſsimum fuit Iudæis ſcire, quod Ieſus eſſet Chriſtus: cur ergo prohibuit hoc ipſum apoſtolis? Et reſpondendum, quod Chriſtus, vtpote increata ac infinita ſapientia patris, omnia ordinate ſapienterque egit, congruo loco, aptoque tempore: ideo aliqua bona quibuſdam ad
D tempus prohibuit, vt poſtea congruentius fierent. In tantum quoque verbis & ſignis declarauit ſe eſſe Chriſtum, quòd Iudæi ſe per ignorantiam omnino excuſare non queunt: non tamen tam euidenter hoc manifeſtauit ante ſuã paſsionem vt poſtea, ne ſua paſsio impediretur, qui ad hoc venit vt patere tur, quem ſi dominum gloriæ cognouiſſent, crucifigere non auſi fuiſſent. Hinc ergo ante ſuam paſsionem noluit ab apoſtolis prædicari eſſe ſe Chriſtum, vt poſt ſuam reſurrectionem & aſcenſionem hoc opportunius facerent, ipſi quoque apoſtoli non fuerunt ante paſsionem Chriſto tantæ ſapientiæ fortitudinisque in deo, quod idonei erãt prædicare Chriſti diuinitatem, aut pro hoc ferre perſequutionem & mortem, vt tangit Ambroſius, qui etiam dicit, Dominus Ieſus Chriſtus prædicari ſe primo noluit, ne vllus ſtrepitus naſceretur, & vt fallat principem mundi, vt declinet iactantiam, doceat humilitatem, & ne rudes ac imperfecti adhuc diſcipuli maximè prædicationis molibus opprimantur. Marci.3. Marci.1. Lucæ.3. Ioannis.1. 1.Cori.1. Sapien.8. Ioãnis.18. 3.Cor.2. Ambroſi.

¶Poſtremò & ipſe Chriſtus rationem prohibitionis ſuæ adiecit, vt ſubditur, dicens, [*Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari a ſenioribus*] Iudæorum, qui erant quaſi iudices ordinarii eorundem, [*Et principibus ſacerdotum,*] ſcilicet pontificibus, [*Et ſcribis,*] id eſt legis doctoribus. Quomodo factum ſit hoc, infra duobus capitulis, in quibus paſsio eius continetur, deſcribitur. [*Et tertia die reſurgere.*] Quomodo autem iſtud oportuit, ſeu neceſſarium fuit, infra diffuſe habetur, & nunc breuiter tangi poteſt, quod neceſſarium fuit: non quia aliter genus humanum liberari ab omnipotente deo nequiuerit abſolute loquendo, ſed quia nullus fuit alius modus tam aptus. Rur-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sus necessarium fuit, non necessitate absoluta, sed potius ex suppositione, quia deus ita prædixit, & ne E
cessitate conditionata, videlicet si scripturæ verificari deberent.

¶Postquam Saluator passionem suam prædixit, consequenter declarat eos qui per ipsum salutem cupiunt adipisci, oportere sequi eius vestigia. Nam sequitur, [*Dicebat autem ad omnes,*] videlicet ad turbã in generali. Secretiora nanque sua mysteria solis reuelauit discipulis: sed quę ad salutem omnium exiguntur, omnibus patefecit. [*Si quis vult post me venire*] id est me spiritualiter sequi, meæ conuersationi
Ioãnis.17. conformari, ad patriam fœlicitatis pertingere, vt vbi ego sum & ipse sit mecum, [*Abneget semetipsum*] hoc est, propriam voluntatem relinquat, pristina vitia deserat, vitam suam pro deo & veritate morti exponat. Propria autem voluntas hominis appellatur, quæ deo & sacrę scripturæ præceptis ac documẽtis contrariatur, per quam quis propria commoda quærit, & ad seipsum inordinate reflectitur, atque
Basilius. quæ deo displicent obtinere molitur. Hinc ait Basilius, abnegatio suiipsius est totalis præteritorum obliuio, & recessus à propriis voluntatibus. [*Et tollat crucem suam,*] id est cruciformem seu pœnitentialem conuersationem æquanimiter portet, ducat, sustineat, & omnem tribulationem, tentationem seu persequutionem & aduersitatem sibi occurrentem viriliter ferat, corpus suum castiget, do-
Galat. 5. met, & rationi, seruitutique dei subiiciat: sicut ait Apostolus, Qui sunt Christi, carnem suam cru-
Roma.12. cifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Ad quod etiam ad Romanos nos adhortans, Obsecro (inquit) vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequiũ F
vestrum.

¶Porrò secundum Gregorium duobus modis crux tollitur. Primò, corpus (vt dictum est) per abstinẽtiam affligendo. Secundò, animum per compassionem circa alios afficiendo. Sicut ait Apostolus, Quis
2.Cor.11. infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et iterum, Flete cum flentibus.
Roma.12. Hæc autem agenda sunt non vno die duntaxat, sed perseueranter vsque in finem. Propter quod subdit, [*Quotidie.*] vnde & Zacharias loquutus est, Seruiamus illi in sanctitate & iustitia corã ipso, omnibus
Matth.24. diebus nostris. [*Et sequatur me,*] id est, per prædicta mihi adhæreat, obsequatur, & per semitas vitæ,
Lucæ.1. per virtutum itinera mea sectetur vestigia. Denique iuxta pręinductam expositionem, necessarium est
Matth.7. ad salutem cunctis fidelibus abnegare seipsum, & tollere crucem suam quotidie, vt scilicet quantum ad ea quæ diuinis repugnant præceptis & cæteris quæ ad salutem exiguntur abnegemus nosipsos, nostrãque crucem tollamus quotidie, eundo per arctam viam, quæ ducit ad vitam. Alio modo hæc exponuntur, prout ad consilia, supererogationisque opera pertinent, ac religiosos concernunt, vt sit sensus, Qui vult post me venire, id est, ad perfectionem tendere atque pertingere, sicut ego in omnibus totius perfectionis formam me præbui, abneget semetipsum, id est, propriam voluntatem omnino relinquat, illam deo per votum obedientiæ offerendo, vicario dei tanquam deo in omnibus quæ professionem respiciunt obediendo, vt faciunt religiosi claustrales, quibus diligentissimè est pensandum, quid de huiusG
modi voti fida ac celeri persolutione dicat scriptura. Scriptum est equidem in Deuteron. Quod semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo. In Ecclesiaste etiam præcipitur. Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim deo stulta & infidelis promissio. Imò secũdũ doctores promissio illa obligat magis quã iuramentũ, vt iam inueniatur periuro deterior claustralis, qui professionem suam implere non satagit. Veruntamen ad primam horum expositionem verborũ spectat quod dicit Gregorius circa hæc verba, quia nisi quis à seipso deficiat, ad eũ qui super ipsum est non appropinquat, nec valet apprehendere quod super se est, si nescierit mactare quod est.

¶Consulit autem Christus triplicem abnegationem, in qua fundatur professio seu promissio triũ virtutũ, quæ de cuiuslibet religionis essentia esse dicũtur. Prima est abnegatio rerum exteriorum, de qua infra habetur, Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. In hac
Lucæ.14. fundatur paupertas. Secunda est abnegatio eorum quæ sunt partim intra nos, & partim extra nos, vt sunt, vxor, soboles, & cognati: de qua abnegatione infra dicit Saluator, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem & vxorem, non potest meus esse discipulus, in qua fundatur continentia. Tertia est abnegatio suiipsius, de qua hic, in qua fundatur obedientia, & tollat crucem suam quotidie, id est, obseruantias regulares, arctas & arduas, seu statuta monastica rite obseruet, quod est verè Christo cõfigi eiúsque passionibus cõmunicare & compati, quod & præcipuè meritorũ est,
Galat.2. consolationis gratiæ in præsenti, glorificationisque patriæ in futuro: secundum illud Apostoli, Si-H
1.Cori.1. cut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Et iterum, Fi-
2.Timo.2. delis sermo, si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus,

¶Itémque qui internam consolationem iam cupit gustare & demum æternam beatitudinem possidere, qui christo vult conformari in gloria, modo non aspernetur pati cõuitia, aspera, & aduersa, imò glorietur in talibus, sicut nos hortatur beatissimus Petrus, Communicantes Christi passionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Et Paulus, Semper mortificationem Iesu in corpore nostro
1.Petri.4. circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. [*Et sequatur me*] qui descendi de
2.Cor.4. cælo, non vt facerem voluntatem meam, sed eius qui misit me. Hæc itaque obseruare est religiosorum, qui seipsos deo totaliter velut in holocaustum in sua professione obtulerunt, nil sibi de seipsis proprium reseruantes: qui si quod vouerunt digne impleuerint, optimi sunt: si autem implere neglexerint, pessimi comprobantur. Quòd autem abnegatio ista, & propriæ crucis portatio quotidiana sint assumendæ, consequenter Christus ostendit. [*Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam.*] Verbum hoc per se sumptum dupliciter potest intelligi: sed quia mox subditur, [*Nam qui perdiderit animã suã propter me, saluã faciet illã.*] Sensus literalis est iste, Qui voluerit animã suam saluam fa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cere,id eſt,in præſenti vouerit eam in propriis voluntatibus, deſideriſque nutrire & conſeruare,ſeu carnalem ſalutem ſortiri,vel à mortis temporalis eripere pœnis fugiendo martyrium,perdet eam,id eſt damnationi æternæ obnoxiam faciet,perditámque in futuro comperiet, ita quod mortem temporalẽ pro iuſtitia fugiens,mortem incurret æternam, & carnalem proſperitatem amplectens, veram amittet ſalutem.Hinc communiter dicitur,quod impoſsibile ſit nunc cum mundo gaudere,& poſtea cum Chriſto regnare.Econtrario autẽ ſubiungitur,[*Nam qui perdiderit animam ſuam,*]id eſt in præſenti voluntates & concupiſcentias eius mortificauerit inſtar Pauli,qui dixit,Viuo autem iam nõ ego,viuit vero in me Chriſtus.ſeu pœnis mortis expoſuerit eam,ita vt vita præſenti ac ſenſitiua priuetur,[*Propter me,*]id eſt amore mei,& finaliter propter me,vt me ſummæ fœlicitatis obiectum in æternũ poſsideat,[*Saluam faciet illam,*]id eſt ad veram perducet ſalutem,& per mortem ſeu mortificationem temporalẽ pertinget ad vitam gloriæ ęternalem.Huic ſimile eſt quod in Ioanne loquitur Chriſtus,Qui amat animam ſuam,perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit illam.

¶Porrò quod dictum eſt,Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere,perdet illam, per ſe acceptũ poteſt & ita exponi:Qui voluerit eam in futuro vere facere ſaluam ſiue beatam, perdet eam,id eſt in ſeculo iſto afflictionibus ſeu pœnis mortis exponet.Per tribulationes enim peruenitur ad requiem,iu

B xta illud Pſalmiſtæ,Tranſiuimus per ignem& aquam,& eduxiſti nos in refrigerium.Itémque,Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas,& conuerſus viuificaſti me.Vnde Iudith ait, Omnes qui placuerunt deo,per multas tribulationes tranſierunt fideles.Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt,in timore domini &in patientia ſua,exterminati ſunt.

¶Inſuper quod ſic temporaliter perdenda eſt anima vt in æternum ſaluetur,Chriſtus ſubiungit,[*Quid enim proficit homo,ſi lucretur vniuerſum mundum*]id eſt,totius mundi huius delitias, diuitias, & honores acquirat,& temporalia cuncta poſsideat,[*Seipſum autem perdat,*]id eſt,damnationem æternam mereatur atque incurrat,[*Et detrimentum ſui faciat?*]id eſt bonis gratiæ priuetur in ſeculo iſto,& donis gloriæ in futuro,ſicque ſeipſum ſpiritualiter quaſi nihilum faciat & inane,ſpiritualium detrimentum ſeu carentiam incidendo,quaſi dicat,Talis non proficit,ſed ineffabiliter deficit,& quanto videtur fœlicior præſentia obtinendo,tãto extat miſerior,vilior,& pauperior ſpiritualibus bonis carendo,æterna quoque ſuppſicia promerendo. Vnde quantò anima corpore conſiſtit præſtantior,tantò plus eligenda ac obtinenda ſunt bona ipſius,videlicet virtutes ac dona ſpiritus ſancti,fœlicitáſque æterna,ſed & omnis de Roma.10. lectatio vana vitæ præſentis cum indicibili aſpernatione vitanda eſt amore cœleſtium gaudiorum.Denique iſta authoritas applicari ſolet contra quoſdam qui zelum animarum habere videntur,ſed non ſecundum veram diſcretionem,qui circa aliorum conuerſionem ſeu profectum intantum ſe occupant, vt negligant ſemetipſos:qui contra charitatis ordinem agunt,quia tenetur homo poſt deum præcipuè

C amare ſeipſum & propriæ prouidere ſaluti,atque in primis implere quod ab ipſo exigit deus, vnde & charitas dicitur incipere à ſeipſa.¶Deinceps Chriſtus per comminationem pœnæ inducit ad obſeruãtiam prædictorum, [*Nam qui me erubuerit & meos ſermones,*]id eſt ex pudore mundano & vitioſo omiſerit confiteri me,& dogmata mea verecundans publice confiteri coram aduerſariis fidei atque iuſtitiæ,ſe in hominem crucifixum credere, in illo ſperare,eúmque adorare verecundans:, etiam confiteri ea quæ Chriſtianę ſunt fidei,vt quod deus eſt vnus & trinus,quod vnigenitus dei eſt incarnat⁹ ac crucifixus,quòd Chriſtus in vnitate perſonæ eſt deus & homo,quòd futura ſit reſurrectio mortuorum, quæ interdum confiteri fuit ſe irriſioni innumerabilium incredulorum atque crudelium tyrannorum exponere.[*Hunc filium hominis erubeſcet*]id eſt per modum erubeſcentis ſe circa illum habebit,eum abiiciendo quaſi verecundaretur de ipſo,ſicut & paterfamilias ſeruum impium nominare dedignatur, & ad ſe pertinere verecundatur aſſerere, [*Cum venerit in maieſtate ſua*] id eſt in magna & ſumma ſua poteſtate,virtute & gloria, [*Et patris,*]id eſt in præfata maieſtate diuina quæ ſibi & patri, haud dubium Matth.25. quin & adorando ſpiritui ſancto vna eſt & communis, [*Et angelorum,*]id eſt,competenti & maximo Lucæ.21. angelorum exercitu.quod erit in die iudicii, quando Chriſtus in maieſtate & gloria omnium beatorum vallatus agminibus deſcendet ad iudicandum viuos & mortuos, vt infra clarius deſcribetur.

Tunc nempe reprobos diiudicabit,repellet,damnabit.Vel quod ait,In maieſtate ſua,poteſt ad glorificatam ſuam humanitatem,eiúſque creatam referri potentiam,omni alii creatę poteſtati prælatam. Non

D enim in ſecundo aduentu venturus eſt in humilitate,paſsibilitate & infirmitate, ſicut in primo aduentu, dum venit vt iudicaretur: ſed in humanitate glorificata, impaſsibili, præpotenti, vt iudicet. Sic itaque veniet in maieſtate ſua creata, humana, & patris, id eſt, etiam in maieſtate diuina ſibi ac patri communi, & tunc deus & homo ab omnibus eſſe ſcietur, non tamen eius diuinitas à reprobis per ſpeciem cognoſcetur. & angelorum, quia hæc maieſtas illorum aſſeritur, inquantum ei deſeruiunt.Poteſt quoque iam intelligi, cum venerit in maieſtate ſua, id eſt, cum poſt ſuam paſsionem, reſurrectionem & aſcenſionem apparuerit atque reſederit in regno ſuo cœleſti ac glorioſo, quod etiam regnum patris vt principis,& angelorum vt ciuium ac ſeruorum.Extunc enim Chriſtus in natura humana perfecte glorificata cœpit particulare exercere iudicium.¶Inſuper exponi poteſt hoc modo,cum venerit,id eſt,eſſe innotuerit. In maieſtate ſua,id eſt, in vera deitate ac maieſtate diuina,tanquam deus verus, æternus,immenſus. Chriſtus quippe vſque ad ſpiritus ſancti miſsionem & publicam apoſtolorum prædicationem nõ cognoſcebatur eſſe verus deus à viatoribus,niſi pauciſsimis: ſed miſſo ſpiritu ſancto per apoſtolorum prædicationem cœpit hoc innoteſcere multis. Eſt autem conſuetudo ſcripturæ,vt aliquid tunc fieri,eſſe ſeu venire dicatur,dum manifeſtatur. ¶Circa hæc quæritur,vtrum & quando ac qualiter confeſsio fidei neceſsaria ſit ad ſalutẽ?Ad hoc Thomas in ſecunda ſecundæ reſpondet,cum fidem confiteri ſit quid affirmatiuum,non cadit niſi ſub præcepto affirmati-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uo: præcepta autem affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper, imò obligant ſolum pro loco & E
tempore, atque ſecundum alias circunſtantias ad virtutum opera requiſitas. Hinc fidem con-
fiteri tunc ſolum eſt de neceſsitate ſalutis, quando per huius actus omiſsionem honor deo debitus ei
ſubtraheretur, aut proximorum vtilitas. Si autem fides videretur periclitari, tunc quilibet tenetur fidē
publice confiteri: ſi vero ex confeſsione fidei oriatur maior ſeditio, aut infidelium irriſio, & nulla pro
Matth.7. ximorum vtilitas, tunc non eſſet laudabile fidem confiteri, ne canibus ſanctum detur. Sed quoniam ar-
dua ſunt quæ Chriſtus de ſui imitatione cruciformi, & toleratione martyrii, abnegationéque ſui præ-
monuit ſeu præcepit, conſequenter promiſsione quadam ſolatii & remuneratione in vita præſenti ad
illa inducit, [*Dico autem vobis vere, ſunt aliqui hic ſtantes,*] & meum ſermonem hunc audiētes, [*Qui non gu-
ſtabunt*] hoc eſt, non experientur aut ſentient [*Mortem*] naturalem & corporalem: quæ à ſanctis fertur gu
ſtari, quia tam cito eis pertranſit, & quaſi vitę æternæ ingreſſum eam ſuſcipiunt. [*Donec videant regnum
dei,*] id eſt militantem eccleſiam in ſeculo iſto inclyte exaltatam, innumerabiliter quantum ad ſuppoſi-
ta credentia multiplicatā, & per quatuor plagas terræ diffuſam. quod non ſolum ante beati Ioannis E-
Coloſ.3. uangeliſtæ mortem conſtat impletum, ſed & ante Petri & Pauli occiſionem, quod alibi ſatis monſtra-
Galat.2. ui, & ipſemet Paulus ad coloſſenſes teſtatur, Euangelium peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mundo
eſt. Et rurſus, Euangelium prædicatum eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cælo eſt. Sic exponit Grego- F
rius. Ambroſius vero & Theophilus ſic exponunt, Donec videant regnum dei, id eſt gloriam in qua
iuſti erunt. Hoc autē dixit de ſua transfiguratione, quæ forma erat glorię futurę in regno cœleſti. Sunt
aliqui hic ſtantes, videlicet Petrus, Iacobus & Ioannes, qui non attingent mortem, donec tempore trās
figurationis meæ videāt, in qua gloria erunt qui me cōfitentur. Glorificatio etenim illa corporis Chri-
ſti ſimilitudo & ſignum fuit gloriæ, quam in regno cęleſti habitura ſunt corpora electorum. Itaque ex
perceptione præſentium munerum certa effecta eſt expectatio futurorum.

¶Proſecutio Cap. IX. à loco quo dicitur, [*Factum eſt autem poſt
hæc verba, &c.*] Artic. XXIIII.



Onſequenter deſcribitur, qualiter Chriſtus impleuit quod in fine præcedentis
dixit capituli, Sunt quidā hic ſtantes, &c. [*Factum eſt autem poſt hæc verba*] in prę
cedenti ſcripta articulo, [*Fere dies octo,*] hoc eſt, quaſi octo dierum tempus deflu
xit, & contigit quod ſubditur [*Et aſſumpſit Petrum & Iacobum & Ioannem, & a-
ſcendit in montem vt oraret. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera, & veſtitus
eius albus refulgens*] Matthęus iſtud clarius pleniusque deſcribit, intantū, vt quod
ibi habetur ſit quaſi expoſitio horum verborum. Sic equidē dicitur ibi, Aſſum G
pſit Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem
excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt coram eis, & reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimēta autem
eius facta ſunt alba ſicut nix. Circa hæc primo inquiritur, cur Lucas dicat, Factum eſt poſt hæc verba
Matth.17. fere dies octo, &c. cum Matthæus & Marcus affirment, quod poſt dies ſex fecerit quę hic ſcribuntur.
Marci.9. Ad quod reſpondetur, quod quamuis abſolute Lucas dixiſſet, Poſt dies octo, adhuc tamen repugnan-
tia nulla eſſet, quia intelligendum eſſet per incluſionem diei in quo Chriſtus iſta prædixit, itémque di-
ei in quo ea impleuit. Si vero dicendo, Fere octo, intellexit ſeptem dies, intelligendum eſt per incluſio
Deute.17. nem vnius dierum illorum. Matthæus verò & Marcus dies integros intermedios computarunt.
Matth.18. ¶Inſuper quæritur, cur duntaxat tres ſecum aſſumpſit apoſtolos, & cur iſtos magis quàm alios. Et re-
Ioann.8. ſpondendum, vt in ore trium ſtaret teſtimonium transfigurationis, & ob ſummæ trinitatis deſignan-
dum myſterium. Numerus quoque ternarius diuerſis de cauſis fertur perfectus. Nam & philoſophus
1.Cor.12. loquitur, Omnia ſuper tria ponimus. Aſſumpſit autem Saluator hos tres Apoſtolos tanquam præci-
puè ſibi familiares & eminentes, & vt aſſerit Damaſcenus, Petrum aſſumpſit tanquam futurum totius
eccleſiæ præſidem & paſtorem: Iacobum autem tanquam moriturum pro Chriſto ante alios: Ioannē
vero tanquam theologiæ puriſsimum organum, vt viſa gloria filii quæ non ſubiacet tempori, reſonet
Matth.16. illud, In principio erat verbum, &cætera. ¶Porrò Ambroſius ait, Petrus aſſumitur, qui claues regni cę
Ioānis.10. lorum accepit: Ioannes quoque, cui committitur mater: & Iacobus, qui primus ſolium ſacerdotale H
conſcendit. Ex quo verbo Ambroſij ſequi videtur, quòd Iacobus iſte extitit Iacobus minor, qui chri
Matth.17. ſtianorum primus fuit in Hieruſalem pontifex, quod etiam Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Galatas
ſentire videtur. Sed quia in præallegato verbo Matthæi euangeliſtæ manifeſte habetur, quod
aſſumpſit Iacobum & Ioannem fratrem eius, certiſsimè eſt tenendum, quòd fuit Iacobus maior. Ali-
qui vero pie excuſant, quod ait Ambroſius, & habetur in gloſſa, dicentes, quòd per ſolium ſacer-
dotale intelligunt cœlum, quod eſt ſolium Chriſti primi pontificis, vel martyrium, quia in primi-
tiua eccleſia ſacerdotes & epiſcopi primi ad martyrium trahebantur. Certumque eſt, quod inter a-
poſtolos Iacobus maior primus per palmam martyrij alta conſcendit cæli empyrei. Aſcendit itaque
Chriſtus in montem Thabor in Galilæa, in quo poſtea vndecim apoſtolis ſe oſtendit, vt in Mat-
thæo legitur, de quo monte Petrus in ſecunda ait Canonica, vt dicetur. [*Vt oraret*] inſinuans, quod præ
Matth.28. ſertim tempore orationis eleuanda ſit mens ad deum, & à terrenorum affectibus ſeparanda. [*Et facta
2.Petri.1. eſt, dum oraret, ſpecies,*] id eſt, diſpoſitio ſeu figura [*Vultus eius altera,*] id eſt, mirabiliter alterata, quia
radioſa atque ſplendiflua inſtar ſolis, non autem ſubſtantialiter mutata eſt ſubſtantia carnis Chri-
ſti, aut quantitas eius, ſed qualitas clarificata: nec ſola facies Chriſti, ſed tota eius caro huiuſmodi
fuit ſplendore perfuſa. Quòd ſi tantam claritatem aſſumpſit, quantam poſt reſurrectionem & nunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A habet in corpore ſuo, conſtat quod vultus eius quaſi ineffabiliter ſit clarior ſole. ¶Denique rite factũ eſt iſtud Chriſto orante, ad deſignandum quòd tempore orationis vultus interior mentis diuinitus illuſtratur, quòd item per orationem mereamur glorificationem futuram, quódque feruor atque deuotio orationis diſpoſitio eſt ad transfigurationem ac extaſim mentis. Vnde in Actibus fertur, quòd Petro orante, cecidit ſuper eum mentis exceſſus. Actuũ.16.

¶ Præterea in reſurrectione futura quatuor erunt dotes corporum glorificatorum, claritas, agilitas, impaſsibilitas, atque ſubtilitas, quę, vt dicitur, erunt in corporibus ex redundantia beatitudinis animarum beatorum in corpora ſua. Cum ergo anima Chriſti à primo ſuæ creationis inſtanti fuerit diuinitatem per ſpeciem beatifice videns tam clare vt modo, prędictę dotes extunc fuiſſent in corpore eius ex redũdantia præinducta, niſi diuina diſpenſatione fuiſſet redundantia illa dilata, quæ tamen in transfiguratione hac fuit permiſſa, quantum ad claritatem: quamuis aliqui dicant, quòd claritas illa non fuit dos, nec dotis habuit rationem, licet fuerit ſecundum eſſentiam eiuſdem rationis cum claritate, quæ ponitur dos. De ratione nanque eſt dotis, vt fixe permanenterque inſit: ſed claritas illa inerat transeunter. ¶ Inſuper de hac materia ſcribit Thomas in tertia parte, Voluit Chriſtus coram diſcipulis trãsfigurari, vt oſtenderet eis mercedem expectandam in patria, dandam pro tribulationibus vitæ præſentis, vt per hoc in laboribus & paſsionibus vitæ huius animarentur & certificarentur de præmio. Dotes
B autem corporis glorioſi ex beatitudine animæ deriuantur, ideo claritas illa Chriſti in transfiguratione ex eius diuinitate ſelicitateque animę ſuæ fuit originata Hinc aſſerit Damaſcenus, Clarificata fuit & Moyſi facies, ſed claritate extrinſecus adueniente. Chriſtus autẽ ex innato diuinitatis fulgore eſt clarificatus. [*Et veſtitus eius albus refulgens effectus eſt.*] Hoc ſanctus Marcus clarius deſcribit, dicens, Veſtimẽta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis, quaſi nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere. Sed qualiter factum ſit iſtúd diuerſimode aſsignatur, quoniam Auguſtinus ſentire videtur, quod claritas ſeu albedo in Chriſti veſtimentis apparens non ſubiectiue in eis, ſed ex aëris illuſtratione albæ apparuerunt, ac ſplendidæ, ſicut pars cæli vicinior ſoli. Aliis tamen apparet, quòd ad futuram corporũ electorum glorificationem declarandam, veſtes Chriſti ſint veraciter in ſe dealbatę & glorificatæ. claritas etenim veſtimentorum Chriſti præfigurauit futuram claritatem ſanctorum, gloriámque reſurrectionis venturæ: propter quod angelus reſurrectionis dominicæ teſtis ac nuntius, in veſte candida in Marco legitur apparuiſſe. [*Et ecce.*] Recte prędmittit demonſtratiuum hoc, ecce, quia res valde magna atque notabilis ſubditur, [*Duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyſes & Helias viſi in maieſtate,*] hoc eſt, in magna claritate, dignitate, ſeu reuerentia apparentes. Hi duo præ cæteris apparuerunt, quia præ cæteris patribus veteris teſtamenti in multis excellenter laudantur ac cæteris prędferuntur, prędſertim in gloria miraculorum, in vitæ ſanctitate: & ſicut Moyſes fuit mitiſsimus, ſic Helias erat iuſtiſsimus. Tã præclara igitur membra tanquam præcipuas ſynagogæ perſonas decentiſsimum fuit cum Chriſto do-
C mino ſynagogæ apparere ac loqui, quia & Chriſtus ſimul mitiſsimus fuit atque iuſtiſsimus. Specialem quoque hi duo viri conformitatem habent cum Chriſto. Nam & Moyſes legiſlator ac mediator fuit populi veteris teſtamenti, & facie ad faciem loquebatur cum deo, quem etiam in hac vita per ſpeciem creditur cõſpexiſſe: ſed & tantæ claritatis habuit vultum, quod filij Iſraël eum nequibant aſpicere. ſic Chriſtus populi noui teſtamenti legiſlator eſt & mediator: cuius anima à ſuo exordio inceſſanter vidit deum per ſpeciem, & tanti ſplendoris in hac transfiguratione habuit faciem, quod apoſtolorum re uerberauit intuitum. Helias verò ſecundum Chriſti prędcurret aduentum, ſuisque precibus cælum clauſic ac reſerauit, & in virginea puritate permanſit: ſic Chriſtus claudit & aperit regnum cœleſte, cuius ingreſſum prohibet impiis, & præſtat electis. Rurſus per Moyſen vere defunctum, & Heliam nondũ mortuum monſtratum eſt, Chriſtum eſſe viuorum & mortuorum iudicem: per quorum etiam apparitionem aperti ſime condemnatæ ſunt hæreſes aſſerentium alium eſſe deum legis ac prophetarum, & deum euangelicæ legis, & quod prophetæ de Chriſto præloquuti non ſint.

¶ Denique Chriſtus teſtes ſuæ transfigurationis adeſſe voluit tam ſanctos veteris teſtamenti, quàm ſanctos nouæ ac euangelicæ legis, ad inſinuandum quòd homines vtriuſque teſtamenti ſaluentur per ipſum. Tenendum eſt quoque quod Moyſes & Helias perſonaliter & vere affuerint, non in ſimilitu-
D dine quadam, aut angeli in eorũ perſona, vt quidam dixerunt. Moyſen autem quidam dixerunt ad horam ſuſcitatum à morte, atque in proprio corpore apparuiſſe: vnde Hieronymus ait, quòd reſurrexit ab inferis. Auguſtinus quoque ſuper Ioannem de beatiſsimi Ioannis euangeliſtæ diſputans ſepultura idem ſentire videtur, inter cætera dicens, Quaſi diuina virtus non potuerit ad horam corpus Moyſi ſuſcitaſſe, videlicet in Chriſti trãsfiguratione. Alij opinãtur, quod apparuit in corpore aſſumpto vt angeli, quod etiam Thomas in tertia parte affirmat.

¶ Poſtremò, de Helia tenendum eſt, quod in proprio corpore de paradiſo terreſtri adductus ſit virtute diuina, angelico forſan obſequio. [*Et dicebant exceſſum,*] hoc eſt, paſsionem eius [*Quem completurus erat in Hieruſalem*] hoc eſt, complete paſſurus: ſeu completurus, quia ſeipſum tradidit in mortem, ſicut in Ioanne loquitur, Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. Et ab Eſaia dictum eſt, Tradidit in mortem animam ſuam. Apoſtolus quoque, In fide, inquit, viuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Dicitur autem paſsio ſeu mors Chriſti exceſſus, quia in ea oſtenſus eſt exceſſus ſummę dilectionis & pietatis eius ad nos, & propter exceſsiuum eius dolorem pro nobis, atque ob exceſsiuam crudelitatem Iudæorum in eum.

¶ Denique in libro Machabæorũ habetur, quod Antiochi vitæ exceſſus ita ſe habuit: quo patet quòd per vitæ exceſſum mors deſignatur, in qua præſens vita exceditur, quoniã extra intrinſecũ terminũ eius tranſitur. Itaq; de Chriſti paſsione tãquã de profundiſsimo maximoq; myſterio prędclariſsimi virí

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hi loquebantur cum Christo, ei gratias referendo, pro mundi salute precando, Iudæorum impietatem E
mirando, atque dolendo. [*Petrus vero & qui cum eo erant,*] scilicet Iacobus, & Ioannes [*Grauati erant somno.*] Si ante hunc somnum cœperunt Christi claritatem præfatam conspicere, ac etiam Moysen, & Heliam, *mirum* quòd tam cito obdormierunt, cum tam insolita visio timorem, stuporem, totúsque naturæ ingentem alterationem & concussionem, per quæ somnus satis diu aufertur ac impeditur, incutere soleat. Hinc Chrysostomus asserens eos ante hunc somnum Christi claritatem vidisse, per somnum intelligit incussum eis vehementem stuporem ex visione prædicta. Neque enim nocturnum tempus erat, sed lucis excellentia grauabat oculorum eorum debilitatem. Ambrosius quoque concordare videtur, dicendo, Premit incomprehensibilis splendor diuinitatis nostri corporis sensus, nec dei gloriam humanorum ferre potest corruptela membrorum. Veruntamen textui magis consonare videtur, vt de somno naturæ seu corporali dormitione hæc exponantur, nam protinus subditur, Et euigilantes, & cętera. Itaque reor quod antequam Christi transfigurationem, seu claritatem videre cęperunt, somno oppressi sint: Christo videlicet ante suam transfigurationem satis diu orante, quo interea transfigurato experrecti sunt apostoli, & tunc Christi fulgorem conspicere orsi sunt, quod & textus insinuare videtur. Nam subditur, [*Et euigilantes, viderunt maiestatem eius,*] hoc est, claritatem magnificam & eminentiam eius supra Moysen & Heliam: de quibus subiungitur, [*Et duos viros qui stabant cũ illo*] in vertice montis. Hinc dicit Theophilus, Christo orationi vacante, Petrus somno deprimitur, quia infirmus erat, & quod F
humanum erat, impleuit. Excitatus verò, eius gloriam cernit.

¶Quæritur quomodo Petrus & alii duo apostoli Moysen & Heliam, quos ante non viderant, tũc nouerunt? Ad quod aliqui dicunt, quod illustratione claritatis prædictæ. Arbitror autem quod Moyses & Helias se ad Apostolos benignissime conuerterunt, & eos amorose aspexerunt, ac aliquo signo innotuerunt eisdem: vel forte Christus audientibus apostolis alloquebatur nominatim Moysen & Heliam, sicut amici conuenientes solent se inuicem ex nomine salutare. [*Et factum est cum discederent ab illo,*] videlicet Moyses & Helias à Christo, quia repente dum Christo complacuit disparuerũt, atque ad sua reuersi sunt loca. [*Ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse,*] hoc est, valde delectabile, & securum est nos tecum in monte hoc cõmorari, vt te in tanta claritate & gloria hilariter contemplemur.
Chrysost. Forte hoc dixit Petrus etiam ideo quia videbat quomodo scribæ & Pharisæi Christo insidiarentur, ideo optauit in loco hoc tuto manere. Chrysostomus vero ait eum ideo hoc dixisse, quia à Moyse & Helia audiuit Christum in Hierusalem passurum esse. Sed non apparet certum, quòd Petrus verba illa Moysis atque Heliæ audierit. Lucas nanque iam scripsit verba illorum prolata, antequam Petri & aliorum somnum & excitationem describat.

[*Et faciamus tria tabernacula, vnum tibi, vnũ Moysi, & vnũ Heliæ.*] Nõ sex, sed tria tabernacula fieri flagitabat, reputans se & condiscipulos suos in tabernaculis illorũ trium magnorũ posse manere, quẽadmodum serui in domibus dominorum suorum morantur, sed tamẽ in tabernaculo magistri sui manere optauit. Arbitrabatur quoque Heliæ desiderabilius esse in hoc monte manere cum Christo, quàm terrestri in paradiso. Hæc autem loquutus est Petrus velut in vehementi stupore & extasi mentis: ideo subditur, [*Nesciens quid diceret,*] hoc est, præ affectionis, admirationis, delectationis, deuotionísque magnitudine, sensum propriorum verborum non multum aut non satis aduertens, nec consideranda considerans. Non enim considerauit, quòd si Christus ibi maneret, non prædicaret neque miracula faceret, nec pro salute seculi moreretur, sicque hominum salus impediretur. ¶Insuper non in terra, sed in cælo locus mansionis finalis quærendus est, nec in contemplatione claritatis humanæ naturæ Christi, sed diuinitatis est constituenda fœlicitas.

Marci.9. Lucę.1. ¶Porrò Marcus aliã huius inaduertentiæ Petri causam assignat, dicendo quod ipse aliique discipuli erant perterriti: quia & hoc naturale est homini viso aliquo insolito, supernaturali, atque magnifico formidare, vt plenius dictum est de formidine Zachariæ. Excessiuus quoque timor, sicut & cæteræ passiones immoderatæ seu prædominantes vsum rationis valde impediunt. Nam & anima vehementer in actu vnius potentiæ occupata, in aliarum vsu actuque virium minoratur, & debilitari asseritur. [*Hæc autem illo loquente, facta est nubes*] lucida secundum Matthæum, quæ supernaturaliter facta videtur angeli
Matth.17. co famulatu, quia & decliuius descendit, quàm solent descendere nubes, vt statim patebit, [*Et obumbrauit eos,*] hoc est, temperate operuit eos, videlicet Christum, Moysen & Heliam secundum quosdam. H

Theop. Ait nanque Theophilus, Petro dicente, Faciamus tria tabernacula, Dominus tabernaculum non manufactum fabricat, & in illud ingreditur cum prophetis, vt ostenderet quod non minor est patre: sicut
Hebræ.9. enim in veteri testamento habitare in nube dominus dicebatur, sic & nunc nubes suscepit dominum,
Exod.18. non caliginosa, sed lucida. Nam obscuritas legis transierat. Sed quia nunc dictum est, Factum est
Exod.19. cum discederent ab illo, videlicet Moyses, & Helias, ait Petrus, Bonum est nos hic esse. Alii aliter
Exod.34. hæc exponunt dicentes, quod nubes obumbrauit, non Moysen & Heliam qui iam abierunt, sed apo-
Exod.40. stolos, temperans eis splendorem Christi transfigurati ad intuendum. Augustinus quoque in libro de
Leuit.16. consensu Euangelistarum testatur post recessum Moysi ac Heliæ hæc contigisse. [*Et timuerunt*] apostoli ex tam admirabili visione. Nec obstat quod etiam lætabãtur, & dulci deuotionis perfundebantur affectu, quia de eadem re secundũ diuersas considerationes variæ concipiuntur affectiones. Apostoli itaque gloriæ Christi congratulabãtur, & in aspectu tantæ pulchritudinis oblectati fuerũt: propter quod ibi manere optabant. Huiusmodi autem timor humanæ fragilitatis est signum atque effectus, quæ magnarum rerum aspectum ferre non valet sine pauore. Idcirco ait Gregorius, In quantam miseriam cecidimus, qui ipsum bonum ferre nõ possumus, ad quod creati sumus. [*Intrantibus illis,*] videlicet Moyse & Helia (vt aliqui dicunt) [*in nubem:*] sed quia iã dictũ est, quod Moyses & Helias nũc abierũt, po-
Deut.31. Augusť. Gregor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tius ad apostolos refertur, qui dicuntur nubem intrasse, quia operiebat protegebatque eos, quãquã ex tam insolito terrerẽtur operimẽto: [*Et vox facta est de nube dicens, Hic est filius meus dilectus.*] Hoc ipsum supra diligenter expositum est. Christus quippe est filius dei patris, patri coæternus, consubstantialis & coæqualis, à patre infinite dilectus, inquantum est deus: inquantum vero est homo, plus est dilectus à patre seu tota superbeatissima trinitate, quam vniuersitas creaturarum simul accepta: [*Ipsum audite,*] auribus cordis & corporis, ei in omnibus obediendo, cum ipse sit via, veritas & vita, nemóque veniat ad patrem nisi per ipsum. Ipse enim est summus magister atque saluificus mediator. Et si grauiter peccauerunt, qui Moysen seruum dei non audierunt, nec eius iussionibus paruerunt: quam enormiter peccant, qui vnigenitum dei filium non aduertunt, nec per obedientiam venerantur? ¶ Denique similis facta est apparitio & contestatio in christi baptismo, & transfiguratione: sed ibi ostensus est spiritus sanctus in forma columbę, ad ostendendam christi innocentiam: hic autem in nube lucente, per quam spiritus sancti illuminatio atque à calore vitiorum gratiosa refrigeratio designantur. Hinc asserit Beda, Sicut domino in Iordane baptizato, sic etiam in monte clarificato totius trinitatis mysterium declaratur, quia gloriam illius quam in baptismo confitemur, in resurrectione videbimus. Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube, illic apparuit in columba, quia qui nunc simplici corde fidẽ quam percepit, seruat, tunc luce apertæ visionis, quod credidit, cernet. Rursus quoniam Christi baptismus fuit figura &
B causa nostræ regenerationis in gratia, & in eis transfiguratio figura & causa fuit nostræ clarificationis in gloria, decuit vtrobique Christo testimonium perhiberi à patre pro nostræ fidei confirmatione. Columba demum quæ de terra est, gratiam vitæ præsentis; nubes vero de cælo apparens gloriam vitæ cęlestis congruentius præfigurat: ideo in baptismo columba, in transfiguratione nubes fuit ostensa.

¶ Præterea de hac re Princeps apostolorum in sua canonica inclyte loquitur, Non indoctas fabulas secuti, notam vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiã. Accepit enim à deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit, ipsum audite. Hinc Ioannes & scribit, Qui non credit in filiũ, mendacem facit patrem, quia non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo. ¶ Postremò Thomas in tertia parte, In transfiguratione (inquit) atque baptismo Christi vox patris audita est, Hic est filius meus dilectus, ad ostendendum quod Christus sit dei filius naturalis: cuius filiationis similitudinem quandam sortiuntur fideles per gratiam, quę in baptismate datur, & per lumen gloriæ quę in eius transfiguratione significabatur. vnde spiritus sanctus in nube lucida in transfiguratione apparuit. In gloria nanque futura, omnes sancti fulgebunt vt sol. [*Et dum fieret vox*] patris præfata, quæ angelico ministerio fertur formata. [*Inuentus est Iesus solus,*] hoc est à Moyse & Helia corporaliter separatus. Nõ autem est hoc intelligendum, quod vsque ad vocis huius prolationem Moyses & Helias cũ Iesu permanserunt, quia vt dictum est ante iam abierunt, ne ad eorum aliquem crederetur vox facta: sed vt ait
C Matthæus, cum fieret vox illa magnifica & tubalis, audientes eam discipuli, ceciderunt in facies suas, timueruntque valde, & accessit Iesus & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, nolite timere, & tunc inuentus est Iesus ab eis solus, cessauitque claritas sui vultus, ita quod poterant eum irreuerberatis aspicere oculis. [*Et ipsi tacuerunt & nemini dixerunt in diebus illis quicquam ex his quæ viderant.*] ¶ In hac transfiguratione, quia, vt Matthæus & Marcus describunt, descendentibus eis de monte Christus præcepit, Nemini dixeritis visionem donec filius hominis à morte resurgat. cuius iussionis multæ sunt causæ: Prima, vt doceret nos Christus propriam laudem, perfectionem seu excellentiam, quandiu hic viuimus occultare, nisi forte causa valde idonea requirat oppositum. Secunda, vt personis deuotis daret exemplum, nõ faciliter nec sine rationabili causa reuelationes suas manifestandi. Vnde & Paulus non nisi post quatuordecim annos raptum suum descripsit. Tertia, ne visio ista ob suam magnitudinem incredibilis putaretur, & sic alii non credendo peccarent. Quarta, ne tempore passionis grauius scandalizarentur, qui ante poterant ædificari ex visionis huius relatione. Apostoli quoque fideliter ac obedienter tacendo, reliquerunt nobis exemplũ tenendi in secreto quod nobis secrete insinuatur, aut occultandum nobis committitur: imò oppositum facere est contra fidelitatem, & ex suo genere peccatum mortale secundum Thomam. propter quod in Ecclesiastico scriptum est, Qui denudat arcana, amici fidem perdit, &
D denudare amici mysteria desperatio est animæ infœlicis. In Prouerbiis quoque Salomon loquitur, Qui ambulat fraudulenter, reuelabit arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. Damascenus insuper ait, quod ideo Christus iusserit visionem taceri, quia sciebat alios discipulos adhuc imperfectos, tanquam nondum plenam spiritus sancti infusionem sortitos: idcirco fuissent forte immoderate tristati, si à tam præclarissima visione se agnouissent secluſos, & ne proditor ad inuidiam concitaretur.

¶ Consequenter describitur mira obsessi curatio, [*Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis,*] videlicet Iesu cum Petro, Ioanne, & Iacobo [*De monte,*] in quo transfiguratio facta est Christi. Verba autem hęc sonant, quasi Iesus & tres isti Apostoli pernoctassent in monte, quemadmodum supra scriptũ est, Exiit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. [*Occurrit illi turba multa*] quæ fuit circa alios nouem Apostolos congregata, & vt in Marco habetur, Viso Iesu accurrens salutauit eum. Quemadmodum autem Christus cum discipulis in montem ascendit vt oraret & diuina perageret, deinde ad turbas cum discipulis rediit, vt fraternæ charitatis opera adimpleret: sic prælati cum officiatis, & bonis filiis suis debent sæpe ad loca secreta confugere, vt contemplatiuæ actibus vitæ insistant, & rursus ad actiuæ opera vitæ reuerti, vt proximis suffragentur. Si autem aliqui subditorum gustata dulcedine vitæ contemplatiuæ ex inspectione pulchritudinis increatæ voluerint prælatum suum ab operibus sanctis vitæ actiuæ retrahere, & cum illo in contemplationum exercitiis

Luc. 3.
Ioann. 3.
Ioannis. 14.
2. Petr. 1.
1. Ioann. 5.
Matth. 13.
Matth. 17.
Matth. 15.
Marc. 9.
Eccle. 27.
Marc. 9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

permanere,non acquieſcendum eſt eis,ſed ad deſcenſum ſunt inducẽdi,dum charitas hoc requirit,[*Et ecce vir de turba exclamauit dicẽs,Magiſter obſecro,*]hoc eſt,per ſacra te rogo. eſtque obſecratio digniſsima E
ſpecies orationis,& ad impetrandum efficaciſsima.[*Reſpice in filium meum,*]id eſt oculo pietatis & ſubuentionis eum intueri digneris.Hæc oratio probitatis ſagacitatisque fuit,quia in generali locutus eſt,
& Chriſti aſpectum confeſſus eſt eſſe ſaluificum,[*Quia vnicus eſt mihi*]ideo magis cõdolendum eſt mihi,eo quod alterius prolis ſolatio caream,& iſte mihi tam charus neceſſariusque conſiſtat.[*Et ecce ſpiritus,*]vtique malus,puta diabolus,qui ob naturę ſubtilitatem dicitur ſpiritus,& ratione peccati diabolus,
[*Apprehendit eum,*]id eſt,inuadit & obſedit,[*Et ſubito clamat,*]hic filius meus ex repentino ac vehementi dolore,vel ſpiritus clamat per ipſum,ſeu ipſum facit clamare,[*Et elidit,*].i.proſternit,iuxta illud Mat
Matth.17. thæi,Sæpe cadit in ignem,& crebro in aquam,[*Et diſsipat eum cum ſpuma,*]id eſt membra eius quaſi cõ
fringit,vndique eum vexando,fatigando,ac debilitando:ita quod facit eũ ſpumare,ſecũdum illud Mar
Marci.9. ci,Vbicunque ſpiritus apprehendit eum allidit ipſum & ſpumat,& ſtridet dentibus & areſcit. [*Et vix diſcedit,*]hoc eſt,ſæpe non niſi cum magna difficultate recedit à filio meo, & ab eius vexatione ceſſat
[*Dilanians,*]id eſt grauiſsimè eum affligẽs in tali viciſsitudinato receſſu.Quibus verbis innuitur,quod
iuuenis iſte non fuit continue obſeſſus,ſed certis horis tanquam arreptitius:ideo ſcriptum eſt in Mat-
Matth.17. thæo,quia lunaticus eſt & male torquetur. Dicuntur nempe lunatici,quia ſecundum lunationes ſeu tẽ
pore nouiluniorum furorem incurrunt.[*Et rogaui diſcipulos tuos*]id eſt,nouem Apoſtolos,qui te exiſtẽ F
te in monte manſerunt cum turba[*Vt eicierent illum,& non potuerunt.*]Aliqui dicunt, quod vir iſte falſe
accuſat Apoſtolos,ita quòd defectus eiectionis diaboli non fuit ex parte Apoſtolorum,ſed viri iſtius,
Matth.17. ſcilicet propter incredulitatem ipſius.& hoc ſatis videretur poſſe defendi,ſi non aſpicerentur niſi ver-
Marci.9. ba Lucæ ac Marci,ſed ea quæ in Matthęo ſcripta ſunt intuendo inuenitur oppoſitum:idcirco dicendũ
quod defectus iſte fuit partim ex imperfectione fidei diſcipulorum,partim ex imperfectione fidei pa-
tris huius obſeſsi.Ait quippe Matthæus,Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto,& dixerũt,Quare nos
Marci.6. non potuimus eiicere eum?Dicit illis Ieſus,Propter incredulitatem veſtram. In Marco autem Ieſus lo
quitur patri huic,Si potes credere,omnia ſunt poſsibilia credenti.& exclamãs pater pueri cum lachry
mis ait,Credo domine,adiuua incredulitatem meam.Patet ergo quod habuit fidem, aliter non rogaſ-
ſet pro hac re,primò Apoſtolos,poſtea Chriſtum,ſed imperfectam.[*Reſpondens autem Ieſus,dixit,O generatio infidelis & peruerſa,vſquequo ero apud vos & patiar vos?*]hoc loquit Chriſtus patri pueri vt aliqui dicunt,cæteríſque Iudæis incredulis.Alij dicũt quod non patri pueri huius obſeſsi,ſed ſolis induratis Iudæis iſta locutus ſit.Loquitur autem ſcriptura de duplici generatione,videlicet bona & mala,ita quòd
vniuerſitas hominum electorum,virtuosè viuẽtium,nominatur generatio bona,de qua fertur in Pſal-
Pſalm.25. mo,Hæc eſt generatio quærentium faciem dei Iacob.Reprobi vero vitioſique homines dicuntur ge-
Deute.31. neratio mala. De qua in Deuteronomio,Generatio praua atque peruerſa.Et infra, Venient hæc om-
Lucæ.11. nia ſuper generationem iſtam.Itaque generatio dicitur infidelis quantùm ad intellectũ:peruerſa,quan G
tum ad effectum,quaſi à deo & à via veritatis ac ęquitatis auerſa.¶Prætereà Chriſtus loquutus eſt verba hæc non ex indignatione culpabili,ſed ex affectu & zelo iuſtitię,qui aliquando appellatur indignatio bona,videlicet contra peccata.Itaque ait,Vſquequo ero apud vos,per corporalem præſentiam, & patiar vos,id eſt veſtram infidelitatem & prauitatem quas deteſtor,& propter quas triſtor. Hoc ait inſinuando quòd cito eſſet receſſurus per paſsionem de ſeculo iſto, & quod ad patrem optaret reuerti,
item quod vitia hominum penitus abominaretur,non autem quaſi impatiens aut tędio victus hęc protulit,ſed grauitatem infidelitatis illorum declarans,quòd poſt tanta ſua documenta, exempla atque miracula non fuerunt conuerſi.[*Adduc huc filium tuum.*]Hoc Chriſtus præcepit patri obſeſsi, non quod abſentem curare non poſset,ſed vt ad aliorum ædificationem miraculũ publice fieret.[*Et cum accederet*]
obſeſſus ad Ieſum[*Illiſit*]id eſt in terram proiecit[*Illum dæmonium & diſsipauit,*]ſicut expoſitũ eſt.ideo
autem Chriſtus permiſit dæmonem hanc ſuam crudelitatem exercere in puerum iſtũ,vt dæmonis malignitas turbæ magis clareſceret,ſicque ſaltem timore pœnarum vitam corrigerẽt,item vt miraculi ma
Marci.6. gnitudo ad dei honorem clarius monſtraretur,atque ad innuendum quod diabolus homines tunc fortius tentat,cum cernit eos velle vitam corrigere,ſęque ab eis debere repelli, [*Et increpauit Ieſus ſpiritum immundum,*]puta diabolum ob tantam ſuam ferociam,quia & ſi non abſque permiſsione diuina ingreſ H
ſus eſt iuuenem,crudeliter tamen & praua intentione eum vexauit.Apud Marcum apertius ſcriptum
Marci.9. eſt,Comminatus eſt Ieſus ſpiritui immundo,dicens illi,Surde & mute ſpiritus,ego tibi præcipio,exi
ab eo,& amplius ne introeas in eum:quo patet,quòd diabolus fuit ſurdus & mutus.Dicitur autem diabolus ſurdus & mutus ab effectu,quia poſſeſſum à ſe ſurdum facit ac mutũ.

¶Sed circa hoc quęſtio oritur,quia iam dictũ eſt,quòd puer iſte apprehenſus à dęmone,mox clamauit.Et reſpondendum quòd fecit eum mutum,id eſt, impotentem ad loquendum,non ad confuse vociferandum.[*Et ſanauit puerum*]dæmonem expellendo,& puerum à ſua corporea infirmitate ſanando:
auditum quoq; & loquelam ei reſtituendo.Sicque quatuor ſigna in eodem ſimul peracta ſunt,cum dęmoniacus liberatur,æger ſanatur,mutus loquitur,auditque ſurdus.Sed tria hæc ſigna poſteriora ad primum per concomitantiam quandam ſe habuerunt , quoniam iuuenis iſte ex naturali cauſa non habuit loquendi aut audiendi defectum , ſed dæmon indiſpoſuit organa ſenſuum eius ac virium , ægritudinemque vexando induxit : idcirco expulſo diabolo alia incommoda paulatim ceſſaſſent : ſed chriſtus ea ſupernaturaliter fecit ceſſare , puerum citius ab eis eripiendo quam potuiſſet natura : nam Marcus teſtatur , Exclamans & multum diſcerpens eum diabolus , exiit ab eo , & factus eſt ſicut mortuus , ita vt multi dicerent , quia mortuus eſt . Ieſus autem tenens manum eius , eleuauit eum,& ſurrexit.ideo ſubditur,[*Et reddidit illum patri eius*] ita quod pater eius poſſedit eũ, qui paulò antè fuit à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dæmone obſeſſus,& patri ſuo ablatus.[*Stupebant autem omnes in magnitudine dei,*]id eſt,in tam magnifico ſigno diuinæ potentiæ oſtenſiuo,tam imperialiter facto,vehementer mirati ſunt,imò ex cõſideratione effectus ad contemplationem admirationémque cauſæ permoti ſunt,ita vt diuinæ potentiæ immẽſitatem ſint admirati.Et hic eſt potiſsimus fructus huius miraculi, vt ſcilicet ex eius intuitu homines ad dei veneratioñ inducerentur.Quãuis autem Chriſtus huius actor miraculi fuerit verus deus,hi tamen ignoraue runt,ſed diuina virtute eum crediderunt iſtud egiſſe.Dicit quoque Saluator in Matthæo genus hoc dæmoniorum non eiici,niſi in oratione & ieiunio, quod ibi expoſitum eſt. ¶ Iuxta myſticum intellectum, Chriſtus perfectis aſcendit, eos contemplationis gratia illuſtrando : imperfectis ac turbis deſcendit, dum eos de facilioribus inſtruit,& leuiora eis proponit ac iubet, qui alta capere nequeunt. Matth.17.

¶ Porrò per obſeſſum lunaticum, ſurdum, ac mutum intelligitur quicunque magnus peccator, qui inſtar lunæ mutatur,& in vitiis nunc creſcit, modo decreſcit,quia ſurdus eſt corde ad obedienter audiendum ea, quæ ſuam concernunt ſalutem, & mutus ad laudandum deum deuote, ad confitendum ſalubriter,ad orandum inſtanter. Talem apprehendit diabolus inducendo eum ad peccati dilectionẽ atque conſenſum,clamaréque facit per intenſum peccandi affectum, per murmurationem, præſumptionem,& impiorum verborum garrulationem. Elidit eum in diuerſa vitia præcipitando. Diſsipat
B per inordinatarum affectionum malarúmque cogitationum corruptionem:ſtridere facit per iram,impatientiam,& rancorem:ſpumare facit per luxuriam: aridum efficit per indeuotionem bonorúmque operum omiſsionem:vix diſcedit,tenendo peccatorem in conſuetudine vitioſa: dilaniat quoque naturalia vulnerando,ſeu vires inficiendo,& ad bona infirmas reddendo.

¶ Elucidatio reſiduæ partis.[*Omnibuſque mirantibus in omnibus quæ faciebat.&c.*] Artic.x x v.

OVod in Eccleſiaſtico ſapienter conſulitur,Chriſtus ſe impleſſe oſtendit, qui omnibus ipſum magnificantibus,futuram ſuam paſsionem & aſpernationem attendit,ſuíſque prædicit Apoſtolis:ſicut Euãgeliſta proſequitur,[*Omnibuſque mirantibus in omnibus quæ faciebat*].i. vniuerſis miracula eius videntibus,admirãtib⁹ de cunctis mirabilibus quæ agebat, quia non minus admirabilis fuit modus agendi quàm facta eius mirifica,eo quod tam poteſtatiue, ac imperioſe egit miracula.[*Dixit ad diſcipulos,*]puta Apoſtolos, quibus tanquam familiaribus & amicis ſua reuelauit ſecreta: quibus & dixit, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei.[*Ponite vos in cordibus veſtris.*]non libris tantum vt multi,nec tantum in cordibus aliorum,vt
C illi qui prædicant,quæ non implent,[*Sermones iſtos,*]& eos tãquam depoſitum cuſtodite,vtpote myſterium paſsionis.[*Filius enim hominis futurum eſt vt tradatur in manus hominum,*] hoc eſt, ſenſualitatem ſequentium.Vnde quod ait hic,hominum,ſonat in vitium:ſicut cum ait Apoſtolus,Cum ſit inter vos zelus & contentio,nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis ? Interdum vero in ſcripturis hoc nomen homo,ſonat in bonum,& virtutem inſinuat,vt cum Paulus teſtatur, Si ſecundum hominem.i.rationabiliter ad beſtias pugnaui Epheſi,hoc eſt,contra homines beſtiales diſputaui in Epheſo.Ratio vero huius diuerſitatis eſt, quoniam licet homo à rationali perfectione ſpeciẽ ſortiatur, ita vt proprie dicatur homo,qui rationem ſequitur,& humanum quod pium & rationabile eſt:nihilominus maior pars hominum non rationem,ſed ſenſualitatem,ſeu concupiſcentias, cæteráſque eius paſsiones ſectatur,ita vt homo appelletur qui carnalis eſt,& humanum quod erroneum extat ac fragile.Quemadmodú dicimus,humanum eſt deficere & peccare.[*At illi ignorabant,*] id eſt,non intelligebant[*Verbum iſtud,& erat velatum ante eos*].i.intellectibus eorum fuit occultatum atque ignotũ.Hoc eſt velamen ignorãtiæ,de quo dicit Apoſtolus,Velamen ſuper cor Iudęorũ poſitum eſt,[*Vt non ſentirent illud,*]id eſt, ſenſum verborum iſtorum non guſtarent,nec penetrarent,in quo magna eorum ſimplicitas innoteſcit,cum prophetę tam euidenter Chriſti prẹnunciauerint paſsionem,ipſéque Chriſtus
D eam tam prẹclare prẹdiceret.Non enim ſolum protulit verba quæ Lucas hic recitat, ſed vt Matthæus & Marcus habent,verbis his addidit,Et occident eum,& tertia die reſurget.¶ Sed notanda ſunt verba Bedę dicentis:Hęc ignorantia diſcipulorum non tam de tarditate quam de amore naſcitur,qui carnales adhuc & myſterii crucis ignari, eum quem dei filium cognouerunt, occidendum credere non valebant.Et quia per figuras atque parabolas loqui ſolebat, etiam quę de ſua traditione prædixit figuraliter,aliud ſignificare putabant.Sed his videtur contrarium, quod in Mattthæo ſcriptum eſt, Et contriſtati ſunt vehementer,ſcilicet auditis his verbis : quod non fuiſſet niſi intellexiſſent eum de ſua paſsione hæc loqui. Ad quod reſpondendum videtur, quod quidam eorum aliqualiter intelligebant hæc verba,quamuis non plene. nam & paulò antè Petrus, Iacobus, & Ioannes audierunt in monte Moyſen & Heliam de Chriſti paſsione conferre.[*Et timebant eum interrogare de hoc verbo,*] id eſt,quid ſermo iſte ſignificaret:cuius cauſam expoſitores aſsignant, quia iam ante audierunt Petrum dure increpari à Chriſto ſe occidendum prænunciante,eo quod perſuaderet oppoſitum,dicens,Domine,ꝓpitius eſto tibi,nam hoc non erit:propter quod audiuit à Chriſto, Vade retro me ſatana: non ſapis ea quæ dei ſunt,ſed quæ hominum. Itaque ſi iſta de cauſa timebant Chriſtum interrogare de intellectu verborum iſtorum,apparet quod vtique conſideraverunt eum de paſsione ſua profari.Ad quod puto dicendum,quod quidam eorum ſuſpicabantur hoc ipſum ſcilicet:ſed dubii erant nõ intelligendo plenarie,ideo cupiebant interrogare, ſed formidabant redargui.[*Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum*

Ecclę.11.

Marci.4. Lucæ.3. 2.Timo.1.

1.Cori.3.

Matth. 17. Marci.9.

Matth.17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esset maior,]id est,de hoc cogitare cœperunt,vel ex diabolica suggestione,vt aliqui dicunt: vel ex vanitate infirmitatis humanæ:fuítque istud tentatio quædã ambitionis, quia de prælatione solicita sunt mente.&(vt ait Chrysostomus) Christus sæpe permisit discipulos suos,in cogitando, loquendo & operando errare, vt ex illorum errore occasionem accipiat docendi regulam æquitatis. Ait quoque Cyrillus,Multipliciter insidiatur diabolus diligẽtibus optimam vitam,& quos per carnales illecebras superare non potest,per desiderium vanæ gloriæ molitur deiicere.¶ Porrò huius tentationis occasio fuit secundum Theophilum,quia dæmoniacum prædictum curare nequibant,eis de hoc altercãtibus, & vno dicente,non propter meam impotentiam, sed alterius curari non potuit, vt ex hoc accensa cõtentio fuerit, quis eorum maior esset. Chrysostomus aliam causam assignat dicendo, quod audita morte magistri sui,cœperunt cogitare quis illo occiso eis deberet præesse.Alii alias tradũt causas,quia videlicet nouem apostoli viderunt tres seorsum in montem ductos humanum quid passi sunt, & itẽ quia videbant Petrum præ cæteris in multis honorari à Christo. Vnde & sæpe hanc tentationem in-
Marci.9. currerunt:nam primo de ea cogitauerunt, vt dicunt hic. Secundo ,de ea disputauerũt,iuxta illud Marci,Interrogauit eos,Quid in via tractabatis?At illi tacuerunt. Siquidem inter se disputauerãt, quis eorum esset maior. Tertio,disputatam Christo determinandam proposuerunt,secundum illud Matthæi, Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes,Quis putas maior est in regno cælorum?Et non obstante eo-
Matth.12. rum increpatione & Christi responsione ac informatione, adhuc quarto etiam in cœna nouissima contenderunt de ista materia,sicut infra habetur, Facta est contentio inter eos,quis eorum videretur esse maior. Tantam autem imperfectionem sapientiæ ac virtutum permisit Christus suis charissimis inesse discipulis (puta Apostolis) non sine maxima dispensatione ac rationabilissima atque vtilissima causa. Ex hoc enim fides Christiana potissimum confirmatur,quod primi illi prædicatores ipsius vsque post sui occisionem magistri tantæ imperfectionis fuerunt,& subito tantæ perfectionis in omni sapientia,virtute atque constantia sunt effecti,quod certissimum est nõ nisi diuinitus fieri potuisse. ¶ Postremò, etiam inter pauperes Christi inter eos qui mundo per vota solennia abrenunciauerunt,inter claustrales ista ambitionis stultitia inuenitur,ex qua demum secundum Gregorium culpæ innumerabiles oriũtur:quam nisi religiosus funditus extirpauerit , sciat se parũ aut nihil profecturũ, & nunquam ad veram perfectionem venturum.Tantam ergo insaniam,velut infinitam amentiam ac totius pfectus venenũ prorsus abiiciamus.[*At Iesus videns*]visu mẽtali[*Cogitationes cordis illorum,*]quas vidit tam per intellectum diuinum & increatum, quàm per intellectum humanum,[*Apprehendit puerum, & statuit illum secus se.*] Puerum illum quidam dicunt fuisse sanctum Martialem ,vnum de lxxij. discipulis[*Et ait illis*]volens interiora illorum sanare,ignorantiam informare, virtutes inserere [*Iesus*] qui cogitata illorum cernendo,& verbo & facto se ea vidisse probando,deum se esse monstrauit,quia
Actu.1. & Salomon & Petrus in Actis ait,Tu domine solus nosti corda omnium.[*Quicunque susceperit puerum istum,*]id est,hospitauerit,seu charitatiue tractauerit hunc puerum innocentem,seu quemcunque pauperem designatum per ipsum,[*in nomine meo,*]id est,ideo quia fidelis est,pertinénsque ad me,atque ob meum amorem & honorem nominis mei,sicut docet Apostolus, Omnia quæcunque facitis in verbo vel opere,omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite,gratias agentes deo patri per ipsum. [*Me recipit,*]quia tam gratum est mihi,ac si meæ personæ id fieret,mihíque reputo factum,iuxta illud Matthæi, Quandiu vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis.[*Et quicunque me recipit*]modo iam dicto,vel etiam per spiritualem inhabitationem,& obedientialem subiectionem,[*Recipit eum qui me misit,*]videlicet deum patrem,& eius gratiosam inhabitationem.Pater quoque honorem filio suo exhi-
Ioann.14. bitum sibi arbitratur impensum:filius etiam protestatur,Ego & pater vnum sumus. Et apud Ioannẽ loquitur, Si quis diligit me,sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.Itaque deum recipimus,dum famulos & pauperes eius suscipimus propter ipsum, quia tunc charitatem & gratiam, seu charitatis & gratiæ incrementum meremur:charitatem autem & gratiam,seu earum augmentum suscipiendo,deum suscipere dicimur.Deus quoque sibi reputat factum, quod ex charitate fit suis pauperculis ac ministris,imò & iniuriam eis illatam sibi iudicat factam.Quemadmodum per Zachariam fatetur,Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei.Et in Prouerbijs Salomon ait,Qui calumniatur egentem,exprobrat factori suo.His verbis docet Christus,non prælationem sed humilitatem & paupertatem esse quærendam . Potest autem & ita exponi,Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo,id est,proprietates & formam huius
Roma.2. innocentis iuuenis propter me in se acceperit,imitatusque fuerit,me recipit,id est,me spiritualiter induit,& mihi vere vnitur,placet,ac incorporatur,sicut ait Apostolus,Induimini dominum Iesum.Qui autem ita me recipit,recipit eum qui me misit,quia in eo pater per gratiam magnam manet.

¶Præterea Christo secundum humanitatem competit mitti non solum à patre,sed etiam à spiritu sancto,imò & à tota superbenedicta trinitate,videlicet etiam à semetipso secundum quod deus est,vt dictum est supra.Vnde apud Esaiam loquitur Christus,Et nunc dominus misit me & spiritus eius.De-
Esaię .48. inde prædictum verbum christus corroborat,[*Nam qui minor est inter vos omnes,*] id est,cæteris humilior,& minorem seu viliorem se reputans,aut profundius seipsum deo subiiciens,[*Hic maior est,*]id est perfectior seu in gratiæ donis sublimior. Deus enim humilibus dat gratiam, & tanto maiorem quo plus humiliauerint semetipsos.Se enim humiliando & dei omnipotentiæ substernendo,ad suscipienda gratiarũ charismata mentes suas dignificãt & coaptant.Ideo Petrus hortatur,Humiliamini sub po-
Iacob.1. tenti manu dei,vt vos exaltet in tẽpore visitationis.His humilitatis auditis præconiis Ioãnes,quẽdam
1.Petri.5. reprehẽdisse se sciens,& nõ satis humiliter se hoc fecisse metuẽs,dixit quod subditur,[*Respõdens aũt*].i. ad verba christi cõueniẽter correspõdẽtérve l oquẽs[*Ioãnes dixit,Præceptor vidimꝰ quẽdã in nomine tuo,*]

A id eſt, per inuocationem, adiurationem, ſeu expreſsionem nominis tui ſeu tuæ perſonæ, [*Eiicientem dæmonia.*] tales fuerunt de quibus in Actis legitur, qui dixerunt, Adiuro vos per Ieſum quẽ Paulus præ dicat. [*Et prohibuimus eum*] hoc amplius facere tanquam indignum, [*Quia non ſequitur nobiſcum,*] id eſt, te nobiſcum non ſequitur, vel corporaliter communicando, vel ſpiritualiter omnia relinquendo, vel modo vtroque. [*Et ait ad illum Ieſus, Nolite prohibere illum*] aut ſimiles ipſi à tali officio. [*Qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt,*] id eſt, qui aliquid docet aut agit quod nõ eſt doctrinę meę contrarium, in quã tum huiuſmodi eſt, pro noſtra eſt parte, nec à tali actu eſt prohibendus, quia & vna veritas confirmatur per aliam: ſic & iſte, quia in nomine meo dæmonia eiicit nomen meum glorificat, & per cõſequẽs de me mala loqui vix poteſt: vnde in Marco legitur Chriſtus dixiſſe, Nemo eſt qui faciat virtutem in nomine meo, & poſsit cito malum loqui de me. ¶ Porrò dæmones eiicere, ſicut & infirmitates miraculoſe curare ac prophetare, eſt donum gratiæ gratis datæ, ideo bonis malíſque commune, nec requirit dignitatem vitæ in eo qui agit: ideo ſuper illud Matthæi, Multi dicent mihi in die illo, domine nónne in nomine tuo prophetauimus: aſſerit gloſſa, miracula facere, prophetare, & dæmones eiicere, interdũ non eſt meritum illius, qui hæc operatur, ſed inuocatio nominis Chriſti hoc facit ad condẽnationẽ inuocantis, vel ad vtilitatem eorũ qui vidẽt vel audiũt: & licet deſpiciantur qui faciũt, deus tamẽ cuius inuocatio hoc principaliter facit, honoratur. ¶ Porrò ſi Ioannes illum putauit prohibendũ ab e-

P iectione dæmonum, quia corporaliter non venit poſt Chriſtum, ſicut apoſtoli, erroneum fuit, cũ nec Ioannes Baptiſta ita ſecutus ſit Chriſtum. Alibi tamen ait Saluator, Qui non eſt mecũ, contra me eſt, ſed hoc de corporali præſentia intelligendũ non eſt, ſed de ſpirituali conſenſu. Hinc itaque dicit Beda, & hæreticis & malis catholicis, communia ſacramenta, in quibus nobiſcum ſunt, deteſtari & prohibere non debemus, quamuis dominũ non nobiſcum ſequantur. ¶ Denique philoſophi & Saraceni multa dicunt conſona fidei noſtræ, & Paulus apoſtolus quorundã poetarum teſtimonia ad cõfirmationẽ ſuorum aſſumit dictorum: ſic & ſapientium illarum Sibyllarum teſtimonia, ad ſuperabundãtem fidei roborationem à ſanctis patribus allegantur. [*Factum eſt autem cum complerentur*] hoc eſt, appropinquarent, [*Dies aſſumptionis eius,*] tempus paſsionis ſeu aſcenſionis. Tempus autem paſsionis, tempus aſſumptionis vocatur, quia per paſsionem de mundo fuit ad patris dexteram aſſumendus: iuxta illud Ioannis, Ante diem feſtum paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem. & infra loquitur, Nónne ſic oportuit pati chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? [*Et ipſe faciem ſuam firmauit,*] id eſt, ſtabiliter, finalitérque direxit, nec huc atque illuc diuertit, ſed mente conſtanti ac imperterrita Hieruſalem verſus iter arripuit, ſicut ſubiungitur, [*Vt iret in Hieruſalem,*] quia ibidem myſterium paſsionis fuit complendum, & ibi verus agnus extitit offerendus, vbi agnus typicus immolabatur. [*Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum,*] videlicet Iacobũ & Ioãnem, [*Et euntes*] nũtii iſti, ſicut eius magiſter præcepit [*Intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum,*] cuius nomen hic non explicatur, ſed fuit ciuitas

C aliqua ſibi in via occurrens, & dicunt nonnulli, quod fuit metropolis regionis Samariæ quæ appellatur Samaria, quia Samaria interdũ eſt nomẽ vrbis, interdũ regionis. [*Vt pararent illi,*] videlicet ſuo magiſtro ingreſſum ſiue hoſpitium, & Samaritanos exhortarentur ad ſuſcipiendum Chriſtum & eius doctrinã, quemadmodũ ſequenti capitulo legitur, quod ſeptuaginta diſcipulos miſit binos & binos, in omnem ciuitatem & locũ quo erat vẽturus, [*Et non receperunt eum*] Samaritani, vel ſic quod in vrbẽ eorum nõ introiuit, vt dicit Theophilus, vel quod ei nec reuerrenter occurerũt, nec audientiã, neque hoſpitium præbuerunt, [*Quia facies eius erat euntis in Hieruſalem*] .i. vultus ſui diſpoſitione prætendebat ſe Hieruſalẽ verſus proficiſci: vel Samaritani hoc perceperunt, ideo eum ſuſcipere renuebant. Primò, vt aſſerit Beda, quoniã Samaritani non cõuerſabantur Iudęis, vt patet in Ioanne, ſicut nec Aegyptii: iuxta illud, Illicitum eſt Aegyptiis comedere cum Hebręis. Secundò, quia Samaritani deteſtabantur pergentes in Hieruſalẽ cauſa orationis, dicentes debitũ orationis locũ apud eos cõſiſtere: ꝓpter quod mulier Samaritana obiecit Chriſto, dicẽs, Patres noſtri adorauerunt in monte hoc, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Porrò Saluator cuncta prænoſcens, quãuis prę ſciret Samaritanos nec ſe nec ſuos nuntios recepturos, miſit tamen ad eos, quoniam quantum in ſe fuit, voluit plebẽ illam ad meliora allicere, ſicut & ipſe prędicauit plurimis Iudæorum quos ex ſua prædicatione

D ſciuit peiores futuros. [*Cum autem vidiſſent Iacobus & Ioannes*] Samaritanorum hanc culpam, [*Dixerunt, domine, vis dicimus,*] id eſt, placet tibi vt dicendo agamus, [*Vt ignis deſcendat de cælo*] aëreo, virtute diuina, [*Et conſumat illos,*] propter tãtum eorum exceſſum in te. Secundum Ambroſium dixerunt hoc bono zelo & amore iuſtitiæ, ſcientes hoc ipſi Phinees ad iuſtitiam reputatum, quòd fornicantes transfodit, atque Heliæ quod ignem de cælo impetrauit ad ſuæ vindictam iniuriæ, vel potius ad punitionem peccati deridentium ipſum. Sed Beda affirmat apoſtolos adhuc rudes iſta dixiſſe affectu vindictæ: hoc quoque prę ſumptionis fuiſſe videtur, quod ipſi adhuc tantæ imperfectionis exiſtentes, poteſtatem & imitationem tam perfecti viri ac prę clariſsimi vatis, puta Heliæ, vſurpant, cui tamẽ poſtea in ſapientia, poteſtate, ac perfectione nequaquam minores fuerunt. [*Et conuerſus,*] id eſt, vultũ ad eos dirigens, ſeu alloquutione pia ad increpationẽ rigoroſã ſe vertens, [*increpauit illos & dixit, Neſcitis cuius ſpiritus eſt is?*] hoc eſt, quo ſpiritu moueamini non penſatis, videlicet an ſpiritu ſancto, vel proprio, ſeu proprię animę diſpoſitionẽ nõ aduertitis propria paſsione fuſcati, & arbitrantes vos bono dicere zelo, quod dicitis zelo indiſcreto, ſeu vitioſo, aut paſsionato, ac turbato. Paſsiones quippe rationis obſcurãt iudiciũ, & irato apparet, quod omnia liceant ſibi quæ paſsio ſuggerit. Ideo Seneca loquitur, Irãſcenti tibi, id eſt, dum irãſceris, nihil tibi volo licere, quia dum irãſceris, omnia tibi putas licere. Iſti autem apoſtoli, quia perſonaliter miſsi fuerunt ad Samaritanos, & quoniã conſanguinei fuerant Chriſti, ad præcipuã ſuã familiaritatem admiſsi, idcirco præ cæteris apoſtolis pro Chriſto zelati ſunt & iſta loquuti. [*Filius*

Actuũ. 16.

Marc. 9.

Matth. 7.

1. Cori. 19.

Actu. 17.

Numer. 25.

4. Regũ. 1.

Ioann. 4.

Gene. 43.

Ioann. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hominis non venit animas perdere,]corporalem vitam extinguendo,& animas in peccatis mortalibus existentes protinus à corpore auellendo atque damnando,dum homines peccant: idcirco non vult suã iniuriam mox vlcisci: cuius patientiam,mansuetudinémque sectari debent eius discipuli.[*sed saluare*] earum pœnitentiam longanimiter expectando, imò &ad pœnitentiam eas hortando per seipsum,& suos ministros. Huic simile est illud Ioannis, Non misit deus filium suum vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum. Et Paulus,Christus(inquit) venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Hinc ait Ambrosius,Non semper in eos qui peccauerunt est vindicandum, quia nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam,& lapso ad correptionem, sicut & ipsi Samaritani post Christi ascensionem celeriter crediderunt,vt in Actibus habetur. Insuper Titus testatur, Christus cõ tra Samaritanos non commouetur,vt ostenderet quia non habet vltionis studium virtus perfecta,nec vlla est iracundia,vbi plenitudo est charitatis,nec excludenda est infirmitas,sed iuuanda: procul sit & à religiosis indignatio,procul sit à magnanimis cupiditas vltionis.[*Factum est autem ambulantibus illis,*] videlicet Iesu & eius discipulis[*In via,dixit quidam ad illum,*] sicut ex his quæ per Matthæum scripta sunt,comprobatur: istud non accidit statim post immediate præhabita,ideo Lucas non exprimit tempus,nec viam determinat,insinuans se ordinem historiæ non seruare.[*sequar te quocunque ieris,*]hoc est tibi in omnibus adhærebo,in prosperis & aduersis. Sed non syncero ac simplici corde hoc dixit, sed falso ac ficto,sicut ex Christi responsione elicitur.[*Et ait illi Iesus*]cordium secreta contemplans,[*Vulpes foueas habent,& volucres cæli*]aërei[*Nidos,*]quod ad literam planum est, quoniam vulpes in antris suis morãtur,& aues in nidis prolificant,[*Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet,*]hoc est pauperrimam in hoc mundo vitam elegi,ita quod nec domicilium habeo proprium,nec aliquod tem porale reclinatorium. Ex qua ratione elicitur,quòd vir iste peruersa intentione Christũ accesit. Vidit quippe quòd Christus discipulis suis potestatem contulit faciendi miracula, ideo voluit fieri eius discipulus,saltem per corporalem imitationem,vt & ipse potestatẽ à Christo adipisceretur præfatam, atque per eius vsum honores ac mundi diuitias obtineret,vel vt Christum induceret ad plurimorum curationem,sicque ab illis lucra acquireret,sicut Geysi Naaman Syro. Simili intentione Simon Magus loquutus est Petro & Ioanni, Date mihi hanc potestatem,vt cuicunque manum imposuero,accipiat spiritum sanctum. Denique secundũ Matthæum simulator iste fuerat scriba,vnde per suã peritiã confidit se plurima lucraturum: sed Christus ei verba respondit inducta,tanquam dicat,Cũ tantę sim paupertatis,quid quęris me sequi ob cõgregandas diuitias? Vel dicit hoc ista intentione,Si vis me sequi,oportet te paupertatẽ meã voluntariam sponte sectari,omnémque cupiditatem vitare. ¶ Quæritur,quomodo dicat Saluator nil se in hoc seculo possidere, cũ tamen apud Ioannẽ protestetur, Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius. Sed & virgo Maria quæ parentibus suis vnica fuit ex parte patris,domum & opes ab eis accepit. Et respondendum, quod Christo secundum naturã assumptã ab incarnationis exordio data fuit à patre potestas atque dominium super omne creatum: sed potestate hac vsus non est quantum ad actualẽ temporalium possessionem & vsum,imò vitam elegit pauperrimam. Primò,vt suæ inopiæ merito bonis gratiæ in præsenti, & bonis gloriæ in futuro ditemur. Propter quod ait Apostolus, Cũ dives esset,propter nos egenus factus est,vt eius inopia diuites essemus. Item vt non solum verbis,sed & factis,futurãm vitam doceret quærẽdam,quod maxime egit omnia temporalia perfectissime contemnendo. Rursus vt viam perfectionis verbo & opere prædicaret,ipse quoque cœpit facere & docere. Quoniam ergo omnium mundanorũ ac transitoriorum venit docere contemptum, decuit eum omnia illa plenissime abdicare. Hinc christi paupertatem Hieremias admirans,ait,Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ. Postremo,virgo christifera,Christo prædicationem suam incipiente,si temporale quid possedit,credidit vendidisse atque pauperibus contulisse. Non enim minus quàm apostoli, qui omnia reliquerunt,impleuit consilia Christi. Possunt autem verba inducta metaphorice sic exponi, Vulpes,id est, simulatores & callidi,foueas habent,hoc est,dolositates excogitatas & duplicitates profundas,in quibus latent,suámque abscondunt nequitiã,& volucres cæli,id est,ambitiosi & arrogantes in altũ se erigentes,nidos habent,id est, prælationes seu dignitates terrenas, in quibus finaliter corde quiescunt, illis magis quàm bono incommutabili inhærentes. Filius autẽ hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet: in talibus scilicet,[*Ait ad alterum,sequere me.*]Iste alter iam cœpit esse Christi discipulus,secundũ Matthæum: ideo Christus inuitat eum ad sui perfectam sequelam, vt cunctis relictis sibi perfectè adhæreat.[*Ille autem dixit,domine,permitte mihi primo ire & sepelire patrem meum.*]Ad hoc enim se obligatũ putauit præcepto legis,quæ iussit honorare parentes, imò mortuos sepelire est vnum de operibus misericordiæ,de quo specialiter ore angelicõ commendatur Tobias.[*Dixit ei Iesus,sine vt mortui*]in anima per mortale peccatum,seu infidelitatẽ[*sepeliant mortuos suos*]morte naturę,vel mortuos ea morte qua & illi,vt scilicet tales se inuicem opportuno sepeliant tempore,[*Tu autem vade & annuntia regnum dei,*] i. cœlestis regni beatitudinem prædica. Denique Christus his verbis honorationem & sepulturã parentum,opúsque pietatis non vetat simpliciter,sed in casu,ad insinuandũ,quod omittenda sunt opera minus virtuosa,vt fiant opera virtuosiora,& quod corporalibus ac terrenis præferenda sint spiritualia ac diuina,quando necessitas aliud non requirit aut charitas: ideo dum parẽtes habere queunt aliũde victum aut sepulturam, non est propter illorum sustentationem aut sepulturam omittendũ opus diuinum, cœleste ac spirituale, præsertim si magna sit operis huius necessitas,ita quod ex eius omissione seu dilatione animæ periclitentur.[*Et alter ait*]ad Iesum: quem alterũ quidã dicunt fuisse christi discipulum,imperfectũ,[*sequar te domine*]tibi perfecte de cætero adhæsurus,[*sed permitte mihi ire & renuntiare his qui domi sunt.*]Sic & Helisæus ab Hèlia vocatus,Osculer(inquit)oro patrem meũ &ma-

Ioannis.3. 1.Timo.1. Actu.8. Matth.8. Actu. 14. Matth.8. Ioãnis.3. Actu.1. Matth.19. Matth.8. Exod.16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A trem meam,& ſic ſequar te.Præterea aliqui dicunt,quod iſte voluit renunciare domeſticis ſuis ſeu cognatis,ſiue parentibus,eis duntaxat valedicendo,ſéque ab eis licentiando,& ne quererent eum:alii dicunt,quod volebat eorum conſenſum exquirere,& eos ſuper re iſta conſulere.[*Ait ad illum Ieſus,Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,*]hoc eſt,vitam pœnitentialem,ſeu meliorem,qua ager cordis excolitur per vitiorum extirpationem,ſpiritualémque gratiæ inſertionem ac fœcundationem, & operum productionem bonorum aggrediens[*Et reſpiciens retro,*]id eſt,à bono inchoato deficiens,& mente ad ſecularia rediens, ſicut filii Iſraël corde in Ægyptum reuerſi ſunt, [*Aptus eſt regno dei,*] hoc eſt, dignus felicitate regni cæleſtis,quia qui perſeuerauerit vſque in finem,ſaluus erit, & ſola perſeuerantia coronatur.Hinc de talibus loquitur Petrus,Melius erat non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum reuerti. Contingit enim eis illud veri prouerbii,Canis reuerſus ad vomitum,& ſus lota in volutabro luti.His verbis(vt aſſerit Gorra)non reprobat Chriſtus actum renunciandi domeſticis,ſed periculum eundi ad illos:ideo quoque Chriſtus hęc ait,vt doceat quã periculoſa ſit mora ſeruiendi deo,& præſertim periculoſum eſt redire ad ſuos,cauſa conſulendi eos ſuper religionis ingreſſu,niſi forte ſpirituales exiſterent.Continuandũ eſt ergo opus bonum inceptum,& quę pro deo reliquimus,rurſus appetere non debemus, vt faciunt ambitioſi & vani:qui cum diu fuerunt in clau- Proue.20.

B ſtro ad officia accenduntur tam fatue,&carnalia quæ reliquerunt pro Chriſto,rurſus viſitare,intueri, tractare peroptant.Vnde ait & Beda,Si diſcipulus dominum ſequuturus arguitur,quia vel domui renunciare velit, quid fiet illis, qui nulla vtilitatis gratia ſæpe viſitant domos illorum, quos habent in mundo?Vel ſic,Nemo mittens &c.aptus eſt regno dei,id eſt,dignus illud aliis prædicare. Itaque verbis his chriſtus illos tanquam vere inſipientes redarguit,qui propter non neceſſariam rerum ſuarum ſeu parentum,vel aliorum propinquorum diſpoſitionem,aut prouiſionem omittunt,ſeu periculoſe, diſpendioſéque differunt religionis ingreſſum,aut vitæ perfectionem.Tam ineffabiliter etenim magnum eſt ſalutis noſtræ negotium, vt omnia vana & friuola ſint ſine dilatione ſpernenda, nec aliqua temporis portio eſt infructuoſe,ſeu negligenter exponenda.Idcirco ait ſcriptura,Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem.Subito enim veniet ira illius, & in die vindictæ diſperdet te.

¶Enarratio Cap.x. [*Poſt hæc autem deſignauit dominus Ieſus & alios* LXXII.*diſcipulos.*]Artic.XXVI.

C DEſcripta in prędeđti capitulo inſtructione ac miſsione& corroboratione apoſtolorum ad prędicandum,iam inferiorum diſcipulorum informatio,confirmatio,ac deſtinatio ad prædicandum deſcribitur,[*Poſt hæc autem,*] quæ præcedenti capitulo ſunt recitata,[*Deſignauit,*] id eſt, à ſe intus electos foris monſtrauit, ab aliiſque diſtinxit,& quadam ſpeciali diſcipulatus ſui gratia decorauit [*Dominus Ieſus*]Chriſtus, qui inquantum deus,eſt omnium dominus ſummus ac vniuerſalis per authoritatem,imò cum patre & ſpiritu ſancto vnus deus vnúſque dominus.Porrò ſecundum naturam aſſumptam etiam omni prælatus eſt creaturæ, & dominus eſt quaſi per ſubſeruientiam inſtrumentalem,& poteſtatem participatam ac depẽdentem. [*Et alios ſeptuaginta duos diſcipulos,*] qui ſecundum Bedam præfiguraverunt presbyteros,ſicut apoſtoli ſancti epiſcopos:& iuxta eundem bene lxxij.mittuntur, quia totidem mundi gentibus fuerat Euangelium prædicandum, quemadmodum ordinati ac miſsi ſunt duodecim apoſtoli, quia duodecim tribubus Iſraël,vtpote aliquibus de duodecim tribubus fuerant primo prædicaturi. Quamuis enim decem tribus tunc captæ fuiſſent, multi tamen de qualibet tribuum illarum capti non erant,& in terra duarum tribuum,ac alibi hinc inde habitauerunt.[*Et miſit illos binos.*] Cur diſcipulos ad prædicandum miſerit combinatos prætactum eſt,& iam breuiter tangi poteſt.Primò enim hoc fecit ad ſocialis vitæ commendationem, deinde ob mutuam conſolationem & confortationem. Frater nempe qui adiuuatur à fratre,quaſi ciuitas munita,atque ad veritatis prædicandæ certiorem conteſtationem, quia in ore duorum,triúmve teſtium ſtat omne verbum.Aliæ cauſæ traduntur. Quoniam duo ſunt charitatis

D præcepta,& bina fuerunt in arca ſancti Noe animalia miſſa:ſed hæ cauſæ ſunt quædam adaptationes. Itaque combinatos miſit[*Ante faciem ſuam,*] id eſt,facialem pręſentiam corporalem, cum tamen ipſe ſecundum diuinitatis incircunſcriptibilem maieſtatem vbique ſit præſens, [*In omnem ciuitatem & locũ quo erat ipſe venturus*].i.tã ad loca maiora,atq; minora quę ipſe fuerat acceſſurus,vt diſcipuli iſti ſuis prędicationibus,miraculis& exẽplis homines carnales ac rudes ad ſuſcipiendã Chriſti doctrinã diſponerent.[*Et dicebat illis,Meſsis quidem multa,*]id eſt,copioſa eſt hominum multitudo capax gratiæ & doctrinæ,& ſi non actu aut habitu,tamen potentia vtique apta congregari in horreum Chriſti,hoc eſt, intra eccleſiam dei militantem per fidem & ſpem, cæteráſque viatorum virtutes:& intra eccleſiã triumphantem,per luminis gloriæ ac mercedis ęternę ſuſceptionem.Hinc ait Saluator,Videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem:[*Operarii autem pauci,*]quia apoſtoli & hi lxxij.diſcipuli, cęteríque prędides, ſacerdotes,prędicatores,prędati,per apoſtolos,illóſq; diſcipulos præſignati,cõparatione illorũ,ſcilicet cõmunitatis,ſunt pauci,prędertim loquẽdo de operariis vere ac rite docentibus,& quę dicunt implentibus,virtuoſe viuentibus.Hinc ait Gregorius,Sine graui mœrore dicere non poſſumus,quod ait,operarii pauci:quia & ſi ſint qui bona audiant,deſunt qui efficaciter dicant. Ecce mundus ſacerdotibus plenus eſt,ſed tamen in meſſe dei rarus valde inuenitur operator:quia officium quidem ſacerdotale ſuſcepimus,ſed opus officii non implemus.Itaque iuxta Bedam,ſicut meſsis multa eſt omnis turba credentium,ita operarii pauci ſunt apoſtoli & imitatores eorum.[*Rogate ergo dominum meſsis.*]Pau- Lucæ.9. Proue.18. Deute.17. 2.Cori.13. Gene.7. Ioann.4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lò pòst asserit Christus ad operarios, Ecce ego mitto vos. &c. Constat itaque, quod se ipsum dominum messis appellet. Ipse enim inquantum deus, iure creationis est omnium dominus, & specialiter hominum, etiam ratione gubernationis prouidentialis, & per multiplicium beneficiorum collationẽ. [*Et mittat operarios,*] id est, pastores, prædicatores, prælatos, omne quod ad suum spectat officium cõdigne implentes. [*In messem suam,*] id est, plebem à se creatam, potissimum ad ecclesiam, quæ sicut vinea domini, ita & messis dei vocatur. E

¶ Porrò veri in ecclesia operarii sunt dicendi, qui quærunt opus & onus, satagúntque prodesse: non qui querunt otium ac honorem, & optant præesse: sed heu multi plus quærunt diuitiarum copiam,
2. Cori. 12. propriúmque honorem, quàm animarum salutem. De quibus Apostolus Paulus, Huiusce modi sunt operarii subdoli. Itaque & nos semper Christum precemur cum omni charitatis feruore, præsertim tempore isto prauissimo, vt in messem suã operarios efficaces destinare dignetur. Etenim quo profectus & salus subditorum magis dependent ex virtuosa vita superiorum, eo maius dei donum est habere virtuosum principem, seu prælatum, eóque incessabilius atque ardentius pro hac re exorandus
Eccle. 10. est deus. Nil autem intantum ædificat plebem, sicut virtuosa conuersatio præsidentis: propter quod in Ecclesiastico scribitur, Qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Quemadmodum autem agri spacioſi multos requirũt messores, sic multitudo populi Christiani operarios multos exigit. Admonendi quoque sunt subditi, secundum Gregorium, vt pro suis rogent pastoribus, quatenus verbo F & opere digne præsint. Ite ad prædicandũ: & vt futura pericula æquanimius toleretis, vobis prædico, [*Ecce ego mitto vos*] qui potẽs sum vos in aduersis defendere. Hinc apud Ioãnem ait, In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mũdum. [*Sicut agnos inter lupos,*] hoc est, vos quos mitto, per pietatem & innocẽtiam, ac obedientiam vestram similes estis agnis. Hi autem ad quos mittemini, ob suã crudelitatem, persequutionem atque duritiã, lupis assimilantur, videlicet sacerdotes, pharisæi & scribæ. Tales quoque fuerũt gentiles, ad quos post Christi passionem sunt destinati discipuli. Hoc ipsum
Matth. 10. in Matthæo Christus ait ad apostolos, nisi quod ibi habetur, sicut oues, hic sicut agnos. Sicut enim agni sunt ouium filii, sic septuagintaduo discipuli fuerunt apostolorum spirituales quodammodo filii. In hoc autem ostensa est omnipotentia Christi, quod per huiusmodi oues & agnos venatus est, comprehendit, vicit, conuertitque lupos, & eos conuertit in agnos, ita vt pariter pacifice morarentur, secundum illud Esaiæ, Habitabit lupus cum agno. Sed proh dolor iam multi aliorum prelati, qui deberent agnis & ouibus assimilari, in lupos rapaces conuersi sunt: nec solum de lana ouium se vestiunt, earumque lacte se nutriunt, sed & animas earum per negligentiam, seu impiam vitam strangulant & occidunt: de quibus apud Ioannem conqueritur Christus, Quotquot venerunt, fures sunt & latrones: hi præsertim sunt, qui ingerunt semetipsos ad regimen animarum, ad ecclesiasticas dignitates, non vocati, nec digni effecti à deo, vt Aaron. [*Nolite portare sacculum neque peram.*] Hoc precedenti capitulo etiã dixit apostolis, vnde ex dictis in expositione exordii illius capituli patet sensus verbi istius, & ratio huius commissionis. Dicit autem Gregorius, Tanta debet prædicatori in deo esse fiducia, vt quamuis sibi præsentis vitę sumptus non prouideat, tamẽ hos sibi non deesse certissime sciat, ne dum circa temporalia eius mens occupatur, a liis minus idonea prædicare æterna monstretur. [*Neque calciamenta,*] de huius quoque verbi intelligentia dictum est in præcedentis tractatu capituli. Non etenim prohibet calciamenta, si loci aut temporis seu personę necessitas exigat, sed superfluitatem in il-
4. Reg. 4. lis. [*Et neminem per viam salutaueritis.*] Simile huic est quod in libris Regum Helisæus iussisse legitur Gyesi suo ministro, quem misit ad suscitãdum puerum mortuum. Si occurrerit tibi homo, nõ salutes eum: & si salutauerit te quispiã, nõ respondeas ei. Veruntamen circa hoc dubium oritur, Salutare nanque est alicui salutem optare seu dicere: quod cum sit actus charitatis ac pietatis, prohibendũ non est: sed & virgo Maria salutauit Elizabeth, & Christus fœminas religiosas post resurrectionẽ, dicendo, Auete. Et respondendum, quod Christus non prohibet absolute proximũ salutare, sed prædicatoribus in via prædicationis constitutis committit neminem salutare in via, ad insinuandũ quod cum summa diligentia debeant prædicationis exequi actum, cuncta vitando diuerticula, obstacula, moráque prędicandi, & ea qu ęmenti ingerunt distractionem à deo seu obliuionem prædicandorũ. Vnde verbum hoc christi accipi potest per hyperbolicæ modũ loquutionis, qua aliquid dicitur per excessum. Hinc Gorra Hilarium allegans disseruit, Attendenda est causa dictorum, & nulla erit cõtrarietas. Salutare H etenim viatorem cum mora vel ex curiositate non est bonũ, ne prædicator à suo itinere, prædicationisque fructu impediatur: salutare autem ex amicitia, vel ad consolandum est bonũ, ita tamen vt melius non omittatur. Ait quoque Gregorius, Qui non amore æternæ patriæ, sed prędmiorum ambitu, hoc est, proprii lucri desiderio salutem audientibus prędicat, quasi in itinere salutat, quia ex occasione, non ex intentione salutem audientibus optat. [*In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui,*] hoc est, habitatoribus eius vniuersis. ¶ Triplicem etenim pacem proximis nostris optare debemus. videlicet pacem pectoris, quæ est tranquillitas mentis bone ordinatę in deo: pacem tẽporis, quæ est quies ab exteriori impugnatione seu persequutione: & pacem æternitatis, quę est pax beatorum in patria: ad quam vtraque illa prædicta pars ordinatur. pax autem spiritualis, interna & vera est charitatis effectus: quemadmodum scriptum est, Pax multa diligentibus legem tuam: ideo pax ista tam optanda ac necessaria est omni fideli, omníque homini, quàm appetenda & ad salutem necessaria est charitas, sine qua impossibile est saluari. Hinc Christus hominum amator, & eorum cum patre reconciliator, primo vult pacem optari, præsertim quia in ea cætera bona gratię virtualiter includũtur. Præterea est & pax alia non optanda, quæ est pax falsa, simulata, inquinata, carnalis, qualem habent filii seculi huius, quorum ratio concupiscentiis non repugnat, vitiísque consentit: de qua ait Salua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tor, Hierusalem, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. Et denuo, Non veni pacem mittere, sed gladium. Quæ autem hic Christus septuagintaduobus discipulis mandat seu loquitur vel permittit, in Matthæo apostolis prædicat, & quædam istorum præcedenti capitulo scripta sunt atque exposita. [*Et si ibi,*] puta in domo quam introitis, [*Fuerit filius pacis,*] id est, aliquis virtuosus, & pace æterna condignus, seu ad eius susceptionem dispositus, aut æternaliter prædestinatus, sicque secundum prædestinationem diuinæ & increatæ pacis filius, tanquam ad eius beatificam fruitionem venturus, [*Requiescet super illum pax vestra,*] hoc est, salutatio vestra sortietur in eo effectum, & pax quam ei imprecati fueritis, infundetur eidem, vel si eam iam habet in ipso augebitur. Quidam autem etsi pacẽ & gratiam nõdum habeant, sunt tamen in dispositione proxima, seu propinqua ad eam, ita quod vel sua, vel aliorũ oratione eam facile adipiscuntur. [*Sin autem,*] id est, si ibi non fuerit filius pacis, [*Ad vos reuertetur,*] hoc est, charitatiua salutatio vestra debito præmio non carebit, sed merito eius vestra pax perficietur in via, consummabitur quoque in patria. Sic & Psalmista testatur, Oratio mea in sinu meo conuertetur. [*in eadem autem domo manete,*] si fuerit congruum tempus manendi, nec alia retinent agẽda extra eam ante refectionem, vel post illa expleta redeundum erit ad eam, [*Edentes & bibentes, quæ apud illos sunt,*] si dare potuerint atque voluerint. Et hoc Christus ait, non præcipiendo, sed permittendo seu concedendo, nec de quocunque cibo & potu necesse est hoc exponi, cum interdum virtuosius sit quibusdã abstinere à vino & carnibus. Vnde quod ait, Edentes & bibentes quæ apud illos sunt, non est iussio vt omnia talia assumantur, sed est exhortatio potius, vt sufficiant apposita, nec quærantur superflua, vt volucres cæli, & pisces maris, & bestiæ terræ. [*Dignus est enim operarius mercede sua,*] id est, prædicator verbi dei, seu quilibet in spiritualibus & aliis deseruiens ac laborans, dignus est capere sustentaculum vitæ ab eis, quibus spiritualia bona impendit: propter quod ait Apostolus, Dominus ordinauit his qui Euangelio deseruiunt, de Euangelio viuere. Sed hoc permissio fuit, non iussio: propter quod Paulus scribit se hac potestate vsum non esse, sed propriis laboribus manualibus necessaria procurasse, ne quem grauaret aut scandalizaret, & auaris occasionem auaritiæ amputaret: alios tamen apostolos sic fecisse testatur. Nec intelligenda sunt hæc, quasi corporeus cibus & potus, sit principalis merces aut finis vltimatus prædicationis aut cuiuscunque ministerii spiritualis: neque propter cibum & potum, quasi ob præmium condignum sunt spiritualia exercitia finaliter exequenda. Sic enim temporale & corporale præponeretur bono diuino & spirituali, quod esset mortale peccatum: sed vitæ stipendiũ est merces minus principalis & secundaria, accidentalitérque intenta, quia videlicet sine corporeo alimento vita ista stare non potest, & per consequens nec prædicatio exhiberi. [*Nolite transire de domo in domum,*] hoc est, sine rationabili causa mutare hospitium, ne leuitatis vitium incurratis, aut alios scãdalizetis, seu delicatiora quæratis. Verbum hoc in precedentis capituli expositione plenius est tracta-

B Psalm. 34.

1. Cori. 9.

C tum. [*Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos*] ciues illius, [*Manducate quæ apponuntur vobis,*] & idem iudicium est de potu. [*Et curate infirmos, qui in illa sunt,*] vt per miraculorum operationem credant vera esse quæ prædicatis, atque ad opera pietatis inducantur, ac plene conuertantur ad deum. quis enim aliter credidisset idiotis Christi discipulis, supernaturalia, inuisibilia, ac incomprehensibilia prædicãtibus, nisi per miracula soli deo possibilia ostẽdissent sua verba esse diuina, & desuper cõfirmata? Deus equidem falsitatis confirmator esse nonvalet. Ideo apud Marcum euangelistam scriptum est, Profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. [*Et dicite, appropinquauit in vos regnum dei,*] hoc est, tempus gratiæ nunc aduenit, & nõ bona terrena, sicut in veteri lege, sed cœlestia vobis promittuntur, prædicantur & offeruntur. Hinc ait Apostolus, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Itemque, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tunc quoque cum hæc prædicabantur, instabat tempus passionis Christi, per quam ianua regni cœlestis aperta est. Rursus regnum dei appropinquat in eos, seu eis, qui se ad veræ beatitudinis adeptionem disponunt, terrena atque carnalia contemnendo. Potest etiam per regnum dei Christus ac sacra scriptura intelligi. [*In quamcunque ciuitatem intraueritis, & non receperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite, Etiam puluerem qui adhæsit nobis, de ciuitate vestra extergimus in vos.*] Hoc idem præcedenti capitulo Christus commisit apostolis, quod ibidem expositũ est: multæque sunt causæ positæ excusionis pulueris in non recipiẽtes Christi discipulos. [*Hoc tamen scitote, quia appropinquauit regnum dei,*] id est, quãuis nos recipere contemnatis, nihilominus veritatem vobis denunciamus, & quod in nobis est ac nobis commissum peragimus, quamuis hoc vergat in maiorem vestram damnationem, ita quod excusationem de ignorantia non habetis. [*Dico autem vobis, quia Sodomis,*] id est, Sodomitis [*In die illa*] notabili & famosa, puta in die iudicii, [*Remissius erit,*] hoc est, minor pœna, seu tolerabilior damnatio, [*Quam illi ciuitati,*] id est, habitatoribus eius vos abiicientibus.

Lucę. 9.

Marci. 16.

D

¶ Circa hoc quæri potest, cum pœna correspõdeat culpę, si minor erit pœna Sodomitarũ, quàm eorũ qui Christi discipulos non receperunt, videtur quod minora fuerunt peccata Sodomitarum quã horum: cum tamen in Genesi scriptum sit, quod homines Sodomitę pessimi erant. Ad hoc aliqui respõderunt, quod verbum Christi intelligendũ sit non simpliciter, sed quantum ad aliquid, vtpote quod inhospitalitas & immisericordia Sodomitarum in alios non fuit tanti peccati, nec erit tanti supplicii, sicut eorum qui Christi discipulos respuerunt.

¶ Præterea ait Beda, Quamuis Sodomitæ inhospitales fuerunt, nulli tamen apud eos hospites tales, quales apostoli sunt reperti. Et licet Loth aspectu & auditu iustus erat, non tamen ibi aliquid docuisse, aut signa fecisse perhibetur. Denique angeli sancti in Sodomis inuenerunt hospitium, imò à Loth cum adoratione, prece ac reuerentia sunt susceptí. Si ergo in vrbe aliqua nec vnus extiterat discipulos Christi suscipiens, quo ad hoc peior Sodomis comprobatur. De hac quæstione, & an absolute lo-

Gene. 19.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quendo, maior erit damnatio non recipientium discipulos Christi, quàm Sodomorum, prætermitto, E
quia & super Matthæum plura de ea conscripsi. [*Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sy-*
Matth. 11. *done factæ fuissent virtutes, quæ in vobis factæ sunt, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent.*] Quãdo aut quo
affectu Christus hæc dixerit, apud Matthæum clarius scribitur. Tunc, videlicet quando Ioannes Baptista in vinculis positus misit discipulos suos ad Christum: quibus cum Christus respondisset, & illi abissent, inter cætera quæ prædicauit, cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus plurimæ eius virtutes factæ sunt, quia non egissent pœnitentiam, & dixit, Væ tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida, &c.

¶ Porrò Corozaim, Bethsaida, Capharnaum, Tyberias, sunt quatuor ciuitates Galilææ, sitæ in littore laci Genezareth, qui ab Euangelistis mare Galilææ seu Tyberiadis appellatur, in quibus vrbibus Christus personaliter prædicauit, & multa egit miracula, & forte apostoli quoque in eisdem vrbibus iam prædicauerant & signa egerunt. Ideo habitatores vrbium harum tanto grauius offenderũt, quanto maiora eis beneficia sunt impensa, quæ contempserunt, & post tanti magistri atque pastoris prædicationẽ in suis permanserunt sceleribus. Itaque Christus zelo iustitiæ seu compassionis affectu, & more propheticæ prænunciationis ac comminationis, exprobrauit incolis vrbium harum, contestans quod gẽtilibus essent peiores: quia si olim in Tyro & Sydone aliquis sanctorũ talia fecisset miracula, exhortando eos ad pœnitentiam, qualia fecit in vrbibus dictis Saluator, habitatores Tyri & Sydonis cilicia induissent, & cinerem suis superiecissent capitibus ex magnitudine contritionis, quemadmodũ F
Niniuitæ ad prædicationem Ionæ.

¶ Porrò, quod verum sit hoc, res ipsa probauit, quia post Christi passionem, statim ex prædicatione discipulorum Christi conuersi sunt multi in vrbibus istis, & postea omnes. Vnde in Actibus apostolorum describitur deuotio Tyriorum, in quibus etiam multi spiritu splenduerunt prophetico, & Paulo apostolo vaticinabantur futura. [*Veruntamen Tyro & Sydoni,*] id est, habitatoribus ciuitatum illarum in paganismo defunctis, [*Remissius erit in iudicio quam vobis,*] quia multo minus peccauerunt quàm ingratissimi, incorrigibilésque isti Iudæi, qui & legem naturalem & scriptam trangressi sunt, & insuper euangelicæ legis veritatem à Christo accipere noluerunt. Siquidem seruus sciens vel saltem dici sibi audiens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Vnde de induratis, ingratissimísque Iudæis loquitur Christus, Si non venissem & loquutus eis fuissem, peccatum non haberent, videlicet tam magnum: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

¶ Consequenter specialiter reprehendit Capharnaum, quia prę cæteris fuit ingrata ac scelerata, [*Et tu Capharnaum vsque in cælum exaltata,*] quod dupliciter potest intelligi. Primò, vt dicatur vsque in cælum exaltata, hoc est, valde præcipue honorata, eo quod Christus frequenter fuit, & ad tempus aliquantulum habitauit in ea: frequenter quoque prædicauit, & prodigia multa ac præclara egit
Marci. 1. ibidem, sicut Matthęus & Marcus clarissime scribiuut. Secundò, vt dicatur ratione suę superbię vsq; G
Matth. 11. in cęlum exaltata, propria æstimatione ac vanitate, & quoniam Christo superbissime fuit rebellis. Hic sensus literalior est, quia in Matthæo legitur Christum dixisse, Et tu Capharnaum nunquid vsq; in cęlum exaltaberis? [*Vsque ad infernum demergeris,*] vt pœna proportionata sit culpæ, & magnitudini honoris correspondeat magnitudo deiectionis. Quemadmodum enim homo tanto plus meretur exaltari in cęlo, quanto plus humiliauerit se in terra: sic tanto plus meretur deiici in inferna, quãto plus
Iob. 20. in terra extollit seipsum: iuxta illud Iob, Si ascenderit vsque ad cęlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, velut somniũ auolans non inuenietur, transiet quasi visio nocturna. Ideo in Ecclesiastico dicitur, Humilia valde spiritum tuum, quia vindicta impii ignis & vermis.

¶ Præterea est aduertendum, quàm vere mira & incomprehensibilia sint summę ac infinitæ sapientię iudicia, quoniam Christus in propria persona & per suos ministros, tam prophetas quàm apostolos, prædicauit & miracula egit his quos sciebat non credituros, imò ex hoc grauius cõdemnandos: his autem nec prędicauit, neque miracula demonstrauit, quos nouerat credituros & conuertendos, si eis prędicationem atque miracula impendisset. Vnde Ezechieli loquutus est, Fili hominis non ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te: domus autem Israël, ad quam mitto te, nolunt audire te. Itaque quod penetrare non possumus, sobrie admiremur, formidolosé que honoremus, scientes quod deus sublimis & benedictus sit essentialiter ipsa sa- H
pientia atque iustitia, propter quod eius quoque iudicia, nec iniusta, nec irrationabilia esse queunt.

¶ Consequenter Saluator docet prędatam comminationem ac pœnam non illis duntaxat imminere, qui ipsum in propria eius persona non receperunt, verbis eius credendo, iusionibú sque parendo, sed & omnibus qui eius discipulos, vicarios & prælatos despiciunt, doctrinas eorum non aduertẽdo, nec ipsis obediendo, in quibus subiecti sunt ipsis, [*Qui vos*] prędicatores, pastores, prælatos [*Audit*] verba vestra reuerenter suscipiendo ac obseruando, [*Me audit*] quia tam gratum est mihi, ac si me in propria audiret persona: & quia ego per meos loquor vicarios, & illi meam repręsentant personam. [*Et qui vos spernit,*] id est, vestra documenta & iussa audire aut implere contemnit, [*Me spernit,*] quia intantum displicet mihi, acsi me visibiliter prędentem loquentémque aspernaretur ob causas prætactas. Audiant, pensent & metuant hęc increduli & rebelles, peruersi, duri, pertinaces, indociles, proprium sensum sectantes, quoniam suos non curando superiores, aut eis obloquendo, resistendo, aut contumaciter respondendo, non mediocriter peccant, nec viles paruipendunt personas, sed eum cuius dignitatis & excellentiæ non est finis, vnigenitum dei, principémque pastorum, imò & deum patrem, prout
Hebræ. 13. Saluator adiecit, [*Qui autem me spernit*] nõ credendo, aut non obediendo, [*spernit eum qui me misit.*] Mittens quippe honoratur, seu inhonoratur in suo legato, dominus in ministro, pater in filio, pastor in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vicarios. Pater quoque & filius, haud dubium quin & ſpiritus ſanctus, ſubſtantialiter vnũ ſunt, & inſeparabiliter ac inconfuſibiliter per circumincеſsionem in ſe inuicem æternaliter incomprehenſibiliterque conſiſtunt, ita quod trium ſuperexcellentium ac ſuperhonorabilium perſonarum eſt vna volũtas: ideo qui vnam offendit, in ſingulas peccat. Hinc apud Ioannem filius proteſtatur, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum: Itaque prælatis & patribus noſtris reuerentiam debitam ac obedientiam impendamus, conſiderantes eos non vt homines qualeſcunque, neque vt tales aut tales perſonas, ſed vt dei vicarios, eius circa nos perſonã repreſentantes. Nam & dominis temporalibus non ſolum bonis, ſed etiam diſcolis, iubet ſanctus Apoſtolus Petrus cũ omni timore ſubiici ac parere miniſtros, quanto magis ſpiritualibus obediendum eſt patribus? Propter quod ad Hebræos Paulus ſcribit Apoſtolus, Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete illis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & nõ gementes: hoc enim expedit vobis. Moyſes quoque in Exodo rebellibus ait, Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra deum: Et Paulus Apoſtolus ſcribit ad Theſſalonicenſes, Qui hæc ſpernit (inquit) nõ hominẽ ſperhit, ſed deũ. ¶ Porrò ſi prælatorum vicariorúmque chriſti aſpernatio tam graue extat piaculũ, in omni vtique chriſtiano, quanto magis in religioſis, qui ad obedientiam voto ſe aſtrinxerunt? Non ergo minus abhorreant ſuo patri non obedire, quam continentiæ aut proprietatis votum infringere. [*Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo diſcipuli ad Ieſum,*] qui miſerat eos ad prædicãdum. Vnde prædicationis peracto obſequio ad eum reuerſi ſunt, [*Cum gaudio*] ſpirituali, aliquid tamen inordinationis admixtum habente, vt ſtatim dicetur, [*Dicentes*] gratias referendo, Chriſti potentiam confitendo, [*Domine*] qui nõ ſolum in terra hominibus, ſed & dæmonibus dominaris [*Etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo,*] hoc eſt, tua virtute, & per tui nominis, ſeu tuiipſius inuocationem, non ſolum infirmos curauimus, ſicut nobis commiſeras, ſed dæmonia quoque expellimus: quod ad tuum præconium tibi non quaſi ignoranti referimus, ſed vt te qui nos in tãtum honoraſti honorificemus. [*Et ait illis, Videbam ſatanam,*] hoc eſt, diabolum, humanæ ſalutis aduerſarium [*Sicut fulgur*] hoc eſt, valde celeriter [*De cælo cadentem,*] quando ob ſuam inde eiectus eſt elationem. vel, ſicut fulgur, id eſt, terribiliter. Quod enim per ſimilitudinem emicationis fulguris celeritas terribilitásque ſignentur, patet per illud Matthæi, Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vſque ad occidentem, ita erit aduentus filii hominis. Secũdum Gregorium aliquid elationis, vanæque gloriæ inerat diſcipulis iſtis ex tanta poteſtate eis conceſſa, ad cuius culpæ repreſsionẽ commemorat Chriſtus exemplum horribile ruinæ angelicæ, tanquam dicat, Si angelo ſuperbiẽti deus tantã mox intulit vltionem, penſate quã vitanda ſit vobis ſuperbia, inanſſque gloria. Vnde Petrus inquit, Si deus angelis peccantibus non pepercit, nouit iniquos in die iudicii cruciandos reſeruare. Denique ruinam diaboli Chriſtus ſecundum quod deus intellectualiter vidit, principalitérque effecit.

Ioan. 3.

1. Petri. 2.

Matth. 24.

B

C ¶ Quæritur quomodo de cælo corruiſſe dicatur diabolus, cum in Eſaia dixiſſe legatur, In cælum conſcendam: quo apparet, quòd nondum erat in cælo? Et reſpondendũ quod in cælo empyreo fuit, & cõditus erat, ſecũdum Strabum & Bedam, indéque cecidit. Porrò quod dixit, In cælum conſcendã, de ſpirituali ſuperbenedictæ trinitatis cælo exponitur, quia ad dei excellentiam aſpirabat. Hoc ſuperficialiter ac breuiter dictum ſit. Plena enim reſponſio pluribus indiget verbis.

¶ Præterea verbum inductum à Chriſto prolatum poteſt exponi tanquam approbatiuum ſermonis diſcipulorum, quaſi dicat, non mirum, ſi mea dæmones compeſcantur potentia, qui in exordio vidi & videns feci dæmonum expulſionem de cælo. Vnde in libro Iob ſcribitur, Prudentia eius percuſſit ſuperbum. Et rurſus, In angelis ſuis reperit prauitatẽ. Itémque, Obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. Atque in Pſalmo, Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Per Ezechielem quoq; Chriſtus teſtatur, Tu Cherub extẽſus & protegens repleta ſunt interiora tua iniquitate, & eieci te de monte ſancto dei, ô Cherub de medio lapidum ignitorum. [*Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones.*] Hoc dupliciter accipi poteſt, Chriſtus enim dedit diſcipulis ſuis non ſolum poteſtatẽ calcandi ſpiritualiter ſuper ſpiritus malignos per ſerpentes & ſcorpiones figuraliter deſignatos, ita q; illos poſſent eiicere, ſuperare, affligere, ſed etiam præſtitit eis virtutem calcandi corporaliter; & abſque læſura ſuper quæcunque animalia venenata. Quod & in veteri teſtamento præfiguratum videtur, quẽ

D admodum in Deuteronomio legitur. Simile huic eſt illud in Pſalmo, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Prætereà per ſerpentes ore venenum fundentes, ſignantur tam inuiſibiles quàm viſibiles hoſtes, qui electos dei palam tentant ſeu perſequuntur. Per ſcorpiones vero qui punctione caudæ inficiunt, deſignantur æmuli occulte inſidiantes ſiue tentantes. [*Et ſuper omnẽ virtutem inimici,*] i. ſuper quodcunque genus dæmonum, & ſuper vniuerſam calliditatem & poteſtatem eorum. Quamuis enim naturalis illorum poteſtas maior ſit omni poteſtate naturali in terra verſantium, vt patet in Iob, ſupernaturalis tamen poteſtas fidelium per gratiam præſtitam dæmonum vincit virtutem, quamuis variis modis quærant nocere hominibus, & diuerſimode tentent atque ad varia inclinent peccata. [*Et nihil vobis nocebit*] quod corporaliter in Chriſti diſcipulis cõſtat impletum, ita vt nec venena, nec venenata eis quid nocumenti potuerunt inferre. Vnde & Paulus viperam excuſsit in ignem, & Euangeliſta Ioannes peſſimum ſine læſione potauit venenum. Ideo in Marco loquitur Chriſtus, Signa eos qui crediderint, hæc ſequentur, In nomine meo dæmonia eiicient, ſerpentes tollent, & ſi mortiferũ quid biberint nõ eis nocebit. ¶ Inſuper corporalis ſeu ſpiritualis perſecutio hominum malignorum ac dæmonum electis chriſti diſcipulis quantũ ad finalẽ deiectionẽ ſeu optati damni illationem nil nocuit, quia electis dei omnia cooperãtur in bonũ, & temporalis tribulatio ad perpetuam eos duxit coronam: ideo ſcriptũ eſt, Filius iniquitatis nõ apponet nocere ei. [*Verũtamen in hoc nolite gaudere*] inordinate aut immoderate, videlicet eo modo quo nũc gaudetis, [*Quia ſpiritus*] puta dæmones: q; ob naturæ ſimplicitatẽ ſpiritus appellãt;

Deuter. 8.

Prouer. 9.

Iob. 40.

Actũ. 28.

Marc. 16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[*subiiciuntur vobis,*]hoc eſt,per poteſtatem vobis collatam eiiciuntur.Hoc enim ſicut & alia ſigna per- E
agere,pertinet ad dona gratiæ gratis datæ,quæ ad aliorum vtilitatem ordinantur,& bonis ac malis cõ-
Marc.7. munia ſunt hominibus.Nam'vt aſſerit Chriſtus,Multi reprobi in die iudicii ſunt dicturi,Domine nõ-
ne in nomine tuo dęmonia eiecimus?Idcirco de hoc dono gloriandũ non eſt, quaſi de principali atq;
ſaluifico bono:quãuis debeat homo de omni bono ſibi diuinitus dato gratias agere deo,& aliquo mo
do gaudere in ipſo,ſecundum quod bonum illud collatum maius aut minus eſt.¶Poſtremò vnde prin
cipalius atque præcipuè ſit gaudendum,ſubiungit,[*Gaudete autem*] in domino ei regratiando,non ve-
ſtris meritis aſcribendo,[*Quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis,*]hoc eſt,voſipſi inter electos dei iam e-
ſtis per prædeſtinationem computati,& in cœleſtibus manſionibus æternaliter collocandi,atque in li-
bro vitæ ſcripti,quod nullus de ſe præſcire certitudinaliter poteſt,niſi ex reuelatione diuina. Chriſtus
vero diſcipulis ſuis hoc potuit reuelare,imò ad conſolationem eorũ reuelare dignatus eſt,vt tantò for
tiores eſſent in omni ſancto labore & afflictione,quantò certiores eſſent de beatifica retributione.
¶Poſtremo,liber vitæ in deo metaphorice ponitur : quemadmodum enim apud homines ſolent de-
ſcribi,qui ſpecialiter ſpectant ad eos,ſic electorum in diuina mente conſcriptio,hoc eſt,firma eorũ no
titia ſeu tenax memoria in intellectu diuino,dicitur liber vitæ,loquendo de vita gloriæ,ad quam ele-
ctio finaliter pertinet.Vnde & liber vitæ,non niſi æterna prædeſtinatio nominatur,qua quidam ad vi
tam gloriæ à deo ſunt æternaliter præordinati. F

¶Proſecutio elucidationis huius decimi cap.ab eo loco quo dicitur,[*In ipſa au-*
tem hora exultauit in ſpiritu ſancto.] Artic. XXVII.

Hriſtus hominum amator veriſsimus de multiplici gratię dono per ipſum à patre hominibus
C electis collato,vehementer gauiſus eſt:imo quilibet bonus prælatus de hoc pręcipuè gloriari
deóq; gratias agere debet,quod ſubditos ſuos conſpicit virtuoſos,& diuinæ clementię gratio
ſa munera abundare in eis:idcirco Ioannes dicit,Maiorem horum gratiam non habeo, quam vt audi-
am filios meos in veritate ambulare.Et Paulus diſcipulorum ſuorum virtutes commemorans,Gratias
(inquit)ago deo ſuper in enarrabili dono eius.Sic egit & Chriſtus,vt ait Euangeliſta,[*In ipſa autem ho-*
ra,]qua Chriſtus verba immediate præhabita diſcipulis dixit, quemadmodum poteſtatem eis dediſſet
ſuper omnem virtutem inimici,& quod nomina eorum ſcripta eſſent in cælis, [*Exultauit in ſpiritu ſan-*
1.Reg.3. *cto*]hoc eſt,ex motione ſpiritus ſancti, qui animam chriſti in vniuerſis direxit,ac gubernauit & mouit:
propter quod ab Eſaia de ipſo prædictum eſt,Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini,&c.Fuit etenim
anima eius pleniſsima ſeptemplici dono ſpiritus ſancti.
¶Porrò dona ſpiritus ſancti faciunt mentem creatam bene atque faciliter dirigibilem,ſeu mobilẽ à ſpi
ritu ſancto,ſicut virtutes morales faciunt appetitum ſenſitiuum,prompte mobilem gubernabilémque
à ratione.Itaque Ieſus ſecundum aſſumptam humanitatem & voluntatem humanam,exultauit ſpiritu G
ſancto, quia ex affectu ſeu dilectione procedente à ſpiritu ſancto,& item ſpiritualiter ſecundum volũ
tatem ſpiritus ſancti.At vero ſuperglorioſę & ſuperdigniſsimę trinitatis inimicus,quamuis vilis ac de
bilis ſacrilegus Arrius,dicens vnigenitũ dei puram creaturam,nec in ipſo Chriſto fuiſſe veraciter ani-
mam rationalem,ſed loco animæ fuiſſe ipſum verbũ corpori Chriſti vnitũ,hac euangelica authoritate
apertiſsimè reprobatur . Ipſe enim reprobus Arrius finxit ſpiritum ſanctum eſſe purã creaturam,& à
verbo ſeu filio dei creatum,quo dato Chriſtus à ſpiritu ſancto nullam directionem aut gubernationẽ
vel perfectionem ſpiritualem accepiſſet,[*Et dixit Ieſus*]aperiens cauſam ſuę exultationis.Prætereà con-
tẽplandum quod anima Chriſti à ſuæ creationis exordio deum vidit per ſpeciem,atq; in beatificę frui
tionis extitit gaudio indeſinenter.Idcirco quod in hac hora dicitur exultaſſe,non eſt intelligendum,ꝙ
ante in gaudio interiori non fuerit,ſed interioris gaudii nunc quædam ſigna foris ſpecialiter demon-
ſtrauit,ita quod fuit iam quædam ſolito plenior redundantia internæ lætitiæ in inferioribus ſenſitiuis
viribus,& corporali natura iplius,cuius indicia forinſecus apparebant:ideo Lucas cõuenientiſsime aſ-
ſerit,exultauit.Exultatio nanque dicitur,quaſi extra ſe ſaltatio,quando videlicet ex abundantia gaudii
interioris,ſigna lætitiæ foris erumpunt. [*Confitebor tibi pater domine cæli & terræ.*] Communiter à ſan-
ctis atque doctoribus aſsignatur duplex confeſsio,de qua fatur ſcriptura.Vna eſt confeſsio gratiarum
actionis & laudis,alia autem eſt confeſsio culpæ.Plenius tamen loquendo hoc adiiciendum, quod ſa H
Roma.10. cra ſcriptura loquitur de triplici confeſsione laudabili.Prima,eſt proteſtatio credendorum , de qua ait
Matth.10. Apoſtolus,Corde creditur ad iuſtitiam , ore autem confeſsio fit ad ſalutem . Et Saluator ait, Qui me
confeſſus fuerit corã hominibus,& cætera.Et iſta cõfeſsio eſt actus fidei. Secũda eſt confeſsio gratiarũ
actionis,& laudis diuinæ,videlicet ipſa laudatio dei,aut gratiarum actio ei exhibita,& iſta eſt actus la-
triæ,de qua confeſsione nunc ſermo eſt,de qua etiam ſępiſsime habetur in libro Pſalmorum,ſicut cũ
dicitur,Confitebor tibi domine in toto corde meo.Tertia eſt confeſsio culpæ, videlicet accuſatio &
enunciatio proprię culpę, & iſta eſt actus pœnitentię,de qua Iacobus in ſua Canonica ſcribit,Confi
temini alterutrum peccata veſtra.Itaq; confiteor tibi,id eſt laudo te,regratior tibi,pater meus, nõ per
adoptionis gratiam,vt hominum aliorum:ſed per veram,æternam,naturalemque generationem , qua
me incõmutabiliter genuiſti in identitate naturę ex tua ſubſtãtia,iuxta illud Pſalmi,Ex vtero ante lu-
ciferum genui te.Et rurſus, Et eructauit cor meũ verbũ bonũ. Itemque,Dominus dixit ad me, filius
meus es tu,ego hodie genui te.Hoc teſtimonio rurſus confuſus eſt ſceleratiſsimus Arrius , filium nec
ab ęterno fuiſſe,nec patri conſubſtantialem eſſe dicere auſus.Domine cęli & terrę,hoc eſt, cęleſtium
atque terreſtrium,ſuperiorum ac inferiorũ,ſeu omniũ quæ in cælo cõtinentur &in terra,ſicut ait Pſal
miſta,Tui ſunt cæli,& tua eſt terra.Omnium horum eſt deus omnipotens,dominus iure creationis ac
gubernationis,& conſeruationis,ſolúſque deus eſt dominus vniuerſalis , ſummus ac independens vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A pote propria authoritate dominans, cui ad nutum ſubiecta ſunt omnia, ad quē omnis dominus citra ipſum ſe habet vt ſeruus ad dominum, vt inſtrumentum ad artificem, vt medium ad finem: de quo habetur in Iob, Quem conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbē quē fabricatus eſt? ¶Prætereà hoc teſtimonio confuſa eſt hæreſis Manichæi, hæc inferiora atque terrena non eſſe à deo creata dicentis. Vnde (vt Epiphanius ait) Euangelium à Marcione editum habet, Regratior tibi domine cæli, tacens quod dicitur terræ, & quod dicitur pater, ne intelligatur quod Chriſtus vocat patrem creatorem cæli & terræ. Hæreſis autem Manichæi à Marcione ſumpſit exordium. [*Quia abſcondiſti hæc*] mea documenta & fidei Chriſtianæ myſteria, legisque euangelicæ ſacramenta quæ prædico, [*A ſapientibus & prudentibus*,] hoc eſt, ſuperbis, qui ſeipſos arbitrantur magnos & eruditos, in ſenſu proprio confidentes, & ſuæ prudentiæ innitentes, quales fuerunt multi philoſophi, ac alii ante tēpora Chriſti, ſcribæ & phariſæi tempore Chriſti, de quibus iam ad literam magis eſt ſermo: multi quoque literati, & de ſua ſcientia tumidi poſt tempus Chriſti, de quibus ſcribit Apoſtolus, Videte vocationē veſtram, quia non multi ſapientes ſunt inter vos, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, vt cōfundat ſapientes. Et alibi, Dicentes ſe ſapientes eſſe ſtulti facti ſunt. Hinc Salomon, Non ſis ſapiens apud temetipſum, & ne innitaris prudentiæ tuæ. ¶Inſuper deus dicitur iſta reprobis abſcondiſſe, eo

B modo quo dicitur eos indurare & excęcare: non quod ipſe ſit directe cauſa ignorantiæ & peccati, ſed quoniam iuſto iudicio mentem humanam obſcurari permittit & indurari, gratiam & virtutem nō influendo, quemadmodum ſol dicitur ſuo receſſu cauſa congelationis, & nauta per ſuam abſentiam cauſa naufragii. Sapientes autem & prudentes diſtinguuntur in hoc, quod ſapientes dicuntur eruditi in rebus diuinis: prudentes, periti in humanis. ¶Denique vſque in præſens, deus incerta & occulta ſapientiæ ſuæ, deguſtationem ſuæ dulcedinis, vitæ internæ ſaporem, myſticam theologiam, ſuę familiaritatis experientiam, ſuarū illuſtrationum ſplendores, clariſsimos ſuarum inflammationum ardores præferuidos, ſapientibus & prudentibus in ſeipſis tumentibus, mentéque vanis abſcondit, quæ tamen humilibus mundi vanitates ſpernentibus, timoratis, ſynceris, animo depuratis, ſimplicibuſque reuelat, quem admodum in Prouerbiis fertur, Cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Atque in Pſalmo, Teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Tales enim quia in dei amore ardentes ſunt, in ſapientiæ dono ſunt præfulgentes, & per illud efficiuntur quaſi ſecretarii dei, idcirco adiecit Saluator, [*Et reuelaſti ea paruulis*,] hoc eſt, humilibus, qui in oculis propriæ mentis ſunt paruuli, dum omne bonum deo aſſcribunt, & ſibi in ſeipſis vileſcunt, ſeu deprimunt, deo & ſuperioribus ſe ſubdunt ac parent, quod Chriſtus ad literam de ſuis dixit diſcipulis & eorum ſequacibus. ¶Denique paruulus in ſcripturis tripliciter dicitur. Primò, ratione ætatis, quemadmodum de Chriſto ſcriptum eſt per Eſaiam, Paruulus natus eſt nobis. Secundò, ratione imperfectionis, ſapiētiæ, ac virtutum, ſecundum illud Prouerbiorū,

C Vſquequo paruuli diligitis infantiam? Et, Stulti, quæ ſibi nociua ſunt, cupiūt. Et ad Hebræos, Omnis qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ, paruulus enim eſt. Tertiò, ratione innocentiæ, humilitatis, ac ſimplicitatis, ſicut hoc loco, quemadmodum etiā ait Apoſtolus, Facti ſumus paruuli in medio veſtrum. Hanc quoque vtrāque paruuli acceptionē tangit Apoſtolus, Nolite (inquiens) pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti. ¶Deinde Chriſtus opus hoc patris æterni approbans, operisque cauſam aſſignans adiecit, [*Etiam pater*,] hoc eſt, vtique ſic feciſti, [*Quia ſic placuit ante te*.] id eſt, in tua ſapientia bonum ſic viſum eſt, & tuæ ita complacuit voluntati: quo patet quod de diuina prędeſtinatione ac reprobatione cum omni reuerentia, timorate, ac ſobrie loqui debemus, nec ſummæ mentis iudicia præſumptuosè ſcrutari, aut temerarie iudicare, præſertim cum intellectus noſtri capacitas à diuini intellectus comprehenſione & excellentia deficiat, & occumbat penitus infinitè. Ideo in Prouerbiis aſſeritur, Sicut qui mel multum comedit, nō eſt ei bonū: ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Itaque quod deus vnum elegerit, & gratia decorauerit, alium reprobauerit, atque reliquerit, cauſa prima & ſumma eſt beneplacitum, ſeu voluntas ipſius, quæ cum ſit eſſentialiter ſapientia, atque iuſtitia eius, nec iniuſta, neque irrationabilis eſſe poteſt. Hinc de patribus veteris teſtamenti fatetur Pſalmiſta deo, Brachium eorum non ſaluauit eos, ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam cōplacuiſti in eis. Atq; Apoſtolus ad Epheſios, Prædeſtinauit nos (inquit) ſecundū propoſitū volūtatis ſuæ. Et item, Gratia dei ſuperabundauit in no-

D bis, in omni ſapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ ſecūdum beneplacitum eius. ¶Verumtamen quis non videat, quam pium & iuſtum ac rationabile ſit hoc, q̄ deus maieſtatis ac gloriæ infinitæ, dona ſuæ clementiæ, gratioſa potius humilibus quàm ſuperbis communicet? Humilitas nanque ad diuinorum ſuſceptionem chariſmatum mentem diſponit creatam, quoniā creatori ſuo eam ſupponit: ſuperbia vero incapacem gratiæ efficit eam, & creatori rebellem, ſed hoc potius imperſcrutabile eſt, cur deo ordinante ac cooperante vnus ad diſpoſitionem gratiæ ſuſceptiuā magis pertingit quam alter, & cur vnus potius præordinatus eſt in vas miſericordiæ quàm alter. Hinc ſanctus ac ſuperliberrimus deus clare ac inclyte proteſtatur in Exodo, Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Ideo humiliemur ſub potēti manu dei, & quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, vnuſquiſque noſtrum ſatagat adimplere, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus illa cogita ſemper. Attamen reuerentialis ac moderata conſideratio mirabilium dei, myſteriorúmque fidei, licita eſt his quorum purgatus & illuminatus eſt animus, ſicut ait Pſalmiſta, Reuela oculos meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Rurſusq;, Mirabilia teſtimonia tua domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. ¶Poſtremò, circa hæc ait Gregorius, His Chriſti verbis exemplum humilitatis accipimus, ne temere diſcutere ſuperna conſilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulſione præſumamus. Iniuſtum eſſe non poteſt, quia placuit iuſto. In cunctis ergo, quæ

Pſalm. 50. Prouer. 3. 1. Theſa. 2. Prouer. 25. Pſalm. 45. Epheſi. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

exterius disponuntur aperta causa rationis est occulte iustitia voluntatis. [*Omnia mihi tradita sunt a patre meo,*] hoc de Christo secundum vtranque eius naturam exponitur, quia secundum diuinam suam natu E
ram, omnia ei à patre sunt tradita, eo quod per generationem æternam accepit à patre totam patris sub stantiam, & quicquid excellentiæ, opulentiæ, ac perfectionis in ea est, siue in patre. Propter quod in Io anne profitetur, Omnia quęcunque habet pater, mea sunt. Et rursus alloquens patrem, Omnia, inquit tua mea sunt. Hæc autem traditio est per modum naturalis emanationis, de qua iterum asserit vnigeni tus dei, Pater quod dedit mihi maius omnibus est.

¶ Insuper Christo secundum suam humanitatem tradita sunt omnia, hoc est, prælatio, præsidentia, seu dominium totius entis creati, ita quod omnia sunt eius humanitati subiecta ab incarnationis exordio.
Hebr. 12. Propter quod ait Apostolus, Omnia subiecit sub pedibus eius. Et denuo, in eo quod dicit, omnia, nihil dimisit non subiectum ei. ¶ Porrò secundum Athanasium, Omnia Christo sunt tradita ad reformã dum, vt sicut per verbum facta sunt omnia, sic per verbum carnem factũ omnia instaurarẽtur. Rursus omnia tradita sunt Christo homini, de quibus in Ioanne protestatur, Ego si exaltatus fuero à terra o mnia traham ad meipsum, videlicet omnia genera hominum electorũ, seu quosdã de omni genere ho minum, cuiuscunque conditionis, status seu gradus consistant. His verbis secundum primam expositionem Christus ostendit se patri æqualem in potestate. ¶ Deinceps insinuat æqualem se patri in sapiẽ tia, [*Et nemo*] hoc est nullus [*scit,*] scientia plenæ comprehensionis, [*Quis sit filius,*] hoc est, ipsum vnige- F
nitum secundum suam diuinitatem: [*Nisi pater*] qui infinitæ est perspicacitatis in cognoscendo sicut & filius, imò in patre & filio, haud dubium quin & spiritu sancto, est vnus & idẽ numero intellectus, & quicquid de vna trium superhonorabilium personarũ absolute dicitur, de singulis intelligitur. Vnde exceptio hoc nomine (nemo) designata, dicitur essentialis, non personalis: quia excipitur omnis alterius essentiæ, non omnis alterius personæ. [*Et quis sit pater*] hoc est, patrem nullus plenarie comprehẽdit, [*Nisi filius*] quoniam sicut pater est infinitæ actualitatis & intelligibilitatis, sic filius secũdum quod
1. Ioan. 4. deus est infinitæ intellectiuitatis, seu perspicacitatis & claritatis in intelligendo. Hinc Ioãnes, Deum ne mo vidit vnquam, vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. [*Et cui voluerit filius reuelare*] ille cognoscit patrem, non tamen plena comprehensione, & tam perfecte vt filius, sed filio reuelante: fide-
1. Cor. 12. les in hoc seculo cognoscunt per speculum in ænigmate, per fidem, & per donum sapientiæ, atque per informationem sacræ scripturæ: in patria vero cognoscunt clare per speciem, seu facie ad faciem, vnde & comprehendere deum dicuntur comprehensione extense accepta, quia conspiciunt deum sicuti est in seipso. Proprie autem deum comprehendere dicitur, qui eum cognoscit tam perfecte ficut cognoscibilis est ex sua natura, quod nequit competere nisi intellectui perfectionis immensæ.

¶ Denique probatur ex dictis, quod opera patris & filii ad extrà sunt indiuisa, quoniam pauloante per
Matth. 10. hibuit filius reuelari diuina à patre, & nunc asserit se patris cognitionem conferre hominibus. alibi de- G
mum affirmat cognitionem suam à patre homini dari, cum loquitur Petro, Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Hoc interea aduertendum, quod etiã per naturalem rationem deum in hac vita aliqualiter cognoscere possumus, & quoniam ratio naturalis à deo collata est, ideo illa cognitio quæ de deo per naturalem rationem habetur, interdum reuelatio appellatur, vt cum ad Romanos ait Apostolus, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, quia quod notum est dei manifestum est in illis, deus enim illis reuelauit. Veruntamen per naturalem rationem nullus philosophorum cognouit ali quam diuinam personam secundum proprietatem personalem, nec superbeatissimam trinitatem. Alia est reuelatio altior, qua deo reuelante cognoscimus eum per fidem: & alia quædam, in qua reuelatione sunt varii gradus, secundum quod variæ assignantur species contemplationis. Vnde secundum quod homo mentem suam magis purgauerit, & in diuina dilectione magis profecerit, secundum hoc magis illuminatur diuinitus, & clarius sibi reuelatur pater æternus, totáque trinitas supereſſentialis. Altissima tamen contemplationis dei species in hac vita dicitur mystica theologia, quæ est secretissima & arden tissima mentis cum deo locutio: in qua contemplatione, quanto plus mẽs desuper illustratur, tãto splẽ didius intuetur deum prorsus incomprehensibilem esse, & tandem vnitur ei tanquam omnino imperscrutabili & ignoto, per omnium entium abnegationem de eo eum intuendo. Ideo diuinus & magnus Dionysius scribit, Hoc est deum vere cognoscere, & videre supersubstãtialem supersubstãtialiter per H
omnium entium ablationem laudare. Hinc ait Chrysost. Philosophi de deo quærere contendentes, nil aliud se inuenisse cõfessi sunt, nisi quod incognoscibilis est deus. Sicut enim qui innauigabilẽ Oceanũ vsurpat nauigare, necesse est vt per eandem viam reuertatur: sic illi ab ignorantia cœperunt, & ad igno rantiam finierunt. [*Et conuersus ad discipulos suos,*] hoc est, vultum suum dirigens ad eos, vt faceret eos attentos, & dilectionem suam ad eos ostenderet, eósque aliis in exemplum imitationis proponeret, [*Dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis.*] Hoc ait Saluator, quia iam pauloante gratias egit patri, quod diuinorum mysteriorum notitiam, sapientibus atque prudentibus seculi huius propria superbia excæcatis abscondit, & humilibus suis ea reuelauit discipulis, idcirco beatos asserit eorum oculos, præsertim interiores, beatitudine spei ac meritorum ad plenam beatitudinem perducentium.

¶ Itaque beati oculi vestri ô discipuli mei, qui vident, hoc est, intelligũt quæ vos videtis. [*Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis,*] videlicet vnigenitum dei incarnatum inter homines conuersantem, eius quoque miracula, & conuersationem sanctissimam, voluerunt etiã intelligere quæ intellexerunt discipuli Christi, quibus ipse loquutus est, Vobis datum est nosse mysterium regni dei, [*Et non viderunt*] hæc oculo corporali, nec intellexerunt ista distincte, voluerunt quoq; seu optauerunt si fuisset possibile, [*Et audire,*] ex ore meo prædicationem euangelicę legis, [*Quæ auditis*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A qui mè ſecundum quod placet interrogatis,& informationem à meipſo accipitis, [*Et non audierunt*,] eo modo quo vos, vt pote ex ore meo.¶Circa hæc quæritur,an intelligenda ſint iſta de viſu auditu̍q; corporali, vel potius de viſu & auditu mentali,ſeu interiori.Primum dici non poteſt,quia taliter repro bi Iudæi ac proditor Chriſtum viderunt ac audierunt,quibus tandem grauis fuit ad videndum.Nec ſe cundum videtur poſſe dici,quoniam ea quæ diſcipuli iſti viderunt ac audierunt,multi prophetæ ac re ges ſpiritualiter cognouerunt,& deo docente,ſeu angelo intus loquente,ſpiritualiter audierunt: iux- ta illud Pſalmi,Tunc locutus es in viſione ſanctis ſuis.Itémque,Audiam quid loquatur in me domin⁹ deus.Et Zacharias,Angelus loquebatur in me.¶Denique quæ Chriſtus in carne exhibuit,fecit & do cuit,prædixerunt prophetæ.Vnde in Amos legitur,Nõ faciet dominus verbum,niſi reuelauerit ſecre tum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Et Apoſtolus, Multiuarie multíſque modis deus olim loquens patribus in prophetis.Hinc de Eſaia ait Hieronymus, quod omnia Chriſti myſteria ita ad liquidum proſecutus eſt,vt Euangeliſta potius quam Propheta dicendus ſit.Sed & ipſe ſpiritualiter mirabili cla ritate vidit Chriſtum in carne,cum dixit,Puer natus eſt nobis.eius quoque vidit miracula quando di- xit,Ecce deus veſter veniet & ſaluabit vos.Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures ſurdorum pate- bunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum. Similiter paſsionem Chriſti

Pſalm.88. Pſalm.84. Zacha.2. Amos.3. Hebræ.1. Hierony. Eſaiæ.9. Eſaiæ.3.

B clariſsimè vidit in ſpiritu, dum loquitur, Vidimus eum,& non erat aſpectus,verè languores noſtros ipſe tulit,&c.Idem de Dauid rege,& Daniele cæteriſq; prophetis poſſet oſtendi.Nec dubium quin Sa lomon tempore ſuæ illuminationis propheticæ,& alii reges iuſti veteris teſtamẽti,qui Chriſti futurũ nouerunt aduẽtum,ipſum videre atque audire optauerint,ſcilicet Aſa, Ioſaphat,Ioathan,Ezechias,Io ſias.De Abraham quoque ait Saluator,Exultauit vt videret diem meum,vidit & gauiſus eſt.

Eſaiæ.53.

¶Ad hæc rationabiliter reſpondetur,quod prędicta intelligenda ſint de viſu & auditu interiori coniũ- cto viſui atque auditui exteriori.Talis etenim viſus & auditus hominibus cõnaturalior eſt atq; iucũdi or,& deſiderabiliſsimũ iucũdiſsimſimq́; fuit taliter videre & audire vnigenitũ dei hominẽ factũ.Hinc in nube Balaam loquens clariſsimè de tempore Chriſti & eius myſteriis,inter cætera ait, Heu quis vi ctturus eſt,quando iſta faciet dominus?Et in Actibus Petrus Apoſtolus, Omnes, inquit,prophetæ à Samuele & deinceps annunciauerunt dies iſtos.Alias demũ duas poſui reſponſiones ad dubiũ iſtud ſu- per Matthæũ.¶Poſtremò,pro eo quod hic dicitur,Multi prophetæ & reges,&c.in Matthæo legitur, multi prophetæ & iuſti.Iuſti enim ſecũdũ Bedam ſunt reges mágni,quia tẽtationũ ſuarũ motibus nõ conſentiendo ſuccumbere,ſed regendo ac ſuperando præeſſe nouerunt. Ait autem & Origenes circa hæc verba,Saluator dicit plures prophetas & iuſtos prædicta optaſſe,nõ omnes,quia de Abraham di- citur,quia vidit diem Chriſti & lætatus eſt, quam viſionem non plures,ſed pauci attigerunt.Fuerũt au tem & alii prophetæ & iuſti nõ tanti vt viſionem Abrahæ & peritiam apoſtolorum attingerẽt,& hos

Matth.13. Ioánis.8.

dicit non vidiſſe,ſed optaſſe.[*Et ecce quidam legiſperitus*].i.doctus in lege.Magiſtri autem Iudæorum ma

C iores vocabantur ſcribę & legiſperiti.Vnde & apoſtolus ait, Zenam legiſperitum.[*Surrexit*]quaſi reue rentiam exhibens Chriſto docenti,quo prædicante auditores ſedere ſolebãt.Vel ſurrexit,vt à cunctis melius audiretur,vel vt auditores ad ſuũ aſpectũatq; pręconiũ incitaret. Fuit autẽ peritus in lege,lo- quendo de informi ſcientia,quę nõ eſt charitate & virtuoſa conuerſatione ornata,quibus ornatur bo norum ſcientia,propter quod vocatur formata.Rurſus peritus fuit peritia literali non intelligentia ſpi rituali.[*Tentans eum*].i.circũuenire & fallere cupiens.Dicit nanque Chryſoſtomus,Erant quidam verbo- ſi circũeuntes totã regionẽ Iudęorũ accuſantes chriſtũ,dicentes,q̃ pręcepta Moyſi inutilia diceret & noua induceret documẽta.Volens ergo legiſperitus ſeducere Chriſtũ,adeſt tentãs eũ & quęrẽs,[*Ma giſter.*]Magiſtrum vocat,cui⁹ inſtructioni ſubiici dedignatur.[*Quid faciendo vitam æternã poſsidebo?*] hoc eſt,quibus operibus promereri potero,& ſortiri beatitudinẽ,æternã?Sciebat itaq; q̃ non loquendo dũ taxat,ſed etiã operibus virtuoſis inſiſtendo obtineatur fęlicitas. Occaſionem huiuſmodi tentationis, & inquiſitionis,ſecundum Bedã,ſumpſit ex eo quod audiuit à Chriſto,Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.Rectéq; dixit,Poſsidebo,quia fęlicitas ſimul habetur, & nunquã amittitur,dicẽte Boetio, Aeternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul perfecta poſſeſsio. Et rurſus,Beatitudo eſt ſtatus

Titum.3. Deute.6.

omnium bonorum agregati one perfectus.[*At ille*]ſummus magiſter, cordium ſecretiſsima infallibi-

D liter intuẽs,[*Dixit ad illũ,In lege*]Moyſi[*Quid ſcriptũ eſt,quomodo legis?*]in libris Moſaicę legis.q.d.Nõ re ctã formã tenes in legẽdo,quia nõ imples quę legis & prędicas. Quidã equidẽ legũt,nec faciũt: quidã faciũt, & legere nequeũt:alii legũt & faciũt.Prętereà,qm̃ legiſperitus voluit Chriſto imponere,quod aliquid cõtra Moyſen ageret aut doceret,chriſtus ſua inquiſitione oſtẽdit oppoſitum. [*Ille reſpondens, dixit,Diliges dominum deum tuum,ex toto corde tuo*]hoc eſt,tota voluntate,ſeu toto voluntatis deſiderio & affectu.Itaque per cor deſignatur voluntas,quoniam ſicut cor eſt primum viuens, & cætera membra mouẽs:ſic volũtas per charitatẽ primo viuificatur,& cęteras animę mouet vires.[*Et ex tota anima tua*] hoc eſt,ſecundum potentias animales ac ſenſitiuas,vt ſenſus interiores & exteriores,appetitúſque ſen- ſitiuus tam concupiſcibilis quàm iraſcibilis,rationi ac legi diuinæ ſubdantur, atque ſecundum deum, & vt exigit eius dilectio,ad charitatiſq; profectũ expedit,refrenẽtur ac dirigantur: propter quod orat Pſalmiſta,Auerte oculos meos ne videant vanitatem.In Eccleſiaſtico quoq; docetur, Sepi aures tuas ſpinis,& noli audire linguam nequam. Iubemur ergo deum ex his viribus ſenſitiuis diligere,nõ quod potentiæ iſtæ organicæ deum ſimpliciſsimum habeãt pro obiecto, vel ad eius dilectionem directe ac immediatè pertingant,aut diuinæ dilectionis exiſtant ſubiecta, ſed quia taliter ſunt regẽdæ vt expedit ad charitatis adeptionem,conſeruationem,profectum,& conſummationem,pro quo adimplendo di- citur in Eccleſiaſtico,Domine pater & dominator vitæ meæ, excellentiam oculorum meorum ne de deris mihi,& omne deſiderium prauum auerte à me, Auferà me ventris concupiſcentias & concubi

Eccleſi.25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tus concupiſcentiæ ne apprehendant me.[*Et ex omnibus viribus ſuis.*]Iam de viribus per cor & animã deſignatis mentio facta eſt. Cur ergo nunc addit, & ex omnibus viribus tuis? Ad quod dupliciter reſpondetur. Primò, vt iſtud intelligatur de viribus reliquis, de quibus nõdum quid dictum eſt, quia & vires vegetatiuæ in actibus ſuis regendæ ſunt ratione ſecundum deum quantum fieri poteſt. Non enim totaliter rationi ſubduntur, ſed naturaliter operantur: attamen obiecta earum applicanda ſunt eis ſecundum rectæ rationis cenſuram, & quantum ad modum, locum, ac tempus actionis, rationi quodam modo ſubiiciuntur. Secundò, vt quod ait, ex omnibus viribus tuis, intelligatur quantum ad executionem & vſum virium in exterioribus operibus, quatenus etiam illa viriliter ad dei honorem cum diſcretione agantur, vt ait Apoſtolus, Rationabile obſequium veſtrum. [*Et ex omni mente tua*] id eſt, toto intellectu & intentione ne in intellectu ſit error, ſeu hæreſis, aut intentio charitati dei repugnans. E

Deute. 6

¶Porrò præceptum hoc ſcriptum eſt in Deuteronomio, vbi legitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

¶Circa quod quæritur, cum Moyſes non exprimat niſi tria, ex quibus totis amandus eſt deus, cur hic dicuntur quatuor eſſe ſcripta in lege? Ad quod reſpondetur, quod tria illa à Moyſe dicta includunt hæc quatuor, ideo quatuor iſta ſcripta ſunt ibi ſaltem virtualiter atque implicite, nẽpe quod dicitur hic ex omnibus viribus tuis, Moyſes per fortitudinem intellexit, totum autem cor frequenter intellectum & voluntatem comprehendit ac denotat, ſicut cum dicimus, Confitebor tibi domine in toto corde meo. F

Matth. 22.

¶Denique apud Matthæum ponuntur tria, cum dicitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua: vnde ibidem omittitur, ex tota fortitudine tua, ſeu ex omnibus viribus tuis, quod tamen per totam animam ſatis inſinuatur. Anima nanque dicitur totũ poteſtatiuum, quia plures continet vires.

¶Oportet ſcire quod præceptum iſtud tripliciter poteſt intelligi & exponi. Primò, quantum ad indeſinentem actum, vt ſcilicet cor, mẽs, anima, fortitudo, ſemper actualiter atque totaliter ferantur in deũ abſque admixtione mali contrarii: ſicque præceptum iſtud nõ impletur à viatoribus nobis in vita præſenti, ſed à beatis in patria. Vnde iuxta hunc ſenſum diligere deum toto corde, eſt eum diligere actuali amore inceſſanter in deum erecto ſecundum totum poſſe voluntatis, ſine admixtione omnis inordinati affectus charitatis minoratiui. Diligere autem deum ex tota mente, eſt deo per contemplationem indeſinenter, ſemper, actualiter, ſecundum extremum poſſe intendere, abſque admixtione omnis euagationis, erroris & deceptionis. Diligere vero deum ex tota anima, eſt ſecundum cæteras vires animales & ſenſitiuas eſſe ordinatum in deo, inceſſanter, completè: quod in beatis erit potiſsimum poſt reſurrectionem futuram, cum omnes ſenſuum interiorum & exteriorum, ſenſitiuique appetitus operationes ordinatiſsimæ erunt in deo, & ad dei conferent laudem, amorem & contemplationem. Diligere autẽ deum ex omnibus viribus, eſt omnem exteriorem actum habere promptiſsimum iugiter ad dei honorem & cultum atque imperium: quod totum non niſi in patria valet impleri, & implebitur non ſolum abſque difficultate, imò & cum indicibili iucunditate. In patria ergo impletur præceptum iſtud perfecte, in via imperfecte. Secundò exponitur hoc præceptum quantũ ad actum ſupererogationis, vt ſic deus diligatur toto corde, totaque mẽte, &c. quatenus dei intuitu & amore omnia deſpiciãtur, quæ voluntatem, intellectum, animam, & operationem ſeu vires impedire ſolent & poſſunt à dei amore & contemplatione in vita præſenti, vt ſunt diuitiæ, parentes, cognati, proles, voluntáque propria, ſicque præceptũ iſtud charitatis implere ad religioſos dinoſcitur pertinere. Tertiò exponitur quantum ad actum neceſsitatis, vt ſic corde, mente, anima, fortitudine deũ amemus, quatenus nil charitati diuinæ cõtrarium operemur aut appetamus. [*Et proximum tuum ſicut teipſum,*].i. vere, ordinate, ac ſpiritualiter, optando ei bona gratiæ in præſenti, & dona gloriæ in futuro, item ſicut teipſum. i. propter deum & ob ſẽlicitatem æternam, videlicet quia deus præcepit, & quia ad eius imaginem factus eſt proximus tuus, & quoniam deus eſt prima cauſa, ac ratio totius amabilitatis, ac puræ dilectionis, cum ipſe ſit prima, fõtalis, infinitáque bonitas. Rurſus, ſicut teipſum. i. perſeueranter vſque in finem, & nõ cõdeſcendẽdo ei in vitiis, ſicut nec tibi vis condeſcendi in eis. ſi tamen te vere ac ſpiritualiter diligis, non tamẽ oportet diligere proximum tam intenſe ſicut teipſum: vt, ſicut, dicat ſimilitudinem, non æqualitatem. Hoc autẽ præceptum ſumptum eſt ex eo quod in Leuitico ſcriptum eſt, Diliges amicum tuum ſicut teipſum: vbi ſeptuaginta trãſtuliſſe dicuntur, proximum tuum. Per proximum autem intelligitur omnis homo gratiæ & gloriæ capax: damnati verò, ex charitate amandi nõ ſunt, quia nec gratiæ nec gloriæ ſunt capaces. Omnem igitur hominem viatorem, quantumlibet aduerſantem, ex charitate ſicut noſipſos diligere obligamur. Dicit autem Baſilius, Quis non nouit, quoniam manſuetum & communicatiuum animal eſt homo, non ſolitarium & ſyueſtre? Nihil enim tam proprium eſt noſtræ naturæ, ſicut ad inuicem communicare & mutuo indigere, & cognatum amare. Quorum ergo perueniens dominus nobis tradidit ſemina, horum conſequenter & fructus requirit. [*Dixitque illi,*] ſcilicet legiſperito dominus Ieſus, [*Recte reſpondiſti*] quia veraciter ſcriptum eſt, quod ſcriptũ allegas, [*Hoc fac*].i. hæc duo charitatis præcepta adimple, [*Et viues*] vita gratiæ in exilio, & vita gloriæ in regno: ſicq; ſoluta eſt quæſtio, qua quærebat, quid faciendo vitam æternã poſſidebo? ex qua chriſti reſponſione oſtendit Origenes hæreticã prauitatẽ Valentini & Marcionis atq; Baſilidis. [*Ille autem volens iuſtificare ſeipſum*].i. iuſtũ mõſtrare, & ſuam eminentiã oſtentare, cum tamen in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit, Nõ te iuſtifices ante deum. Iob quoque ait, Quid eſt homo vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat natus de muliere? [*Ait, Et quis eſt meus proximus?*] Hoc rurſus quæſiuit vt caperet chriſtum in ſua reſpõſione. Aduertit enim, vt apparet, quemadmodũ chriſtus doceret etiã inimicos eſſe diligẽdos, quod iſte putauit eſſe cõtra Moyſi legem, quia Iudæi quãplurimi per proximũ nõ intelligebant niſi Iudæũ, & cæteros reputabant alienos. Hinc interrogauit, quis eſt meus proximus? vt ſi Chriſtus diceret, quilibet homo vitæ præſentis probaret eũ legis ad

Leui. 19.

Baſilius.

Origenes. Eccleſi. 7. Iob. 15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uersarium: si vero diceret, quicunque Iudæus, probaret se iustũ, dicendo, omnem amo Iudęum. Sed vt
Salomon loquitur, fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Vnde & Chriſtus ſapiẽtiſsimus ſic re Prouer. 1.
ſpondet, quod inſidiatorem propria rurſus reſponſione concludit, proponens parabolam. [*Suſpiciens autem Ieſus,*] ſurſum aſpiciens, ſeu late & alte oculos circunducens, ad inſinuandum, quod de re magna eſ-
ſet loquuturus, at que compatiens communi humani generis calamitati, dixit, [*Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones.*] Senſus ſuperficialiter literalis difficultatem non habet, &
quod hic quaſi parabola dicitur, potuit eſſe res geſta, quia (vt dicit Baſilius) Hieruſalẽ in cacumine ſita Baſilius.
eſt: Hiericho autem deorſum, inter quas vrbes fuit deſertum, in quo latrones conſueuerunt quoſdam
occidere. ¶ Porrò iuxta intelligentiam ſpiritualem, per hominem hunc intelligitur primus noſter pa-
rens Adam, ſeu genus humanum, ſiue quilibet homo poſt innocentiam baptiſmalem atque iuſtitiam
ad iniquitates prolapſus. Talis ergo deſcendit, id eſt, peccãdo ſpiritualiter deorſum collapſus eſt, à Hie
ruſalem, hoc eſt paradiſo terreſtri, in quo Adam realiter fuit: vel à cæleſti Hieruſalem, ſeu regno cælo-
rum, in quo per ſpem & meritum eſt omnis iuſtus viator, cum & Apoſtolus dicat, Noſtra conuerſa- Philip. 3.
tio in cælis eſt: vel à tranquillitate interna, & contemplatione pacis mentalis. Cum enim Hieruſalem
interpretetur viſio pacis: per eam hęc tria ſignantur, videlicet paradiſus terreſtris, qui eſt locus quietis,
B in quo fuit viſio pacis ſupernæ, quamuis non tam clara ſicut in patria, imò viſio ſeu contemplatio, quæ
fuit in Adam ante peccatum, & modo in paradiſo eſt in Helia, habet ſe medio modo inter contempla-
tionem patriæ, & contemplationem communem deuotorum in iſto exilio. Item per Hieruſalem figu-
ratur regnum cæleſte, in quo eſt beatifica viſio pacis æternæ, quæ omnem ſenſum exuperat: ipſa quo-
que mentalis tranquillitas animæ viatricis in deo pacatæ, ac dulciter ſtabilitæ per Hieruſalem denota-
tur. Inſuper ſicut omnes in Adam eramus atque cecidimus, ſic omnes in ipſo in paradiſo terreſtri exti-
timus, & in ipſo inde expulſi elapſique ſumus Per Hiericho vero hic mundus inſtabilis, ſeu vitæ præ-
ſentis mortalitas, & defectus intelliguntur. Hiericho quippe interpretatur luna, per quam in ſcripturis
defectus exprimitur, inſtabilitas, inſipientia atque mortalitas, propter iugem lunæ variationem, creſcẽ
tiam atque decreſcentiam. Vnde in Eccleſiaſtico ſcribitur, Stultus mutatur vt luna, & ſicut luna à ſole Eccleſ. 27.
deficit in ſplendore, ſic ſtatus vitæ huius mortalis à ſtatu paradiſi, ac immortalitatis. Itaque homo iſte Sapien. 2.
peccando incidit in latrones, id eſt, in dæmonum acies, qui animarum iugiter quærunt vitam ſpiritualẽ
occidere. Nam & inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Et diabolus homicida ab initio fuit
vt Chriſtus apud Ioannem fatetur. [*Qui etiam deſpoliauerunt eum,*] hoc eſt, donis gratiæ ac virtutum ſpiri- Ioãnis. 8.
tualiter nudauerunt, quia dum hominem per tentamenta ad peccatum mortale perducunt, donis ac vir
tutibus, quæ ſunt animę veſtes ac ornamenta eum mox priuant, ipſúmque Adam originali nudauerũt
iuſtitia, atque multiplici virtutum ornatu, de quibus in Eſaia ait eccleſia, loquens de ſponſo cæleſti, In Eſaiæ. 61.
C duit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me. His indumentis animæ noſtrę in ba
ptiſmo fuerunt indutæ, quæ peccando amiſimus, ſed per pœnitentiam & cætera ſacramenta ea recupe
rare valemus, de quibus etiam veſtimentis in Apocalypſi loquitur Chriſtus, Qui non inquinauerunt Apoca. 3.
veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis. [*Et plagis impoſitis abierunt*] id eſt cum hominem multiplici
ter vulneraſſent in anima, ad horam ceſſauerunt ab eius læſione. Vel, abierũt, inſidias abſcõdendo. Spe
cialiter autem incurrit genus humanum quatuor vulnera animę ex originali peccato, videlicet malitiã,
id eſt pronitatem ad mala in voluntate, ignorantiam in intellectu, infirmitatem in vi iraſcibili, concupi
ſcentiam in concupiſcibili. [*Semiuiuo relicto.*] quia licet per peccatum mortale vita gratiæ & charitatis
totaliter auferantur, manet tamen in homine liberum arbitrium, quo poteſt reſurgere durante hac vita,
ſeu aptitudo ad pœnitendum, ita vt radicaliter, ſeu potentialiter maneat vita ſpiritualis in anima. Rur-
ſus, quamuis peccata dona naturæ inficiant, non tamen totaliter deſtruunt ea: vnde & vita gratiæ defi-
ciente, manet vita naturæ. [*Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo eo præteriit.*]
Per ſacerdotem iſtum intelligitur Aaron, vel chorus ſacerdotum legalium, qui eadẽ via deſcẽdit, quia
per originale peccatum venit in mundum, & cognita generis humani ſeu Adæ vulneratione, ſeu deſti-
tutione, qua gloriã beatitudinis fuit priuatus, pertranſiit, quia liberare & ſaluare nequiuit, quemadmo-
dum in epiſtola ad Hebræos copiosè probat Apoſtolus. & ad Galatas ait, Si ex lege eſſet iuſtitia, ergo Hebræ. 7.
D Chriſtus gratis mortuus eſt. [*Similiter & Leuita cum eſſet ſecus locum & videret eum,*] ſcilicet hominem ſe- Galat. 2.
mimortuum, [*Pertranſiit.*] Per Leuitam exprimitur Moyſes frater Aaron Leuites, ſeu chorus miniſtro
rum templi aut prophetarum, qui cum eſſet in mundo hoc viuens, & genus humanum intelligeret ſau
ciatum, ſaluare illud non potuit, imò pertranſiit, & moriendo ad lymbum inferni deuenit. [*Samarita
nus autem quidam iter faciens.*] Per Samaritanum, ob nominis interpretationem, Chriſtus deſignat ſeip-
ſum, quoniam Samaritanus cuſtos interpretatur, quod competit Chriſto, iuxta illud Pſalmi, Ecce non
dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſraël. Et rurſus, Cuſtodiens paruulos dominus. Cui dicitur Pſal. 120.
apud Iob, Quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Chriſtus itaque iter fecit in ſeculo iſto: iuxta illud Pſal. 114.
Ioannis, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Baruch quoque, Poſt hæc in terris viſus eſt Iob. 7.
& cum hominibus conuerſatus eſt. [*Venit ſecus eum,*] id eſt, humano generi clementiſsimè ſe coniun- Ioan. 1.
xit, & illud ſicut medicus languidum viſitauit, quemadmodum loquitur patri in Pſalmo, Holocau- Baruch. 3.
ſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi ecce venio. Et per Zachariam, Gaude & lætare filia Siõ
quia ecce venio, & habitabo in medio tui. [*Et videns eum*] oculo corporali ac intellectuali, [*Miſericor-* Pſal. 39.
dia motus eſt,] ſecundum illud Threnorum, Miſericordiæ domini quia non ſumus cõſumptũ. imò quo Zacha. 2.
Chriſtus nos magis dilexit, eo noſtris miſeriis tam pœnalibus quam culpabilibus magis condoluit.
Quod ſemper penſare debemus, ſicut Eſaias ait, Miſerationum domini recordabor, ſuper omnibus
quæ largitus eſt nobis ſecundum indulgentiam ſuam. [*Et approprians*] hoc eſt generi humano ſe medici-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hebræo.2. naliter, ac proportionabiliter applicans, dicente Apostolo, Christus exinaniuit seipsum, formam serui E
accipiens, atque in similitudine carnis peccati apparens. Debuit quippe per omnia fratribus assimilari, qui secundum suam diuinitatem distat ab hominibus infinitè, non loco, sed perfectionis excessu ac dissimilitudine. [*Alligauit vulnera eius*,] id est, per infusionem charitatis & gratiæ, aliorum quoq;
Actu.2. habituum fortium, scilicet virtutum & donorum, vires animæ vulneratas à peccatis retraxit, cohibuit & curauit: potissimũ in baptismo. Propter quod in Actis loquitur Petrus, Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti.
¶ Præterea Christus per suam passionem saluificam vulnera ista alligauit atque curauit, in quãtum passio sua fuit satisfactoria pro totius mundi peccatis, & meritoria gratiæ omnibus nobis. Idcirco apud Esaiam scriptum est, Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Itémque Petrus ait, Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Sed & tota Christi prædicatio, conuersatio, miraculosa operatio, medela fuit vitiorum nostrorum. [*Infundens oleum*] id est, spiritus sancti vnctionẽ & consolationem, piámque infirmationem, [*Et vinum,*] hoc est cõfortationem & exhortationem feruentem ad bona seu iustitiam, increpationem propter peccata. Nam & Petro loquutus est, Vade retro me satana. Hinc per Esaiam christus testatur de patre, Ad annunciandum mansuetis misit me, vt darẽ lugẽtibus coronã pro cinere, oleum pro luctu. Et sponsa fatetur in Canticis, introduxit me rex in cellam vinariam. ¶ Deniq; sicut Christus primo dicitur oleum infudisse & postea vinum: sic prælati & F
omnes exhortatores primo debẽt pie & charitatiue corripere, siue instruere deliquẽtes: deinde si opus fuerit, rigorem iustitiæ admiscere. Hinc ad Galatas scribit Apostolus, Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Ait quoque Bernardus, Sẽper punire est crudelitatis, semper parcere pusillanimitatis: nec hoc, nec illud æquitatis. Opus est ergo discretione, vt sciatur quando hoc & quando illud agendum, & qualiter sit contemperandũ vtrunque. Præterea varii assignantur, detestabiles, miserrimique effectus peccati, qui in verbis Christi præinductis tanguntur. Primò enim per peccatum exhæredamur à regno cælesti, quod est terra viuẽtium, quod notatur quum dicitur, descendebat à Hierusalem. Secundò, per peccatum captiuamur sub defectu multiplici, & mente instabiles, exulésque efficimur, quod notatur cum ait, in Hierico. Tertiò, per peccatum subiicimur seruituti peccati atque diaboli, quia & Petrus apostolus contesta tur, A quo quis victus est, huius seruus est. Vnde Paulus hortatur, Nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore. hoc notatur cum dicitur, Incidit in latrones. Quartò per peccatum spoliamur donis gratuitis, ideo ait, despoliauerunt eum. Quintò, per pecccatum vulneramur in naturalibus, vnde dicitur, plagis impositis. Sexto, per peccatũ mortificãtur præcedentia opera nostra meritoria, præmióque priuamur, hinc dicitur, semiuiuo relicto. [*Et imponẽs in iumẽtum fuum*] hoc est, corpori suo nos iungens, sicut capiti membra iunguntur, atque in suo corpore nostra scelera luẽs, iuxta illud Esaiæ, Do G
Psalm.72. minus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Itaque per iumentum Christi corpus eius dignissimum explicatur, quod rite iumẽtum vocatur, nõ ob bestialem vilitatem, sed ob obediẽtiam, subiectionem, & seruitutem prõptissimã, qua in omnibus animæ Christi promptissimè paruit ac seruiuit. Hinc & vir obediens loquitur deo, Vt iumentum factus sum apud te. [*Duxit in stabulũ*] hoc est, ecclesiæ suæ
Ioãnis.10. ipsum incorporauit. Ecclesia nempe est Christi ouile, in quo ipse suos fideles multiplici reficit pabulo spirituali, de quo stabulo ait in Ioanne, Fiet vnus pastor & vnum ouile, in quo etiam corpore & sanguine Christi reficimur. Præterea potius ait stabulum quam domum, vt præsentis vitæ fœtores atque miserias attendamus, & in seculo isto tanquã in exilio lugeamus, ad patriã iugiter festinãtes, quemadmodũ ad Hebræos ait apostolus, Non habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus. [*Et*
Hebræ.13. *curam illius egit*] Christus nanq; quãdiu conuersabatur in seculo isto, diligentissimè pro salute humani generis exor auit, & tẽpore, quo prædicauit, nónne variis modis tanquam aptissimus medicus animarum homines curauit saluare prædicando, miracula faciendo, discipulos suos ad prædicãdum & ad miracula peragenda mittendo, varia gratiarum charismata tribuendo? Quamuis enim (vt Sapiens habet) cura sit deo de omnibus, maximè tamen de rationabilibus creaturis. [*Et altera die,*] hoc est, tempore suam passionem sequente, videlicet post resurrectionem. In scripturis enim sẽpissimè dies pro tempore ponitur, maximè in prophetis, vt cum loquitur Esaias, In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria. Et Iohel, In illa (inquit) die stillabunt montes dulcedinem. [*Protulit duos denarios*] id est, no H
Iohelis.3. ui ac veteris testamenti notitiam, [*Et dedit stabulario,*] id est, choro apostolorum, seu primitiuæ ecclesiæ,
Actuũ.2. cui post resurrectionem, præsertim in die pentecostes, infudit omnium notitiam scripturarum, per
Ioãnis.16. infusionem spiritus sancti, quẽadmodũ passione instante promisit apostolus Ioannes loquens, Quum
Actuũ.1. venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Sed & per quadraginta dies, quibus post
Matth.28. resurrectionem vsque ad ascensionem apparebat discipulis successiue, docuit, & euangelicæ legis declarauit eis mysteria. [*Et ait, Curam illius habe.*] Præcepit enim apostolis, vt totum genus humanum soli-
Ioãnis.21. cite erudirent. Vnde in Matthæo loquitur eis, Euntes docete omnes gentes. Petro quoq; ante ascen-
Proue.27. sionem specialiter dixit, Pasce oues meas. Cum omni nempe diligentia prælati ecclesiæ gregibus sibi commissis debent verbo & factis virtuosè præesse. Hinc in Prouerbiis Salomon ait, Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Etenim quãtò nobilior est anima rationalis omni irrationali creatura, tãtò est diligentius custodienda, docenda & perficiẽda, [*Et quodcunque supererogaueris*] hoc est, vltra debitum feceris, seu de tua industria atque labore addideris, cooperando gratiæ meæ & pro aliorum conuersione fideliss imè desudando. Sed vtinam pastores & prædicatores iam debitum suum exoluerent: imò proh dolor, stipẽdia larga accipiunt, & plebẽ nõ instruunt, seu cõdigne non a lunt, vita exẽplari atque doctrina: quib⁹ per Ezechielẽ deus improperat, Lac comedebatis & lana o-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A periebamini, gregem autem meum non pauistis. Quod cõtra in Ecclesiastico omni aliorum refectori saluberrime dicitur, Rectorem te posuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera. [*Ego quum rediero*] ad iudicium generale, corporaliter descendendo secundũ naturam assumptam: vel ad iudicium particulare, quod fit in mortibus singulorũ, vbi Christus reuertitur non locum mutando, sed per retributionem visitando. Vnde ait, Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et item, Beatus ille seruus, quem quum venerit dominus eius, & pulsaue rit ianuam, inuenerit vigilantem. [*Reddam tibi,*] id est, condignam dabo mercedem. Hinc in Apocalypsi ait, Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, dare vnicuique iuxta opera sua. Consequenter Christus quærit à legisperito non quasi ignorans, sed instruere illum volens, [*Quis horum trium,*] videlicet, an sacerdos, an leuita, an Samaritanus, [*Videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum,*] hoc est, ita vt dictum est, ei subuenit. Ille enim magis quam alii duo pro ximus promeruit appellari ratione beneficii tanti. Prẽterea contuẽdum quod multipliciter dicitur ho mo proximus alteri. Primò, ratione cognationis, sicut in Psalmo, Amici mei & proximi mei. Secundò causa religionis eiusdem, vt omnes Christiani. Tertiò, ratione pietatis & beneficii, & ita nunc potis-simum proximus appellatur: sicque Ambrosius asserit, Non cognatio facit proximum, sed misericor-

B dia. Quartò, ob conformitatem naturæ. Sic omnes homines sibi inuicem proximi nuncupantur: iuxta illud, Omne animal ad sibi simile coniungetur. [*Et ait illi Iesus, Vade*] spiritualiter proficiendo, & legem Moysi veraciter intelligendo, [*Et fac similiter,*] hoc est, non verbis, sed veritate & opere charitatiuo ac pio, ostende te proximum non solis Iudæis, sed omni homini viatori egenti, si casus euenerit, vt aliquis tibi occurrat tua indigens ope. Denique Augustinus primo libro de doctrina Christiana affirmat, Ex his intelligimus illum esse proximum nostrum, cui officium pietatis est exhibendum si egeat, & etiam illum à quo nobis impendendum est pietatis officium, seu beneficium pium. Proximi etenim nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. Nemo autem exceptus est, cui sit beneficium pietatis denegandũ, Christo dicente, Benefacite his qui oderunt vos. Vnde manifestum est hoc præcepto quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos angelos contineri, à quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia, quia & ipse dominus noster Iesus Christus proximum nostrum dici se voluit, significans se subuenisse semiuiuo iacenti in via.

Matth.24. Psal.37. Eccle.13. Matth.5.

¶ Declaratio residuæ partis huius capitis, scilicet, [*Intrauit Iesus in quoddam castellum.*] Articulus XXVIII.

C Q Vicquid Christus gesit in corpore mysteriis plenum est, & nostræ cõuersationis informatiuum. Et quoniam christus venit tam actiuæ quàm cõtemplatiuę vitæ instituta docere, nũc factum quoddam ipsius describitur, in quo breui eloquio vtriusque vitę distinctionẽ ostendit. Lucas tamen hoc loco ordinem historiæ non obseruat, [*Factum est autem dum irent*] Iesus & eius discipuli, de loco ad locum, ad plurimorum instructionem. [*Et ipse intrauit in quoddam castellum.*] Circa quod Beda, Huius (inquit) castelli nomen Lucas hic tacet, sed Ioannes exprimit, vocans ipsum Bethaniam. Sic enim ait, Erat quidam languens Lazarus à Bethania de castello Marię & Marthę. ex quibus apparet, quod ipsa Bethania, quæ fuit villa, vocetur castellum. Vnde & infra legitur, quod duo ex discipulis ibant in castellum, cui nomen Emaus, pro quo Marcus scribit, quod ibant in villam. Deniq; quod in Matthæo ait Saluator duobus discipulis, Ite in castellũ quod contra vos est, de ipsa vrbe Hierusalem solet exponi. Castellum tamen proprie dicitur paruum castrum. Fuit autem in Bethania castrum Mariæ & Marthę ac Lazari, quod forsan interdum comparatiue loquendo nominatur castellũ, & sicut frequenter totũ à sua parte nomen sortitur, sic forte villa Bethania ratione castri siue castelli in ea contenti appellatur castellum. [*Et mulier quædam Martha nomine,*] quam aliqui putant fuisse illam quam Christus à sanguinis curauit profluuio, cuius oppositum supra satis probatum est, [*Excepit illum in domum suam.*] Ipsa quippe specialis extitit hospita christi. ppter quod (sicut in eius legẽda habetur) post Christi ascensionem consucuit Christum sub nomine hospitis inuocare. Itaque cum grandi reuerentia & charitatis feruore accepit Christum in sua domo, quæ fuit castellum seu castrum. Nobi-

D lis enim fuit & opulenta, & sicut in Ioanne scriptum est, Iesus diligebat Mariam, Martham, & Lazarum. [*Et huic erat soror nomine Maria,*] scilicet Magdalena, de qua in Marco fertur, Surgens Iesus mane prima sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dęmonia. [*Quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius,*] in quibus verbis insinuatur eius humilitas ac diligentia, quia ad pedes Christi humiliter se locauit & auidissime intenta fuit prædicationi ipsius. Quo autem humilius sedit diligentiusque aduertit, eo plus spirituales hausit profectus, & riuos doctrinæ ex fonte sapientiæ sumpsit. Christus quippe est fons sapientiæ: iuxta illud Ecclesiastici, Fons sapientiæ verbũ dei in excelsis. Deus quoque hominibus dat gratiam. Præterea, sicut ait Basilius, Omnis operatio atque loquutio Saluatoris regula est virtutis ac pietatis. Ob hoc enim induit corpus nostrum, vt nos conuersationem ipsius imitemur pro posse. Suo ergo exemplo docuit discipulos, omnésque prædicatores, & ad aliorum exhortationem idoneos, qualiter habere se debent in domibus hospitantiũ eos, vt scilicet susceptí non statim resupini quiescant, sed susceptores suos cohortationibus repleant sacris, vnde & reuerenter ac charitatiue sunt suscipiendi. Primò, quoniam hospitatores eorum ędificabũtur salutaribus documentis. Secundò, quoniã charitatis adipiscentur mercedem. [*Martha autem satagebat,*] hoc est, satis agebat, occupatáque fuit seu laborabat, [*Circa frequens ministerium*] .i. circa corporalis refectionis quotidie necessariæ prę parationẽ & exhibitionẽ, [*Quæ fiebat,*] ab obsequio & discursu mo-

Ioann. 11. Marci.16. Ioãnis. 11. Lucę.24. Marci.16. Matth. 21. Matth.9. Lucæ.8. Eccles.1. 1.Petri.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dice ceſſans, vt Chriſtum reuerẽtialiter alloqueretur, & eius præſtolaretur reſponſum. [*Et ait, Domine non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?*] Hoc videbatur irrationabile Marthę, quia apparuit ei, quod ob Chriſti honorabilitatẽ, aliorúmque hoſpitũ multitudinẽ, Maria meritò adiuuiſſet. Itaque interrogauit, Domine, non eſt tibi curæ, non quaſi Chriſtũ reprehendens, quod Mariæ nõ dixerat, Adiuua ſororem tuam: ſed quaſi admirans de hoc, ideo addidit, [*Dic ergo illi, vt me adiuuet,*] quia ad literam multa erant agenda in tot hoſpitum cibatione. Et quod Martha dicit ſe ſolam miniſtrare, non eſt intelligendum, quod nulla fœmina adiuuerit eam, habuit enim ancillam iuuantem vnam aut plures vt reor, ſed ſolam ſe adſerit miniſtrare per excluſionem ſuæ ſororis, ad quã miniſtratio illa æq; pertinuit, ſecundum Marthæ opinionẽ. [*Et reſpondens, dixit illi dominus*] Ieſus Chriſtus, qui ad reſpondẽ-
1. Corin. 1. dum ſapienter, deliberatione, inquiſitione, ſtudio non egebat, quoniam ſapientia plenus, imò & ipſa
Ioann. 1. ſapientia, deſque patris vnicum verbum fuit, [*Martha, Martha.*] Bis nominat propter diligentiorẽ eius prouocationem ad aduertendum, & item in ſignum dilectionis ſuæ ad eam, quam elegit in hoſpitam ſui, ac diſcipulorum ſuorum. [*Solicita es, & turbaris erga plurima,*] id eſt, circa hęc temporalia adminiſtrãda, & circa corporalia alimenta, & circa corpora reficienda: quæ occupatio quamuis fuerit bona, & actus prudentiæ, ac miſericordiæ & liberalitatis, ex charitate imperialiter procedens, nihilominus ſtabilitatem & pacem mentis in deo frequenter diminuit, interrupit ac impediuit. Pluribus nempe intendens animus ſingulis, non æque perfecte valet intendere vni, quia & virtus vnita eſt fortior quam diſperſa. [*Porro vnum eſt neceſſarium.*] hoc vnum quod præ cęteris neceſſarium dicitur, poteſt dici ipſa felicitas patriæ, ſeu deus omnipotens, obiectum & dator beatitudinis huius, vel contemplatio, ſeu dilectio dei in vita hac, ſeu pax mentis in deo, aut vnio cordis cum eo, ſeu deo debite deſeruire, & ſaluti propriæ prouidere. Quamuis autem ad obtinendam ſalutem, multa ſint neceſſaria, ſcilicet fides, ſpes, charitas, ſacramenta, impletio præceptorũ, vnum tamen neceſſarium dicitur antonomaſtice, quia
Pſalm. 72. prę cæteris neceſſarium extat, vel neceſsitate finis, & propter ſe atque ſimpliciter: aliavero per reſpectum ad finẽ, & propter eius adeptionẽ. [*Maria optimam partem elegit,*] videlicet deo vacare: iuxta illud pſalmi, Mihi autem adhęrere deo bonum eſt. deum diligere, mente quieta contẽplatiuã ducere vitã, & ipſum incommutabile bonũ quærere ac habere: de quo in Threnis ſcriptũ eſt, Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Hanc digniſsimam partem elegit Maria, terrenis contẽptis & corporalibus occupationibus tanquam minus bonis, maioríſque boni impeditiuis relictis. [*Quæ non auferetur ab ea,*] quoniam pars hęc incipit in hac vita, & continuatur, ac perpetuatur in patria: perficitur quoq; in ea, quoniam contẽplatio vię per fidẽ eſt quędam inchoatio contẽplationis beatorũ per
1. Cori. 13. ſpeciem: propter quod ait Apoſtolus, Nunc cognoſco ex parte, tunc autẽ cognoſcã ſicut & cognitus ſum. Et, Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Itaque Chriſtus Martham de ſuo deuoto & charitatiuo obſequio non reprehendit, ſed partem Mariæ præponit, quoniã exercitia vitæ contemplatiuæ præclariora ſunt exercitiis vitæ actiuæ. Veruntamen de hoc videtur Martha aliqualiter reprehenſa, quod ſororem ſuã voluit à ſpirituali actu vitæ cõtemplatiuę abſtrahere, vt corporalibus occuparetur, quum tamen neceſſarium non fuiſſet, & quia Mariam putauit negligenter ſe habuiſſe, non impendendo auxilium in corporali obſequio. Denique circa illud, Solicita es, & turbaris erga plurima, dicunt cyrillus & Baſilius, Quum aliqui ſuſceperint alios hoſpitio, non ſolicitentur circa multum obſequium, præparando diuerſa & delicata cibaria, nec poſcant quæ præ manibus non ſunt, & neceſsitatem excedunt. Grauat enim paſsim in qualibet re quod ſuperfluit. Hoſpitantibus nãque generat tædium, conuiuis autem videtur quod ſint aliis cauſa laboris. ¶ Sed quoniam ſenſus literalis planus eſt ſatis, tangendus eſt myſticus intellectus: iuxta quem per Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ, deſignatur cor bonam conſcientiam habens, eo quod diuinis obediuit præceptis: ideo Chriſtus illud libenter ingreditur per gratię augmentatiõnẽ, tanquam charũ, familiaréque ſibi. Porrò per Martham anima vitæ actiuæ exercitiis dedita explicatur, quæ Chriſtum in ſua recipit domo, hoc eſt, in arcanis cõſcientiæ ſuæ, cuius ſoror Maria, hoc eſt, quæcunque anima illi vt ſoror dilecta, contemplatiuæ vitę inſiſtẽs, ſedẽs ſecus pedes Ieſu, id eſt, ei humiliter ſe ſupponit, eiúſque humilitatem perpendit, ac veſtigia imitatur: iuxta illud Threnorum, Sedebit ſolitarius & tacebit, quia le-
Pſalm. 84. uabit ſe ſuper ſe: & audit verbum illius, aſſerens cum Pſalmiſta, Audiã quid loquatur in me dominus
Eccle. 38. deus. Anima quippe quieſcendo fit prudens, & diuinã inſpirationẽ ſuſcipit ac aduertlt. Propter quod in Eccleſiaſtico habetur, Qui minoratur actu ſapientiam percipiet. Præterea in quiete huiuſmodi audit verba diuina aure mentali, illis obediẽdo, quæ legit aut meditatur. Martha autẽ ſatagebat circa frequens miniſterium. Hoc competit his, qui operibus miſericordiæ & cęteris exterioribus virtutũ actibus corporalibus occupantur. Et ſicut Martha conqueſta eſt Chriſto dicẽs, Domine, nõ eſt tibi curę, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare: ſic interdũ perſonæ deuotæ, quę operibus vitę actiuæ intendere cõpelluntur, & contemplatiuã vitam magis deſiderant, conquerũtur Chriſto, ſeu eius prę-
latis, quod ipſę præ cæteris ſibi ſtatu, gradu, ſeu profeſsione ſimilibus in exterioribus ſeruire cogũtur. Et ſicut ait ſanctus Bernardus, Beata eſt cõgregatio, vbi Martha taliter cõqueritur de Maria. Sed heu
Nume. 21. iam multi inſtar perfidorũ filiorũ Iſraël cęleſtem nauſeantium panem, etiam Aegyptias, id eſt, mundanas conſolationes aſpirant, quibus contemplatiuæ vitę non ſapit refectio. Quemadmodũ vero Chriſtus Martham inſtruxit, ne Mariã ad exteriora ab cõtemplationis exercitiis euocaret: ſic præfati ſunt inſtruendi, ne abſque neceſsitate aut euidenti vtilitate poſtulent aliquem à contemplatiuæ vitæ actibus abſtrahi. ¶ Circa hunc locum euangelicum multa poſſent de vita contemplatiua & actiua, earúmque diſtinctione induci, & quæ ſit dignior inueſtigari, de quibus ſpecialem tractatum compoſui, & breuiter tangi poteſt, quod abſolute loquendo vita contemplatiua ſit dignior quam actiua, ſi in vi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ta actiua ſolum penſetur quod eſt vitę actiuę. Ad quod Ariſtoteles decimo Ethicorum octo pulchras atque ſubtiles rationes adducit. Prima eſt, quoniam vita contemplatiua competit homini ſecundum digniſsimam ſuam potentiam, ſcilicet intellectum ſpeculatiuum, & quo ad digniora obiecta, qua circa diuina verſatur: vita vero actiua competit homini ſecundum practicum intellectum, & circa exteriora, ac ſenſibilia occupatur obiecta. Secunda eſt, quia vita contemplatiua ex ſua natura eſt magis cõtinua. Tertia, quia eſt delectabilior pura delectatione. Quarta, quia eſt ſibi in ſe magis ſufficiens. Quinta, quoniam magis quæritur propter ſeipſam, imò actiua ordinatur ad ipſam. Sexta, quia in vacatione & quiete conſiſtit, actiua autem in labore & motu. Septima, quia eſt magis diuina. Octaua, quoniã competit homini per id quo à beſtiis ſeparatur. Actiua vero competit ei etiam ſecundum vires animæ inferiores. Nihilominus vita actiua præfertur contemplatiuæ ſecundum quid, puta in caſu propter bonum commune, & neceſsitatem ac vtilitatem vitæ præſentis.

¶ Præterea præter rationes prætactas ſunt aliæ, cur contemplatiua vita eſt dignior, quarum vnam tangit Saluator, quia videlicet vita contemplatiua non aufertur homini per mortem, ſicut actiua. Contemplatiua quoque magis propinquat beatitudini patriæ, & eſt magis ſupernaturalis, quam vita actiua. Veruntamen intuendum, quod duplicia ſunt vitæ actiuæ opera. Quædam ſunt omnino corporalia, vt exteriora miſericordiæ opera, quæ & corporalia appellantur, de quibus certum eſt, quod vita
B contemplatiua præferenda ſit ipſis. Alia ſunt opera vitæ actiuæ, quæ ſi idoneè fieri debeant, contemplatiuæ vitæ perfectionem quandam præexigunt, vt ſunt prędicare, in ſpiritualibus pręeſſe, ſcripturas interpretari, publicas pro aliis preces effundere, & cætera, de quibus aliqui opinantur, quod contemplatiuæ pręferenda ſint vitæ, quia vtriuſque vitæ perfectionem videntur includere. vnde & decimo nono de ciuitate dei Auguſtinus diſtinguit triplicem vitam, videlicet otioſam, hoc eſt, contemplatiuã: negotioſam, id eſt, actiuam: & ex vtraque temperatam. ¶ Denique Euangelium iſtud in Aſſumptione beatiſsimæ virginis legitur. Primò, quoniam feſtiuitas illa aliud ſpeciale non habet Euangelium. Secundò, quia vtriuſque vitæ perfectio in ea reſplenduit, quoniam humanitati filii ſui corporaliter deſeruiuit, & eius diuinitatem ſpiritualiter contẽplabatur lucidius cæteris. Tertiò, quoniam myſtica, ſeu allegorica expoſitio huius Euangelii et præcipue competit. Ipſa enim inuictiſsima virgo fortiſsima mulierum, fuit caſtellum quod ingreſſus eſt Chriſtus, quando deſcendit de cælo, & incarnatus eſt in vtero eius, aſſumens ex puriſsimo ſanguine eius corpus humanum. Quemadmodum autem caſtellum debet eſſe alte ſitum, muro clauſum, foſſato circundatum, turre leuatum, armis & alimentis prouiſum, aquis quoque munitum: ſic benedicta virgo Maria fuit per vitæ eminentiam alte ſita, imò in Lucæ.1.
ſtatu altiſsimo poſita, vtpote in ſtatu maternitatis dei, ita quod fuit & eſt comparentalis deo patri, eundem cum illo filium habens. Fuit quoque muro clauſa, id eſt, firmiſsima virginea caſtitate ornata, itémque humilitate quaſi foſſato profundata, & charitatis feruore velut turre erecta, cunctis virtuti-
C bus tanquam armis firmata, ſpiritualibus alimentis & gratiarum fluentis repleta. Hæc glorioſa virgo Maria vocatur Martha, inquantum actiuæ vitæ perfectionem poſſedit, ſicque Martha excepit Chriſtum in domum ſuam, quia in vtero ſuo: nec dubium quin ipſa multo humilius ſedit ad pedes filii ſui dum prædicaret, eius quoque prædicationem affectuoſius, diligentiúſque audiuit, quam Maria Magdalena, vnde & ipſa optimam partem perfectiſsime prælegit. Prælatis vero atque doctoribus aliorũ competit vtriuſque vitæ exercitia ordinate proſequi & habere. ¶ Poſtremò ſecundum Auguſtinum, quod Martha accepit Chriſtum in domum ſuam, deſignat eccleſiam, quæ nunc accipit dominum in cor ſuum. Maria vero quæ ſedit ad pedes domini audiens verbum eius, deſignat eandem eccleſiã, ſed in futuro, vbi ceſſans ab opere miniſterióque indigentium, ſola ſapientia perfruetur. Conemur ergo & nos harum venerabilium mulierum perfectiones ſectari, & quilibet noſtrum digne conuerſari nitatur, ſecundum exigentiam vocationis qua vocatus eſt, prout monet Apoſtolus. 1.Cori.7.

¶ Elucidatio Cap. x 1. [*Et factum eſt quum eſſet in quodam loco orans.*]

Articulus x x 1 x.

D 

Aluator in huius capitis exordio docet orationis formam atque inſtantiam, dat quoque impetrandi fiduciam. Itaque Lucas hiſtorialiter inchoãs, ait, [*Et factum eſt quum eſſet in quodam loco orans; vt ceſſauit orare, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eũ.*] Quo loco aut tempore contigerit iſtud, Euangeliſta iſte determinate nõ exprimit. Porrò, vt in Matthæo habetur, Dum Ieſus in monte coram ſuis prædicaret diſcipulis, euangelicam tradens legem, inter cætera modum orandi edocuit, atque ſubſequentem orationem dominicam primus inſtituit ac deprompſit. Matth. 6.
Vnde apparet quod Lucas hoc loco ordinem non obſeruet hiſtoricum, difficultáſque oritur, quomodo ea quæ hic leguntur, his quę in Matthæo ſcribuntur concordẽt. Ibi quippe non legitur Chriſtus ante huius inſtitutionem orationis oraſſe, nec occaſione alloquutionis diſcipuli orationem hanc docuiſſe, ſed quaſi proprio motu eam ſuo inſeruiſſe ſermoni. Sed ad hæc reſpõdendo certum & tutum eſt dicere, quia frequenter contingit, vt quod vnus Euangeliſta omiſit, ſuppleat alter: quemadmodum in iſto capite, multa à Chriſto de oratione prolata recitat Lucas, de quibus Matthæus non ſcripſit. Forte etiam eándem orationem Saluator bis docuit occaſione diuerſa, & propter diuerſos, vno præſente, quum defuit alius. Itaque Chriſtus orauit ſecundum quod homo ad noſtram inſtructionem, & propter indigentiam noſtram, quia orauit pro nobis, quamuis ſępe orauerit pro ſeipſo, videlicet pro ſui corporis glorificatione, accidentalíque præmio: iuxta illud Ioan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioann. 17. nis, Pater glorificat me. ¶ Præterea, per hoc quod discipulus Christi non petiit formam orandi à chri- E
sto, nisi postquam cessauit orare, docemur non interrumpere orationem & psalmodiam, seu horarũ
persolutionem seruorum dei. Quod quia nonnulli nimis faciliter faciunt, grauiter peccant: non pen-
santes quod orantes atque psalentes cum deo altissimo sint loquentes. Ideóque præsertim ob dei re-
uerentiam ab eius colloquio non sunt faciliter abstrahendi, præsertim quum loquentẽ cum rege ter-
reno vix aliquis absque necessitate audeat auocare, propter reuerentiam regis. [*Domine doce nos orare,*
sicut Ioannes,] scilicet Baptista, [*Docuit discipulos suos.*] Veruntamen qualiter Ioannes docuerit discipu-
los suos orare, & vbi, & quam formam orandi eis præfixerit, non docet scriptura Canonica.
¶ Insuper quamuis multę orationes in veteri testamento legantur, discipuli tamen Christi aliquam
singularem atque præcipuam orationis formam ab eo poposcit, tanquam ab eo in quo tam excellen-
tem sanctitatem conspexit: perpendens quod à feruentiori deuotioríque corde efficacior prodiret o-
ratio, quum oratio desiderii sit interpres ac nuncius. Vnde & boni filii ac discipuli à deuotissimis pa-
tribus suis formam orationis petere consueuerunt, quatenus eodem deuotionis spiritu ac feruore di-
scant, & assuescant altissimum inuocare, quo patres eorum id agunt. Tanta quoque est orationis di-
gnitas, vtilitas, atque necessitas, vt merito de modo orandi instructionem quęrere debeamus. [*Et ait*
illis, Quum oratis,] hoc est, orare intenditis siue incipitis, seu orationi insistitis, inter cætera [*Dicite*] cum
specialissima deuotione. Vnus discipulorum rogauit, sed responsionẽ Christus cunctis qui aderant di- F
scipulis dirigit. Quia & vnus ille pro omnium informatione quæsiuit. [*Pater, sanctificetur nomen tuum.*]
Lucas breuitati studens in huius descriptione orationis, verba aliqua prętermisit, quoniam à Matthęo
ea satis descripta cognouit, aut quia sub verbis hic positis virtualiter includuntur, aut quia ad substan-
Matth. 6. tiam petitionum hic tractatarũ non pertinent. vt quod refert Matthęus, Qui es in cęlis, ad primę pe-
titionis non spectat essentiã: duę quoque petitiones à Matthæo tactæ, atque à Luca omissę in petitio-
nibus hic positis cõprehenduntur, sicut patebit. Itaque Christus orationem sic incipiendam hortatur,
Pater, nempe qui deum exorat cum plena fiducia atque præcipua dilectione hoc agere debet. Quem-
admodum Iacobus Apostolus ait, Postulet in fide nihil hæsitans. sed nomine patris horum vtrunque
potissimum concipitur, inflammatur, augetur. Filius nanque de patris sui bonitate pręsertim confidit,
& eum permaxime diligit. Vt ergo cum omni fiducia seruidóque deũ precemur, Christus sic inchoã-
dum edocuit, Pater, quo nomine etiam beneuolentiã dei captamus. Sed caueamus, ne inueniamur in-
digni deum altissimum patrem vocare. Si enim rebus creatis, vanis & vilibus magis quam ipsi inhęre-
mus: si transgrediendo diuina præcepta, ipsum inhonoramus, si creata amplius quam creatorem quę-
rimus & amamus, prorsus indigni sumus ipsum patrem vocare: nec inter filios suos electos nos com-
Malach. 1. putat, sed tanquam degeneres ac rebelles, tanquam impios & ingratos cõdemnat. Hinc per Malachiã
testatur, Filius honorat patrem suum, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est
Psal. 109. honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? ¶ Præterea contuendum, quod pater in scri- G
2. Corin. 1 pturis multipliciter dicitur. Primò, ęterna generatione, sicut in Psalmo, Ex vtero ante luciferũ genui
te. Sic Paulus ad Corinthios ait, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Sicq; in diuinis
Pater personaliter sumitur, & soli personę pater competere dicitur. Et quamuis hoc modo in oratio-
ne dominica accipi possit, congruentius tamen aliis modis in ea suscipitur, sicut dicetur. Veruntamen
quia in missæ officio orationes ad personam patris cõmuniter diriguntur, dũ oratio dominica in hoc
officio pronunciatur, nomẽ patris personaliter sumitur. Secundò, pater dicitur redẽptione, iuxta illud
Esaiæ. 63. Esaiæ prophętę, Tu dominus pater noster & redemptor, à seculo nomẽ tuum. Et sic rursus pater per-
sonaliter dicitur, loquendo de redemptione non solũ affectiue dicta, sed & ministerialiter exhibita:
secundum quod modus redẽptionis fuit per filii passionem exhibitus, & sic soli filio conuenit nomẽ
Ephe. 1. patris. Tertiò, pater dicitur prędestinatione, vt quũ ait Apostolus ad Ephesios, gratia vobis & pax à
Deuter. 32. deo patre nostro, qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum Christum. Quartò, pater dici-
tur creatione, secundum illud Deuteronomii, Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fe-
cit, & creauit te? Fecit vtique quantum ad corpus, creauit quantum ad animam, & possedit secundum
vtrunque. Quintò, dicitur pater sacramentali regeneratione, prout in prima sua canonica loquitur pe-
1. Petri. 8. trus, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in spem viuam. Sextò, H
dicitur pater fidei instructione: iuxta illud Ioannis, Quotquot autem receperunt eũ dedit eis potestã-
tem filios dei fieri. Septimò, gratiæ adoptione, dicente Apostolo, Accepistis spiritũ adoptionis filio-
Gala. 4. rum. Octauo, glorię collatione, secundum illud Pauli ad Galatas, Itaque iam non est seruus, sed filius:
quod si filius, & hęres per deũ. Omnes hi modi tribus personis superdignissimis & æternis simul cõ-
ueniunt, quoniã opera superbenedictę trinitatis sunt indiuisa. His quoq; modis pater in oratione do-
minica sumitur, per patrem intelligendo totam supereſſentialem, incircunscriptámque trinitatẽ, vnũ
verum simplicissimum deum, cui cum omni humilitate, reuerentia & gratiarum actione cõfidenter
atque ardenter dicere ac supplicare debemus: Pater, sanctificetur nomen tuum, hoc est, tu ipse ô pater
1. Timo. 1. omnipotens & immense, ab omnibus honoreris, & tua sanctitas omnibus innotescat, ac tibi in sanctí-
tate & iustitia ab vniuersis iugiter seruiatur, hoc est, primo ac maxime affectare debemus, videlicet glo
rificationẽ seu honorẽ & gloriã dei in omnibus: aliter boni filii eius nõ sumus, nec vere fideles, quẽ-
admodum apud Ioannẽ Christus ad peruersos ait Iudæos, Quomodo potestis vos credere, qui glo-
riam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est non quęritis? ¶ Denique sicut homines vir-
tuosi deum sanctificant, dum sancte viuendo deum cui ita deseruiunt, sanctũ esse demonstrant, eiúsq;
sanctitati fideliter attestantur: sic vitiosi iniuste ac turpiter conuersando, nomen dei maculare di-
cuntur, quia sic viuunt, ac si deus iniustitiam approbet, nec sanctus sit: aliis quoque quantum in ipsis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A est,præstant audaciã,& exemplum inhonorandi deum.Hinc per Ezechielem deus perfidis filiis Israël improperans,Commaculastis(inquit) nomen sanctum meum.Et rursus, Sanctificabo nomen meum magnũ,quod pollutũ est per vos inter gentes.Itaque dum oramus,sanctificetur nomen tuũ,pro toto mundo hoc ipsum precemur,cordialissime cupientes, vt sanctitas dei cunctis innotescat hominibus, & digne honorificetur ab omnibus,imò quo bonum commune diuinius est quã proprium,eo plus diuinum,meritoriúmque consistit orare pro multis,præsertim pro omnibus,quam pro se solo,aut paucis.[*Adueniat regnum tuum.*]Regnum dei est militans ac triumphans ecclesia,ideo de vtroque regno istud exponitur.Primò,Adueniat regnum tuum, id est, ecclesia militans numero ac merito crescat, & vndique diffundatur,& tu solus per fidem & gratiam multiformem regnes in ea:hoc est,in cordibus vniuersorum ac singulorum fidelium,aduersariis tui honoris ac nostræ salutis,præsertim dęmonibus inde eiectis.Secundò,Adueniat regnum tuum,id est,triumphans ecclesia impleatur,ad cælestem Hierusalẽ protinus perducamur,ad regnum cælorum mereamur venire.Sub his duabus petitionibus includitur tertia à Matthæo expressa,qua dicitur, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra,id est,sicut à cælestibus ciuibus tibi in omnibus obeditur,ita & à terrigenis,quantum possibile est,tibi in omnibus obediatur.[*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*]Hoc de triplici pane exponitur.Primò,de pane sa- Matth.16.

B cramentali,hoc est,de corpore & sanguine christi in sacramento altaris,quemadmodum ait Saluator, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.Et denuo,Ego sum panis viuus,qui de cælo descendit.Hic panis animã reficit,spiritualitérque saginat si digne acceperit eum.Secundò exponitur de pane spirituali,videlicet de habitibus,actibúsque virtutũ,de consolatione interna,de confortatione mentali,de diuinorum sapore:de quibus ait scriptura, Cibabit illum dominus pane vitæ & intellectus,& aqua sapientię salutaris potabit illũ.De pane quoq; obedientiæ ait in Ioãne Saluator,Meus cibus est,vt faciam voluntatẽ patris mei.Similiter de pane pœnitentiæ fert Psalmista,Cibabis nos pane lachrymarum.Et,Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. De spirtualium autẽ consolationum ac delectationũ,diuinorúmque gustuũ refectione sponsus cælestis ait in Canticis,Comedite amici & bibite,& inebriamini charissimi.His itaq; cibis oremus quotidie ali diuinitus,ne spiritus noster debilitetur,vitiísque succumbat.Tertiò exponitur de corporali alimento,vt sit sensus,Panem nostrum quotidianum, hoc est, necessaria vitæ, quibus quotidie indigemus,da nobis. Quibus verbis excluditur auaritia,quæ congregat in longinquum,& vltra necessitatem,ac solicitudo immoderata de crastino.Circa quod ait Theophilus,Ex eo quod Christus iusit quærere quotidianum alimentum,videtur quod suos fideles nihil cõcedat habere,sed magis honestam colere paupertatẽ.Nõ enim habentium panem,sed oppressorum penuria est quærere panem quotidianũ pro hodie.Propter quod dicit Chrysostomus,Postulanda sunt diuinitus necessaria vitæ,non diuersitates ciborum,& odorifera vina,ac cætera quæ delectant guttur,onerant autem ventrẽ & mentem perturbant: sed panis petẽdus est,qui potest substantiam corporis sustentare,& ille qui nobis quotidie tantummodo sufficit, vt de crastino non cogitemus.[*Et dimitte nobis peccata nostra,*]culpam penitus auferendo,& pœnas, quas peccando meruimus relaxando,vel partim siue totaliter. ¶ Porrò,peccata mortalia pariter dimittuntur,ita quod vnum sine alio non dimittitur,quantum ad culpã:sed tanto plus dimittitur nobis de pœna,quo maior in nobis est pudor,ac intimus dolor de peccatis,inquantum sunt contra iustitiam,deíq; offensiua,& quo maior nobis inest feruor charitatis ad deum ac proximum,quo item efficaciora satisfactionis agimus opera.¶Prętera sine venialibus peccatis vitam hãc nec ducimus, nec ducere diu valemus:quia & si omnia non tamen singula quimus vitare, sed contra ea prouisa & data sunt nobis desuper multa remedia,quorum vnum est,secundum Augustinum,oratio ista dominica.Deinde tangitur ratio quædam impetratiua effectus huius petitionis,videlicet veniæ,[*siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis*]hoc est,omnibus iniuriantibus nobis pie ignoscimus, ad minus culpam seu iniuriam dimittendo,quamuis interdũ debita pœna seu emendatio pœnalis & satisfactoria exigi possit ex charitate,secundum formam iuris,ordinémque iustitiæ,præsertim propter bonum commune,& ne peccantes ex facilitate venię fiant ad iniuriandum ac vitia proniores.Itaque qui alteri non ignoscit,bona Matth.6.

D fronte orare non valet hanc clausulam: imò quàm impie agat in Ecclesiastico aperitur, quo legitur, Homo homini seruat iram,& à deo quærit medelam?Ipse quum caro sit in sibi similẽ non habet misericordiam,& tamen de peccatis suis deprecatur altissimum?Quis exorabit pro peccatis illius? Itaq; sicut optamus & exoramus vt peccantibus nobis deus iustè nobis non irascatur,aut vindicet,sed piè nostræ cæcitati ac fragilitati condoleat & ignoscat:ita & nos iniuriantium nobis fragilitati & cæcitati compatiamur, & ignoscamus simul orantes pro illis,vt simus filii patris cęlestis, qui pius & clemens est super bonos & malos.Istud vero ad prælatos & patres spirituales & religiosos præcipue pertinet, qui omni charitate ac pietate cæteris præfulgere tenentur,quorum interiora in ipsum bonitatis ac charitatis effectum debent conuerti, aut esse conuersa, quanquam ex charitate & æquitate iustam sæpe debeãt peccantibus infligere pœnam, vt per eam à pœnis eripiantur futuris,& gratiam consequantur maiorem,vt pręsertim deo aliqualiter satisfiat.¶Postremo,circa hęc scribit Chrysosto.Hæc animaduertẽtes,gratias agere debem' debitoribus nostris. Fiũt enim nobis(si sapimus)causa indulgẽtię maximę,& pauca exhibẽtes,seu modica dimittentes,plurima reperiemus.Nã & nos multa debemus & debita magna domino,quorum si minimã partẽ à nobis vellet exigere,iã periissemus.[*Et ne nos inducas in tentationem*]hoc est,non nos permittas ab hostibus nostrę salutis supra vires tentari.i. ad cõsensum illicitum trahi,tentationibus superari,sed da gratiam resistendi ac pręualendi.Dicitur autem deus in tẽtationem inducere,quia ab aduersariis nos permittit tentari. Interdum autem & deus dicitur tentare, non vtique tentatione deceptoria ac fallaci,quũ Iacobus dicat,Nemo qutm tentatur,dicat,quia à deo Ecclę.28. Iacob.1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tentetur. Deus enim neminem tentat, ſcilicet modo præfato: ſed tẽtatione probationis & exercitationis, quæ ad bonum tentati ordinatur, tentare deus aſſeritur. Itaque ex huius clauſulę declaratione iam patet quod in ea virtualiter, ac ſententialiter includatur ſeptima, ac vltima petitio orationis dominicæ à Matthæo expreſſa, qua dicitur, Sed libera nos à malo. Vnde Aug. in Encheridio ſcribit, quod Matthæus in vltimo poſuit, Sed libera nos à malo, Lucas non poſuit, vt intelligeremus hoc ad præcedentẽ petitionẽ pertinere. Ideo quippe ait, Sed libera, non, Et libera: tanquã vnam petitionẽ demonſtrans. Verum de multis concernentibus expoſitionem huius pręclariſsimę orationis, quę ſecundũ Henricũ de Haſsia, etiam à Iudæis ac Saracenis dici poteſt, prætermitto, quoniam ſuper Matthæũ inde loquutus ſum. Hoc tamen addendum, quia vt aſſerit Gorra. aliud eſt tentari, aliud in tentationem incidere, aliud in tentationem induci. Nam primum iſtorũ dicit ſenſum ſimpliciter, ſed non ſemper cõſenſum. Secundum, dicit ſenſum & conſenſum ex ſubreptione, & præter propoſitum. Tertiũ, dicit ſenſum & conſenſum ex deliberatione. Primum poteſt eſſe ſine peccato. Secundũ abſque peccato mortali. Tertium vero eſt grauius & frequenter mortale. ¶ Conſequenter Saluator per quandam parabolicam ſimilitudinem nos hortatur ad fiducialem orationis cõſtantiam, inceſſabilem feruidámque frequentiã. [*Et ait ad illos*] ſcilicet ad diſcipulos ſuos, [*Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum. &c.*] Parabolæ huius ſenſus ſuperficialiter literalis, penitus planus eſt. Siquidem per ſimilitudinẽ hanc intendit Chriſtus probare, quod deus ſuperpiiſsimus, preces conſtanter, indeſinenter, ac feruide continuatas, & repetitas non deſpicit, ſed exaudit. Porrò myſtice per amicum intelligitur deus ſublimis, cui per Sapiẽtem dicitur, Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti. De quo ait Apoſtolus, Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos deus. Similiter nomine amici intelligi poteſt vnigenitus dei incarnatus, qui de ſeipſo teſtatus eſt, Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. De quo iterum legitur, Quum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, vſque in finem dilexit eos. Ad hunc amicũ ire debemus mentis deuotione, contẽplatione & dilectione: iuxta illud Pſalmi, Accedite ad eum & illuminamini. Vnde ad Hebræos hortatur Apoſt. capitulo quarto, Adeamus cum fiducia ad thronũ gratię eius, vt miſericordiam conſequamur. Eundũ eſt autẽ [*Media nocte,*] ſicut fatetur Pſalmiſta, Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi. Vel, Media nocte, hoc eſt, duráte pręſentis vitæ tribulatione, aduerſitate, ignorãtia, atque multiplici peccati ruina. [*Et dicet illi, Amice.*] In exordio precis nomen amici præmittit, vt ex mutuæ dilectionis recordatione, attentione, ſeu inflammatione, ille qui petitur ad audition em citius inclinetur, quum charitas impetrandi ſit ratio. Nã & (Auguſtino teſtante) amor eſt primum donũ, in quo omnia dona donantur. [*Commoda mihi tres panes.*] Iſti tres panes intelligi poſſunt, iluminatio intellectus, charitatiua inflãmatio voluntatis, & ſtabilitas memoriæ in diuinis, ſeu actus fidei, ſpei & charitatis, quibus deus præcipue colitur. Item tres panes ſunt, Panis pœnitentiæ, hoc eſt, deploratio ſeu ſatisfactio pro peccatis. Panis Euchariſtiæ, de quo loquitur Chriſtus apud Ioannẽ ſexto capitulo, Ego ſum panis vitæ. Et panis contemplationis internæ. Hi panes commodari nobis à deo dicuntur, quoniã de donis nobis deſuper datis, ratio exigetur à nobis, vt ait Saluator apud Lucam duodecimo capitulo, Cui plus datũ eſt, plus requiretur ab eo. Et Gregorius aſſerit, Dum creſcunt dona, rationes creſcunt donorum. [*Quoniam amicus meus venit de via ad me.*] Per amicum iſtũ ſecundum quoſdã intelligitur animus ſeu ſpiritus noſter, qui dum per terrena, vana, atque carnalia detrahitur, oblectatur, & euagatur, à nobis recedit: iuxta illud in Pſalmo, Cor meũ dereliquit me. Propter quod per Hieremiam prophetam dicitur, Vſquequo delitiis diſſolueris filia vaga? Quum autem ad interiora ſua regreditur, & ſalutaria meditatur, de via lata perditionis ad nos ipſos reuertitur: ſicut Eſaias teſtatur, Redite præuaricatores ad cor. ¶ Præterea per poſtulantem tres panes intelligi poteſt quicunque alterius exhortator, & per amicum de via venientem, quicunque proximus exhortationibus indigens: ſicque exhortatori ſeu prædicatori tres panes ſunt neceſſarii, vtpote ſapientia mentis, ordinata loquutio oris, exemplaritas conuerſationis. [*Et non habeo quod ponam ante illum,*] hoc eſt, à me ipſo nil virtutis aut gratiæ habeo, vt ſpiritum meum ſeu proximum ſpiritualiter valeam roborare atque reficere, dicente Apoſtolo, Quid habes quod non recepiſti? Et rurſus, Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Nemo ergo ſe iactet, nec de viribus ſuis præſumat, neque inaniter glorietur. [*Et ille de intus reſpondens dicat.*] Recte ait, De intus reſpõdens. Deus enim omnia implet, & animabus noſtris illabitur, intúſq; eas occulta inſpiratione alloquitur. Propter quod ait Pſalmiſta, Audiã quid loquatur in me dominus deus. [*Noli mihi moleſtus eſſe,*] hoc eſt, precibus immoderanter pulſare. Hoc intelligendum eſt, non quaſi glorioſus, ac inuariabilis deus poſsit proprie dictam ſuſtinere moleſtiam aut hominum precibus inquietari: ſed quia frequenter affectu & more humano loquitur in ſcripturis, debilitati noſtræ intelligentiæ condeſcendens: quemadmodũ ait per Eſaiam primo capitulo, Laboraui ſuſtinẽs. Et holocauſta ſeu feſta veſtra facta ſunt mihi moleſta. Rurſúſque loquitur Eſaias capitulo ſeptimo, Nunquid parũ vobis eſt eſſe moleſtos hominib', qa moleſti eſtis & deo meo? Itaq; deus ait, Noli mihi moleſtus eſſe. ad inſinuãdũ quam difficulter & protractate ſæpe audiat deprecantes. Quẽadmodũ ſanctus Iob loquitur deo, Clamo ad te, & non exaudis: ſto, & non reſpicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Per Hieremiã quoque loquitur deus Hieremiæ de reprobo populo Iudæorum, Noli (inquiens) orare pro populo hoc in bonũ, nec aſſumas laudẽ & orationem pro eis, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. [*Iam enim oſtium clauſum eſt,*] hoc eſt, aditus ſeu acceſſus ad impetrandum à me modo tibi non patet, ita quod preces tuæ adhuc locũ non habent. Quod contra in Eccleſiaſtico habetur, Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Et beatiſsimo Cornelio Centurioni dictũ eſt ab angelo, vt habetur in Actis, Orationes tuæ aſcenderunt in memoriam in cõſpectu dei. [*Et pueri*

Marci. 6.

Epheſ. 2.

Hiere. 31.

1. Cori. 4.

2. Corin. 3.

Hiere. 7.

Actu. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *mei*]hoc est,electi atque beati ciues regni cælestis mecum sunt[*in cubili*] id est,in secretissima requie cælestis palatii,vbi quasi in thalamo ecclesia triũphãs suo sponso æterno inauertibiliter est coniuncta; & immediate felicitérque vnita, facialiter cernens dilectum,nec per culpæ dissimilitudinẽ distans ab ipso,quemadmodũ viatores:quibus dominus per Esaiã asserit, Iniquitates vestrę diuiserunt inter deũ vestrũ & vos.[*Non possum surgere*].i.in actum exauditionis procedere[*Et dare tibi*]quę petis.Denique quod deus ait omnipotens,Non possum,non impossibilitatẽ, sed difficultatem exaudiendi designat: non vtique ex parte dei,quũ deo nihil sit difficile,prout à Hieremia conscriptũ est,Domine deus nõ est tibi difficile omne verbũ.sed difficultas est ex parte orantis propter indignitatẽ, indispositionẽq; eius,quemadmodũ Esaias populo Israël dicit, Ecce non est aggrauata auris domini vt non exaudiat, sed peccata vestra absconderunt faciẽ eius à vobis,ne audiret. Interdũ quoq; supersapiẽtissimus deus differt & tardat exaudire preces bonorum ac dispositorũ propter rationabiles causas ei notas ac placitas,vtpote ne homini oranti dona diuinorum vilescant charismatũ ex facilitate obtinendi petita, & exauditionẽ ne meritis ppriis tribuat,aut vane exultẽt,seu alios spernat:itẽvt diu orãdo amplius incalescat,suóq; tẽpore copiosius exaudiat, & impetrata vigilãtius semper custodiat,de eorũ amissione formidans.Hinc ait Basilius, Forsan adhuc differt,vt agnoscas quid sit donũ, & in timore donata custodias.Quod enim homo multis acquirit laboribus nititur custodire, ne cum illud perdiderit,suum laB borem amittat. Hoc est quod in Prouerbiis Salomon ait,Substantia festinata minuetur:quæ autẽ paulatim colligitur manu,multiplicabitur. Augustinus quoque affirmat,Differt deus dare & exaudire,vt amplius optes dilatum,ne vilescat celeriter datũ.Postremo Gregorius Nissenus, Opportune(inquit) eos qui per arma iustitiæ impassibilitatem sibi vendicauerũt,pueros appellauit. Nam quando aliquis abrenuncians carni per rationem exercitio vitæ virtuosæ, passionem confutauit, tunc quasi puer insensibiliter se habet[*Et ille*]scilicet orans [*Si perseuerauerit pulsans*] hoc est, deum infatigabiliter inuocãs,nec pudore,nec tędio,nec desperatione deiectus,[*Dico vobis*]qui nec fallor,nec fallo,mentiríq; nequeo,[*Et si non dabit illi*]tã instanter oranti[*surgens*].i.actualiter opem impẽdens,secũdũ illud Psalmi, Exurge domine adiuua nos.[*Eo quod amicus sit*].i.ratione amicitiæ:[*Propter improbitatem tamẽ eius*]id est propter importunam seu indefinẽtem eius instantiã improbitati aliquid simile continentẽ, præsertim humano iudicio in petitionibus homini porrectis. Homo nanque si instanter & diu rogetur,etiam ab egente,cito precem talẽ non necessitati,sed improbitati ascribit. [*Surget & dabit illi quotquot habet necessarios,*]scilicet tres sicut rogauit,imò & plures,si tunc pro pluribus panibus postuletur, ne ad lectũ reuersus denuo inquietetur.Vnde elicitur,quia si petantur superflua in exterioribus rebus, deus non præstat,quinimo superflua iubet pauperibus erogari. De spiritualibus quoque gratiæ donis tantum deus largitur digne ac perseueranter petentibus,quantum ẽis necessarium conspicit ad salutem. ¶Ex his Christus concludit intentum,quasi per locum à minori arguens,comparationémve faciens, quia C si homo non naturaliter nec totaliter & perfecte bonus,charitatiuus & pius,precum superatur instantia: quanto magis deus substantialiter, pure & infinite bonus,amans & pius, imò essentialiter amor, bonitas atque benignitas,orationum instãtia se ad exauditionem inclinat, & preces tam multoties ac ardenter sibi oblatas non aspernatur?Quẽadmodũ etiã infra Christus docet, & per exẽplũ demõstrat, dicendo,Oportet semper orare &non deficere.Nam iudex erat in ciuitate quadam qui deum non timebat,nec hominem verebatur.Vidua autem quædam erat in eadem ciuitate& veniebat ad eũ,dicẽs, Vindica me de aduersario meo:& nolebat per multum tempus:post hæc dixit intra se, Etsi deum nõ timeo,nec hominem reuereor,tamẽ quia molesta est mihi hæc vidua vindicabo illam.Hinc Christus nunc subdit & consulit,[*Et ego dico vobis,Petite*] necessaria corpori & charismata gratiæ donáque gloriæ,[*Et dabitur vobis*]vestræ petitionis effectus à deo,dummodo salubriter & instanter petatis : quod etiam præsertim intelligendũ est de orationibus pro seipso effusis,quia non semper exaudiuntur deuoti pro aliis propter incapacitatem illorũ.Hinc etiam Christus tempore passionis instanter dixit, Si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis.[*Quærite,& inuenietis:pulsate, & aperietur vobis.*]Eãdem sentent iam Christus sub aliis verbis frequenter resumit, vt iussionis huius vtilitas denotetur: & quod ait Saluator nostris mentibus fortius imprimatur, sicque ad instantissimam orationẽ nos pD uocet.Possunt hæc verba per appropriationem quandã diuersimode explanari, dicendo, Petite cordiali affectu,quærite oratione vocali,pulsate conuersatione laudabili:Itemque,petite,bona incipiẽdo: quærite,prosequendo:pulsate,vsque in finem perseuerando. Vel,petite per fidem,quærite per spem, pulsate per charitatem.Feruide quippe amando & appetendo diuina, quasi indefinenter pulsamus ad ostium superne clementiæ.Hinc ait Psalmista,Lætetur cor quærentium dominũ,quærite dominũ & confirmamini,quærite faciem eius semper. Et in libro Sapientiæ habetur,In simplicitate cordis quęrite illum,quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. [*Omnis enim qui petit accipit*] à deo quod petit,iuxta sensum prætactum:[*Et qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur,*]hoc est,accessus ei ad deũ patebit,atque æternam beatitudinẽ ingredietur:dummodo oret sicut orandũ est,orãdo in nomine Iesu Christi,hoc est,salubriter pro his quæ pertinent ad salutem,& perseueranter ac pie,& etiam pro seipso.¶Consequenter Christus arguens per locum à maiori, ostendit quam fiducialiter inuocandus sit deus,[*Quis autem ex vobis patrem*]carnalem[*Petit panem: nunquid*]pater[*Lapidem dabit illi?*] videlicet filio suo carnali?non vtique.[*Aut piscem,nunquid pro pisce serpentem illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionẽ?*]nequaquam. Ex his similitudinibus Christus concludit,[*Si ergo vos*] homines fragiles & mortales,[*Cum sitis mali*]hoc est,multipliciter defectuosi,atque ad peccata procliues, & in multis saltem venialibus peccatis quotidie culpabiles, [*Nostis bona data dare filiis vestris*] hoc est, bona exteriora corpori vere necessaria,quæ datis filiis vestris carnalibus,[*Quanto magis pater vester de cælo,*] id est pa-

Hiere. 32.
Esaię .59.
Basilius.
Prouer. 11.
Augusti.
Psalm. 43.
Lucæ.24.
Ioann. 16.
Psal.104.
Sapien.1.
1.Reg.14.

ter cæleſtis, videlicet trinitas deus, qui dicitur pater variis modis, vt dictum eſt, [*Dabit ſpiritum bonum*] E
id eſt, ſpiritum ſanctum eſſentialiter bonum, & puram immenſámque bonitatem, de quo ait Pſalmiſta, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, [*Petentibus ſe,*] ſecundum debitum modum orã-
Pſalm. 43. di. Oratio nempe (vt aſſerit Damaſcenus) eſt petitio decentium à deo. Dicitur autem ſpiritus ſanctus
dari his quibus ſua dona ad gratiam gratum facientem pertinentia infunduntur, dicente Apoſtolo,
Roma.5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Itaque ſi pater carnalis carnalibus filiis corporalia bona largitur, multo magis deus omnipotens, creator ſpirituum, ſpiritualíſque pater rationabilium animarum, filiis ſuis ad ſe inceſſanter clamantibus ſpiritualia bona diſtribuit, præſertim cum ipſe in omni bonitate, dilectione, pietate, & opulentia cunctos infinite excedat. Præterea aduertenda ſunt verba ſancti Baſilii hic ſcribentis, Si quis ex corpore exhibeat ſe deſideriis vanis, ſeu cõcupiſcentiis acquieſcat, & traditor ſuiipſius fiat in manus hoſtium: hunc deus nec adiuuat, nec audit, quoniam per peccatũ ſe facit alienum à deo. Decet ergo hominem offerre deo quicquid intereſt ſua, clamare quoque ad deum vt adiuuet eum. Eſt autem diuinum ſubſidium implorandum nõ remiſſe, nec mente huc illúcque vagante, eo quod talis non ſolum nõ impetrabit quod petit, imò magis dominũ irritabit. Nam ſi quis coram principe ſtans, fixum ac cuſtoditũ habet tam extrinſecum quam intrinſecum oculum, ne forſitan puniatur, quanto magis coram deo attentũ, ac tremebũ
dum oportet aſſiſtere? Si vero debilitatus mente à peccato fixe nonvales orare, quantumcunq; potes, F
teipſum cohibeas, vt ſtando coram deo, ad ipſum dirigas intellectũ, & deus ignoſcit, eo quod non ex negligentia, ſed ex fragilitate non potes aſtare vt oportet. Si ſic ergo teipſum cõpellis, ne diſcedas donec accipias. Ideo autem quandoq; petis & non accipis, quoniam perperam poſtulaſti, vel infideliter aut leuiter, aut non expedientia ad ſalutem, vel deſtitiſti nimis cito. Poſtremo, perverba inducta Chriſtus omnem fidelem ineffabiliter conſolatur, certiſsimam præſtans fiduciam exauditionis diuinę: ideo certi de veritate promiſsionis vnigeniti filii dei, & de bonitate, charitate ac munificentia patris ęterni, inconcuſsibilem ſpem habeamus ad deũ & filialem affectũ ad eum, omnémq; diffidentiam, hæſitatio-
1.Theſſ. 5. nẽ, puſillanimitatẽ, in infinitũ procul abiiciamus, implentes illud Apoſtoli, Sine intermiſsione orate.

¶ Proſequutio expoſitionis huius vndecimi cap. à loco quo ait, [*Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.*] Artic. xxx.

T Ota euangelica ſeries, ſicut plena eſt ſupernaturalibus documentis ſeu aſſertionibus, ita & ſupernaturaliũ operum deſcriptionibus, vt vnum confirmetur per aliud, vnde & nũc poſt prę-
inducta Chriſti documenta narratur quoddam ipſius miraculum. [*Et erat Ieſus eiiciens dæmonium*] ab homine obſeſſo, [*Et illud erat mutum*] id eſt, mutum efficiens hominem: dicitur etenim dæmon G
ſurdus aut mutus non formaliter, ſed effectiue, eo quod organa hominis impediat ab vſu ſenſuum auditus & viſus. Hinc ſubditur, [*Et cum eiecisſet dæmonium, loquutus eſt mutus.*] Amota ſiquidem cauſa, remouetur effectus. Ideo dæmone mutitatem cauſante eiecto, priſtinam linguæ facultatem adeptus eſt homo. [*Et admiratæ ſunt turbæ*] de tanto miraculo tam imperialiter facto. Porrò à Matthæo ſignum i-
Matth. 12. ſtud plenius recitatur, vbi legitur, Tunc oblatus eſt ei, ſcilicet Chriſto, homo dæmonium habens cæcus & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur & videret: vbi ait Hieronymus, Tria ſigna in eodem ſimul peracta ſunt, quia obſeſſus curatus eſt, & idem cæcus ac mutus viſum recepit atque auditum. [*Quidam autem ex eis dixerunt.*] Iſti ſecundum Matthæum phariſæi fuerunt pleni inuidia contra Chriſtum, eo quod ſanctitate, fama, eloquentia, ſapientia & miraculis eos præceſsit, cum ipſi humanæ laudis & gloriæ cupidiſsimi eſſent, quorum inſaniam multi vſque in præſens ſequuntur, quibus competit illud Chryſoſtomi, Sicut ſcarabei nutriuntur ſtercoribus: ſic inuidi aliorum infortuniis. [*In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia*] .i. virtute, ope ſeu inuocatione Beelzebub principis dæmonum expellit dæmones ab obſeſsis. quaſi dicant, Non diuina virtute hoc agit, nec per aliquam vitæ ſuæ ſanctitatem: ſed cum peſsimus ſit, familiaritatẽ & pactum habet cum principe dęmonũ, qui inferioribus dæmonibus iuſsit, vt ad Ieſu præceptum egrediantur, quatenus per hoc homines fallantur, putando
quod Ieſus ſit filius dei. Itaque ſecundum hos impiiſsimos phariſæos eiectio iſta dæmonũ fuit obediẽ H
4.Reg.1. tia eorundẽ in principem ſuum, & ſimulata coactio. Vt autem in lib. Regũ habetur, Beelzebub fuit deus Acharon, ita quod Acharonitæ idolum illud colebant, in quo Iudęi principem dæmoniorũ habitare dicebant, ſicque nomine idoli illius etiam principem dęmoniorum nominauerunt. [*Et alij tentantes*] .i. experiri volentes, an Chriſtus diuina virtute eiiceret dæmones, [*Signum de cælo*] .i. aliquod cęleſte & magnum miraculũ ſoli deo poſsibile, [*Quærebant ab eo,*] vt ſcilicet tale miraculum ageret ſeu diuinitus fieri procuraret, quemadmodũ ad inuocationem ſeu potius iuſsionem Ioſue ſol & luna ſteterunt in cælo immobiles ſpacio diei vnius: ſicque certitudinaliter ſcirent Ieſum diuina operari virtute.
Ioſue. 10. Denique conſuetudinariũ fuit Iudæis quærere ſigna, vt conſtat ex veteris & noui teſtamenti decur-
1.Corin.1. ſu: propter quod ait Apoſtolus, Iudæi ſigna quærunt. Et apud Ioannẽ ait Saluator, Niſi ſigna & pro-
Ioann. 4. digia videritis, non creditis. [*Ipſe autem vt vidit*] .i. intellectualiter inſpexit, cogitationes eorũ, dixit eis. Secundũ Bedam, non ad dicta, ſed ad cogitata illorum reſpondit eis, vt vel ſic compellerentur credere potentię eius, qui cordium nouit occulta. ¶ Sed quomodo verum eſt hoc, cũ Euangeliſta iam dixerit quoſdam illorum dixiſſe, In Beelzebub principe dęmoniorũ. &c. & alios ſignum à Ieſu quæſiſſe? Ad quod reſpondendũ videtur, quod phariſęi baſſe & ſecrete prædicta verba inter ſe contulerunt, & ſignum quærere decreuerunt. Vnde Chryſoſtomus ait, Cum phariſęorum ſuſpicio irrationabilis eſſet, metu multitudinis nõ audebant eam diuulgare: præterea cordium ſecreta cognoſcere, aliorúmque co-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A gitationes certitudinaliter intueri, vtpote ſingulorum ſingulas, deo eſt propriũ: nec homo hoc poteſt, niſi deo dante ac reuelãte. Circa hoc ſcribit Gorra, Poteſt homo aliquas cogitationes alterius cognoſcere, de quibus agnoſcendis legitur Plato librum compoſuiſſe, ſed ſingulorum ſingulas ſolus deus cognoſcit. Conſequenter tangit Chriſtus rationem, qua reprobat verba dicentium, In Beelzebub, &c. [*Omne regnũ in ſeipſum*].i. cõtra ſeipſum[*Diuiſum*,]ita quod vna pars regni cõtra aliam præliatur,[*Deſolabitur*].i. cõtinuo debilitabitur, & cito peribit, durante inteſtina lite atq; diſcordia, quoniam ſicut per concordiam paruæ res creſcunt, ſic per diſcordiam res maximę dilabũtur. Secundum Hieronymum, Virtus quoque vnita fortior eſt q̃ diſperſa. Hinc per Oſeam ſcriptum eſt, Diuiſum eſt cor eorũ, nunc Oſeę.10.
interibunt.[*Et domus ſupra domum cadet*].i. habitatores vnius domus irruent ſuper habitatores domus alterius, vel mutuo deſtruẽt ædificia ſua, vel habitatoribus interfectis, ædificia vetuſtate deficient.[*Si autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt*].i. ſi vnus eorũ contra alium pugnat & machinatur, ita q̃ ego ſuccurſũ principis dæmonum expello dęmonia,[*Quomodo ſtabit regnum eius?*].i. regnum principis dęmoniorũ, cum ipſe contra propriũ regnũ agat, expellendo ab hominibus dæmones ei ſubiectos: quaſi dicat, Nõ diu durabit, cum tamen tandiu duraturum ſit, quouſq; homines electi in hoc mundo per ipſum probãdi ſunt, quod erit vſque ad ſeculi finem. Si autem Iudæi & reprobi iudaizantes affirment quod ad vo
B cem Chriſti princeps dæmoniorũ expulit dæmones, nõ ad ſui regni diſſipationem, ſed confortationẽ, vt ſcilicet homines exiſtimantes Chriſtum eiicere dæmones diuino auxilio, maioribus implicarentur erroribus, tenendo Ieſum eſſe filium dei, hoc facile reprobatur, cũ vniuerſa quæ Chriſtus ore & factis edocuit, dæmoni potiſsimum contraricntur, Nempe ad quid tendit omnis Chriſti doctrina, niſi ad priuati amoris omnimodam extirpationem, atq; ad diuinę dilectionis ſynceriſsimam integritatem, ad ſui ipſius cordialem contemptũ, & ad dei diligentiſsimam venerationem, ad profundiſsimam humilitatem, ad patientiã incõcuſſam, ad omnium etiam inimicorum beneficentiam & amorem, ad plenam in deo fiduciam, ad idololatriæ extirpationem, ad continuam puram ac feruidam mentis cum deo adhęſionem. Per quę omnia certiſsimum eſt, regnũ diaboli potiſsimum infirmari ac diſsipari. Non ergo Chriſtus cum principe dæmoniorum fœdus quiuit habere, & iſtud veris ac deuotis Chriſtianis, non fide duntaxat, ſed experimentaliter quoque certiſsimum eſt, & per innumerabilia miracula ſoli omnipotenti deo poſsibilia eſſe ſic probauerunt. per quod vaniſsima atque ſacrilega Porphyrii contra Chriſtianam fidem excogitata figmenta penitus deſtruuntur. Deinde Chriſtus ad idem rationem aliam introducit, [*Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia,*]ſicut expoſitum eſt,[*Filii veſtri*]id eſt apoſtoli, cęteríque diſcipuli mei de veſtra progenie orti. Vel, filii veſtri .i. exorciſtæ veſtri,[*In quo eiiciunt?*]qua poteſtate dæmonia ab obſeſsis expellunt? Supra ſcriptum eſt, quemadmodum apoſtoli & diſcipuli Chriſti eiecerũt dæmonia. Inſuper inter Iudæos fuerunt aliqui exorciſtæ, qui per exorciſmos ſeu adiurationes à Salo Lucæ.10.
C mone editos, dæmones expellebant.[*Ideo ipſi hi*].i. filii veſtri,[*Iudices veſtri erunt,*].i. quia dæmonũ expulſiones per ipſos factas, non diabolo, ſed deo aſcribitis, quas à me factas principi aſcribitis dæmoniorum. Hinc filii iſti veſtri erunt in die iudicii iudices veſtri, non poteſtate, ſed cõparatione, ſecundũ Hieronymum. Quoniam comparatione eorum iſti peruerſiſsimi phariſæi magis damnabiles apparebunt, cum filii illi dæmonum expulſiones deo attribuantiſti diabolo. Prętereà ſi per filios intelligantur apoſtoli, conſtat quod illi iudices erunt infideliũ Iudęorũ in die iudicii aſſeſſori dignitate, quemadmodũ chriſtus eis prędixit, Vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſraël.[*Porro*]pro ſed,[*Si*]pro quia,[*In digito dei eiicio dæmonia.*]In Matthęo legitur, Si in ſpiritu dei eiicio dæmones: quo patet hoc loco per digitũ dei intelligi ſpiritum ſanctũ, vt ſit ſenſus, Si in digito dei .i. poMatth.19.
teſtate & operatione ſpiritus ſancti eiicio dæmonia,[*Profecto peruenit in vos regnũ dei*].i. regnũ cæleſte, Matth.22.
ſeu beatitudo æterna per me patefit vobis dũ regnũ diaboli vinco atq; debilito, cæleſtisq; regni vobis introitũ prępparo. Expulſio quippe vnius cõtrarii eſt alterius introductio. Hĩc in Canonica Ioãnis ſcriptũ eſt, In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Vel, peruenit in vos regnũ dei. i. regnatiua
virtus ac dominatio creatoris, qui per me hominẽ & per meã humanitatẽ operatur in vobis dæmonũ 1.Ioan.3.
expulſionẽ, ita q̃ ego ſum Chriſtus vobis in lege ac prophetis promiſſus, tanquã intervos regnaturus: de quo Hieremias prædixit, Regnabit rex & ſapiẽs erit. Angelus quoq; virgini glorioſæ de Chriſto
D prędixit, Regnabit in domo Iacob in ęternũ, & regni eius nõ erit finis. Itaque ſpũs ſanctus dicitur digitus dei. i. patris ac filii: qui ſicut ſunt vnus verus deus, omniũq; vnus creator, ita ſunt vnum principiũ Lucæ.1.
& vnus ſpirator ſpiritus ſancti. ¶ Dicitur ergo ſpiritus ſanctus digitus dei. Primò, quia ſicut per digitũ entia indicantur, ita per ſpiritũ ſanctũ diuina hominibus demonſtrantur: iuxta quod loquitur Chriſtus, Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. Secundò, quia ſicut per digitum Iacob.16.
res ſentitur, ſeu quomodo ſapiat experitur: ita per ſpiritũ ſanctũ homo diuinam experitur dulcedinẽ. Tertio, quia ſicut per digitum homo præcipue opera ſua exequitur, ita per dona ſpiritus ſancti, omnis homo electus opera æternæ vitæ meritoria operatur. Auguſtinus vero in lib. de quæſtionibus Euãgelii ſcribit, quod ſpiritus ſanctus dicitur digitus dei, propter partitionem donorum, quæ ab ipſo præſtãtur. Alii enim (vt ait Apoſtolus) per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii gratia ſanitatum, alii operatio virtutum, &c. Et paulo poſt addit Apoſtolus, Hęc omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus diuidẽs, 1.Cor.12.
ſingulis prout vult. In nullis autem membris noſtris magis apparet partitio quàm in digitis noſtris. Rurſus, quemadmodum filius dei dicitur manus & brachium patris, quoniam pater per filium omnia operatur: ſic ſpritus ſanctus digitus dei vocatur, quia per eum veritas indicatur. ¶ Poſtremò penſandum quod filius dei hic aſſerit ſe ſpiritu ſancto minorem quoad ſuam humanitatem, quoniam ſancti ſpiritus poteſtate ſua humanitas operatur miracula. per quod impii Arrii falſitas declaratur dicentis ſpiritum ſanctum puram creaturam, filiiq́ue miniſtrum, & creatum à filio, quum tamen in Chriſto nõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poneret veram animam rationalem, ſed ſolum verbum & carnem, quo ſtante, Chriſtus à ſpiritu ſancto nullam eſſet ſortitus virtutem. ¶ De inceps Saluator per aliam rationem ac ſimilitudinem probat ſe dęmoni contrarium, non confœderatum, [*Quum fortis armatus &c.*] Similitudo ſeu parabola iſta, quantum ad literalem intelligentiam ſuperficialiter ſumptam, planiſſima eſt, ſed exponenda eſt myſtice, vt ſit ſenſus, Quum fortis armatus, hoc eſt, diabolus fortis fortitudine naturali: quia ſicut eſt ſublimis naturæ, ita & magnę potentiæ, propter quod in Iob habetur, Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Dicitur quoque armatus multiformi aſtutia, longa experientia, naturali induſtria atque ſcientia. naturalia enim in dęmonibus permanſerunt, ſecundum Dionyſium quarto capite de diuinis nominibus. multiplici quoque nequitia ſeu acie vitiorum ac malignorum ſpirituum ſibi ſubſeruientium. [*Cuſtodit atrium ſuum,*] id eſt impiorum conuenticulum ſeu mundũ in maligno poſitũ, ne homines pœniteant, conuertantur, ſaluentur. Sic enim ante Chriſti aduẽtum diabolus homines impios cuſtodiuit, ne ſibi ſubtraherentur, quia tunc pene in toto mundo idololatria ac cætera vitia prævaluerunt, [*In pace ſunt ea quæ poſſidet,*] hoc eſt, iuxta ſuam voluntatem poſſidet tales, quia (vt ait Apoſtolus) ad voluntatem ipſius captiui ab ipſo tenentur: & qui ſic diabolo ſunt ſubiecti, carnalem, falſamque pacem habent, & dæmoni infeliciter damnabilitérque concordant. quam pacem venit Chriſtus deſtruere, quemadmodum ait, Non veni pacem mittere in terram. Eſt itaque pax vera, quæ eſt tranquillitas mẽtis in deo & concordia in bonis: falſa vero pax concordia eſt in malis, ſicut dum ſpiritus ſeu ratio carnalibus deſideriis acquieſcit: de qua pace ait Pſalmiſta, Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Eſaias vero de vera ſpiritualíque pace teſtatur, Nõ eſt pax impiis. [*Si autem fortior illo,*] id eſt Chriſtus potentior diabolo. Chriſtus nanque ſecũdum naturam ſuam diuinam infinite potentior extat diabolo, totóque vniuerſo: ſecundum humanitatem quoque ſuam fortior fuit & eſt diabolo, per poteſtatem creatã ſuæ humanitatis ſupernaturaliter datã, [*Superueniens.*] Chriſtus enim de ſuper venit: iuxta illud Ioannis, Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. [*Vicerit illum.*] Chriſtus quippe in omnibus vicit diabolum, puta in tentatione illam viriliter refellendo, in paſſione illam patientiſſime tolerando, in deſcenſu ſuo ad inferos, infernum ſpoliando. Hinc de Chriſto dixit Pſalmiſta, Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. De ipſo quoque in Apocalypſi habetur, Ecce vicit leo de tribu Iuda. [*Vniuerſa arma eius auferet,*] hoc eſt, verſutas eius fallacias, tentationúmque machinamenta fraudulentiis plena, quibus decipit homines, compeſcet, deteget, ſuperaríque faciet ab electis, ſicut ſupius dixit diſcipulis, Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutem inimici [*in quibus confidebat*] Diabolus nanque in ſuis confidit aſtutiis iam præfatis, quẽ multi hominum aſſequũtur, videlicet ſimulatores & callidi, qui prouocant iram dei, qui in Eſaia loquuntur, Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mẽdacio protecti ſumus. De quibus rurſum aſſeritur, Cõfidunt in nihilo, & loquuntur vanitatem. [*Et ſpolia eius diſtribuet*] Spolia diaboli ſunt peccatores, quos tentando decepit, & creatori quaſi ſubſtraxit, ac ſuo ſubiecit dominio. Hos Chriſtus per gratiam ſuam redemit, & dæmonibus abſtulit, eóſque diſtribuit cuſtodiæ angelorum, eccleſiaſticis quoque officiis aſſignauit. Captiuam enim ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quoſdam quidem apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios autem prophetas, alios vero doctores ordinans, ſeu paſtores. Deniq; diuerſas mundi gentes à dæmone captiuas Chriſtus diſtribuit apoſtolis conuertendas, dicendo, Euntes in mũdum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Vnde paſſione inſtante prænunciauit, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. In Eſaia quoque de Chriſti appellatione prædictum eſt, Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. [*Qui non eſt mecum,*] id eſt qui mihi non conſentit, nec concordat, nec cooperatur, [*Aduerſum me eſt,*] i. mihi contrarius, & opera operibus meis contraria facit, [*Et qui non colligit mecum*] homines ad deum creatorem non reducit, nec virtutibus vnit prout poteſt, & obliquatur, videlicet orando, docendo, ſeu exemplariter conuerſando, [*Diſpergit*] id eſt, à deo auertit, atque erroribus ſe ac alios quantũ in ſe eſt, implicat. Per hoc Chriſtus inſinuat ſibi cum diabolo nullam eſſe communionẽ aut cõuentionem, quum ipſe ſit humilis & benignus, diſperſóſque per vitia & errores reducens & congregans ad vnitatem fidei, ſpei & charitatis, atque vnanimem dei cultũ. Porrò diabolus ſuperbus & malignus ſemper conatur homines ab vnitate prędicta auertere, à veri dei cultu diſpergere, per idololatrias ac cætera diſgregare peccata. Hinc ait Apoſtolus, Quę conuentio Chriſti ad Belial, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Et in Ioanne legitur, Ieſus moriturus erat, vt filios dei qui erant diſperſi, congregaret in vnũ. conſequenter oſtendit Saluator populum Iudęorũ ſibi incredulũ à dęmonibus inhabitari, [*Quum immundus ſpiritus exierit ab homine, &c.*] In Matthæo, vbi verba hæc ſcripta ſunt, legitur Chriſtus protinus ſubdidiſſe, Sic erit generationi huic peſsimæ. quo conſtat hęc de populo Iudęorum principaliter dici, ita quod nomine hominis, populus ille ſignatur, ſicut frequenter in veteri teſtamento de toto populo illo, quaſi de homine vno, fit ſermo. Itaque [*Quum immundus ſpiritus,*] i. diabolus, qui ratione ſimplicis ſuæ naturę dicitur ſpiritus, & ob abundantiam ſuæ culpæ vocatur immundus. [*Exierit ab homine*] id eſt, à populo Iudæorum expulſus eſt, quando per Moyſen data eſt ei lex à deo in Sinai monte. [*Ambulat per loca inaquoſa,*] id eſt per corda & collectiones gentilium aqua ſapientiæ ſalutaris carentia circumit, [*Quærens locum,*] id eſt manſionem in eis ad decipiendum eos, quemadmodum Petrus ait, Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. [*Et non inueniens,*] hoc eſt, in gentilibus fixam atque perpetuam non reperiens manſionem, quia per Chriſti apoſtolos ſunt conuerſi, [*Dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui,*] id eſt ad ſynagogam ſeu populum Iudęorum, de quo exiui, eo tempore, quo deo digne ſeruiuit: ſed quando Chriſtum recipere renuit, dæmon rurſus ingreſſus eſt populum illum. [*Et quum venerit*] diabolus ad ſynagogam, [*Inuenit ſcopu mundatam,*] hoc eſt, forinſecus ſuperficialiter ornatam quibuſdam cæ-

Iob. 4. 2. Timo. 2. Matth. 10. Pſalm. 72. Iob. 30. Epheſ. 4. Ioãnis. 12. 2. Cori. 6. Ioãnis. 11. Matth. 12. Exod. 32. 1. Petri. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A rimonialibus obſeruantiis & phariſæorum traditionibus, apparentíque ſanctitate, quæ omnia tempore euangelicæ legis reprobantur. vnde de hypocriſi Chriſtus in Euangelio præſertim redarguit ſcribas & phariſæos. [*Et tunc vadit*] diabolus cernens ſibi patere introitum ad Iudæos, [*Et aſſumit ſecum alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe,*] .i. multitudinem, copiam tentatorum ac vitiorum. Septenario quippe vniuerſitas explicatur, quẽ admodum Chriſtus dicitur de Maria Magdalena eieciſſe ſeptẽ dæmonia, id eſt vniuerſa peccata mortalia. [*Et ingreſſi habitant ibi*] Iam enim videmus quàm indefinenter corda infidelium Iudæorum à dęmonibus fuerint inhabitata, quia, vt ait Apoſtolus, peruenit in eos ira dei vſque in finem, de quibus in Apocalypſi proteſtatur Ioannes, Dicunt ſe Iudæos eſſe & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Satanæ. [*Et ſint nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*] ſicut enim hæc Iudęorum captiuitas qua ſi incomparabiliter maior eſt omni captiuitate, quam ſub lege perpeſſi ſunt, ita nunc grauiora ſunt peccata eorum, & propter enormiores tranſgreſſiones pątiuntur hæc aſpera, videlicet propter Chriſti perſequutionem & occiſionem, & quoniam vſque in præſens quotidie Chriſtum blaſphemant, ſecundũ Hieronymum. ¶ Prætercà iſta moraliter explanantur de quocunque homine recidiuante, à quo tempore ſui baptiſmi ſeu pœnitentiæ dæmõ expulſus eſt, tuncque pergit per loca inaquoſa, id eſt corda bonorum à fluxu concupiſcentiæ deſiccata, atque per abſtinentias arefacta tentare aggreditur, ac ſuperare molitur, in quibus locum non inuenit, dum et viriliter reluctantur. Tunc ergo ad priorem reuertitur,
B quem ſi inuenerit nõ vere intus purgatum, ſed foris duntaxat ornatum, & non veram ſanctitatem, ſed apparentem virtutum decorem inanirer cupientem, tunc vadit & aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe ſecundũ ſenſum prætactum, qui ingreſſi habitant in recidiuante, ita vt poſteriora eius peccata fiant prioribus ſuis vitiis deteriora. Vulnera etenim repetita ſunt periculoſiora, tam in corpore quam in anima. [*Factum eſt autem, quum hæc diceret,*] hoc eſt, tam ſapienter, prompte, euidenter ac fortiter Chriſtus ſuos aduerſarios reprobaret, [*Extollens,*] id eſt, deuote & libere eleuans, [*Vocem quædam mulier de turba, dixit illi,*] Quidam hanc fœminam dixerunt fuiſſe ſanctæ Marthæ ancillam, quæ admirata ſapientiam atque conſtantiam Chriſti, loquuta eſt, [*Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti,*] id eſt tanta eſt dignitas, ſanctitas & perfectio tua ô Chriſte, vt te ſatis commendare non valeam, ſed merito etiam beatificó eam quæ te meruit generare, cuius membra beatificata proteſtor ex tuo contactu, atque obſequio tibi impenſo. Quis enim digne collaudet ſacroſanctiſsimæ virginis illius inuiolatiſsimum ac caſtiſsimum vterum, in quo vnigenitus dei, deus maieſtatis immenſæ prælegit incarnari, homo fieri, tot menſibus commorari, creſcere & nutriri, cuius poſt natiuitatem ſuam vbera ſuxit? Nónne admirabilis ac præſtantiſsima virgo illa, ex filii huius vnione, communione, contactu, obſequio, inæſtimabiliter dignificata, ac deificata credenda eſt? Prætereà quoniam Chriſti matrem eſſe vnicum ac ſingulariſsimum donũ eſt, Chriſtus vniuerſale profert prœconiũ, ad quod omnes valemus pertingere. [*At ille dixit, Quinimo,*]
C id eſt, vtique ſic eſt ſicut dixiſti, nec tantum hoc ſolum ſic eſt, ſed & [*Beati qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud*] id eſt, qui verba dei aure mentis aduertunt, ſeu etiam corporaliter libenter audiunt, vt ſciant & impleant, memoriter retinendo, & operi mancipando, beati ſunt iam in ſpe, & tandem beati erunt in re, ſortiendo in patria felicitatem æternam, dummodo iam laudabiliter perſeuerent vſque in finem. Hinc in Ioãne aſſerit Chriſtus, Qui eſt ex deo, verba dei audit. Etenim verbum dei eſt vita, cibuſque animæ, quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Denique Chriſtus his verbis cõceptum ſui ſpiritualem prætulit conceptui corporali, ita vt nec virgini gloriosæ prõfuiſſet ad ſalutẽ eſſe carnalem filii dei matrem, niſi & vere deuota fuiſſet, & Chriſtum in mente ſpiritualiter concepiſſet. Idcirco ſecundũ Auguſtinum, beatior fuit concipiendo Chriſtum fide ſeu mente quã ventre. Vnde & nos de aliorum, quantumlibet propinquorum ſanctitate non præſumamus & proſit nobis, niſi illorum virtutes ſectari curemus. [*Turbis autem concurrentibus*] ad Ieſum vt verba ſapiẽtiæ eius audirent, & ſigna potentiæ ſuæ conſpicerẽt, [*Cœpit dicere, Generatio hæc generatio nequam eſt.*] Supra in iſto capite dictũ eſt, quod quidam dixerunt chriſtum in principe dęmoniorũ eiicere dæmones, quibus Chriſtus hucuſque reſpondit, niſi quod interpoſita ſunt verba mulieris Chriſtũ laudantis. Alii vero ſignum de cælo quærebant à Saluatore, quibus nunc loquitur & reſpondet, dicendo, Generatio
D .i. plebs iſta poſtulãs ſignũ, nequã eſt, quia callida intẽtione, nõ ꝓficiẽdi deſiderio ſignũ quærit. Porrò in Matthęo legitur, quòd iſti ſignũ quęrentes fuerunt ſcribæ & phariſęi. Scribę autẽ fuerunt doctores & clerici Iudæorum, Phariſæi vero fuerũt religioſi eorum, vt aſtruit Beda: & tamẽ peccata illorũ chriſtus hic publicè corã laicis reprehendit, vt etiam notat hic Gorra. [*Signum quærit*] quærebant etenim ſignum aliquod magnũ à Chriſto, per quod certitudinaliter noſcerent eũ eſſe chriſtum, ſicut expoſitũ eſt, [*Et ſignũ non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ.*] Certum eſt quod Chriſtus poſt horum prolationem vẽborum multa præclariſsima per ſeipſum & per ſuos diſcipulos miſſo ſpiritu ſancto egit coram Iudæis miracula, oſtendendo ſe eſſe Chriſtum: quomodo ergo nunc ait, Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ? Et reſpondendum quòd ſenſus eſt, Signum non dabitur ei, id eſt ego hac vice ſignum ei non dabo, quo Chriſtũ me eſſe cognoſcat, niſi ſignum Ionæ, id eſt excepta re illa myſteriali ac typicá, quæ in figuram Chriſti accidit Ionæ prophetæ. Iſti equidem peruerſi ſcribæ ac phariſæi iam multá prœclara Chriſti viderunt aut perceperunt miracula, infideliter quoque malitioſè & irreuerenter quærebant ſignum, idcirco à Chriſto exaudiri non meruerũt. Deinceps exprimit Chriſtus ſignum ſeu myſticũ factum Ionę prophetę, quod in libro Ionę, qui in numero duodecim prophetarũ minorum quintus eſt, plenius cõtinetur, [*Nam ſicut Ionas ſignũ fuit Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi huic.*] Ionas quippe ſignum fuit Niniuitis, prædicendo eis eorum ſubuerſionem, videlicet niſi cõuerſi pœnitentiã agerent: ſic Chriſtus viua voce ſcribis & phariſæis æternã eorum damnationem prædixit, niſi verbis ſuis crederent atque veraciter pœniterent. Veruntamen Matthæus præfigurationem iſtam clarius recitat,

Matth. 23. Marci, 16. 1. Theſ. 2. Apocal. 3. 1. Cor. 10. Matth. 24. Ioan. 8. Deuter. 6. Matth. 4. Lucæ. 4. Matth. 12. Matth. 12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicens, Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ. i. in monumento tribus diebus & tribus noctibus, vtpote ponendo partem pro toto. Inſuper Chriſtus declarat magnitudinem culpæ & pœnæ ſcribarũ ac phariſæorum, [*Regina Auſtri,*] id eſt, regina Saba, quæ dicitur regina Auſtri, quoniam regio illa Saba fuit in parte auſtrali, reſpectu Iudææ, [*Surget,*] id eſt reſuſcitabitur & apparebit [*In iudicio,*] id eſt in die extremi ac generalis iudicii, [*Cum viris generationis huius,*] Boni nanq; & mali ſimul reſurgent. Dicitq; Beda hoc loco, Regina Auſtri electa eſſe non dubitatur. [*Et condemnabit illos,*] non poteſtate iudiciaria, ſed comparatione operis melioris, ſecundum gloſſam, quoniam ex facto bono illius reginæ iſti apparebunt damnabiles, imò & damnabiliores. Hinc ſubditur, [*Quia venit a finibus terræ*] .i. à locis valde remotis, [*Audire ſapientiam Salomonis,*] vt patet in libris Regum: venit enim cum grandi exercitu & aromatibus multis. [*Et ecce plus quam Salomon hic,*] 3.Reg.10. id eſt, ſapiẽtior Salomone ſum ego, qui ſecundum quod deus ſubſtantialiter ſum ſapientia infinita: ſecundum naturam quoque aſſumptam, ſapientior ſum omni mente creata, etiã angelica atque Seraphica: & tamen à vobis contemnor ac reprobor, dęmoniacúſq; appellor. [*Viri Niniuitæ*] qui habitauerunt Ionæ.3. in Niniue ciuitate magna, itinere dierũ triũ, vt ſcribitur in Iona, [*Surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam*] eo modo, quo de regina Auſtri expoſitum eſt, [*Quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ.*] Quum enim Ionas in Niniue prædicaret, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur: rex & populus in Niniue magnam pœnitentiã aſſumpſerunt, induentes ſe ſaccis & ieiunantes, deúmq; valide inuocãtes, vt à Iona ſcribitur. [*Et ecce plus quã Ionas hic.*] Ille enim fuit propheta, Chriſtus autem rex & dominus prophetarũ: ille creatura, iſte creator & deus: & tamen ad prædicationẽ Ionæ paucis diebus in Niniue, id eſt quadraginta, ſecundum Gorram, prædicantis, nec aliquod ibi miraculum facientis, conuerſi ſunt Niniuitę: Chriſto autem multo diutius prædicanti, & multa ac magna operanti miracula ſcribę & phariſæi credere contempſerunt, nec conuerſi ſunt, niſi perpauci. ¶ Conſequenter Chriſtus demõſtrat ſe propter Iudæorũ iſtorum inconuertibilitatẽ non debuiſſe à ſapientiæ ſuæ communicatione ſeu prædicatione ceſſare, quia & vna ratio, ob quam animæ ſuæ data fuit ſapientia tanta erat, vt per ſapientiam ſuam malis & bonis verbum dei annunciaret, omnésq; quantum in ipſo fuit illuſtraret: iuxta illud Eſaiæ de Chriſto prædictum, dicente patre ad filium, Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de cõcluſione vinctũ. Itaq; per ſimilitudinem Chriſtus declarans propoſitum, ait, [*Nemo lucernam accendit & in abſcondito ponit*] eam, [*Neque ſub modio, ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediuntur*] domũ [*Lumen videant*] Hoc vtique in exterioribus obſeruari ſic conſueuit, quo Chriſtus intendit, quod deus trinitas animę ſuæ tantam ſapientiam nõ infudit, vt eam prorſus abſconderet: ſed vt congruo tẽpore per eam alios illuſtraret, publice prędicando. Itaq; lucerna eſt Chriſti humanitas luce ſapientię præclariſsimè illuſtrata, quam deus noluit in abſcondito ponere, hoc eſt, ſub vmbra legis noluit eã latere, ſed per gratię fulgorem atque euangelicæ veritatis prædicationem manifeſtari. [*Neque ſub modio*] id eſt, ſub Iudæorum climate noluit eam arctare, ſed totum mundum per ipſam illuminare. Hinc per Eſaiam pater loquitur Chriſto, Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſraël conuertendas: dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Poſuit ergo deus lucernam hanc ſuper candelabrum, id eſt, electę ſynagogę, videlicet & primitiuæ Pſalm.2. eccleſię arcem, imò & toti eccleſię Chriſtum præfecit, ſecundũ quod ait in Pſalmo, Ego autem cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctum eius, prædicans prȩceptum eius. De quo candelabro ſeZacha.4. ptẽplici dono ſancti ſpiritus refulgente exponitur illud Zachariæ, Et vidi & ecce candelabrum aureũ .i. eccleſia diuino amore ornata, & lampas eius, vtpote Chriſtus eam illuminans ſuper caput eius, & ſeApoca.1. ptẽ infuſaria. i. vniuerſitas doctorum, lucernis erant. Hinc in Apocalypſi ſeptem eccleſiæ Aſiæ per ſeptem candelabra aurea deſignantur. Quemadmodum enim vna eſt vniuerſalis eccleſia, & multæ eccleſię particulares: ita dicitur vnum candelabrum & multa candelabra. Igitur ſuper candelabrum .i. eccleſiam, Chriſtus eſt poſitus, vt omnes qui ingrediuntur eccleſiaſticã domũ, cõſpiciant lumẽ Chriſti, hoc eſt, doctrina euangelica clarificentur atque regantur. Porrò quòd chriſto ſecundum ſuam humanitatem cõpetit eſſe lucernam, conſtat ex eo quod in Apocalypſi habetur, Dominus deus omnipotẽs illuProue.31. minabit eam, videlicet ciuitatem dei ſanctam Hieruſalem, & lucerna eius eſt agnus: de qua & illud Prouerbiorum ſumitur, Non extinguetur in nocte lucerna eius, puta mulieris fortis, per quam ibi figuratur eccleſia, quam Ioannes in Apocalypſi ſponſam atque vxorem agni appellat. Ex præinductis chriſtus ad noſtrã ſe informationẽ cõuertit, [*Lucerna corporis tui oculus tuus.*] Hoc de materiali oculo ad literã verificatur per ſimilitudinẽ oculi cum lucerna. Quẽadmodũ enim in lucerna lux continetur, totã lucernã ſua claritate perfundens: ita in corporali organo oculi lux continetur viſiua, qua totũ corpus in ſuis motibus actibúſq; dirigitur. Sed Chriſtus, ſicut ex cõſequentibus oſtenditur verbis, nõ de corporali oculo principaliter loquitur, ſed per verbũ præhabitũ innuit, quod ſicut oculus corporalis eſt ſenſibilis corporis noſtri lucerna: ſic oculus noſter interior, ſcilicet intellectus ſeu eius intentio eſt oculus animæ noſtræ, operũq; noſtrorũ, quę myſtice corpus vocãtur. Anima quippe eſt totũ poteſtatiuũ plures in ſe vires habẽdo ac cõtinendo, quẽadmodũ corpus multa cõtinet mẽbra, ſic & totalitas ſiue cõgeries operũ, corpus tropologice nũcupatur. [*Si oculus tuus fuerit ſimplex*] hoc eſt, ſi intellectus vel eius intẽtio fuerit abſque errore & obliquitate, hoc eſt abſque duplicitatis ſeu ſimulationis ſiue hypocriſis plica & macula, [*Totũ corpus tuũ lucidũ erit*] .i. tota anima recte dirigetur, ab intellectu & luce ſapiẽtiæ eius clareſcet: operum quoque congeries vere virtuoſa conſiſtet, quia intentio imprimit ſpeciem operi ſecundum Ambroſium. ¶ Denique (vt ſcribit hic Gorra) intentio dupliciter dicitur, vno modo motus mentis ordinantis opus in finem, alio modo ipſe finis intentus ad quem mens ordinat opera ſua. ¶ Itaque de intentione loquendo primo modo, ex ipſa intentione iudicantur opera ſiue bona ſiue mala: nã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ille motus mentis ſic ordinantis nunquam eſt bonus, niſi ordo ſit rectus: nec ordo eſt rectus, niſi conuenienter ordinentur extrema. Sed ſecundo modo de intentione loquendo, non omnia opera ex intentione iudicantur, ſed illa quæ de ſe bona ſunt vel indifferentia. Quædã verò ſunt de ſe vitioſa & mala, quę hoc modo ex intentione bona ſeu fine bono bonitatem non ſortiuntur, vt ſi quis adulteretur quatenus à concupiſcentiæ moleſtia releuatus, quietius ſpiritualibus vacet. Hinc alii dicunt, quod duplex eſt finis ſiue intentio, vtpote intendentis, & rei ſeu operis. Finis autem intendentis eſt quem agẽs ſibi præfigit quamuis media non ſit proportionata ad huiuſmodi finem: idcirco bonitas talis finis nõ ſem per ſufficit ad bonitatem moralem operationis. Alius vero finis, vtpote finis rei ſeu operis, dicitur finis operibus ſeu mediis ad finem ordinatis proportionatus ac congruens: idcirco à tali fine operatio dicitur bona & mala. [*Si autem nequam fuerit*] id eſt ſi intentio tua ſeu intelligentia aut ratio fuerit peruerſa; [*Etiam corpus tuum tenebroſum erit*] id eſt operum tuorum congeries ſiue collectio ex tali intentione procedens vitioſa conſiſtet, & tota anima tenebris vitiorum & ignorantiarum implebitur. nempe ſi praua prẽcedat intentio, opus ſequitur vitioſum, quãuis foris bonum appareat, vt ſi quis eleemoſynam tribuat ex intentione laudis humanæ. Idcirco ſecundum Auguſtinum, primo curandũ eſt vt recta ſit mẽtis intentio, & ne intellectus peccatis ac paſſionibus obſcuretur, ſicq; in iudicãdo ſit errans. Intellectus etenim habet ipſam voluntatem, quæ de ſe cæca aſſeritur, omnes quoq; alias animæ vires in actibus ſuis dirigere. [*Vide ergo*]. i. caue, ſecundũ quod cautio eſt pars prudẽtiæ, ad quam pertinet pericula deuitare. Vnde Apoſt. monet, Videte quomodo caute ambuletis. [*Ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint*]. i. ne tua ratio ſiue intẽtio ſit peruerſa, aut modis prætactis obſcura aut obliquata: quod fit ſi opera noſtra ad debitũ finem non ordinemus, videlicet ad dei gloriam & honorẽ, beatitudinémq; æternã, ſed ad carnales delitias, corporales diuitias, aut tẽporales huius vitæ honores, vel ad aliquid deo contrariũ. Hinc hortatur Apoſt. Omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti agite, gratias agentes deo patri per ipſum. [*Si ergo corpus tuũ totum lucidũ fuerit*]. i. ſi vniuerſitas ſeu tota cõgeries operũ tuorũ fuerit virtuoſa, vt tam intentio q̃ actio inde procedens ſint bonæ, [*Non habẽs aliquã partem tenebrarum*]. i. nullũ peccatũ mortale habẽs admixtum. Partes enim tenebrarũ, id eſt, ſpecies vitiorũ ſunt ſuperbia, auaritia, luxuria, &c. [*Erit lucidum totum*]. i. tunc totũ opus tuum erit vere atque ſimpliciter meritoriũ, deóq; placitum. Nã vno mortali peccato omnia opera meritoria mortificãtur: ſi vero nullũ inſit peccatũ mortale, charitas dei, & gratia reddunt opera corã deo ſplendẽtia. Hinc in Eccleſiaſtico habetur, Qui in vno peccauerit multa bona perdet. [*Et ſicut lucerna fulgoris*]. i. lucerna prefulgida [*Illuminabitur*]. i. inclite decorabitur, ita q̃ anima tua his bonis corã deo pulchra erit ac fulgida. Quẽadmodũ enim virtutes & dona ac gratia ſpũs ſancti ſunt lumina quædã illuminãtia mentẽ: ſic & actus virtuoſi ſunt mẽtis illuſtrationes, & per eos anima ad illuminationẽ diſponitur ampliorẽ, ſicut opera vitioſa tã interiora q̃ exteriora ſunt animæ obtenebrationes, & vnũ eorũ ad aliã obſcurationem inducit. Hinc in Prouerbiis aſſeritur, Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectã diem: via vero impiorũ tenebroſa, neſciunt vbi corruunt. Itaq; puris cogitationibus, ſanctis affectionibus, vtilibus quoq; ſermonibus, ac virtuoſis operibus, noſipſos iugiter adornare nitamur.

B

C

D

Proue. 4.

Ephe. 5.

Coloſſ. 3.

Eccle. 9.

Proue. 4.

Proue. 4.

¶Elucidatio reſiduæ partis vndecimi cap. [*Et quum loqueretur, rogauit illum quidam phariſæus vt prandaret apud ſe.*] Artic. XXXI.

Onſequenter deſcribitur iuſta ac ſapientialis increpatio phariſæorum & ſcribarum à Chriſto.

C [*Et quum loqueretur*] Chriſtus, non ait Lucas, quum loqueretur hæc, vtpote ſtatim præhabita, quia non ſtatim poſt prolationẽ illorum accidit quod hic narrat, vt patet ex his quæ in Matthæo ſcripta ſunt. Ibi nanq; habetur, adhuc eo loquẽte ad turbas, ſcilicet ea quæ ſtatim præhabita ſunt. Ecce mater eius & fratres eius ſtabant foris quærentes ei loqui. ad quod quum reſpondiſſet, rogatus eſt à phariſæo ſicut nunc dicitur, [*Rogauit illum quidam phariſæus vt prandaret apud ſe.*] Cauſa iactantiæ & ex hypocriſi dititur hoc phariſæus egiſſe: Chriſtus tamen qui peccatores venit ſanare ac informare aẽ quieuit roganti. Nam ſubditur, [*Et ingreſſus*] domum phariſæi [*Recubuit. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere*]. i. chriſto ad menſam ſedente ſeu accedente, Phariſæus reputans Chriſtũ contra bonos mores feciſſe, intra ſe dixit ſeu cogitauit, [*Quare nõ baptizatus eſſet ante prandiũ*]. i. cur Chriſtꝰ manus ſuas nõ lauiſſet ante acceſſum ad mẽſam. Hoc quippe fuit cõtra cõſuetudinẽ Iudæorũ: iuxta illud Marci, Phariſæi autem & omnes Iudei niſi crebro lauent manus ſuas, non manducant. Huic conſuetudini Chriſtus non fuit ſubiectus, nec eam hac vice ſeruauit, vt tali occaſione ad ſaluberrimam phariſæorum increpationem ac inſtructionem veniret. Pro eadem etiam cauſa diſcipuli Chriſti à ſcribis & phariſæis increpati leguntur apud Matthæum, vbi habetur, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas cum manducant. [*Et ait dominus*] Ieſus [*Ad illum*] non ad verba vocalia, ſed mẽtalia phariſæi Chriſtus reſpondit, oſtendens ſe cordiũ inſpectorẽ, de quo in Prouerbiis Salomõ loquitur, Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallet. [*Nunc vos phariſæi quod deforis eſt calicis & catini, mundatis*]. i. vaſa exteriora, ex quibus bibitis atque comeditis lauando purgatis: [*Quod autem intus eſt v ſtrum*]. i. mẽs ſeu anima veſtra [*Plenum eſt rapina*]. i. peccato & amore rapinæ [*Et iniquitate*] in deũ directe cõmiſſa, ita quod pleni eſtis vitiis contra deũ & proximũ. Ecce quãtus fuit in Chriſto zelus iuſtitiæ, quia homini ipſum inuitanti à tã acuta increpatione nõ pepercit. Nil enim ipſum ab æquitate quiuit auertere. [*Stulti*] Quomodo Chriſtus qui cœpit facere & docere, phariſæos hos ſtultos appellat, quum ipſemet dicat, Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennę ignis? Et reſpondendum, quod cum verba oris ſint expreſsiua interioris conceptionis affectionisque cordis;

Matth. 12.

Marci. 7.

Matth. 15.

culpæ & virtus iudicantur esse in verbis, ex qualitate dispositionis, seu conceptionis, affectionisve cordis: idcirco ex contemptu & elatione dicere, Fatue, cum animo exprobrãdi, prohibetur à Christo: non autem si dicatur ex charitate, animo corrigendi, præsertim à superiori & iudice, cuius est alium iuste & charitatiue arguere. Sic etenim Paulus scribit ad Galatas, O insensati Galatæ. Et Christus post resurrectionem dixit discipulis, O stulti & tardi corde ad credendũ. Christus vero omnium scribarum & pharisæorum iudex, princeps, & dominus fuit, tanquam verus & summus rex Israël. [*Nonne qui fecit quod de foris est*] hoc est, corpus humanum quod vultis lauando mundari, ac corporalia reliqua, [*Etiam id quod deintus est,*] vtpote animam quam à vitiis non purgatis [*Fecit?*] per creationem: quo constat, quod vtriusque naturæ deus requirat munditiam, prout monet Apostolus, Mundemus nos ab omni inquinamento mentis & corporis, perficientes sanctificationem in timore dei, imo quo anima corpore extat præstantior, eo plus internæ puritati studendum est. ¶ Præterea, hac Christi authoritate clarissimè refutatur hæresis sacrilegi Manichæi, duo ponentis principia rerum, asserẽtis corpus humanum à diabolo factum, animam vero à deo lucis, quod etiam contra naturalem est philosophiam, quum de summo deo Aristoteles asserat, Ab hoc ente omnibus deriuatum est esse, & viuere, his quidem clarius, his autem obscurius: quod Plato atque Platonici subtilissimè probauerunt, præsertim Proclus Platonicus in elemẽtatione sua theologica, in qua & ipsam primam materiam probat per se à bono exortam. ¶ Deinceps Christus animarum sapientissimus medicus post increpationem rigorosam, adiungit informationem benignam, tanquam post vinum austeritatis adhibens oleum pietatis & post vulneris ostensionem applicans medicinam. [*Veruntamen quod superest*] .i. quod tam multo scelere contaminatis pro remedio restat [*Date eleemosynam*] vel quod supersit. i. de his quæ superfluunt vobis, videlicet necessario victui atque vestitui vestro, ac domus vestræ, facite eleemosynam, [*Et ecce omnia munda sunt vobis*]. i. virtute eleemosynæ à peccatis omnibus efficiemini puri. Quemadmodum autẽ in libris de ciuitate dei recitat August. Quidam horum occasione verborum dixerunt, eos qui opera misericordiæ exercẽt, in æternum non posse damnari: quorũ error faciliter reprobatur. Christus etenim loquitur de eleemosynarum largitione, prout est actus misericordiæ ad charitatem infusam pertinentis, ita quod eleemosynarum largitio est opus virtuosum à charitate imperatũ, & à virtute, quæ misericordia nuncupatur, elicitiue procedens, sicque eleemosynam agere meritorium est vitę ęternæ. Nec ideo christus hæc ait, quasi sola eleemosynarum largitio sit purgatiua à vitiis, sed quia inter remedia contra peccata est quoddam præcipuum, & per appropriationem quandam veniam desuper promeretur, quia cõdecens est, vt deus sic faciat nobis, sicut nos facimus proximis nostris. Propter quod ait Christus, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. Hinc Daniel Nabuchodonosor regi consuluit, Peccata tua, inquiens, eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperũ. Vnde in Tobia sanctus dei angelus Raphael protestatur, Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quę purgat peccata, & facit inuenire vitã æternã. Salomon quoque, Per fidẽ, inquit, & misericordiã purgãtur peccata. Postremò, Christus tanquã sapiẽtia patris discrete loquutus est, quod supersit. i. de superfluo necessitatis vestrę date eleemosynã, quia non ita agenda est, secundũ Bedã, eleemosyna, vt teipsum consumas inopia. Dicit quoq; Chrysostomus, ꝙ eleemosyna præstantior est ieiunio, quãuis illud sit laboriosius. [*Sed væ vobis pharisæis*]. i. æterna damnatio imminet vobis, nisi pœnitentiam dignam egeritis [*Qui decimatis mentam & omne olus*]. i. de rebus his paruis ac vilibus decimas datis, siue exigitis vsq; ad minima, magnam vim facientes in obseruantiis minorũ, & nullã aut paruam in obseruantiis præcipuorum, prout cõsequenter Christus declarat. Porrò quemadmodũ olus valet ad alimẽtum, sic ruta & menta ad medicamentum. Nam ruta acuit visum: menta reficit & confortat olfactum. [*Et præterius iudicium*]. i. verã discretionẽ omittitis, nec proximis ac subditis rectũ iudiciũ facitis, nec iudicialia dei præcepta seruatis: sed neq; vosipsos rite discutiendo salubriter iudicatis, considerando, confitendo, arguẽdo & castigãdo propria vestra peccata, [*Et charitatem dei*] ita quod nec vere diligitis, nec proximis charitatem dei. i. charitatem veram ac spiritualem à deo infusam ac iussam, impenditis, sed carnali pleni estis amore. Denique Christus aptissimè iudicium charitati coniunxit, quia iudicium sine charitate in crudelitatem conuertitur, charitas autem sine iudicio in remissionem, charitas vero cũ iudicio in æquitatem, ita quod pietas miscetur iustitiæ. [*Hæc oportuit facere*]. i. charitatem dei iudiciúmque seruare in primis ac principaliter est necesse. Charitas nanque summa est virtus, vitáq; animæ, sine qua nulla virtus proficit ad salutem, nec rationem virtutis perfectę sortitur, nec aliqua actio sine charitate est meritoria. Hinc in Michæa habetur, Indicabo tibi homo quid sit bonũ, vtique facere iudicium. [*Et illa minora*] vtpote decimationẽ mentę & rutæ ac olerum, [*Non omittere,*] sed implere: secundum illud Prouerbiorum, Honora dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum. Quamuis autem ista decimatio ad cęremonialia præcepta pertinuit, nihilominus Christus asseruit eam non debuisse omitti, quia dum ista loquutus est, nõdum fuerat euãgeliũ vndique publice diuulgatum: idcirco cęremonialia legis adhuc erant seruanda.

Matth. 5.

Tob. 12.

Prouer. 15.

Prouer. 3.

¶ Præterea contuendum, quod in lege fuit decimatio triplex. Vna fuit debita seu præcepta, quæ dabatur Leuitis de frugibus vniuersis. Altera fuit partim spontanea, partimq; debita, vt oblationes quæ fiebant in scenophegia, id est, Pascha & Pentecoste: quia pro libito suo licebat Iudæis tunc offerre, plus aut minus: & quo ad hoc oblatio talis dicebatur: & quoniam aliquid tenebantur offerre dicebatur quodammodo debita. Tertia fuit omnino spontanea, quæ gratis dabatur. Dicit autem circa ista Chrysostomus, Iustitiam, misericordiam & fidem, propter suam gloriam deus mandauit: decimas vero propter sacerdotes, qui de suo lucro solicite agebant, sed de dei gloria in salute hominũ negligẽtes fuerunt. Sic & nunc omnes de honore suo soliciti sunt, de dei autem honore pauci aut nullus: suas portiones vigilanter defendunt, obsequium ecclesię non attendunt: idcirco væ eis. Itaque vsque in præsens multi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A etiam apparenter religiosi phariſæos ſequũtur, quia de interiori puritate, interna deuotione, ſyncerá-
que dei ac proximorum dilectione ac cæteris principaliter obſeruandis modice curant: de exterioribus vero quibuſdam cærimonialibus obſeruationibus, ſeu punctis parum ponderantibus, deuotionũque apparentiis non mediocriter extant ſoliciti, qui iuxta Chriſti doctrinam principaliora & neceſſariora ac viciniora ſaluti, primo & principalius ſatagant cuſtodire, deinde & alia ordinare, imo obſer- Eccleſ.7.
uanda ſunt omnia bona atq; ſalubriter inſtituta, quũ Salo. dicat, Qui timet deum nil negligit. In Eccle- Eccleſ.19.
ſiaſtico quoque legitur, Qui ſpernit modica paulatim decidit. Etenim Auguſt. teſtante, Sicut ſubmergitur qui ſaxis deprimitur, ita qui arena obruitur.

¶ Inſuper reprehendit Saluator ſuperbiam & ambitionem phariſæorum, [*Væ vobis phariſæis qui diligitis*] id eſt vano affectu appetitis [*Primas cathedras in ſynagogis*,] id eſt, dignitates & loca altiora ibidem, quum in Eccleſiaſtico ſcriptum ſit, Noli quærere cathedram honoris. Et non ait Chriſtus, Vę qui habetis primas cathedras, ſed qui diligitis eas: quoniam hæc iniuncta ſuſcipere charitatis eſt, appetere vero ambi- Eccleſi.7.
tionis. [*Et ſalutationes in foro*] vbi cauſę tractantur. deinde arguit iſtos de ficta ſanctitate, atque hypocriſi, [*Væ vobis qui eſtis vt monumenta quæ non apparent,*] hoc eſt, quomodo intus diſpoſita ſint, [*Et homines ambulantes ſupra*] ſepulchra huiuſmodi, [*Neſciunt*] qualia intus exiſtãt, ita & vos phariſæi quũ ſitis hy-
B pocritæ calliditatibus pleni, quũ foris virtuoſi appareatis, intus pleni eſtis ſpurcitiis vitiorum, & ſpecie ſuperductæ ſanctitatis decipitis homines. vnde apud Matthæum comparatio iſta clarius ſcripta eſt, Matth.23.
Chriſto dicente, Væ vobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſsibus mortuorum & omni ſpurcitia: ſic & vos, à foris quidẽ apparetis hominibus iuſti, intus vero pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. O quàm multi nũc ſimiles illis miſeris phariſæis inueniuntur, qui quum ſint hypocritæ, hominibus magis quàm deo omnipotenti, incomparabili, & immenſo cupiunt complacere: ſicque ſuos perdunt labores, & per opera de genere bona, per quæ æternam beatitudinem mererentur, ſi ex charitate ad dei honorem hæc facerent, infernalia promerentur incendia. Abiiciamus ergo totaliter tam viliſsimum crimen, quia & in Iob ſcriptura fatetur, Laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocritæ inſtar puncti: imò quàm deteſtabile ſit hypocritarum vile collegium, & quàm enorme piaculũ exiſtat hypocriſis, conſtat ex eo quod in Iob legitur, Nunquid deus exaudiet vocem hypocritæ, quum venerit ſuper eum anguſtia, aut poterit in omnipotente delectari?

¶ Denique ſecundum Chryſoſto. iuſtorum corpora templa ſunt dei, quemadmodum ad Corinth. ſcribit Apoſtolus, Membra veſtra templa ſunt ſpiritus ſancti. Corpora vero peccatorum ſepulchra dicũ- 1. Cor. 10.
tur, quia in eis ſunt animæ ſpiritualiter mortuę. Rurſus ſecundum Chryſoſto. Sepulchrũ quãdiu clauſum eſt, pulchrum videtur: ſi autem apertum fuerit, apparet horribile: ſic ſimilatores quandiu non co-
C gnoſcuntur, laudabiles reputantur, quum autem cogniti fuerint, vituperabiles cognoſcũtur. Sepulchrũ dicitur quaſi ſemipulchrũ. tales ſunt hypocritæ, exterius nitidi, interius fętidi: ideo non ſicut filii eccleſiæ, quæ ait in Canticis, Nigra ſum ſed formoſa. Nigra vtiq; exterius, ſed formoſa interius. Iſti contra intus ſunt fœdi, & foris volunt apparere pulchri, ac boni. contra quos ait Chryſoſtomus, O hypocrita ſi bonum eſt eſſe bonũ, cur non vis eſſe, quod vis apparere? Aut ergo eſto quod appares, aut appare quod es. Quod eſt ſophiſma in philoſophia rationali, id eſt hypocriſis in morali. [*Reſpondens autẽ quidã ex legiſperitis ait illi, Magiſter, hæc dicens*] contra phariſæos [*Etiam nobis*] legiſperitis [*Contumeliam facis,*] i. honori, & ſtatui noſtro derogas. Hoc præſertim dixit hic legiſperitus, quoniã chriſtus inter cætera arguit phariſæos, quod primas cathedras amarent in ſynagogis. Fuerunt autem inter Iudęos cathedræ doctorum & iudicum atque pontificũ. Cathedra vero doctorũ congruebat legiſperitis, qui fuerunt ſcribæ & doctores, ac clerici Iudæorum. Phariſæi autẽ religioſi eorum fuerunt. ¶ Porrò vt ait Cyrillus, redargutio quæ manſuetos transfert in melius, ſuperbis hominibus intolerabilis eſſe ſolet. Et ecce quã miſera cõſcientia, quę audito dei verbo, ſibi contumeliam fieri putat, & commemoratis vitiis impiorum, ſe tangi aut ſuſpicatur, aut indignatur. Etenim mali ſibiipſis de ſuis vitiis conſcii, de ſe opinãtur omnia dici, correctionemque culpę reputant contumeliam perſonæ: quibus penſandum eſt illud Prouerbiorũ, Prou.21.
Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ſuperueniet interitus. [*Et ille ait*] Chriſtus
D vtique qui neminem palpat, [*Et vobis legiſperitis væ*] i. ſimilis cum phariſęis dãnatio imminet vobis [*Qui oneratis homines oneribus quæ portari non poſſunt*] i. magna & grauia vulgo agenda iniungitis, videlicet cęrimonialia legis & inſtituta varia ſeniorum veſtrorũ. De hoc cærimonialium obſeruantiarũ onere vix portabili Petrus apoſtolus in Actibus conteſtatur, Quid tentatis iugum imponere ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus? Lex etenim Moyſi, quo ad cęrimo- Actu.15.
nialia vix poterat obſeruari, præſertim quantum ad ſenſum literalem. [*Et ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinam*] i. nec ad modicũ curatis obſeruare, & opere adimplere, quæ alios edocetis. Tales ſunt modo quàm plures, qui fortia prædicant, & vix minima ſeruant, perfecti in verbis, prauiſsimi factis: ſed & ſacerdotes nonnulli, qui in abſoluendo indiſcreta pœnitentia grauant cõfeſſos, his verbis notãtur. Inſuper arguit ſcribas deſimulata deuotione, [*Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum.*] Nõ reprehendũtur de hoc quòd prophetis propter iuſtitiam interfectis venerãda ac pulchra cõſtruxerũt monumenta: ſed quia hoc vana intentione egerunt, & quia in malo ſtatu fuerũt impiorũ patrũ ſuorũ ſequendo facinora factis, quæ deteſtabantur verbis mendacibus. [*Patres autẽ veſtri occiderunt illos*] puta prophetas, ſcilicet Hieremiã, Eſaiã, &c. [*Profecto,*] i. certe [*Teſtificamini,*] i. contra voſipſos teſtes eſtis, non verbis, ſed factis [*Quod conſentitis operibus patrũ veſtrorũ*] i. cõformes eſtis per malitioſos effectus patrib' veſtris carnalibus, [*Quandoquidem ipſi*] patres veſtri carne, & impietatis exemplari pręceſsione [*Eos*] puta prophetas, [*Occiderunt: vos autem ædificatis ſepulchra eorum,*] videlicet prophetarum curioſe ac pretioſe ad ca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ptandum vulgi fauorem, vt videamini iusti ac detestantes crimina patrum vestrorum, quibus persecu E
ti sunt sanctos prophetas: & tamen pari, imò multo maiori impietate persequimini me, meosq; discipulos, quã patres vestri persecuti sunt vates. quo constat, quòd modo exposito vestris patribus cõsen
titis me persequendo, eo quod veritatem vobis denuntiem, & iuste vos increpem, quemadmodum il
li prophetas sunt persecuti, quoniam iustas illorum increpationes pati spreuerunt. Sic & modo quidã
sunt præteritorum sanctorum cultores, & præsentium contemptores. Quemadmodum autem Chry
sostomus scribit, Quidam ędificant martyrum monasteria, monumẽta, basilicas, & tamen violentiam
faciunt. Sed non gaudent martyres aut cæteri sancti, quando de pecuniis honorantur, pro quibus pau
peres plorant. Qualis est ista iustitia munerare mortuos, & expoliare viuentes? Propter hoc in Eccles
Eccles.34. stico asseritur, Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu pa
1.Cor.1. tris. [*Propterea & sapientia dei dixit,*] hoc est, ego Christus qui sum virtus & sapiẽtia dei patris, ab ęterno
dicendum decreui, & nũc dico quod & per prophetas prædixi, videlicet, [*Mittam ad illos,*] id est, ad vos
scribas ac pharisæos cæterósque Iudæos [*Prophetas & apostolos.*] apostoli nanque fuerunt prophetæ, &
Matth.11. ante apostolorum missionem misit Christus Ioannem Baptistam, prophetam & plus quam prophetã:
Lucæ.7. sed & prophetæ antiquiores missi sunt non solum his, qui suis fuerunt temporibus, sed & posteris eo
rum, hoc est, ad informationem præsentium atque sequentium. [*Et ex illis occident & persequentur,*] hoc
est, quosdam eorum necabunt & infestabunt: nam Iacobum minorem occiderunt, Iacobum quoque F
maiorem ab Herode occidi procurauerunt, siue gausi sunt. Omnes quoque apostolos multipliciter
Actu.20. persecuti leguntur in Actibus apostolorum. [*Vt inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a con
stitutione mundi, a generatione ista*] quod ait, à generatione ista, referri potest ad verbum inquiratur, item
ad complexum hoc, qui effusus est. Et quod dicit, vt &c. notat concomitantiam, non causalitatem di
rectam, quia non ad hoc impii occiderunt prophetas, vt sanguis prophetarum requireretur ab eis, sed
Psalm.50. ad occisionem illam consequuta est requisitio ista, quemadmodum ait Psalmista, Tibi soli peccaui, vt
iustificeris, & cætera. Itaque sensus est, vt sanguis omnium prophetarum qui occisi sunt ab initio mun
di, requiratur à generatione ista, hoc est, culpa effusionis sanguinis illorum generationi malorum impu
tetur. Sicut enim omnes electi & boni sunt vnum corpus & vna ciuitas Christi & vna generatio no
minantur, de qua fatetur in Psalmo, Hęc est generatio quærentium dominum: sic omnes mali ac repro
bi sunt vnum corpus & ciuitas vna diaboli, vnde & vna generatio nominantur, sicque communi dam
natione dispereunt, & similes sunt in pœnis. Pœna quoquevnius redundare potest in alium, non tamẽ
singula mala ab impiis perpetrata à singulis impiis requiruntur, nec quilibet reprobus pro peccatis cu
iuslibet reprobi punietur, secundum Chrysostomum, sed vnusquisque onus suum portabit, vt dicit A
postolus. Nihilominus omnis sanguis prophetarum prætactus à generatione mala exquiretur, hoc est
ab ea, vel ab aliqua eius parte. [*A sanguine Abel*] qui inter prophetas annumeratur: nõ quia verbo pro G
phetauit, sed quoniam facto (vtpote morte sua) passionem Christi, seu persequutionem cuiuslibet iu
sti præfigurauit, qui secundum Bedam, primus martyrium passus est, occisus à Cain fratre suo propter
iustitiam. [*Vsque ad sanguinem Zachariæ qui periit,*] hoc est, occisus est, [*inter altare & ædem,*] id est templũ,
in quo secundum glossam, erant duo altaria: vnum incensi, quod fuit interius: aliud holocaustorum,
quod fuit exterius, puta in atrio ante faciem templi, inter quod altare, & templum, dicitur Zacha
rias iste occisus. Quis autem fuerit Zacharias inquirit Hieronymus, improbátque opinionem dicen
tium, quod fuit Zacharias, vnus inter duodecim prophetas minores. similiter opinionem refutat dicen
tium, quod fuit pater Ioannis Baptistæ, quem aliqui affirmabant à Iudæis occisum, quia Christum iã
natum asseruit: quod Hieronymus apocryphum protestatur, affirmans quod Zacharias iste fuit sacer
dos & pontifex, filius Ioiadæ sacerdotis atque põtificis, iussu Ioas regis lapidatus in templo, vt in Para
lypomenon legitur. Ioiada autem pater ipsius fuit, vt aliqui dicunt binomius, ita quod alio nomine di
1.Para.24. ctus est Zacharias. Prætereà refert Gregorius Nissenus, quemadmodũ quidam dixerunt, Zachariã istũ
fuisse patrem Ioannis Baptistę, ideóque à Iudæis in loco prędicto occisum, quoniã Mariam Christi ge
nitricem dixit virginẽ, nolens eam in templo à loco virginum sequestrare. Græcus vero expositor re
citat quosdã tradere aliã causam occisionis Zachariæ istius, videlicet quia Elizabeth instante paruulo
rũ innocẽtum occisione ab Herode cum Ioanne infantulo fugit in eremũ. Hinc Herodis satellites E
lizabeth ac Ioannem non reperientes cõuerterunt iram in Zachariam, & eum occiderunt in tẽplo tũc H
ministrantẽ. [*Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione*] sanguis omnis ille iustorũ, sicut expositũ est, hoc
repetit Christus in confirmationem suę sententiæ.

¶ Postremò Christus arguit scribas de abusu suæ scientiæ, vel de falsa scripturarũ expositione, [*Væ vo
bis legisperitis, quia tulistis,*] .i. portastis ac habuistis [*clauem scientiæ*] .i. doctoratũ seu authoritatem expo
nendi, vel expositionem scripturę veteris testamenti [*Ipsi non introistis*] .i. verum spiritualémq; intelle
ctum legis ac prophetarũ non cognouistis, nec à me discere voluistis, sed literam quæ occidit, estis se
cuti: quemadmodum ait Apostolus, Quòd velamen super cor eorum est positum in lectione legis ac
2.Cor.13. prophetarum. [*Et eos qui introibant,*] hoc est, scripturas vere intelligere optauerunt [*Prohibuistis*] à vera in
telligentia scripturarum, eas praue interpretando. Alii ita exponunt, Væ vobis legisperitis, quia tulistis,
id est, abstulistis vobismetipsis ac aliis multis, clauem scientiæ, hoc est, fidem de Christo, per quã ad in
tellectum scripturæ intratur, Esaia dicente, Nisi credideritis, non intelligetis. Isti autem in Christum
præsentem credere contempserunt, alióque ab eo auertere ausi sunt. Horum scribarum impietatem
sequuntur quidam prauissimi, qui scripturarum habentes notitiam, secundum eas non viuunt, nec re
gnum ingrediuntur cœleste: quin potius simplices ac deuotos ab ingressu regni cœlestis, hoc est, à con
uersatione laudabili impedire nituntur. Denique (vt Augustinus libro de consensu euangelistarum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A conſcribit) ea quæ Lucas hic recitauit dicta à Chriſto adhuc iter agente Hieruſalem verſus, Matthæus dicta refert poſtquam Chriſtus in Hieruſalem venit. Vnde mihi (ait Auguſtinus) videntur ſimiles eſſe ſermones, quorum vnum Matthæus, alterum Lucas deſcripſit. Matth. 23.

¶Porrò quam vere Chriſtus phariſæos ac ſcribas reprehenderit, ipſi per effectũ mox oſtenderunt, ſicut ſubiungitur, [*Quum hæc ad illos diceret, cœperunt phariſæi & legiſperiti grauiter inſiſtere,*] id eſt, ſe Chriſto opponere, [*Et os eius opprimere,*] hoc eſt, verba eius reprobare ac calumniari, [*De multis inſidiantes ei,*] hoc eſt, ex variis verbis factiſque Chriſti quærentes aliquid elicere, quod ei obiicerent, [*Et quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accuſarent eum*] principibus ſacerdotum, ſeu Pilato, ſiue Herodi, aut communitati, tanquam derogantem deo aut Imperatori. Itaque patet quod qui ſibi videntur aliis excellentiores, ſiue in vita, vt phariſæi: ſiue in ſcientia, vt ſcribæ, frequenter difficilius corrigũtur, & magis indignantur atque remurmurant arguenti, ob hoc vere ſtulti cenſendi ſunt, & verificatur in eis illud Eccleſiaſtici, Sicut ſagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtultiti: verbum videlicet correptionis, quod pungit eos tanquam ſagitta. & ſicut canis ſagittatus mordet ſagittam clamans ac latrans: ſic iſti verbum correptionis mente reuoluunt ac murmurant, non penſantes quod in Prouerbiis ſcriptũ eſt, Qui abiicit diſciplinam deſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus poſſeſſor eſt cordis. Sed & Iacobo apoſtolo in ſua canonica proteſtante, Si zelum animarũ habemus, & contentiones ſunt inter nos, ſapientia vera caremus. Non eſt (inquit) ſapientia iſta à deo, ſed terrena, animalis, & diabolica. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primo quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis. Eccleſ. 23. Proue. 14. Iacob. 3.

¶Elucidatio Cap. XII. [*Multis autem turbis circunſtantibus, ita vt ſe inuicem conculcarent.*] Artic. XXXII.



Irca præcedentis finem capituli dictum eſt, quemadmodum ſcribæ & phariſæi Chriſto multipliciter inſidiari cœperunt, vt plebem ab ipſo auerterent: ſed oppoſitum contigit eis hac vice, quia tam euidens fuit veritas ſapientiæ prædicationúmque Chriſti contra iniquos, támque præclara eius in miraculorum operatione poteſtas, vt vulgus certatim ad ipſum confluereret, ſicut glorioſus Euangeliſta iam recitat. [*Multis autem turbis circunſtantibus*] Chriſtũ, ita quod ipſe fuit in medio earum, nullum repellens, dánſque prælatis exemplum vt ſtent in medio gregis ſui, non ad vnam perſonam potius quam ad aliam declinando ex inordinato affectu, ſed ſine perſonarũ acceptione ad omnes charitatiue ſe habeãt, [*Ita vt ſe inuicem conculcarent.*] in quo patet quod cum maxima auiditate vndique cõcurrerunt ad Ieſum, & quilibet illi propinquior fieri affectauit, quemadmodum ſuperius dictum eſt, Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus exibat de illo, & ſanabat omnes. [*Cœpit dicere ad diſcipulos ſuos*] tanquam ad peculiarius charos & magis capaces, quorum inſtructio ad ipſum ſpecialiter pertinebat. Nihilominus quod dixit diſcipulis ſuis, ad aliorum quoque retulit inſtructionem, ſecundum quod alibi conteſtatur, Quod vni dico, omnibus dico. [*Attendite,*] hoc eſt, ſolerter cauete & fugite [*A fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis*] .i. ipſam hypocriſim in phariſæis regnantem præcipue euitate. Quamuis enim quædam ſint vitia hypocriſi grauiora, ipſa tamen hypocriſis mentem vehementer excæcat. Nũc quoque hypocriſim ſpecialiter docet vitandam, quia in precedenti capitulo dictum eſt, quemadmodum phariſæi Chriſto cœperunt inſidiari ſub ſpecie ſanctitatis. ¶Denique hypocriſim Chriſtus appellat phariſæorum fermentum, quoniam ſicut fermentum maſſam de qua fit panis alterat & corrumpit, ſi immoderate addatur: iuxta verbum Pauli, dicentis, Modicum fermentum totam maſſam corrumpit, ita hypocriſis alterat & corrumpit cordium intentiones, affectiones & opera. Nihil enim ſic alterat mores, ſicut hypocriſis, ſecundum Theophilum. Inſuper Chriſtus in Euangelio à duplici phariſæorum fermento docet eſſe cauendum, videlicet à fermento peruerſæ doctrinæ, prout in Marco habetur. Item à fermento hypocriſis, ſicut hoc loco. Interdum vero fermentum, in bono accipitur, ita quod fides ſeu charitas per ipſum ſignatur: quoniam ſicut fermentum moderate ſumptum dat pani bonũ ſaporem: ſic fides ſeu charitas omne opus meritoriũ dirigit, ſeu informat. Quemadmodũ apud Matthęũ Chriſtus loquitur, Simile eſt regnum cælorũ fermento, quod acceptũ mulier abſcondit in farinę ſatis tribus, donec fermentatũ eſt totũ. Conſequenter Chriſtus efficaciſsimam rationẽ adiungit cur hypocriſis ſit vitanda, [*Nihil autem opertum eſt,*] hoc eſt, nullum opus vitioſum tanta ſimulatione poteſt colorari ſeu tegi, quin eius prauitas ſuo tempore aperietur, quia in die iudicii à Chriſto cunctis pandetur, [*Neque abſconditum quod non ſciatur*] .i. nulla interior actio ſeu paſsio animæ, ita vt in præſenti vita poterit hominibus occultari, quin à Chriſto iudice in hora iudicii ſit manifeſtãda: quoniam cogitationes affectionéſque cordis tunc aperiẽtur, præſertim ſi per pœnitentiam non ſint deletæ, etiam quęcunque actiones iniquæ. In die quippe iudicii (vt ait Apoſtolus) illuminabit dominus abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium. Secundò exponitur ſic, Nihil opertũ, hoc eſt, obſcure & myſtice dictum, [*Quod non reueletur,*] hoc eſt, me illuſtrãte clareſcat, iuxta illud Danielis, Ipſe reuelat profunda & abſcõdita, & nouit in tenebris cõſtituta. Porrò ſecundũ Originẽ, ideo Chriſtus hoc dicit, quoniã quãtũcunq; conetur quis occultare bona aliorũ infamiis, bonum naturaliter latere non poteſt, quaſi Chriſtus dicat diſcipulis, & cunctis vere fidelibus, Quamuis iam aliqui vocent eos ſeductores & impios, tempus tamen omnia deteget, arguetque eorum calumniam, & veſtram declarabit iuſtitiam. [*Quoniam quæ in tenebris dixiſtis,*] hoc eſt, obſcure vel in aduerſis, [*In lumine dicentur,*] id eſt, clare omnibus patefient. [*Et*

Matth. 23. Marci. 13. Matth. 8. Marci. 8. 1. Corin. 1. 1. Corin. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod in aure locuti estis,]hoc est, voce submissa, [*Et in cubiculo,*]puta in loco quantũcunq; secretò [*Prædicabitur in tectis,*]id est, tam euidenter ac si super tecta prædicaretur. Et loquitur Christus secundũ morem Palæstinæ, vbi hæc dixit, vbi & plana sunt tecta, ita vt homines super ea stent ad loquendum. E

¶ Denique verba hæc multipliciter verificantur. Constat enim quod in die iudicii virtutes bonorum & vitia impiorum detegentur. Rursus quæ apostoli in aduersitatibus, & carceribus, seu locis angustis egerunt, & prædicauerunt in primitiua Ecclesia, interim fide inualescente, vbique prædicata sunt publice, & in ecclesiis nunc solenniter leguntur. Sed quia Saluator ob suam iustitiã varias pertulit persecutiones, hortatur discipulos, omnésque Christianos, ne corporalem mortem inordinate formidẽt,

Roma. 8. eius metu deserendo iustitiam. [*Dico autem vobis amicis meis.*]Ex quo claret, quod verba sequentia perfectis ac virtuosis præsertim dicuntur, qui cum Apostolo dicere queunt, Quis non sẽparabit à charitate dei? Veruntamen aliquo modo ad omnem pertinent Christianũ adultũ, ità quod sunt de necessitate salutis. [*Ne terreamini ab eis qui occidunt corpus,*]hoc est, ne timeatis inordinate, vtpote mũdano aut carnali timore tyrannos & persequutores, qui vos corporaliter occidere possunt, [*Et post hæc,*]id est, post corporis occisionem [*Non habent amplius quid faciant,*]id est, magis nocere siue affligere nequeũt, quoniam animam à corpore separatam quum sit insensibilis, nequeũt molestare, corpus quoque exanime nil valet sentire. Quod patet, quanta fuerit perfidorum insania, qui mortuis martyrum corporibus inhonorationes irrogare conati sunt. ¶ Præterea contuendum quod timor est multiplex, scilicet F naturalis, quo quis naturaliter metuit mala pœnæ, videlicet tormenta & mortem, & de illo Christus

Marci. 14. non loquitur, imò ipsemet tempore passionis illum timorem sponte ac dispensatiue assumpsit, secundum illud Marci, Cœpit Iesus pauere & tædere. Hic etenim timor secundum quod naturalis, non est illicitus, neque culpabilis, sed indiget moderamine rationis, ne fiat immoderatus, atque illicitus, sicut cæteræ passiones sensitiui appetitus. Alius vero est timor carnalis, quo quis immoderate timet proprię pelli, ita quod potius eligit in culpam corruere, quam pœnas aut mortem corporis pati: quem

Psalm. 63. Psalmista sibi petit auferri, dicendo, A timore inimici eripe animam meam. Eripe (inquam) non vt non occidar, sed ne occidentem carnaliter verear. Alius autem timor mundanus, quo quis immoderanter timet damna rerum, diffamiam, atque similia: & de istis vitiosis timoribus loquitur Christus,

Exod. 20. Quemadmodum vero omnis Christianus tenetur deum super omnia toto corde diligere, ita tenetur
Deuter. 6. deo tam fortiter amoroséque adhærere, vt malit occidi, & quælibet damna pati, quam fidem negare,
Matth. 22. præcepta non obseruare, mortalitérve peccare: & quantum ad hoc præsens Christi doctrina vim ha-
Marci. 12. bet præcepti. Hinc ait Chrysostomus, Omnia mala operatur timor mortis, scilicet inordinatus, & om-
Luc. 10. nia bona operat̃ contẽptus mortis. Si gratis post modicũ morituri sumus, quare nõ & ante in causa dei cum gloria morimur, vt fiat voluntarium quod futurum est necessarium? Si mutuo acceperis bouem, equum aut asinum, operaris instanter, & dicis, Forte cras tolletur à me. quare non idem agis in cor- G pore? Itaque si propter timorem eorum qui corpus occidunt, impium est veritatem tacere: quomodo non maior impietas est propter miserum ventrem, & spem vani honoris tacere veritatem? meliorémque facere gloriam panis & honoris, quam gloriam dei ac veritatis? Itaque mala culpæ incidere,

Proue. 28. id est, peccare, iugiter formidemus, iuxta illud Prouerbiorum, Beatus homo qui semper est pauidus. Sed mala pœnalia huius vitæ immoderanter non timeamus, imò aduersa cum gaudio toleremus. Propter quod in Esaia habetur, Nolite timere opprobrium hominum & blasphemias eorum. ¶ Consequenter Saluator docet salubrem ac ordinatum timorẽ, [*Ostendam autem vobis,*] hoc est, docebo [*Quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittere in gehennam,*]hoc est, corpus & animam æternaliter condemnare: qui tanto plus metuendus est, quanto intolerabilius est æternalia pa-

Esaię. 8. ti incendia acerbissimáque tormenta, quam breuem ac momentaneam ferre corporis mortem. Pro-
Iob. 31. pter quod per Esaiã præcipitur, Domine exercituũ ipsum sanctificate, ipse pauor vester & terror vester. Et sanctus Iob protestatur, Semper quasi tumẽtes super me fluctus timui deũ. [*Ita dico vobis, hunc timete.*]quasi dicat, hic deus omnipotens incomparabiliter magis timendus est, quam alia omnia: imò ipse solus perhibetur timendus, quoniam alia non sunt timenda, nisi propter ipsum, in ipso, & secun-

Eccl. 33. dum ipsum. Propter quod Salomon asserit, Qui timet deum, nihil trepidabit. Sed multi sunt viles ac
Prou. 29. vitiosi, qui homines magis quam deum verentur, cum tamen in Prouerbiis dicat scriptura, Qui timet hominem, cito corruet. H

¶ Præterea triplex est timor dei. Primus vocatur seruilis, quo quis metuit deum, non amore iustitiæ, sed intuitu pœnæ: qui timor est imperfectorum, imò & impiorum, quoniam charitate & gratia carent quibus inhæret: disponit tamen ad bonum, & præparat ad virtutes, inquantum retrahit à peccatis. Secundus est timor initialis, quo quis timet deum, partim amore boni ac iusti, partim timore supplicii, qui timor spectat ad proficientes. Tertius vero est timor filialis, castus & sanctus, quo deus timetur solum amore bonitatis, zelóque æquitatis, estque timor iste fuga mali culpæ, seu detestatio offensæ, inhonorationísque dei, pertinens ad perfectos ac dei amicos, qui timent deum ne eum offendant, ne separentur ab ipso, ne ipsum in aliquo inhonorent: de quo timore nunc potis-

1. Ioann. 4. simum loquitur christus, quanquam & de timore initiali verba eius possint intelligi. Quemadmodum autem perfecta charitas foras mittit siue expellit timorem seruilem: ita producit, coniunctúmque habet timorem filialem, quo deum semper timere debemus, tanquam fidelissimum ac benignissimum patrem: de cuius timoris eminentia multipliciter loquitur sacra scriptura, vt cum in Eccle-

Eccles. 23. siastico scriptum est, Nihil dulcius quam timere deum. Et, Timor domini super omnia se posuit.
Eccles. 25. Atque in Psal. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nil deest timentibus eum. In Eccle-
Psalm. 33. siaste quoque, Deum time & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. ¶ Insuper filius dei

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A docet inordinatum timorem abiicere, atque pro deo mortem libenter ſufferre, ex cõſideratione diuinæ prouidentiæ, quæ nullum malum relinquit inultum, nec aliquo bonum irremuneratum, [*Nonne quinque paſſeres væneunt*,] id eſt, venduntur [*Dipondio*,] id eſt, pretio leuiſsimi ponderis, quod ex duobus aſsibus conſtat, videlicet pretio paruo ac vili, [*Et vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo?*] hoc eſt, quilibet paſſer deo eſt inuariabiliter cognitus, & eius prouidentiæ ſubiacet. Nec obeſt quod Paulus ait apoſtolus, Nunquid cura eſt deo de bobus? Loquitur enim de cura ſeu prouidentia ſpeciali, puta doctrinæ ac diſciplinæ, qua creaturas rationales gubernat: hic vero eſt ſermo de prouidẽtia generali, qua deus cuncta diſponit & regit, iuxta illud Sapientiæ, Non eſt alius quam tu, cui cura eſt de omnibus. [*ſed & capilli capitis veſtri numerati ſunt*,] id eſt, deo perfecte, diſtinctéque cogniti. [*Nolite ergo timere*] corporum occiſores: [*Multis paſſeribus pluris eſtis*,] id eſt, amplioris dignitatis ac pretii. ideo ſi paſſeres & capilli ſub diuina ſic cadunt prouidentia, multo magis homo: vnde ſe deo debet committere, nec timore aduerſitatum à creatore, eiúſque lege recedere, certus de prouidentia dei omnia moderantis. Itaque ſi paſſer, cuius pretium eſt nummus viliſsimus, diuinæ prouidentiæ moderamine incipit, defluit & finitur, cum ſit dei creatura: quanto magis homo, cuius pretium ſanguis eſt Chriſti, & qui ad imaginem dei creatus eſt? Hinc ſcriptum eſt, Nihil in terra ſine cauſa fit. Secundum Origenem, quinque paſſeres, ſenſus ſpirituales iuſtorum deſignant, qui ſenſus excelſa & ſuper hominem ſentiunt, deum intuentes,
B vocem audientes diuinam, panem vitæ guſtantes, olfacientes odorem vnguentorum Chriſti, palpantes viuum verbum, qui dipondio venientes, id eſt, vilipenſi ab eis, qui ea quæ ſunt ſpiritus ſtultitiã iudicant, non dantur in obliuione coram deo. ¶ Præterea per capillos ſecundum Gregoriũ myſtice deſignãtur minutiſsimę cogitationes. quia ſic deus vias noſtras conſiderat, & greſſus dinumerat, vt nec minutiſsimæ cogitationes ac tenuiſsima verba quę apud nos vſu viluerunt, eius iudicio remaneant indiſcuſſa. Non ergo ſunt negligendæ cogitationes & loquutiones quantumlibet paruæ, de quibus reddenda eſt ratio. Hinc ſapiens in omnibus metuit. Et ſanctus Iob loquitur deo, Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. ¶ Poſtremo circa hunc locum Athanaſius dicit, Quæro ab Arrianis, ſi quaſi dedignaretur deus alia facere, ſolum filium fecit, cætera vero filio ſubrogauit; quomodo prouiſione vtitur vſque ad tam modica, id eſt, capillum & paſſerem? Quorum enim prouiſione fungitur, horum creator eſt ſuo verbo. Deinceps oſtendit Saluator nullo timore à ſe eſſe recedendum, ex intuitu retributionis bonorum atque malorum. [*Dico autem vobis, Omnis qui cunque confeſſus fuerit me coram hominibus*,] id eſt, tempore perſecutionis non omiſerit me coram quibuſcunque tyrannis ac perfidis confiteri, ex timore, pudore, aut ſimili cauſa: ſed fidem ſuam verbis conſtanter, fideliterque expreſſerit, conteſtando me eſſe vnicum dei filium, deum verum ac hominem, & cętera quæ ad Chriſtianam pertinent fidem, [*Et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei*,] id eſt, ego filius virginis in conſpectu angelorum ſanctorum proteſtabor illum pertinere ad me fide & actu, atque condigne à me Chriſto Chriſtianũ
C fuiſſe vocatum, propter quod æternam beatitudinem ei condonabo: iuxta illud Apoca. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hinc ad Romanos ait Apoſtolus, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Hæc nempe confeſsio eſt fidei actus, vtpote proteſtatio credendorum. ¶ Quomodo autem confeſsio iſta ſit neceſſaria ad ſalutem, Thomas in ſecunda ſecundæ quæſtione tertia docet, dicendo, Confeſsio fidei cum ſit quid affirmatiuum, non niſi ſub affirmatiuo cadit præcepto. Porrò præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper: imò obligant ſolum pro loco & tempore, & ſecundum alias circunſtantias ad actum virtutis requiſitas. Itaque fidem ſeu Chriſtum confiteri coram incredulis, tunc ſolum eſt neceſſarium ad ſalutem, quando per huius actus omiſsionem honor dei ſubtraheretur, aut proximorum vtilitas. Si autem fides videretur periclitari, tunc quilibet tenetur fidem publice confiteri. Quod ſi ex fidei cõfeſsione maior oriretur ſeditio, aut infidelium irriſio, & nulla proximorum vtilitas, tunc non eſſet laudabile fidem confiteri, ne canibus ſanctum detur. ¶ Poſtremo prẽter prætactam laudabilem confeſsionem, quæ eſt fidei actus: eſt adhuc duplex confeſsio virtuoſa, quarum vna eſt actus latriæ, puta laudatio dei, de qua fertur in Pſalmo, Confiteantur tibi domine omnia opera tua: alia eſt actus pœnitentię, eſtque accuſatio proprię cul
D pæ, de qua Iacobus ait Apoſt. Cõfitemini alterutrum peccata veſtra. Debemus ergo Chriſtũ confiteri mente & ore, imò & opere coram cunctis. Aliqui vero fide informi, & ore inani coram fidelibus Chriſtum dominum confitentur, ſed opere negant, iuxta illud, Dicunt ſe noſſe deum, factis autem negant. Factis quippe (ſecundum gloſſam) negat Chriſtum, qui eius iuſsionibus non obedit. [*Qui autem negauerit me coram hominibus*,] id eſt, fidem Chriſtianam, ſeu me coram perſequutoribus timore quodam verbis negauerit, aut factis, peccando mortaliter negans me fuerit, [*Denegabitur coram angelis dei*,] id eſt, ego omnium iudex proteſtabor, tam in particulari eius iudicio, quam generali in omnium iudicio, non pertinere eum ad me per prædeſtinationem & meritum: quod intelligendum eſt de Chriſti negatione finali, de qua homo ante mortem non pœnitet: non de negatione, quæ per contritionem deletur: ſic enim Petrus negauit. [*Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in ſpiritum ſanctum blaſphemauerit. &c.*] ¶ Locus iſte ſecundum Auguſtinum ita difficilis eſt, vt vix in tota ſcriptura canonica aliquid difficilius inueniatur. Denique vt eius difficultas eluceat, aduertendum quid alii Euangeliſtæ conſcribant. Itaque in Matthæo ſcriptum eſt, Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. ¶ Porrò in Marco ſcriptum eſt, Omnia dimittentur filiis hominum peccata, quibus blaſphemauerunt: qui autem blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habebit remiſsionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti. Itaque ex verbis his non explana-

Eccleſi. 12.
1. Cori. 9.
Sapien. 12.
Iob. 5.
Iob. 31.
Eccle. 18.
Iob. 14.
Matth. 7.
Pſal. 144.
Iacob. 5.
Titum. 1.
Matth. 12.
Marci. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur, ſed potius difficultatur verbum Lucæ iam exponendum. Non enim ſic intelligenda ſunt verba E
Euangeliſtarum expreſſa, quaſi peccata quædam mortalia, de quibus in hac vita homo contritus non
eſt, poſt vitam hanc dimittantur: ita quod pœna inferni aliquando finiatur: nec rurſus ita ſunt intelli-
genda, quaſi aliquod peccatum quãtumlibet graue, ſit abſolute loquendo viatoribus irremiſsibile,
quia tota hęc vita eſt via ad vitam futuram: & in quacunque hora ingemuerit peccator condigne ex
corde, deus indulget. Igitur iſte eſt ſenſus, Omnis qui dicit verbum in filium hominis, id eſt, opera
Chriſti humana blaſphemauerit ex conſideratione naturalis imperfectionis ſuæ humanitatis, ſicut
Matth. 11. fecerunt Iudæi dicentes de Chriſto, Homo vorax, potator vini, amicus peccatorum: remittetur ei, id
eſt, ex ſe cauſam habet remiſsibilitatis, quia quodammodo excuſabilitatis aliquid habet propter na-
turalem defectuoſitatem naturæ creatæ. Vel ſic, Omnis qui dicit verbum in filium hominis, id eſt,
qui ex ignorantia peccauerit, quæ opponitur ſapientiæ, quæ appropriatur filio dei, remittetur illi, id
eſt, peccatum eius præfatum remiſsibilitatem habet, & pœnitenti ſatis facile remittetur. Ignorantia
1. Timo. 1. nanque partim excuſat, ſi affectata non ſit: propter quod Paulus ad Timotheum inquit, Ideo miſe-
ricordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci. Et paulò poſt in hoc capitulo ait Saluator, Seruus
qui non cognouit voluntatem domini ſui, & fecit digna plagis, vapulabit paucis: ei autem qui in ſpi-
ritum ſanctum blaſphemauerit, id eſt, ex certa malitia aut ex contemptu eorum quę peccata impediũt
in peccatum proceſſerit: taliter enim peccans dicitur in ſpiritum ſanctum peccare, quia malitia cõtra- F
riatur bonitati, quæ ſpiritui ſancto appropriatur. Proprie tamen ſecundum Thomam dicitur peccatũ
eſſe in ſpiritum ſanctum, quia eſt ex contemptu eorũ, quę præcepta impediũt, vt ſunt timor diuinę iu
ſtitiæ, & ſpes diuinæ miſericordię. ¶ Denique ſecundum Auguſtinum, ſex ſunt peccata in ſpiritum
ſanctum, quæ etiam proprie appellantur ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, videlicet præſumptio,
deſperatio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ gratiæ.
quorum diſtinctio ſumitur penes ea, vel penes contemptum eorum, per quæ homo à peccati electio-
ne retrahitur: quorum quędam ſunt ex parte diuini iudicii, quædam ex parte donorum dei, quædã ex
parte peccati. Auertitur nanque homo à peccato, conſiderando iudicium dei, in quo cõprehendũtur
miſericordia atque iuſtitia: & ex conſideratione miſericordię oritur ſpes: ex conſideratione autem iu
ſtitiæ, timor. Cum ergo peccator tollit à ſe ſpem, de miſericordia dei diffidendo, dicitur deſperatio: cũ
vero timorem abiicit, dicitur præſumptio: dum aut præſumit gloriam ſine meritis, aut veniã ſine pœ-
nitentia adipiſci. Dona vero dei quibus à peccato retrahimur ſunt duo, videlicet agnitio veritatis, cõ-
tra quam eſt impugnatio veritatis agnitæ, dũ homo agnitam fidei veritatẽ impugnat, vt licentius pec-
cet: aliud eſt gratiæ interioris auxilium, contra quod eſt inuidentia gratiæ fraternæ, dum homo nõ ſo-
lum perſonæ proximi ſui, ſed gratiæ dei in eo eſt inuidens. Ex parte quoq; peccati ſunt duo, per quæ
homo à peccato retrahi debet. Primum eſt inordinatio ſeu turpitudo peccati, & contra hoc eſt impœ G
nitentia, non ſecundum quod dicit permanentiam in peccato vſque in finem, quia ſic eſt communis
circunſtantia culpæ: ſed prout dicit propoſitũ nõ pœnitendi. Aliud eſt prauitas ac breuitas boni quod
in peccato optatur, & hoc remouetur per obſtinationem, qua quis in ſe firmat propoſitum inhærẽdi
peccatis. Hęc eſt diſtinctio peccatorum in ſpiritum ſanctũ, ſecundum Thomam in ſecunda ſecundæ,
quæſt. 14. vbi de iſta materia pulchre ſcribit, quorũ multa breuitati ſtudens omitto. Dicit demum Ri-
chardus de ſancto Victore, Quædam peccata hominũ ſpecialiter pertinent ad corruptelam propriam,
vt ebrietas & ſtupra: quædam vero ad iniuriam proximi, vt homicidia, furta: quædam autem ad con-
tumeliam dei, ſicut blaſphemia: ſed quidam hanc incidunt ex coactione & infirmitate, & hi peccant
in patrem: alii ex deceptione, qui peccant in filium: alii ex ſola malignitate, & hi peccant in ſpiritum
ſanctum. Eſt autem hoc genus ſceleratiſsimum, in quo malitia creuit vſque ad ſummum, quando quis
in vituperiis dei delectatur & gloriatur. Hinc ſecundum Gloſſam ſpiritus ſancti blaſphemia eſt, cum
quis opera dei magnifica intelligit, & cum virtutem negare non poſsit, ſtimulatus inuidia calumnia-
tur, aſcribens ea diabolo, quæ ſpiritus ſancti poteſtate geruntur. ¶ Poſtremò ſi inquiratur, quomodo
peccatum in ſpiritum ſanctũ irremiſsibile aſſeratur, cum dẽ nullo viatore ſi voluerit pœnitere ſit de-
ſperandum? Dicendum, quod quantum ad illam huius peccati ſpeciem, quæ finalis impœnitentia no
minatur, irremiſsibile eſt omnino, quia nec in præcedenti ſeculo, nec in futuro dimittitur: ſed quantũ H
ad alias eius ſpecies irremiſsibile dicitur, non quia remitti non poſsit, ſed quia difficulter remittitur,
non ex parte dei, cuius miſericordia eſt immenſa & infinita potentia: ſed ex parte hominum, qui de
huiuſmodi peccato raro difficultérque pœnitent. Poſtremò (vt aliqui dicunt) irremiſsibile tripliciter
dicitur, ſcilicet negatiue, priuatiue, contrarie. Negatiue, quod nullo modo eſt remiſsibile, vt pec-
catum dęmonum & omnium damnatorum. Priuatiue, quod habet aptitudinem vt admittatur: ſic o-
mne peccatum mortale eſt irremiſsibile. Contrarie, quod habet diſpoſitionem contrariam remiſsibi-
litati, ſicque peccata in ſpiritum ſanctum irremiſsibilia perhibentur, quia excludunt & ſpernunt ea per
quæ remiſsio fit culparum, videlicet miſericordiam, gratiámque diuinam. Hoc quoquè ſciendum,
quod quolibet peccato tota ſuperbenedicta trinitas æqualiter offenditur: ſed quædam peccata dicun-
tur contra patrem, quędam contra filium, quædam contra ſpiritum ſanctum per appropriationẽ pro-
pter cauſam præhabitam. Sed quia tam horribiliter comminatus eſt Chriſtus negantibus eum, con-
ſequenter præſtat fiduciam, auxiliúmque promittit fidelibus ſuis, [*Cum autem inducent vos,*] ſcilicet ty
ranni ac perfidi [*In ſynagogas,*] id eſt, ad publicos ſuos conuentus, vt multitudine ſua vobis timorem
incutiant, [*Et ad magiſtratus,*] id eſt, principes ſynagogę, quemadmodum Chriſtum & apoſtolos in-
duxe runt Iudæi, [*Et poteſtates*]. i. ad præſides ſeculares, [*Nolite ſoliciti eſſe,*] id eſt, formidoloſi aut anxii,
[*Qualiter aut quid reſpondeatis,*] ita nec de modo reſpondendi, nec de inuentione reſponſi ſitis perplexi,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Aut quid dicatis*] pro fidei defensione & aduersariorum confutatione. [*Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora,*] cum adducti fueritis coram fidei inimicis, [*Quæ oportet dicere,*] id est, prompta, sapientialia, atque constantia vobis inspirabit responsa, quia hoc bellum non est vestrum, sed dei: estque supernaturale, in quo infirmitas humana potissimum indiget ope diuina. Quàm verissima fuerit hæc Christi promissio, & quã innumerabiliter ac copiosissime sit impleta, abundantissime patet in sanctorum legendis, & in viris ac fœminis pro Christo martyrizatis est superplene ac glorioſissimè adimpleta, sicut in beatissimis apostolis, atque in sancto Laurentio, Vincentio, aliisque innumeris, qui etiã naturaliter rudes & idiotæ fuerunt: præclarissime tamen in sanctis puellis ac fœminis constat eam esse completam, sicut in sacratiss. Catharina, Agatha, Agnete &c. in quibus fuit euidentissimum opus diuinitatis omnipotentis, quod tam prompte ac sapientialiter responderunt, támque imperterritæ & cõstantes permanserunt. Insuper Christus auaritiã docet esse vitandã, [*Ait autem ei,*] scilicet Christo quidam de turba, [*Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem,*] id est, iustam faciat hæreditariorum bonorum nostrorum diuisionem inter se & me. [*At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem*] temporalium facultatum [*Inter vos?*]. i. inter te & fratrem tuum? Christus hunc reprehẽdit, quia cor eius intendit seu vidit. Quamuis enim talis diuisio licite possit peti, Saluator tamẽ mentem huius inspiciens, cognouit quod ex auaritia id petiuit, prout ex verbis claret sequentibus. Iterum redarguit
B eum, quia istam diuisionem non congruo tempore postulauit, interrumpendo Christi prædicationẽ de rebus spiritualibus ac diuinis tractantem, per propositionem huius causæ terrenæ, & temporalium causam tractatui diuinorum miscendo. Rursus redarguit eum, quia petiuit à Christo quod ad ipsum Christum non pertinebat, videlicet temporalium rerum causas discutere, & per hoc diu na saltem ad tempus omittere, cum Christus idcirco in summa venerit paupertate, vt doceret terrena propter cœlestia derelinqui. Hinc ait Ambrosius, Non dignatur iudex esse litium aut arbiter facultatum, qui viuorum & mortuorum habet iudicium. Venit enim Saluator in spiritualibus, non in temporalibus determinare atque discernere: quo exemplo realiter docuit & impleuit, quod postea ad Timotheũ Paulus conscripsit, Nemo militans deo implicat se secularibus negociis. Nec voluit Christus intermittere spiritualia propter temporalia, quod sequuti sunt apostoli, dicentes illud Actu. Non est æquum nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis: cuius contrarium faciunt multi iam sacerdotes atque canonici, qui propter occupationes terrenas etiam eis non necessarias, mittunt prædicationes & missas ac orationes diuersas. Vnde ex his verbis, factóque Christi deberent prælati exemplum accipere, ne iu- 1. Corin. 6.
dicia secularium frequentarent, imò iudicia temporalium aliis delegarent: quemadmodum corinthiis scribit Apostolus, Secularia iudicia si habetis, cõtẽptibiles qui sunt in ecclesia, cõstituite ad iudicandũ.
¶ Denique Christus dicendo, homo, sumit nomen hominis prout sonat in vitium, puta in terrenitatẽ & carnalitatem, quemadmodum & cum ait Apostolus, Cum sit inter vos zelus & contentio, nónne
C carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Itémque, Si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. [*Dixitque ad illos,*] scilicet ad vniuersos qui aderant, quoniam auaritia, quam prohibere volebat, Gala. 1.
commune est vitium clericorum ac laicorum ac seniorum ac iuniorum: iuxta illud Esaiæ, Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Hieremias quoque, A minori vsque ad maiorem omnes aua- Hiere. 6.
ritiæ student. Magis tamen solet hoc vitium regnare in senioribus. [*Videte*] per intellectualem considerationem, & cauete per doctrinæ meæ adimpletionem, [*Ab omni auaritia,*] mente & actu illam vitãdo, quia quo quis ad temporalia magis inordinate afficitur, eo à diuino amore & creatore altissimo vehementius elongatur, & corde deorsum premitur, atque in infimis excæcatur. Auaritia vero est immoderatus amor temporalium diuitiarum. Cum itaque corporalia & terrena & spiritualia ordinẽtur sicut ad finem, intantum possunt amari, appeti, & exquiri, quantum sunt homini necessaria ad viuendum in dei obsequio, & ad prosequendum rationis iudicium. Propter quod dicit Apostolus, Habẽtes victum & quibus tegamur, his contenti simus.
¶ Porro, quam detestanda sit auaritia pandit Apostolus, Omnium malorũ radix est cupiditas. Et rursus auaritiam idolorum nominat seruitutem. Propterea in Ecclesiastico scriptum est, Auaro nihil sce- Eccle. 5.
leſtius. Nihil est iniquius quã amare pecuniã. Hic enim animã suã habet venalẽ. Itaque cauẽdũ est ab
D omni auaritia, scilicet tam mobiliũ quã immobilium, à parua & magna, qm̃ parua disponit ad magnã: estque vitanda auaritia, tam in acquirendo quam in conseruando & in erogando. [*Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.*] Ordo verborum est iste, auaritiam omnem, quia non in abundantia cuiusquam, id est, non in opulentia alicuius ex his quæ possidet, vtpote temporalium rerum consistit vita eius. Opulentia enim temporalium rerum non facit hominem diutius viuere, imò frequenter occasio est, quod diues citius moritur, eo quod suis abutens diuitiis crapulosè se habeat, vitámque gratiæ perdat, & exigente diuina iustitia propter sua peccata citius ab hac vita tollatur. Hinc Seneca contestatur, Quæris quis sit diuitiarum modus? Primo habere quod naturæ est, secũdo quod satis est. Nulli potest secura vita cõtingere, qui de quibus erubescenda re nimis cogitat. Præterea, quia in moralibus documentis plus conferunt particularia quam generalia dicta, magisque mouent audientium corda particularia exempla, quam communia monita, idcirco Saluator exemplum ponens similitudinem introducit, quę tamen potuit esse res gesta, imò frequenter id contingit. [*Dixit autem similitudinem ad illos dicens.*] Talis ingeminatio in loquendo frequens est in veteri testamento, vt cum in libris Regum dominus ait ad Heli, Loquens loquutus sum. &c. [*Hominis cuiusdam diuitis*]. scilicet in temporalibus rebus, sed in spiritualibus inopis, [*Vberes,*] id est, copiosos [*fructus attulit*]. i. produxit, [*Ager.*] Occulto nempe ac iusto dei iudicio, mali & reprobi in hoc seculo prosperantur, iuxta illud Psalmi, Mei autem pene moti sunt pedes, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Veruntamen deus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

naturaliter, infinitéque bonus ac pius, temporalia iſta largitur iniquis, vt quantum in ſe eſt, per mu- E
nificentiam ſuam trahat eos ad ſui imitationem, ad gratiarum actionem, ad liberalitatem, vt ſint miſe-
ricordes egentibus, ſicut pater cœleſtis ipſis miſericors eſt, ſintque liberales in dando, non tenaces in
reponendo, ſicque ad ſummi benefactoris inflammentur amorem, & ei gratiarum actionem rependãt
perpetuam. Sed heu multi beneficiis dei prorſus ingrati contrarium agunt, & quo plura habent aut a-
dipiſcuntur, eo cupidiores redduntur: quibus inſtar hydropicorum ſitis ex potu creſcit, ſecundũ Gre-
gorium, quorum vnus fuit hic diues. Nam ſubditur, [*Et cogitabat intra ſe, dicens, Quid faciam?*] Quo ver-
bo exprimitur anxia eius in temporalibus ſolicitudo. Diuitiarum nanque poſſeſsio ſolicitudinem gi-
gnit pœnalem, multiplicémque timorem: propter quod aſſerit Auguſtinus, Diues auarus formidat o-
mnem hominem, nam videt diuitem & putat prædonem, videt pauperem & ſuſpicatur furem. [*Quod*]
id eſt, quia licet ex hoc quod [*Non habeo quo congregem fructus meos.*] ſecundum ſuam excæcationem ex
auaritia ortam hoc dixit. Si enim illuminatæ mentis fuiſſet, ſciuiſſet vtique vbi fructus ſuos ſaluberri-
me colligere potuiſſet. Ideo Rabanus ait, Mentitur, nam horrea parata ſunt pauperum eſurientium
ventres. Sed neſciebat iſte diues cogitare niſi de congregatione temporali, non de cœleſti, cuius hor-
rea ſunt pauperes. [*Et dixit, Hoc faciam, deſtruã horrea mea, & faciam maiora, & illuc cõgregabo omnia, quæ*
nata ſunt mihi] in anno præſenti, [*Et bona mea*] ex annis prioribus habita atque reſidua. Hoc eſt ſapien
Roma. 8. tiæ conſilium, de qua ait Apoſtolus, Prudentia carnis mors eſt: quo contra conſilium æternæ ſapientię F
habetur in Matthæo, Nolite theſaurizare in terra. Denique iſte auarus & omnes iniqui, quoniam ſum
mo & incommutabili bono, videlicet ſuperglorioſiſsimo creatori, eiúſque ſpiritualibus donis ac gra-
tiis præferunt atque præeligunt iſta terrena carnalia, atque caduca, idcirco talia vocant & reputant bo
na ſua potius quam ſpiritualia & diuina, cum tamen bona hominis ſecundum quod homo eſt, ſint bo-
na ſpiritualia & æterna, non carnalia & terrena, dicente Ambroſio, Non ſunt bona hominis quæ ſecũ
ferre non valet. Gregorius quoque teſtatur, Non eſt hominis terrena poſſeſsio, ſed cœleſtis. ¶ Refert
Valerius de quodam philoſopho, qui cum euaſiſſet incendium ait, Ego nil perdidi, bona mea mecum
ſunt. Animo enim illa porto, non humeris. Itaque corporalia non ſunt hominis bona, niſi ſecundum
quod ei neceſſaria ac adminiculatoria ſunt ad ſpiritualia bona, ideo tantum appeti poſſunt & poſside-
ri, quantum neceſſaria atque vtilia ſunt ad ſpiritualia obtinenda: propter quod ait Apoſtolus, Ha-
bentes victum & quibus tegamur, his contenti ſimus. [*Et dicam animæ meæ,*] id eſt, mihiipſi. Anima
nanque eſt principalior pars hominis, ideo pro toto homine ponitur, & aliqui dicunt materiam non eſ-
ſe de eſſentia materialium ac naturalium rerum. [*Anima habes multa bona poſita in annos plurimos,*] id eſt
copioſas diuitias, de quibus per multos annos laute viuere potes. Hęc eſt vna cæcitas auaroru̇m, quod
ſibi longam in hoc ſeculo vitam promittunt, aut ſupereſſe exiſtimant: ſicque loquuntur quaſi diu vi-
Iacob. 4. cturi, cum de craſtino ſint incerti: contra quem modum loquendi incautum ſcribit ſanctus Iacobus G
in ſua canonica, Ecce nunc qui dicitis, hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi
quidem annum, & mercabimur & lucrum faciemus: qui ignoratis quid ſit vobis futurum in craſti-
no. Quæ enim eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, deinceps exterminabitur, pro eo vt
dicatis, ſi dominus voluerit & ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in ſuperbiis
veſtris. ¶ Præterea ſanctus Baſilius ait, Si fateris temporalia tibi diuinitus proueniſſe, an iniuſtus eſt
deus inæqualiter res nobis diſtribuens? Cur tu abundas, ille vero mendicat: niſi vt tu bonæ diſpenſa-
tionis merita conſequaris, ille vero patientiæ brauio decoretur? At tu nónne ſpoliator es, qui quæ
diſpenſanda ſuſcepiſti, propria reputas? Et panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in con-
claui conſeruas: diſcalceati calceus, qui penes te marceſcit: indigentis argentum quod poſsides in-
humatum. Quocirca tot pauperibus iniuriaris, quot dare valeres. Hæc eadem ſcribit ſanctus Ambro-
ſius, quæ valde penſanda ſunt cunctis diuitibus, potiſsimum clericis, qui multa aut pinguia benefi-
cia habent, & de patrimonio crucifixi, bonisque pauperum recondunt theſauros, lauta parant ci-
baria, diuerſáque fercula, pretioſa quoque ac plurima veſtimenta: quod quantæ ſit impietatis, quan-
ti ſacrilegii, quam incomprehenſibilis damnationis ex præinductis ſancti Baſilii verbis, clarius vero
ex dictis ſanctorum patrum Hieronymi & Bernardi probatur. [*Requieſce*] à labore, & otioſitati-
Pſalm. 72. bus vaca, cum tamen otia dent vitia. Sic & de reprobis ait Pſalmiſta, In labore hominum non ſunt. H
Gene. 3. Veruntamen primo dictum eſt homini poſt peccatum, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. [*Co-*
mede, & bibe, & epulare.] Ecce qui ſpirituales ignorant delitias, qui non delectantur in deo, qui in ſpi-
ritualibus exercitiis non exultant, in carnalibus rebus atque oblectamentis ſummum ſuum ponunt
ſolatium ac vltimum finem, beſtiis ſimiles, imò incomparabiliter peiores ac viliores. Tanguntur
autem hic quatuor vitia diuitias concomitantia, ſcilicet otioſitas, ibi, requieſce: guloſitas, ibi, co-
mede: ebrietas, ibi, bibe: comeſſationis celebritas, ibi, epulare. ¶ Poſtremo, ſicut guloſi malunt ventrem
ſuum in tantum implere, vt non ſolum ſaluti animæ, ſed & corporis noceat ſanitati: ita auari malunt
in horreis blada ſua putreſcere, quam pauperibus erogare. [*Dixit autem illi deus.*] Dum enim di-
ues auarus ſibiipſi in abdito loquitur, eloquia eius in cælo examinantur, iudicantur & reprehendũtur.
[*Stulte.*] Stultus veriſsime eſt omnis peccator in mortalibus vitiis manens. Primo, quoniam æternæ ſa-
pientię non conſentit neque obedit, ſed potius per inobedientiam contrariatur, dum diuina præcepta
tranſgreditur. Secundo, quoniam illa ſapientia, quæ eſt donum ſpiritus ſancti, caret, & ſtultitia, pueri-
litatiſque vitio adimpletur: eſtque ſimilis puero qui poma & pira, auro & gemmis præeligit, quia ſic
ipſe ſpiritualibus & æternis tranſitoria atque carnalia præfert. Tertio, quoniam animam ſuam inceſſa
biliter vulnerat, odit, imò æternæ damnationis exponit periculis. Quid enim ſunt peccata, niſi animæ
vulnera? Et qui diligit iniquitatem, odit animã ſuam, quia hoc vult quod animæ ſuæ maxime eſt no-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ciuum. Quarto, quia atrociſsimis ſuis hoſtibus, puta dęmonibus, ſe ſubiicit & conſentit, eóſque per ſuam impiam lætificat vitam, angelicę vero inſpirationi non præbet aſſenſum. Quinto, quia quotidie poſſet in ſpiritualibus tantum proficere, atque æternam ſibi felicitatem augere, & tamen vice verſa, omni ſpirituali neglecto profectu, quotidie ſe in ſpiritualibus efficit pauperiorem, & à vera beatitudine diſtantiorem. Nónne hæc agere, & taliter ſe habere, eſt ſummæ inſaniæ, non infinitæ ſtultitiæ? [*Hac nocte animam tuam repetent a te,*] id eſt, à corpore tuo egredi exigent exactores duriſsimi, puta dæmones quibus ſeruiſti, atque peccando tuam animam vendidiſti: dum pro delectatione ab eis oblata, te ipſum illorum dominationi obligaſti ac ſubdidiſti, propter quod deus iuſtus & ſanctus illos licentiat, vt animam tuam eis obligatam requirant, ſecumque pertrahant in infernum.

¶ Denique de hoc verbo ſcribit Gregorius in moralibus ſuper Iob, Eadem nocte ſublatus eſt, qui multo tempore fuerat præſtolatus: vt qui in longum ſibi temporalia congregauit, vnum diem ſequẽtem nequaquam videret. Dicit autem, repetent à te, expoſcebant enim eam forſitan terribiles quædã virtutes ad hoc miſſæ: quoniam ſi de ciuitate in ciuitatem migrantes indigemus ductore, multo magis anima abſoluta à corpore, & ad futuram vitam tranſmigrans eget ducatu, & ob hoc multoties rẽcuſat anima, & regreditur in profundum cum debet exire à corpore. Semper enim ſtimulat nos con-
B ſcientia peccatorum, ſed præcipue cum debemus trahi ad terribile dei iudicium. Tunc enim tota congeries criminum innouatur, & præ oculis poſita percutit mentẽ. Et ſicut incarcerati ſemper doloroſi ſunt, tunc autem præcipue cum debẽt iudici præſentari: ſic & anima, maxime in ipſo tempore egreſſionis inſtãtis de peccato cruciatur ac dolet, multoque magis cum fuerit euulſa. Recte inſuper dicitur, anima impii nocte euulſa, quia in vitiorum ſuorum obſcuritate eſt deprehenſa, & lucẽ ſaluberrimæ conſiderationis abiecit, per quam mortis ſuę horam præcogitare, pararéque debuit.

¶ Poſtremò ſecundum gloſſam, dicere dei ad hominem vitioſum, eſt prauas eius operationes ſubita diſtrictione æquitatis compeſcere. [*Quæ autem paraſti, cuius erunt?*] id eſt, diuitiæ tuę cui manebunt? imò ſępiſsime accidit, vt defuncti damnatio atque punitio augeantur propter iniquitatem abutentium ſuis diuitiis, eo quod materiam peccandi illis parauit ac dereliquit, ita quod illorum peccata in ipſum redundant. Hinc de homine vano, verę ſapientiæ illuſtratione priuato ait Pſalm. Theſaurizat & igno- Pſal. 38.
rat cui congregabit ea. In Eccle. quoque ſcriptum eſt, Et qui locupletatur, & dicit, Inueni requiem Eccleſi. 11.
mihi, & manducabo de bonis meis ſolus: & neſcit quod tẽpus prętereat illum, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis & moriatur. [*sic eſt qui ſibi theſaurizat,*] id eſt, præfato diuiti auaro & fatuo coram deo ſimilis eſt in culpa, & par erit in pœna, qui ſibi temporalia cupide colligit, nec ea egenis cõmunicat, [*Et non eſt in deum dives,*] id eſt, charitate dei infuſa, cæteriſque ſpiritualibus donis ſpiritus ſancti atque virtutibus caret. Veræ enim hominis diuitiæ ſunt virtutes & merita ſanctitatis, per quæ
C deus fiat eius poſſeſsio, & æternã beatitudinẽ ſibi habet repoſitam ac paratam: ita quod dicere poteſt Pſalm. 15.
illud Threnorum, Pars mea dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum. Et illud, Dominus pars hæreditatis meæ. Hinc Beda teſtatur, Qui vult eſſe dives in deo, non theſaurizet, ſcilicet priuatæ vtilitati, ſed pauperibus poſſeſſa diſtribuat. Ambroſius quoque ait, Noſtra temporalia iſta non ſunt, quæ nobiſcum auferre non poſſumus. Sola virtus comes eſt defunctorum, ſola non ſequitur miſericordia, quæ defunctis tabernacula promeretur æterna. De hac diuitum periclitatione ait Pſalmiſta, Pſalm. 75.
Turbati ſunt omnes inſipientes corde, dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

¶ Proſequutio Cap. XII. à loco quo ait, [*Dixitque ad diſcipulos ſuos.*] Articulus. XXXIII.

D POſtquam Chriſtus docuit immoderatum affectum temporalium eſſe vitandũ, iam docet etiam ſolicitudinem inordinatam neceſſariorum funditus extirpandum, nam & ſolicitudo neceſſariorum frequenter inducit ſolicitudinem ſuperfluorum, [*Dixitque ad diſcipulos ſuos.*] illos quippe de hac re ſpecialiter inſtruit, ad mundi inuitat contemptum, quia futuri erant prædicatores huius euangelicæ perfectionis ac legis atque magiſtri totius mundi: idcirco oportuit eos iſta primo perfecte implere, prout de Chriſto ſcriptum eſt, Cœpit Ieſus facere & docere. prædicanti nanque & non agenti ait Apoſtolus, Qui alium doces, teipſum Actu. 1.
non doces? [*Ideo*]. i. quia taliter, ſicut iam dixi, contigit diuiti auaro, [*Dico vobis.*] Felix enim quem faciunt aliena damna peritum. [*Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ,*] id eſt, vobis ſeu veſtræ perſonæ, ponendo partem pro toto, vt dictum eſt præcedenti artic. Vel, animæ veſtræ, id eſt, vitæ veſtræ animali, vel animæ proprie dictæ quæ indiget cibo, potu & veſtibus, non inquantum eſt intellectualis ac ſpiritualis eſſentia, ſed inquantum eſt corporis forma, illud conſeruans in vita corporea, quæ ſine alimentis & tegumentis non conſeruatur. Anima quoque in corpore poſita eſt, vt quam diu in eo conſiſtit, virtutibus ſeipſam exerceat: quod implere non valet, niſi corpus ſuum cibo ac neceſſariis ſuſtentetur, ipſa quoque illi talia adminiſtret: ſicque indiget illis, [*Quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini,*] id eſt, neque de alimentis, neque de veſtimentis ſitis ſoliciti. ¶ Quocirca ſciendum, quod eſt ſolicitudo quædam inquietudinem gignens in anima, & ex diffidentia quadam proueniens, ſeu immoderationem includens, qua quis anxie circa aliquid occupatur, quaſi non eſſet prouidentia dei, & de iſta potiſsimum Chriſtus nunc loquitur: de qua etiam ad Epheſios Apoſtolus dicit, Nihil ſoliciti ſitis. Ephe. 4.
& in Prouerbijs Salomon loquitur, Expectatio ſolicitorum peribit. Alia eſt ſolicitudo prudentię, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sic circa exteriora ordinate solicitari, ea ad spiritualia ordinando, Christus permittit, imò & quibus ex E
officio incumbit meritorium est hoc ipsum. De hac solicitudine dixit Saluator ad Martha, Solicita es
& turbaris erga plurima: de qua Apostolus, Solicitus (inquit) fui hoc ipsum facere, vtpote sanctis pau
peribus qui in Hierusalem erant eleemosynas congregare. Tertia est solicitudo spiritualis, quæ est di-
ligentia cordis circa diuina charismata, & vt deo complaceatur, quæ est valde laudanda: de qua in Mi
chæa habetur, Indicabo tibi quid sit bonum, vtique solicitum ambulare coram deo. Et in Deut. Custo
di temetipsum & animam tuam solicite. ¶ Præterea quamuis Christus prohibeat solicitudinem, non
tamen laborem: cum scriptum sit, Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi
erit. Et Apostolus dixit, Qui non laborat, non manducet. Deinde legifer noster ponit rationem, cur
vitanda sit solicitudo prædicta, per quam libertas mentis in deo, & quieta deuotio, stabilísque profe-
ctus in spiritualibus maxime impediuntur. [*Anima plus est quam esca,*] id est, maioris dignitatis, cum
sit immortalis, vitalísq; forma, & rationalis sui creatoris imago, [*Et corpus plus est,*] id est, dignius, [*Quã
vestimentum.*] Corpus nanque est instrumentum seu organum animatum, coniunctum, immediatum
ac proprium animæ. Itaque qui absque nostra solicitudine nobis corpus & animam dedit, de cibo &
vestimẽtis sine præfata solicitudine in se sperãtibus prouidebit. Deinde aliam rationẽ inducit, in qua
sicut & supra arguit quasi per locũ à maiori, [*Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non*
est cellarium neque horreum, & deus pascit illos,] qui per diuinam prouidentiam necessaria victui inueniũt F
& procurant, [*Quanto magis vos pluris,*] id est, maioris valoris seu dignitatis, [*Estis illis?*] irrationabilibus
creaturis, cum sitis intellectualis naturæ. Ergo si deus illis de necessariis prouidet, etiam vobis potius
prouidebit, si in ipso sperantes fueritis, immoderata solicitudine spreta: non tamen discreta prouisio
reprobatur, quia & aues necessaria quærunt. ¶ Porro secundum Theophilum specialis de coruis fit
mentio, quoniam pullos coruorum deus speciali prouidentia alit: nam corui pariunt, sed pullos suos
non nutriunt, quibus miro modo ab aëre pabulum quadam aura allatum ad os peruenit, quod hian-
tes suscipiunt. Aliqui quoque affirmant, quod coruus cernens pullum suum plumis albescere tanquã
non suum relinquit, sed alitur pullus rore cœlesti, aut quibusdam vermiculis circa os suum volanti-
bus. Constat itaque quod in prouidentia dei vsque ad irrationalia, imò vsque ad infima quæque per-
tingit, & vniuersa includit. Vnde in libro Iob habetur, Quis præparat coruo escam, quando pulli eius
Psalm.103. clamant ad deum vagientes, eo quod non habeant cibos? Itémque in Psalmo, Qui dat iumentis escã
ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et rursus, Omnia à te expectant, vt des illis escam in
tempore. Insuper tertium argumentum adducit, [*Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam*
suam cubitum vnum?] quasi dicat, Certum est quod nullus vestrum potest corporis sui naturalem statu-
ram sola cogitatione augere, nec sola nutritione, sed diuina prouisione corpus mensuram sortitur
augmẽti, [*Si ergo neque quod minimum est potestis,*] id est, si agere non valetis hoc, quod in se valde paruũ G
est & deo facillimum, vtpote aliquid augmenti staturæ adiicere cogitando, volendo aut imperando,
seu breuissimam horæ morulã vitæ apponere, [*Quid de cæteris soliciti estis?*] videlicet de necessariis cor-
pori, tanquam dicat, Creatori talem curam relinquite. Denique sicut maxima opera animæ sunt ope-
rationes virium intellectiuarum, quia cognitione & electione regũtur: magna vero ipsius opera sunt,
operationes virium sensitiuarum, quia cognitione reguntur: minima vero, operationes virium vege-
tatiuarum, quoniam naturali necessitate reguntur: sic maxima opera dei, sunt opera gloriæ: magna ve-
ro sunt opera gratiæ: minima autem, opera naturæ. ¶ Insuper idem probat Saluator, consideratione
inanimatorum, quibus deus necessaria prouidet, ergo & hominibus sibi obedientibus prouidebit sine
eorum solicitudine immoderata, [*Considerate lilia agri, quomodo crescunt,*] sine humani cultus labore,
[*Non laborant*] vt incrementum plenum acquirant, [*Neque nent*] vt decorentur. [*Dico autem vobis, quia*
nec Salomon in omni gloria sua,] id est, in statu suo inclyto & famoso, [*Vestiebatur sicut vnum ex istis*] liliis a-
gri, id est, tam speciose ornatus non est vestibus quibuscunque, sicut lilium suo ornatur colore, cæte-
risque quibus superficietenus decoratur. Quamuis enim ars imitatur naturam, non tamen potest æ-
quari eidem. Nec mirum si deus pulchrius vestiat, quam homo vnus alium queat vestire. Apte quoq;
de Salomone fit mentio, quia diuitiis & delitiis ac sapientia ad excogitandum decora, plurimum abũ-
dauit. [*Si*] pro quia [*Autem fœnum quod hodie in agro est.*] Quidam per fœnum intelligũt lilium agri, se-
cundum quod fœnum vocatur quodlibet huiusmodi germen terræ. Alii per fœnum intelligunt her- H
Gene.2. bam seu gramen. Vnde in Genesi, vbi nostra translatio habet, Producat terra herbam: alia continet,
producat terra fœnum. [*Et cras,*] id est, paulopost seu in futuro, sicque in veteri testamento frequenter
Gene.35. accipitur, cras, vt cum in Deuteronomio Moyses ait, Si interrogauerit te filius tuus cras. In Genesi
quoque Iacob testatur, Cras respondebit mihi iustitia mea. [*In clibanum mittitur*] cum scilicet fuerit de-
siccatum & apta materia ignis: [*Deus sic vestit,*] id est, colore, & aliis tam pulchre ornat, [*Quanto magis*
vos,] id est, multo plus vobis de vestimento prouidebit, si confidatis in eo ô homines [*Pusillæ,*] id est,
modicæ [*Fidei?*] qui tam proni estis ad diffidendum, de prouisione diuina: quod constat per hoc, quod
tam solicite atque superflue vobis temporalia prouidetis. Hinc Petrus, Omnem solicitudinem vestrã
proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et ad Hebræos Paulus, Sint mores sine auaritia
contenti præsentibus. Deus enim dicit, Non te deseram neque derelinquam, ita vt confidenter dica-
mus, Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Et Psalmista fatetur, Dominus
solicitus est mei. Itémque, Iacta (inquit) super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. O quã multi
qui religiosi vidẽtur, contra hanc Christi agunt doctrinam, nõ cessantes circa temporalia augenda so-
licitari in alimentis & vestimentis, non solum necessitati, sed & voluptati ac curiositati satisfacere, &
ita terrena accumulare, quasi non esset vita post hanc vitam. Itaque ex præinducta irrationalium pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uiſione, inanimatorúmque decoratione clare oſtenditur, prouidentia dei ad cuncta pertingere. Hinc quinto de ciuitate dei aſſerit Auguſtinus, Deus nec exigui & contemptibilis animantis viſcera, nec auis penulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium, ſine ſuarum conuenientia partium & quadam veluti pace relinquit. Hugo quoque libro de tribus diebus diſſeruit, Eſt verum & euidens diuinę ſapientię argumẽtum, quod omne genus ſimile ſibi procreat, & in tam multis ſimilitudo vna propagata, primæ originis formam non variat, vnumquodque ſuam ſpeciem habet, & vnumquodque generis ſui ſimilitudinem ſeruat. Vide folium quomodo ſerratis dẽtibus per gyrum diſtinguitur, quomodo intrinſecus productis coſtulis, huc illúcque intexitur. Numera vnum, numera aliud, omne quod vnius eſt generis, vnius inuenies ſimilitudinis: tot dentes in vno quot in alio, tot coſtulas in vno quot in alio: talem colorem & formam in vno, qualem in alio.

¶ Inſuper ex horum contemplatione ſubtili, quidam præclari philoſophi attenderunt, & conſcripſerunt prouidentiam dei ſublimis & benedicti vſque ad inferiora ac ima pertingere. Propter quod decimo de ciuitate dei aſſerit Auguſtinus, Plotinus Platonicus de prouidentia diſputans eam à ſummo, cuius eſt intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo, vſque ad hæc terrena & ima pertingere, ex floſculorum ac foliorum pulchritudine comprobat, quæ omnia quaſi abiecta & velociſsimè pereuntia, decentiſsimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe confirmat, niſi inde formentur, vbi forma
B intelligibilis, & incommutabilis ſimul exemplariter habens omnia, perſeuerat. Hinc etiam Beda, Quę (inquit) purpura regum, quæ pictura textricum, poteſt floribus in pulchritudinę comparari?

¶ Poſtremò, ſi deus glorioſus & felix, rebus tam vilibus tantum impreſsit decorem, vt in pennis patet pauonis: quàm ſuperexcellens, incomparabilis, & immenſa eſt pulchritudo ipſius in ſeipſo, quámque delectabiliſsima ad videndum: idcirco vt eam nunc per fidem & ſapientiæ donum, & deinde per ſpeciem intueri ſimus diſpoſiti, mentem ab omni labe peccati mundemus. Etenim beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt, cuius pulchritudinem intueri, vera & plena fœlicitas eſt omnis mentis creatæ. ¶ Denique vt prædicta Chriſti documenta nobis magis inhæreant, ipſe ea reſumit, [*Et vos nolite quærere quidnam manducetis aut quid bibatis.*] Iſtud tamen aliqui dicunt ad exteriorem actum referri, vt non ſolum interiorem ſolicitudinem immoderatam vitemus, ſed etiam actus importunos ex ea manantes, quibus aliqui circa prædicta corporalia agitantur: vel ſecundum gloſſam, quod hic dicitur, potius referendum eſt ad ciborum qualitatem, quàm ad eorum ſubſtãtiam.

¶ Præterea circa cibum & potum ſex modis peccamus. Primò, nimis ardenter deſiderando. Secundò, curioſè & laute parando. Tertiò, ante tempus congruum manducando. Quartò, ſuperflue ſumendo. Quintò, indiſciplinate edendo. Sexto, delectationem carnalem in eis quærendo. {*Et nolite in ſublime tol
li,*] id eſt ſuperbire & ambitioſi eſſe: ſicut monet Apoſtolus, Noli altum ſapere, id eſt, teipſum ma Roma. 11.
gnum reputare, ſed time. Hoc conuenientiſsimè Chriſtus totius perfectionis magiſter adiecit. Si
C cut enim ad temporalem & exteriorem opulentiam ſequi ſolet carnalis ac ſecularis ſuperbia: ita ex interioribus diuitiis, id eſt, virtutum profectibus, ſolet oriri ſpiritualis ſuperbia. Admonet ergo Chriſtus, vt ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritualibus abundemus, nequaquam inaniter erigamur, ſed deo in omnibus humillimè regratiemur. Hinc ad Timotheum ſcribit Apoſtolus, Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublimè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum: ſed in deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde.

¶ Porrò, quàm deteſtabilis, & deo contraria ac rebellis ſit ſuperbia, patet ex eo quod in Iob improperatur ſuperbo, Quid eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid tumet cõtra deum ſpiritus tuus? Deinde à Chriſto tangitur duplex ratio, cur temporalia non ſint ſolicite exquirenda. Prima eſt, [*Hæc enim omnia,*] puta diuitias & cętera ad vitã præſentem ſpectantia [*Gentes mundi,*] hoc eſt, homines ſeculares amatores mundi magis q̃ dei, qui prę ſentia magis quàm futurum ſeculũ pẽſant, [*Quærunt,*] ſolicite: ſed deuoti & electi qui ſunt filii dei, quęrunt regnũ patris ęterni. Ex hoc chriſti ſapientiſsimo verbo vnuſquiſque perpendat, an pertineat ad gentes mundi, vel ad filios dei, nempe ſi carnalia & terrena atque præſentia amplius cogitat, quærit, & appetit, quàm ſpiritualia cęleſtia & futura, vtique de numero eſt gentium mundi. deinde ſecunda ad idem ratio ſubditur, [*Pater autem ve-
ſter ſcit quoniam his indigetis,*]. i. deus creator pater cæleſtis, qui pater hominũ piiſsimè vocari dignatur, Iob. 35.
D certiſsimè noſcit, quãtum & qualiter corporalib⁹ rebus egetis: idcirco in ipſum filialiter, immobilitérque confidite: nam & ideo pater noſter vocari dignatus eſt, vt prouocet nos ad plenam fiduciã, ac perfectum amorẽ. Quis autem pater qui filio ſuo ad ſe conuerſo neceſſaria non miniſtrat ſi habeat? Deus autem cum ſapiens ſit, omnia nouit: & quia omnipotens, omnia poteſt: & quoniam pater eſt, pie vult, ideo ad prouidendum eſt ſummè idoneus: & qui naturam creauit, eius indigentiam noſcit: ideo loquitur Auguſtinus, Scit cæleſtis medicus, quid nobis daturus eſt ad conſolationem, quídve ſubtracturus ſit ad exercitationem. Non ergo timendum eſt, quin prouideat nobis, cum nec homo neceſſaria ſubtrahat ſuo iumento: ſed homines peccando frequenter merentur, vt fame deficiant. [*Veruntamen
quærite regnum dei,*] id eſt, cæleſtem patriam, æternam fœlicitatem, regnum cæleſte amate, appeti-
te, & bene agendo adipiſci ſatagite. In Matthæo habetur, Quærite primum, id eſt, primo ac principa- Matth. 6.
liter regnum dei. Ipſa enim beatitudo regni cæleſtis eſt finis noſter vltimus, ad quem omnia alia ordinare debemus. Finis quoque eſt primum intentione, ſecundum philoſophos, idcirco antequam exteriora & manualia opera aggrediamur, primo quærere debemus regnum cæleſte deum orando, diuina meditando, mentem ad deum leuando, miſſam audiendo, ſimilia bona agendo: ſicque ad hoc principale bonum cætera opera noſtra referre debemus. Sed iſtud implere non valet homo, quam diu in mortali iacet peccati. Hinc quotidie diſcutienda eſt conſcientia: & ſi de peccato mortali con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcius ſibi fuerit homo, ſtatim cordialiter doleat, veniam poſcat, confiteri, vitare, & ſatisfacere ac emẽ- E
dare firmiter integralitérque proponat. [*Et hæc omnia*] id eſt, corporali vitę neceſſaria [*Adiicientur vobis*]. i. diuinitus concedentur, tanquã minus principalia. Nihilominus homo facere debet quod ad ſuũ pertinet ſtatum, & quod in ſe eſt, ne ſit quaſi tentans deum. Ecce per verba & documenta præhabita docet nos Chriſtus certiſsimam habere fidem de prouidẽtia dei, plenam quoque poſsidere fiduciam ad deum tanquam ad fideliſsimum patrem, omniúmque infallibilem prouiſorem. Propter quod ait Pſalmiſta, Iunior fui, etenim ſenui, & nõ vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quęrens panem. Sed quia ſolicitudo ſuperflua ex inordinato timore procedit, Chriſtus talem timorẽ docet vitandũ, datque fiduciam quærendi regnum cælorum. [*Nolite timere*] carnali aut ſeculari timore. De ſpeciebus autem timoris dictum eſt artic. x x x i. [*Puſillus grex,*] id eſt, vos diſcipuli cęterique electi, qui puſilli eſtis, quoniam humiles in oculis veſtris, & parum reputati ab aliis, paucíque numero reſpectu reproborũ. Multi enim vocati, pauci electi. [*Quoniam complacuit patri veſtro*] hoc eſt, deo creatori qui vos prædeſtinauit
Matth. 22. [*Dare vobis regnum*] cælorum poſt vitam præſentem in re, & plena poſſeſsione: nunc autem in ſpe, & quodam præguſtu, & hoc placuit ſibi ab æterno, dare vobis hæc bona tempore ipſo præordinato: ita quod non veſtra merita, ſed eius voluntas, amor, clementia, ſunt ratio prædeſtinationis & gratiæ veſtræ ſeu complacentiæ, qua ei complacuit dare vobis regnum cælorum, & dona gratiæ per quæ illud
Ioãnis. 15. mereamini adipiſci. Hinc Chriſtus in Ioanne ait diſcipulis, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. F
Matth. 11. Et alibi, Confiteor tibi pater quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: etiã pater, quia ſic placuit ante te. Apoſtolus quoque ad Epheſios fatetur, Deus prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Itémque Pſalmiſta, Brachium eorum non ſaluauit eos, ſcilicet patres noſtros: ſed dextera tua, quoniam complacuiſti in eis. [*Venditę quæ poſsidetis, & date eleemoſynam.*] hoc conſilium eſt perfectionis, & opus ſupererogationis, ſi ita intelligatur, vt omnia vendita dentur pauperibus, ita quod venditor nil proprium ſibi reſeruet: ſi vero vltra hoc etiam de cætero de propriis laboribus viuat, & eleemoſynas largiatur, ſicut ſe feciſſe Paulus teſtatur, erit opus valde perfectum: ſi vero ſic intelligatur, vt vendita partim dentur pauperibus, & partim remaneant venditori ad neceſſaria vitæ, erit conſilium, ſed non perfectum.
[*Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt,*] id eſt, nolite in hoc ſeculo pecunias congregare, atque burſis ſeu repoſitoriis corruptibilibus ponere ad cõmodum priuatum & inordinatum, ſed in regno cælorũ eas colligite, dando eas modo egenis, vt ibi inueniatis mercedem, quemadmodum ſanctus Laurentius Decio dixit. Facultates eccleſiæ quas requiris, in cæleſtes theſauros manus pauperum deportauerunt. Hinc ſubditur, [*Theſaurum non deficientem in cælis,*] quia hi ſacculi ſunt theſaurus cęleſtis nunquam deficiens, hoc eſt, merita copioſa & diuitiæ interiores per intentionem in cælo repoſita, per quæ ad regnũ deuenitur cæleſte, [*Quẽ fur non appropriat neque tinea corrumpit,*] quia in cælo nulla eſt violentia, nul G
la iniuria, nulla corruptio, nulla iniquitas, quæ merita tollat aut præmia: hoc autem diligenter implendum eſt. [*Vbi eſt theſaurus veſter,*] id eſt, res à vobis præcipuè amata, & congregata ſiue poſſeſſa, [*ibi & cor veſtrum erit,*] id eſt, cogitatio atque affectio animæ veſtræ verſabitur & quieſcet. Vnde ſecundum Auguſtinum, Anima potius eſt vbi amat quàm vbi animat. Si ergo in terra quis theſaurum reponat, animam ſuam quæ dei imago eſt, terrenis immergit: quod enorme peccatum eſt. Si verò circa deum & beatitudinem æternalem ſtudium applicat, deſideriúmque defigit, iam in deo eſt cor eius, & conuerſationem habet in cælis. Hinc ait Hieronymus, Guloſus cor habet in ventre: laſciuus, in ludicris: lubricus, in libidine: auarus, in pecunia.
¶ Inſuper Chriſtus hortatur nos habere vitam paratam ad corporalem hanc mortem, æternáque gloria dignam, [*ſint lumbi veſtri præcincti*] id eſt, parati agiléſque eſtote ad exequendum opera dei, ad ambulandum in via domini, ad refrenandum concupiſcentiam, voluptatémque carnis, quę viget in lumbis. Denique duplices ſunt lumbi hominis, ſcilicet carnales ex quibus prodeunt concupiſcentię carnis & opera impudica, de quibus lumbis ſcriptum eſt in Iob, Fortitudo eius in lumbis eius. Hi lumbi per diſciplinæ rigorem ac temperantiam refrenantur ac præcinguntur, quod omni Chriſtiano neceſſarium eſt ad ſalutem, dicente Apoſtolo, Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis. Hoc enim eſt abſtinere à carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam. Vnde rurſus ait Apoſtolus, Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. H
¶ Porrò alii ſunt lumbi ſpirituales, videlicet intellectus atque affectus, ex quibus cogitationum & appetitionum ſpiritualium abundantia oritur: propter quod præcingendi ſunt ſpirituali cinctorio, vtpote aſsidua cordis cuſtodia, & meditatione diuinæ ſcripturæ continua, ne ex eis emanẽt inutiliũ cogitationum ac deſideriorũ profluminа: iuxta illud in Pſalmo, In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Hinc ad Epheſios hortatur Apoſtolus, State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate. [*Et lucernæ ardentes.*] Per lucernas intelliguntur diſcretio rationis in agendis, & eruditio aliorum verbo aut facto: ſint ergo lucernę ardentes, id eſt, diſcretio dirigat opera & in flammet: iuxta illud Apoſtoli ad Romanos, Rationabile, id eſt, diſcretum ſit obſequium veſtrum & ratio homines proximos illuminet & accendat, docendo, exemplaritérque viuendo: quemadmodum apud Matthæum ait Saluator, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Vnde ſecundum Gregorium, Lumbos præcingimus, dũ carnis luxuriam coarctamus: lucernas quoque ardentes in manibus tenemus, cum proximis exempla virtutum monſtramus.
¶ Itaque lucernę non ſolum debẽt eſſe lucentes per veritatis notitiã, ſed & ardentes per charitatis feruorẽ, quia cognitio veritatis abſq; dilectione bonitatis informis eſt. Rurſus per lucernas poſſunt intel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ligi diuina eloquia & præcepta, quibus noſtræ animæ illuſtrantur: iuxta illud Prouerb. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Atque in Pſalmo, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Hæ autem lucernæ fiunt ardentes, quãdo ex charitate conſiderantur ac obſeruantur. [*Et vos ſimiles ſitis hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptiis: vt cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei,*] id eſt, ſicut ſerui boni præſtolantur reditum domini ſui à nuptiis cum diligentia ac patientia, non audentes ſe interim male habere, nec hinc inde vagari, ſed domum cuſtodientes, ſemperque parati oſtium redeunti domino aperire: ita & vos cum omni diligentia ac patientia ex pectate meum aduentum ad vos, quo venturus ſum ad vos tã in iudicio veſtro particulari, videlicet hora mortis, quàm in generali iudicio, quando in forma humana deſcendam ad iudicandum viuos & mortuos. In particulari autem iudicio venit Chriſtus per æquitatis ſuæ effectum, retribuendo quod anima in corpore ſuo promeruit. Dicitur quoque Chriſtus venire à nuptiis, quia in cælo ſibi vniuit triumphantem eccleſiam, pleniſsima vnione tã quam ſponſus penitus illibatam, indeſinenter ac cointime ſibi coniunctam, de quibus nuptiis in Apocalypſi ſcribitur, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. A quibus dicitur Chriſtus reuerti, non quod eas relinquat, aut quia aliquando finiantur: ſed quia à loco voluptatis illius puriſsimæ corporaliter aut ſpiritualiter venire aſſeritur. Itaque Chriſtum iudicem præſtolemur, vt cum venerit ad nos in hora mortis, vel in extremo iudicio, & pulſauerit, id eſt, mortis debitum exegerit, ſeu per in-

B firmitatem lætalem tetigerit; confeſtim aperiamus ei, id eſt, parati ſimus ad mortem, & Chriſtum iudicem ſecure atque hilariter, vel ſaltem prompte ac obedienter ſuſcipiamus. Talis fuit Paulus qui dixit, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: Pſalmiſta quoque clamat, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Hinc in Iacobo habetur, Patientes eſtote vſque ad aduentum domini, & confirmate corda veſtra, quia aduentus domini appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam aſsiſtit. [*Beati*] ſunt nunc in ſpe, & per merita virtuoſa, [*ſerui illi,*] ſimiliter & ancillæ, [*Quos cum venerit dominus*] Ieſus Chriſtus in iudicio particulari ſeu vniuerſali, vt dictum eſt, [*inuenerit vigilantes*] hoc eſt, in diuino obſequio diligentes, non pigros aut ſomnolentos, ſed mentis oculos ad ſupernæ lucis contemplationem apertos habentes conſiderando diuina. Quemadmodum ad Epheſios orat Paulus apoſtolus, Pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri. ¶Prętereà ſicut lumen corporale oppoſitum oculis ſomnolentiam pellit: ſic illuminatio lucis diuinæ perfundens & clarificans mẽtem, negligentiam, deſidiámque ab ea auellit. [*Amen,*] id eſt, vere [*Dico vobis, quod præcinget ſe*] hoc eſt, Chriſtus iudex diſponet ſe ad dandum eis dignam fœlicitatis æternæ mercedẽ, ſecundum vniuſcuiuſque capacitatem, proportionem ſeu meritum: vt ſicut ipſi præcinxerunt ſe ad eius obſequium, ſic ipſe ſe præcingat ad eorũ glorificationẽ ſeu præmium cum fuerint ſuo iudicio præſentati. [*Et faciet illos diſcumbere,*] id eſt, plene quieſcere, & cum angelis ſanctis in menſa æternæ fœlicitatis reficere, id eſt, diuinitatis beatifica fruitione repleri ac ſatiari, quemadmodum ait Pſalmiſta, Inebriabuntur ab vbertate

C domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ portabis eos. Itémque, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vnde infra loquitur Chriſtus, Ego diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam. Hinc diuinus Dionyſius in epiſtola ſua ad Titum ſcribit, Diſcubitum opinamur quietem à multis laboribus, & vitam ſine læſione, & conuerſationem diuinam in lumine, in regione viuentium, vniuerſo ſancto affectu adimpletam, copioſam donationem omnium donorum, ſecundum quam lætitia adimplentur. [*Et tranſiens,*] id eſt, ſingulorum corda iucundiſsimè viſitans, atque in cunctis ſpiritualiter gradiens illos conuertendo, ſeu potius conuerſos tenendo in ſe: vel tranſiens, id eſt ſecundum humanitatem ſuam à loco iudicii generalis ad cælos reuertens, [*Miniſtrabit illis*] id eſt, omnia ad eorum beatitudinem pertinẽtia prompte ac copioſiſsimè, amoroſe atque lętiſsime exhibebit. Hæc quippe eſt miniſtratio ſuffragii, non obſequii: miniſtratio charitatis, non ſubiectionis, quæ eſt miniſtratio ſufficiẽtię beneficiorum, ſicut pater filiis miniſtrat expenſas: nã & angeli ſancti ac fœlices nobis pauperrimis peccato & miſeria plenis miniſtrare dicuntur, quamuis ſecundum Bernardum ſint domini & principes noſtri. Sed quoniam deus nouit pronitatem noſtram ad vitia atque inſtabiliſsimam noſtram fragilitatem, idcirco longanimis eſt ſuper nos, nec ſtatim vlciſcitur: ſed ſemper durante hac vita, paratus eſt noſtram pœnitentiam conuerſionémque ſuſcipere: ideo ſubditur, [*Et ſi venerit in ſecunda vigilia,*] id eſt

D ſi Chriſtus hominem viſitauerit ad iudicandum eum tempore ſuæ iuuentutis. [*Et ſi in tertia vigilia venerit,*] id eſt, diutius permiſerit eum viuere, & viſitauerit eum ad iudicandum tempore ſenectutis, [*Et ita inuenerit,*] id eſt, hominem ad mortem paratum compererit, [*Beati ſunt ſerui illi*] qui à Chriſto fuerint ita parati, atque in bonis operibus vigilantes inuenti, quia coronabuntur glorioſe ab ipſo. Itaque ſecundum Gregorium prima vigilia primæuum tempus eſt vitæ noſtræ, videlicet pueritia, ſecunda vigilia eſt iuuentus ſeu adoleſcentia, tertia autem ſenectus, quarta vero eſt illa ætas, quę decrepita nominatur. Qui ergo in pueritia male vixit, in iuuẽtute pœniteat & emẽdet. Quod ſi in iuuẽtute quoque cõuerſatus eſt vitioſe, ſaltem in ſenectute à malitiis reſipiſcat. De prima autem vigilia non fit hic mẽtio, quia in illa ętate non ſunt homines tam apti ad ardua virtutum: ſimiliter nec in ętate decrepita, vnde nec de ipſa fit ſermo: nam & pœnitentiam quę in ipſa fit deus minus acceptat: & quoniam raro eſt pœnitentia vera, quæ eſt adeo ſera, vt aſſerit Auguſtinus. verũtamẽ in Marco Chriſtus omnes has quatuor tangit ætates, dicendo, Vigilate, neſcitis enim quando dominus veniat, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane.

¶Fit autem ſermo de ętatibus vitæ humanę, ſeu partibus vitę hominis metaphorice, ad ſimilitudinẽ partiũ noctis. Sunt vero quatuor vigilię noctis, Prima vocatur conticiniũ, ſecunda intẽpeſtum, tertia galliciniũ, quarta antelucanũ. Sic enim vigilantes in mœnibus ciuitatũ & caſtris, noctẽ conſueuerunt diuidere, vt ſibi inuicẽ in vigilando ſuccedãt. Deinde Saluator per ſimile in exterioribus rebus con-

Pſalm. 35.
Lucę. 22.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pertum, monet impleri quæ dixit. & dicit, [*Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam*] à fure. hoc ad literam ita, est, quod homo tantum diligit corporalia bona sua, vt contra furis aduentum vigilando se præpararet, si sciret, quando venturus sit fur. Multo ergo plus custodire debet homo animã suam, & spiritualia bona sibi à deo collata, seq; per diligentem diuinorum obseruantiam præceptorum, contra spiritualem furem parare atque armare. i. contra diabolum qui domum mentis. i. conscientiam indesinenter perfodere seu lædere ac maculare conatur, seu contra mortem ne ipsam corpus corrumpat, antequã anima ad concurrẽdum christo, & ad eius suscipiendum iudicium seipsam parauerit. Porrò Theophilus per furem intelligit Christi aduentum ad iudicandum, eo quod instar furis venturus sit improuise: iuxta illud Apostoli, Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Itaque mentem nostram contra pessimum ac callidissimũ furem, puta diabolum indesinenter custodiamus, ne nos omni gratiarum charismate spoliet: quia si nos ad tentationis suæ consensum induxerit, omni virtute & gratia protinus nos priuabit. Ideo Paulus nos hortatur, Nolite locum dare diabolo. Et Iacobus, Resistite, inquit, diabolo & fugiet à vobis. Petrus quoque, Sobrii, ait, estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Deinceps Christus istud exemplum ad propositum applicat, [*Et vos estote parati*]. i. semper & indesinẽter in charitate & gratia esse & viuere satagite nec mortale peccatum vobis inhæreat, imò si, quod absit, euenerit, per pœnitentiã mox tollatur. Sic ergo estote parati ad Christi aduentum, ad mortem, ad diuinum iudicium, [*Quia qua hora non putatis*,]. i. tempore vobis incerto, [*Filius hominis*,] scilicet Christus [*Veniet*,]. i. per mortis inflictionẽ, seu per iudicii exhibitionem vos visitabit: quod tam de hora mortis, seu particulari cuiuslibet iudicio, quam de die extremi iudicii potest intelligi. Vnde & alibi loquitur Christus, Vigilate itaq; quia nescitis diem neque horam. Et in Actibus Apostolorum, Non est vestrum nosse tempora vel momẽta, quæ pater posuit in sua potestate, quod de tempore finalis dixit iudicii. Porrò vtranque hanc horam dominus voluit nos latere, vt tanto diligentius ac indesinentius ad mortem, & ad diuinum nos iudicium disponamus, quanto determinatum tempus minus agnoscimus, scientes quia reuera periculum est immensum, si quis inuentus ac deprehensus fuerit imparatus. Hinc quoque in Apocalypsi loquitur Christus reprehẽsibili seruo, In mente habe, qualiter acceperis & audieris, & pœnitentiam age, & esto vigilans. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniã ad te. Sed & summus ille philosophus Plato in Phędone differuit, quod summa philosophia sit meditatio mortis assidua. Seneca quoque testatur, Quoniam diem mortis nescimus, quælibet nostræ vitæ dies ordinandus est tanquam vltimus dies.

Apoca. 3.

¶ Postremò, prædictis Christi verbis non obuiat, quod quidam sanctorum ex singulari dei gratia diẽ mortis suæ per reuelationem præcognouerunt diuinam. Christus enim loquitur hæc secundum legẽ communem, quemadmodum Salomon in Ecclesiaste, Nescit (inquit) homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo: sic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

Eccles. 9.

Expositio residuæ partis, [*Ait autem ei Petrus, Domine ad nos dicis parabolam hanc, an ad omnes?*] Articulus XXXIIII.

It autem ei Petrus] Circa hæc ait Theophilus, Petrus cui iam cõmissa ecclesia fuerat, quasi omnium curam gerens, inquirit, an ad omnes dominus præinductã parabolam protulisset [*Domine ad nos*] tuos apostolos atque discipulos tuos, qui non solum præcepta, sed & consilia tua obseruant [*Dicis hanc parabolam, an ad omnes?*] saluandos seu Christianos. quasi dicat, Pertinet hęc tua doctrina ad nos duntaxat, an ad omnes fideles? Sed quia facillimum fuit pensãre, quod parabola immediate præhabita ad omnem spectet saluandũ, vt scilicet semper ad mortem & Christi aduentum paratus sit: ideo Beda & quidam eum sequentes affirmant Petrum de hac non interrogasse parabola, sed de subtilibus illis vitæ cælestis institutis, quibus superius dixit Saluator, Vendite quę possidetis. Facite vobis sacculos q̃ nõ veterascũt, &c. Verũtamẽ magis videtur secundum seriem textus quod de parabola immediate præhabita scisitatus sit Petrus, præsertim quia adhuc simplex & rudis fuit, & in superioribus illis verbis non videtur Christus posuisse parabolam, quamuis metaphorice quædam ibi loquutus sit. Hinc quoque Ambrosius atque Theophilus exponunt istud de parabola immediate prẽmissa, qua dictum est. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, &c. [*Dixit autem dominus Iesus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?*] Quasi dicat, præhabita parabola omnes cõcernit, sed ista ad hos meos discipulos specialiter pertinet, quos meos dispẽsatores efficio, dum vos aliis ad regẽdũ, & ad erogandum eis documenta ac sacramẽta salutis præficio. Ideo quæro, Quis putas, &c. Non quasi quis sit talis ignorãs, sed innuens quã difficulter ac raro dispẽsator ac huiusmodi reperiatur, eo q̃ omnes quę sua sunt quærant, pauciss imiq; cõsistant, qui directe, pure, irrefle xe ad deũ cõuersi sint, illius honorẽ tantũ, nõ propriũ cõmodum exquirentes. Itaq; Quis putas est fidelis dispẽsator & prudens, hoc est, aliorũ prędicator, rector siue prælatus, qui fidelitate iustitiæ ac discretione prudentię sit ornatus, quẽ constituit dominus deus omnipotẽs, seu Christus summus ecclesiæ pontifex super familiam suam, hoc est gregem fidelium, vt det illis in tempore, id est, congruo tẽpore tritici mensuram, hoc est, spiritualem alimoniam, videlicet prædicationis verbum virtutis exem-

Philip. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A plum sacramenta salutis, secundum dignitatem & capacitatem illorum. Itaque dispensatoribus Christi, puta sacerdotibus & prælatis ac prædicatoribus verbi dei præcipuè necessaria sunt fidelitas, atque prudentia, vt fideles sint Christo intendendo & quærendo eius honorem in omnibus; ac diuina populis fideliter erogando, seu suum officium efficaciter adimplendo; quod totum cum discretionis moderamine debito est agendū. Hinc ait Apostolus, Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. [*Beatus ille seruus,*] est iam in spe, & per merita, quibus beatitudine sempiterna condignus est: seruus (inquam) non à seruitute timoris seruilis, de quo in Ioanne loquitur Christus; Seruus non manet in domo in æternum: sed à seruitute filialis timoris, seu obeditionis & obseruantiæ præceptorum, [*Quem cum venerit dominus,*] ad iudicium eius particulare vel ad iudicium generale, [*Inuenerit ita facientem,*] hoc est, fideliter ac prudenter suum officium prosequentem, & non verbis tantum, sed & operibus virtuosis docentem. Peccatori enim dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. [*Vere dico vobis, quia super omnia quæ possidet, constituet illum*] hoc est, super quædā omnium bonorū quæ possidet, Christus ponet huiusmodi seruum, quia in regno cælesti eum valdè eminenter ac singulariter eleuabit, & non solum pro suis coronabitur meritis, sed & pro meritis vniuersorum, qui sua direB ctione conuersi fuerint ac saluati, ita quod pro suis meritis adepturus est lauream, & pro acquisitione aliorum laureolam. Vnde Thessalonicensib⁹ scribit Apostolus, Quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum nostrum Iesum Christum? Augustinus quoque testatur, Apud deum nihil beatius, episcopi & presbyteri, aut diaconi officio, si eo modo militetur, quo noster præcepit imperator, hoc est; si fiat & impleatur, quemadmodum Christus iubet.

¶ Denique quia opposita iuxta se posita clarius innotescunt, dicto de gloria boni dispēsatoris, de mali dispensatoris pœna subiūgitur, [*Quod si dixerit seruus ille,*] à domino super eius familiam constitutus, hoc est aliis prælatus, [*Moram facit dominus meus venire*] hoc est, adhuc longum est tempus quo visitabor à Christo, per particulare iudicium meum tempore mortis meæ, vel in die finalis iudicii. Hæc est vana & stulta ꝓmissio, qua suggerēte diabolo, multi fallūt seipsos: iuxta illud Ecclesiastici, Repromissio nequissima perdidit multos. [*Et cœperit percutere pueros & ancillas,*] hoc est, subditos sibi commissos præsertim pusillos, qui per pueros & ancillas congrue designantur. Talis autem pastor seu dispensator indignus percutit tribus modis, scilicet verbis iniuriosis, iuxta illud Hieremiæ, Venite & percutiamus eum lingua. malis exemplis, secundum illud Apostoli, Sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. & manibus violentis, prout in Matthęo legitur, Percutiebant caput eius arundine. [*Et edere & bibere & inebriari*] hoc est, carnalitati vacare, quæ hominem facit dementem Tales secundum Apostolum, Christo nō seruiunt, sed suo ventri. Circa hæc scri
C bit Beda. In hoc seruo eunctorum præsulum malorum narratur damnatio; qui neglecto dei timore, non solum ipsi luxurię vacant, sed etiam subditos iniuriis stimulant. [*Veniet dominus serui illius,*] scilicet Christus iustus iudex, [*in die qua nō sperat, & hora qua ne scit*] seruus ille malign⁹, puta in die mortis siue iudicii; [*Et diuidet eum,*] hoc est, à consortio electorum, & à gratia spiritus sancti eum æternaliter separabit, iuxta illud Esaię, Tollatur impius ne videat gloriam dei. Et in Matthæo, Ite maledicti in ignē æternum. Vnde per Malachiam dominus apertissimè ait de die nouissimo & separatione electorum à reprobis, Conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem deo & non seruientem ei. Ecce enim dies veniet succensa quasi ignis, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, & orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. [*Partemque eius cum infidelibus ponet*] id est, cum incredulis erit retributio seu damnatio eius, imò grauius illis torquebitur, quum dicat Apostolus; Si quis suorum & maximè domesticorum curam nō habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Itaque acerbissima erit impiorum & negligentium prælatorum ac dispensatorum damnatio, sicut in libris Sapientię habetur, Iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus.

¶ Consequenter Christus ostendit, quod mali dispensatores, imò & omnes eruditi sed vitiosi, gratiora sustinebunt supplicia, ex sua scientia, [*ille autem seruus*] nomine, non re, nisi forte seruitute seruilis timoris, [*Qui cognouit voluntatem domini sui,*] id est, præcepta diuina, & quid ab ipso deus requirat, & nō præparauit, id est, ad bene agendum se non disposuit, nec mentem aptauit. Homo namque debet facere quod in se est: iuxta illud Prouerbiorum, Hominis est animum præparare. Propter quod Samuel in libris Regum hortatur, Præparate corda vestra domino, [*Et non fecit secundum voluntatem eius,*] obediēdo dei imperio, [*Plagis vapulabit multis*] id est, pluribus ac grauioribus punietur suppliciis, quia grauius multipliciúsque peccauit: ideo scriptum est, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Petrus quoque, Melius (ait) erat non cognoscere viam iustitię, quam post agnitionem retrorsum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbii, Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Hinc ait Gregorius, Vbi donum maioris scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ. Et Cyrillus hic loquitur, Homo perspicacis ingenii, qui turpib⁹ se inclinat, inexcusabile committit peccatum: sed homo rusticanus rationabiliusveniam impetrabit, [*Qui autem nō cognouit*] voluntatem domini sui [*Et fecit digna plagis*], i. peccata quibus debentur tormenta, [*Plagis vapulabit paucis*] id est minoribus subiacebit pœnis: nihilominus æternaliter punietur, si in mortali peccato discesserit. ¶ Quocirca sciendum, quod omnis peccans est aliquo modo ignorans & errans, quoniam caret scientia actuali & practica, boníque approbatiua, & est in eo error electionis: ideo in Prouerbiis habetur, Omnis via viri recta sibi videtur. Malum nanque secundum quod tale non appetitur, quum bonum sit appetitus obiectum.

A plum sacramenta salutis, secundum dignitatem & capacitatem illorum. Itaque dispensatoribus Christi, puta sacerdotibus & prælatis ac prædicatoribus verbi dei præcipuè necessaria sunt fidelitas, atque prudentia, vt fideles sint Christo intendendo & quærendo eius honorem in omnibus; ac diuina populis fideliter erogando, seu suum officium efficaciter adimplendo; quod totum cum discretionis moderamine debito est agendū. Hinc ait Apostolus, Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. [*Beatus ille seruus,*] est iam in spe, & per merita, quibus beatitudine sempiterna condignus est: seruus (inquam) non à seruitute timoris seruilis, de quo in Ioanne loquitur Christus; Seruus non manet in domo in æternum: sed à seruitute filialis timoris, seu obeditionis & obseruantiæ præceptorum, [*Quem cum venerit dominus,*] ad iudicium eius particulare vel ad iudicium generale, [*Inuenerit ita facientem,*] hoc est, fideliter ac prudenter suum officium prosequentem, & non verbis tantum, sed & operibus virtuosis docentem. Peccatori enim dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. [*Vere dico vobis, quia super omnia quæ possidet, constituet illum*] hoc est, super quædā omnium bonorū quæ possidet, Christus ponet huiusmodi seruum, quia in regno cælesti eum valdè eminenter ac singulariter eleuabit, & non solum pro suis coronabitur meritis, sed & pro meritis vniuersorum, qui sua direB ctione conuersi fuerint ac saluati, ita quod pro suis meritis adepturus est lauream, & pro acquisitione aliorum laureolam. Vnde Thessalonicensib⁹ scribit Apostolus, Quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum nostrum Iesum Christum? Augustinus quoque testatur, Apud deum nihil beatius, episcopi & presbyteri, aut diaconi officio, si eo modo militetur, quo noster præcepit imperator, hoc est; si fiat & impleatur, quemadmodum Christus iubet.

¶ Denique quia opposita iuxta se posita clarius innotescunt, dicto de gloria boni dispēsatoris, de mali dispensatoris pœna subiūgitur, [*Quod si dixerit seruus ille,*] à domino super eius familiam constitutus, hoc est aliis prælatus, [*Moram facit dominus meus venire*] hoc est, adhuc longum est tempus quo visitabor à Christo, per particulare iudicium meum tempore mortis meæ, vel in die finalis iudicii. Hæc est vana & stulta ꝓmissio, qua suggerēte diabolo, multi fallūt seipsos: iuxta illud Ecclesiastici, Repromissio nequissima perdidit multos. [*Et cœperit percutere pueros & ancillas,*] hoc est, subditos sibi commissos præsertim pusillos, qui per pueros & ancillas congrue designantur. Talis autem pastor seu dispensator indignus percutit tribus modis, scilicet verbis iniuriosis, iuxta illud Hieremiæ, Venite & percutiamus eum lingua. malis exemplis, secundum illud Apostoli, Sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. & manibus violentis, prout in Matthęo legitur, Percutiebant caput eius arundine. [*Et edere & bibere & inebriari*] hoc est, carnalitati vacare, quæ hominem facit dementem Tales secundum Apostolum, Christo nō seruiunt, sed suo ventri. Circa hæc scri
C bit Beda. In hoc seruo eunctorum præsulum malorum narratur damnatio; qui neglecto dei timore, non solum ipsi luxurię vacant, sed etiam subditos iniuriis stimulant. [*Veniet dominus serui illius,*] scilicet Christus iustus iudex, [*in die qua nō sperat, & hora qua ne scit*] seruus ille malign⁹, puta in die mortis siue iudicii; [*Et diuidet eum,*] hoc est, à consortio electorum, & à gratia spiritus sancti eum æternaliter separabit, iuxta illud Esaię, Tollatur impius ne videat gloriam dei. Et in Matthæo, Ite maledicti in ignē æternum. Vnde per Malachiam dominus apertissimè ait de die nouissimo & separatione electorum à reprobis, Conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem deo & non seruientem ei. Ecce enim dies veniet succensa quasi ignis, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, & orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. [*Partemque eius cum infidelibus ponet*] id est, cum incredulis erit retributio seu damnatio eius, imò grauius illis torquebitur, quum dicat Apostolus; Si quis suorum & maximè domesticorum curam nō habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Itaque acerbissima erit impiorum & negligentium prælatorum ac dispensatorum damnatio, sicut in libris Sapientię habetur, Iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus.

¶ Consequenter Christus ostendit, quod mali dispensatores, imò & omnes eruditi sed vitiosi, gratiora sustinebunt supplicia, ex sua scientia, [*ille autem seruus*] nomine, non re, nisi forte seruitute seruilis timoris, [*Qui cognouit voluntatem domini sui,*] id est, præcepta diuina, & quid ab ipso deus requirat, & nō præparauit, id est, ad bene agendum se non disposuit, nec mentem aptauit. Homo namque debet facere quod in se est: iuxta illud Prouerbiorum, Hominis est animum præparare. Propter quod Samuel in libris Regum hortatur, Præparate corda vestra domino, [*Et non fecit secundum voluntatem eius,*] obediēdo dei imperio, [*Plagis vapulabit multis*] id est, pluribus ac grauioribus punietur suppliciis, quia grauius multipliciúsque peccauit: ideo scriptum est, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Petrus quoque, Melius (ait) erat non cognoscere viam iustitię, quam post agnitionem retrorsum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbii, Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Hinc ait Gregorius, Vbi donum maioris scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ. Et Cyrillus hic loquitur, Homo perspicacis ingenii, qui turpib⁹ se inclinat, inexcusabile committit peccatum: sed homo rusticanus rationabiliusveniam impetrabit, [*Qui autem nō cognouit*] voluntatem domini sui [*Et fecit digna plagis*], i. peccata quibus debentur tormenta, [*Plagis vapulabit paucis*] id est minoribus subiacebit pœnis: nihilominus æternaliter punietur, si in mortali peccato discesserit. ¶ Quocirca sciendum, quod omnis peccans est aliquo modo ignorans & errans, quoniam caret scientia actuali & practica, boníque approbatiua, & est in eo error electionis: ideo in Prouerbiis habetur, Omnis via viri recta sibi videtur. Malum nanque secundum quod tale non appetitur, quum bonum sit appetitus obiectum.

1. Cor. 4
Ioannis. 8.
Psalm. 49.
Hiere. 18.
1. Cor. 8.
Matth. 27.
Roma. 16.
Matth. 25.
Malach. 3.
1. Timo. 5.
Sapien. 6.
Proue. 16.
1. Regū. 7.
Iacobi. 4.
2. Petri. 2.
Prouer. 21.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vnde ſanctus Dionyſius faſſus eſt, quod nullus reſpiciens ad malum operatur. Appetit enim agítque malum vt bonum apparens. E

¶Inſuper aduertendum quod duplex eſt ignorantia, vtpote facti & iuris. Ignorantia facti eſt duplex, Geneſ.29. quia interdum adhibetur debita diligentia, & tunc ignorantia excuſat à toto, vt patet de cõcubitu Ia- Geneſi.4. cob cũ Lya. Interdũ nõ adhibetur diligẽtia debita, excuſat à tanto & tũc nõ à toto, vt patet in homicidio quo Lamech occidit Cain, putãs quod beſtia eſſet. Porrò ignorãtia iuris eſt duplex, ſcilicet vincibilis & inuincibilis. Ignorantia quoq; vincibilis duplex eſt, quædam eſt affectata, quæ à nullo excuſat, quia nec à toto, neque à tanto: vt dum quis non vult aut ſpernit ius ſcire, vt peccet liberius. quædã eſt non affectata, quæ excuſat à tanto. Ignorantia quoque inuincibilis duplex eſt, quędã enim accidit ſine culpa, ſicut dum homo operam dãdo rei licitæ efficitur furioſus, & hæc excuſat à toto. Alia accidit ex culpa. Vnde de hac ignorantia aliqui dicunt, quod excuſat à tanto. Quod vero dicit Ambroſius, Grauiſsimè peccas quia ignoras, intelligendum eſt non de enormitate culpæ, ſed de magnitudine periculi. Qui enim peccare ſe neſcit, non dolet nec confitetur de tali peccato, ſaltem in ſpeciali. Deinceps ratio aſsignatur, cur ſcienter peccans grauius condemnatur, [*Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo*,] hoc eſt, quanto deus alicui plura beneficia eſt largitus, videlicet plura aut maiora dona naturæ aut gratiæ, fortunæ ſiue eccleſiæ, tanto diſtrictiorem ab eo exiget rationem, & maioré requiret gratiarum actionem, perfectioremque ſeruitutem, cæteris paribus. Sed ei qui ſcit voluntatem dei, & nouit quid agendum, quid item vitandum, plus datum eſt, ergo plus requiretur ab eo. [*Et cui commendauerunt multum, plus petent ab eo*] .i. ſicut homines plus exquirunt ab eo cui plus cõmendauerunt, ita & deus. F

¶Porrò hæc duo, videlicet datum & commendatum referri poſſunt ad idem, & tamen diſtinctim ponuntur, ad innuendum quod bona nobis diuinitus impartita, ſic data ſunt nobis, vt tamen non liceat nobis vti eis ad libitum noſtrum, ſed aliquando de eis ratio exigetur à nobis, propter quod quaſi cõmẽdata ſunt nobis. Vel datum refertur ad dona homini pro ſeipſo collata: commendatum vero ad dona homini præſtita pro aliorum directione, vel ad gregem dominicum alicui commendatum. Et certum eſt quod plus requiretur ab eo, cui maior animarum cura commiſſa eſt, quia de cunctis & ſingulis daturus eſt rationem. ad quod applicari poteſt illud Regum, Cuſtodi virum iſtum: qui ſi lapſus fuerit, 3.Reg.20. erit anima tua pro anima illius. Ioſeph quoq; in Geneſi in figura Chriſti ait fratribus ſuis patriarchis perſonam prælatorum tenentibus, Non videbitis faciem meam, niſi adduxeritis fratrem veſtrum minimum ad me. Præterea audiant hæc, & contremiſcant homines excæcati, vani & ſtulti, qui de donis dei ſeipſos erigunt & extollunt, qui de ſubtilitate ingenii, excellentia ſcientiæ, eloquentia, pulchritudine, opulentia, nobilitate, potentia, dignitate ſe iactant, inaniter gaudent & alios ſpernunt, quaſi hæc ipſa à ſeipſis, non à deo ſortiti ſint, & quaſi non ſint de vniuerſis & ſingulis diſtrictiſsimo iudici rationẽ daturi, quum tamen vnumquemque oporteat tanto eſſe deo ſubiectiorem, gratiorem, atque de eius G iudicio amplius timoratũ, quanto plura deſuper ſortitus eſt dona. Idcirco beatus homo qui ſemper eſt pauidus, perpendens quàm horrendum ſit incidere in manus dei viuentis. Vnde Apoſtolus ſciſcitatur, Quid habes quod non accepiſti? Quod ſi accepiſti, cur gloriaris quaſi non acceperis? ¶Conſequenter oſtendit Saluator, quod præinducta ſua præcepta, documenta, ſiue conſilia implenda ſint potius amore diuinitatis, quàm timore damnationis, quia multo perfectius eſt omittere mala & agere bona ex puro dei amore ſeu zelo iuſtitiæ, quam terrore ſupplicii. [*Ignem veni mittere in terram*,] .i. ad hoc à ſummo cælo deſcendi, hominibúſque apparui per incarnationis myſterium, vt diuini amoris ardorem in cordibus hominum collocarem, [*Et quid volo niſi vt accendatur?*] hoc eſt actuetur, & ſpiritꝰ ſancti motione inflammetur, atque in opus virtuoſum erumpat. Porrò cor humanum inſtar terræ per ignorãtiam fuit obſcurum, per concupiſcentiam molle, & per malitiam frigidum, ideo eguit igne hoc charitatis inflammatæ contra frigiditatem, illuminante contra obſcuritatem, conſolidante contra molliciem. Recte ergo charitas ignis vocatur, quia per eam peccati labes conſumitur, affectus accenditur, ſpiritus in cæleſtia eleuatur. Poteſt quoque per ignem intelligi Euangelica Chriſti doctrina, quæ mẽtem à vitiis purgat, atque inflammat, quemadmodum aurum per ignem purgatur & incaleſcit. Similiter lex noui teſtamenti, quæ eſt lex charitatis & gratiæ, ignis rite aſſeritur: iuxta illud Deuteronomii, In dextera eius Deute.33. ignea lex. Vnde & ſpiritus ſanctus in ſpecie ignis, ſeu igneis linguis Apoſtolis miſſus eſt, vt igneam legem euangelizarent ſermone feruenti. De prædicto dilectionis igne ait Pſalmiſta, Concaluit cor meũ H Pſalm.38. intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. De igne autem diuini ſermonis fatetur, Ignitum eloHiere.20. quium tuum vehementer. Hieremias quoque inquit, Factus eſt ſermo domini in corde meo quaſi ignis exæſtuans. Non ergo pigro & frigido corde deo altiſsimo obſequamur, ſed corde feruenti atque promptiſsimo, nempe quo opus ex promptiori feruentioríque corde procedit, eo plus cõplacet deo.

¶Deinde Chriſtus prædicit, ſe mortem crucis paſſurum antequam genus humanum prædicto charitatis igne inflammetur. Chriſtus enim ſua ſacratiſsima paſsione, tantam gratiam humano promeruit generi, atque ex ſuæ paſsionis memoria præcipuè accenduntur corda fidelia. [*Baptiſmo autem habeo baptizari*,] hoc eſt, mihi incumbit & reſtat ex præordinatione diuina, vt baptiſmo ſanguinis .ſ. proprii cruoris effuſione inſtar aquæ perfundar atque intingar in cruce pro totius mundi redemptione. [*Et quomodo coarctor*,] id eſt, ſecundum iudicium rationis ad paſsionem hanc vehementer afficior, tum ex amore, quo patris honorem inſtaurari peropto, vt eius cæleſte regnum adimpleatur, tũ ex amore hominum, quo eorum ſalutem exopto. Hinc Chriſtus in nouiſsima profeſſus eſt cœna, Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Et Petro paſſionem diſſuadenti, dixit, Vade retro me Satana, quia non ſapis ea quæ dei ſunt. Itaque coarctor, [*Vſque dum perficiatur*,] hoc eſt, quouſq; mea paſsio conſummetur, & dicam, Cõſummatum eſt. Chriſtus enim inceſſabiliter fuit in actu interio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ri dilectionis. ¶ Denique Chryſoſtomus ponit ſex genera baptiſmorum, quorũ primus ſit verbo, quẽ admodum in Ioanne loquitur Chriſtus diſcipulis, Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum vobis. Secundus ſit aqua tantum, ſicut fuit baptiſmus Ioannis. Tertius ſpiritu tantum, de quo in Actibus Apoſtolorum ait diſcipulis Chriſtus, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Quartus ſit aqua & ſpiritu: iuxta illud Ioãnis, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Quintus ſit igne tribulationis & pœnitentiæ, ſecundum illud Eſaiæ, Si abluerit dominus ſordes filiarũ Sion ſpiritu ardoris. Sextus ſit per martyriũ, Eſaię. 4.
de quo nunc ſermo, de quo etiã Chriſtus loquutus eſt filiis Zebedęi, Poteſtis baptizari baptiſmo quo ego baptizor? Communiter autem ponitur triplex baptiſmus, videlicet fluminis, flaminis ac ſanguinis. Deinde ponitur modus perueniendi ad diuini perfectionem amoris, [*Putatis quia pacem veni dare in terram?*] quaſi dicat, Nolite putare, quod ad hoc venerim, vt pacem carnalem, mundanam & inordinatam præſtem hominibus, per quam concordent in vitiis, & proſperitatem conſequantur terrenam. [*Non dico vobis,*] id eſt talem pacem dare non veni, [*ſed ſeparationem,*] hoc eſt bonam ac ſaluberrimam diuiſionem ſpiritualem, imò & corporalem, vt ſcilicet homines in me credentes amore dei, deſiderióque pacis internę diſſentiant à malis hominibus, & diſcedant ab eis, qui eos à ſpirituali profectu & ſyncerita
te diuini amoris quærunt auertere, aut impedire nitũtur. Eſt igitur pax ſpiritualis interna & bona quę Ioann. 14.
B eſt quies mentis in deo ſeu ordinata concordia, propter quam dãdam Chriſtus potiſsimum venit: pro Pſalm. 72.
pter quod iuſsit diſcipulis, In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui. Et iterum, Pacem (inquit) relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. De inordinata vero, falſáque pace loquitur ad Hieruſalem, In hac die quæ ad pacem tibi. Et Pſalmiſta, Quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Sed de vera pace, quam Apoſtolus ad Galatas inter fructus ſpiritus computat, ſcriptũ eſt apud Eſaiã, Non eſt pax impiis, dicit dominus. Illa etenim pax interna, eſt charitatis effectus, & imperturbatum quoddam gaudium mentis in deo, quæ vocatur pax pectoris, & eſt inchoatio & præguſtatio quædam pacis ſanctorum in patria, quæ eſt pax æternitatis, de qua fertur in Pſalmo, Qui poſuit Pſal. 147.
fines tuos pacem. [*Erunt enim ex hoc,*] i. de cætero, præſertim poſt euangelicæ legis diuulgationem vbique, [*Quinque*] perſonæ [*In domo vna*] manentes [*Diuiſi,*] hoc eſt diſſentientes, ita quod boni non cõſentient malis. Nam [*Tres*] erunt diuiſi [*In duos,*] i. cõtra duos: & ſimiliter [*Duo*] erũt diuiſi [*In tres*] id eſt, cõtra tres [*Diuidentur,*] prout conſequenter exemplificatur in textu. [*Pater in filium, & filius in patrem,*] ita vt vnus eorum diſcors erit ab alio amore iuſtitiæ, potius volens deo adhærere quam homini vitioſo quantumcunque propinquo: ſicque gratia in electis præualebit naturę, amorque ſpiritualis amori carnali: iuxta eundem ſenſum, [*Mater*] diuiſa erit [*In filiam, & filia in matrem ſuam: ſocrus*] quoque [*in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam.*] Sed cur iam ſex perſonæ exprimũtur, quum ſupra de quinque facta ſit
mentio? Ad quod reſpondet Ambroſius, quod quamuis ſex perſonæ exprimantur, realiter tamẽ ſunt
C quinque, quia eadem perſona eſt mater & ſocrus. Quæ enim eſt mater filii, ſocrus eſt vxoris filii ſui. Denique iſtud in primitiua eccleſia potiſsimum accidit, quando in eadem domo aliqui erant fideles, & aliqui infideles, & adhuc ſępe contingit, in tantum vt filii & filiæ inuitis parentibus religionem in troeant. ¶ Præterea quomodo Chriſtus de primo ſuo aduentu atque ſecundo, & de paſsione ſua ediſſet ſermonem, reprehendit Iudæos, incredulos præſertim: [*Dicebat autem ad turbas, Quum videritis nubem orientem ab occaſu,*] hoc eſt, à plaga occidentali exurgentem; [*Statim dicitis, nimbus,*] id eſt, pluuia, [*Venit*] hoc eſt, cito pluet, [*Et ita fit*] frequenter, quamuis non ſemper propter cauſam contrariam interdum emergentem. Ab occidente etenim pluuialis ventus exurgit, quia tunc calor ſolis debilior fit, ita vt vapores calidos eleuet, & eorum humiditatem non deſiccet, propter quod pluuia generatur. [*Et quum auſtrum*] id eſt ventum auſtralem ſeu meridionalem [*Flantem videritis,*] id eſt, cognoueritis, vel tactu ſenſeritis: viſus enim pro quolibet ſenſu accipitur, [*Dicitis, quia æſtus erit*] id eſt, calida aura, [*Et ita fit,*] quoniam ventus auſtralis eſt calidus: iuxta illud Iob, Nonne veſtimenta tua calida ſunt, quum perflata fuerit terra auſtro. [*Hypocritæ,*] ſicut in Matthæo ſcribitur, Chriſtus potiſsimum hæc phariſæis,
Saducæiſque dixit, qui pleni erant hypocriſi, [*Faciem*] id eſt, diſpoſitionem [*Cæli*] aëris [*Et terræ probare*] hoc eſt, per præfata ſigna præconie cturare [*Noſtis,*] videlicet quod tempeſtas erit aut calor, [*Hoc au* Matth. 16.
D *tem tempus quomodo non probatis?*] id eſt, Quare ex oraculis prophetarum non aduertitis neque probatis quod modo impletum ſit tempus primi aduentus Chriſti vobis in lege & prophetis promiſi? Quia ex his quæ in lege & prophetis ſcripta fuerunt, hoc debuerunt aduertere, potiſsimum phariſæi. Nam Chriſto iſta loquente, ablatum fuit ſceptrum à Iuda, & alienigena imperauit Iudæis: per quod patuit eſſe tempus primi aduentus Chriſti, quemadmodum in Geneſi Iacob prædixit, Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ. Similiter numerus hebdomadarum, de quibus Daniel prophetauit, & infra quas Chriſtum prædixit venturum, tunc fuit completus. Chriſtus quoque fecit miracula, quæ Eſaias eum eſſe facturum, prædixit, Ecce deus veſter (inquit) ipſe veniet, & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Sed ne aliqui Iudæorum de ignorantia ſcripturarum veteris teſtamenti ſe excuſarent, Chriſtus adiecit; [*Quid autem a vobiſipſis*] hoc eſt, cur ex naturali ratione veſtra, [*Non iudicatis quod iuſtum eſt?*]
id eſt, non concluditis me eſſe Chriſtum, quum per tot miracula me eſſe Chriſtum demonſtrem? Quum enim verbis proteſter me eſſe Chriſtum, ſi ita non eſſet, eſſem peſsimus blaſphemator, nec poſſem operari miracula propriè dicta ſoli deo poſsibilia, quum deus non ſit teſtis falſitatis, nec
per impios agit miracula ad roborationem mendaciorum. Hinc in Ioanne Chriſtus fatetur, Si o- Ioãnis. 15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. imò Ieſus ex modo agendi mi- E
racula, vtpote tam authoritatiue & imperialiter atque repente ea agendo, Chriſtum dei filiũ ſe eſſe pro
bauit. Dicit præterea Origenes, Niſi eſſet nobis naturaliter inſitum id quod iuſtum eſt iudicare, nun-
quam Saluator verbum iſtud dixiſſet. Dicit quoque Baſilius, Neceſſariæ ſunt humanæ vitæ ſyderum
coniecturæ, dummodo quis vltra menſuram non perquirat eorum iudicia. Contingit autem quædam
de pluuiis futuris prænoſcere, plura quoque de æſtibus & impetu ventorum: quanta vero commodi-
tas ex talium coniectura vitæ humanæ præſtetur, quis neſcit? Pertinet nanque ad nautam prænoſtica-
re procellarum pericula, ad viatorem mutationem aëris, ad colonum fructuum copiam. Prætereà Chri
ſtus hortatur ad cautiſsimam periculorum damnationis æternæ declinationem. [*Cum autẽ vadis cum ad-
uerſario tuo ad principem.*] Gregorius & Beda per aduerſarium iſtum intelligũt verba ſacræ ſcripturę ſeu
diuinum ſermonem, qui noſtris carnalibus deſideriis contrariatur. Auguſtinus autem interdum per ad
uerſariũ iſtũ intelligit conſcientiã remordentẽ. Origenes vero per aduerſariũ iſtũ intelligit diabolum.
¶ Itaque ſecundum primam acceptionem iſte eſt ſenſus, Cum vadis cum aduerſario tuo, id eſt, cum ſer
mone diuino, ad principem, id eſt, ad Chriſtum omnium dominatorem. Nunc enim habendo in nobis
verba dei propinquamus ad Chriſti tribunal, properando ad mortem. [*Da operam,*] id eſt, ſatage [*Libera
ri ab illo,*] id eſt, ab eius accuſatione, hoc eſt acquieſce & obediens eſto diuino ſermoni, ne per allegatio
nem ipſius in diuino iudicio inueniaris reus atque damnabilis, prout apud Ioannem loquitur chriſtus, F
Ioãnis.15. Sermo quem loquutus ſum, iudicabit eum in nouiſsimo die. [*Ne forte trahat te apud iudicem,*] .i. ne tranſ
greſsio diuini ſermonis ſeu prænũciatio eius ſit cauſa, quod etiam inuitus compellaris coram Chriſto
Rom.14. iudice comparere: ſicut ait Apoſtolus, Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. Dicit autem, forte, pro-
pter libertatem arbitrii, qua poteſt homo malũ vitare. [*Et iudex tradat te exactori,*] id eſt, diabolo, qui exi
git tibi pœnam pro culpa infligi, téque ſibi puniendum adiudicari, [*Et exactor mittat te in carcerem,*] infer
nalem: de quo apud Eſaiam prædicitur, Claudentur in carcere. [*Dico tibi,*] non ſolum comminando, ſed
Eſaię.34. etiam certiſsimè prænunciando, [*Non exies inde,*] id eſt de pœnis inferni non erueris, quãuis in hora iu
dicii localiter contingat exire ad modicum tempus, vel interim per diſpenſationem diuinam, [*Donec e-
tiam nouiſsimum minutum reddas,*] .i. pro minimis culpis debitas tuleris pœnas: quod nunquã implebitur,
quia nunquam plenarie illud debitum perſoluetur, eò quòd pœna æterna debeatur peccato mortali di
recte: ſed venialibus peccatis non debetur pœna æterna, inquantum ſunt venialia, ſed ratione adiuncti,
id eſt, peccati mortalis ſibi annexi. ¶ Denique quod ait, donec, quamuis frequenter accipiatur incluſi-
ue, hic accipitur excluſiue: ſicut cum dicitur, Iſte non receſsit à ſuo errore, donec obiit. Sic quoque ſu-
mitur in ſcripturis, quum dicitur, Oculi noſtri ad dominum deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.
Pſalm.122. Et, Non cognouit eam, ſcilicet Ioſeph Chriſtiferam virginẽ, donec peperit. Secundò exponitur, Quũ
Matth.1. vadis cum aduerſario tuo. i. remurmurante conſcientia ad principem Chriſtum, da operam liberari ab G
illo. i. à remorſu conſcientiæ te expurga, emendando quod conſcientia reprehendit: ne trahat te ad iudi
cem. i. ex eius remorſu & teſtimonio contra te inueniaris damnabilis. Cętera ſicut iam dictum eſt ex-
ponantur. Tertiò ſic, Quum vadis cum aduerſario tuo. i. diabolo ad principem, Chriſtum, quia duran-
te hac vita, in qua viator es tendens ad aliam vitam & ad diuinum examen, tentator te non deſerit, ſed
inſidiando graditur tecum, da operam liberari ab illo, id eſt ab eius tentamentis te excute, virilitérque
reſiſte, ne trahat te apud iudicem. i. poteſtatẽ & ius habeat in te, ita vt poſsit te violenter trahere ad diui-
num tribunal, & iudex tradat te exactori diabolo. Poteſt quoque per exactorem intelligi angelus bo-
nus, exigens iuſtitiam fieri contra iniquos, qui mittit in carcerẽ permiſsiue ſeu effectiue. Vnde in Mat-
Matth.13. thæo Chriſtus de angelis ſanctis profatur, In conſummatione ſeculi exibunt angeli, & ſeparabunt ma
los de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. ¶ Poſtremò Origenes hic ait, quod quili-
bet homo duos angelos habet, videlicet malum, qui hortatur ad vitia: & bonum, qui perſuadet ad bo-
na ac optima. A malo autem angelo liberamur. habendo virtutes: & ſi abſque peccato fuerimus, ſecure
ei poſſumus reſpon dere, Nil debeo tibi.

¶ Elucidatio Cap. XIII. [*Aderant autem quidam ipſo tempore nunciantes illi de Galilæis.*] Articulus XXXV. H



Am præcedenti capitulo longam fecit Saluator de pœnis peccantium mentiõ-
nem, ideo hac occaſione quidam aſtantium nunciauerunt ei de occiſione quo-
Lucę.12. rundam, qui inique ſe habuerunt, quaſi alludentes eloquio Chriſti. [*Aderãt au-
tem quidam,*] hoc eſt, Chriſto corporaliter affuerunt, [*ipſo tempore,*] quo ſermonẽ
præcedenti capitulo ſcriptum deprõpſit, [*Nunciantes illi,*] ſcilicet Chriſto. quaſi
ipſe nõ omnia ſciret, vel vt quid ipſe de materia ꝓponẽda ſentiret callide explo
rarent, [*De Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum,*] hoc eſt,
quos Pilatus occidit dum ſacrificarent, ita quod ſanguis eorum & ſanguis victi
Actu.5. marum quas mactabant ſeu ipſa eorum ſacrificia ſe inuicem contingebant, vel iungebantur. Porrò ſe-
cundum Cyrillum, hi Galilæi ſequebantur doctrinã Iudæ Galilæi, de quo in Actibus apoſtolorũ ha-
betur, qui docuit, nullum præter deum debere dominum appellari, neque Iudęos debere tributa ſolue
re imperatori, nec pro imperatore, populoſque Romano Iudęos debere ſacrificia immolare. Hinc con
tra eos indignatus Pilatus, ipſos necauit. [*Et reſpondens*] Ieſus, [*Dixit illis*] ſibi hæc nunciantibus [*Putatis
quod hi Galilæi*] à Pilato taliter interfecti, [*Præ omnibus Galilæis peccatoribus fuerunt?*] hoc eſt,
grauioribus inuoluti criminibus, quia talia paſsi ſunt eo quod præ cæteris ſunt occiſi. Hoc enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A poſſet alicui apparere, eo quod pœna debeatur, proportionetúrque culpæ. Vnde qui grauius puniuntur, enormius peccaſſe videntur. Sed in hac vita non ſemper ſic accidit, quia iudicia humana ſunt imperfecta, nec iudices huius mundi de omnibus iudicant. Verum in diuino iudicio ſumme perfecto & omnia includente, ſemper ſic eſt, quod maiori culpæ maiorem infligit pœnam ſecundum iuſtitiæ ordinem poſt hanc vitam, quando in hac vita non præceſsit correctio aliqua. Hinc ſubditur, [*Non dico vobis,*] id eſt, præfati occiſi non fuerunt omnibus cæteris Galilæis peiores, quamuis iniqui fuerunt & morte hac digni, [*ſed niſi pœnitentiam habueritis,*] id eſt, dolorem veræ contritionis de veſtris peccatis, [*Omnes ſimiliter peribitis,*] hoc eſt, æternaliter condemnabimini, quemadmodum illi in ſuis ſacrilegis ſacrificiis deprehenſi atque perempti. Vel ideo ait ſimiliter peribitis, quia & ipſi Iudæi, quia de Chriſti occiſione non pœnituerunt, poſtea à Romanis pro magna parte occiſi ſunt, non obſtante quod tunc ſacrificia plurima deo pro ſua liberatione in Hieruſalem obtuliſſent. [*ſicut illi decem & octo, ſuper quos cecidit turris in Syloa.*] Syloa fons eſt in Hieruſalem: iuxta illud Eſaiæ, Pro eo quod abiiecit populus iſte aquas Syloæ, quæ tranſeunt cum ſilentio. Et in Ioanne Chriſtus loquitur cæco nato, Vade ad natatoria Syloæ. iuxta hunc fontem quidam Hieroſolymatarum turrim ædificauerunt, quæ ſubito cadẽs decem & octo ex illis oppreſsit. [*Putatis, quia & ipſi debitores fuerunt,*] hoc eſt, tranſgreſſores, & talis mortis ſupplicium promerentes. Peccator quippe eſt debitor pœnæ vt eam luat: & pœna ei debetur Eſaiæ .8. Ioann. 9.

B vt ei infligatur, niſi ſe emendet, [*Præter omnes homines habitates in Hieruſalem?*] id eſt, cęteris iſtis exceptis, iſta quod iſti ſimilia aut maiora pati non meruerunt. [*Non dico vobis,*] id eſt, ipſi ſoli non fuerunt illo mortis ſupplicio digni. Deus enim quorundam peccata in præſenti vlciſcitur, vt ſuam iuſtitiam, prouidentiámque oſtendat, atque vt cæteri terreantur, & vitam emendent, vel vt per vltionem vitæ præſentis, à grauioribus futuris eruantur ſuppliciis, vel ne diutius hic viuendo grauius peccent & duriora ſibi parent tormenta. Quorundam vero peccata, quamuis maiora, non vindicat in præſenti, ſuam in eis oſtendens longanimitatem, patientiam, pietatem, & vt diu piiſsime tolerati, tandem ad cor cõuertantur. Quod ſi facere neglexerint, poſtea iuſtius condemnetur, grauiúſque ęternaliter puniantur, Roma. 11. in quibus ſicut in cæteris multis apparet quam incomprehenſibilia ſint ſublimis dei iudicia, quæ nec Prou. 25. temere perſcrutari, nec comprehendere velle licet conari, quia ſcrutator maieſtatis opprimetur à glo- Iob. 24. ria: [*ſed ſi pœnitentiam non egeritis*] ante exitum animæ de corpore, [*Omnes ſimiliter peribitis.*] Deus enim Eccleſi. 7. peccatum inultum ire non patitur. Ideo in Eccleſiaſtico legitur, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hominum. Poſtremo conſtat ex his, quod ea quæ caſualiter euenire videtur, & quę per humana fiunt iudicia in punitione reorum, nutu & moderamine prouidentiæ diuinæ aguntur.

¶ Deinde Saluator exemplo parabolico ruinam ſynagogæ prænunciat, [*Dicebat autem hanc ſimilitudinem,*] volens humiliare Iudæos, qui ſemper ſe iuſtos putare, cæteríſque præferre proni extiterunt,

C [*Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua.*] Per arborem fici intelligitur ſynagoga, quæ olim fuerat deo valde grata, familiaris & chara, bonis ac dulcibus fructibus plena, quemadmodũ ficus primatum habet in fructibus: vnde in Deuteronomio Moyſes loquitur ſynagogæ, Te elegit dominus, Deuter. 7. vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Hanc arborem habuit Chriſtus, qui ſecundũ ſuam diuintatem æternus eſt, & plebis illius creator. Vnde Iudas apoſtolus ſcribit, Ieſus populus ſaluans de terra Aegypti, &c. Hanc itaque ficum habuit Chriſtus plantatam in vinea ſua, hoc eſt, in populo Iudęorum, itaquevt nunc per arborem fici intelligatur plebs Iudaica habitans in Iudęa, de cuius euerſione per Romanos completa Chriſtus iam fatur: per vineam vero totus Iſraël populus per varia mũdi climata ſegregatus ac habitans, quando Chriſtus hæc dixit. Quod autẽ populus Iſraël dei vinea nuncupetur, certiſsimum eſt. Scriptum eſt enim in Eſaia, Vinea domini exercituum, domus Iſraël eſt. Et apud Oſeam, Vitis frondoſa Iſraël. Atque in Pſalmo, Vineam de Aegypto tranſtuliſti. Eſaiæ. 5. [*Venit*] filius dei, per humanæ naturæ aſſumptionem, & inter Iudæos cõuerſans, ſecundũ illud Baruch, Oſeæ. 10. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. [*Quærens fructum,*] id eſt, opera virtuo- Pſalm. 79. ſa, [*In ea, & non inuenit,*] non quod tempore aduentus Chriſti nulli Iudæorum fuerint virtuoſi, ſed Baruch. 3. quia pauciſsimi, ita quod reſpectu aliorum quaſi nulli videbantur: propter quod in Ioanne habetur

D de Chriſto, In propria venit, & ſui eum non receperunt. [*Dixit autem*] Chriſtus [*Ad cultorem vineæ,*] id eſt, ad cœtum & ordinem apoſtolorum, aliorúmque diſcipulorum, qui poſt Chriſti aſcenſionem ad tempus ſoli huic Iudæorum populo prædicauerunt. Huius autem multitudinis fuit cor vnum & anima vna. Ideo ſingulariter cultor vocatur. Nam verbo prædicationis atque exemplaris vitæ virtute, Ioann. 1. variiſque miraculis, & precibus amoroſis ſynagogam à peccatis purgare, ad pœnitentiam ſcindere, virtutibus fœcundare, intra horreum dei, quod eſt eccleſia, congregare conati ſunt. [*Ecce anni tres ſunt* Actu. 4. *ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac,*] id eſt, ſatis diu plebis huius emẽdationem ſum præſtolatus, quia per tria tempora condiſtincta, ſcilicet ante captiuitatem Babylonicam, & item poſt reditum Iudæorum de Babylone, & nunc tertio, in meo aduentu quæſiui opera virtutum in plebe hac, [*Et non inuenio,*] id eſt, hucuſque non reperi, nõ quia nullo tempore bene ſe habuit ſynagoga, quum in libro Iudicum ſcriptum ſit, quemadmodum filii Iſraël tempore Ioſue & ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, domino ſeruierunt: ſimiliter tempore Dauid, & aliis quibuſdam temporibus, vt ex libris Regum, Paralipomenónque probatur: ſed quia comparatiue loquendo, qui domino ſeruierunt, pauci fuerunt, & tempora quibus hoc contigit, breuia erant, quemadmodũ ex decurſu libri Iudicum & Regum oſtenditur: propter quod deus per Hieremiam de Hieruſalem proteſtatur, In indi- Iudicũ. 2. gnatione & in ira facta eſt ciuitas iſta, à die quafundata eſt. Dicitur autẽ Chriſtus quærere, nec inueni re, non quod infœcunditatem malorum ignoret, ſed vt ſuam ad nos diligentiam, prouidẽtiámque de- Hiere. 31.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

monſtret,& vt humanam declaret ignauiam,ſicque pro noſtra ſalute ſe probet ſolicitũ,& examinato- E
Pſalm. 13. rem totius vitæ noſtræ,ſecundum id Pſalmi, Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominũ,vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum. [*Succide ergo illam,*]hoc eſt,deſtruendã atque damnãdã præ-
Danie.7. cuncia,eo quod non ſuſceperit Chriſtum,ſicut per Danielem prædictũ eſt,Ciuitatem & ſanctuarium
Pſalm.68. diſsipabit populus cum duce venturo. Et in Pſalmo, Fiat habitatio eorum deſerta. Iuxta hunc modũ
Hiere.15. loquendi dominus loquitur per Hieremiam,Eiice illos à facie mea, id eſt,eiiciendos prænuncia. [*Vt quid etiam terram occupat?*]hoc eſt,cur inaniter terram promiſsionis,quę eſt omnium terrarum egregia, immoratur? Terram nanque inutiliter indignéque occupat,qui locum ſuæ mãſionis,bonis operibus non adornat. Et ſicut talis indignus eſt pane quo veſcitur,ita indignus eſt terra qua ſuſtentatur. [*At ille*]. i. præfatus vineæ huius cultor, videlicet chorus apoſtolorum ac primitiuæ eccleſiæ in Hieruſalem congregatæ,[*Reſpondens,dixit illi,*]videlicet Chriſto, [*Domine dimitte illam & hoc anno,*]hoc eſt,clementer differ hanc vltionem, quouſque tempus prædicationis meæ in Iudæa compleatur, quod per quadraginta duos circiter annos durauit, [*Vſque dum fodiam circa illam,*]id eſt, orando, docendo, exemplariterque viuendo,& miracula operando, mentẽ populi huius ad ſuſcipiendã fidem & gratiam tuã aperiam, vel hoc facere nitar,[*Et mittam ſtercora*]. i. per memoriam vitiorum eius eam ad humilitatẽ & cõpunctionem inducã. Peccata enim ſunt ſtercora, quorum doloroſa recordatio ac deploratio cordialis agrum mẽtis impinguat atque fœcundat: quemadmodum fimus terrã. [*Et ſiquidem fecerit fructum,*]ſupple bene res geſta eſt, nec ſuccidetur. & hic eſt modus loquendi truncatus, vt moris eſt loqui eis qui ex vehementi dolore loquuntur. Ideo apoſtolorũ chorus ſic loquitur, quoniam ſynagogã pro maxi-
Roma.9. ma ſua parte nouit non conuertendã, propter quod cordialiſsime triſtabatur, prout ad Romanos fatetur Apoſtolus, Triſtitia mihi magna eſt,& dolor continuus cordi meo pro fratribus meis, qui ſunt Iſraëlitæ. [*Sinautem*]. i. ſi cõuerſa non fuerit,[*In futurum ſuccides illam,*]hoc eſt, poſt quadraginta duos annos Romanorũ manibus eam trades, quantũ ad corporis mortem: animas vero dæmonibus æternaliter puniendas, vt nouimus contigiſſe. Ex præmiſsis (vt dicunt nonnulli) patet, quod precibus ac meritis apoſtolorum ac primitiuæ eccleſiæ fuit dilata Iudæorum ſucciſio per tot annos, intra quos multa milia eorundem fuerunt conuerſa. Præterea, quoniam ſynagoga figura fuit eccleſiæ, facile eſt parabolam hanc ad eccleſiam applicare, ſeu ad religionem quãcunque, quæ frequenter venit ad lapſum notabilem, maxime tyrannorũ perſequutione ceſſante: ita quod Chriſtus voluit eam in parte plagare & extirpare, ſicut, proh dolor, in terra ſancta dudũ iam fecit, quã propter Chriſtianorũ facinora canibus tradidit poſsidendam: ſed cultor eccleſiæ, ſcilicet chorus bonorũ paſtorum ac prædicatorum precibus obuiauit, ſæpéque veniam impetrauit, vt deus in hoc anno, id eſt, tẽpore gratiæ parcat & differat vltionem. ¶ Poſtremo, quidam per ſiculneam intelligunt genus humanum, quod peccauit in lege naturæ, in lege ſcripta, & in lege euangelica. ¶ Conſequenter præclarum deſcribitur Chriſti miraculum ſuæ G
doctrinæ roboratiuum,[*Erat autem docens in ſynagoga eorum,*]ſcilicet Iudæorũ,[*Sabbatis*]id eſt, die quodam ſabbati: imò ſabbatis frequentius docuit, eo quod dies illa celebris fuit Iudæis: & tunc copioſius confluebant ad ſynagogam, id eſt, ad domum orationi & doctrinæ ſeu lectioni deputatam, erátque in ſingulis Iudæorum vrbibus communiter talis domus, imò & in ciuitatibus, vbi ſub dominio gentiliũ morabantur, ſynagogas habebant, ſicut ex Actibus apoſtolorum facile eſt probare. Interdum vero ſy-
1.Reg.16. nagoga Iudęorum collectionem deſignat. [*Et ecce mulier*]fuit ibidem præſens,[*Quæ habebat ſpiritum in-*
1.Reg.18. *firmitatis*] .i. infirmitatem ex diabolico ſpiritu ſibi deo permittente inflictam, vel propter ſua peccata,
1.Reg.19. quemadmodum ſpiritus malus vexauit Saulem, vel propter maiorem fœminæ huius exercitationem,
Iob.2. profectum & gloriã, vt fuit infirmitas ſancti Iob à dęmone percuſsi, vel vt ex fœminę huius tam mi-
Ioann.9. raculoſa ſanatione virtus Chriſti patefieret, glorificaretúrque deus: ſicut de cæco nato dicitur in Ioanne, quod natus eſt cęcus, vt opera dei manifeſtarentur in eo. [*Annis decem & octo,*] ſicque infirmitas
Ouidius. fuit magis inolita difficiliúſque curabilis ex ſua natura: iuxta illud Ouidii, Sero medicina paratur, cũ mala per longas inualuere moras: quamuis omnipotentiæ Chriſti nil eſſet difficile. [*Et erat inclinata*] hoc eſt, vultu & corpore verſus terrã depreſſa & incuruata inſtar brutorũ, contra naturalem hominis figuram & ſitum: cui cõpetit caput habere erectũ, quoniã congruit ei cæleſtia quęrere & terrena tranſcẽdere ſupernorum intuitu & amore,[*Nec omnino poterat ſurſum reſpicere,*]tanquam ita contracta.[*Quã* H
quum vidiſſet Ieſus]corporali intuitu, imò potius miſerationis affectu, [*Vocauit ad ſe.*] Poterat vtique à ſe corporaliter diſtantem curare, ſed vocauit eam ad ſe, vt cunctis pateret miraculum ad dei honorem & hominum ędificationem. [*Et ait illi, Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua.*]hoc eſt, me iubente hęc tua indiſpoſitio in inſtanti fugatur & deſinit, quia meum dixiſſe feciſſe eſt, & virtuti immenſæ cõpetit agere in inſtanti, quum nil ei queat reſiſtere. Chriſtus autẽ ſecundum quod deus, omnipotens eſt, & immenſus in omni perfectione, ſanctitate & gloria. [*Et impoſuit illi manus,*]non quia ſine tactu huiuſmodi non potuerit eam ſanare, ſed ad inſinuandum quod corpus ſuum fuit diuinitatis ſuæ inſtrumentũ, potentia plenũ, & item ad oſtendendũ beneuolentiam, charitatẽ & humilitatem ſuã ad pauperes & in-
Matth.8. firmos. [*Et confeſtim erecta eſt*]corpore, & ad naturalem ſitum reducta eſt. In quo patet quam imperia-
Marci.1. liter chriſtus egit miracula. Et ſicut fœminã iſtam non rogatus curauit, ſocrũ autem Petri rogatus: ita
Lucę.4. interdũ gratię dona largitur antequã inuocetur, vt patet in Pauli conuerſione, interdũ vult inuocari.
Actu.9. [*Et glorificabat deum*]. i. mulier hæc deo gratias retulit, eiúſque poteſtatẽ cognouit, confeſſa eſt, & exultauit corde, verbo & opere, pro tam gratioſa ſua curatione. Et quãuis fortaſſe nondũ tunc nouerit, q ille qui eam ſic vocauit, tetigit & ſanauit, cõſiſteret deus, non tamẽ fuit ambigua, quin poteſtate eam curaſſet ſupernaturali atque diuina, ideo deo ſpecialiter gratias dixit, nec dubium quin & Chriſto tanquam homini ſancto. ¶ Iuxta intelligentiam ſpiritualem, per fœminam inclinatam intelligi poteſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quæcunque anima seu persona carnalibus vitiis implicata, quam deo iuste permittente diabolus diu intus ligauit vinculis peccatorum: iuxta illud Prouerbiorum, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Talis igitur anima à diabolo victa, ita efficitur debilis, spiritualitérque infirma, vt hostibus suæ salutis nequaquam resistat: sed in omni pene tentatione succumbat, atque quotidie frequentissime vulneretur, diuina transgrediendo præcepta, ac mortalia incidendo peccata. Itaque toto affectu terrenis immersa, sursum non valet respicere, deum syncériter contemplando, eius iudicia contuendo, & quæ ad salutem suam pertinent ponderando, quemadmodum in Daniele de luxuriosis presbyteris legitur, quod euerterunt oculos suos, vt non aspicerent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Talem autem animam Christus interdum misericordissime aspicit, præuenit, & per inspirationem internam, per directionem angelicam, per exhortationem humanam, seu alio modo ad se vocat, videlicet ad conuersionem mentalem, pœnitentiamque condignã: & paulo post infundit ei fiduciam de remissione peccatorum suorum. manum quoque, hoc est, suum ei impendit auxilium, ita quod subito ad diuinorum meditationem atque amorem erigitur: sicque cognoscens in quantis fuit periculis, erroribus & peccatis, deo totis regratiatur præcordiis, & tanto ferè uentius ei obsequitur, quo maiorem ab ipso misericordiam est sortita. Prouer. 5. Daniel. 13.

B ¶Denique Christus in corporali huius fœminæ curatione quinque effecit, quæ in spirituali impiorũ curatione spiritualiter agit. Etenim fœminam illam, vidit, vocauit, sanauit, tetigit, & erexit: Similiter peccatorem spiritualiter curaturus, Primo videt eum oculis suæ clementiæ, sicut vidit Matthæum in teloneo sedentem. Secundo vocat per inspirationem internam: iuxta illud Iob, Vocabis me, & ego respondebo tibi. In Apocalypsi quoque, Ego sto ad ostium, & pulso. Tertio sanat per peccatorum remissionem, quemadmodum per Esaiam loquitur, Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Vnde per Hieremiam petitur, Sana me domine & sanabor. atque in Psalmo. Qui propiciabitur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Quarto tangit per virtutum infusionem, & per exercitationem mentis ac satisfactionem, seu opera quælibet bona, secundum illud Regum, Abiit cum eo pars exercitus quorum tetigerat deus corda. Quinto erigit ad cælestia per æternorum contemplationem, seruidúmque amorem, prout apud Esaiam scribitur, Dominus erigit mihi aurem, vt audiã eum quasi magistrum. [*Respondens autem archisynágogus.*] Respondit autem non ad alicuius interrogationem, quia interrogatus non legitur: sed ad miraculorum opus Christi apte se loqui putauit aut finxit. Porro archisynagogus est nomen officii, non personæ, quia principem synagogæ designat. [*Indignans, quia sabbato curasset hominem,*] hoc est, fœminam illam [*Iesus.*] in quo patet indiscretio, ignorantia & falsa iustitia, imò & inuidia eius: indiscretio, quia zelum legis habuit, sed non secundum scientiam: ignorantia, quia præceptum de obseruantia sabbati non intellexit: falsa iustitia, quia indignatus est Christo, vera C enim iustitia habet compassionem, falsa dedignationem, secundum Gregorium: inuidia (quia vt ait Chrysostomus) non indignabatur ob sabbati violationem, sed propter Christi glorificationem: hinc infra vocatur hypocrita, quia finxit se ob sabbati violationẽ turbari, quum torqueretur inuidia. [*Dicebat autem turbæ, Sex dies sunt*] in hebdomada [*In quibus operari oportet,*] hoc est, licet & expedit, sicut de sex diebus omnia fecit, septimo autem die quieuit: in cuius memoriam iusit septimum diem seu sabbatum celebrari, [*in his ergo*] sex diebus, [*Venite & curamini*] qui estis infirmi, [*Et non in die sabbati,*] ne præuaricemini diuinum præceptum. Consequenter Saluator archisynagogum redarguit, ostendens quod ille magis contra sabbatum fecit quam ipse, & quod præceptum de sabbati obseruatione non intellexit, quia non quæcunque opera deus sabbato fieri prohibuit, alioqui non licuisset sabbato comedere, bibere, loqui, cibaria scindere, potum effundere. Seruilia ergo opera fuerunt illo die illicita, non opera charitatis, pietatis & necessitatis. Hinc ait Ambrosius, Deus septimo die ab operibus mundi quieuit: non ab omni operatione, quum sempiterna & iugis sit operatio eius, sicut filius ait, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. vt ad similitudinem dei secularia nostra opera, non religiosa cessarent. [*Respondit ad illum dominus & dixit.*] Archisynagogus ausus non fuit Christum directe arguere, sed populum alloquendo, quasi indirecte redarguit eum. Sed Christus dei iniuriam non sustinens, nec populi deceptionem ferens, aptissime redarguit archisynagogum, & eius fautores. [*Hypocrita,*] qui iustum te simulas, quum plenus sis vitiis, D [*Vnusquisque vestrum in sabbato non soluit,*] propria manu, vel per ministrantem, [*Bouem suum aut asinum & ducit ad aquare?*] Quasi dicat, Imò hoc facitis, quũ tamen hoc sit opus magis manuale, quam infirmum verbo curare, aut manu contingere. [*Hanc autem filiam Abrahæ,*] tam carnis propagatione, quam fidei ac virtutum imitatione, [*Quam alligauit,*] hoc est, vinculo infirmitatis constrinxit [*Satanas, ecce decem & octo annis, non oportebat solui a vinculo isto die sabbati?*] Quasi dicat, Vtique expediebat, tum quia homo nobilior est iumento, tum quia indigentia fœminæ huius maior fuit quam iumentorum in sabbato, tum quia alligatio ista miserabilior fuit. [*Et quum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarii eius.*] Quia clarissime eos conuicit, & derisione dignos mõstrauit. [*Et omnis populus,*] hoc est, populares & simplices, nam aduersarii erant scribæ & pharisæi, humanę gloriæ cupidi, ideo Christi honorationem ferre non poterant, [*Gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebãt ab eo,*] hoc est, in præclarissimis christi miraculis, quæ ipse potentissimè fecit, atque promptissimè, ita quod summa numerũ superauit: iuxta illud Ioãnis euangelistæ, Multa alia fecit Iesus, quæ si scribãtur per singula, nec ipsum mũdum arbitror posse capere eos qui scribendi sunt libros. Naturale equidem est menti humanę, in tam supernaturalibus atque insolitis delectari, eo quod naturaliter scire & in cognoscendo proficere optet. vnde & noua placent. Prouer. 9. Matth. 9. Iob. 14. Apocal. 3. Esaiæ. 43. Hiere. 31. Psal. 102. 1. Reg. 10. Esaiæ. 50. Roma. 16. Chrysost. Gene. 1. Ioan. 5. Ioann. 21.

¶Denique Christus aduersarios suos variis modis conuicit. Primò, per operationẽ miraculorum, sicut quum dixit, Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula: &c. Se- Matth. 9. Matth. 21.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psal.8. Psalm.17. Matth. 23. Marci. 12. cundo per allegationem scripturarum, sicut quum allegauit illud ex Psalmo, Ex ore infantium & lactẽ tium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, &c. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Tertio per propoſitionem parabolarum, vt quum dixit ad phariſæum, Duo debitores erant. &c. Quarto, efficacia teſtimoniorum, ſicut quum dixit Iudæis, Vos miſiſtis ad Ioannem, &c. Quinto ſubtilitate quæſtionum, vt quum interrogauit Iudæos, Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Itémque, Baptiſmus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Sexto, exhibitione exemplorum, ſicut hoc loco: E

¶ Poſtremo, quia Iudæi Chriſtum frequenter de ſabbati tranſgreſſione reprehenderunt, ideo multipliciter ſe excuſat, & illos conuincit. Primo, ex hominis dignitate, vt ait apud Marcum, Sabbatum factum eſt propter hominem, non homo propter ſabbatum. Secundo, ex ſua maieſtate, vt quum ait in Matthæo, Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati. Tertio ex legis authoritate, dum ait, Si circunciſionẽ accipit homo in ſabbato vt non ſoluatur lex Moyſi, &c. Quarto, ex ſacerdotum operatione, quoniam ſacerdotes ſabbatum violabant, nec tamen ſe reos putabãt, prout in Matthæo allegat. Quinto, ex eorum cupiditate & peruerſitate, quoniam curam pecorum ſanationi hominum præferebant. Sexto, ex operis qualitate, quoniam ſoluere hominem à vinculo ſatanæ, opus eſt charitatis: & hi duo modi in præſenti loco tanguntur. ¶ Præterea, confutatis incredulis, ſubditur inſtructio credentium, qui in Chriſti operibus gloriabantur, [*Dicebat ergo*] Ieſus ad turbas, [*Cui ſimile eſt regnum dei, & cui ſimile eſſe exiſtimabo illud?*] Primo interrogat, & interrogationem ſub aliis verbis reſumit vt attentos redderet auditores, & materiæ proponendæ excellentiam declararet: deinde reſpondet, [*Simile eſt grano ſynapis.*] ¶ Regnum dei ſeu regnum cælorum in ſcripturis multipliciter ſumitur. Primo, pro eccleſia militanti. Secundo, pro eccleſia triumphante. Tertio, pro æterna felicitate, ſeu præmio beatorum. Quartò, pro cæleſti manſione eorum, puta pro cælo empyreo. Quinto, pro actiuo regimine dei. Sexto, pro negotio, quod in militanti eccleſia agitur. Septimo, pro ſtatu eccleſiæ militantis. Octauo, pro virtute & gratia eccleſiæ militantis, per quas ad eccleſiam triumphantem perducitur. Nono, pro ſacra ſcriptura. Decimo, pro ipſo domino Saluatore, ſecundum Hieronymum. Itaque regnum dei hic accipi poteſt, primo, ſexto, ſeptimo, octauo, nono, & decimo modis. Cum enim Chriſtus hęc dixit, primitiua eccleſia militans, ſcilicet plebs credens in ipſum inſtar grani ſynapis parua fuit. Vnde ſuperius vocauit eam gregem puſillum. Rurſum prædicationis negotium quod tunc in plebe hac agebatur à Chriſto, in loco agebatur anguſto, & in paruo terræ angulo fuit comparatione orbis terrarum. ¶ Præterea ſtatus huius Eccleſiæ & virtus ac gratia eius tunc modici erant, præſertim extenſiue loquendo, quia adhuc pauci credebant, & ipſi quoque apoſtoli adhuc rudes tunc erant, valdéque imperfecti. Similiter ſcriptura diuina tunc nondum fuit multiplicata per mundum, vt poſtmodum per apoſtolorum prædicationem, ſed & ipſe Chriſtus tunc adhuc paruus fuit in cordibus Iudæorum, quia modice reputabatur ab eis. Vnde Ioannes Baptiſta prædixit, Illum oportet creſcere, me autem minui. Itaque ſimile eſt regnum dei grano ſynapis, quod primo modicum eſt, [*Quod acceptum, miſit homo in hortum ſuũ, & creuit, & factum eſt in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.*] Pariformiter primitiuam eccleſiam militãtem miſit deus in hortum ſuum, hoc eſt, in templum Hieruſalem, quod fuit locus cultus diuini, & habitaculum dei, in quo apoſtoli ſuſcepto ſpiritu ſancto poſt Chriſti aſcenſionem primo orſi ſunt prædicare euangelicam legem. Quotidie quoque vnanimiter fuerunt in templo & porticu Salomonis, prout in Actis apoſtolorum habetur. Deinde eccleſia creuit mirabiliter omni die, velut in arborem magnam, quia per totum mũdum diffuſa eſt, & plena fuit fructibus bonis, ita quod volucres cæli, hoc eſt, viri contemplatiui, ac ſpirituales doctores, atque prælati requieuerunt in ramis eius ſub protectione & vmbra, documentis & gratia apoſtolorum, qui fuerunt velut rami eccleſiæ, per climata mundi hinc inde extenti, vel rami eccleſiæ ſunt poteſtas eius ſpiritualis ac ſecularis. Quẽadmodum autem dictum eſt de incremento eccleſiæ, ita de incremento euangelicę prædicationis, & eccleſiaſtici ſtatus, itémque virtutis & gratiæ primitiuæ eccleſiæ, eſt dicendum, quia hæc omnia primo in Hieruſalem & Iudæa, quaſi in loco anguſto fuerunt, deinde per quatuor mundi plagas diffuſa ſunt, fueruntque iſta plantata in horto dei, hoc eſt, in ipſa eccleſia ſeu corde credentium. Vnde ſponſa in Canticis ait, Veniat dilectus meus in hortum ſuum. F G

Matth. 12. Ioan. 7. Lucæ. 12. Ioann. 3. Actu. 1. Cantic. 5.

¶ Inſuper ſcriptura ſacra primo paucis cognita & conceſſa, per diſcipulorum Chriſti prædicationem, toti mundo eſt cõmunicata, in cuius ramis, hoc eſt, variis expoſitionibus præfatæ volucres cæli quieſcunt, diuinis vacando. ¶ Poſtremo, Chriſtus primo inter Iudæos modice reputatus, imò vilipenſus, reprobatus & crucifixus, per apoſtolorum prædicationem ac ſigna toti mundo innotuit, atque in cordibus electorum ſic creuit, quod agnitus eſt, honoratus ac adoratus, vt verus deus, ſicque in eius ramis, hoc eſt, poteſtatibus, defenſionibus & gratiis requieuerũt fideles. Vnde apud Danielem deſignatus eſt Chriſtus per lapidem abſciſum de monte abſque manibus, qui lapis factus eſt mons magnus, impleuítque totam terram. Sed & Chriſtum miſit pater in hortum ſuum, hoc eſt, in eccleſiam & primo ad ſynagogam. [*Cui ſimile æſtimabo regnum dei?*] de quo iam dictum eſt, [*Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit,*] hoc eſt, miſcuit [*In farinæ tria ſata,*] id eſt, tres menſuras farinæ aqua aſperſæ. Satum enim, ſecundum Bedam, eſt mneſura iuxta morem prouinciæ Paleſtinæ, vnum & dimidium modium capiens. [*Donec fermentaretur totum*] hoc eſt, tota maſſa à fermento virtutem acciperet, vt eſſet apta materia panis. Simili modo, ſacra ſcriptura ſeu Chriſtus, vel fides & charitas eius, ſeu prædicatio euangelica, tanquam virtuoſum optimúmque fermẽtum à muliere, hoc eſt, ab increata ſapientia, tanquam à cauſa principali, & ab apoſtolica congregatione, tanquam à cauſa ſecundaria, inſtrumentali ſeu miniſterio illibatę carnis Chriſti commixta eſt congregationi fidelium ſeu credentium cordi infuſa, tanquam in tria ſata proprer ſummæ trinitatis myſterium: vel propter tres ſtatus ſeruorum dei, ſcilicet H

Daniel. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A incipientium,proficientium,& perfectorum:vel propter ſtatum coniugatorum,continentium, & virginum.donec fermentaretur totum, hoc eſt, quouſque vniuerſum myſticum corpus Chriſti, quod eſt vniuerſa eccleſia electorum fidelium,Chriſto incorporaretur,eiúſque fide,charitate & gratia formaretur,& per ſacram ſcripturam inſtrueretur,& tantam à Chriſto virtutem acciperet, vt de ea Apoſtolus fateretur,Vnus panis & vnum corpus,multi ſumus. Itaque fermentum hoc loco in bono accipitur. Alibi vero in malum accipitur,vt cum Apoſtolus ait,Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.Et cum in Oſea legitur,Quieuit ciuitas paululum à commixtione,donec fermentaretur totũ. 1.Cori. 10. 1.Corin. 5. Oſeę.7.

¶Proſequutio expoſitionis huius capituli,ab eo loco quo dicitur,[*Et ibat per ciuitates & caſtella docens.*] Articulus x x x vi.

B  Voniam Chriſtus iam de euãgelicæ prædicationis ac fidei multiplicatione figuraliter eſt loquutus,conſequenter facto verba ſua verificat,[*Et ibat Ieſus*]cum diſcipulis[*Per ciuitates & caſtella*]Galilææ atque Iudææ,[*Docens*]tam vrbanos quã villanos,tanquam perſonarũ acceptor non exiſtens, ſed omnes tam paruos quã magnos,tam doctos quam idiotas,quantum in ſe fuit ad ſalutem inducens, [*Et iter faciens in Hieruſalem,*]hoc eſt,ad locum ſuæ paſsionis propinquans, & genus humanum liberare deſiderans:ſicut iam ante teſtatus eſt,Baptiſmo habeo baptizari,& quomodo coarctor donec perficiatur? {*Ait autem illi quidam, Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur?*]Hoc ideo interrogauit,quia audiuit Chriſtum de cæleſti regno plurima prędicare,documentáque ardua tradere pro acquirenda ſalute.[*Ipſe autem dixit ad illos.*]Vnus quæſiuit, ſed Chriſtus ad omnes qui aderant,dirigit reſponſionem, quoniam quæſtionis ſolutio ad omnes ſpectauit,& forte iſte vnus ex aliorum interrogauit inſtinctu.[*Contendite*]id eſt, cum lite & pugna contra dæmones & peccata,contra mundum & propriam carnem,irrefrenatámque propriam voluntatẽ ſatagite[*intrare*]hoc eſt,ad æternam beatitudinem proficiſci, per interiores exterioresque actus virtutum, [*Per anguſtam portam*] id eſt, per vitam pœnitentialem,per indeſinentem cordis cuſtodiam, per conuerſationem timoratam,vel per Chriſtum,eius ſequendo veſtigia:qui ait,Ego ſum oſtium.Itémque, Ego ſum via.&c. Deute. 10. 2.Par.19. Iob.34. Eccleſ.35. Eſaiæ. 42. Matth.22. Lucæ. 20. Roma.62. Actu.20. Lucę.12. Ioann. 10. Ioann. 14.

¶Porrò,Chriſtum ſequi,& per ipſum intrare,eſt aduerſa æquanimiter ferre,bona pro malis rependere,inimicos diligere,malle mori,quàm viam virtutis & æquitatis deſerere.Hinc Paulus teſtatur, Omnes qui volunt pie viuere in Chriſto perſequutionem patientur.Et Ioannes,Qui ſe dicit in Chriſto manere,debet ſicut & ille ambulauit,& ipſe ambulare.Hæc eſt porta anguſta,de qua apud Matthæum apertius loquitur Chriſtus,Intrate(inquiens) per anguſtam portam, quia lata & ſpacioſa eſt via quæ C ducit ad perditionem,& multi inueniunt eam.Quam anguſta porta & arcta via,quę ducit ad vitam,& pauci inueniunt eam.Sed videtur his obuiare,quod in Matthęo dicit,Iugum meum ſuaue eſt,& onus meum leue.Et reſpondendum eſt,quod eadem via eſt imperfectis ac incipientibus arcta,laborioſa,dura ſiue amara:proficientibus vero dulceſsit & perfectis,puta ardenter amãtibus eſt ſuauis atque amœna,quia guſtarunt quam dulcis eſt deus,& quanta ſit delectatio, mente tranquilla deo vacare, virtutibus occupari,habẽtque paſsiones conformatas,& vitia de facili vincunt. 2.Timo.2. 1.Ioann. 2. Matth.7. Matth. 11. 1.Petri.2.

¶Deniq; ſi ſępe corporaliter affligantur ſuſtinẽdo aduerſa,mente tamẽ cõſolantur & gaudent in domino:quemadmodum Iacobus in ſuæ epiſtolæ monet exordio,Omne gaudium exiſtimate fratres cũ in diuerſas tentationes incideritis. Nam & quælibet virtus quanto perfectius alicui ineſt, tanto maiorem habet delectationem ſuæ operationi adiunctam.Hinc in prouerbiis ſapientia loquitur,Ducam te per ſemitas æquitatis,quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui. Vnde Hieronymus, Virtutes duræ ſunt incipienti,molles proficienti,ſuaues peruenienti. Et Auguſtinus,Semitæ æquitatis dum inchoantur,arctę videntur & anguſtæ: dum autem profectum accipiunt, ſpacioſæ videntur & latæ. Veruntamen quamuis perfectis ſeu fortiter proficientibus ſuaue ſit & iucundum, pſalmis,orationibúſque vacare,contemplationi intendere,cæterís quoque ſpiritualibus exercitiis inhærere:ni- D hilominus difficultas & labor eis contingunt in refrenatione cordis ab omni euagatione, in venialiũ peccatorum euitatione,in quotidianorum affectuum deploratione ac caſtigatione,in multiplici quoque afflictione ſeu compaſsione,qua propter aliorum peccata, & ruinam eccleſiaſtici ſtatus intimo affıciuntur dolore.Nam & Paulus teſtatus eſt,Supra modũ grauati ſumus,ita vt tęderet nos viuere.Sed & abbas Agathon dixit,Non eſt labor ſicut orare deum, videlicet propter difficultatem vitandi omnem animi euagationem,tempore orationis præcipue deuitandam. Interdum quoque viris bonis ſpiritualis conſolatio,alacritas cordis, fiduciæ gaudium, ad tempus diſpenſatiue diuinitus ſubtrahuntur, túncque dura ſunt eis quæ ante cum lętitia gerebantur.¶Poſtremo,ſi quis velit clarius ſcire, quid ſit dicere,Arcta eſt via ſalutis:aduertat illud Apoſtoli,Qui autem ſunt Chriſti,carnem ſuam crucifixerũt cum vitiis & concupiſcentiis. Et denuo,Cum metu (inquit) & tremore ac timore veſtram ſalutem operamini . Sed heu multi ſunt iam nominetenus chriſtiani, qui abiecto Chriſti pręcepto ac documento contendunt,quomodo abundent diuitiis,& (quod periculoſiſsimum eſt) quomodo pluribus beneficiis adeptis,lautam & carnalem vitam deducant,quomodo ad eccleſiaſticas dignitates,ſeu prælationes, ad maioritatem pertingant vt honorẽtur . Itaque contendite intrare per portam anguſtam, [*Quia multi dico vobis quærent intrare,*]regnum cęleſte,[*Et non poterunt,*]quia non efficaciter quæſierunt, nec feruide optauerunt,ſed pigre ac negligenter aut nimis tarde, quemadmodum virgines fatuę.Sunt igitur quam plures fidem informem ac ſeruilem timorem habentes,qui frequenter abhorrent pœnas 2.Corin.1. Gala.5. Philip.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inferni, se cogitant morituros, diuinum formidant iudicium, cupiúntque beatitudinem æternalem, E
sed carnali amore, secularique vanitate seu ambitione, & fœminea quadam mollitie retrahuntur à via
salutis, à bono proposito aut incepto, sed & difficultas incedendi per viam arctam eos deterret, nec fi-
duciam sumunt in domino, ideo miseri miserabiliter, irreparabiliterque dispereunt. [*Cum autem intra-
uerit paterfamilias,*] hoc est, dum Christus omnium fidelium princeps & dominus, completo finali iudi
cio cum vniuersis electis cælestem paradisum seu cælum empyreum ingressus fuerit secundum natu-
ram assumptam, locum mutando, qui secundum diuinitatem suam incircunscriptibilis, inuariabilisque
Matth. 25. cõsistit, [*Et clauserit ostium,*] hoc est, aditum regni cælestis, ita quod pœnitentiæ & precum locus non
erit, quia finita erit tunc via, id est, præsens vita, qua durante durat tempus promerendi ac demerendi:
& qua finem sumente, finitur huiusmodi tempus. [*Et incipietis foris stare,*] id est, ab electis loco ac præ-
mio segregari, cum quibus in hac vita corporaliter mixti fuistis, [*Et pulsare ostium,*] scilicet ingressum
deposcere, seu Christum qui ostium est precari, [*Domine aperi nobis*] ianuam gloriæ, nósque exaudi, [*Et
respondens*] Christus dominus [*Dicet vobis*] verbo oris seu facto, [*Nescio vos*] per approbationem
[*Vnde sitis*] hoc est, de numero electorum, de sorte iustorum vos esse non fateor. Est autem duplex
notitia, scilicet approbationis & simplicis intelligentiæ seu visionis. De prima ergo notitia iam sermo,
secundum quam deus non nouit nisi iustos, & ea quæ sunt virtutis & gratiæ. Sic quoque de homine
veraci dicitur, quod nescit mentiri. Loquendo autem de notitia simplicis visionis, deus scit bona & F
Iob. 12. mala, secundum illud Iob, Ipse nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem nónne considerat?
Rursúsque, Ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur. [*Tunc incipietis dicere*] hoc est, dicere optabi-
tis, vel corde dicetis, vel si possetis, diceretis, [*Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris do-
cuisti.*] Hoc primo exponitur de Iudæis illius temporis, inter quos Christus corporaliter conuersabatur,
qui coram ipso, & cum ipso sæpe cibum & potum sumpserunt, & in eorum prædicauit viis, synagogis,
& locis. Potest quoque exponi communiter de Iudæis, qui secundum legem certis temporibus
in templo de victimis suis & oblationibus comederunt, in quorum plateis & synagogis Christus per
doctores veteris testamenti dicitur docuisse. Spiritualiter vero de Christianis exponitur, qui corpus
& sanguinem Christi indigne participant, propter quod damnationem incurrunt maiorem: in quorũ
etiam plateis, viis, ecclesiis christus per suos ministros quotidie docet, imò & in plateis animarum eo-
rum, hoc est, in lata capacitate intellectus ipsorum, per inspirationem internã, atque angelicã direction-
nem spiritualiter docet ac loquitur, sed ipsi aduertere, ac parere recusant: & ideo dicit vobis, Nescio
Amos. 3. vos vnde sitis, sicut expositum est. Vnde ad Iudæos olim electos deus ait per Amos prophetam, Tan-
Matth. 25. tũmodo vos cognoui ex omnibus populis. [*Discedite a me omnes operarii iniquitatis,*] id est, qui in pecca-
Psalm. 5. tis mortalibus deprehensi estis, nec finaliter pœnituistis: hoc est, ꝙ in Matthæo loquitur eis Christus,
Psalm. 139. Ite maledicti in ignem æternum. Ideo dicit Psalmista, Neque habitabit iuxta te malignus, neq; perma- G
Psalm. 10. nebunt iniusti ante oculos tuos. Et vice versa de electis decantat, Veruntamẽ iusti confitebuntur no-
mini tuo, & habitabunt recti cũ vultu tuo. [*Ibi*] videlicet in inferno [*Erit fletus & stridor dentiũ.*] Fletus
ibi erit ex diuersis generibus infernaliũ tormentorũ: etenim ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars
calicis eorũ, id est, pars sunt supplicii damnorũ. Stridor vero ibi erit specialiter ex vehementissimo fri
gore: iuxta illud Iob, Ab aquis niuium transiet ad calorẽ nimium. Et indignatione quoq;, impatiẽtia,
Iob. 24. & furore, poterit stridor eis inesse: iuxta illud Psal, Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet
Psal. 111. & tabescet. Quemadmodũ enim secundũ Dionysiũ, sunt in dæmonibus phantasmata proterua, amẽs
furor, irrationabilis concupiscentia: sic & de cunctis dici potest dãnatis. Vnde deũ, benedictũ incessan-
ter blasphemare dicũtur. Præterea quæritur, an fletus ille dãnatorũ post resurrectionẽ erit corporalis.
Ad quod respondent doctores, quod duplex est fletus, vtpote spiritualis, qui est intensus dolor interior,
quem certũ est esse in tartaris. Alius est fletus corporalis, in quo duo considerantur. Primum est
resolutio lachrymarũ, qui in damnatis non erit, quoniam cessante motu cæli generatio corruptióque
cessabunt. Et item cũ damnatio illa sit æternaliter duratura, esset & lachrymarũ resolutio infinita. Se-
cũdum quod in fletu corporali consideratur, est oculorũ & capitis turbatio & obnubilatio, quod erit
in illis, [*Cum videritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes prophetas,*] qui spiritu sancto eos non solum
per gratiã gratis datã, qualis est gratia prophetæ, sed etiam per gratiã gratũ facientẽ inhabitãte loquuti
sunt, [*In regno dei*] quiescentes. Circa quod quæritur, quomodo reprobi electos visuri sint tunc in re- H
gno dei, quum secundũ Gregorium, post diem iudicii damnati non amplius sint visuri electos in re-
gno cæsti? Et respondendũ, quod reprobi ad suę calamitatis augmentũ videbunt electos lata senten-
tia in cælos conscendere, sicque facta illa ascensione, videbunt, hoc est, certissime scient eos esse in re-
gno cæsti. Deniq; Christus specialiter nominat hos tres patriarchas propter præcipuã eorũ sanctita-
tẽ, & quoniã deus in veteri testamento specialiter se vocauit deum eorũ: iuxta illud Exodi, Ego sum
deus Abrahã, deus Isaac, deus Iacob, hoc nomen mihi est in æternũ. Item quia ad hos specialiter facta
est promissio, imò & eadẽ promissio de christo & Saluatore facta per ipsum. Abrahę enim loquutus
est dominus in Genesi, Benedicẽtur in semine tuo omnes gentes, hoc est, in Christo, sicut ad Galatas
Galat. 3. exponit Apost. Porro, ad Isaac loquutus est dñs, Benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terrę. Ad Ia
Gene. 29. cob quoque loquutus est deus, Benedicentur in semine tuo cunctæ tribus terræ. Vnde quod aliqui di
Gene. 28. cunt ad Abrahã, & ad Dauid tantummodo factam esse repromissionẽ, sane intelligendum est. [*Vos au
tem*] videbitis per experientiam [*Expelli foras*] hoc est, excludi à regno atque collegio electorũ, secũdũ
Matth. 25. illud Matthæi, Inutilẽ seruũ proiicite in tenebras exteriores. Et in Apocalypsi, x x i i. cap. Foris canes
& venefici & impudici & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. [*Et venient*] electi
[*Ab oriente & occidente & aquilone & mari,*] hoc est, nõ solũ ex Iudæa, sed à quatuor plagis seu partib'

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A terræ:[*Et accumbent,*]id eſt, feliciter reficientur ac requieſcent [*In regno.*] quia ſicut iam de omnibus mundi partibus non Iudęi duntaxat, ſed & innumerabiles gentilium ſunt conuerſi ad Chriſtum per fidem ac gratiam:qui ſicut nunc requieſcunt in regno eccleſiæ militantis, hoc eſt, in ipſa eccleſia peregrinante ac viatrice:ita poſt finale iudicium æternaliter ac beatiſsime conquieſcent in eccleſia triũphante.Hinc apud Matthæum loquitur Chriſtus de ſeipſo,Mitte angelos ſuos cum tuba & voce magna,& congregabit electos à quatuor ventis, & accumbent in regno dei. Ad quod applicari poteſt quod magnus ille Eſaias propheta prædixit,Ecce iſti de longe venient, & ecce illi ab aquilone & mari,& iſti de terra auſtrali.Moraliter per orientem deſignatur ortus natiuitatis: per occidentem, occaſus,ſeu interitus mortis: per aquilonem,qui eſt ventus duriſsimus,duritia aduerſitatis: per auſtrũ, qui eſt calidiſsimus ventus,fauor & lenitas proſperitatis. Itaque ſpiritualiter ab oriente veniunt, qui conſideratione ſuæ originis conuertuntur,penſantes illud Iob,Homo natus de muliere breui viuens tempore,repletur multis miſeriis.Ab aquilone veniunt,qui mortis memoria,iudicii metu, inferni formidine conuertuntur,penſantes illud Apoſtoli,Horrendum eſt incidere in manus dei viuẽtis. Ab aquilone veniunt,qui neceſsitate vrgente,vel aduerſitate monente compunguntur,& redeunt ad ſalutem, de quibus ait Saluator,Compelle intrare. de quibus Eſaias aſſerit, Domine in anguſtia requiſierunt
B te,in tribulatione murmuris doctrina tua eſt.in quibus impletur quod per Oſeam loquitur dominus, Ecce ſepi viam tuam ſpinis,& ſepiam eã maceria,& quæret amatores ſuos,& non inueniet, & dicet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem,quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Ab auſtro veniunt,qui arridentibus ſibi proſperis, nihilominus deo inhærent, in talibus deo gratias referentes, & magis offendere metuentes:ſicut beatus Petrus hortatur, Gratias agite deo, qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum.Hinc inſuper conſtat,quod moraliter fando,ab oriente veniunt nobiles,ab occidente ignobiles,ab auſtro diuites,ab aquilone pauperes, & de his omnibus aliqui ſaluabuntur. Ad quod illud Ezechielis coaptatur,A quatuor ventis cęli veni ſpiritus,inſuffla ſuper interfectos iſtos,& reuiuiſcant.[*Et ecce ſunt nouiſsimi,qui erant primi*]hoc eſt, Iudæi,qui ante Gentiles fuerũt ad Chriſti fidem admoniti,propter ſuam incredulitatem ſunt facti extremi & vltimi, id eſt, conuerſis Gentilibus poſtponendi,[*Et ſunt primi qui erant nouiſsimi,*]hoc eſt, Gentiles conuerſi incredulos præceſſerunt Iudæos,qui ante Gentiles fuerunt vocati.Interdum quoque cõtingit,quod primi,id eſt,in gratia atque virtutibus perfectiores fiunt nouiſsimi,id eſt,peiores, quia paulatim tepeſcunt,quemadmodum in Apocalypſi deus cuidam improperat, Habeo aduerſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Auguſtinꝰ quoq;,Vidit, inquit,cedros libani cecidiſſe.Ideo monet Apoſto.Qui ſtat,videat ne cadat. Fiunt etiam primi qui erant nouiſsimi, dum homines vitioſi pœnitendo creſcunt in viros virtutum, in quibus impletur illud Apoſtoli,Vbi abundauit delictum,ſuperabundat & gratia.

C ¶Poſtremo,primi,hoc eſt,magni & inclyti in ſeculo iſto, ſunt in futuro ſeculo quando damnantur; nouiſsimi: & qui hic reputantur nouiſsimi,id eſt,viles & deſpecti,in futuro fiunt primi,dum humiles in cæleſtibus exaltantur.nam vt Paulus fatetur, Quæ ſtulta ſunt mundi,elegit deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit deus,vt confundat fortia.[*In ipſa die*] qua Chriſtus verba ſtatim præhabita dixit,[*Acceſſerunt quidam phariſæorum dicentes illi,Exi*]de terra hac Galilææ,[*Et vade hinc*]ſcilicet extra territorium poteſtatis Herodis,[*Quia Herodes vult occidere te.*]quod de Herode Antipa filio Herodis Aſcalonitæ,qui occidit infantes,eſt intelligendum.

¶Porro ſecundum Cyrillum,Phariſæi hi iſta malo zelo loquuti ſunt, tanquam prouocati contra chriſtum propter verba ipſius, quibus Gentiles Iudæis præpoſuit. Alii quidam exiſtimant, quod forte aliqui eorum bono zelo dixerunt iſta.Cur autem Herodes quæſierit chriſtum occidere, aliqui opinãtur,quod ideo,quoniam audiebat tot milia ſequi Chriſtum,ſuſpicabatur,ne forte à Chriſto tanquam à Galilæo concitaretur ſeditio contra regnum ſuum.vel forte finxerunt iſtud, vt Chriſtum terrerent & effugarent.[*Et ait illis, ite,dicite vulpi illi,*]hoc eſt,callido & doloſo Herodi.Vulpes quippe ſecũdum Bedam, eſt animal fraude plenum, in foueis ad inſidiandum latens, odore fœtens, & nunquam itinere recto incedens.Sic princeps iniquus eſt animal per vitam beſtialem,doloſus per calliditatem,in foueis latens,hoc eſt,ſimulatione & duplicitate ſuam prauitatem abſcondens, atque inſidians per excogitatam verſutiam,fœtens per malam famam,curue incedens per conuerſationem iniuſtam. Simi-
D li modo deus per Eſaiam nominauit Achas vulpem. [*Ecce eiicio dæmonia & ſanitates perficio*]hoc eſt, languidos curo.[*Hodie & cras.*]id eſt,nunc & tempore propinquo, quouſque in corpore hic ſubſiſto. Cras enim in ſcripturis accipitur pro tempore propinquo, ſicut in Geneſi Iacobo effatur ,Cras reſpondebit mihi iuſtitia mea. [*Et tertia die conſumor,*]hoc eſt, ſtatim poſt tempus præfatum occidar, & implebuntur quæ de me prædixerunt prophetæ.[*Veruntamen oportet me,*]hoc eſt,ad hominum ſalutem expedit,& me decet,ſeu etiam neceſsitate conditionata neceſſe eſt,vt præordinatio diuina & prophetię de mea paſsione impleantur in me,[*Hodie & cras & ſequenti die,*]hoc eſt,per tempus aliquantulum iam currens,citóque finiendum,ſicut expoſitum eſt,[*Ambulare,*id eſt, in ſeculo hoc conuerſari,& opera diuina peragere,ſeu Hieruſalem verſus proficiſci,[*Quia non capit,*]hoc eſt,capacitatem ſeu congruentiam non habet,[*Prophetam perire*]id eſt,occidi[*Extra Hieruſalem.*] Hoc per modum hyperbolicæ locutionis dictum videtur.Non enim omnes prophetæ occiſi,in Hieruſalem ſunt occiſi,cum Hieremias in Aegypto,& Ezechiel in Chaldea,& Amos in terra decem tribuum legantur occiſi:ſed ideo Chriſtus hoc dixit,quia communiter in Hieruſalem talia contigerunt, & ibi innocentium ſanguis frequenter ac copioſe effuſus eſt,quia ibidem reges iniqui, pontifices impii, ſcribæ & phariſæi malitioſi habitauerunt,qui à prophetis increpari & inſtrui contempſerunt. Sumitur autem hoc loco Hieruſalem non ſolum pro ſpacio infra mœnia comprehenſo,ſed pro vrbe ſimul cum appenditiis, &

Matth. 28.

Hebrę. 10.

1. Cori. 10.

1. Corin. 2.

Hebr. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtoli Pauli, Ieſus vt ſanctificaret populum, extra portam paſſus eſt. [*Hieruſalem, Hieruſalem*]id eſt, ô E
plebs vrbis illius: & repetitio nominis eſt ſignum compaſsionis, vel ſerioſitatis, & excitationis ad aduertentiam diligentem. [*Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te,*]id eſt, ſæpe hæc crimina
2.Par.24. perpetraſti, adhuc autem cito factura es talia. Nam Zachariam filium Ioiadæ lapidauerunt, Eſaiam ſerra diuiſerunt. [*Quotiens volui,*]quaſi dicat, multoties volui, [*Congregare filios tuos*]hoc eſt, pertinentes ad te, ſcilicet totum populum Iudæorum, cuius metropolis fuit Hieruſalem: quos Chriſtus ſecundum ſuam diuinitatem diu ante ſuam incarnationem voluit per Moyſen alióſque ſanctos veteris teſtamẽti, ſcilicet per iudices & prophetas ac patriarchas ſpiritualiter congregare ſub ſua gratioſa defenſione, ſub deuoto cultu vnius dei, ſub fide & charitate, [*Quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis*]id eſt, ſicut auis defendit, & continet pullos ſuos in nido locatos ſub propriis alis, ne à rapacibus auibus diripiantur, [*Et noluiſti*]taliter congregari, quia deo & ſanctis eius fuiſti rebellis. ¶Denique ſi interdum populus ille bonis conſenſit, hoc raro fuit, & pro maiori parte plebis ac temporis fuerunt peruerſi. Chriſtus quoque antequam verba hæc protulit, ſæpe in Hieruſalem fuit, & quædam ibi miracula fecit ac docuit, per quæ omnia voluit plebem illam conuertere: nec dubium, quin & orauit frequenter pro ipſis. ¶Circa hoc quæritur, cum diuina voluntas ſit omnipotens, cui nullus reſiſtere poteſt, quomodo ſi deus vult homines congregare, conuertere & ſaluare, aliter accidere poteſt? Ad quod reſpondet Damaſcenus, quod voluntas dei antecedens non ſemper impletur, quia non eſt voluntas abſoluta & ple- F
na: ſed voluntas dei conſequens ſemper impletur. De hoc alibi ſæpe clarius ſcripſi. [*Ecce relinquetur vobis*]id eſt, ad veſtram confuſionem, veſtrarúmque culparum vindictam, [*Domus veſtra*]id eſt, templum vel vrbs ſeu natio veſtra, [*Deſerta.*]quod factum eſt, quãdo Romani deſtruxerũt Hieruſalem, & occiderunt, vendiderunt, & diſperſerunt plurimos Iudæorum, ſicut frequenter iam dictum eſt, & ex ſcripturis veteris teſtamenti probatum. Nam Daniel dixit, Ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo. Et Pſalmiſta, Fiat habitatio eorum deſerta. [*Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat*]tempus [*Cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine domini.*] Aliqui dicunt iſtud impletum in
Matth.21. die Palmarum, quando pueri clamabant cum turbis, O ſanna benedictus qui venit. Veruntamen ſecundum ordinem narrationis beatiſsimi euangeliſtæ Matthæi, chriſtus verba hæc protulit poſt facti illius executionem, imò & poſt diem Palmarum: ſimiliter ſecundum beati Lucæ enarrationem, Chriſtus hæc dixit cum eſſet in via Hieruſalem verſus, ante diem Palmarum: & ſicut ex Euangelio ſancti Ioannis probatur, Chriſtus poſt hæc verba ſæpe in Hieruſalem fuit: ideo iſtud exponitur de ſecundo eius aduentu, vt ſit ſenſus, Dico vobis incredulis & ingratis, non videbitis me, hoc eſt, in veſtra cæcitate relinquemini iuſto dei iudicio, propter veſtras malitias, ita quod non agnoſcetis me eſſe Chriſtũ filiũ dei. Donec veniat, cum dicetis, id eſt, vſque ad diem iudicii quando corporaliter videbitis, Chriſtum eſſe ſcietis quem crucifixiſtis, tuncque inuite dicetis ſeu confitebimini, Benedictus qui venit in nomine domini: quia in nomine Ieſu chriſti omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & inferno- G
rum. Porro ſecundum Theophilum Chriſtus dicendo, Non me videbitis, nõ ſignificat horam illã qua hæc dixit, ſed tempus crucis: quaſi dicat, Poſtquam crucifixeritis me, non amplius videbitis me, donec iterum veniam omnia iudicaturus. Poſtremo, in ſcripturis aliqua per anticipationẽ dicuntur, & Chriſtus eadem verba ſæpius potuit prædicare.

¶Elucidatio Cap. XIIII. [*Et factum eſt cum intraret in domum cuiuſdam principis phariſæorum.*] Articulus XXXVII.

CHriſtus qui venit in mundum hunc peccatores cõuertere, variis modis ſtuduit eos trahere ad ſalutem. Vnde & eis conueſci dignatus eſt, vt perfectiſsima morum ſuorum honeſtate ac ſapientiſsima collocutione aliis modis ipſos ad meliora alliceret, prout in huius capituli ſertur exordio. [*Et factum eſt cum intraret*] dominus Ieſus [*In domum cuiuſdam principis phariſæorum ſabbato manducare panẽ,*] forte inuitatus ad prãdium. Per panem autem in ſcripturis intelligitur quilibet
4.Reg.6. cibus, ſicut per aquam quilibet potus: vt conſtat ex eo quod in libris Regum Heliſæus loquitur Regi Iſraël de Syris, Pone panem & aquam coram eis, vt H
comedant & bibant. Móxque ibidem ſubiungitur, Et appoſita eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberunt. [*Et ipſi*]phariſæi [*obſeruabant eum*]quomodo in verbo aut facto poſſent reprehendere eum, præſertim an aliquid contra feſtiuitatem ſabbati ageret. Chriſtus nempe (vt ait Bernardus) in factis paſſus eſt obſeruatores, in dictis contradictores, in tormentis illuſores. De quibus obſer-
Pſalm.70. uatoribus Chriſtus ait in Pſalmo, Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum. [*Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.*] Ordinatione diuina hydropicus ille aduenit, vt in eius curatione potentia Chriſti clareſceret, & per hoc error phariſæorum confutaretur.

¶Porro ab hydor, quod eſt aqua, dicitur hydropiſis, quæ eſt morbus aquoſus, ex veſicæ vitio natus, cum inflatione turgente & anhelitu fœtido. Proprium quoque hydropico eſt, quod quanto plus bibit, tanto plus ſitit. Idcirco per eam auari & lubrici deſignantur, qui quanto plus delectationibus ſe exponunt & rebus acquirendis intendunt, tanto eorum affectus plus ad venerea & ad temporalia inflammantur. ¶ Denique ſeptem ponuntur proprietates hydropici, per quas ſeptem mortalia peccata
Iob.25. denotantur. Prima, eſt tumor corporis & membrorum, per quem ſignatur ſuperbia: iuxta illud Iob, Quid tumet contra deum ſpiritus tuus? Secunda eſt, expreſsio ſpirituum, per quam ſignatur inuidia, quæ aliorum laudabilia comprimit ne pandantur. Tertia eſt, ardor ſitis, quæ deſignat auaritiã. Quar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ta eſt, indigeſtio humorum, quæ iram ſignificat. Quinta eſt, pigritia ſeu tarditas pedum, per quam notatur acedia. Sexta eſt, genitaliũ inflatio, qua ſignatur luxuria. [*Et reſpondens Ieſus,*] non ad verba vocalia, ſed ad inſidioſas cogitationes illorum, quas intuebatur, [*Dixit ad legiſperitos,*] id eſt, ſcribas atque doctores Iudæorum, [*Et ad phariſæos,*] iſti enim præcipuè inuidebant famæ Chriſti, obſeruabantq; eum, cupientes famã Chriſti denigrare, quoniam ipſi laudis humanæ cupidiſſimi erant. [*Si licet ſabbato curare?*] à corporali infirmitate ſupernaturaliter & miraculoſe. Non quaſi ignorans hoc quærit, ſed vt illorum errorẽ corrigeret. Taliter enim curare eſt opus diuinum & charitatiuum, à vocatione dei nequaquam impediens, ſed ad diuinæ poteſtatis cõtemplationem, ad diuinæ pietatis amorem & laudem vehementer accendẽs, tam eũ qui curatur, quàm omnes qui adſunt aut audiunt: niſi omnino peruerſi inuidiq; conſiſtant. [*At illi tacuerunt,*] quia ſciebãt ſubtilitatem atq; prudentiã Chriſti, ideo conuinci & argui metuebãt quicquid reſponderent. [*Ipſe vero*] Ieſus potentiſſimus atq; piiſſimus medicus animarũ & corporum, [*Apprehenſum eum*] puta hydropicum, quem apprehendit cum manu ex humilitate, non quòd abſque corporali contactu nequiuerit illum curare, [*Sanauit*] imperialiter ac repente [*Ac dimiſit*] abire expedite, vt veritas ſuæ curationis pateret. [*Et reſpondens*] ad cogitationes legiſperitorum ac phariſæorum, qui viſo hoc ſigno cœperunt cogitare & iudicare, quod ſabbatum Chriſtus ſoluiſſet: ideo cõtra hoc [*Dixit ad illos, Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die*
B *ſabbati?*] quaſi dicat, Si licet iumentis cum grãdi labore die ſabbati ſubuenire, cur non potius licet homini ægro ſanitatis opem hoc die impendere, præſertim quando hoc fit tamẽ ſine labore, imò facillimè? ¶ Denique peruerſis & excæcatis illis legiſperitis ac phariſæis iam in eccleſia multi etiam prælati & animarum curam habentes ſunt ſimiles, quia ſi viderint pecoribus ſuis aliquid aduerſitatis cõtingere, mox ſuccurrũt: ſed ſi viderint proximos ſuos aut ſubditos ſpiritualiter lędi atq; occidi. i. peccare mortaliter aut notabiliter, tacent, diſſimulant, non curant, nec dolent. quo patet, quod veram dei ac proximi charitatem non habent, nempe quo anima præſtantiór eſt corpore, omniſque iumẽto, eo de animarũ leſione ſeu vitiis plus dolendum eſt, ac amplius ſuccurrendum, quàm de corporum aut pecorum leſionibus ſit triſtandum. [*Et non poterant ad hæc reſpondere illi.*] Videbant nanque ſe eſſe conuictos, nec aliqua ſolutione poſſe vim argumenti euadere. Itaq; obturato ore inuidorum, hydropiſiq; corporali ſanata in vno, conuertit ſe Chriſtus ad ſpiritualis hydropiſis. i. ſuperbiæ & ambitionis curationem in omnibus talibus tunc ibi præſentibus. [*Dicebat autem & ad inuitatos parabolam,*] . i. ſermonẽ aliquid myſtice ſignificantem, quia per corporalia iſta innuebat ſpiritualia documẽta, [*Intendens,*] . i. conſiderans vel intelligi dans, [*Quomodo primos accubitus eligerent,*] . i. quilibet eorum ad eminentiora loca in menſis aſpiraret auiditate honoris, & etiam forte propter fercula lautiora quæ altius ſedentibus ſolẽt apponi, [*Dicens ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco,*] . i. non teipſum vane ingeras ad ſedendũ in loco altiori, ſeu primo, [*Ne forte honoratior teſit inuitatus, &c.*] Senſus ſuperficialiter literalis
C difficultatem non habet, ſed magiſter humilitatis, hoc exemplo, hacq́ue rationabili perſuaſione intendit nos informare, vt ſemper quantum in nobis eſt parui faciamus noſipſos, nec vltra propriam menſuram nos erigamus, imo potius etiam inferioribus nos viliores arbitremur. ¶ Denique cum per chriſti miniſtros, id eſt, prædicatores & prælatos inuitati fuerimus ad nuptias, id eſt, vnionem mentis cum deo, in vita iſta per fidem & gratiam ac dona ſpiritus ſancti, in patria vero per beatificam viſionẽ, quia hæ nuptiæ hic inchoantur, & in futuro æternaliter continuantur, non debemus in primo loco diſcumbere, id eſt aliis nos præferre, neq; de meritis noſtris præſumere, ne cũ Chriſtus omniũ iudex venerit iudicaturus, nos confundat atque deiiciat. Huic autem morali documento Saluatoris concordat quod in Prouerbiis Salomon ait, Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt vt dicatur tibi, aſcende huc, quam vt humilieris coram principe. [*Sed cum vocatus fueris*] ad menſam plurimorum, ſiue ad nuptias, [*Vade recumbe in nouiſſimo loco,*] id eſt, humiliorem locum quantũ Proue. 25.
in te eſt elige, præſertim ſi ſtatus aut ordo permittat, [*Vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi,*] non grauiter obiurgando, ſed leniter iniungendo. Sufficit enim monitio apud diſcretos. [*Amice aſcende ſuperius,*] ſicq́; per humilitatẽ honor acquiritur. Hinc ſubditur, [*Tũc erit tibi gloria corã ſimul diſcumbentibus*]
D iuxta illud Iob, Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Dicit autẽ Baſilius, Occupare vltimum locum in Iob. 22.
conuiuiis iuxta mandatum chriſti cõueniens eſt: ſed rurſus in hunc cõtentioſe ſe ponere, vituperabile eſt, tanquam deſtructiuum ordinis, & cauſatiuum tumultus, & de eo mota cõtentio, æquiparabit nos litigantibus de primatu. Quapropter (ſicut docet hic Chriſtus) expedit accubitus ordinem cõmittere facienti conuiuium. Sic enim in patientia nos mutuo ſuſtinentibus honeſte & ſecundũ ordinem omnia proſequemur. [*Quia omnis qui ſe exaltat*] per ſuperbiã, [*Humiliabitur*] humilitate pœnali in futuro, tã- 1. Cor. 14.
to confuſibilius atque pœnalius à Chriſto omniũ iudice, quanto ſe nũc magis extulerit, niſi per verã pœnitentiã ſeipſum in vita hac humiliauerit, ſuã cõfitendo, deflendo & emendãdo ſuperbiã: [*Et qui ſe humiliat,*] . i. veram humilitatẽ fuerit amplexatus, propriã paruitatem, defectuoſitatẽ in ſe culpãdo, penſando, ſeq́; corã deo deiiciendo aut proſternẽdo, & eius miſericordiã iugiter implorãdo, [*Exaltabitur*] in hac vita per ſublimia dona gratiæ dei, & in futuro per alta dona gloriæ eius. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus vero dat gratiam. Hinc Moyſes ait, Anima quæ per ſuperbiã aliquid commiſerit, Iacob. 4.
quoniã aduerſus dominũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbũ enim domini contẽpſit. In Eccleſiaſtico quoq; habetur, Odibilis coram deo & hominibus eſt ſuperbia. Noli te extollere in faciẽdo opere tuo. Quãto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiã corã deo & hominibus. Vnde ſi- Rom. 12.
cut diſcretio ſeu prudẽtia vocatur quadriga virtutũ, quia in omni actu virtuoſo dirigit hominẽ, faciẽs eũ ſeruare modũ, vt ſit rationabile & diſcretũ eius obſequiũ: ita humilitas vehiculũ eſt virtutũ, promouẽs actus virtuoſos, ad ſpecialẽ complacentiã dei: & quanto quis vitam ſuã in profundiori, ſtabi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liori ac perfectiori humilitate fundauerit, tantò plus atque celerius in omni gratia & virtute proficiet, E
citiúsque ad perfectionem venturus est. Cur enim tam parum proficimus, cur ad iram & impatientiã
sumus tam proni, nisi quia syncera & plena humilitate caremus? Postremò & ipsa humilitas ab omni
vanitatis stultitia est diligentissimè custodienda, ne quis de ipsa sua humilitate inaniter glorietur, eri-
gatur, aut sibiipsi complaceat, alióst ve tanquã superbos diiudicet, & contemnat. [*Dicebat autem ei qui se in
uitauerat,*] scilicet principi pharisæorũ, cui pro refectione corporali, spiritualem ac meliorem retribuit,
instruens eum ad virtutes, [*Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos,*] id est, eos inter quos
& te est amicitia secularis atque politica, [*Neque fratres tuos, neque cognatos,*] id est, consanguineos seu af
fines, [*Neque vicinos diuites.*] Quod ait, diuites, referendum arbitror ad omnes præfatos, scilicet ad ami-
cos, ad fratres, ad cognatos. Si enim hi pauperes essent, meritorie inuitarentur: imò (cæteris paribus)
potius essent inuitandi quam alii, nõ principaliter neque duntaxat quia amici & fratres ac cognati, sed
quoniam pauperes & egentes, & potissimum intuitu & amore Christi ad gloriam dei: qui ita requirit
vt non solum dilectio, sed & ordo charitatis seruetur: qui exigit, vt propinquiores magis amentur, nõ
1.Timo.5. solum amore naturali, sed etiam spirituali cæteris paribus. Propter quod in Canticis sponsa testatur,
Ordinauit in me charitatem. Et Paulus apostolus, Si quis (inquit) suorum & maximè domesticorum
curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. De hoc Augustinus libro de doctrina Christia
na, & Thomas in secunda secundæ plenius tractant. Deinde Saluator ponit causam cur tales præfato F
modo inuitandi non sint, [*Ne forte & ipsi te reinuitent,*] vt carnalibus moris est, [*Et fiat tibi retributio*] cor
poralis in hac vita, ita quod apud deum mercedem non habeas. Dicit autem hic Beda, Fratres & ami-
cos ac diuites alterutrum conuiuia celebrare, non quasi peccatum Christus interdicit: sed sicut cætera
necessitatis humanæ commercia, ad promerenda vitæ cælestis præmia nil valere ostẽdit: cui simile est
Lucæ.5. quod alibi dicit, Si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ gratia est vobis? Hinc Gorra testatur,
Amici & fratres & cognati atque vicini, aut sunt pauperes, & tũc meritorie inuitantur: aut sunt diui-
tes, & tunc aut vocantur, propter faciendam mutuam charitatem, & sic est meritorium: aut propter la
sciuiam seu aliam malam causam, videlicet propter carnalia illa immoderata solatia, & tunc est demeri
torium: aut propter quãdam liberalitatem & amicitiam naturalem, & sic est quasi indifferens. [*Sed cum
facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos,*] qui si ire nequiuerint, adducẽdi seu apportãdi sunt
[*Et beatus eris,*] id est, pro tanta pietate ex charitate procedente æternã beatitudinem cõsequeris, [*Quia
non habent retribuere tibi*] in hac vita beneficium corporale: in spiritualibus tamen possunt ac debent re-
pẽdere, orãdo fideliter pro benefactoribus suis, [*Retribuetur enim tibi*] id est plena merces tibi à deo præ
stabitur, scilicet duplex stola, seu corporis & animæ glorificatio sempiterna, si interim beatitudinem a-
nimæ nõ fueris consequutus, [*In resurrectione iustorum,*] .i. in die nouissimo, per hoc quod inter electos
resurges. Vnde resurrectio illa finalis, quãuis bonorũ erit atque malorum, specialiter tamen dicitur es- G
se iustorũ, quoniam illis erit ad gloriam, reprobis ad miseriam. ¶ Porrò moraliter, cum facimus pran-
dium. i. cũ ad orationes aut celebrationes accedimus, vt spiritualiter reficiamur, & de mẽsa domini cõ-
municemus, non solùm oremus pro amicis & parentibus ac cognatis, & pro diuitibus. i. pro iustis qui
in charismatibus spiritus sancti abundant, sed etiam pro inimicis & peccatoribus, qui vere & infeliciter
pauperes sunt. Sed in hoc multi deficiunt, quia pro inimicis raro, aut tepide orãt, pro amicis & pro
pinquis frequẽter, quod est quasi reliquias mensę suæ mittere principi. Præterea inuitationes atq; cõ
uiuia ex diuersis causis procedunt. Primò, ex naturali dilectione, sicut de filiis Iob patet: Si tamen na-
turalis dilectio spirituali dilectione formetur, ac eleuetur ad deum, tũc hoc meritoriũ erit, sicut de fi-
Iob.1. liis Iob credendum videtur, quia Gregorius dicit eos fuisse iustos. Secundo, ex pietate, sicut fecit Tobias.
Tertiò, ex reuerentia, sicut Matthæus fecit Christo: sicque religiosis & iustis facere cõuiuium ex
reuerentia, in quantum sunt per antonomiam famuli dei, valde est meritorium. Quarto ex liberalita-
Lucæ.5. te, sicut in Tobia legitur de Raguel. Quinto, ex approbata consuetudine, sicut in nuptiis: & hæc duo
si ex charitate fiunt, sunt meritoria. Sexto, ex ostẽtatione, vt legitur in Hester de Assuero. Septimo, ex
gulositate, vt patet in libris Regum de Nabal. Octauo, ex ambitione, vt faciũt canonici electione in-
stante, sicq; fecit Adonias. Nono, ex malignitate & simulatione, vt Absalon. ¶ Postremo Chrysosto-
mus ait, Non sub hac spe aliis beneficia conferamus, vt nobis retribuant: hæc enim frigida est intẽtio, H
& talis amicitia celeriter euanescet: si vero pauperẽ vocaueris, deum nunquam obliuiscẽtem habebis
debitorem. Quanto enim minor est frater, tanto magis Christus per eum accedit & visitat. Nam qui
magnum suscipit, sæpe propter vanam gloriã facit hoc, sed & vtilitas sępius quæritur, vt per illum pro
moueatur. Sed dicis, Immundus est pauper & sordidus. Laua eum & fac tecum in mensa sedere: si
vestes sordidas habet, mundum indumentum exhibeas. Christus accedit per eum, & tu friuola loque-
ris. Gregorius quoque Nyssenus hortatur, Non negligas iacentes, quasi nullo sint digni honore. Co-
gita quid sint, & pretiositatem eorum inuenies, id est, saluatoris induerunt imaginem, futurorum bo-
norum hæredes sunt, & regni cælestis clauigeri, accusatores & excusatores idonei, nõ loquentes, sed
inspecti à iudice. Itaq; (vt ait Chrysostomus) decet eos in solario reuerẽter locari, sed si hoc non pla-
cet, saltem deorsum vbi sunt subiugalia & ministri, Christum suscipias, fiat saltem pauper æditiuus, id
est domesticus tuus: & si non secum consedeas, mitte eis fercula de tua mensa. ¶ Mystice secundum
Origenem, Qui vanam gloriam vitat, vocat ad spirituale cõuiuium pauperes, id est, imperitos, vt eos
ditet: debiles, id est cõscientiã læsam habentes, vt eos sanet: claudos, id est declinantes à ratione, vt rec-
tas semitas faciant: cæcos, id est qui carent contemplatione virtutis, vt veram videant lucem. [*Hæc*]
.s. quod Christus dixit de beatifica retributione in resurrectione finali præstãda, [*Cum audisset quidam
de discũbentibus,*] tactus desiderio retributionis illius, [*Dixit illi,*] .s. Christo tanquã alludens verbis ipsi⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Beatus*]eſt iam in ſpe & in prædeſtinatione æterna, [*Qui manducabit panem,*]id eſt, ſpiritualiter reficie
tur clara & fruitiua diuinitatis viſione, quæ eſt panis, fortitudo atque refectio omnium electorum in
patria, puta[*In regno dei*]quod eſt triumphans eccleſia, ſeu beatificæ locus ac manſio viſionis. ¶ Præ-
tereà dicunt quidam quod iſte fuerit de opinione Sadducæorum, qui vitam futurã putãt eſſe carna-
lem, & quod cibum manducarent corporeum. Sed iſtud nõ eſt perite dictum. Sadducæi nanque pror
ſus negabant reſurrectionem futuram, dicentes animam eſſe mortalem, nec angelum eſſe nec ſpiri-
tum, prout in Actibus apoſtolorum habetur. ¶ Conſequenter Saluator per parabolam docet quã
multi per diuerſa obſtacula impediantur à reſurrectione beata, [*Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos.*]Per hunc hominem intelligitur Chriſtus, qui fecit cœnam, id eſt, beatificam æternæ glo
riæ refectionem ſuis præparauit electis: de qua ait Apoſtolus, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Ad hanc cœnam Chriſtus multos
vocauit, dicendo, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vnde ait in Pſalmo,
Annunciaui & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.[*Et miſit ſeruum ſuum,*] id eſt, apoſtolo-
rum omniúmque prædicatorum chorum ſeu ordinem. Sæpe etenim in ſcripturis fit ſermo de tota ali-
qua plebe ſeu multitudine, quaſi de vna perſona, ſicut in Exodo deus loquitur Pharaoni, Dixi tibi,
Dimitte filium meum, id eſt, populum Hebræorum, [*Hora cœnæ,*] id eſt, in hac vltima mundi æta-
te, in cuius fine cœna iſta exhibenda eſt plene cunctis electis, & interim à tempore paſsionis ſeu deſcẽ
ſus Chriſti ad inferos cœpta eſt dari, quoniam Chriſtus pretio ſui ſanguinis ianuam regni cæleſtis ape
B ruit: de hac hora ſcriptum eſt, Filioli nouiſsima hora eſt. Porrò refectio iſta beata dicitur cœna magis
quàm prandium, quoniam alia ei non ſuccedet refectio, & quies eterna ei adiuncta eſt, quemadmo-
dum cœnæ quies nocturna coniungitur: de qua cœna ſcriptum eſt in Apoc. Beati qui ad cœnam nu-
ptiarum agni vocati ſunt.[*Dicere inuitatis,*]id eſt hortari homines ad regni cæleſtis præmia promeren-
da,[*Vt venirent*]id eſt deum, proximoſq; amando, & iuſtè ac timorate viuendo, ad patriam beatorum
inceſſanter appropinquare ſtuderent, nempe amãdo & iuſte agendo, non corporaliter tranſeundo ve
nitur & propinquatur ad regnũ cæleſte, [*Quia iam parata ſunt omnia,*]id eſt ſuperna gaudia merito paſ-
ſionis Chriſti hominib⁹ ſunt parata, dummodo virtus, gratia ſeu meritum paſsionis Chriſti eis per ſa-
cramenta eccleſiæ applicetur, & ipſi obicem ſuæ non ponant ſaluti. ideo dicit Gregorius, Omnia ſunt
parata, quoniam Chriſto immolato patet introitus regni cæleſtis.[*Et cœperũt ſimul omnes excuſare*]ſe ab
executione operum virtuoſorum, & ab adeptione regni ſuperni, qui terrena & ſenſibilia potius quã
ſpiritualia & diuina amabant, ideo excuſauerunt ſe, & ſi non verbo, tamen facto. [*Primus dixit ei, villã
emi, & neceſſe habeo exire & videre illam, rogo te habe me excuſatum.*]Per primum hunc inuitatum, qui ex
occupatione circa villam quam emit neglexit deo ſeruire ac obedire, deſignatur pluralitas ſuperborũ
C & ambitioſorum, qui ita ſe occupant circa honorem, principatum, & excellentiã, acquirendos ſeu poſ
ſidendos in ſeculo iſto, quod diuina negligunt adimplere præcepta, nec ad æternos ſummæ beatitudi
nis aſpirant honores, ſed temporalia atque præſentia æternis præferunt ac futuris, propria excæcati ſu
perbia, quæ mẽtem ineffabiliter, damnabiliterque obtenebrat, ita quod fidem formatam & viuam nõ
habent, ſecundum quod talibus ait Saluator, Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam ab inuicem
accipitis, & gloriam quæ à ſolo deo eſt non quæritis? Superbia nanque & ambitio, impediunt mentẽ,
ne ſe creatori ſuo ſubſternat: idcirco influxum gratiæ eius nequit ſuſcipere. Porrò per hoc quod ait,
Rogo te habe me excuſatum, datur intelligi, quod ſuperbi ſicut & cæteri vitioſi, maximè tamẽ ſuper-
bi de ſuis ſe excuſant peccatis. Nã ſicut accuſatio ſuiipſius effectus eſt & ſignum, ſeu comes humilita-
tis: ita excuſatio propriorum vitiorũ eſt effectus, ſignum & comes ſuperbiæ: propter quod orat Pſal-
miſta deum, Non declines cor meũ in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Vnde ta-
liter ſe excuſanti dominus ait per Hieremiam, Et ego iudicio cõtendam tecũ, eo quod dixeris, nõ pec
caui. Poſtremò ſecundũ Gregorium, quod ait, Rogo te, habe me excuſatum, tantum eſt, ac ſi dicat, O-
ra pro me, quia conuerti non poſſum, ſicq; humilitas ſonat in voce, dum ait, Rogo te, ſuperbia verò in
actione dum venire contemnit.[*Et alter dixit, Iuga boum emi quinque,*].i. quinque paria boum,[*Et eo pro-
bare illa, rogo te habe me excuſatum.*]Per hunc ſecũdum intelligitur multitudo hominum anarorum, qui
ita circa terrenas diuitias congregandas, ac conſeruandas intenti ſunt, quod ſpiritualium ac cæleſtium
D obliuiſcuntur bonorum, ſicq; circa pecunias & poſſeſsiones ſuas afficiuntur, quaſi eas nunquã eſſent
amiſſuri, & quaſi non eſſet vita poſt hãc vitam, & tanquam corpus eſſet nobilius anima. Tanta deniq;
eſt grauitas huius peccati, vt auaritiam nominet ſeruitutẽ idolorum Apoſtolus. Et iterum, Radix (in
quit) omniũ malorũ eſt cupiditas. Nam ſicut idololatra colit idola ſua, falſósque deos magis quàm ve
rum deum: ita auarus plus cupit, amat & colit opes terrenas, q̃ deum altiſsimũ. Ideo ſapiẽs vir teſtatur,
Nihil iniquius quàm amare pecuniã. Et rurſus, Auarus animam ſuam habet venalem. Cum enim bo-
na temporalia ſint finaliter ordinata ad ſpiritualia bona, non plus debemus amare & congregare aut
retinere temporalia quàm neceſſe, ſeu vtile nobis eſt ad ſpiritualia obtinenda. Propter quod ait Apo-
ſtolus, Habentes victum & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidũt
in tentationes & laqueum diaboli. Prætereà ſecundum Gregorium, quoniam ſenſus corporales inter
na cõprehendere nequeũt, ſed ſola exteriora cognoſcunt, recte per ſecundũ, qui quinque iuga boum
emit, id eſt, quinque ſenſus exteriores à deo accepit, tanquã rationem redditurus de eis, curioſi ſignã-
tur, qui dum aliorũ quærunt vitam diſcutere, proprios defectus omittunt aſpicere. [*Et alius dixit, Vxo-
rem duxi, & ideo non poſſum venire.*]Per hunc deſignant luxurioſi. Nã quamuis matrimoniũ ſit bonũ ac
licitũ, atq; ad propagandam ſobolẽ diuina prouidentia inſtitutũ, multi tamẽ per hoc nõ fœcunditatem
prolis, ſed turpitudinem expetunt voluptatis. Ideo per rem iuſtã ac licitam, non incongrue deſignatur

Actu.24.
Eſaiæ.64.
1.Cor.2.
Matth.4.
Pſalm.39.
Exod.4.
1.Ioan.2.
Ioann.5.
Pſal.140.
Hiere.2.
Ephe.5.
1.Timo.6.
Eccleſ.10.
Ephe.3.
1.Tim.6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

res impia, vt dicit Gregorius. Et quia voluptas carnalis fortiſsimè ligat & occupat, infimiſque immergit hominem, ideo tertius iſte non dixit, Rogo te habe me excuſatũ, ſed ſimpliciter loquitur, non poſſum venire: nam & ipſa voluptas carnalis parit acediam atque faſtidium diuinorum, facítque hominẽ ad virtutum opera impotẽtem. Propter quod in Oſea habetur, Fornicatio & ebrietas & vinũ auferũt cor. Itaque Chriſtus in iſta parabola denotat, quod per ſuperbiam, auaritiam atque luxuriã homines à ſua præcipuè impediantur ſalute. Ideo Ioannes aſſerit, Omne quod eſt in mundo, concupiſcẽtia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. [*Et reuerſus ſeruus*,] id eſt ordo prædicatorum ab actu prædicationis ad contemplationis quietem reuertens, quia poſt operum exteriorum exequutionem, debet prædicator atque prælatus ad interiora ſua redire, deo vacare, & coram eo cor ſuum effundere. [*Nunciauit hæc*] per interiorem confeſsionem & alloquutionem, [*Domino ſuo*,] ſcilicet Chriſto. Prędicatores nanque & prælati deuoti ac feruidi zelo ſalutis proximorum ſuccenſi, deo doloroſe ac pie conqueruntur, dum parum aut nihil proficiunt: ſicut & maximè gaudent, dũ multos conuertunt: quẽ admodũ Apoſtolus, Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio eſt pro vobis, repletus ſum cõſolatione, ſuperabũdo gaudio in omni tribulatione noſtra. Dicitur autẽ ſeruus domino Chriſto nũciare, non quaſi ipſe ignoret quid geſtum ſit, ſed vt nos ordinem parabolę ſiue hiſtoriæ intelligamus. [*Tunc iratus paterfamilias*,] ſcilicet chriſtus propter tantam hominum ingratitudinem. Ira autem nõ cõpetit Chriſto ſecundum ſuam diuinitatem quantum ad paſsionum affectus, ſed quo ad ſimilitudinem operis. Porrò ira per zelum, quæ eſt appetitus vindictæ ſecũdum rationis dictamen, fuit in Chriſto ſecundum ſuam humanitatem. [*Dixit ſeruo ſuo*,] id eſt, ordini prædicatorum ſuorum præcepit, [*Exi*] à cõtemplatione ad aliorum informationem, ac cõuerſionem [*Cito*,] quia periculum eſt in mora, & ſine dilatione prouidendum eſt animarum ſaluti. quo verbo redarguuntur prædicatores & prelati ignaui & tardi, qui facili occaſione prædicationem omittunt aut differunt. [*In plateas & vicos ciuitatis*.] Per ciuitatem hoc loco intelligitur ſynagoga, quæ fuit aliquando ciuitas dei, ſicut nũc eſt eccleſia, fuítq; ſynagoga lege munita, quaſi muro clauſa: per plateas quoq; ſignãtur multitudines hominum maiores: per vicos autem, minores, quia non multis tantũ, ſed & paucis eſt prædicandum. vel per plateas notantur qui in proſperis quaſi in latitudine erant, per vicos qui aduerſitatibus premebantur. Platea enim eſt latior vico. [*Et pauperes*,] .i. gratia dei ac ſpiritualibus donis carẽtes, [*Et debiles*] ad bene agẽdum. Peccatũ enim vulnerat naturalia, ita vt vires animę fiant debiles ad actus virtutum, [*Cæcos*,] .i. veritatis notitia deſtitutos, [*Et claudos*] .i. rectitudinẽ iuſtitiæ non ſeruantes ſiue inſtabiles, qui quaſi in vtranque claudicant partem, dũ in nulla virtute conſtantes exiſtũt, de qualibus fertur in Pſalmo, Filii alieni inuetærati ſunt & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Vnde & in libris Regum inſtabilibus filiis Iſraël ait Helias, Vſquequo claudicatis in duas partes? [*Introduc huc*] .i. ad regnum cæleſte perducere ſtude, prædicando, orando, exemplariterque viuendo. Itaq; principibus ſacerdotum & maioribus Iudęorũ ad Chriſtum conuerti nolentibus, multa millia ex minoribus eiusdem populi ſunt conuerſa, ſicut in Actibus deſcribitur. Nam (vt ait Gregorius) hos elegit deus, quos deſpicit mundus: & ipſa deſpectio plerunque hominem reuocat ad ſeipſum, & tanto celerius dei vocem aliqui audiunt, quanto minus in mũdo hoc habent vbi delectẽtur. [*Et ait ſeruus, Domine, factum eſt vt imperaſti*,] id eſt, Iudæis prædicauimus ſicut iuſſiſti, quamuis non omnes cõuerti voluerint vt mãdaſti. [*Et adhuc locus eſt*,] .i. adhuc vacãt loca in regno cæleſti, in quibus recipi queant gẽtiles. Non enim numerus hominum prædeſtinatorum ex Iudæis erat implẽdus in cælis. [*Et ait dominus ſeruo, Exi in vias & ſepes*,] .i. ad populos gẽtiles per lata perditionis itinera incedentes, qui lege caruerunt diuina Iudæis collata, ſicq; quaſi agreſtes fuerũt, propter quod per ſepes ſignantur. Itaq; primò fuit prædicandum Iudæis, deinde gentilibus. Propter quod Paulus & Barnabas loquũtur Iudæis, Vobis oportebat primum loqui verbum dei, ſed quoniam repuliſtis illud, conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. [*Et compelle intrare*,] .i. quaſi importune & per comminationes dãnationis æternæ inſtiga illos, vt conuertãtur: prout ait Apoſtolus, Prædica verbum, inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa, in omni patiẽtia. Vnde per Hieremiam dominus loquitur, Nunquid nõ verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram? Itaque & ait, compelle intrare, non intelligitur de coactione abſoluta atq; omnimoda, quia ſic liberum arbitriũ cogi non poteſt, nec deus vult habere coacta obſequia, ſed aliquali & inductiua, [*Vt impleatur domus mea*,] .i. numerus prædeſtinatorum cõpleatur in cælo, de qua ait Saluator, In domo patris mei mansiones multæ ſunt. de qua & illud Baruch poteſt exponi, O Iſraël quam magna eſt domus dei, & ingens locus poſſeſsionis eius, magnus & non habens finẽ, excelſus & immenſus. Sed ſi finẽ nõ habet, quomodo poteſt impleri? Et reſpondendum, quod immenſus vocatur, nõ propter interminabilitatẽ, ſed ob ſuam latiſsimam & ineffabilem capacitatem. [*Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum*,] vtpote ſe excuſantium, [*Qui vocati ſunt*] vocatione exteriori per prędicatores [*Guſtabit cœnam meam*] id eſt æternam cæleſtis felicitatis ſuauitatem non experietur. Hoc quoque notandum, quod deus interdum vocat inſpiratione interna, interdum prædicatione externa, aliquando beneficiis, quandoque flagellis: ad quod deſignãdum dicit in Canticis quater, reuertere. Sic enim ait ibidẽ ſponſus cæleſtis, Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere. [*Ibant autem turbæ multæ cũ eo*,] .ſ. cum Ieſu ob varias cauſas, vt dictũ eſt ſæpe. Etenim eloquẽtia ſuauiſsima prædicationis eius, eminentia miraculorũ, morũq; venuſtas, turbas attraxit. [*Et cõuerſus ad illos*,] quia faciẽ ſuam corporalem, interiorẽ quoq; pietatis ſuæ reſpectũ, & bonorũ ſuorũ ſpũalium cõmunicationẽ cõuertit ad eos: ita & nos ſi cor noſtrũ ad ipſum cõuertimus, ſi eũ ſequi conamur, ſi eius deſideramus clemẽtiã, ſtatim pietatis ſuæ affectũ nobis impẽdit, ſicq; ad nos ſe cõuertet: quẽadmodum per Zachariã teſtatur, Conuertimini ad me dicit dominus exercituũ, & cõuertar ad vos, dicit dominus exercituũ. [*Dixit, Si quis venit ad me*,] .i. me ſequi voluerit

Oſeę.4. 1.Ioan.2. 1.Cor.7. Pſalm.17. 3.Reg.18. 1.Reg.18. 2.Timo.4. Hiere.24. Baruch.3. Ioan.14. Cantic.6. Sapien.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A per vitæ aſsimilationem & debitam ſeruitutem, [*Et non odit patrem ſuum & matrem & vxorem & filios & fratres & ſorores.*] Omnes iſtæ perſonæ odiendæ ſunt ſeruis Chriſti, nõ quantũ ad id quod habẽt à creatore, videlicet quo ad eſſe naturæ ſuę aut gratię, ſed quãtũ ad id quod habẽt à ſeipſis, hoc eſt à propria inordinata voluntate, vtpote quantum ad culpam & impietatem quam habent, qua etiam nobis in via dei contrariantur, à ſalute nos nitendo retrahere, aut à profectu virtutum. Natura autem & perſona amandæ ſunt. iuxta prætactam diſtinctionem homo conformat ſe deo: qui omnia amat ſecũdum id quod ſunt per naturam, gratiam aut gloriam, prout Sapiẽs loquitur, Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Nihilominus odit iniquos ſecũdum quod tales, quemadmodum in eodẽ libro ſcribitur, Odio ſunt deo impius & impietas eius. Atque in Pſalmo, Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, Per Hieremiam quoque, Non eſt anima mea ad populum iſtum. [*Adhuc autem & animam ſuam,*] id eſt, ſeipſum, ponendo partem pro toto. Eodem equidem modo debemus diligere & odire nos, quo & proximos. Cum enim amare ſit alicui bonum velle, odire autẽ alicui malum velle: debemus nos ipſos, aliósq; diligere, nobiſipſis ac aliis neceſſaria naturæ, donáque gratiæ & munera gloriæ ſempiternæ optando ac imprecãdo. Porrò noſipſos ac alios debemus odire, id eſt, impietates noſtras ac alienas abhorrere, & velle non eſſe, atque pro malis culpæ mala pœnæ nobis ac aliis affectare zelo iuſtitiæ, imò & noſipſos ac nobis cõmiſſos debite caſtigare, inordinatis affectibus & carnalibus
B concupiſcentiis reluctari. Iſtud eſt bonum, virtuoſumque odiũ ex ſpirituali procedens amore, de quo ait Pſal. Perfecto odio oderam illos. ſicq; Dauid odiuit ſeipſum cum deprecatus eſt deum, dicẽs, Vertatur obſecro manus tua in me, & populus tuus non percutiatur. [*Non poteſt meus eſſe diſcipulus,*] id eſt, veraciter Chriſtianus, vtpote meæ doctrinæ obeditor, ſeu adimpletor. ¶ Prætereà quæritur, an iſtud, ſcilicet odire parentes & cęteros atque ſeipſum, ſit conſilium vel præceptum? Et reſpondendum quod ſecundum aliquẽ modum ac ſenſum eſt præceptum, & aliquo modo conſilium. Eſt enim præceptum quantũ ad hoc, vt carnales affectus prædictarũ perſonarum contrarios charitati ſpirituali abiiciamus, & item vt præfatas vitemus ac odiamus perſonas quantum ad hoc, ꝙ nos ab impletione præceptorum impedire nituntur. Sed eſt conſilium quo ad hoc, vt carnales affectus carnaliterq; propinquos ſiue coniunctos odiamus, relinquamus, vitemus, quantum ad hoc quod nos impedire nituntur, aut poſſunt à ſpirituali profectu, ad perfectionem tendente per actus & opera ſupererogationis, vt ſcilicet carnales præfatarum perſonarum affectus abiiciamus, non illos duntaxat qui charitati diuinę cõtrariantur directe, ſed illos quoque qui charitatis profectum, ardorem & perfectionem impediunt. [*Et qui non baiulat crucem ſuam,*] id eſt, opera pœnitentiæ non exercet, corpus per abſtinentiam non affligit, proximis ſuis non condolet tempore opportuno [*Et venit poſt me,*] talia bona exercendo, non vana intentione pro laude humana, ſed ad laudem & gloriam dei, ędificationémque proximi; ſecundum quod ego feci, prout apud Ioannem proteſtor, Ego non quæro gloriam meam, ſed honori-
C fico patrem meum, [*Non poteſt meus eſſe diſcipulus.*] iſtud quippe loquendo in genere, ad omnem pertinet Chriſtianum, dicẽte Apoſt. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis. Iſtud etenim aliud prorſus nõ eſt, niſi per arctam viam incedere, quæ ſola ad ſalutem perducit: ſicq; iſtud eſt præceptum, nõ conſilium. Poteſt tamen exponi vt ſit conſilium, eritq; ſenſus, Qui non baiulat crucem ſuam. i. ſeipſum totaliter non mortificat, ſe & cætera hæc terrena propter deũ derelinquẽdo: & venit poſt me, id eſt, me ſequutus nõ fuerit per ſemitas perfectionis, videlicet per ſpõtaneam paupertatem, perpetuam caſtitatem, plenámque obedientiam, quæ ſunt ſubſtantialia omnium ordinum, non poteſt meus eſſe diſcipulus, id eſt, imitator perfectus, non ſolum in præceptis, ſed & in conſiliis euangelicis obſeruandis me audiens, atque efficaciter acquieſcens. Denique quod documenta inducta obſeruanda ſint cunctis fidelibus ſaluari optantibus, præſertim ad perfectionem virtutũ in hac vita pertingere cupientibus, Chriſtus conſequẽter declarat per duas ſimilitudines ſiue parabolas. Primam tãgit dicẽdo. [*Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens, computat ſumptus qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum? Ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & nõ potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei, dicẽtes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.*] Hoc in exterioribus
D ita eſt, quòd homo prouidæ mẽtis nõ incipit aliquid ędificare, niſi ante pręcogitet an habeat facultatẽ cõſummandi ſtructurã, ne ſi aliter euenerit, cuncti aſpiciẽtes irrideant eũ, quòd ſe incõſiderate habuerit, inchoando quod cõplere nequiuit. cõformiter eſt in ſpiritualibus, quod ſi quis fideliũ propoſuerit ſeu in religione profeſsionem fecerit, ſe ad apicem humilitatis aliarumq; virtutum eminentiã, ſeu vitę perfectionẽ quotidie tranſiturũ, antequã iſtud attentet ſeu inchoet, perpendere, præmeditariq; debet, an poſsit cõtinuare atq; perficere quod cupit incipere, vtpote an ſit diſpoſitus, aptus, idoneus ad exercitia vitę intentę. Quod ſi in ſeipſo viribus propriis ſe ſufficientẽ non inuenerit ac potentem, debet in deo cõfidere, eiusque implorare auxilium, & impedimenta ſuæ vitare ſalutis. Iſti enim ſunt ſumptus neceſſarii ſibi ad cõſummandũ quod aggredi debeat & optet. Vnde ſi iſta non egerit, in proceſſu deficiet, & hoſtes ſuæ ſalutis ſpũs maligni videntes eũ in proceſſu ſuccũbere, irridebunt, atq; de ſua perditione gaudebũt. Vnde Gregorius, Omne quod agimus pręuenire per ſtudiũ cõſiderationis debemus. Hoc eſt quod in Eccleſiaſt. docetur, Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Apoſtolus quoq; ait, Sine præiudicio. i. præuio iudicio nihil facias. Hinc prouidentia ponitur pars prudentiæ, quia per prouidentiã futura cauentur pericula, & de neceſſariis prouidetur. Porrò diaboli & vaſa eorũ. ſ. homines impii qui bonos à via ſalutis retrahere moliũtur de eorũ ꝓditione, ſeu apoſtaſia, quos tentando ſuggerendoq; vicerint, gloriãtur: iuxta illud Eccleſiaſtici, Si præſtes animæ tuæ concupiſcẽtias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Atque in Pſalmo, Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero, ego autem in miſericordia tua ſperaui. Idcirco in Eccleſiaſtico vir ſapiẽs orat, quod & nos ſem-

Matth. 5. Sapi. 11. Pſalm. 5. Hiere. 15. Pſalm. 138. 2. Reg. 24. Ioan. 8. Galat. 5. Matth. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psalm.12. per orare debemus, Domine pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & consilio E illorum, & incidam inconspectum aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Itaque pessimos ac inuidissimos aduersarios nostros diabolos, nil aliud nisi animarum nostrarum sanguinẽ sitientes non lætificemus, negligenter & viliter nos habendo, mundanas consolatiunculas exquirendo, mẽtis custodiam omittendo: sed in lingua cunctisq; sensibus & cordis custoditione iugiter custoditi esse conemur.

¶Postremò parabola ista religiosis potissimum est pensanda, ne tempore procedente tepescant, sed quotidie feruentiores effici satagant, ne cõueniat illis illud Apostoli, Sic stulti estis, vt cum spiritu cœ-
Apoca.2. peritis, nunc carne consumemini. Vnde in Apocal. christus ait cuidam, Habeo aduersus te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & pœnitentiã age. Aduertant hæc qui sibi in claustris de annorum quibus fuerunt in ordine multitudine blandiuntur, cum tamen adhuc leues & passionati monstrentur. Sed & omni Christiano consideranda ac metuenda sunt ista, præsertim cum in via dei non progredi sit retroire. Deinde secunda parabola subditur, [*Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nonne prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt.*] Parabola plana est, quia rex prouidus contra alium regem pugnaturus, si viderit regem alium multo potẽtiorem, ante congressum pacem componit cum illo si potest, nec se committit periculo. Ita & nobis si F contra principem seculi huius diabolum prævalere optamus, necessarium nobis est proprias vires pendere: quod si conspexerimus nos nõ posse propria virtute aciem dæmonum expugnare, ad dei auxilium debemus confugere, & vanam securitatem abiicere. Porrò cum diabolo pacem inire, vt ab impugnatione desistat vituperabile est, quia cum illo nequaq; cõcordare debemus. Vnde sicut in rege se inferiorẽ cernente, pacem ab aduersario postulare ex infirmitate procedit, quãuis aliquo modo prouidentiæ ascribatur: ita & diabolo concordare. i. malle peccare, quàm cõtra tẽtationes viriliter dimicare, ex infirmitate & imperfectione hominis talis causatur. Quidam autẽ per regem contra quẽ homo tendit ad prælium, intelligunt deum, cõtra quem quasi pugnare præsumunt. qui seipsos excusant, iusti-
Roma.10. ficãt, & meritis suis saluãdos se esse de iure cõtendunt, de qualibus dicit Apostolus, Quod dei iustitiã ignorantes, & suam volentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Hi ergo redeũtes ad cor, & se suis operibus non posse secũdum iustitiæ rigorem saluari, nisi ad immensam dei confugiant pietatem: iuxta illud Iob, Non iustificabitur homo compositus deo, & si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere vnum pro mille. Hoc ergo pensantes, cũ Christus rex adhuc longe est. i. iudiciũ differt, &
2.Cor.5. corporaliter ac visibiliter in cælo consistens nondũ apparet, legationem mittunt, hoc est, per opera satisfactionis deo reconciliari precãtur, & pacem cum ipso adipisci nituntur, sicut hortatur Apostolus, Obsecramus pro Christo recõciliamini deo. Itaq; flẽdo, abstinẽdo, orando, offerẽdo, & alia opera virG
Iob.9. tuosa agendo cum iudice Christo cõponunt, seq; in cunctis humiliant, sicut sanctus Iob egit dicendo, Si me iustificare voluero, os meũ cõdemnabit me: etiam si habuero quidpiam iustum, non respõdebo ei, sed vt meum iudicem deprecabor. Idem fecit B. Dauid orando, Non intres in iudicium cum seruo
Psalm.142. tuo domine. [*Si ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus,*] id est qui caute non habuerit se, abiiciendo cupiditatum & carnalitatum affectus, & cætera quæ profectum virtutum impediunt, non potest verè realiter dici discipulus meus, quia doctrinæ meæ non acquiescit: sicut non potest prudenter ædificare qui sumptus non prouidet. ¶Porrò, si quod dictum est de odio parentum & propinquorum ac propriæ animæ, exponatur vt est consilium, tunc renunciare hic sumit pro omnimoda derelictione omniũ possessionum seu propriorũ, quod est religiosorum, qui cum Petro apostolo dicere possunt Christo, Ecce nos reliquimus omnia. Si vero exponitur vt est præceptum, tunc renũciare designat abiectionem immoderatæ affectionis & curæ circa possessa: sicque accipit Beda, Distat (inquiens) inter renunciare omnibus & relinquere omnia. Paucorum enim, scilicet perfectorum est relinquere omnia, id est, curas mundi postponere: cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus, hoc est, sic tenere quæ mundi sunt, vt tamen per ea non teneantur in mundo, sed licite eis af-
Psalm.61. ficiantur atq; vtantur. Hoc est quod hortatur Psalmista, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et A-
1.Cor.7. postol. Reliquum est, vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes: & qui vtuntur hoc mundo H tanquam non vtentes. Præterit enim figura huius mundi. [*Bonum est sal.*] Est enim vtile valde, ac necessarium ad condimenta ciborum. [*Si autem sal quoque euanuerit,*] id est, vigorem suum amiserit, & corruptionem incurrerit, [*In quo condietur?*] id est, aptum non erit vt alicui misceatur cibario, [*Neque in terram neque in sterquilinium vtile est.*] Terram enim à sua impedit fœcũditate: nec expedit ipsum miscere fimo seu sterquilinio ad terram fœcundandam, [*Sed foras mittetur,*] i. eiicitur tanquam omnino inutile. Per hoc Saluator insinuat, & simili modo oportet discipulũ suum omnibus renunciare, ne per terrenorum carnaliumq; amorem euanescat, esse gratiæ ac virtutum perdendo, & putrefiat vitia incurrẽdo, sicq; ad nihil valeret, nisi vt in ignem mittatur gehennę: sicut apud Ioannem loquitur Christus, Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignẽ mittent. Denique per sal intelligitur sapientia seu discretio, quæ omni opere virtuoso necessaria est, & condimẽtum largitur. Ad quod designandum deus in Leuitico præcepit, Quicquid obtuleris sacrificii, sale condies, itémque, In omni sacrificio offeres sal. Et apud Marcum admonet Christus, Habete in vobis sal, id est discretionem. vt scilicet iuxta Pauli doctrinam, Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. Si ergo sal istud euanuerit, hoc est, si per indiscretionem & negligentiam nostram lumen discretionis ac sapientiæ amiserimus, in quo condietur. i. quid eo perficietur? Constat quod nihil, cum sit corruptum. Ideo foras mittetur, id est tolletur, esseq; desinet in eo in quo fuit. Rursus per sal designatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A prælatus ac prædicator, ſeu doctor aliorum, cuius eſt audientium corda diſcretione condire, ſapientia erudire, ad guſtum virtutum & ſpiritualium rerum ſaporem perducere. Hinc in Matthęo chriſtus ait apoſtolis, Vos eſtis ſal terræ. Sal quippe (vt dicit Euſebius) ſecũdum ſubſtantiam ex aqua conſtat, mo dicũ terreſtreitatis participante, deſiccatque fluidam naturam vel materiam corporum corruptorũ, & mortua corpora conſeruat. Hinc Chriſtus diſcipulos ſuos recte comparat ſali, quia alios regeneraturi erant ex aqua & ſpiritu, corruptámque hominum vitam à fluxu vitiorum debebant reſtringere. Porrò, ſi ſal iſtud euanuerit, id eſt, ſi prædicator ſiue prælatus aliqua vitioſa affectione corrumpatur in mẽte, [*in quo condietur?*] id eſt, ineptus erit aliorum corda præfato modo condire, ita quòd nec in terram, nec in ſterquilinium vtilis erit, hoc eſt, nec ad hoc vt his præficiatur qui ſani ſunt mente & fœcundi vt terra, nec his qui inſtar ſterquilinii vitiis & carnalitatũ ſuarum fętoribus ſqualent ſordentque, iuxta illud Ioëlis, Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, hoc eſt, carnales in gulæ atque luxuriæ inquinamentis corrupti ſunt. Poſtremò, quia præhabita Chriſti eloquia erant obſcura, parabolica & profunda, hortatur ad ſagacem dictorum ſuorum intelligentiam, vel quia ſaluberrima ſunt, monet vt efficaciter impleantur, [*Qui habet aures audiendi*] hoc eſt, intellectum habet bene diſpoſitũ & capacẽ, [*Audiat,*] .i. aduertat, agnoſcat & impleat quæ iam dixi. Itaque de interioribus auribus, obedientiali quoque auB ditu, dicit hoc Chriſtus.

¶ Expoſitio Cap. xv. [*Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum.*] Artic. xxxviii.

QVia Saluator verbis & factis exhibuit, miraculiſque oſtendit ſe potẽtiſsimum atque piiſsimum medicum animarũ, & tã per comminationes æternæ damnationis, quàm per promiſsiones perpetuæ ſaluationis hortabatur ad pœnitentiã peccatores: hinc confluebant ad ipſum, ſicut iam recitat Euangeliſta [*Erant autem appropinquantes ei publicani,*] hoc eſt, qui publicis negotiis intendebant, videlicet vectigalia, ſeu tributa exigẽdo, leuando aut conducendo. Et quoniam tale officium vix aut raro fit abſque peccato, ideo phariſæi & ſcribæ publicanos reputabãt magnos atque notorios peccatores. Hi ergo, [*Et peccatores,*] hoc eſt, qui minus vitioſi erant, aut putabantur, iſti appropinquauerunt Chriſto corporaliter & ſpiritualiter, ſcilicet localiter accedẽdo ad eum, ſecundum ſuam circunſcriptam humanitatem, & mentaliter ſe vertendo ſeu diſponendo ad ipſius incircunſcriptibilẽ deitatẽ, ſeu ad eius charitatem & gratiam, [*Vt audirent illum*] auribus mentis & corporis. Chriſtus nanque aliquos talium gratioſè pręuenit, attraxit, conuertit. Concurrerunt quoq; ad ipſum propter incomparabilis ſuæ eloquentiæ motiuam & affectuoſiſsiC mam venuſtatem, ob morũ eius condecẽtiam, ob vitæ & famæ eminentiam, ob miraculorum claritatem & abundantiam, & præſertim quoniam Chriſtus valde charitatiuum, dulcem, compaſsiuum, & pium ſe eis exhibuit, ſicut mox ſubditur, [*Et murmurabant phariſæi & ſcribæ, dicentes, Quia hic*] Ieſus [*Peccatores recipit, & manducat cum eis,*] quaſi dicant, nõ docet, cum Salomon dixerit, Viri iuſti ſint tibi cõmẽ ſales. Et Pſalmiſta, Superbo inquit & inſatiabili corde, cũ hoc non edebã. Et item, Cum peruerſo peruerteris. Sed Chriſtus qui peccare non poterat, atque ad hoc venit in mundũ, vt peccatores intus curaret atq; cõuerteret, abſque periculo, & cũ fructu ingenti peccatoribus ſe adiunxit, ac conueſci dignatus eſt, nec præfatis authoritatibus prohibebatur, quin iuſti hac intẽtione poſſent ſe peccatoribus ſociare, vt eos ad dei obſequium, perpetuãq; ſalutem induceret. Chriſtus quoq; in cuius aduentu tẽpus gratię, & lex charitatis cœperũt, veterẽ legem non fregit, ſed perfecit, omnẽq; charitatem verbo & factis edocuit. Porrò phariſæi qui erant religioſi Iudæorũ, & ſcribæ qui fuerunt doctores eorum, non vere charitatiui & iuſti, ſed magni & ſapiẽtes in oculis ſuis, falſęque iuſti indignati ſunt de Chriſti clemẽtia, de qua gaudere debuerant. Falſa nanq; iuſtitia habet indignationem, vera iuſtitia compaſsionẽ, ſecundũ Gregorium.

Eccleſi.9. Pſalm.110. Pſalm.17.

¶ Inſuper Chriſtus ſolitus vti parabolis, per quaſdam parabolas oſtendit phariſæorum, ac ſcribarum errorem, ſeque agere quod ad ſuum pertinebat officium, quod fuit peccatores conuertere, perditos quærere, ſpiritualiter mortuos per gratiam viuificare, per peccata diſperſos in deo per fidem D & charitatem colligere. Hinc ſubditur prima parabola, {*Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, &c.*] Parabola iſta ad propoſitum Chriſti declarandum aptiſsima fuit, & eſt, atque planiſsima. Aliud nẽpe oſtendere nõ intendit per eã, niſi quod ex quo homo multas poſsidẽs oues, ſi vnam amiſerit, diligenter eam inquirit, atque inuentã hilariter recipit: multomagis filius dei omnium dominus, genus humanum, ſeu peccatorum collegium quod amiſit, per illius propriam culpam & dæmonis fraudem, requirere debuit per ſuam pietatem & gratiam, atque recipere ad pœnitentiam & ſalutem. Per hominem itaque iſtum intelligitur Chriſtus, qui habuit centum oues, hoc eſt, vniuerſitatem angelicorum ſpirituum & genus humanum. Etenim angeli ſancti oues ſunt dei, propter ſuam innocentiam ac beatificam refectionẽ, qua indeſinenter paſcuntur à deo. Similiter homines oues ſunt dei, iuxta illud Pſalmiſtæ, Nos autẽ populus eius & oues paſcuæ eius. Quod de bonis hominibus creatori ſuo ſubiectis, & ab eo per chariſmata gratiæ & ſacramenta eccleſiæ paſtis potiſsimum verum eſt, quarum paſtor eſt Chriſtus: quia ſub virga ſuæ directionis ambulant, dũ ſecundum Euangelicæ legis præcepta fideliter conuerſantur, de quibus apud Ioannem proteſtatur, Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meę, & animã meam ponã pro ouibus meis. Dicũtur autẽ oues hæ centũ, propter numeri huius perfectionẽ. Harum vero ouium periit vna, quia in primis parẽtibus perdita fuit natura humana. Nam ſecundũ Apoſtolum, In vno cecidimus, & in Adam peccauimus o-

Pſalm.94. Ioan.10. Roma.5. Epheſi.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mnes,ita quod eramus natura filii iræ. [*Nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illã quæ perierat,donec inueniat eam?*]Hoc fecit vnigenitus filius dei,dum ciues cæleſtes,puta angelicos ſpiritus,in cælo quod homo deſeruit peccando,reliquit: & non angelum, non legatum miſit, ſed in propria venit perſona,aſſumpta in vnitate perſonæ natura humana,quæſiuitque genus humanum,pro illius conuerſione,reductione,ſaluatione orando,prædicando,miracula faciendo,moriendo,ſpiritum ſanctum mittendo ſeu infundendo,apoſtolos cæteróſque diſcipulos deſtinando:ideo ait Apoſtolus,Fidelis ſermo & omni acceptione dignus,quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Et per
Zacha.2. Zachariã,Lauda & lætare filia Sion,quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui,ait dominus. Et applicabunturgentes multæ ad dominum in die illa,& erunt mihi in populum.

¶Porrò hæc applicatio populorum ad deum, eſt eorum conuerſio atque inuentio,qua inuenti ſunt à
1.Petri.2. Chriſto:quibus in prima canonica ſua loquitur Petrus,Eratis aliquando ſicut oues errantes,ſed conuerſi eſtis nũc ad epiſcopũ & paſtoré animarum veſtrarũ.[*Et cum inuenerit illam,imponit in humeros ſuos gaudens.*]Hoc egit Saluator,quia dum quoſdam Iudęorum conuertiſſet,pro illis & pro cunctis electis hominibus propriis humeris crucem tulit ad ſupplicii locum, quod faciendo peccata noſtra ſuper ſe ſumpſit,portauit & luit.Propter quod per Eſaiam ſcriptum eſt,Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,&
Eſaiæ.58. liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus,vnuſquiſque in viam ſuam declinauit,&
Pſalm.68. dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Vere languores noſtros ipſe tulit,& dolores noſtros ipſe portauit.Hinc Chriſtus fatetur in Pſalmo,Quæ non rapui,tunc exoluebam.

¶Denique Chriſtus hæc fecit gaudens,quia licet de paſsionis ſuæ acerbitate vehementer doleret,nihilominus de paſsionis eiuſdem fructu ſecundum ſuperiorem animæ portionem gaudebat.[*Et veniens domum,conuocat amicos & vicinos,dicens illis,Congratulamini mihi,quia inueni ouem meam quæ perierat.*] Sic Chriſtus in die aſcenſionis reuertens ſecundum naturam humanam ad cælum empyreum, de quo ait Apoſtolus,Quam ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam æternam in cælis. Et
2.Cor.5. Chriſtus,In domo patris mei manſiones multę ſunt.illuc Chriſtus ouem perditã reportauit,quoniam
Ioan.24. teſtibus Apoſtolo & Pſalmiſta,Aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxit captiuitatem.Tunc cõ-
Epheſi.4. uocauit,hoc eſt,ſibi occurrere fecit amicos & vicinos,hoc eſt,angelicos ſpiritus diuinę voluntati ple-
Pſalm.67. ne & inuertibiliter conformatos,diuina ſecreta ſcientes,& deo in omnibus obedientes,ſecúmque in ſupermundano illo habitantes palatio,atque ipſius vultum immediate cernentes,cum exuberantiſsimo gaudio ſempiterno,propter quæ merito amici & vicini,ac filii dei vocantur,quos hortatur,vt ſibi de ouis ſuæ inuentione congratulentur:in quo patet dilectio dei ad nos, & quantum noſtram optat ſalutem. Vnde ait Apoſtolus,Hæc eſt volũtas dei,ſanctificatio veſtra. Et Neemias,Gaudium dei
1.Theſ.4. eſt fortitudo veſtra. Per Eſaiam quoque dominus loquitur Iſraëlitico populo, Vtinam attẽdiſſes mã-
Neem.7. data mea.¶Denique Chriſtus hanc ouem laborioſiſsimè recuperauit, & pretioſiſsimè liberauit ſeu e-
Eſa.48. mit,ſicut ait apoſtolus Petrus,Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis,ſed pretioſo ſan-
1.Petri.1. guine agni immaculati.Et Paulus,Empti eſtis pretio magno.Chriſtus tamen redemptionem hanc re-
1.Cor.7. putat & appellat inuentionem,quaſi nil ponderans quicquid pro ea expoſuit,præ nimia ſua dilectio-
Prouer.8. ne ad genus humanum.Propter quod faſſus eſt in Prouerbiis,Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominũ.In
Cant.vlt. Canticis quoque,Si dederit homo omnẽ ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione,quaſi nihil deſpiciet
Hiere.32. eã.Sed & per Hieremiam dominus dixit,Lętabor ſuper eis cum benefecero eis.

¶Prętereà,vt ſcribit Gorra,Ouis de ſua natura eſt animal innocens. Cætera autem animalia aut mordent dentibus,vt canis & lupus:aut impingunt cornibus,vt aries & taurus:aut percutiunt pedibus,vt equus & mulus:aut dilaniant vnguibus,vt leo & vrſus:ſed ouis nihil iſtorum facit.Igitur ouem chriſti ſe non eſſe agnoſcat,qui vel dentibus ~~mordet detrahẽdo~~,vel impingit cornibus alios violenter opprimendo,aut percutit pede proximis iraſcendo,aut dilaniat vnguibus aliena rapiendo.

¶Poſtremò ſecundum Theophilũ,ſupernæ virtutes oues dicuntur,eò quòd omnis creatura reſpectu dei ſit beſtialis.[*Dico vobis,quod ita gaudium erit in cælo,ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,quã ſuper nonagintanouem iuſtis,qui non indigent pœnitentia.*]Si iſtud generaliter de quocunque pœnitente & quibuſcũque iuſtis,ſeu innocentibus intelligatur,non eſt abſolute ſumendum vt ſonat,quaſi ſimpliciter angeli ſancti plus glorientur de quolibet pœnitente,quam de quibuſcunque nonagintanouem iuſtis.Non enim plus gaudent de peccatore,qui poſt pœnitentiam non pertingit ad magnam perfectionem,quã de glorioſiſsima virgine Maria & beatis apoſtolis, ac aliis ſanctis gauiſi ſunt,quando adhuc erant in terra,vel quam modo de ipſis lætentur,imo nec de Paulo,nec de Maria Magdalena maius gaudiũ eſt in cælo,quàm de ſola virgine glorioſa.Ideo quod gaudium de peccatore pœnitente dicitur maius,intelligendum videtur non ſimpliciter,ſed quantum ad aliquid,& quo ad recentem quandam ac euidentiorem manifeſtationem gaudii,quo ſe de hominum ſaluatione lætari oſtẽdit,quia de peccatoris conuerſione eſt Chriſto ſpecialis,imò & multiplex ratio gloriandi. Primò,quoniam peccator dum conuertitur de periculo grauiori eripitur.Etenim conſuetiſsimum eſt,vt de eo ſpecialiter & quodammodo amplius exultemus,quem de maiori periculo erui cernimus,quamuis abſolute loquẽdo non plus eum amemus.Secundò,quia in peccatoris conuerſione miſericordia dei præcipuè declaratur.Tertiò, quoniam fructus dominicæ paſsionis in illo euidentiſsimè commendatur.Quartò,quia in peccatoris conuerſione aduerſarii Chriſti,ac noſtræ ſalutis,puta diaboli,ſpecialiter confunduntur. ¶Denique abſolute loquendo,ſi comparemus ſtatum ad ſtatum,conſtat quod ſtatus innocentiæ prę̃ferendus ſit ſtatui pœnitentiæ,eò quòd maius dei donum exiſtat innocentia quàm pœnitentia.Si vero comparemus perſonam vnius ſtatus ad perſonam alterius,habent ſe ſicut excedens & exceſſum,ita quod quidam de ſtatu vno præferuntur quibuſdam de ſtatu altero, ſecundum quod ſunt in maiori aut minori

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A charitate & gratia. Hinc absolute loquendo de multis iustis ac innocentibus, tanquam de simpliciter melioribus & deo magis dilectis, maius est gaudium Christo supernísque ciuibus, quam de peccatoribus pœnitentibus quibuscunque. ¶ Postremo quoniam teste Apostolo, Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia: frequenter contingit, vt impii pœnitentes tanto postmodum in diuino fiant feruẽtiores obsequio, tantóque humiliores ac meliores, quanto se grauius deliquisse & deũ circa ipsos clementius egisse considerant, sicque de eorum conuersione specialis causa lætandi oritur angelis dei. Vnde & qualiter maioritas gaudii huius sit intelligenda in Matthæo plenius tangitur, vbi habetur, Si fuerint alicui centum oues, & si errauerit vna ex eis, nónne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit ad eam quæ errauit, & si inuenerit eam, gaudet super eam magis, quam supra nonagintanouem quę non errauerunt? Itaque sicut paterfamilias plus lętatur de vna oue post perditionem inuenta, quam de reliquis cunctis quæ non errauerunt, non quod vnam plus diligat quam cæteras omnes, sed quia de eius inuentione, quędam specialis, ac noua exultatio ingignitur ei, tum quoniam ouem illã magis considerat, tum quia propter præcedentem de eius perditione mœrorem, oppositũ de eius inuentione gaudium magis afficit, & sentitur. Sic proportionabiliter de peccatore pœnitente ciues cæli plus gaudent aut signa lætitiæ abundantius monstrant. Nam & angeli sancti de hominum sibi com- Roma. 5.

B missorum transgressione & recidiuatione dolere & flere feruntur, quod tamen sane intelligi par est. Non enim veraciter inest eis aliqua pœnalis affectio, sed per modum dolentis se habent: iuxta quem sensum ira, furor, & pœnitudo, deo attribuũtur. ¶ Consequẽter per aliam parabolam docet Saluator, quod peccatores non debuit spernere & vitare, sed potius clementer admittere, atque ad viam salutis reducere, [*Aut quæ mulier habens drachmas,*] id est, huiusmodi nu..mos, [*Decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam*] præsertim si tempore tenebroso aut in locis obscuris quærere velit, [*Et euertit domum,*] id est, contenta in domo transfert de loco ad locum, ne forte sub aliquo illorum iaceat, lateátque quod quæritur, [*Et quærit diligenter*] perditam drachmam, [*Donec inueniat*] eam, prę sertim cũ fœminæ vehementer afficiantur ad rem cum ad eam cœperint afficI. [*Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.*] Hoc literaliter ita est. Spiri tualiter vero per mulierem hanc intelligitur æterna & increata sapientia dei, quæ ob suam amabilitatem, speciositatem, pietatem & fœcunditatem, sponsa & mulier appellatur. De qua Sapiens protestatur, pudicus & purus amator, Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Matth. 18. Sapien. 8.

¶ Porrò, per lucernam intelligitur Christi humanitas, quam verbum æternum eodem quo eam assum psit instanti accendit, hoc est, diuinæ charitatis feruore, totius sapientiæ splendore, omníque virtute nullam imperfectionem in sua ratione includente impleuit, sicque sapientia incarnata inter homines

C conuersando euertit domum, hoc est, populum Iudæorum multipliciter excitauit, mouit, deduxit, docendo, exemplariter conuersando, miracula perpetrando: qui vt in Actibus loquitur Petrus, Pertransiuit benefaciendo, & quæsiuit diligenter hominem perditum summi regis imagine insignitum, sicq; per drachmam congrue designatum. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Donec inuenit, id est, sua passione redemit genus humanum, quemadmodum apud Ioannem loquitur patri, Opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Inuenta itaque drachma hac, id est, homine taliter liberato, Christus in die ascensionis conuocauit amicas atque vicinas, id est, cælestium ciuium societates beatas, diuinæ voluntati perfecte conformatas, & deum altissimum clare per speciẽ immediate cernentes. Proper quod mentes angelicæ & beatæ merito nuncupantur dei amicæ atque vicinæ, quia non solum prope eas, sed etiam in eis moratur, eásque sibi familiarissime ac amorose nimis vnire dignatur. Dixítque eis, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quã perdidi. christus quippe in sua ascensione angelicos spiritus sibi fecit occurrere: quibus interrogantibus, Quis est iste rex gloriæ? vt ait Psalmista. Itémque, Quis est iste qui venit de Edom? Et quare rubrum est indumẽtum tuum? vt recitat Esaias. respondit, Torcular calcaui solus, hoc est, per passionis pressuram liberaui genus humanum, túncque vt in hymno ait Ambrosius, gauisa sunt cæli regna reditu vnigeniti. Tãta autem est Christi dilectio ad nos, vt nostram saluationem suam fateatur esse lætitiam. [*ita dico vobis,*

D *gaudium erit coram angelis dei,*] id est, in regno cæleśti adinuicem lætabuntur angeli sancti, & Christus eis præsentibus exultabit, [*Super vno peccatore pœnitentiam agente.*] quia de eius euasione qua euadit ęternæ damnationis periculum charitatiue & pie congaudent, & quoniam prædestinationem diuinã vident impleri, pretium quoque sanguinis Christi fructificare, & cælestis Hierusalem instaurari ruinã, atque intellectualis creaturam naturæ quam diligunt deo vniri, creatorísque omnium honorem & cultum in ea augeri, dæmones superari, & vitia quibus deus offenditur minui: sic & in palatio regum lætitia oritur, quando propinquus seu filius regis de maximis aduersis eripitur. Itaque christus sapientia patris habuit drachmas decem, id est, nouem ordines angelorum, & genus humanum, quod tanquam decima drachma, per originale peccatum deperiit. Actu. 11. Infra. c. 19. Ioann. 17. Psalm. 23. Esaiæ. 63.

¶ Præterea sicut Christus hæc egit, ita & omnis Christi vicarius aliorum sibi habens curam commissam, si contigerit quempiam sibi cõmissum peccando errare, cæteris sub bona custodia derelictis, debet ad illum reducendum se totum conuertere, properare satagere, illum quærendo, hortando, & si opus fuerit iuste puniendo, ad Christi gratiam reuocare: sicut ad Galatas scribit Apostolus, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. ¶ Postremo secundum Bedam, Ouem & drachmam perditam Christus inuenit, quando hominem restaurauit, & super eam inuentam maius gaudium est in cęlo quam supra nonagintanouem iustis, seu angelis pœnitentia non indigentibus. quoniã maior diuinę laudis materia est in restauratione hominum, quam in creatione aut etiam bea- Gala. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tificatione angelorum. Mirabiliter nanque angelos deus creauit, sed hominem mirabilius restaurauit. E
¶Insuper ad idem declarandum, videlicet quod decuit Christum peccatores ad pœnitentiam inuitare, & venientes clementer suscipere, inducit Christus parabolam tertiam, cæteris euidentiorem ac pulchriorem, [*Homo quidam,*] hoc est, deus pater seu vnigenitus dei propter nos incarnatus, de quo secundum antiquam translationem loquitur Hieremias, Et homo est, & quis cognoscet eum? Atque Psalmista, Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. [*Habuit duos filios,*] id est, duos populos, Iudaicum & Gentilem. Est autem consuetudo scripturæ, totum aliquem populum nomine filii aut filiæ designare, quemadmodum in prophetis Israëlitica plebs frequenter per filiam Sion aut filiã Hierusalem denotatur, vt patet in Sophonia & Zacharia. Nec solus populus ille Iudaicus, sed & Gentilis, ita à deo vocatur: iuxta illud Esaiæ, Descende, sede in puluere virgo filia Sion. quod fit ad insinuandum, quod ipsa natura secundum se à creatore paterno amore quasi filia diligatur.

Hiere. 7. Psalm. 80. Esaię. 45.

¶Præterea, per hos duos filios indeterminate intelligi possunt, quicunque iustus seu innocens, & trãsgressor, quia & impius appellatur quodammodo filius dei, inquantum ad eius imaginem est creatus, vel in baptismo spiritualiter regeneratus: interdum quoque aliquis totus populus dicitur filius, prout per Oseam dominus loquitur, Puer Israël & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum. [*Et dixit adolescentior ex illis*] duobus [*Patri,*] hoc est, populus Gentilis: qui rite adolescentior nominatur. Primo, quoniam ab exordio generis humani prior fuit cultus veri dei, quam gentilitatis error, ritus ac cultus, imò post diluuium idololatria cœpit. Secundo, quoniam Gentiles Iudæis fuerunt pueriliores, insipientiores, & bestialiores, quia vt asserit Augustinus, Nihil tam puerile vt idola colere, & nihil stolidius, quam diuinæ legis non obedire præceptis. Hinc quoque de populo Iudæorum deus testatur, Filius meus primogenitus Israël. Et per Hieremiam, Primogenitus meus Effraim.

F

Exod. 4.

¶Porro, Gorra ait hoc loco, Qui idola coluerunt, puta Gentiles, amiserunt nomen diuinæ filiationis, & dicti sunt filii hominum, vt in Genesi, Videntes filii dei filias hominum. Veruntamen hoc intelligendum non est, quasi illi qui filii hominum nuncupantur, qui vtique diluuium præcesserunt, venerati sint idola, aut quod idololatria diluuium ipsum præcesserit. Vnde quod Gorra allegat de idolatris, ad literam dictum non est, sed de posteritate Cain, qui nõ ob idololatriam, sed ob vitia carnis filii hominum appellantur ibidem. Itaque adolescentior filius dixit verbo, seu potius facto patri suo, scilicet deo, [*Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit,*] hoc est, possessionem boni pertinentem ad me, quę possessio est portio substantiæ, id est, pars boni creati mihi conueniens, seu partialis substantia spectãs ad me. Omne quippe bonum creatum est creatoris substantia siue possessio: sicut in Genesi Abrahã ait, Leuo manum meam ad dominum deum possessorem cæli & terræ. Ex hac vero substantia aliquid ad hominem specialiter pertinet, vtpote corpus eius & anima & naturalia dona ipsius, supernaturalia quoque dona sibi concessa, & bona fortunæ. Petiit ergo adolescentior filius sibi partem pertinentem G
à patre suscipere, quia naturalibus donis, ac cæteris bonis sibi à deo collatis voluit secundum voluntatem propriam vti, potius autem abuti, nec subiici legi diuinæ, aut protegi supernaturalibus donis gratię saluatoris: quemadmodum per Hieremiam quibusdam loquitur deus, A seculo confregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti, non seruiam. Hinc ait Psalmista, Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Istud quoque similiter dicit omnis transgressor legis diuinæ. [*Et diuisit illis substantiam,*] hoc est, vnicuique dedit quod petiit, & quemlibet facere permisit quod voluit, secundum illud Ecclesiastis, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: apposuit tibi aquam & ignem, ad quodcunque volueris, porrige manum tuam. Hinc & Apostolus fassus est, Vnusquisque proprium donum habet à deo. Iudæis quoque dedit dona gratiæ ac legem scriptam diuinam, ac supernaturalem. Gentilibus vero dona naturæ, quos & in naturali lege reliquit, quam pauci eorum conseruasse leguntur. [*Et non post multos dies,*] hoc est, paucis euolutis diebus [*Congregatis omnibus quæ ad se pertinebant,*] hoc est, bonis sibi desuper præstitis ad proprium commodum pariter ordinatis, ac vitiosè reflexis [*Adolescentior filius peregre*] à patria beatorum per impiam vitam se elõgando, quę est peregrinatio mala, qua quis hoc mũdo atque præsenti exilio pro patria vtitur, [*Profectus est*] non tam corporaliter transeundo, quam mentem suam à deo improbe auertendo. Sicut enim ad deum incircunscriptum vbique substantialiter vere præsentem acceditur mentis affectu, non corporis gressu, nisi inquantum exterior actus habet rationem virtutis ex interiori intellectus voluntatisque actu, ita à deo receditur mentis auersione, non corporis motione, nisi inquantum actus exterior ex interioris mẽtis inordinatione, seu culpa efficitur vitiosus. [*In regionem longinquam,*] hoc est, peccati statum, dissimilitudinem & continuationem, per quam longe à deo distatur, iuxta illud Prouerbiorũ, Longe est dominus ab impiis. Atque in Psalmo, Longe à peccatoribus salus. Hæc est spiritualis distantia, vtpote dissimilitudo. [*Et ibi dissipauit substantiam suam,*] id est, dona gratiæ gratum facientis amisit, bona fortunæ consumpsit, dona naturæ infecit, ac peiorauit, [*Viuendo luxuriosè*] corporali fornicatione, quæ est peccatum mortale: itémque fornicatione spirituali, quæ est auersio mentis à incommutabili & immenso, atque conuersio eius ad bonum creatum, caducum & vanum. Potissimum tamen idololatria spiritualis fornicatio dicitur, prout in Deuteronomio deus loquutus est Moysi, Populus iste fornicabitur post deos alienos. Et in Osea, Fornicans fornicabitur terra à domino.

H

Gene. 6. Gene. 14. Psal. 48. Eccles. 25. 1. Cori. 15. Prou. 15. Psal. 118. Deute. 31. Oseę. 1.

¶Porro secundum diuinum Dionysium quarto capi. de diuinis nominibus, Peccata quamuis dona naturæ non penitus corrumpunt aut tollunt, ea tamen inficiunt, & rationẽ obtenebrãt. Propter quod asserit Damasce. Peccatum est auersio ab eo quod est secundum naturam ad id quod est præter naturam. Hinc etiam peregrinum vno modo vocatur, quod est à natura rei alienum: sicut in Esaia vltio dicitur opus dei, sed peregrinum ab eo, quoniam deo secundum se & ex propria natura proprium est

Esaiæ. 28.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A misereri & parcere. Vlciſci autem competit ei propter noſtram malitiam. [*Et poſtquam omnia conſumpſiſſet,*] hoc eſt, dona ſibi diuinitus præſtita aut amiſiſſet aut conſumpſiſſet, aut infeciſſet: nam & teſte Apoſtolo, Qui fornicatur, in proprium corpus peccat, quia per immoderatam luxuriam homo interiora ſua quaſi conſumit & vires eneruat. [*Facta eſt fames valida in regione illa,*] id eſt, inter impios & carnales grandis ſpiritualium bonorum carentia contigit, gentilibus quoque gratiarum chariſmata ſpecialiter defuerunt, vitioſis quoque hominibus propter eorum peccata interdum corpori neceſſaria ſubtrahuntur, [*Et ipſe cœpit egere*] omnibus pertinentibus ad ſalutem quæ peccâdo amiſit, videlicet gratia atque virtutibus: quemadmodum acedioſis contingere ſolet, ſecundum illud Prouerbiorum, Vſquequo piger dormies? paululum dormies, paululum dormitabis, & veniet tibi quaſi vir armatus egeſtas. [*Et abiit*] ſe à deo infelicius elongando: à quo tanto vehementius elongamur, quanto grauius frequentiúſve peccamus. Peccatum autem quod per pœnitentiam non ſtatim diluitur, ſuo mox pondere trahit ad aliud, vt ait Gregorius. [*Et adhæſit vni ciuium regionis illius,*] hoc eſt, diabolo, vt communiter exponitur. Diabolus enim iugiter manet & habitat in ſtatu peccati, & diſſimilitudine vitiorum: qui etiam non ſolum ciuis, ſed & princeps mundi huius vocatur à Chriſto apud Ioannem, vbi per mundum mundani vitioſíque homines deſignantur, potiſsimum reprobi: de quibus iterum loquitur chriſtus patri, Non pro mundo rogo. Poteſt quoque per ciuem iſtum quicunque hæreſiarcha, ſeu præcipuus peccator in vitiis induratus intelligi. Huiuſmodi igitur ciui, puta diabolo, filius iſte nunc dicitur adhæſiſſe, non quia ante non adhæſerit ei, imò ſtatim cum ſe à patre cæleſti auertit huic adhæſit, ſed iam dicitur adhæſiſſe, quia tenacius illi adhæſit quam ante: quemadmodum per Eſaiam prauiſimis dicitur, Dixiſtis, percuſsimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. [*Et miſit illum in villam ſuam,*] id eſt, mundanis cupiditatibus implicauit, & carnalibus ſociauit hominibus, qui ſunt vaſa & poſſeſsio dæmonis, [*Vt paſceret porcos ſuos,*] hoc eſt, dæmones inferiores, ſeu homines turpes, diabolo per carnalia vitia ſubditos, qui in obſcœnis ac impiis actibus delectantur, talibúſque paſcunt, qui ſunt velut ſus lota in volutabro luti: quibus competit illud Ioëlis, Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. [*Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.*] Interior animæ vêter dicitur intellectus, qui veritatem concipit, mentaléque verbum profert, & boni operis fructum producit: intellectus quoque realiter idem eſt quod memoria, ſeu potentia memoratiua intellectiua, quam Philoſophus locum ſpecierum appellat. De huiuſmodi ventre deus pater in Pſalmo loquitur filio, Ex vtero ante luciferum genui te. Et in Prouerbiis Salomon, Verba, inquit, ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris. Pariformiter voluntas ſeu eius affectus venter animæ nominatur, quoniam deſiderata allicit, ſuſcipit & conſeruat. Vnde & Salomon ait, Venter impiorum inſatiabilis.

1. Corin. 6.
Proue. 6.
Ioann. 14.
Ioan. 17.
Eſaiæ. 28.
1. Petri. 2.
Ioëlis. 1.
Pſalm. 159.
Prouer. 18.
Prouer. 13.

B

C ¶ Porro ſiliqua eſt genus leguminis, ex ſonoris & vacuis foliis ventrem onerãs potius quam reficiẽs, per quod ſecularis prudentia, & curioſa ſcientia quæ ventrem intellectus non implet, & terrena ſubſtantia quæ ventrem voluntatis non ſatiat, deſignatur. Auarus nanque (vt Sapiens aſſerit) non implebitur pecunia: & quanto auarus plura acquirit, tanto ad plura acquirenda anhelat. ¶ Denique nullũ bonum creatum ſatiare & quietare valet animæ appetitum. Propter quod loquitur Auguſtinus, Domine creaſti nos propter te, & inquietum eſt cor noſtrum donec perueniat ad te. [*In ſe autem reuerſus,*] id eſt, ad rectę rationis dictamen ſe vertens, ſeipſum diſcutiens, interiora ſua conſiderans, quemadmodũ per Eſaiam iubetur, Redite præuaricatores ad cor. Homo enim peccando extra ſe viliter euagatur, limitéſque rationis tranſcendens, terminos ſibi à deo præfixos tranſgreditur. Interdum tamen dicitur quis ad ſe reuerti, propter ſolam veritatis conſiderationem, iuxta illud Actuum, Petrus ad ſe reuerſus dixit, Nunc ſcio vere. [*Dixit*] cordialiter pœnitendo, & ex afflictione ſua ſe ſuper ſe reflectendo, ſecundum illud Eſaiæ, Vexatio dabit intellectum. [*Quanti mercenarij,*] id eſt, valde multi deo propter æternam mercedem deſeruientes, ſecundum illud Pſalmiſtæ, Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionẽ. Vnde de Moyſe ait ad Hebræos Apoſtolus, Aſpexit in remunerationem. Et in Geneſi Abraham loquitur deo, Domine deus quid dabis mihi? Cui & in Geneſi dominus ait, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. [*In domo panis mei,*] id eſt, in eccleſia militanti, quæ dicitur domus dei, ſeu patris cæleſtis, prout ſcribit Apoſtolus, Scias quomodo te oporteat in domo dei conuerſari, quę eſt eccleſia dei viui, [*Abundant panibus,*] hoc eſt, multiplici alimonia ſpirituali, videlicet pane ſacramentali: de quo ait Saluator, Ego ſum panis vitæ. Itémque, Caro mea vere eſt cibus. ¶ Inſuper pane pœnitentiali, de quo fertur in Pſalmo, Cibabis nos pane lachrymarũ. Et, Cinerem tanquam panem manducabam. Eſt etiam panis bonæ operationis, de quo Chriſtus, Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Eſt demũ & panis contemplationis, iuxta illud Eccleſiaſtici, Cibabit illum pane vitę & intellectus. Eſt iterum panis ſanctę affectionis, de quo fatetur ardens amator, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. His panibus abundant, qui in eccleſia deo diligẽtiſsime obſequuntur: ſicut ait fidelis miniſter, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. ¶ Itaque hoc loco mercenarii in bono accipiuntur, qui licet intuitu præmii deo miniſtrant ex amore quo ſeipſos amant ſpirituali amore in deo, principaliter tamen hoc agunt ex dei amore, atque ad laudem & gloriam eius, ad quam finaliter ordinant ſeipſos & omne meritum ſuum ac præmium, alias nil mererentur, quoniam omne opus meritorium oportet ex diuina procedere charitate, quæ vita eſt animę. Interdum vero mercenarii ſumuntur in malo, pro his qui proprii intuitu cõmodi, ſeu propter temporalia principaliter deo miniſtrant, de quibus in Euangelio teſtatus eſt Chriſtus, Quia receperunt mercedem ſuam. Tales quippe non ſibi conſtituunt deum pro fine, ſed ex priuato operantur amore propter ſeipſos. [*Ego autem hic fame pereo,*] id eſt, ego qui quoniã filius ſum pa-

Pſalm. 79.
Pſalm. 101.
Eccle. 15.
Pſalm. 41.
Pſalm. 22.
Matth. 6.

D

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tris cæleſtis ſecundum modum præhabitum, poſſum deo ſeruire puro ac filiali amore: quod altius eſt, E
quam amore mercedis ſeruire, ex ſpiritualis defectu alimoniæ in anima morior, vitam gratiæ non habendo, & peccata quæ ſunt interitus animæ quotidie incidẽdo. Hoc verbum Chriſtus in perſona mẽ
brorũ ſuorũ dicere poteſt, Quanti mercenarii, id eſt prælati & doctores cõmodo ſunt quęrentes, propter quod mercenarii magis ſunt, quam paſtores, in domo patris mei, ſcilicet in eccleſia, abundant panibus corporalibus, id eſt, alimentis & ſcientia ſcripturarum & ſacramentis: ego autẽ in membris meis,
puta egenis ac ſubditis, fame pereo, ex defectu materialis cibi aut ſpiritualis eduli, ſcilicet verbi dei &
Epheſ.5. boni exempli. [*Surgam,*] id eſt, à peccato deſiſtam, & à terrenis ad cæleſtia me leuabo: ſicut hortatur A-
Eſaiæ.52. poſtolus, Surge qui dormis. Et Eſaias, Excutere de puluere. [*Et ibo*] per mentis conuerſionem, verã-
Pſalm.33. que contritionem, [*Ad patrem meum*] cæleſtem, vbique præſentem, prout monet Pſalmiſta, Accedite
Zacha.1. eum & illuminamini. Vnde per Zachariam dominus miſericordiſsime loquitur, Conuertimini ad me,
Hebr.4. & conuertar ad vos. Hinc ad Hebræos monet Apoſtolus, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ
Pſalm.3. eius, vt miſericordiam conſequamur & gratiam. [*Et dicam ei,*] me accuſando, iuxta quod ſcriptum eſt, Dixit, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. [*Pater,*] per creationem & redemptionem, [*Peccaui,*] mala committendo, & bona omittendo, [*In cælum,*] id eſt, coram ſupernis ſpiritibus, & ſpecialiter contra angelum vitæ meæ cuſtodem, cuius præſentiam inhonoraui peccando, & eius inſpirationibus non acquieſcendo. ¶ Præterea qui creatorem offendit, totius creaturæ meretur offenſam F
incurrere, atque vt omnis creatura contra eum inſurgat, & creatoris ſui in eo vlciſcatur iniuriam: nam & peccando in deum omnem creaturam quodammodo inhonorat, cuius deum ac creatorem ſic paruipendit, inhonorat ſeu ſpernit: quemadmodum qui regem terrenum iniuſte percuteret, quemlibet eius ſubditum inhonoraret atque offenderet. Sicut enim honor, ita & inhonoratio regis & cuiuſlibet præſidentis redundat in ſubditos. Veruntamen creatura incomparabiliter magis debet deum creatorem ſuum amare ac venerari quam ſubditi regem terrenum. Vnde de dei inhonoratione ſumme dolendum eſt. Rurſus cælum, terra & cætera quæ intellectum non habent, deum materialiter laudant, benedicunt, glorificant & honorant, quia conſiderantibus ea oſtendunt, deum creatorem ſuũ ſuper omnia eſſe laudandum & honorandum: idcirco qui peccat, illa quodammodo inhonorat, quia eorũ materialibus laudationibus realiter contradicit: ſicque potiſsimum peccat in cælũ, quod præ cæteris corporalibus creaturis clarius, magnificentiúſque oſtendit, quam incomparabiliter honorandus ſit deus. Peccator quoque in cælũ peccat, quia peccando meretur cæleſti mãſione priuari. [*Et coram te,*] qui omnia clariſsime intueris, ideo impudenter & irreuerenter me habui, quod te præſente & conſpiciente peccare præſumpſi. Vnde ad veram ſapientiam pertinet, vt deum vbique præſentem & cuncta inſpicientem iugiter attendamus: ex qua ſapientiali conſideratione mox gignitur caſtus pudor, pudicúſque timor, quo in diuini vultus preſentia turpiter & iniuſte erubeſcimus nos habere. Hinc iuxta Boe
tium, Magna nobis indicta eſt ratio probitatis, quoniam in conſpectu iudicis vniuerſa cernẽtis omnia G
Exod.20. agimus. [*Iam non ſum dignus vocari filius tuus,*] quia te toties & tam grauiter inhonoraui: quod filio nõ
Malac.1. licet, cum ſcriptũ ſit, Honora patrem tuũ. Et per Malachiam ait creator altiſsimus, Filius honorat patrẽ
ſuum. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Rurſus, indignus ſum vocari filius tuus, quia imaginem tuam in me peccando multipliciter deturpaui, méque tibi valde diſsimilẽ feci. Itémque, quia pec
cando feci meipſum ſeruum diaboli & peccati. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt, vt
2.Petri.2. Petrus apoſtolus ait. Rurſus, quoniam extra diſciplinam tuam me poſui: quod non competit filio, di-
Hebr.12. cente Apoſtolo, Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis. [*Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis,*] id eſt, ad gradum, nomen ac gratiam filij recipi fateor me indignum, idcirco humiliter precor
ſaltem inter mercenarios computari. Sic & Abigail prudentiſsima fœmina, cognito quod Dauid vel-
1.Reg.25. let eam in coniugem ſumere, dixit, Ecce famula tua ſicut in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini
2.Par.15. mei. ¶ Denique ſunt mercenarii boni, qui ſeruierunt deo pro retributione æterna, quibus dicitur, Cõ-
fortamini & non diſſoluantur manus veſtræ, erit enim merces operi veſtro. Alij vero ſunt mercenarij
Ioann.10. mali, qui pro temporali mercede deo ſeruire videntur. Vnde in Ioanne loquitur Chriſtus, Mercenarius & qui non eſt paſtor, vidit lupum venientẽ, & fugit. [*Et ſurgens*]. i. à peccatis ſe erigens, & à carnalibus ad ſpiritualia ſe diſponens, [*Venit ad patrem ſuum*]. i. per attritionem, & per opera bona ex genere H
cœpit ad deum mẽte redire, atque ad gratiam gratum facientem, verámque contritionem cor ſuum diſponere. [*Cum autem adhuc longe eſſet,*] quia nondũ per charitatem infuſam, veráque contritionẽ &
virtutum adeptionẽ fuit deo coniunctus, imò adhuc fuit in ſuis peccatis, quouſque attritio in contri-
Pſalm.118. tione mutata eſt, [*Vidit illum pater ipſius,*] ſcilicet deus pater oculo pietatis paternæ ac prædeſtinationis
æternæ, de quo orat, qui ait, Aſpice in me & miſerere mei. Interdum verò aſpectus dei accipitur pro
animaduerſione diſtrictæ iuſtæ ve vltionis, iuxta illud Abacuc, Quare non reſpicis domine ſuper ini-
Abacuc.1. qua agentes? [*Et accurrens*]. i. per gratiã præuenientem clemenʒter illi cooperãs & ſuccurrens. Cum et-
enim facit quis quod in ſe eſt ſe preparando ad gratiam, deus mox ſubuenit, gratiamq; infundit. [*Ceciditſuper collũ eius*]. i. pie & amoroſe illum ſuſcepit, nõ ſolum dimittendo peccata, ſed & gratiarum
Iob.34. infundendo chariſmata. Propter quod apud Iob habetur, Si direxerit homo ad eum cor ſuum, ſpiritũ
Canti.1. illius & flatũ ad ſe trahet. [*Et oſculatus eſt eum*]. i. familiariter & intime atq; ſuauiter eum ſibi vniuit, ita
quòd pacẽ internã ei infudit, per quã mens in deo abſque perturbatione quieſcit, ſicut in Cãticis orat ſponſa, Oſculetur me oſculo oris ſui. Hoc oſculũ eſt adhęſio, vnio, ſeu informatio mentis creatę
1.Cori.6. cũ deo, quia vt ait Apoſt. Qui adhęret deo, vnus ſpiritus eſt cũ illo. Circa hęc ait Chryſoſtomus, Quid
eſt quod pater accurrit, niſi quod peccatis noſtris nos impedientibus, propria virtute ad eũ venire nõ
poteramus? Ipſe pius & potens ad inualidos deſcendit. Oſculatur autem os filij, per quod emiſſa de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A corde confeſsio pœnitentis exierat, quam pater lætus ſuſcepit. Ait quoque Gregorius Nyſſenus, Confeſsio placauit ei patrem, ita vt obuiam iret ac oſcula daret. Si ergo & nos optamus vt deus nobis clementer accurrat, ſubueniat, adſit, cordialiter pœniteamus, & per humilem confeſsionem dominũ accedamus. Propterea in Prouerbiis aſſeritur, Qui abſcõdit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea miſericordiam conſequetur. [*Dixitque ei,*] ſcilicet patri clementiſsimo [*Filius, Pater, peccaui in cælum & coram te,*] ſicut expoſitum eſt, [*Iam non ſum dignus vocari filius tuus.*] Hoc dicit, conſiderando ſe ſecundum peccata quæ fecit, ſeu ſecundum id quod fuit per culpam. quemadmodum dixit Paulus, Non ſum dignus vocari apoſtolus. Veruntamen conſiderando ipſum ſecundum id quod factus fuit per gratiam, verámque pœnitentiam, iam priſtinum recuperauit honorem & gradum, & filius meruit dici, præſertim quia oſculatus à patre in ſignum concordiæ & amoris. Prou. 18. 1. Cori. 15.

¶ Denique quanto deus omnipotens hominem peccatorem gratioſius viſitat & illuſtrat, tanto ſe ille profundius humiliat, grauiúſque accuſat, nempe quo dei pietatem euidentius circa ſe experitur, & maieſtatem & ſanctitatem ipſius clarius contemplatur, eo propriam ingratitudinem, peruerſitatẽ & prauitatem lucidius intuetur, cordialius deteſtatur, plenius confitetur. Hinc Eſaias poſt contemplationem illam ſublimem, qua vidit dominum in excelſo ſolio reſidentem, teſtatus eſt, Væ mihi, quia vir pollutis labiis ego ſum. Veruntamen filius iſte tantam circa ſe dei patris dilectionem expertus per oſculum illud internum, non effecit mentionem de mercenarii ſtatu, ſed inter filois dei computari confidit, & deo propter puram ipſius bonitatem adhærere ac deſeruire proponit. Ait autem Ambroſius, Seruus
B eſt qui timore pœnæ, præſentis ſiue futuræ temperat ſe à vitiis: mercenarius, qui ſpe & deſiderio regni cæleſtis deo miniſtrat: filius vero, qui amore dei & zelo virtutum ſuccenſus, quicquid deo contrariũ eſt, toto ſtudio deteſtatur. Hoc tamen intelligendum eſt de ſeruo ſeruitute timoris omnino ſeruilis, in quo nullus eſt amor iuſtitiæ, de quo apud Ioannem loquitur Chriſtus, Seruus non manet in domo in æternum. Eſt autem & ſeruus ſeruitute timoris initialis ſeu filialis, cui loquitur iudex cæleſtis, Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. De talibus ſeruis iam ſubditur, [*Dixit autem pater ad ſeruos ſuos,*] id eſt, prælatis & miniſtris eccleſiæ, puta apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, prædicatoribus atque doctoribus iuſsit, [*Cito proferte ſtolam primam,*] id eſt innocentiæ veſtem in baptiſmo ſuſceptam, quam iſte peccando amiſit, ei miniſterialiter exhibete ſeu prædicando promittite. ſed & gratia gratum faciens, ſeu fides formata dici poterit ſtola prima. De adeptione autem innocentiæ dicit Saluator, Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum, [*Et induite illum,*] id eſt, animam eius hac virtute ornate, cooperando mihi in eius interiori veſtitione, de qua in Eſaia habetur, Induit me dominus veſtimento ſalutis. Et ſponſa in Canticis, Induit (inquit) me tunica mea. Virtutes quippe & dona ſpiritus ſancti ac opera virtuoſa ſunt veſtes & arma, ornamentáque
C animæ. Vnde in Apocalypſi Chriſtus hortatur, Veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ. Porro ſuperglorioſiſsimus deus qui omnia per ſeipſum pleniſsime facere poteſt, aliquos ſibi aſſumit & efficit cooperatores, vt bonitatem ſuam creaturis ſuis magis communicet, eiúſque perfectio in rebus clarius eluceſcat. Hinc ait Apoſt. Dei adiutores ſumus, dei cooperatores ſumus. [*Et date*] miniſterialiter, ſeu diſpoſitorię cooperationi, [*Anulum*]. i. veræ fidei ſignaculũ [*In manu*]. i. operatione [*Eius,*] vt bene agendo oſtẽdat ſe fidem viuã habere. Fides enim ſine operibus mortua eſt, quẽadmodum corpus ſine anima: imò tam virtuoſe conuerſetur, vt quicunque conuerſationis ſuę ſyncęritatem attenderit, ipſa facti euidentia quaſi conuictus, fateri cogatur verã eſſe fidem iuſtámque legem ipſius. Porro per anulum ſphęricæ figuræ, in quo non eſt principium aut finem aſsignare, notatur fides trinitatis æternæ, quo anima ſponſo deſponſatur cæleſti, dicente hoc ipſo Propheta, Sponſabo te mihi in fide. Hinc ſacratiſsima & innocentiſsima Agnes dixit, Anulo fidei ſuæ ſubarrhauit me. [*Et calciamenta,*] id eſt, munimenta contra ea quæ virtuoſi proceſſus ſunt corruptiua, [*In pedes eius,*] id eſt, in vtroque ſuæ animæ appetitu, ſcilicet ſenſitiuo & intellectiuo, quibus in via dei proceditur, quando hi appetitus rationis iudicio diriguntur: amando nanque & deſiderando ordinate, potiſsimũ itur ad deũ. Et quoniam calciamenta de mortuorum animalium pellibus fiunt, recte per ea ſanctorum patrum exempla, quibus contra peccata munimur, ſignantur: de quibus in Canticis legitur, Quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis. Apoſtolus quoque hortatur, Calciati pedes in præparatione
D euangelii pacis. Ioann. 8. Matth. 25. Eſaiæ. 61. Cantic. 5. Apocal. 3. 1. Cor. 3. Iacob. 2. Oſeę. 2. Canti. 2. Ephe. 6.

¶ Denique per pedes intelligi poſſunt intellectus atque voluntas, quoniam contemplando ac diligendo diuina præcipue imus ad patriam. Hi pedes calciamentis teguntur, cum dono ſapientiæ & charitate infuſa ornantur, quibus ad ſuperiora leuantur, ne terrenorum cogitatu aut affectu fœdentur. [*Et adducite vitulum ſaginatum,*] id eſt, Chriſtum pro nobis paſſum, & inſtar vituli propter nos immolati ei prædicate, imitandum proponite, & ſub ſpeciebus ſacramenti ſumendi præbete. Chriſtus autem ſecundũ humanam naturam dicitur vitulus, propter ſuam in cruce immolationem: & ſaginatus, quoniam omnium chariſmatum gratiæ plenitudine decoratus. De huiuſmodi ſaginatione loquitur Eſaias, Delectabitur in craſsitudine anima veſtra. Et rurſus, Faciet dominus in monte hoc, ſcilicet in monte Sion, omnibus gentibus conuiuium pinguium quod de refectione Euchariſtiæ exponitur. [*Et occidite,*] id eſt, Chriſti paſsionem commemorate, & eum pro humana ſalute occiſum denunciate, ſecũdum quod Petrus ait, Chriſtus paſſus eſt pro peccatis noſtris, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret deo. Huius vero paſſionis cõmemoratio præcipue fit in miſſarum celebratione, ſacramentíque perceptione, ſicut ait Apoſtolus, Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. [*Et manducemus & epulemur,*] id eſt, de huius filii mei emendatione ſpiritualiter reficiamur & glorie-
mur. In primitiua quippe eccleſia Chriſtiani quotidie ſacramentum Euchariſtiæ acceperunt. In tantũ Eſaiæ. 55. Eſaiæ. 25. 1. Petri. 5. 1. Cori. 11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1. Thes. 4. Apocal. 3. Ibidem. vero deus noſtram cupit ſalutem, vt de noſtra pœnitentia & ſpirituali profectu gloriari ſe proteſtetur. nam & Apoſtolus ait, Hæc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. Et in Apocalypſi loquitur Chriſtus, Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo. [*Quia hic filius meus mortuus erat*] per culpam, iuxta quẽ ſenſum in Apocalypſi alicui dicitur, Nomẽ habes quod viuas, ſed mortuus es. [*Et reuixit*] per pœnitentiam, quæ ſecundum Hieronymum eſt ſecunda tabula poſt naufragium. [*Et cœperunt epulari,*] id eſt, eius ſaluti & gratiæ congratulari: quæ eſt ſpiritualis refectio, de qua Corinthiis ſcribit Apoſtolus, Refectus eſt ſpiritus Titi ab omnibus vobis. Et Pſalm. Iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei. Qui enim vere virtuoſi & charitatiui ſunt, de aliorum emendatione maxime exhilarantur, & gratias agunt deo: qui actus ſunt cibus, imò & epulatio mentis. Epulatio enim vocatur ſolemnis refectio. [*Erat autem filius eius ſenior,*] id eſt, Iudaicus populus, qui ſenior appellatur, quia gentiles præceſſit maturitate & ſapientia, cultúque veri dei, [*In agro,*] id eſt, in terrenis promiſsionibus occupatus, literali ſenſu contentus, non in cæleſtibus radicatus. nam & Chriſtum in primo ſuo aduentu putabant temporaliter regnaturum, & omnibus mundi diuitiis ſe copioſiſsime impleturum. [*Et conueniret,*] id eſt, per legalium obſeruantiam deo appropinquare vellet, [*Et appropinquaret domui,*] id eſt, eccleſiæ, de qua Apoſtolus, Scias quomodo te oporteat conuerſari in domo dei, quæ eſt eccleſia dei viui. Legalia nanque erant eorum quæ in eccleſia creduntur & fiunt prefiguratiua, & diſponebant ad Chriſtum. [*Audiuit ſymphoniam,*] id eſt, ſpiritualia cantica ex gentilitate conuerſorum ad fidem, [*Et chorum,*] id eſt, eoſdem gentiles conuerſos, deum conſona voce laudantes, atque immenſa, templóque Chriſti cordialiter exultantes & epulantes. [*Et vocauit vnum de ſeruis*] ad Chriſtum conuerſis, ſeu aliquem ex prophetis vaticinia eius ſcrutando, [*Quæ hæc eſſent,*] id eſt, quæ eſſent iſta Chriſtianorum ſolemnia atque præconia.

2. Corin. 7. Pſal. 67. 1. Timo. 3.

¶ Denique in primitiua eccleſia fuerunt aliqui in Hieruſalem ex gentilibus ad Chriſtum conuerſi, multóque plures in Galilæa & Samaria ac aliis locis, de quorum ſpirituali iucunditate & gratia admirantes Iudęi interrogabant quid eſſent huiuſmodi feſta. [*Iſque dixit illi, Frater tuus venit,*] id eſt, gentiles eiuſdem tecum naturæ exiſtentes, de tenebris ignorantiæ & regione diſsimilitudinis, puta à loco & ſtatu idololatriæ, aliorúmque vitiorum per fidem ad deum conuerſus eſt, credendo in Chriſtum. Hanc equidem gentium conuerſionem prophetæ & maxime Eſaias ſunt loquuti, vt cum loquitur Eſaias ad deum, Ecce gentem quam neſciebas, vocabis. Et rurſus, Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Et Pſal. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum hi fuerunt illic. Daniel quoque propheta inquit, Omnes populi, tribus & linguæ ſeruient ei. Hoc etiam Petrus apoſtolus dixit Iudæis, qui cum indignatione ſciſcitati ſunt eum cur ad Cornelium introiſſet, oſtendẽs quod eandem gratiam contuliſſet deus illis gentibus, quam & Iudæis. [*Et occidit pater tuus,*] id eſt, deus qui eſt omnium pater per creationem, & ſpecialiter fuit pater Iudæorum per gratiam ſingularem & gubernationem præcipuam in veteri teſta. quemadmodum in Deuterono. plebi Iſraëliticæ Moyſes ait, Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſsidet te, & fecit & creauit te? In Eſaia quoque habetur, Et nunc domine pater noſter es tu. Iudæi etenim fuerunt peculiaris populus dei. [*Vitulum ſaginatum,*] ſcilicet Chriſtum ſecundum expoſitionem præhabitam, quem pater occidit eo modo quo tradidit eum, vtpote permiſsiue, & etiam inſpirando animæ Chriſti voluntatem patiendi pro mundi ſalute, itémque quia per Chriſti paſsionem decreuit ſaluare genus humanum. Hinc Eſaias quoque proteſtatur, Propter peccata populi mei percuſsi eum. Et in Actibus aſſerit Petrus, Deus qui prænunciauit per eos omnium prophetarum pati chriſtum ſuum impleuit ſic. [*Quia ſaluum illum recepit*] .i. gentiliũ populum olim perditum recuperauit. ¶ Sed contra hoc obiici poteſt. Nam chriſtus occiſus eſt antequam merito ſuæ paſsionis gentiles conuerſi ſunt: ſicque dici potius debuit, ſaluum illum recepit, quia vitulum ſaginatum occidit. Sed ad hoc patet reſponſio ex inductis. Nunc enim dicitur pater hunc vitulum occidiſſe, inquantum per ſuos miniſtros, prælatos, & prædicatores eum eſſe paſſum pro gentilibus denũciauit: inſuper pater Chriſtum occidi permiſit, quia ſaluum recepit populum gentilem ſecũdum prędeſtinationem æternam, hoc eſt, quia præordinauit eum ita ſaluare: vel quod ait, quia ſaluum, &c. dicit cauſam à poſteriori, quæ potius eſt ſignum effectus quam cauſa. [*Indignatus eſt autẽ frater ſenior,*] id eſt, Iudæi de gentilium conuerſione & fide in Chriſtum ad indignationem commoti ſunt, ſicut de incredulis Iudæis ſcribit Apoſtolus, Omnibus gentibus aduerſantur, prohibentes nos loqui gentibus verbum dei vt ſaluæ fiant. Præterea Iudæi conuerſi ad Chriſtum de gentilium ſuſceptione murmurauerunt, dicentes ad Petrum illud Actuum, Quare introiſti ad viros præputium habentes & manducaſti cum eis? [*Et nolebat intrare*] ad ſpirituale conuiuium, quod deus pater in eccleſia exhibet Chriſtianis, nec voluit gentilibus conuerſis communicare in fide, ſacramentíſque Chriſti. [*Pater ergo illius egreſſus,*] non per loci mutationem aut motionẽ in ſe factam, ſed per recentem affectum, quemadmodum Abacuc dicit ei, Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo. Egreſſus eſt autem à ſynagoga ad eccleſiam, illam iuſte relinquens, & hanc miſericorditer viſitans. [*Cœpit rogare illum,*] id eſt, Iudæos pie ac paternaliter inuitare ad Chriſtum, inſpiratione interna, exhortatione angelica, prædicatione apoſtolica. Vnde in Actibus Petrus dixit ad illos, Fratres ſcio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Pœnitemini ergo, & conuertimini vt deleantur veſtra peccata. ſicut Paulus gentibus ait, Obſecramus pro chriſto reconciliamini deo. [*At ille reſpondens dixit patri ſuo,*] cuius benigniſsimæ exhortationi non acquieuit, ſed reſtitit, [*Ecce tot annis ſeruio tibi*] id eſt, multis annis tibi per legis veteris obſeruantiam miniſtraui, [*Et mandatum tuum nunquam præteriui.*] ¶ Quomodo verum eſt hoc, cum plebs illa pene ſemper deo rebellis extiterit, & frequenter in idololatriam lapſa ſit? Propter quod in Threnis Hieremias in perſona loquitur Iudæorum, Nos inique egimus, & ad iracundiam

E

F

G

H

Eſaiæ. 55. Pſalm. 86. Danie. 7. Actu. 11. Deute. 32. Eſaię. 3. Deute. 26. Eſaiæ. 38. Actu. 3. 1. Theſ. 2. Actu. 11. Abacuc. 3. Actu. 2. 2. Cori. 5. Thren. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A prouocauimus dominum. Et Esdras similiter confitetur, Iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælũ. Ad istud est duplex responsio. Prima, quod istud verificatur non de omnibus, sed de aliquibus Iudæorum, qui in innocentia permanserunt, sicut Helias & Hieremias. Secunda, quod istud est præsumptio, non veritas: nec mirum si mentiuntur, qui inuident fratri & credere respuunt. [*Et nunquam dedisti mihi hœdum,*] id est, tanta mihi beneficia non præstitisti in veteri testamento, sicut nunc præstas gentilibus in euangelica lege. Vel per hœdum intelligitur Christus, qui veteri populo promissus fuit, non exhibitus. [*Vt cum amicis meis epularer,*] id est, cum cæteris tibi ministrantibus mihi charis, de tuis beneficiis gloriarer atque reficerer. Potest etiam hoc referri ad epulationem felicitatis æternæ in patria, ad quam Iudæi perduci non poterant ante christi occisionem. [*Sed postquam filius tuus hic.*] Aspernendo hoc dicit, quia Iudęi contemnebant gentiles, tanquam dicat, Postquam iste peruersus & vilis, quem fratrem vocare despicio. Vnde in Actibus loquitur Petrus, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenã. [*Qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus,*] hoc ante expositum est, [*Venit*] ad te per pœnitentiam, [*Occidisti illi vitulum saginatum,*] id est, Christi passionem ei annunciasti, Christúmque passum ei exhibuisti, & meritum passionis eius illi communicasti. [*At ipse pater*] piissimus [*Dixit*] illi filio seniori ac inuido, [*Fili tu semper mecum es.*] Hoc ideo dicitur, quoniam aliqui Iudæorum toto veteris testamenti

B tempore deo stabiliter adhæserunt. [*Et omnia mea tua sunt,*] id est, dona gratiæ meæ in præsenti, & dona glorię in futuro tibi parata sunt dari, & ego quæ habeo per naturam, tibi parata sunt, vt ea participes per beatificam fruitionem: de quibus bonis ait Apostolus, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus his qui diligunt illum.

¶ Postremo, omnia quæ patris sunt, id est, quæ patri absolute conueniunt, sunt filii ac spiritus sancti per substantialem vnitatem & identitatem. Propter quod filius ait ad patrem, Omnia tua mea sunt, & mea tua sunt. [*Epulari autem & gaudere oportebat; quia frater tuus mortuus fuerat*] per peccatum: de qua morte ait Saluator, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vita enĩ animæ est charitas dei, quæ per mortale peccatũ amittitur, & ipsum mortale peccatũ mors animæ perhibetur. [*Et reuixit,*] per gratiæ infusionem: [*Perierat,*] æternam damnationem merendo, & dæmonum manũ incidendo, [*Et inuẽtus est,*] id est, ad manus pastoris, saluatorísque sui redactus est, non vtique casu, sed præordinatione diuina, quæ nullum electorum perire permittit, quamuis sinat eum ad tempus errare. Hinc talibus scribit apostolo. Petrus, Eratis aliquando sicut oues errantes, sed conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Itaque ex hac docemur parabola, quam incomprehensibilis & immensa sit misericordia

C dei in pœnitentes, qui etiam frequenter in illis in quibus abundauerunt delicta, superabundare facit gratiarum charismata, & eos qui longo tempore vitiose vixerunt, facit eos præire qui à pueritia in innocentia permanserunt. Nemo ergo desperet, nullus quoque præsumat, nec aliquis, quamuis feruentior videatur, alium spernat. ¶ Denique sensum huius parabolæ diuus Dionysius in libro Ecclesiasticæ hierachiæ deuotissime introducit, exponendo mysticas rationes cærimonialium actuum, quos in primitiua ecclesia episcopus, seu hierarcha circa baptizandos exhibuit. Itaque sententialiter ait, vere optimus & superoptimus deus, qui & redeuntibus se præbet amabilem, & accedentibus obuiat & occurrit, totúsque totos amplectens salutat, suscipit, & velut in humeris tollit, nec de prioribus malis illos accusat, sed festum peragit diem, conuocátque amicos, vt sit omnium lętantium habitudo, optimos quoque in lętitiam suscitat angelos.

¶ Elucidatio Cap. XVI. [*Dixit autem ad discipulos suos, Homo quidam erat diues.*] Articulus. XXXIX.

D IN isto capite Saluator hortatur ad opera pietatis, præsertim ad eleemosynarum largitionem, primo per parabolam, secũdo per rem (vt creditur) gestam, [*Dixit autem ad discipulos suos,*] quibus præ cęteris datum fuit nosse mysterium regni dei, & quos tanquam totius mundi futuros doctores singulariter de euangelica lege edocuit, ad quos etiam ista parabola præcipue pertinebat, inquantũ ipsi omnium prælatorum tenebant figurã, [*Homo quidam,*] videlicet vnigenitus dei propter nos incarnatus, de quo in Baruch scriptum est, Qui fecit stellas, hic est deus noster: & post hęc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. [*Erat diues,*] quia secundũ naturã diuinã diues est in seipso infinitis diuitiis, quoniã patris & filii & spiritus sancti vna est opulentia, sicut & vna essentia, & hęc opulentia est ipsa diuinitas adoranda, in qua est, vel potius quæ est omnium bonorum atque pulchrorum ac desiderabilium superplena & interminata possessio. Vnde & in lib. de causis habetur, Causa prima est diues in se & diues in aliis. Porrò secundum assumptam humanitatẽ, Christus quoque est diues & ditior vniuersis, quoniã eius humanitas prælata est omni enti creato, omnisque creatura subiecta est ei: propter quod in Matthęo dixit, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Spiritualis quoque opulentia animę christi est maxima in donis gratię, bonísque glorię. Dicit autem Augustinus in lib. de ciuitate dei, Deus est diues, non pecunia, sed omnipotentia. Veruntamen temporalem in corporalibus paupertatem propter nos christus assumpsit, vt eius inopia corporali nos diuites efficiamur opulentia spirituali. Denique sicut Sapiens ait, Si diuitiæ quęruntur, quid sapientia locupletius? de qua in Prouerbiis legitur, Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitię & gloria. Et rursus, Sapientia quoque cum sit vna, omnia potest. [*Qui habebat villicum,*] id est, dispensatorem. Quamuis autem villicus villę rector & custos pro-

Esdr. 9.
Actu. 10.
1. Cori. 2.
Ioan. 17.
Matth. 8.
1. Petri. 5.
Roma. 5.
Marci. 4.
Matth. 13.
Lucæ. 8.
Baruch. 8.
Matth. 8.
2. Cor. 8.
Sap. 8.
Prouer. 3.
Sapien. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prie nuncupetur, hic tamen pro œconomo, seu domus procuratore & dispensatore accipitur, qui vniuersam substantiam domus dispensat: œconomus quippe tam pecuniæ, quam frugum, & omniũ quæ paterfamilias possidet, dispensatorem designat. [*Et hic diffamatus,*] id est, accusatus [*Est apud illum,*] scilicet Christum omnium iudicem, quem latere nil potest. Porro diffamatio ista iniqui apud deum seu Christum fit variis modis, testimonio quoque multiplici. Primo, per ipsam infallibilem & omnia intuentem sapientiam dei, qui per Hieremiam fatetur, Ego sum testis & iudex. Secundo, per angelos bonos, qui zelo iustitiæ coram deo opera hominum bona & mala proponunt, vt super Danielẽ expositores affirmant. Tertio, per angelos malos, quemadmodũ in Zacharia patet de Satan, qui Iesu filio Iosedech aduersabatur per accusationem procacẽ. Quarto, per remorsum conscientiarum, secundũ illud ad Rom. Testimoniũ reddente illis conscientia ipsorũ. Quinto, per euidentiã operũ: prout in Geneli dominus ait ad Cain, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Rursus, Clamor Sodomorũ venit ad me. Sexto, querela vicinorum atque egentium: vnde in Prouerb. Salomon ait, Qui abscondunt frumẽtũ in tempore, maledicentur: benedictio autem super caput vendentium. [*Quasi dissipasset bona illius*] id est, bona sibi ad erogandũ atque vtendũ commissa inutiliter cõsumpsisset & expendisset. ¶ Per villicum istum intelligi potest quicunque aliorum prælatus aut princeps, imò & quilibet Christianus. Nã quilibet horũ dona & beneficia sibi desuper data, corpus & animam, seu sibi cõmissos, iuste ordinare debet ad honorem & gloriam dei: potissimum autẽ qui aliis in spiritualibus præsident, gregem sibi commissum & ecclesiastica bona recte disponere obligantur, sermone & opere subditos ædificãdo, & tẽporalia fructuose ac salubriter, nõ superflue aut carnaliter expẽdẽdo: sed & principes seculares ea quę sibi superfluunt, in pios debent vsus conuertere: & quilibet Christianus donis naturæ & gratię ac fortunæ sibi concessis legitime ad dei honorificentiã vti tenetur. Omnia equidem quæ habemus, dona sunt dei, & eorum dispensatores potius q̃ possessores aut domini sumus, vtpote rationẽ de eis daturi. Porro pretiosissima dei dona sunt animæ rationales Christi sanguine liberatę, quas dissipat, qui prauis exẽplis, falsis doctrinis aut negligentia eas ad vitia trahit aut trahi permittit, nec reuocat: quod tanto sceleratius est apud deum, quanto exterioribus rebus præstantiores sunt animæ immortales. [*Et vocauit*] dominus [*illum*] villicum. Hæc vocatio non est illa, qua quisque tempore mortis ad diuinum vocatur tribunal: sed ea qua quis in vita præsenti diuinitus admonetur per inspirationem angelicã, seu diuinam, per beneficia & flagella, per prædicationes hominũ, & cõminationes ęternalium tormentorũ, vt cogitet quam suo tẽpore deo de omnibus rationem reddere possit. [*Et ait illi, Quid hoc audio de te?*] id est, cur ita te habuisti, quod mihi taliter accusaris? Vt autẽ Gorra hic scribit, in hoc verbo datur prælatis exemplum in quatuor. Primo, ne peccata suorum dissimulent. Secundo, vt veritatem famæ inquirant. Nam ait, quid audio? Tertio, ne accusatores prodant, quia nõ ait, ille vel talis mihi hoc dixit, sed audio. Quarto, vt articulum de quo quis accusatur aut diffamatur specificent. Melius enim potest se homo corrigere cum ei exprimitur in quo deliquit, aut excusare si innocens sit. Nã ait, quid hoc. [*Red de rationẽ villicationis tuæ,*] id est, ad reddendum te præpara, & quomodo reddere possis examina, iamq; dum tempus merendi supereſt coram deo te pone, & quasi ante eius tribunal adductus esses à te ipso exige rationem dispensationis tibi creditæ, & qualiter vsus sis beneficiis dei, [*Iam enim non poteris villicare,*] id est, in proximo est, vt de hac vita tollaris, & beneficiis dei ad meritũm diutius vti non queas, quia post mortem non est tempus merendi. Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, sicut & Salomon hortatur, Quodcunque potest manus tua, instãter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. [*Ait autem villicus intra se,*] id est, prouide cogitauit, atque consiliũ à propria ratione quæsiuit, quid sibi in tanto esset agendum discrimine. Sic timor multos inducit ad meliora. [*Quid faciam?*] potius cogitauit quid faciam, quam quid dicã, sciens quod apud iustum ac infallibilem iudicem plus valeant opera virtuosa, quã verba pulchra, dicente Apost. Non in sermone est regnum dei. Et christo, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei. [*Quia dominus meus aufert a me villicationem*]. i. comminatur quod statim auferet me de vita præsenti, ita quod in eius bonis dominari & promereri non potero: ideo nisi mihi modo prouideã, nullum post mortẽ mihi restabit remediũ. [*Fodere nõ valeo*]. i. dura pœnitentiæ opera exercere nõ queo, abstinendo, me flagellando, fl, endo, & vigilãdo. Quamuis opera ista sint viris perfectis dulcia atque facillima, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus, & in omni actu virtutum spiritualiter delectãtur. [*Mendicare erubesco*]. i. aduersa æquanimiter ferre non possum, seu alios ad intercedendum pro me precari verecundor, nisi & ego ipse aliquid boni agam, & temporalia tribuendo merear spiritualia mihi rependi suffragia. [*Scio quid faciam,*] quia ratio mea per euangelicæ legis doctrinã instructa dictat mihi quid debeam agere, [*Vt cum amotus fuero a villicatione,*] i. per mortem sublatus fuero de hac vita, ita quod nec aliis, nec mihi ipsi præesse possim ad meritum, [*Recipiant me*] hi quibus benefacere cogito [*in domos suas,*] id est, meritis ac suffragiis pauperum atque humilium perducar ad regnum cælorum, quod domus est pauperum: sicut ait Saluator, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et ait pluraliter, in domos suas, quia in vno regno cælesti diuersæ sunt mansiones, hoc est, diuersi gradus præmiorum, secundum gradus varios meritorum: prout asserit Christus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Homines quoque secundum exigentiam meritorum suorum ad angelorum ordines assumuntur. In has domos cælestes non ingrediuntur adulti, nisi per ostium seu opera misericordiæ corporalia aut spiritualia. In cuius figuram legitur in libris Regum, quod Salomon fecit in ingressu sancti sanctorum duo ostiola de lignis oliuarum, per quæ pietatis opera exprimuntur. [*Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui,*] id est, religiosis & indigentibus: qui quantumlibet iusti sint, attamen debitores sunt dei, vel propter peccata

Hiere.29.
Zacha.3.
Roma.2.
Gene.4.
Gene. 118.
Prou.11.
1.Corin. 4.
Roma.8.
Galat.6.
Eccle.9.
1.Cori.4.
Matth.7.
Matth.5.
Ioann. 14.
1.Reg. 6.
Matth. 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſua quotidiana venialia ſaltem, propter quorum remiſsionem exclamant, Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus. vel quia de acceptis donis deo ſeruire ac regratiari tenentur, nec deo æquiua- Lucæ.11.
lens valent rependere. [*Dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum cados olei.*] Cadus eſt amphora certæ menſuræ ſeu quantitatis. Porrò parabola iſta ſecundum expoſitionem hanc non te net in omnibus, quia & omne ſimile eſt aliquo modo diſsimile, aliter idem eſſet non ſimile. Non ergo neceſſe eſt, vt parabola ſeu ſimilitudo ſemper quatuor pedibus currat. Poſſunt tamen per centum cados vniuerſa humanę fragilitatis peccata ſignari, quia (vt Iacobus ait) in multis offendim⁹ omnes. Qui autē vult ſibi ignoſci à deo, debet & aliis libēter ignoſcere. [*Dixitque illi, Accipe cautionem tuam,*] i. char Iacob.3.
tam in qua ad cautelam deſcribitur forma contractus ſeu debitum, quæ à Tobia chirographum appel latur, [*Sede cito.*] Celeriter enim agenda ſunt bona, & præſertim miſericordię opera. Sicut enim hilarē, Tob.4.
ita & celerē datorem diligit deus. Et qui cito dat, bis dat: neſcit dare qui dare tardat. Propter quod aſ- 2.Cor.9.
ſerit Auguſt. Et rem perdit & meritum, qui pauperem moleſta mora ſuſpendit. Hinc Salomon ait, Ne Prou.3.
dicas, vade, cras dabo tibi, cum ſtatim dare poſsis. [*Et ſcribe quinquaginta,*] ſicque mediam partem dimit tit. [*Deinde alio,*] ſecūdum antiquā grammaticam, id eſt, alteri [*Dixit, Tu vero quantum debes? Qui dixit, Cen tum choros tritici.*] Chorus hic ſumitur pro menſura. [*Et ait illi, Accipe literas tuas,*] quæ paulo ante dictę ſunt cautio, [*Et ſcribe octoginta.*] Cur minus dimiſit huic quàm præcedenti? Reſpondetur quod ad inſi-
B nuandum, quod indigentioribus magis ſit tribuendū: rurſus, ad innuendū, quòd cordialius debeamus indigentibus compati quàm ſuccurrere valeamus. Oleo nanque compaſsio, tritico autē ſubuentio de ſignatur. Itaque ad hoc Chriſtus hanc induxit parabolam, vt ſciamus quòd ſicut diſpēſator qui de bo nis domini ſui fecit liberalitatem & curialitatem in illorum receptus eſt domibus, quibus taliter fecit: ita & nos de bonis nobis conceſsis aliis communicare debemus, & præcipuè diuites ſeculi huius pau peribus debent liberaliter ſubuenire, vt per hoc in domo illorum, id eſt, in regno cælorum ſuſcipi me reantur: quemadmodum ad Timotheum ſcribit Apoſtolus, Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſubli 1.Tim.6.
me ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed facile retribuere. [*Et laudauit dominus villicum iniquitatis,*] id eſt diſpenſatorem iſtum iniquum, qui & ante bona ſui domini diſsipauit, & nunc de reſiduo furtum commiſit, [*Quia prudenter egiſſet,*] id eſt, non de furto & dilapidatione rei alienæ eum laudauit, quoniam laus debetur virtuti, non de vitio: ſed de quadam apparenti prudentia, quæ tamē non fuit ve ra prudentia, ſed iniuſtitia: attamen aliquid ſimile veræ prudentiæ in eius opere fuit, nā induſtriosè ſi bi prouidit, & acute excogitauit: vnde & laudatio eius non fuit laus abſoluta, ſed ſecūdum quid. Mul to magis Chriſtus qui nullum ſuſtinet dānum, & vere piiſsimus eſt, laudabit prælatos ac diuites, ſi ſub ditis & egenis miſericordes extiterint. [*Quia filii huius ſeculi*] id eſt, dilectores mundi, qui mundū iſtum pro patria amant, in terrenis hæreditatem exoptāt, ſeculo ſe conformant, temporalibuſque potiūs quā diuinis intenti ſunt: de quibus Ioannes dicit. Ipſi de mundo ſunt, & de mundo loquuntur, & mundus
C eos audit. Tales ad deum non pertinent, & frequenter mundi nomine exprimuntur. De quibus loqui- Ioan.4.
tur filius dei patri ęterno, Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi de mūdo, quia tui ſunt. Ioan.17.
Vt ergo non ſimus de numero filiorum ſeculi huius, obtemperemus Apoſtolo exhortanti, Nolite cō formari huic ſeculo, ſed renouamini ſpiritu mentis veſtræ. [*Prudentiores,*] hoc eſt, aſtutiores & diligen Rom.12.
tiores in temporalibus acquirendis, conſeruandis & expediendis [*Filiis lucis,*] hoc eſt, deuotis & ſpiritualib⁹ hominibus [*In generatione ſua*] carnali, hoc eſt, inter ſuos [*Sunt.*] Hoc dicitur, nō quod impiis in ſit vera prudentia: cum dicat Apoſtolus, Prudentia carnis mors eſt. Ariſtoteles quoq; in Ethicis pro- Rom.8.
bat, quòd ſolis virtuoſis inſit prudentia: ſed ideo Chriſtus ſic loquitur, quia mundani homines ſolici tiores agilioresq; ſunt circa terrena negotia quam ſpirituales circa diuina, & circa ſpiritualem chariſ matū diuinorum profectum, quum tamen ſpiritualia bona incomparabiliter præſtantiora ſint rebus carnalibus & terrenis. Propter quod incomparabiliter plus laborandum eſſet pro ſpiritualibus quam terrenis. Propter quod incomparabiliter plus laborandum eſſet pro ſpiritualibus quam terrenis. Vnde & aliqui, vtpote viri ſancti, infatigabiles ardentiſsimiq; fuerunt. Sed tales comparatione aliorum pau ciſsimi fuerūt, & ſunt. Chriſtus autem loquitur ſecundū quod communius accidit. Huius quoque ra tio aſsignatur. Prima eſt mentis noſtræ obſcuratio, ſeu naturę per peccatū corruptio ſiue infectio, pro
D pter quam procliuior eſt homo ad vana ac mala, quàm ad bona atque ſalubria. Secunda eſt ſpiritualiū rerum ſubtilitas ſeu ad agnoſcendum difficultas. Senſibilia nanque ſunt groſsiora & notiora: ſpiritua lia vero ſubtilia minusque nota, ideo minus optantur: quia vt aſſerit Auguſtinus, Inuiſa diligere poſſu mus, non autem incognita. Sed hæc ratio in viris perfectis locum non habet, qui fidem habēt cum co pioſis rationibus credendorum, purificatæq; mentis intelligentia. Tertia, quoniā multis viribus circa ſenſibilia verſamur, atque ab eis mouemur, vtpote exterioribus ac interioribus ſenſibus ac duplici ap petitu, ſenſitiuo videlicet, concupiſcibili, & iraſcibili. Porrò, circa intelligibilia & ſpiritualia ſolo intel lectu verſamur & voluntate. Merito quoq; boni vocātur filii lucis. Primò, quia per charitatē & gratiā 1.Ioan.1.
ſunt filii lucis increatę, de qua in Ioanne habetur. Deus eſt lux, & tenebræ nō ſunt in eo vllę. Secūdò, Ephe.5.
quoniam lucidam, hoc eſt, virtuoſam & exemplarem habent cōuerſationem. Vnde ab Apoſtolo lux vocantur, Fuiſtis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Tertiò, quoniam donis gra tiæ gratum facientis, quę lumina quædam ſunt, intus ornātur, ſubdūtur, regūtur. Quartò, quia verā lu cem quæ deus eſt ſuper omnia diligunt. Quintò, quia ad lucem gloriæ prędordinati ſunt, & ad patriam claritatis æternæ ſuſpirant, tendunt, feſtinant, ibi hæreditari optantes. Deinceps Saluator parabolam i ſtā ad propoſitum applicat, [*Et ego dico vobis,*] ſalubriter conſulendo, ſeu præcipiendo, [*Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,*] hoc eſt, diuitias & temporalia pauperibus erogando, procurate vobis amicitiam ſanctam ſuperſanctæ trinitatis, & angelorum ſanctorum ac pauperū. Deus enim & omnes

D

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mon Syriace eſt nomẽ diaboli de diuitiis male acquirẽdis ſeu expẽdendis, aut auare conſeruandis tan- E
tantis. Hinc mammona appellantur diuitiæ: quæ dicuntur mãmona iniquitatis, nõ qp in ſeipſis ſint ma
lę aut vitioſæ, quũ teſte Apoſtolo, Omnis creatura ſit bona, ſed multis de cauſis tales dicuntur. Primò
quia multorum vitiorum ſunt materia atque occaſio, propter quod ait Valerius, Diues currit ad libi-
1. Tim. 4. tum, corruit ad illicitum. Et Paulus teſtatur, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & laqueũ
1. Timo. 6. diaboli, & in deſideria inutilia & nociua. Secundum, quia communiter inique acquiruntur, auarè ſer-
uantur, illicite expenduntur. Vnde ad innuendum, quam rarum ac difficile ſit, diuitem eſſe iuſtum, ſcri
ptum eſt in Eccleſiaſtico, Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſpe
rauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. ¶ Inſu-
per diuitiæ dicuntur iniquitatis, quaſi inæqualitatis, quia inæqualiter poſsidentur, & non æque reti-
nentur: quia quod quis vltra neceſſaria vitæ ſibi reſeruat, nec proximorum neceſsitati cõmunicat, mã
mona iniquitatis cenſetur. Menſurã vero recti moderaminis in diuitiis appetendis, aut cõſeruandis do
1. Timo. 6. cet Apoſt. dicens, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Poteſt etiam verbũ iſtud
exponi de diuitiis vitioſo affectu aut actu prauo adeptis, de quib⁹ eleemoſyna fieri poteſt, vt de acqui
ſitis per lenociniũ, meretriciũ, aut laborẽ in die feſto. De diuitiis vero iniuſto titulo acquiſitis, nõ de-
bet fieri eleemoſynarũ largitio, ſed reſtitutio. [*Vt cũ defeceritis*] à vita præſenti, hoc eſt, obieritis. de quo
defectu ſcriptũ eſt, Deficiens Abrahã mortuus eſt. [*Recipiant vos*] præfati amici. ſ. deus & angeli ac pau F
Geneſi. 25. peres ſancti, [*in æterna tabernacula*]. i. mãſiones cæleſtes, quæ non à parte ante, ſed à parte poſt nuncu-
Pſalm. 83. pantur ęternæ: de quibus ait Pſal. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutũ. Quamuis autẽ quili-
bet electorum recipiatur ad aliquam ſpecialem & certam manſionẽ regni cœleſtis, tamen qui vnã in-
greditur, in tabernacula ingredi dicitur, hoc eſt, ad locum illum ſeu patriam beatorũ, vbi mãſiones plu
rimæ diſtinguũtur, itemq; ad totius cœleſtis curiæ ſocietatem: ſed & frequẽter in ſcripturis numerus
pluralis pro ſingulari, & econtrario ponitur. Horum tabernaculorũ fuerunt figuræ habitacula filiorũ
Iſraël, de quibus in Numeris Balaam ait, Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Iſraël. Vel
Nume. 14. cum defeceritis à propriis meritis, illis carendo, recipiãt vos, ſcilicet angeli & pauperes præelecti. i. gra
tiam pœnitendi, & finaliter obtinendi vitam beatam ſuis ſuffragiis vobis procurent. [*Qui fidelis eſt in mi
nimo,*] hoc eſt, vſu, erogatione ſeu diſpenſatione temporalium rerum & opum, [*Et in maiore fidelis eſt,*]
. i. in vſu & diſpenſatione ſpiritualium. Qui enim temporalibus ordinate vtitur, referendo ea ad ſpiri-
tualia bona, per hoc ipſum meretur, & ſuſcipit gratiam bene ſe habendi circa res ſpirituales, quas tem
poralibus cunctis præponit, & circa eas virtuoſe exercendas, tractandas, cõmunicandas, præſertim ſe
occupat. Spiritualia autẽ hæc bona ſunt prædicatio, & ſacra doctrina, eccleſiaſtica ſacramenta, virtutes
& dona ſpiritus ſancti, quorum diſpenſatio ad prælatos, doctores & prædicatores præcipuè pertinet,
quemadmodum Paulus in talium ait perſona, Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpen- G
ſatores myſteriorum dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Veruntamẽ
1. Cor. 4. ad vnumquenq; diſpenſatio iſta quodãmodo ſpectat, prout diuus Petrus princeps Apoſtolorum hor
1. Petri. 4. tatur, Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrũ illã adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multi
formis gratiæ dei. Hinc cõſtat quod auari, ambitioſi, immundi, nequaquã ſunt boni prædicatores aut
prælati, quia ad ſua cõmoda, ac temporales honores, carnales delitias, impie reflectũtur. Qui verò in o-
mnibus dei honorẽ & proximorũ quęrit ſalutem, & cõmiſſum ſibi diligẽter implet officiũ, verbo &
opere inſtruendo, virtutibus inſiſtendo, & ea quæ dei ſunt ſubditis impendẽdo, hic dignus extat prę la
tus & prędicator, atq; in ſpiritualibus fidelis probatur: quemadmodũ ad Timotheũ docet Apoſtolus,
1. Timo. 4. Eſto (inquiens) exemplum fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate. Attẽde lectioni, exhorta
Tit. 2. tioni, doctrinæ. Profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Poſtremò, minima dici poſſunt, bona fortunę
ſeu exteriora bona: magna, dona naturæ: bona maiora, dona gratiæ: bona maxima, dona glorię. Ex his
cõcludit Saluator, [*Si ergo in iniquo mammona*]. i. in temporalibus diuitiis diſpẽſandis, quę iniquę vocan
tur ob cauſas præhabitas, [*Fideles non fuiſtis*] fidelitate ad iuſtitiam pertinente, ea erogando, ſecundũ qp
iuſtũ eſt: ſeu fide, quæ eſt virtus theologica, per quam propter bona ſpiritualia & futura ſpernũtur, &
liberaliter expenduntur corporalia & caduca, [*Quod veſtrum eſt*]. i. bona ſpiritualia & interna vobis di
uinitus præparata, & immortali animæ connaturalia, haberiq́ue iuſſa, [*Quis credet*]. i. committet ac tri- H
buet [*Vobis?*] quaſi dicat, Indigni eſtis huiuſmodi bonis, imò & prælatura, ſpiritualiúmque diſpenſatio
ne. [*Et ſi in alieno fideles non fuiſtis,*] id eſt, in exteriorum ac temporalium poſſeſsione & vſu [*Quod veſtrũ
eſt,*] id eſt dona gloriæ ſempiternæ ad quę finaliter conditi eſtis, & pretio ſanguinis Chriſti recupera-
ta ac empta ſunt vobis, [*Quis dabit vobis?*] nullus vtique. Porrò exteriora ac temporalia dicuntur homi
ni aliena tanquam extrinſeca, & ſecum non permanſura, atque ab eo quod in homine principale eſt,
puta à parte intellectiua prorſus extranea, ideo non ſunt proprie noſtra ea bona. Vnde & emigrantes
1. Timo. 6. de ſeculo iſto ferre ea nobiſcũ non poſſumus, dicente Apoſtolo, Nihil intulimus in hũc mundũ, haud
Pſalm. 46. dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Et Pſalmiſta, Homo cum interierit non ſumet omnia. Vera
igitur hominis bona ſunt ac veræ diuitiæ, quæ ſibi nolenti auferri non queunt, quæ eũ intus perficiũt
& ſecundũ intellectiuam animæ portionem ſibi conueniunt, atque in diuino conſpectu eum diuitem
reddunt. Hinc quidam philoſophus dixit, Theſaurum meum mihi nullus auferre poteſt, per theſaurũ
ſapientiam ſuam intelligens. ¶ Prætereà aduertendum quod Chriſtus loquens de bonis vitæ ait, Quis
credet. i. committet vobis, quia de eis redditurus eſt rationem: ſed de bonis patriæ dicit, quis dabit
vobis: quoniam bona patrię dari dicuntur, eo quod donum ſit datio irreddibilis, ſecundum Philoſo-
phũ: de bonis autem gloriæ perceptis non eſt amplius ratio exigẽda. Sed obiici poteſt, quod bona glo
rię ſunt pręmiũ quod cadit ſub debito, non ſub dono, ſicque redditur magis quam datur. Ad hoc Gor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ra reſpondet, Quum præmium æternum recepturus ſit homo propter meritum operum bonorum, ſi comparetur præmium ad radicem meriti, puta ad gratiam quam deus gratis contulit homini ad merẽdum, tunc dicitur præmium dandum, quoniã datum eſt illud quo operatur ac promeretur, ſcilicet gratia. Si autem comparetur ad opera meritoria, tunc dicitur reddendum ſicut merces pro labore, & ſicut præmium pro merito cõdigno: condigno (inquam) non condignitate valoris, cum præmium ſit bonũ infinitum, meritum autem bonum finitum, ſed cõdignitate cõuentionis. Sic enim deꝰ conuentionẽ fecit cum homine, vt finaliter laboraret in vinea ſua. i. in eccleſia, dabit ei pro operibus meritoriis denarium æternæ beatitudinis. Conſequenter diſſuadet & prohibet Chriſtus ſeruire cupiditati, imo & omni iniquitati, eò quod peccato deſeruiens deo ſubiectus non ſit, ſicque ſummum incommutabile & immenſum bonum amittit, ob cuius amiſsionem vitandam debet homo omne peccatum ſummo cũ ſtudio deuitare, atque ob cuius amorem & adeptionem debet omne opus bonum infatigabiliter communicare. [*Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire*] ſeruitute vtriſque placente, dominis (inquam) volũtate contrariis, inquantum contrariis, hoc eſt, in eo in quo ſibi inuicem contrariantur. Et per hos duos dominos intelliguntur hoc loco deus omnipotens & diabolus, de quo Chriſtus conteſtatur, Venit ad me princeps mundi huius. Ipſe enim eſt rex omnium filiorũ ſuperbiæ. His ſimul ſeruire nequimus, quoniam ſicut deo placet omne bonum vere honeſtũ, virtuoſum & charitatiuum, omne quoque Ioan.14. Iob. 41.

B malum oppoſitum diſplicet ei: ita diabolus deteſtatur omne tale honeſtum, & amat omne inhoneſtũ, turpe ac vitioſum. Porrò idem eſt ſeruire diabolo, & mundo ac carni ſeu concupiſcentiis eius. Hinc omnis ſeruus peccati eſt ſeruus diaboli, & econtra, omníſq; amator mũdi, hoc eſt, vanitatum & impietatum ſeculi huius, inimicus eſt dei. Quicunque autem à tentatione ſeu concupiſcẽtia, paſsione aut vitio ſuperatur, ſeruit vitio atque diabolo, quẽadmodũ Petrus dicit, A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Hinc iniqui ſunt ſerui corruptionis. His conſonat illud Iacobi, Neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt deo? Quicunque ergo voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei cõſtituetur. Illud quoque Ioannis, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, quia ſi quis diligit mũdum, nõ eſt charitas patris in eo. Sed & Apoſt. profitetur, Si adhuc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem. [*Aut enim vnum,*] ſcilicet diabolum [*Odiet,*] qui non eſt amandus ex charitate, quum non ſit beatitudinis capax, ſed obſtinatus: tamen quantum ad bonam naturam quam habet à creatore, diligẽdus eſt naturali amore. Sic enim & deus diligit eum: iuxta illud Sapientiæ, Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti. [*Et alterum*]. ſ. deum [*Diliget,*] qui propter ſuiipſius puram, perfectã, immenſamq; bonitatem, propter ſeipſum primo ſummè incomparabiliterque amandus eſt, deinde, quoniam prior dilexit nos. Inſuper propter beneficia ſua atq; promiſſa [*Aut vni adhærebit,*]. ſ. diabolo per conformitatem affectus, ea videlicet cupiendo & amplectendo quæ diabolo placent, vt ſunt

C opera vitioſa. Diabolus quoq; ſecundum Gregorium, omniũ impiorum eſt caput, ideo ei adhærent ſicut capiti membra, & ipſe ſua ſuggeſtione peſtifera influit eis vitam iniquam, vitiorúmque motũ. Potius quoque ait Saluator, adhærebit quam diliget, quia pectator non amat diabolũ, quamuis ei cõſentiat. [*Et alterum*]. ſ. deũ [*Contemnet*] eius præcepta paruipẽdendo, tranſgrediẽdo, & vana ac vilia ei præferendo. Et ſecundũ Auguſt. non ait, odio habebit, ſed cõtemnet, quia vt dicit nullius fere conſcientia deum poteſt odiſſe. Auguſtinus tamen ſecundum Gorram hoc verbum retractauit. Nã & frequẽter in ſcripturis leguntur iniqui deum odiſſe, quum apud Ioannem Chriſtus teſtetur, Oderunt me & patrem meum. Et Pſalmiſta loquitur deo, Quoniã ecce inimici tui ſonauerũt, & qui oderunt te extulerũt caput. Veruntamen dici poteſt quod deus conſideratur dupliciter. Primò, ſecundum ſe, & ſic cum ſit pura bonitas non poteſt odiri. Secũdo, inquantum prohibet & punit ea quæ peruerſis voluntatibꝰ placent, & ita peruerſi odiũt eum. [*Non poteſtis eodem tempore Deo ſeruire & mammonæ.*] hoc eſt, diuitiis ſeu dæmoni de auaritia diuitiisq; tentanti. Qui enim deo veraciter ſeruit, eius mãdata cuſtodit, & nulli ſubiacet peccato mortali, ſed in ſummo ac inuariabili bono fidem ſibi conſtituit, illi magis quam ali cui rei creatæ per charitatem mẽtaliter adhærendo: qui autem mammonæ ſeruit, in terrenis opibus ſibi finem conſtituit, & eas magis quam deum cupit ac amat, eſtque auaritiæ ſeruiens ac ſubiectus, quę tantæ eſt impietatis, vt eam Apoſtolus idolorũ nominet ſeruitutem. Et in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt, Auaro nihil eſt ſceleſtius, nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam. [*Audiebant autem hæc*]. i. præſcriptã

D Chriſti diſputationem contra auaritiam, [*Phariſæi*] qui cęteris religioſiores videbãtur, [*Qui erant auari*] quorum peruerſitatem & carnalitatẽ multi clerici & ſpecie tenus religioſi iam aſſequuntur. [*Et deridebant eum.*] Carnalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, ſecundum Apoſtolũ. Tales ſunt omnes indurati in vitiis, & ſapientes in oculis propriis, qui dum vitia ſua tangi, ſeque reprehendi aduertunt, indignantur, atque deridẽt. Quemadmodum ſcriptum eſt in Amos propheta, Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfecte abominati ſunt. Contra quos in Prouerbiis aſſeritur, Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ſuperueniet ei interitus. ¶ Denique phariſæi ideo Chriſtum docentem hęc deridebant, quia in veteri lege temporalium abundantia promittebatur, & quoniam Abraham multíque alii virtuoſi in lege illa diuites fuiſſe ſcribuntur. Sed phariſæi iſti verba Chriſti non intellexerunt. Non enim ſimpliciter opulentiam, ſed auaritiam ſeu ipſis deſeruire diuitiis reprobauit. Temporalium quoque affluentia non promittebatur in veteri lege, tanquam vltimatum ac principale prẽmium virtutum, ſed tanquam minus principale & introductorium. Plebs nanq; illa Iſraëlitica pro maxima ſui parte carnalis fuit ac rudis, idcirco per temporalium promiſsionem alliciebatur ad ſpiritualia ac diuina. ¶ Poſtremò, iuſti non ſeruiunt diuitiis, ſed diuitiæ ſeruiunt eis, quoniam implent illud Pſalmiſtæ, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. ¶ Deinceps Chriſtus modeſta increpatione, atque ſalubri informatione deriſores iſtos confutat, [*Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã homi-*

Ephes. 1. Eccle. 10. Pſal. 85. Ioan. 15. Sap. 11. 1. Ioan. 4. Galat. 1. 2. Petr. 2. Iacob. 4. 1. Ioan. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nibus,]hoc eſt veſtra vitia palliatis,& multa mala ſub ſpecie boni peragitis,atque per ſimulatam iuſtitiam decipitis homines,ita vt iuſtos vos arbitrentur.Bona quoq; quæ videmini agere, non propter dei gloriam,ſed ob propriam laudem efficitis.Contra quos ait Saluator apud Matthæum, Videte ne iuſtitiã veſtrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. De quibus legiť in Iob, Simulatores & callidi prouocant iram dei.[*Deus autem nouit corda veſtra*,]hoc eſt,iniquitates veſtras latentes,infallibiliter inſpicit.Prout per Hieremiam proteſtatur, Si occultabitur vir in abſconditis,& ego non videbo eum?Vnde & in libris Regum habetur,Homo videt quæ patent,dominus autem intuetur cor. Hæc eſt notitia reprobationis.De qua per Amos prophetam loquitur deus,Cognoui multa ſcelera veſtra. [*Quia quod altum eſt hominibus*,]hoc eſt,ab hominibus magnum reputatur, vt ſimulata iuſtitia, opulentia rerum,ornatus exterior,pompa atque proſperitas mũdi,[*Abominatio eſt apud deum*]ſeu ante deum, hoc eſt,diuinæ mentis ſuperſapientiali iudicio vanũ ac deteſtabile reputatur, quia à vera beatitudine impedit,ſeu à ſynceritate æquitatis ac veritatis recedit:ideo alia ſunt iudicia dei,alia iudicia hominum. Propter qđ in libris Regum profatur,Nõ ſecundũ intuitũ hominũ ego iudico.Per Eſaiã quoq; fatetur,Non enim cogitationes meæ,cogitationes veſtræ,neque viæ meæ,viæ veſtræ.Quia ſicut exaltãtur cæli à terra,ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris,& cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.

Matth.6. Iob.36. Hiere.23. 1.Reg.16. Amos.4. 1.Reg.16. Eſaiæ.55.

¶Denique quod de vitiis dictum eſt,etiam de vitioſis hominibus accipi poteſt,quia frequenter contingit, quod hi qui ſua aut aliorum hominum reputatione ſunt magni, prudentes,ſeu virtuoſi, coram deo ſint viles,& vitioſi,quemadmodum per Oſeam dominus loquitur de quibuſdam,Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt.In Prouerbiis quoque increata ſapientia aſſerit, Arrogantiam, & ſuperbiam,& viam prauam,& os bilingue deteſtor. Sed & ſimulata æquitas nõ eſt æquitas, ſed duplex iniquitas.Quod verò nunc ait Saluator,Quod altũ eſt,de hominibus carnalibus& mundanis,nõ de hominibus vere ſapientibus ac diuinis potiſsimum intelligendum videtur.Homines enim ſpirituales,ſapientes,diuini,vere ac deiformiter iudicant,& in iudicãdo ſe deo conformant,quia per dona ſpiritus ſancti,quibus pleni ſunt,diriguntur ab eo in iudicando:nec paſsiones & vanitates ſequũtur,ſed habent intellectum ſyncerum, atque purgatum affectum. Vnde quæ placent deo,placẽt & eis:& quæ diſplicent deo,diſplicent eis.Propter quod de homine iuſto ait Pſalmiſta, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.In libro quoque Iob,in perſona iuſti quis ait,Ego vidi impium, firmaradice, & maledixi pulchritudini eius.Veruntamen ſæpe decipi queunt in iudicando,quàm diu in hac vita ſubſiſtunt. Itaque coram deo ſupermundiſsimo ſynceriter ambulemus,omnem vanitatem verſutiãque vitantes,neque hominibus placere inaniter affectemus.Quoniam deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placent,confuſi ſunt,quoniam deus ſpreuit eos.Ecce quid horribilius dici poteſt, quum Salomon dicat,Conſidera opera dei,quod nemo corrigere poteſt, quem ille deſpexerit.

Oſeę.9. Prouer.8. Pſalm. 14. Iob.5. Mich.6. Rom.5. Pſalm.54. Eccleſi.7.

¶Conſequenter Chriſtus breuiter tangit,cur Phariſæi non debuerunt ſe contra ſua documenta quibꝰ paupertatem opulentiæ prætulit,& affluentiam temporalium rerum diſſuaſit defendere,[*Lex & prophetæ vſque ad Ioannem*,]hoc eſt,Legalia & prophetica illa promiſſa,quibus cultoribus dei temporaliũ abundantia promittebatur vſque ad Ioannis Baptiſtæ prædicationem durauerunt,[*Ex eo regnum dei euangelizatur*,]hoc eſt à tempore quo Ioannes prædicare exorſus eſt,cœperunt cæleſtia bona manifeſte promitti,& vita æterna doceri,atque euangelica perfectio prædicari,quæ amore ſpiritualium cœleſtiũm que bonorum ad temporalium inducit contemptum.Hinc Matthæus ſcribit, Venit Ioannes prędicans in deſerto,& dicens,Pœnitentiã agite,appropinquabit enim regnum cęlorũ. Tempus autẽ prædicationis Ioannis & Chriſti diſcipulorũmque eius,reputatur vnum & idem:quia prædicatio Ioannis diſpoſitiua fuit ad Chriſtum,& modico tempore chriſti prædicationem præceſsit, qui apertius quam Ioannes paupertatem edocuit,cęleſtisque regni beatitudinem euangelizauit,& ipſo iubente diſcipuli eius.Vnde in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus dicitur,Bonum eſt facultates cum poſſeſsione pauperibus erogare,melius eſt cum intentione ſequendi Chriſtum,totum ſimul donare,& abſolutum à ſolicitudine cum Chriſto egere.

Matth.3.

¶Poſtremò,ob cauſam prætactam Ioannes vocatur quaſi horizõ ſeu medium veteris & euangelicæ legis. Itémque,Finis legis & principium euangelicæ veritatis.Potius tamen competit Chriſto eſſe finem legis,quia legem impleuit,ceſſaréque fecit,& figuræ legalium ac vaticinia prophetarum in ipſo ſunt adimpleta.Propter quod ſcriptũ eſt,Finis legis eſt Chriſtus.Et in Ioãne,Veritas per Ieſum chriſtũ facta eſt.Hinc aliqui dicunt,quod Chriſtus fuit finis legis extra:Ioannes vero finis intra,quia & ipſe ad legis obſeruantiam tenebatur.[*Et omnis in illud vim facit*].i.quicunque regnum cęlorũ adipiſci ſatagit & meretur,neceſſe eſt vt per bonam violentiam vincat ſeipſum,corpus ſuũ ſubdendo ſpiritui, & propriam voluntatem voluntati mandatisq; dei,quod difficile extat potiſsimum in principio conuerſionis.Paſsiones nanq; ſunt fortes,& viam iuſtitiæ continuare vſq; in finem non eſt mediocriter laborioſum.Propter quod ait Pſalmiſta,Propter verba labiorũ tuorũ,ego cuſtodiui vias duras.Quãuis perfectis charitate feruẽtibus ſuaue fit iugũ dei & leue onus ipſius,qui dicunt,Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum.Itémque,In via teſtimoniorum tuorũ delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. Itaq; omnis tendẽs in illud regnũ,vim facit ſibimetipſi.Hinc in Matthęo clarius ait chriſtus,Regnum cęlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.Prętereà teſte Gregorio, Quidã rapiunt regnum cęlorũ per omnium abiectionem,alii illud mercantur per eleemoſynarum largitionẽ alii id furantur per occultã ſanctitatẽ,alii quaſi cõpelluntur ipſum acquirere per temporalẽ aduerſitatẽ.Itaq; à propriis vitiis nõ vincamur,paſsionibus non ſubdamur, prauis conſuetudinibus efficaciter reluctemur,implentes illud Apoſtoli,Labora ſicut bonus miles chriſti,vt impleatur in nobis qꝫ in Apocalypſi ſpõdet Saluator,Vincenti dabo edere de ligno vitæ,quod eſt in paradiſo dei mei.Deinceps

Roma.10. Ioan.1. Pſalm.16. Matth.11. Pſal.119. Ibidem. Matth.11. 2.Tim.2. Apoc.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Christus ostendit, quod præinducta non protulit vt legis veritati in aliquo derogaret, quũ & in Matthæo testetur, Non veni soluere legem, sed implere. [*Facilius est cælum & terram præterire,*] hoc est, annihilari, quantum ad absolutam omnipotentiam dei hoc ipsum potentis per solam suæ conseruationis liberrimæ subtractionem: iuxta illud Machabæorum, Nos in omnipotẽti deo confidimus, qui potest nos & vniuersum mundum vno nutu delere, [*Quam de lege vnum apicem cadere*] .i. quam minimam legis portiunculam, iussionem, seu verbum veritate destitui, effectu impletionis priuari, irritari, cassari. Lex enim illa Mosaica cum fuerit supernaturalis atque diuina creatæ veritati innitebatur: ideo quã impossibile est deum nõ esse veracem, tam impossibile est legem ipsius esse inanem. Sed quicquid in ea contentum est, verificatur, & obseruatur pro loco & tempore, vel literaliter, vt de præceptis moralibus patet, vel spiritualiter, vt de cærimonialibus constat præceptis. Hoc est quod in Matthæo loquitur Christus, Donec transeat cælum & terra, vnum iota aut vnus apex nõ præteribit de lege. Ideo Esaias scribit, Verbum dei nostri stabit *in æternum.* ¶ Porrò, quod ita se habeant, Christus consequenter quasi exemplariter manifestat, [*Omnis qui dimittit vxorem suam*] sibi legitimè copulatam, ita quod inter eos contractum est matrimonium verum, [*Et ducit alteram,*] prima adhuc viuente, [*Mœchatur*] adulterium committendo, quia cum altera non contrahit verum matrimonium, eo quod vinculum matrimoniale sit indissolubile. Vnde quod in Matthæo addit Saluator, excepta causa fornicationis, intel- Matth. 5.

B ligendum est de dimissione quantum ad thorum, quia sic licet eam ob fornicationem relinquere: non quantum ad vinculum, quod solum in morte dissoluitur. [*Et qui dimissam a viro ducit, mœchatur*] eam cognoscendo, quum non sit veraciter coniunx eius legitima, priori viuẽte marito. Itaque Christus ostẽdendo vinculum coniugale esse indissolubile, legem perfecit, non soluit. Lex enim vxoris admisit repudium, non tanquam culpa carens ac licitum: sed propter maius malum vitandum, quia ad vxoricidium proni fuerunt Iudæi. Vnde in Malachia, postquam dominus dixit, Quum odio habueris eam, dimitte. adiecit, Operiet autem iniquitas vestimentum eius. Moraliter secundum Gorram, qui dimittit vxorem suam spiritualem, scilicet parochiam, & ducit aliam, vtpote pinguiorẽ, quia pinguior est, mœchatur: quia non quærit spiritualem fructum, sed temporale lucrum. Superius Christus hortatus est ad auaritiæ detestationem, eleemosynarumque largitionem per parabolam: hic idem agit commemorando rem gestam. [*Homo quidam erat diues*] in exterioribus, pauper in anima, quia virtutibus carens. Non dicitur hic, quod sit parabola. ideo communiter dicunt expositores, quod sit res gesta, putãtque aliqui quod homo iste fuit Nabal, de quo in libris Regum habetur. [*Et induebatur purpura,*] quæ est vestis regii ornatus ac habitus, rubeique coloris, qua vestiebatur exterius ad ostentationem inanem, [*Et byssõ.*] Byssus est vestis seu genus candidissimi atque mollissimi lini, quod tãtũ nascitur in AEgypto. Byssõ ergo interius induebatur ad carnem, propter ipsius mollitiem. ¶ Porrò circa vestium vsum seu fluxũ, multa iuste reprehenduntur. Primum est pretiositas seu pretii sumptuositas. Indignum est nanque vi- Deuter. 4. Matth. 19. Marci. 10. Malach. 2. 1. Reg. 52.

C le corpus cadauerque putridum, vestibus immoderanter pretiosis ornari, vnde plurimi pauperes Christi possent refici & vestiri. Secundum est multiplicitas mutatoriorũ seu vestimentorũ, iuxta varietatẽ dierum aut temporum, aut festorum. contra quod ait Hieronymus, Rapere aliena conuincitur, qui retinere sibi superflua comprobatur. Vnde multis præsertimque clericis dici iam potest, Vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Tertium est curiositas, quæ respicit studium exterioris ornatus. Multi enim plus student ad ornatum vestium, vt hominibus placeant, quàm virtutum vt placeant deo. Contra qđ loquitur Augustinus, Non affectetis vestibus placere, sed moribus. In Ecclesiastico quoq; fertur, In vestitu ne glorieris vnquã, & in die honoris tui non extollaris. Et Gregorius scribit, Nemo putet in victu & studio vestium deesse peccatum. Aliàs Christus de asperitate vestitus non laudasset Ioannẽ. Quartũ est, indecentia respiciens personæ statum aut ordinem, quia nõ decet clericũ vestiri vt histrionẽ aut militem: propter quod per Sophoniam dominus cõminatur, Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Sed heu quia canonici iam incedunt vestiti tanquã milites. Quintum est ostentatio, quia multi tunc se pretiosius vestiunt, cũ à pluribus videndos se arbitrantur. Deniq; superfluus vestium cultus tam in viris quàm in fœminis valde damnabilis est, quia ad libidinem prouocat, propter quod in vsu vestium multi mortaliter peccant. Contra diabolicam vero & insensatissimam vanitatẽ Ia co. vlt. Eccles. 11. Matth. 10. Soph. 1.

D fractillationis, incisionisq; vestium, dominus ait per Ioëlem, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. [*Et epulabatur quotidiæ splendide,*] hoc est, delicate, crapulose, superflue, pompose: excedendo in ciborum & potuũ multiplici varietate, exquisita præparatione, sumptuosa seu pretiosa consumptione, vasorumq; ornatu curioso ac splendido, atque in his assiduus fuit, gulam in consuetudinem vertens, ex qua luxuria, acedia, & alia varia consequuntur peccata. Hinc carnalitati iam maximè subiacent, qui de crucifixi patrimonio sustentãtur, cum tamen ad præcipuam moderantiam obligantur. Talibus dicit Iacobus, Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra. Quo contra hortatur Apostolus, Curam carnis ne feceritis in desideriis. Et denuo ad Romanos, Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et Christus infra ait x x 1. capitulo, Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. O quam multi enormiter excedunt in istis, quorum cum fuerit satisfactum naturæ, vnius cibi aut duorum sumptione, iam tertium ferculum apportatur, & appetitus de nouo ad gulam & voracitatẽ infeliciter prouocatur. Tales diuina illuminatione se reddunt indignos, & propriam vitam abbreuiant, sanitateque priuant: quum Salomon contestetur, Qui amat vinum & pinguia, non erit sapiens. Natura quoque paucis contenta est, & superfluitate obruitur atque grauatur. [*Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.*] Nõ diuitis, sed egeni & ægri nomen propriũ Christus expresit, quoniã pauperẽ istũ per approbationem cognouit, & in libro vitæ seu præ- Ioël. 2. Iacob. 5. Roma. 13. Roma. 8. Prouer. 20. Prouer. 21.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

destinationis æternæ habuit scriptum: diuitem vero per approbationem non nouit, sicut & reprobis E
Matth.7. loquitur, nõ noui vos. Hinc Moysi ait, Inueniſti gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine. Ecce
Exod.33. quomodo alia ſunt iudicia dei, alia mundi, & quomodo ſapientia ſeculi huius, ſtultitia eſt apud deum.
1.Cor.1. Certe apud hunc mundum immundũ, hoc eſt, homines ſeculares, carnales, magis famoſa & nota ſunt
nomina opulentorum, quam egenorum. Sed apud deũ eſt ecõuerſo. Porrò, ex hoc quod Chriſtus pau
perem nomine certo deſignat, coniicitur iſtud eſſe res geſta, ſecundum Ambroſium. [*Qui iacebat ad ia-
nuam diuitis.*] in quo patet, quod infirmus ac debilis fuit, & diues per ignorantiam ſe excuſare nequiue
rit, quoniam intrans & exiens illum aſpexit, [*Vlceribus plenum*] tanquam alter Iob, & ſic miſerabilior
fuit, magíſque impium fuit ei non ſubuenire, [*Cupiens ſaturari de micis,*] hoc eſt, fragmentis, [*Quæ cade-
bant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.*] quo conſtat, quod minima poſtulauit, & quod non ſolum diues
ille, ſed & miniſtri eius duri, immiſericordiſsimíq; fuerunt, qui infirmo, egeno, famelico tam parua ne
gabant. Crudeles nanque & immiſericordes domini, habere ſolẽt familiam ſibi conſimilem: iuxta qđ
Eccleſ.10. in Eccleſiaſtico legitur, Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Salomon quoque fatetur, Rex
Prouer.29. impius omnes miniſtros habet iniuſtos. [*ſed & canes*] diuitis [*Veniebant, & lingebant vlcera eius.*] Sicq;
canes benigniores fuerũt pauperi huic quam diues. Canes quippe naturali miniſterio ſuæ linguę vul
neribus pauperis medebãtur, quem diues contempſit contra ius naturale. Diues etiam ſuis canibus be
neficentior fuit quàm pauperi. Et heu quam multi ſunt hodie tales, qui pauperes aſpicere vix dignan- F
tur, aut ex eorum aſpectu grauantur: qui illud Iacobi aduertant, Iudiciũ ſine miſericordia fiet illi, [qui
nõ fecit miſericordiã.] [*Factum eſt autẽ vt moreretur mendicus,*] hoc eſt, non caſualiter, ſed deo ſic diſponẽ-
te contigit pauperem iſtum mori. Deus enim vnicuique præſtitit certum tempus viuendi. [*Et portare-
tur ab angelis,*] .i. anima eius ab angelis ſanctis honorifice ducebatur [*Ad ſinum Abraha,*] hoc eſt, ad ſe-
cretam illam quietem ſanctorum in limbo patrum, quæ per ſinum Abrahæ deſignatur. Per ſinum et-
enim quies exprimitur: qui dicitur Abrahæ ſinus, non quod ipſius ſit tantum, aut ipſe primus in lim-
bum illum deſcendit: ſed quoniam ipſe ſpecialiter pater credentium, multarúmque gentium appella-
Galat.3. tur, ſecundum illud Apoſtoli Pauli, Qui ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahę. Laudatur enim Abrahã prę-
Roma.4. cipuè de magnitudine fidei ſuæ. Propter quod ait Apoſtolus, quod cõtra ſpem in ſpem credidit, & nõ
eſt infirmatus in fide, ſed pleniſsimè credidit. Hinc loquitur Auguſt. Sinum Abrahæ intelligo remo-
tam ſedem quietis atque ſecretam vbi extitit Abraham, quæ ipſius dicta eſt, non quod ipſius ſit ſolũ,
ſed quoniam ipſe ibi multarum gentium pater eſt poſitus, quibus eſt ad imitandũ fidei principatu præ
poſitus. Veruntameñ ſecundum Petrum Rauennenſem dicitur ſinus Abrabæ, propter hoſpitalitatis
officium, in quo Abrahã fuit excellens, ita quod & nunc ſe beatũ quaſi nõ crederet, ſi in ſuperna glo
ria à ſuo ceſſaret hoſpitalitatis officio. Prętereà contuendũ, quod quia Abraham iam de limbo inferni
ad cæleſte tranſlatus eſt regnum, nunc per ſinum Abrahæ ſignificatur quies ſanctorũ in patria. Vnde
ſanctus Martinus dixit, Abrahæ me ſinus ſuſcipiet. Ecce quàm ſalubre eſt in ſeculo iſto egere, infirma G
Iacobi.1. ri, contemni, dummodo propter deũ patienter feratur. Patientia nanq; opus perfectũ habet. Et vtique
ad deportationem animæ Lazari vnus ſuffecerat angelus, ſed vt ait Chryſoſt. Multi angeli aduenerũt,
vt chorum lætitiæ facerent, & pauperis animã abundantius conſolarentur ac honorarẽt. Merito quip
pe huic egeno angelica exhibebantur obſequia, cui negata fuerunt humana. [*Mortuus eſt autem diues,*]
morte naturæ, qua anima ſeparatur à corpore: & morte culpæ, qua ſeparatur à deo: itẽmque mortẽ gẽ-
hennę, qua ſeparatur à ſuperna felicitate; [*Et ſepultus eſt in inferno*] hoc eſt, anima eius in profundo infer
nalium ſuppliciorum eſt collocata, & infra terram quaſi in tumulo poſita, concluſa ac relegata: quem
admodum in Ezechiele ſepulcra regum AEgypti & Aſſur dicuntur in inferno in circuitu eorum cõ
Ezech.32. ſiſtere, ibi ſepeliuntur parochiani diaboli. Quemadmodum auem parochianus dei vocatur, qui eius
baptiſmo intinctus eſt, eíque primitias ſoluit ac decimas, & horas eius ac miſſas libẽter audit, ppter qđ
moriens dignus eſt in ipſius cœmiterio ſepeliri: ſic parochianus diaboli iudicatur, qui concupiſcentia-
rũ carnaliũ aquis intingitur, & primitias ſeu exordia operum ſuorum diabolo offert, agendo quæ illi
ſunt placita, bonaq; temporalia vitioſe conſumit, & cantilenis mundanis, verbis ſcurrilibus, detracto-
riis & iniquis, quaſi diaboli horis intendit, idcirco moriens ſepelietur in cœmiterio infernali, ſepultu-
ra aſini, hoc eſt, ſine honore. Merito ergo ait Pſalmiſta, Mors peccatorũ peſsima. Et rurſus, Sicut oues H
Pſalm.33. in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. [*Eleuans autẽ oculos ſuos*] interiores. i. altiora conſideras, & quia
Pſalm.48. ſola anima diuitis ibi fuit, corporales oculos nec habuit nec leuauit, [*Cum eſſet in tormentis*] dãni & ſen-
ſus, videlicet in carentia beatificæ fruitionis dei, atq; in ſenſibilibus ſuppliciis tartari. Eſt quippe in il-
lis æternaliter condemnatis valde multiplex dolor, vtpote ex dæmonũ horribili viſione, ex maioris
mali pœnalis futuri timore, ex remorſu conſcientię, ex certa cognitione irrecuperabilis ſuæ damnatio
nis, & deſperatione omnis ſalutis, nec tantum affliguntur ab igne tartareo, quantum puniuntur in mẽ
te, ex eo quod ſciunt nunquã ſe liberandos, vt dicit Albertus. [*Vidit Abraham a longe,*] .i. conſideravit
eũ eſſe in loco alte ſupra ſe poſito, quia non ſolum diſsimilitudine, ſed & locali diſtantia inter ſe diſta-
bant loca præfata, ſcilicet lymbus patrum, infernusq; damnatorum. Itaque huic diuiti cõdemnato in-
tellectum dedit vexatio: propter quod ait Gregorius, Oculos quos clauſit hic culpa, ibi aperuit pœ-
na. In hac etenim vita impiis delectationibus mente cęcatus, non conſideravit pœnas prauorũ & gau
dia beatorum. [*Et Lazarum in ſinu eius*] .i. in participatione quietis & certæ xpectationis cœleſtis bea-
titudinis. in qua Abraham fuit. Quocirca ſcribit Gregorius, q̃ damnati vſque ad diẽ iudicii ſanctos ſu-
Eſaiæ.29. per ſe attendunt ſeu vident in gloria, non autẽ poſt diẽ iudicii. Quod quomodo intelligendum ſit, Ly
ra maiorũ iudicio ſe cõmittere perhibet, & addit quod damnati vſque ad diẽ iudicii videant gloriam
beatorum. Vt ſonare videntur verba Gregorii, non habetur ex hoc loco ſufficiens argumẽtum, quia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Saluator narrat hic rem geſtam ante ſuam paſsionem, quando Abraham nondum fuit in gloria. Sed Gorra aliquo modo elucidat verba Gregorij dicens, Videre requiem aut gloriam beatorum contingit dupliciter. Primò in generali, ita quod damnati cogitẽt ſanctos eſſe in quiete & gloria, ſed in quali non vident. Secundò in particulari, ita vt videant qualis ſit gloria electorũ. Primo modo reprobi vſque ad iudicium cernunt requiem beatorũ, ſed ſecundo modo non vident. Nec tamen de huiuſmodi viſione lætantur ſed cõtriſtantur, tam ex alienæ felicitatis inuidia, quàm ex illius quietis carentia: poſt diem verò iudicii ad proprias pœnas cõſideratio eorum magis reflectetur, ita quod de ſanctorum gloria non cogitabunt. Sed contra hæc verba obiici poſſet, quia in reprobis in æternum manebit pœna damni quæ eſt ex conſideratione felicitatis amiſſæ, ergo & poſt iudicium cogitabunt iniqui de felicitate cæleſti, quam ſcient ſe amiſſe & electos obtinuiſſe. Veruntamen ſatis probabile reor, quod quanto tũc illorum pœna augebitur, tantum eorum de gloria beatorũ cõſideratio minuetur. Sed circa hæc multa difficilia poſſent moueri, quæ potius pertranſeunda exiſtimo, ne incerta pro certis inducam. [*Et ipſe clamans,*] iuxta illud Eſaiæ, Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Iſte tamen clamor ſpiritualis fuit atque interior, ſcilicet affectio vehemens, quamuis indigna. [*Pater Abraham.*] Patrem vocat, cuius virtutes imitari neglexit, propter quod indignus fuit eum patrẽ vocare, quamuis carnalem ab eo ſumpſiſſet originem. Vnde apud Ioannem Chriſtus ait Iudæis, Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Vos ex patre diabolo eſtis. Itaq; ſi diues iſte in pauperes pius ac liberalis & hoſpitalis fuiſſet, Abraham rite patrem vocaſſet. [*Miſerere mei.*] Cum damnati ſint in vitiis obſtinati, nec vnquam pœniteãt, quomodo ſibi petunt & cupiunt miſereri? Dicendum, quod de peccatis ſuis non pœnitent, inquãtum ſunt dei offenſiua, turpia & iniuſta: ſed vt ſunt eis cauſa tanti ſupplicii. Sed & diues iſte damnatus petiit ſibi miſereri quantum ad pœnæ mitigationem, non quoad culpæ ablationem. Nam addit, [*Et mitte Lazarum*] .i. dirige eum ad me, [*Vt intingat extremum digiti ſui in aquã*] .i. aliquid, ſaltem modicum quid ſubuẽtionis mihi impendat. Chriſtus autem hoc loco per corporalia ſpiritualia metaphorice exprimit, vt communitas hominũ magis intelligat, quæ ſpiritualia in ſua ſimplicitate nõ capit. [*Et refrig ret linguam meã.*] in qua quia magis peccauit, tam per delectationes guſtus in cibis & potibus, quam per verba inania, quę abundant in crapula, ideo magis precatur releuamẽ pœnę in lingua. Per quæ enim quis grauius peccat, per hæc & in his magis punitur. [*Quia crucior in hac flãma.*] Qualiter incorporei ſpiritus corporeo igne affligantur, doctores ſuper quartum ſententiarũ deſcribunt. Communis autem reſponſio eſt, quod ille ignis inquãtum eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ ſpiritus condẽnatos affligit: quẽadmodum aqua baptiſmi agit in animam, inquantũ eſt diuinæ miſericordiæ inſtrumentum. [*Et dixit illi Abraham.*] Secundum Auguſtinum, qđ in corporalibus facit ſitus, hoc in ſpiritualibus ordo. Ideo loquutio animarum & angelorum ad inuicem, intelligenda eſt fieri per ſpiritualẽ conuerſionẽ ad inuicem. [*Fili*] carnis propagatione, non virtutum imitatione, [*Recordare quia recepiſti bona*] temporalia, diuitias, delitias, & honores, [*in vita tua,*] ſuper terrã tranſacta: in qua ſi aliquid de genere operum bonorum egiſti, mercedem tuam vltra condignum ſortitus es. Nullum et enim bonum deus irremuneratũ relinquit. [*Et Lazarus,*] in vita ſua recepit, [*Similiter mala*] .i. mala pœnalia, paupertatem, infirmitates, famem, opprobria copioſe perpeſſus eſt, per quæ culpæ eius quotidianę quaſi per ignem purgatæ ſunt. Hinc ait Gregorius, ſi quæ reprehenſibilia in pauperibus videmus, non debemus eos deſpicere, quia fortaſsis quos morum infirmitas vulnerat, hos medicina paupertatis curat. Diuitibus vero, etiam ſi boni appareant, omnino timendum eſt, ne forte pro bonis quæ agũt in præſenti à deo retributionem ſuſcipiant. Nam vt ait Boetius, quãuis occulta ſint dei iudicia, dum in ſeculo iſto electis proueniunt aſpera, & reprobis proſpera: occultiora ſunt tamen dũ electis eueniunt proſpera & reprobis dura. Potius igitur eſt in aduerſis quam in proſperis gloriandũ, quẽadmodum Iacobus dicit, Omne gaudium exiſtimate fratres, quum in tentationes varias incideritis. [*Nũc autem hic conſolatur*] in certa præſtolatione felicitatis æternæ, [*Tu vero cruciaris*] cruciatu perpetuo. Quẽadmodũ autem momentaneũ eſt quod hic delectat, æternum vero ꝙ illic cruciat: ita & momentaneũ eſt ꝙ hic nũc in vita pœnitentiæ, temporalibuſque aduerſitatibus cruciat: æternũ autem ꝙ in futura retributione delectat. Eligamus ergo cum Moyſe potius cum populo dei. i. electis nunc in vita pœnitentiali afB fligi, quã temporalis peccati habere iucunditatem: quia vt ait Apoſtolus, Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriã quę reuelabitur in nobis. Rurſusq;, Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate ęternũ glorię pondus operatur in nobis. [*Et in his omnibus*] .i. inter ea quæ ſpectãt ad huius rei de qua loquitur materiã, [*Chaos magnũ*] .i. grandis diſtantia meritorũ & ſtatuum atq; locorũ, [*Inter nos*] electos in bono iã cõfirmatos, [*Et vos*] reprobos ac dãnatos in malo inconuertibiliter obſtinatos, [*Firmatũ eſt*] .i. irremouibiliter conſtitutum rigore diuinæ iuſtitiæ, quæ poſt hanc vitã non dat pœnitentię locum ſecundum legem cõmunem, [*Vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, nõ poſsint*] .i. vobis aduenire & auxiliari nõ valent. Beati enim & ſancti ſic ſunt diuinæ iuſtitiæ poſt vitã hanc conformati, ꝙ damnatis ſubuenire nec poſſunt nec volunt, loquẽdo de volũtate deliberatiua & practica, quãuis volũtate naturali eis præſertim ſuis propinquis & olim chariſsimis ſuccurrere vellẽt, ſi eſſet poſsibile. Iſtud vero nõ poſſe, eorũ beatitudini nõ repugnat: ſicut nec, non poſſe peccare. ¶ Sed quæri poteſt, an beati poſsint in infernum deſcendere etiam corporibus reaſſumptis & glorificatis? Et apparet, quòd imò, quia (vt Auguſtinus & Anſelmus teſtantur) vbicunque eſſe voluerit ſpiritus, erit mox corpus, per dotem agilitatis. Localis nanque diſtantia motum corporum glorificatorum non poterit impedire. Et reſpondendum, quod beati nunquam deſcẽdent, neque deſcendere volent ſeu cupient in infernum ad ibi manendum, vel ad inde eripiendum: ſi tamen rationabilis cauſa eis eſſet deſcendẽdi illuc, non impedirentur. [*Neque inde huc tranſmeare*] id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est, qui damnati sunt ad locum & societatem sanctorum non queunt ascendere, quia non pœnitent, E
sed immobiliter manent in illa auersione ac praua affectione, in qua à corpore recesserunt: iuxta illud
Eccles. 11. Ecclesiastis, Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit.
Hinc secũdum Damascenũ, quod angelis est ruina, hoc hominibus mors. Dicit autem Gregorius dubium nullum esse, quin dãnati vellent ad locum atque consortium beatorum ascendere, si esset possibile. ¶ Sed contra hoc argui potest, quia secundum hoc damnati nõ manerẽt in auersione sua à deo, nec in sua praua affectione qua ad carnalia & caduca se finaliter conuerterunt. Præterea intantum odiunt deũ, ꝙ non cupiunt sibi vniri aut esse cum ipso. Thomas quoq; allegat Augustinũ dicentem, ꝙ damnati non cupiunt veram felicitatẽ, sed detestantur omne bonũ honestum. Insuper sancta Brigida in reuelationibus suis describit, quẽadmodũ anima quædã peruersa, tribunali Christi oblata, dicebat, Quãuis possem saluari non vellẽ, ne tu consolationem aut gaudiũ habeas de me. Cui alludens diabolus qui astabat, asseruit, Talis est etiã m ea voluntas. Ad hęc breuiter respondetur, ꝙ sicut damnati in hac vita maluerũt frui bonis caducis & vanis q̃ vero & incõmutabili bono: ita perpetuò post mortẽ manet in eis talis peruersa voluntas, mallenrq́ue turpiter delectari quam deũ synceriter cõtẽplari. Nihilominus tanta est eorũ afflictio, quod mallent esse cũ beatis in cælo, quàm taliter cruciari in inferno, inquantũ esse in cælo atq; in gloria esset eis euasio tantæ miseriæ & propriũ commodum: non tamen appetunt esse in cælo, aut cum deo ac sanctis inquantũ hoc cederet ad honorem & gloriam dei: sicque per hæc F
facile est quæ allegata sunt concordare. ¶ Præterea prædictis obiici potest, quod quidam sanctorum leguntur quosdam in peccatis mortalibus defunctos de inferno liberasse, damnati quoq; interdum apparent viuentibus. Et respondendum, quod nullus per sententiam diffinitiuam & absolutam damnatus liberari potest seu egredi de inferno tanquam non reuersurus in illum, sed per dispensationem diuinam ad tempus potest exire, imò in die iudicij omnes exibunt, mox infelicius ruituri in pristinum lacum. [*Et ait, Rogo ergo pater vt mittas eum,*] scilicet Lazarum, [*In domum patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur,*] hoc est, firmiter & cum testimonio dicat {*Ei*} quę pertinent ad salutem, & quid mihi ac
Iob. 10. ciderit, {*Ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum,*] scilicet in infernũ, qui, teste beato Iob, est terra tenebrosa & operta mortis caligine, terra miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Cælum verò est locus gaudiorum: & mundus iste locus est meritorum. Damnatus ista petiuit non ex charitate, quam nec in morte nec postea habuit, sed ex seruili timore, ne suiipsius damnatio augeretur ex fratrum suorum damnatione, cum quibus cõsors fuit in vitiis, & quibus vitiosæ vitæ reliquit exempla, materiámque peccandi seu opes. [*Et ait illi Abraham, Habent Moysen & prophetas,*] hoc est, libros legis & prophetarum, in quibus de agendis, credendisque instruũtur, [*Audiant illos*] auribus cordis, intelligendo videlicet & obediendo. [*Et ille dixit, Non pater Abrahã*] id est, Moysen & prophetas non audiunt. Ista cognouit damnatus hic ex recenti sensatorum memoria seu coniecturali notitia, ex consideratione sui iudicando de aliis. Porrò ex eo quod Abraham ait G
de fratribus diuitis, Habent Moysen & prophetas, elicitur, quod Israëliticæ stirpis erat. [*Sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent,*] quia ex inconsueta apparitione atque ad ipsos exhortatione specialiter facta, fortius mouebuntur. Sed frequenter contingit oppositum. Huiusmodi quoque apparitiones sæpe iudicantur phantasticæ: & licet ad horã aliquos moueant, multoties tamen tempore procedente parum fructificãt. Hinc subditur, [*Et ait illi Abraham, si Moysen & prophetas,*] qui tãtæ sanctitatis & authoritatis fuerunt, {*Non audiunt*] per veritatis notitiam, atque iustitiæ adimpletionẽ, [*Neque si quis ex mortuis resurrexit,*] ad eósque venerit, {*Credent ei,*} credulitate procedente instabilem actum vitutũ.
Ioan. 12. Vnde Iudæi tempore Christi Lazaro fratri Marthæ suscitato non crediderunt, sed mortem inferre de
Matth. 27. creuerunt. Mortuis quoque qui cum Christo resurrexerunt, & multis in sancta ciuitate apparuerunt, Christumque resurrexisse testati sunt, non crediderunt Iudęi, sicut nec Christo.
¶ Ex hac euãgelica lectione multa possunt saluberrima considerari, videlicet rigor atque subtilitas diuini iudicii, quo agente sic accidit, vt dives qui nec minima Lazaro tribuit in hac vita, in nullo etiam minimo exauditus est post hanc vitam: iuxta illud Prouerbiorum, Qui obturat aures suas ad clamo-
Prouer. 21. rem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Item, quod sicut electis omnia cooperantur in bonũ, sic peruersis & reprobis omnia cooperantur in malum. Itaque nullus in vestibus stulte lætetur, nemo in epulis se dissoluat, nec tempore mensę loquacitatem admittat: sed cum cordis custodia, timoréque dei alimenta suscipiat, ad necessitatem, non ad voluptatem. Vnde ait Basilius, quantum possumus delicias mundi & ciborum opulentiam fugiamus, ne quando cruciati in flammis inferni, guttam aquę quæramus, & nullum refrigerium consequamur. H

Expositio Cap. XVII. [*Et ait ad discipulos suos, impossibile est vt non veniant scandala.*] Articulus XL.

[*ET ait ad discipulos suos, impossibile est, vt non veniant scandala.*] Non absolute atque in particulari necesse est scandala euenire: sed eo modo quo impossibile est homines non peccare, impossibile est scandala non oriri. Scandalum nanque est dictum, aut factum minus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ culpabilis seu peccati. Et ista descriptio datur de scandalo actiuo. Scandalum vero passiuum est huiusmodi ruina peccati, quo quis incidit ex inordinato verbo aut facto alterius. Hoc tamen intelligendum est de scandalo passiuo, quod dirẽcte & per se quis incurrit ex verbo, aut facto alterius. Quocirca pensandum, quia vt scribit Thomas in secunda secundæ, quęstio. XLII. secundũ Hieronymũ, scandalon grẽce

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

latine offenſio, ruina vel impigentia dicitur. Quemadmodum enim in via corporali aliquando obex
A aliquis ponitur, in quem ſi tranſiens impingit, collabitur: ſic in via ſpirituali ſeu vitæ, operúmve proceſſu contingit hominem ex dicto aut facto alterius ad peccati ruinam induci, taliſque obex ſcandalum nuncupatur. Nil autem ex ſua natura diſponit ad ſpiritualem ruinã, niſi aliquem rectitudinis debitæ patiatur defectum. Nam & id quod ſpeciem mali habet, defectuoſum eſt atque vitandum, dicente Apoſtolo, Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. ¶ Præterea aduertendum, quod dictum vel factum 1. Theſ. 5.
hominis poteſt dupliciter eſſe alteri peccandi occaſio. Vno modo per ſe, quando videlicet quis exemplo aut admonitione intendit alium ad peccatum inducere: vel etiam quamuis ipſe non intendat hoc, tamen opus ſuum tale eſt, quod ex ſua natura alium ad peccatum inducere poteſt, vel quoniam malũ eſt, vel quoniam ſpeciem mali habet: taléque dictum ſeu factum dicitur ſcandalum actiuum. Secundo per accidens, quando ex dicto aut facto alicuius aliquis ſcandalizatur præter intentionem agentis, & præter conditionem operis: vt cum opus in ſe bonum eſt, ſed alter ex ſua malitia inde ad peccandum inducitur: & hoc eſt ſcandalum paſsiuum ſine actiuo: nam agens non peccat, nec quantum in ſe eſt alteri occaſionem ruinæ miniſtrat. Patet itaque, quod interdum ſunt ſimul, ſcandalum actiuum in vno, & ſcandalum paſsiuum in altero: quandoque vero eſt ſcandalum actiuum in in vno, non autem paſsiuum in altero, dũ alius nõ cõſentit nec læditur. Sępenumero quoque eſt ſcandalũ paſsiuũ ſine actiuo, ſicut nunc patuit. Itaque impoſsibile eſt vt non veniant ſcandala, eo modo quo ait Apoſtolus, Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. quæ eſt neceſsitas finis, quia ad aliorum probatio- 1. Cori. 11.
B nem ſcandala, hæreſéſque proficiunt. Rurſus neceſſe eſt talia eſſe, neceſsitate conditionata, ſicut præuiſa à deo neceſſe eſt euenire. [*Væ autem illi per quem veniunt,*] id eſt, æterna damnatio imminet & debetur ei qui ſcandalizat ſeu ſcandala parit, & hoc verum eſt de ſcandalo illo actiuo, quod eſt mortale peccatum. Scandalum quippe actiuum eſt veniale peccatum, quando quis actum venialis peccati, vel qui ſolum habet ſpeciem mali committit: quandoque vero eſt mortale peccatum, vel quia homo mortale peccatum committit, vel quia proximi ſalutem contemnit, non curat, ſeu paruipendit, nolens propter eam omittere quod ſibi eſt placitum. Porro ſcandalum actiuum per ſe, ex intentione agentis tunc eſt mortale peccatum, dum quis alium ad peccandum mortaliter conatur inducere. Quod ſi ad veniale peccatum inducere velit, erit veniale peccatum. [*Vtilius eſt illi ſi lapis molaris imponatur in collo eius, & proiiciatur in mare, quam vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis.*] Ad literam dicit hoc Chriſtus de ſaxo molari, loquens ſecundum conſuetudinem prouinciæ Palæſtinæ, vbi mos fuit, vt maiora crimina punirẽtur grandi lapide ad collum rei ligato, ipſum reum in aquã iactando ac ſubmergendo: per quod Chriſtus inſinuat enormitatem huius peccati. Melius autem eſt corporaliter mori atque necari, quam impie viuere, & alium ſpiritualiter occidere. ¶ Inſuper duplex eſt ſcandalum, ſcilicet phariſęorum, id eſt,
C eorum qui ex ſua malitia ex verbo aut facto alterius quamuis bono ſcandalizantur, quemadmodum phariſæi ex verbis atque operibus Chriſti: aliud puſillorum ſeu infirmorum aut imperfectorũ, quod ex eorum infirmitate aut ignorantia naſcitur, de verbo aut facto alterius.

¶ Circa hæc quæritur, an propter ſcandalum vitandum ſint bona ſpiritualia omittenda? Ad quod Thomas reſpondet, quod quędam bona ſunt de neceſsitate ſalutis, ad quæ homo tenetur, & hæc propter vitandum alterius ſcandalum non ſunt deſerenda: alia ſunt ſpiritualia bona non neceſſaria ad ſalutem, & circa illa eſt diſtinguendum: nam ſcandalum quod ex talibus bonis cauſatur quandoque eſt ex malitia ſcandalizati, vt de phariſæis iam dictum eſt. Vnde cum aliqui ſpiritualia bona impedire conantur ſcandala concitando, non ſunt propter hoc bona huiuſmodi omittenda. Interdum vero oritur ſcãdalum de ſpiritualibus bonis ex infirmitate aliquorum, quod eſt puſillorum, & tunc propter charitatem ſunt ſpiritualia bona occultanda vel differenda, donec ratione reddita ceſſet ſcandalum tale. Quod ſi poſt rationem redditam non ceſſaret, tunc pertineret ad malitiam, eſſetque ſcandalum phariſæorum, & non eſſent bona omittenda. ¶ Porro, quod ait Hieronymus, Dimittendum eſt propter ſcandalum omne quod poteſt prætermitti, ſalua triplici veritate, ſcilicet vitæ, iuſtitiæ & doctrinæ: de ſcandalo puſillorum accipitur. Itaque quamuis per viros virtuoſos ſæpe ſcandala veniunt, ſicut per Chriſtum venerunt, non tamen væ eis debetur, quia non accidit hoc ex culpa eorum, nec veniunt per eos cauſaliter, ſed occaſionaliter & indirecte, vtpote occaſione aſſumpta, nõ data. Dicit quoq; Hiero. Qui ſcan-
D dalizatur, paruulus eſt. Maiores enim ſcandala nõ recipiũt. Perfecti nanq; deo firmiter cohærẽt, & in bonis ſunt ſtabiles, omnia ordinate agentes: idcirco ex inordinatis aliorum verbis aut factis non cõcutiuntur, aut mouentur ad culpam, ſed potius ad charitatiuam & piam compaſsionem, orationem & ſubuentionem, ad pleniorem quoque proprii cordis cuſtodiam & cautelam. De hac materia loquitur Chriſtus diffuſius in Matthæo, vbi & multa de ea re ſunt dicta.

¶ Præterea, ſi tam graue eſt crimen, vnum ſcandalizare puſillum, quid fiet de his qui totam ſcandali- Matth. 18.
zant communitatem, congregationem ſiue Eccleſiam? quod etiam in prælatis, doctoribus & religioſis grauius eſt peccatum. Ideo ſubditur, [*Attendite vobis,*] id eſt, diligenter cauete, ne quempiam ſcandalizetis. Proximo enim debemus famam bonam ſeu ædificationem, deo honorem & gloriam, nobiſipſis debiti adimpletionem. Specialiter vero monet diſcipulos de non ſcandalizando, quoniam figurã gerebant tam prælatorum; quam religioſorum ac prædicatorum, ſiue doctorum, quorum ſcandalum actiuum periculoſius, grauiúſque conſiſtit, quia eorum verba & facta magis trahuntur in exempla. Et quoniam aliorum ſcandalo læſi ſunt pie recuperandi, ſubdit Saluator, [*Si peccauerit in te,*] id eſt, te ſciente, ſecundum Auguſtinum: vel in te, id eſt, contra te tibi forefaciendo [*Frater,*] id eſt, proximus [*Tuus,*] quicunque ſiue vir ſiue fœmina, [*Increpa illum,*] id eſt, charitatiue redargue. Primo in ſecreto, apto loco & tempore, & ſi ſit ſpes probabilis de emendatione ipſius. Primo itaque ſecrete eſt incre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pandus, ne increpator non sit pius correptor, sed fraterni criminis proditor, & ille pudore amisso in vitiis perseueret. Conseruanda est equidē proximi fama. [*Et si pœnitentiam egerit,*] id est, dolere & emēdare se dicat, seu facto demonstret, [*Dimitte illi,*] offensam in te commissam. Semper enim dimittenda est iniuria quantum ad culpam, vt scilicet qui offendit non odiatur, sed diligatur: & quanto maiorem pœnitentiam monstrat, veniámq; humilius petit, tanto plus ignoscendum est ei, non solum culpam nō imputando, sed etiam pœnam seu satisfactionem relaxando, in parte vel toto, nisi relaxatio pœnæ vergeret in detrimentum reipublicę, seu boni & pacis communis, aut in derogationem obseruationis iustitiæ, aut in nocumentum offensoris, vt si ex tali ignoscentia pronior & impudentior redderetur ad perpetrandum iniqua. [*Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pœnitet*
Tob. 12. *me, dimitte illi.*] Septenario numero vniuersitas multoties designatur, quoniam septem diebus omne tempus hoc voluitur. Et Tobiæ Raphael angelus ait, Ego sum vnus de septem qui astamus ante deū. Itaque sensus est, Quotiescunque aliquis peccet in te, dimitte illi quotiescunque hoc ipsum petierit. Tamen (vt tactum est) etiam non pœnitenti & non roganti ignoscendum est quantū ad culpę & odij remissionem, quamuis maior sit ratio dimittendi petenti, quam non petenti. Possent hoc loco plurima dici de correptione fraterna & modo ac ordine eius qualiter sit agenda, quomodo quoque ad o-
Matth. 18. mnes pertineat, inquantum est actus charitatis, specialiter autem ad præsidentes secundum quod est actus iustitię. Quæ, quia super Matthæum prolixe sunt habita, iam omittuntur. Itaque non simus dif-
Gene. 49. ficiles ad parcendum, nec tardi ad ignoscendum, nec proni ad vltionem, neque immoderanter memo-
Leuit. 19. res illatæ nobis iniuriæ, pēsantes quod in Genesi patriarcha sanctissimus Iacob affirmat, Maledictus
Coloss. 3. furor eorum quia pertinax: & indignatio, quia dura. In Leuitico quoque dominus ait, Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè, id est, euidenter. Primo, secrete argue eum, ne habeas super illo peccatum. Hinc iubet Apostolus, Deponite iram & indignationem, supportantes inuicem, & donātes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Insuper in Marco Christus hortatur, Quum stabitis ad orandum, dimittite si
Marci. 11. quid habetis aduersus aliquem. Quod si nō dimiseritis, nec pater vester qui in cælis est dimittet vobis
Eccles. 18. peccata vestra. Hinc in Ecclesiastico habetur, Qui vindicari vult, à domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluen-
Matth. 7. tur. Quum autem tanto grauior sit offensa, quanto maior est honorabilitas & excellentia eius qui of-
Lucæ. 6. fenditur, nónne immensa & irrationabilissima atque immensa stultitia est, vt homo vas putridum pe-
Eccle. 28. tat sibi à deo ignosci, quum ipse proximo suo non velit ignoscere? Et rursus, Nónne infinita est pietas dei hanc nobis legem ponentis, vt quomodo volumus nobis ab ipso fieri & ignosci, sic faciamus ignoscamusque proximis. Ideo in Ecclesiastico scribitur, Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum? Quis exorabit pro peccatis illius? Itémque, Memento nouissimorum tuorum, & desine inimicari, & non irascaris proximo tuo, & abstine te à lite. [*Et dixerunt apostoli domino, Adauge nobis fidem,*] hoc est, perfice & conforta fidem nostram, vt possimus hæc ardua tua præcepta & documenta supernaturalia adimplere. Hoc petierunt apostoli, quoniam tam incessanter iniurianti ignoscere & scandala deuitare, delinquentémque corripere, procedunt ex magna fide, qua quis firmiter ac lucide credit prouidentiam ac iudicium dei, præmiúmque beatum pro actibus bonis. ¶ Specialiter vero fidei petierunt augmentum. Primo, quoniam ipsa est fundamentum virtutum. Secundo, propter actuū
2. Cori. 10. eius difficultatem, quia difficile est rationem in omnibus fidei subiugare, sicque intellectum in ca-
Marci. 9. ptiuitatem redigere: propter quod dixit Saluator, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et
2. Thes. 3. Paulus testatur, Non omnium est fides. Tertio, quoniam audierunt Christum frequenter fidem præcipue commendare, dicendo, Fides tua te saluum fecit. Quarto, quia præcipua est virtuositas fidei ad faciendum miracula, quæ apostolis ad confirmationem prædicationum suarum necessaria erant.

¶ Præterea fides augetur dupliciter. Primo, extensiue, & quantum ad eius obiectum, dum plura credibilia creduntur explicite: sicut literati multa credunt explicite, quæ simplices credunt implicite, credendo sicut credit ecclesia. Secundo, intensiue & quo ad eius subiectum, dum credibilia lucidius cognoscuntur, & firmius feruentiúsque tenentur. Quod augmentum datur potissimum per donum intellectus, quo homo rationes credendorū agnoscit, atque per sapientiæ donū, quo veritatem diuinorum quam credit dulci prælibatione degustat, experimentalitérque sapit quod credit, & quam vere per fidem catholicam deo complaceatur & vniatur, & ita futuræ beatitudinis saporem quendam & pignus nunc accipit, ita quod nihil est sibi certius, nílque rationabilius ei apparet, quam ea quæ fides Christiana proponit. Vtrumque autem fidei hoc augmentum præsertim necessarium est prælatis atque doctoribus, qui cæteros erudire habent in fide: ideo apostoli tanquam primi & summi post Christum in ecclesia eius prelati & magistri, rationabiliter petierunt sibi fidem augeri, quam Christus post suam resurrectionem in eis paulatim perfecit, quousque in diem Pentecostes eam in eis plenissime consummauit. Vnde & consequenter fidei virtuositatem eis demonstrat, [*Dixit autem dominus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis,*] id est, fortem valde & vigorosam, intensam atque inuictam, quemadmodum granum sinapis, quamuis sit modicum quantitate, est tamen magnum virtute, feruidum & amarum, veneníque expulsiuum: sic christanorum fides debet esse seruida per charitatem, amara per promptitudinem sustinendi aduersa, ne tempore tentationis deficiat: omnis quoque veneni, errorū
Marci. 9. atque perfidiæ expulsiua, [*Dicetis huic arbori moro, Eradicare & transplantare in mare, & obediet vobis,*]
Matth. 21. hoc est, ad orationem seu iussionem vestram arbor huiusmodi subito de terra euelletur, & in mari
Marc. 11. plantabitur, quum talis eradicatio subitanea sit miraculosa, & miraculosior plantatio arboris in flui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A do maris loco. Sed omnia possibilia sunt credenti, quia diuina virtute fiunt huiusmodi, & frequenter angelico ministerio. Porro in Matthæo & Marco christus exemplificat de monte, Dicetis (inquiens) huic monti, tolle te & mitte te in mare: certũq; est beatissimos Apostolos & alios multos sanctos val de mirabiliora & præclariora feciſſe miracula quam sint ista. Et quoniam Christus ait, Dicetis huic arbori, quidam putant, quod quando hæc dixit, prope se huiusmodi arborem vidit. Præterea quia Sal uator suis electis excellentissima gratiarum charismata promisit & contulit, præstiturúsque fuit tam in donis gratiæ gratum facientis, quam gratiæ gratis datæ: ideo post prædicta saluberrime instruit eos de profunda & inconcussa humilitate semper in omnibus conseruanda, vt omne bonum omnipotenti creatori iugiter ascribatur: & tanto plus ei regratiemur, quanto copiosiora gratiæ dona ab ipso sortiti fuerimus. Ad hoc igitur persuadendum aptissimam atque planissimam introducit parabolã, [*Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut boues pascentem, qui regresso*] seruo [*De agro dicat illi, Statim transi ad mensam, recumbe,*] id est, quiesce seu comede, [*Et non dicat*] ei [*Para quod cœnem,*] hoc est, ad cœnandum præpara mihi cibum & mensam, [*Et præcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam,*] cibaria apponendo & deponẽdo, [*Et post hæc tu manducabis & bibes. Nunquid gratiam habet seruo illi?*] id est, nunquid dominus habet grates agere illi suo ministro, [*Quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.*] Seruus enim tenetur ad hoc, & post laborem in agro habet laborare, in domo, vt sit assidue in labore, ne insolescat: Eccles. 33.

B iuxta id Ecclesi. Cibaria & virga & onus asino: panis & disciplina & opus seruo. Itémque, Seruũ inclinant operationes assiduę. [*Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis*] à deo, ab ecclesia, à recta ratione, [*Dicite*] ex toto corde cũ plena humilitate, [*Serui inutiles sumus*]. i. nostra seruitute nihil vtilitaris aut perfectionis deo attulimus, qui bonorũ nostrorũ non eget. Vnde in Iob habetur, Si peccauetis, quid ei nocebis? & si iuste egeris, quid ei donabis? [*Quod debuimus facere, fecimus*] implẽdo præcepta. Hoc beatissimo documento aufert à nobis increata sapientia dei omnem vanæ gloriationis, præsumptionis, ac pompæ occasionem, causam, materiam. Si enim hi se seruos inutiles reputare debent, qui omnia impleuerunt præcepta, quid nobis incumbit, qui in tam multis offendimus, & ea ipsa quæ forsan implemus præcepta, tam imperfecte implemus, ita vt (iuxta Esaiã) vniuersæ iustitiæ nostræ sint quasi pannus menstruatæ. Ibidem. Psalm. 15. Iob. 35. Iacob. 3. Esaiæ. 64.

¶ Denique etiam secundum Philosophum, Diis, parentibus, & magistris repenti non potest æquiualens. Quomodo igitur vero omnipotentíque deo aliquid poterimus condignum rependere? Sed & quicquid sumus, habemus ac agimus boni, ab ipso est, & ipsius est, ipsíque adscribendum tãquam datori & conseruatori, dicente Apostolo, Quid habes quod nõ accepisti? Itaque eo ipso quo totũ quod habemus, & sumus, à deo suscepimus, obligamur totum hoc eius obsequio mancipare, ad eius honorẽ & gloriam ordinare atque conuertere, totúmque ei pro posse subiicere: & quo plura nobis dona cõtulerit, eo ad regratiandum, obediendum & obsequendum obligatiores consistimus. Hinc viri sancti

C quo perfectiores & gratiosiores, eo & humiliores fuerunt, suúmque imperfectum semper pensabãt: & quicquid boni in eis fuit, deo humilime adscripserunt, séque à seipsis nihil nisi deficere & peccare habere profitebantur. Hos ergo nos imperfectionibus pleni sequi conemur, istud Christi sapientissimum documentum iugi memoria reuoluentes. Sed quum alibi dicat Christus, Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores, quomodo iusti vere se dicunt seruos inutiles? Et respondendum, quod hic dicuntur inutiles serui respectu dei secundum sensum præhabitum: alibi vero respectu sui vel proximi, qui nec propriam salutem sunt operati, nec aliis exemplares fuerunt. 1. Cori. 4.

¶ Consequẽter describitur gloriosum à Christo peractum miraculum, vel potius plura miracula, quibus ipsius confirmabatur supernaturalis doctrina. Quemadmodum enim naturalis scientia probatur per argumenta, atque principia naturali ratione patentia: sic supernaturalis sapientia Christi in Euangelio tradita, per supernaturalia, solíque deo possibilia roborata est opera, per quæ deus testimonium perhibuit Euangelicæ veritati. [*Et factum est dum iret in Hierusalem,*] id est, versus ciuitatem illam, in qua paulo post fuit passurus. Istud enim parum ante festum palmarum certum est contigisse. [*Transibat per mediam Samariam & Galilæam,*] id est, per medium prouinciarum istarum, in quibus plurima prædicauit & multa egit miracula. Per Hierusalem, quæ pacis visio interpretatur, superna beatorum Matth. 25.

D patria designatur: per Samariam autem, quæ interpretatur custodia, intelligitur vita actiua, quæ in obseruantia præceptorum consistit: per Galilæam vero, quæ transmigratio interpretata est, contemplatiua exprimitur vita, quæ in spirituali transitu à visibilibus ad inuisibilia sita est. Quæ ergo ad supernam cupit pertingere patriam, primo in actibus se exerceat vitæ actiuæ, deinde in actibus contemplatiuæ, ad quam ducit vita actiua, sicut ad habitaculum ianua. ¶ Porro (vt quidam hic scribunt) Samaria fuit terra Gentilium, Galilæa Iudæorum. Sed aduertendum, quod Samaria multo tẽpore ad filios Israël pertinebat, quibus propter idololatriam à regibus Assyriorum vastatis, victis, translatis, prouincia illa gentilibus data est, quos rex Assyriorum ibi constituit, prout in libris Regum clare describitur. [*Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi,*] non casualiter, sed viri illi cognita ex multorum relatu Christi potentia ad curandum, obseruabant eius aductum, [*Qui steterunt a longe,*] quia secundum legem Moysi nõ debebant inter alios commorari aut conuersari, & propter reuerentiam Christi non accesserunt ad eum, de sua immunditia secundum Theophilum verecundantes, & suspicantes quod Christus, sicut & alii, eos forsitan fastidiret. [*Et leuauerunt vocem suam dicentes*] ex vehementi corporalis sanationis affectu: quos nos spirituali lepra infecti, id est, vitiorum varietate contaminati, sectari debemus, dicendo ex ardentissimo cordis optatu quod illi dixerunt, [*Iesu præceptor.*] Præcipere præsertim ac propriissime competit Christo, secundum quod deus est: sed secundum naturam assumptam competit ei participatiue & ministerialiter quantum ad deum, excellenter tamẽ respe- 4. Reg. 17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctu aliorum dei seruorum. Omnis nanque creatura etiam Christi humanitati creditur esse subiecta. E
Hebr.2. [*Miserere nostri,*] id est, compatere & compatiendo succurre nobis infirmis, liberando nos ab hac pœnali miseria, quæ est lepra. ¶ Præterea quanto ratio mali amplius competit malo culpę, quam malo pœnæ: tanto plus exoremus tolli à nobis peccata, quam corporalia incommoda, morbos siue aduersa. Sed heu multi plus dolent ac deflent mala exteriora, corporalia ac caduca, quam interiora, spiritualia & æterna, quorum valde obturatus est interior oculus. [*Quos vt vidit,*] non solum exteriori aspectu, sed interno compassionis affectu, mox in effectum misericordiæ extendendo, [*Dixit, Ite ostendite vos sacerdotibus.*] Non dixit, Iubeo vos sanari, aut curo vos, sed ostendite vos sacerdotibus, vt doceat nos omnem ostẽtationem, superbiámque vitare, ne magna agamus, aut agere cupiamus propter hominum admirationem, applausum seu laudem. ¶ Misit quoque eos ad sacerdotes. Primo, vt tunc futurorum destrueret insaniam hæreticorum dicentium, legem Mosaicam non esse à deo, sed à sæuissimo quodam diabolo, quorum præcipuus extitit immundissimus Manichæus. Secundo, vt legem sponte seruando, humilitatis & obedientię nobis præberet exempla. Præceptum enim fuit in Leuitico, vt emundati à lepra sa-
Leuit. 14. cerdotibus se præsentarent, primo quatenus sacerdotes iudicarent, an vere mundati essent an non: secundo, vt pro sua curatione offerrent sacrificium in lege determinatum. Legalia autem vsque ad Christi passionem ac Euangelicæ legis diuulgationem curtum habebant. Tertio propter mysticam rationem, videlicet ob potestatis clauium commendationem. Sacerdotum etenim nouæ legis est mundos F
seu pœnitentes admittere, immundos & impœnitentes excludere. [*Et factum est dum irent mundati sunt,*] ad ostendendum Christi pietatem atque potentiam, & propter fidei & obedientiæ meritum commẽ-
1.Reg.15. dandum. Melior etenim est obedientia quam victima. Item, ne virtute legis, sacrificiive legalis, aut sacerdotum putarentur mundati, sed sola potestate diuina. [*Vnus autem ex illis vt vidit,*] per experientiam ac corporalem intuitum, carne sua in colore ac dispositione tam euidenter ac mirabiliter subito immutata, [*Quia,*] id est, quod [*Mundatus est*] à lepra corporali, imò & spirituali, quia vt creditur, Christus mẽ te curauit quos corporaliter sanauit. [*Regressus est*] ad Iesum [*Cum magna*] id est, amorosa, deuota, grata, iucunda, sensibilitérque sonora, seu alta [*Voce*] gratiarum actionis & laudis, [*Magnificans*] id est, spiritualiter magnum, vtpote omnipotentem & pium esse protestans, & facto demonstrans [*Deum,*] cuius virtute tam mirabiliter se sensit esse curatum. Et quamuis iste nondum fortasse explicite credidit Iesum esse verum deum, credidit tamen sanctum hominem ac prophetam, qui diuina potestate ista egisset. [*Et cecidit in faciem suam ante pedes eius,*] scilicet christi, illi regratiando, séque illi totis viribus humiliando, cuius beneficio gratioso tam clementer ac mirabiliter fuit curatus. [*Et hic erat Samaritanus,*] id
est, natione Gentilis, vtpote de illorum progenie natus, quos Salmanasar translatis decem tribubus constituit pro illis in terra Samariæ: & forsan iste proselytus, id est, ad Iudaismum iam ante conuer-
4.Reg.17. sus. Per hoc autem quod dicitur Samaritanus fuisse, docetur quod alii nouem erant Iudæi. Rursus per G
hoc quod ipse solus ad Christum reuersus est gratias agens, prefigurata est mystice Gentiliũ ad Christum conuersio, remanentibus in perfidia sua Iudæis.

¶ Porro alii nouem reuersi non sunt, quia suam curationem ascripserunt obseruantiæ legis. Vel ideo quoniã dixit ad eos, Ostendit vos sacerdotibus. Vel quia à sacerdotibus Christo inuidentibus ad hoc inducti sunt, vt non virtuti & efficaciæ christi, sed legi suam adscriberent sanitatem. [*Respondens autem Iesus, dixit, Nonne decem*] leprosi, [*Mundati sunt & nouem vbi sunt?*] quasi dicat, Patet ad oculum magna ingratitudo eorum seu impietas sacerdotum, qui eos taliter subuerterunt. [*Non est inuentus*] de istis decem, [*Qui rediret*] ad me, [*Et daret gloriam deo,*] id est, de sua miraculosa curatione gratias ageret deo, eiúsque potentiam glorificaret, seu me dei filium verúmque deũ pro tãto beneficio honoraret, [*Nisi hic alienigena*] id est, natione gentilis & alienus à deo ac lege. Sic & Naaman Syrus curatus à lepra per
4.Reg.4. Helisæum, rediit ad eum, gratias deuotissime agens. ¶ Preterea quęritur, quomodo isti nouem reuersi non sunt, si à Christo non solum corporaliter, sed & spiritualiter curati fuerunt? Ad quod respondere quis potest, quod simul corporaliter, spiritualitérque in via ad sacerdotes mundati sint: sed postquam sacerdotibus sunt locuti, ab eisdem seducti fuerunt, sicque ingrati effecti sunt, & recidiuauerunt. [*Et ait illi Iesus, Surge*] à terra in qua iaces prostratus, atque à pristina, in qua aliquando iacuisti, consuetudine inclinationeque mala, [*Vade*] ad loca tibi accommoda, & de bono in melius, ac de via ad patriam sa- H
lutis ęternę, [*Quia fides tua te saluum fecit,*] id est, actu fidei tuę meruisti à me ita curari, & si non de cõdigno, saltem de cõgruo. [*Interrogatus autem a phariseis*] vel ex curiositate, vel ex derisione, [*Quando venit regnum dei,*] id est, quando cælestis beatitudo, quam promittis & prædicas conferetur aut manifestabitur? [*Respondit, Non venit regnum dei cum obseruatione*] hoc est, cum certa temporis prætaxatione seu temporis pręcognitione, ita quod obseruari nõ valet, neque pręsciri quando venturũ sit regnũ istud. Tunc etenim veniet, cũ hominibus conferetur: quod erit in hora iudicii particularis, quantum ad singulos, stolámque animę: in hora vero iudicii vniuersalis quantũ ad omnes electos, tunc corpore etiã glorificãdos. Cũ ergo vtriusque iudicii dies, seu hora extet incognita, nec sine reuelatione queat pręsciri, certũ est, quod regnum prefatũ nõ veniat cũ obseruatione, de quo regno oramus quotidie, Ad-
Matth. 6. ueniat regnũ tuum: ideo quilibet dies vitę huius ordinandus & exponendus est tanquã sit vltimus, vt
Actu.1. semper simus parati ad mortem. Vnde & Apostolis de hac re quęrentibus christus respondit, Nõ est vestrũ nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate. Per quę verba Christus repressit digitos omnium de hac re prenosticare & calculare præsumentium. Hi quoque qui tempus aduẽtus christi ad iudicium determinare prædicere attentarunt, vt abbas Ioachim & alii quidã, errasse inuenti sunt, quoniã tempora ab eis determinata iam transierunt. [*Neque dicent*] hoc est, certitudinaliter prędicere nõ valebũt quicunque sint illi, [*Ecce hic aut ecce illic*]. i. in quo loco appareat Christus ad iu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dicandum: ſed tunc primo id innoteſcet, cum ipſe ſeipſum ad iudicandum præſentem oſtẽderit. Iſtud quidam exponunt de præneſciẽtia temporis ſecundum quod dictum eſt. Alii de præneſcientia loci, quia licet in valle Ioſaphat dicatur futurum iudicium, tamen determinatus locus in quo Chriſtus ſedebit, fertur ignotus. Aliqui quoque per vallem Ioſaphat intelligunt vallem iudicii, non locum illum ad literam, quia Ioſaphat interpretatur iudicium. ¶ Conſequenter Saluator tangit cauſam, cur quæſtio iſta facienda non ſit, vel cur ſibi credendum extiterit, [*Ecce enim regnum dei intra vos eſt,*] hoc eſt, in veſtra poteſtate eſt conſtitutum, vt illud promereri poſsitis: quia ſi feceritis quod in vobis eſt, deus gratiam tribuet promerendi. Vel, regnum dei intra vos eſt, hoc eſt, ego Chriſtus rex cælorum per quem venitur ad regnũ illud, qui regno in mentibus electorum, inter vos ſum, vobiſque loquor, qui mentiri non valeo, de quo apud Ioannem ait Baptiſta, Medius autem veſtrum ſtat, quem vos ne- Ioan. 1.
ſcitis. [*Et ad diſcipulos ſuos ait, Venient dies quando deſideretis,*] hoc eſt, in quibus optabitis [*Videre vnum diẽ filij hominis,*] id eſt, famoſum & præcipuum illum Chriſti diem, quo ipſe in cælo eſt regnaturus, qui eſt dies æternitatis & gloriæ, de quo prædixit Pſalm. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. Alii ex- Pſalm. 83.
ponunt de die generalis iudicij, qui erit vnus & deſiderabilis eſt electis, inquantum plenam beatitudinem conſequentur in eo. Quidam vero ita exponunt, Deſideretis videre vnum diem filij hominis, hoc eſt, Chriſtum, quem nunc quotidie cernitis, ſaltem vno die habere corporaliter pro veſtra conſolatione præſentem. Per hæc verba Saluator inſinuauit diſcipulos multa paſſuros, & in perſecutionibus poſitos, optare debere diem prædictum, quia & Paulus teſtatur, Supra modum grauati ſumus, 1. Cori. 12.
B ita vt tæderet nos viuere. Itémque, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Tale quoque deſiderium ſę- Philip. 1.
pe oritur ex feruenti amore, ſicut ait Pſalmiſta, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, & cæ- Pſalm. 119.
tera. &, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. [*Et* Pſalm. 41.
non videbitis] diem præfatum ſtatim ad libitum veſtrum, ſed tempore diuinitus præſtituto. Per viſionem autem diei intelligitur res optata in ipſo videnda. [*Et dicent vobis*] pſeudo prophetæ, qui ante ſecundum Chriſti aduentum multos decipient, [*Ecce hic, & ecce illic,*] hoc eſt, vnus dicet Chriſtum hic eſſe ſeu de proximo apparere, alius dicet quod alibi ſit, & adhuc longe diſtet eius aduentus. Iſta dixit Chriſtus diſcipulis ſuis in perſona fidelium, qui poſtmodum erant futuri. Conſtat enim quod diſcipuli chriſti quibus hæc dixit, ante horum impletionem tranſlati fuerunt ad patriam. [*Nolite credere*] talium erroribus, neque ſectemini eos per vitæ cõformitatem. [*Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo,*] id eſt, à nubibus in quibus generatur, quæ ſunt ſub cælo ſtellato, & ſub qualibet ſphęra cęleſti, [*in ea quæ ſub cælo ſunt,*] id eſt, ſuper terram atque in aëre [*Fulget*] clare ac ſenſibiliter: [*ita erit filius hominis in die ſua,*] id eſt, tam manifeſtus erit eius aduentus ad iudiciũ, die ad hoc diuinitus præordinata, ita quod nulli de hoc dubium relinquetur. Quidam ſæpe authoritatem iſtam allegant ad probandum, quod
C iudicium illud finale celerrime fiet ac finietur, quemadmodum quaſi momentanea eſt emicatio fulguris, per hoc reprobantes errorem Lactantii, aſſerentis quod generale iudicium per tempora longa durabit, ſicque Thomas iſtud interdum allegat. [*Primum autem,*] hoc eſt, prius quam ſecundus eius cõpleatur aduentus, [*Oportet*] neceſsitate conditionata, & vtile eſt pro generis ſalute humani. [*Illum multa pati,*] videlicet diuerſa genera tormentorum, & plurimos acerbiſsimóſque dolores in corpore & in anima, in omnibus viribus atque membris, [*Et reprobari,*] id eſt, morti adiudicari, contemni, opprobriis affici à generatione hac, hoc eſt, à phariſæis me nunc deridentibus, cæteríſque Iudæis.
¶ Conſequenter Chriſtus per duo exempla oſtẽdit, qualis erit ſecundus eius aduentus ad iudicandũ, vtpote celerrimus & incertus quantum ad præſcientiam temporis: propter quod intimorati vana ſecuritate fallentur, & qui ſe modo non præparant, etiã tunc imparati erunt & diſperibunt. [*Et ſicut fa-* Gene. 6.
ctum eſt in diebus Noe,] hoc eſt, tempore quo vixit, & deo iubente arcam conſtruxit, diluuiúmque futurum prædixit, [*Ita erit & in diebus filii hominis,*] id eſt, circa ſecundum Chriſti aduentum, in quo ſuam potentiam mirabiliter declarabit: propter quod illud tempus dicitur ſpecialiter eſſe ipſius, quum tamen ipſe ſit dominus temporis vniuerſi. [*Edebant & bibebant,*] ſcilicet crapuloſe [*Vxores ducebant & dabantur ad nuptias,*] propter voluptatem magis quam propter prolis procreationem, [*Vſque in diem in quo intrauit Noe arcam.*] Non enim crediderũt prędicationibus & comminationibus eius, ſed ludis, vanitatibus, & carnalitatibus intendebant. [*Et venit diluuium,*] ſicut in Geneſi legitur, Anno ſexcenteſi-
D mo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimo die menſis venit diluuium, apertíque ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertę ſunt, & multiplicatæ ſunt aquæ, & facta eſt pluuia ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & eleuauerunt aquæ arcam in ſublime. Quindecim cubitis altior fuit aqua montibus excelſis, obtinuerúntque aquæ diluuii terras centum quinquaginta diebus, & requieuit arca ſuper montes Armeniæ. [*Et tulit omnes,*] id eſt, vniuerſos qui extra arcam erant ſubmerſit. Octo quippe homines fuerunt in arca, videlicet Noe cum coniuge ſua, & tres filii ſui cum eorum vxoribus. Propter quod Petrus ait, In arca paucæ, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquã. 1. Petri. 3.
Illud enim fuit vniuerſale diluuium. Conformiter inundatio vitiorum, vt hęreſum ac ſchiſmatum, eos qui in eccleſiaſtica non permanent vnitate & charitate operit, perdit, condemnat. [*Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth*] fiet circa ſecundum aduentum filij hominis, [*Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant,*] id eſt, terrenis & carnalibus rebus immoderanter cum falſa ſecuritate vacabant, abſque vllo timore peccantes, & quaſi diu victuri, coniugia ædificiáque agentes. [*Qua die autem exiit Loth a Sodomis,*] id eſt, à ciuitate Sodomorum, [*Pluit*] deus [*Ignem & ſulphur de cælo*] Gene. 16.
aëreo, vnde & aues cæli dicuntur. [*Et omnes perdidit,*] id eſt, habitatores Sodomæ & Gomorrhæ & Adamæ & Seboim ignis & ſulphur peremit, prout in Geneſi legitur. [*Secundum hoc erit,*] id eſt, ſimili modo fiet, [*Qua die filius hominis reuelabitur,*] id eſt, in iudicio omnibus viſibiliter oſtendetur, quia vſq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad diem illum aut circiter aliqui vitiis indurati in ſecura ſtultitia erunt, vtpote Antichriſto occiſo. Sed E
his obuiare videtur commune dictum catholicorum doctorum dicentium, quod Antichriſto occiſo,
eiúſque fraudibus patefactis, omnes conuertentur ad Chriſtum, & ei deuotiſsime obſequentur. Et re
ſpondendum quod non ſimpliciter omnes ſic conuertentur, imò quidam duriſsimi in ſuis impietati-
bus impœnitentes manebunt, dicentes, Quamuis princeps noſter. ſ. Antichriſtus occiſus ſit, nos tamẽ
1. Theſ. 5. pacem habemus, de quibus ſcribit Apoſtolus, Quum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſu-
perueniet interitus. [*In illa hora,*] ſcilicet tempore illo parum ante iudicium, non in ipſa iudicij hora, in
qua omnes domus erunt deſtructæ, [*Qui fuerit in tecto, & vaſa eius*] fuerint [*in domo, ne deſcendat tollere*
illa,] hoc eſt, tantum erit periculum, horror, & acceleratio illius iudicii, quod tunc non valebit, neque
expediet alicui circa temporalia occupari, quæ tunc penitus auferentur ab eo, & ipſum protinus opor
tebit ad tribunal Chriſti deduci. Vnde tunc curandum non erit de minimis, cum inſtabit maxima &
incomparabilis illa cauſa diſcriminis infiniti. [*Et qui in agro fuerit ſimiliter, non redeat retro,*] hoc eſt, ad ſua
terrena per amorem ſeu corporalem motum reuerti non curet, quum tunc omnia relinqui oporteat,
ſed ſolum prouideat ſibi quomodo iudici metuendo præſentetur ſaluãdus. [*Memores eſtote vxoris Loth,*]
Gene. 19. id eſt, penſando quid fœminę illi acciderit, præcauete inordinatam ad temporalia affectionem, ne ſi-
mul cum illa tangat vos plaga dei. Nam ſicut illa contra præceptum dei retroſpiciendo conuerſa eſt F
ſubito in ſtatuam ſalis: ſic qui immoderanter ad carnalia & terrena ſe vertunt, peribunt. Vnde alibi aſ-
ſerit Chriſtus, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. [*Qui-*
cunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere,] hoc eſt, in præſenti vita voluerit eam à perſecutionibus &
aduerſis corporalíve nece eripere, malens Chriſtum negare, ſeu æquitatem relinquere, quam ſeipſum
morti perſecutionibúſque exponere, [*Perdet illam*] hoc eſt, ſuo demerito & carnali timore ad æternã
damnationem perducet. Poteſt & ita exponi, Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere æter-
naliter in futuro, perdet eam, hoc eſt, libenter ſuſtinebit aduerſa, & ſi opus fuerit etiam mortem pro
Chriſto. [*Et qui perdiderit illam,*] hoc eſt, vitam ſuam morti & tribulationibus expoſuerit propter deũ
atque iuſtitiam, [*Viuificabit illam*] hoc eſt, vitam gloriæ ſibi acquiret merito fortitudinis & conſtantiæ
Matth. 16. ſuæ. Vnde in Matthęo ait Chriſtus, Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. His con-
Ioann. 12. ſonat quod in Ioanne dominus loquitur, Qui odit animam in hoc mundo, in vitam æternam cuſto-
dit eam. [*Dico vobis, In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur*] hoc eſt, hora iu
dicii, etiam qui nunc proxime ſibi inuicem copulantur, ab inuicem diuidentur, ita quod vnus erit
electus, & propter ſuas virtutes aſſumetur ad numerum electorum, occurrétque Chriſto in aëra, ſicut
ait in talium perſona Apoſtolus, Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, ſimul rapiemur cum illis in nu-
bibus obuiam Chriſto in aëra. Alius reprobus erit, & ob ſua demerita relinquetur inter damnandos
1. Theſſ. 4. in terra cum corpore graui. ¶ Spiritualius autem loquendo per lectum quies ſeu ſtatus contemplatio- G
nis accipitur. Sicque per duos iſtos deſignati ſunt qui in ſtatu contẽplatiuorũ ſunt poſiti, quorũ multi
tunc frigidi erunt, ſicut & nunc ſunt, quia in omni ſtatu ſunt boni & mali, atque in omni conditione
& gradu optimis admixti ſunt peſsimi, vt aſſerit Auguſtinus. Et Gregorio aſſerente, Vbique Cain
adiungitur Abel ad exercitationem. Tales ergo iniqui tunc relinquentur. Nullus ergo præſumat aut
Prou. 82. ſtultam ſibi ſecuritatem promittat, imò beatus homo qui ſemper eſt pauidus: & ſecundum Auguſti-
num, tunc erunt ſecuri, qui modo non ſunt ſecuri. [*Duæ erunt molentes in vnum,*] hoc eſt, pariter ſeu vna
in mola, [*Vna aſſumetur, & altera relinquetur.*] Poteſt hoc literaliter accipi de mulieribus tunc circa tẽ-
poralia occupandis, quarum vna tanquam bona erit ſaluanda, altera tanquam iniqua damnanda. Spi-
ritualius vero per mulieres molentes ſignãtur perſonæ in vita actiua conſiſtentes, quæ temporalis ſo-
licitudinis pondere velut quadam mola grauantur, quarum quædam tunc ſaluabuntur, aliæ damna-
buntur. [*Duo erunt in agro, vnus aſſumetur, alter relinquetur.*] Per agrum deſignatur eccleſia, in qua creſ-
cunt lilia & violæ, virginum, roſæ martyrum, lilia confeſſorum, & vniuerſarum fructus virtutum. Ita-
1. Timo. 5. que per duos exiſtentes in agro exprimuntur prælati & prædicatores, qui præſunt eccleſiaſticis gre-
gibus Chriſti: quorum quidam paſtorale officium debite implent, & quæ docent operibus exequũ-
tur: ideo ad beatitudinem aſſumentur. De quibus ad Timotheum ſcribit Apoſtolus, Qui bene præ-
ſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Alii ne-
gligenter & ſcandaloſe ſe habent, & quod verbis docent, opere deſtruunt: ideo relinquentur. De qui- H
Sapien. 6. bus in libro Sapientiæ habetur, Iudicium duriſsimum in his qui præſunt, fiet. Tales quippe agrum
eis commiſſum, hoc eſt, corda ſubditorum ſuorum à ſpinis & tribulis, id eſt, paſsionibus & peccatis
non purgant, virtutum ſeminibus non fœcundant: ſed incultum relinquunt, indecorum & aridum,
Proue. 24. iuxta illud Prouerbiorum, Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum
repleuerant vrticæ, operuerant ſuperficiem eius ſpinæ. [*Reſpondentes*] diſcipuli [*Dicunt illi.*] Quomodo
dicuntur diſcipuli reſpondiſſe, cum interrogati non fuerint, & verba eorum ſequentia non ad quæ-
ſtionẽ aliquã reſponſiua, ſed interrogatoria ſunt? Ad quod dicendum, quod multoties in ſcripturis
reſpondere ſumitur, pro correſpondenter ſeu apte proportionatéque loqui adverba ſeu facta alterius,
ſicque nunc ſumitur. [*Vbi domine?*] id eſt, quo vnus aſſumetur, & alius relinquetur? [*Qui dicit illis,*] ad v-
num iſtorum dando reſponſum, ex quo patet alterius quoque ſolutio. [*Vbicunque fuerit corpus*] hoc eſt,
Chriſtus homo vere corporeus, qui in forma humanitatis glorificata iudicabit, illic [*Cõgregabuntur &*
Ioann. 17. *aquilæ,*] hoc eſt, ſancti qui ſuperna ſunt contemplati, & per deſideria ſancta ad cæleſtia in terrenis po-
Ioann. 14. ſiti volauerunt. Membra nanque & ſerui ſuo capiti ac domino coniungentur. Hinc in Ioanne ait, Pa
ter quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Et iterum
ait apoſtolis omnibúſque electis, Vado parare vobis locum, & iterum veniam, & aſſumã vos ad me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ipſum, vt vbi ſum ego & vos ſitis. ¶ Denique de præfatis aquilis, qui ſoli iuſtitiæ ſolíque ſapientiæ viſum mentis ſuæ per contemplationem infigunt, in Eſaia legitur, Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient. Tales quoque inſtar aquilarum ſpiritualiter renouantur proficiendo in eſſe gratiæ ac virtutum: per quod vitiorũ abiiciunt vetuſtatẽ, prout ad Epheſios monet Apoſtolus, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominẽ. Sic renouatur qui pro ſpiritualibus bonis orans diuinitus exauditur. Propter quod dixit Pſalmiſta de deo loquens animæ, Qui replet in bonis deſiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Iterũ, Sicut volatus aquilæ in cælo incertus celerrimúſque conſiſtit, ſic interna ſanctorum vita carnalibus eſt ignota, vehementérq; pperat ſupna. Carnalis enim homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, ſecundum Apoſtolum. Et tanto plus ad patriam feſtinamus, quanto ardentius deum diligimus. In Prouerbiis quoque Salomon loquitur, Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia ſua. ¶ Inſuper ſicut aquila in arduis ſibi nidificat, pullóſque ſuos prouocat ad volandum: ſic contemplatiui in altiſſimis ſibi locum & quietem præeligunt, vtpote in ſupernis, & ad actus contẽplatiuos prouocant alios.

Eſaiæ. 40.

Epheſ. 4.

Pſalm. 102.

1. Cori. 2.

Proue. 30.

B ¶ Elucidatio Cap. XVIII. [*Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare.*] Artic. XLII.

QVia oratio eſt efficaciſsimum medium euadendi omne periculum, & impetrandi omne bonum: ideo Chriſtus in iſto capitulo de ea pertractat, & qualis eſſe debeat pandit, videlicet continua, ſeu inſtans & frequens ac humilis. Ad quod apertiſsime declarandum, inducit quaſdam, vt patebit, parabolas, [*Dicebat autem & parabolam ad illos,*] ſcilicet diſcipulos ſuos, & in eorum perſona ad vniuerſos fideles, [*Quoniam oportet ſemper orare, & non deficere*] ab oratione. Quod ait, ſemper, non denotat omnimodam temporis continuationem, ſed omnem horã opportunam & debitam, ſeu congruam ad orandum. Sic & Apoſtolus ait, Sine intermiſsione orate. Et in Actibus legitur, Cornelius Centurio vir religioſus &, deprecans deum ſemper. ¶ Denique æquiualenter ſemper orat, qui ſemper aliquid boni agit, ſeu quicquid facit, in dei gloriam propriámque refert ſalutem: imò hoc modo non ſolum religioſa vigilia & abſtinentia, imò ſomnus atque refectio meritoria eſſe poſſunt. Oratio nanque ſecundum Damaſcenum, eſt petitio decentium à deo. Petitur autem aliquid non verbis duntaxat, ſed & ſignis ac geſtis. Deinceps Chriſtus inducit parabolam de vidua, quæ ſua importunitate impetrauit à iudice crudeli quod petiit. Per locum

1. Theſ. 5.

Actu. 10.

1. Cori. 10.

C à fortiori acquiremus à Chriſto iudice clementiſsimo, quæ inſtanter precamur, ſi implemus illud Eccleſiaſtici, Non impediaris ſemper orare, & ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe ſicut homo qui tentat deũ. [*Iudex quidam erat in ciuitate quadam qui deum non timebat, & homines non reuerebatur.*] Ideo indignus fuit authoritate, officio, & nomine iudicis. Iudex enim dicitur quaſi ius dicens, qui ex omni parte debet eſſe iuſtitia decoratus & timoratus, ne deum cuius ipſe miniſter eſt, in quocunque offendat. Hinc iuxta Philoſophum, iudex debet eſſe quaſi viua lex, & animata iuſtitia. Sed heu multi modo ſunt iudices huic conſimiles, qui cupiditate cæcantur, & munera diligunt, affectionem quoque magis, quam rationem ſequuntur, diuinum non formidantes iudicium: quibus dicit Sapiens, Audite & diſcite iudices terræ, quoniam data eſt vobis à domino poteſtas, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes veſtras ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri illius, non recte iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ: cito & horrende apparebit vobis. [*Vidua autem quædam erat in ciuitate illa.*] Ideo exemplum ponit de vidua, quia eſt perſona magis miſerabilis, quum deſtituta ſit viri ſolatio, propter quod crudelius eſt ei non ſubuenire. Vnde per Eſaiam dominus loquitur, Defendite viduã. Itémque de iniquis principibus proteſtatur ibidem, Cauſa viduæ non ingreditur ad eos. [*Et veniebat ad eum dicens*] ſupplicíter, [*Vindica me*] ſecundum proceſſum iuris, [*De aduerſario meo*] mihi iniuriante.

Eccleſ. 18.

Sapi. 8.

Roma. 12.

Eſaiæ. 1.

D Hoc ex zelo iuſtitiæ licitum eſt poſtulare, idque peragere ad iudicem ſpectat, ſecundum illud ad Romanos, Miniſter dei eſt vindex in iram ei, qui malum agit. Potiſsimum vero ad iudicem ſpectat perſonis miſerabilibus recto ſubuenire iudicio, vtpote oppreſsis, viduis, pupillis, orphanis, deſolatis, egenis, infirmis & peregrinis. Talibus quippe deus præcipue miſeretur, ſecundum quod in Deuteronomio ſcribitur, Deus magnus atque terribilis facit iudicium pupillo & viduæ, amatque peregrinum. [*Et nolebat per multum tempus*,] in quo eius duritia & iniuſtitia patent: cui conformes ſunt qui cauſas prolongant dilationibus fruſtratoriis, trahentes iniquitatem in funiculis vanitatis. Quo contra ſanctus Iob de ſeipſo fatetur, Oculos viduæ expectare non feci. [*Poſt hæc autem dixit intra ſe,*] non extra, ne ſua iniquitas innoteſceret aliis, & vt ex iuſtitia agere crederetur, quæ acturus fuit ex tædio ſuſtinẽdi moleſtiam deprecantis, [*Etſi deum non timeo, nec hominem reuereor,*] ita quod nec propter deum, nec propter homines iuſtitiam ſeruo, [*Tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam.*] Victus enim fuit non pietate, ſed precum viduæ importunitate. Improbus etenim labor omnia vincit. [*Ne in nouiſſimo*] hoc eſt, ad vltimum, ad me [*Veniens fug gillet me,*] hoc eſt, importunis ſuis clamoribus ſtrãgulet aut ſuffocet. ¶ Denique ſimilitudo ſecundum ſe eſt cauſa amoris, ideo ſimili ſuo ſimile ſe coniungit atq; applaudit, interiores quoque habitus animæ eam ad actus ſuos inclinant. Hinc impii iudices, quia impietatem non odiunt, eam ſyncera intentione non vlciſcuntur: & ſi vlciſcuntur, hoc ex crudelitate, aut cupiditate, ſeu ſimili inordinato affectu, potius quam ex æquitatis zelo efficiunt. Iuſti vero iudi-

Deute. 10.

Eſaiæ. 5.

Iob. 31.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ces, quo fuerint iuſtiores, eo plus iniuſtitias deteſtantur & perſequuntur. [*Ait autem dominus*] Ieſus E
Chriſtus exhortando, vt ſubditur, [*Audite*]. i. ſapienter attendite, [*Quid iudex iniquitatis dicit*]. i. præfata
iam verba iudicis huius iniuſti dicentis, quia moleſta eſt mihi, &c. Et ex hoc Chriſtus concludit intẽ-
tum, videlicet quod multo magis deus iuſtiſsimus ſuos exaudiet. [*Deus autem non faciet*] .i. imò vtique
faciet, [*Vindictam electorum ſeruorum clamantium ad ſe die ac nocte*] pro iuſta vltione. Deus enim per Moy-
Deute. 32. ſen & Paulum hortatur, Mihi vindictam, & ego retribuam. Nullum etenim malum impunitum relin-
Roma. 12. quit. [*Et patientiam habebit in illis?*] id eſt, non ſuſtinebit electorum ſuorum iniuriam. ¶ Circa hęc oc-
Hebr. 10. currunt dubia tria. Primum, quomodo per iudicẽ iuſtum iniquum deus iuſtus valeat deſignari. Secun-
Matth. 1. dum, quomodo electis dei liceat pro vindicta clamare ad deum, quũ alibi iubeat Chriſtus, Orate pro
perſequentibus & calumniantibus vobis. Tertium, quomodo deus non differat neque ſuſtineat iniu-
riam electorum, quum frequenter cernamus perſecutoribus iuſtorum vſque ad vltimam viuere ætatem ſane ac proſpere. Ad primum dicendũ, quod in iſta parabola non fit comparatio perſonæ ad perſonam, ſed negotij ad negotiũ, non tam ſecundum ſimilitudinẽ quam ſecundum exceſſum, vt præinducta declarãt. Ad ſecũdũ dicendũ, quod iuſti ſemper ſpiritualiter diligũt aduerſarios ſuos in vita preſenti, nec ex odio orant pro punitione illorũ: ſed potius ex ſpirituali amore', inquantum expedit pro
ſalute illorum, vt in vita hac corrigantur, ne grauius aut diutius peccent, nec cõmuni noceãt bono, vel
per hoc miſericordiam conſequentur, aut in futuro mitius torqueantur. Hinc pœnæ vitæ præſentis F
medicinales dicuntur. Rurſus iuſti ſic orant ſæpe zelo iuſtitiæ, & conformando ſe diuinę iuſtitiæ. Ad
tertium reſpondetur, quod deus dicitur ſtatim vlciſci: vel, quia interiori vindicta mox vindicat, gra-
Pſalm. 80. tiam ſubtrahendo aut peccantem durius relinquendo ac indurando, quemadmodum ait in Pſalmo,
Deute. 32. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. quæ eſt vtique metuen-
Deuter. 7. diſsima atque grauiſsima dei vindicta: aut quoniam tempore præordinato mox vindicat, iuxta quod
in Deuter. teſtatur, Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. Hinc rurſus dicitur, Dominus deus
tuus, ipſe eſt deus fortis, reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltra non differat, pro-
tinus eis reſtituens quod merentur. Ideo Chriſtus ait, [*Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.*] Quia
Eccle. 16. & vita hæc breuis eſt, & poſt eã grauiſsima eſt vltio dei, iuxta illud Eccleſiaſtici, Vindicta impii ignis
& vermis. [*Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?*] tanquam dicat, Quamuis deus
ſic zeletur pro ſuis electis, attamen Chriſtus veniens ad iudicium ſeu ad faciendam electorum vindi-
Matth. 22. ctam, paucos comparatiue loquendo inueniet vere fideles in terra, qui fide formata & fidelitate iuſti-
Miche. 7. tiæ ſint fideles. Multi enim vocati, pauci vero electi. Ideo per Micheã ſcribitur, Periit ſanctus de ter-
Philip. 2. ra, & rectus in hominibus non eſt. Et Paulus fatetur, Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu
Eccle. 35. Chriſti. ¶ Inſuper cum humilitas ſit ſecuriſsimum fundamentum virtutum, reddens orationẽ deo val
de acceptam, iuxta illud Eccleſiaſtici, Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit: idcirco Chriſtus conſe- G
quenter ad humilitatem ſuo informat exemplo, [*Dixit autem ad quoſdam qui in ſe*] .i. in propriis meritis
potius quam in pietate & gratia dei, [*Confidebant tanquam iuſti*]. i. quaſi vere eſſent iuſti & virtuoſi, quũ
fuerint vani, ſpiritualitérque ſuperbi, & illi fuerunt phariſæi, quos modo ſequuntur qui in ſeipſis ina-
niter gloriantur, & de meritis ſuis præſumunt, ſeu bona quæ agunt propriis viribus ac laboribus ma-
gis quam gratiæ dei aſcribunt: de quibus ait Apoſtolus, Ignorantes dei iuſtitiam & ſuam quærentes
Roma. 10. ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Contra quos iterum vociferatur, Quid habes quod non acce-
1. Cori. 4. piſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? [*Et aſpernabantur cæteros*] tanquam iniuſtos
& viles, quum tamen ipſi ſola ſua ſuperbia aliis eſſent viliores, quoniã ſola ſuperbia deſtruit omnia, ſi
comitetur. ¶ Denique ipſa eorum aſpernatio oſtendit, quod vere iuſti non erant, dicente Gregorio,
Eſaiæ. 5. Vera iuſtitia habet compaſsionem, falſa dedignationem. Non etiam attendebant illud Eſaiæ, Væ qui
ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cum fatigatus deſieris contemnere, contemneris. Huiuſmodi modo
ſunt, qui ſtulta ſingularitate lætantur, nec in vero ſpiritualis vitæ fundamento ſe figunt, ſed religioſio-
res cupiunt apparere, & quum prorſus carnales ſint, ſpirituales ſe arbitrantur. De quibus Iudas apo-
ſtolus in ſua fatetur Canonica, Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.
[*Duo homines aſcendebant in templum vt orarent.*] Ideo enim eccleſiam intrare debemus, vt oremus, & cę- H
tera quæ ibi agenda ſunt diuina agamus. Idcirco væ illis qui templum ingrediuntur ad fabulandum,
ad inſpiciendum mulieres, ad videndum & complacendum hominibus. [*Vnus phariſæus.*] Phariſæi e-
rant religioſi Iudæorum, ſicut nunc monachi Chriſtianorum, erantque phariſæi ab aliis in habitu, in
Actu. 26. obſeruantiis multis, cultúque religionis diſtincti, propter quod dicebant phariſæi, id eſt, diuiſi, eratq; ſecta eorum inter Iudæos celebris & famoſa. Vnde in Actibus Paulus fatetur, Secundum certiſsimam ſectam noſtræ religionis vixi phariſæus. [*Et alter publicanus.*] Publicani nominabantur qui publicis occupabantur negotiis, vectigalia exigendo, ſeu conducendo, aut ſeculi huius lucra ſectando. Et quia talia raro fiunt abſque peccato, publicani reputabantur publici peccatores. [*Phariſæus ſtans.*]
Quum tamen magis debuiſſet ſe in terram proſternere, ſeu genua flectere, ad reuerentiam maieſtatis
Matth. 6. diuinæ, ſed ſtetit vt ab aliis videretur: ſicut & alibi ait de talibus Chriſtus, Amant in ſynagogis & angulis platearum ſtantes orare. [*Hæc apud ſe orabat*] ſimulatorie magis quàm vere. Oratio enim eſt deuota eleuatio mentis ad deum cum impetrandi affectu, atque vt ait Gregorius, Orare enim eſt in compunctione amaros gemitus ex corde non compoſita verba ſonare. [*Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum,*] vtpote [*Raptores, iniuſti, adulteri.*] ¶ Mirum alicui poteſt videri, cur, vnde, & quomodo iſte phariſæus fuit ſuperbus, qui bona ſua deo adſcripſit tanquam datori, & ei gratias egit. Sed multiplici laborauit ſuperbia. Primo, quia & ſi omne bonum cognouit eſſe à deo, bona tamen ſibi à deo præſtita æſtimauit, non ſolum ex diuina clementia, ſed etiam pro ſua induſtria, ſiue iu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A iuſtitia. Secundò, quia etſi verbis gratias egit, tamen mente ad ſeipſum reflectebatur, videri cupiens & laudari, imò & de ſua gratiarum actione vanitatem concepit. Tertiò, quia de bonis ſuis ſuper alios inſipienter ſe extulit. Quartò, quoniam alios temere iudicauit & ſpreuit, ſpecialiter publicanum, cuius interiora non vidit. ¶ Porrò, vt ait Gregorius, quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ. Prima, dum bonum quod quis habet, à ſeipſo habere ſe putat. Secunda, quando etſi ſibi deſuper datum credit, tamē pro ſuis meritis ſibi datum exiſtimat. Tertia, quando quod non habet habere ſe iactat. Quarta, dum deſpectis cæteris ſingulariter cupit videri habere quod habet. Præterea, cum in Prouerbiis Salomon dicat, Iuſtus in principio accuſator eſt ſui, phariſæus iſte inordinate exorſus eſt à propria laude. Rectus ergo ordo orandi eſt, primo ſeipſum humiliter accuſare, deinde deum ſuppliciter exorare, atque in fine gratias agere: ſicut ſacerdos in miſſa præmittit confiteor, poſtea orat, & poſtremo in gratiarum actione conſummat officiū. [*Velut etiam hic publicanus*] deſpectiue hoc ait & temerarie iudicat. Quis enim ſcit quid agatur in homine niſi ſpiritus hominis? Ideo dicit Apoſtolus, Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat aut cadit. Vnde abſolutè & certitudinaliter iudicare aliquem eſſe in peccato mortali non poſſumus, niſi videamus aut certe noſcamus eū eſſe in actu peccati mortalis, ſeu debiti actus omiſsione. Nō igitur faciliter iudicemus, nec alios contēnamus, præſertim quia etſi agnoſceremus quales iā ſint, ignoramus tamē quales futuri ſint, aut in præſentia dei exiſtāt. Ideo formidolosè putarhabemus

B quod forte nos ſimus præſciti & ipſi prædeſtinati. Hinc in Malac. habetur, Nunquid nō patet vnus oīm noſtrū? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrū fratrē ſuū, violans pactum patrum noſtrorum? Propterea ſapientiſsimè monet Apoſtolus, Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris: [*Ieiuno bis in ſabbato,*] id eſt, in hebdomada: quę apud Iudæos ſic vocabatur à ſabbato tanquam à die celebriori. Tale eſt ieiunium ieiunantium ventre à cibis, non mente à vitiis, contra quos dominus per Eſaiam affirmat, Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi? [*Decimas do omnium quæ poſſideo,*] quod magnum non eſt, quum omnia quæ habemus à deo ſumpſerimus: propter quod Dauid rex deuotiſsimè confitetur, Quis ego, & quis populus tuus domine deus, vt poſsimus tibi iſta promittere? Tua enim ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. [*Et publicanus a longe ſtans,*] ſcilicet in poſteriori parte templi, reputans ſe indignum appropinquare ſacratioribus locis vt choro atque altari. Per quod multorum etiam clericorum ac ſacerdotum impudentiſsima reprobatur præſumptio, qui quum vitiis animæ & corporis pleni ſint, ſacra loca ingredi non verentur, polluti-

C ſique labiis pſallere deo, aut etiam celebrare. [*Nolebat nec oculos*] corporales [*Ad cælum leuare,*] præ vitiorum & priſtinæ turpitudinis ſuæ pudore, erubeſcens coram diuinæ ſanctitatis præſentia apparere, & quaſi deum non audiens aſpicere habitantem in cælis. Interiores tamē oculos raptim erexit ad deū cæli. Sic & Eſdras populi ſui peccata deteſtans, ait, Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum. [*Sed percutiebat pectus ſuum,*] præ contritionis dolore, & reprehendens cor ſuū quod tantorum flagitiorum origo, cauſáque fuit. Pectoris enim percuſsio eſt interioris prauitatis redargutio dolorosa. [*Dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori.*] Oratio breuis verbo ſed magna virtute: modica quantitate, ſed plena ſcientia, quæ de fonte pectoris Chriſti proceſsit. Hęc nanque eſt parabola, non res geſta, quamuis frequenter tale quid accidere quiuerit. Vnde Chriſtus aſſerit ſic publicanū oraſſe, vt doceat nos ita orare. Frequenter ergo hæc verba corde humillimo ac feruenti dicamus. Deinde ad noſtram informationem ponitur iudicis ſuperni, videlicet Chriſti ſententia, [*Amen,*] id eſt, ve-

D re [*Dico vobis, deſcendit hic*] publicanus [*Iuſtificatus,*] id eſt, de iuſto iuſtus effectus à deo per ſuam veram ac humilem pœnitentiam: iuxta illud Ezechielis, Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. [*In domum ſuam ab illo,*] id eſt præ phariſæo, qui ſicut peccator aduenit, ſic peccator reuerſus eſt, imo maior peccator quàm ante, quia in templo multa incidit peccata, vt patuit. [*Quia omnis qui ſe exaltat*] per ſuperbiam, id eſt, magnum & præclarum vane ſe reputat, laudem cupit humanam, ad prælationem, honores, excellentiam ſuiipſius aſpirat, [*Humiliabitur,*] id eſt, à deo iudice deprimetur, reprobabitur, atque in tartarum deiicietur poſt vitam præſentem, niſi ſe interim per pœnitentiam veram ſponte humiliet: [*Et qui ſe humiliat*] modo per peccatorum ſuorum confeſſionem, proprię imperfectionis, defectuoſitatis & fragilitatis recognitionem, per ſuiipſius ſub diuinæ maieſtatis altitudine cordialem ac intimam inclinationem, depreſsionem, obedientialémque ſubiectionem, [*Exaltabitur*] in præſenti per gratiæ ſublimia incrementa, & in futuro per dona gloriæ altiora, iuxta illud Iob, Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Hinc in Prouerbiis habetur, Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Itémque, Superbum ſequetur humilitas. Quod cōſonat Chriſto dicenti, Qui ſe exaltat, humiliabitur. Quemadmodum enim in materiali ſtatera vna parte depreſſa altera eleuatur, & econuerſo: ſic in diuinæ ſtatera iuſtitiæ eſt decretum, vt qui in vita hac per ſuperbiam eleuantur, in futura per pœnam confuſibilem deprimantur, & vice verſa. Hinc Petrus apoſtolus hortatur, Humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Et in Eccleſiaſtico edocetur, Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam; quoniam ab humilibus honoratur. Quemadmodum enim aquarum fluenta ad vallium decurrunt profunda, & quo vallis eſt decliuior, eo plus aquę cōgregātur in ea: ſic diuinarū chariſmata gratiarū ad corda deſcēdunt humiliū, qui quanto humiliores extiterint, eo copioſioris ſunt gratiæ ſuſceptiui. Propter quod ait ſcriptura, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autē dat gratiam. Sic & philoſophi morales teſtati ſunt, quod honor ſequitur fugientē. Væ igitur ambitioſis & vanis hominibus, quia illius ſunt ſerui, de quo in Iob conſcriptū eſt, Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Hinc Leo papa teſtatur, Tota Chriſtianæ

Proue. 18.

1. Cor. 2.

Roma. 14.

Mala. 2.

Galat. 6.

Eſaiæ. 58.

1. Par. 29.

Eſdr. 8.

Ezec. 18.

Proue. 28.

1. Petri. 5.

1. Petri. 5.

Iacob. 4.

Iob. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſapientię diſciplina non in abundantia verbi, non in aſtutia diſputãndi, neque in appetitu laudis & glo E
riæ, ſed in vera & voluntaria humilitate conſiſtit: quam dominus Ieſus ab vtero matris vſque ad ſup-
pliciũ crucis pro omni fortitudine & elegit & docuit. [*Afferebant autem ad illum & infantes,*] hoc eſt,
parẽtes ſeu alii infantulos adduxerũt ad Ieſum, [*Vt eos tangeret.*] Ex miraculis enĩ Chriſti, & ex eminẽ-
tia ſapientiæ, eloquentię, conuerſionisq; ſuæ, crediderunt eum eſſe eximię ſanctitatis, ficque ex eius cõ
tactu infantulos poſſe benedici ſeu gratiam conſequi, ſiue pro tunc, ſiue in poſterum, quoniam virtus
Chriſti per corpus ipſius redundauit ac diffundebatur in alios. [*Quod cum viderent diſcipuli, increpabant*
illos] qui infantulos adducebant: non quod nollent infantes à chriſto tangi & benedici, ſed quia puta-
bant eum ex tali adductione infantium grauari & offerentium importunitate laſſari. [*Ieſus autem conuo-*
cans illos,] puta diſcipulos ſuos, [*Dixit, Sinite pueros venire ad me,*] quia propter eorũ innocentiam & na-
turę in eis puritatem, deique in eis expreſſam ſimilitudinem diligo eos, pręſertim qui ab originali pec-
cato mundati ſunt, & gratiam, charitatémque habitualem habent in anima, quales & iſti infantes fuiſſe
creduntur, vtpote circunciſi, [*Et nolite vetare,*] id eſt, prohibere [*Eos,*] ab acceſſu ad me. Talium eſt enim
regnum cælorum, id eſt, innocentum, piorum, ſimplicium & mũdorum, qui per pueros figurantur, &
pueris quantum ad bonas puerorum proprietates aſsimilãtur. Sed & puerorũ ab originali peccato pur
gatorum eſt regnum cęlorum, ſi ante vſum rationis decedant, aut poſtea ſuſceptã gratiam nõ ẽmittãt.
[*Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum dei ſicut puer*] hoc eſt, qui per imitationem bonarum pro F
prietatum pueri non tendit ad regnum cœleſte, [*Non intrabit in illud.*] Quemadmodum enim puer nõ
perſeuerat in ira, ſed cito placatur, non aſpirat ad alta, ſed modicis contentatur, læſus non meminit, nec
alteri inſidiatur aut detrahit, videns fœminam non inordinate afficitur: ita niſi quis iſtas proprietates
per gratiam, exercitiumque ſequatur, damnabitur. Ideo monet Apoſtolus, Malitia paruuli eſtote. Et
2.Cor.14. Petrus, Deponentes omnem malitiam & omnem dolum & ſimulationes & inuidias & detractiones,
1.Petri.2. ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. In Pro-
uerbiis quoque æterna ſapientia ait, Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et Pſalm. Declaratio ſermonũ
Prou.9. tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. [*Et interrogauit eum quidam princeps, dicens.*] Quidã dicũt,
Pſalm.118. quod princeps iſte fuerit legiſperitus, & princeps vocetur, quoniam dies fuit. Veruntamen Marcus
Marci.10. Euangeliſta vocat eum adoleſcentem, ſimiliter & Matthæus. [*Magiſter bone, quid faciendo vitam æternam*
Matth.19. *poſſidebo?*] hoc eſt, æternam beatitudinem in æternum habebo. Bonus magiſter fuit Chriſtus ob vitæ
ſanctitatem, doctrinæque veritatẽ: & item quia in prædicãdo diſertiſsimus fuit, & ſupernaturalia ſua
documenta ſupernaturalibus probationibus, puta miraculis ſoli deo poſsibilibus, roborauit. Recte e-
tiam interrogauit, quid faciendo, non quid loquendo vitam æternam poſsidebo? quia non nudis ver
1.Cor.4. bis, ſed virtuoſis operibus vitam meremur æternam, dicente Apoſt. Non in ſermone eſt regnum dei,
ſed in virtute. Verba quippe cõparantur foliis, opera fructibus. Quẽadmodũ ergo infructuoſa, ignió; G
apta eſt arbor folia producens, non fructus: ſic homo qui verba abſque operibus habet, vanus & va-
cuus, æternoq; igne dignus cẽſetur. [*Dixit autem Ieſus ei, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus deus.*]
Quum ergo Ieſus fuerit bonus, optimusque magiſter, imõ eſſentialiter bonus ſecundum quod deus,
cur redarguit principem iſtum, qui vere loquutus eſt? Et reſpondendum, quod ideo eum redarguit,
quia non omnifarie bene ſenſit de Chriſti bonitate, exiſtimans eum hominem purum, & non niſi par
ticipatiue bonum: item ad innuendum, quod ſoli deo competit bonitas ſecundum perfectam & plenã
bonitatis rationem: quoniam deus eſt ipſa bonitatis eſſentia, & bonitas omniformiter pura, quomo-
dolibetque perfecta & infinita, in quo nihil eſt non boni nec priuatiue non contrarie, nec cõtradicto
rie. ¶ Prætereà ad innuendum quod non ſine grandi & rationabili cauſa admittenda eſt laus propria,
præſertim coram frequentia plebis. Nam, teſte Chryſoſtomo, vir iuſtus & ſapiens quaſi in faciem cæ
ditur, dum manifeſte laudatur. Scit enim gloriam & honorem deo deberi, ſeque à ſeipſo nil niſi defe-
ctuoſitatem & culpam habere. [*Mandata noſti,*] id eſt, mandata legis, quæ erant triplicia, ſcilicet mora-
lia, cærimonialia, iudicialia. Chriſtus vero de moralibus ſolum proſequitur, quoniam principalia erãt,
& de naturalis dictamine rationis atque in euangelica lege ſeruanda. Hinc ſubditur, [*Non occides,*] affe
ctu & opere, iuſſu, conſilio, aut non impediendo quum poſsis. Occidere autem hominem nemo de-
bet propria & priuata authoritate, ſed publica authoritate fieri poteſt, & loquendo de homine vt eſt H
Exod.19. reus: quum in Exodo ſcriptum ſit, Maleficos non patieris viuere. [*Non mœchaberis,*] corde aut facto,
Prouer.29. [*Non furtum facies, Non falſum teſtimonium dices,*] quia teſtis iniquus non erit impunitus. Talis enim pec
cat in deum mentiendo ſeu peierando: atque in proximum, ei nocumentum inferendo, ſeu cauſam
ipſius impediendo. [*Honora patrem tuum & matrem,*] hoc eſt, tam carnales quàm ſpirituales paren
tes, eis reuerentiam exhibendo, obediendo, & in quibus indiguerint pro viribus ſuccurrendo.
Thren.3. [*Qui ait, Hæc omnia cuſtodiui a iuuentute mea,*] quod valde perutile eſt, cum in Threnis Hieremias
teſtetur, Bonum eſt viro quum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Acceptiſsimum etenim deo
eſt, quod homo florem adoleſcentiæ ſuæ in diuino expendit obſequio, quia paſsiones tunc fortius vi
gent, & homo huic mundo tunc aptior eſt. ¶ Denique adoleſcens iſte verbum hoc vere protulit, non
Marci.10. iactanter. Fuit equidem virtuoſus. Vnde ſecundum Marcum, præcurrit ante turbam, & genu flexo
interrogauit, dicendo, Magiſter bone, additque Marcus, intuitus eum Ieſus, ſcilicet poſt reſpõſionem
iam poſitam, dilexit eum: vnde non ficte interrogauit, vt aliqui putauerunt, ſed intentione ſyn-
cera. [*Quo audito, Ieſus ait ei, Adhuc vnum tibi deeſt.*] Quo verbo oſtenditur, quod princeps il-
le vere loquutus ſit. ¶ Itaque vnum ei defuit, ſcilicet adimpletio conſiliorum, quod eſt opus ſuper
erogationis: nec neceſſarium eſt ad ſalutem, niſi ei qui ſe ſponte obligauit ad hoc. Veruntamen ſan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ctus Hieronymus dicit eum esse mentitum, quum paulò pòst legatur contristatus, audito quòd omnia sua dare deberet pauperibus: ex quo concludit Hieronymus, quod non dilexit proximũ sicut seipsum. sed hoc faciliter solueretur, dicendo quod dilexit proximum sicut seipsum, & eleemosynas tribuere consueuit quantum diuina requirunt præcepta, non vt exigit consiliorum perfectio: vnde & nũc sunt aliqui boni Christiani sua pauperibus communicantes, qui tamen parati non sunt omnia sua propter Christum vendere atque pauperibus dare. Aliqui quoque affirmant, quod princeps iste omnia præcepta custodiuit, quantum ad opus exterius, non quo ad opus interius: quod si verũ esset, christus qui cordis eius fuit inspector, ipsum tanquam bonum & iustum non dilexisset. [*Omnia quæcunque habes vende,*] scilicet immobilia bona præsertim: nam pecunias quas habebat, & alia quædã similia, poterat non vendita æquè apte dare pauperibus, [*Et da pauperibus*] pure propter deum, nõ diuitibus, nec propter fauorem, laudem vel obsequium hominum. Craton philosophus, de quo legitur in vita beatissimi Ioãnis apostoli, docuit discipulos suos tẽporalia vendere atq; cõtemnere: sed nõ docuit ea pauperibus elargiri, sed potius ad captandam hominum laudem inutiliter dispergere. Apostolus tamen conuertit eundem cum suis discipulis. [*Et habebis thesaurum,*] hoc est, præmium copiosum, diuitiasque æternas, [*In cælo,*] quæ est fœlix mercatio, sapiens commutatio, abundãtissima remuneratio. Quod enim pauperibus propter Christum donatur, ipsi Christo confertur: ideo Christus bona sua cœlestia
B danti rependit. Et qui dei amore terrena relinquit, merito cœlestia recipit.

¶ Itaque sicut lex promittebat temporalium abundantiam: sic Euangelium consulit illorum abiectionem, vt terrenorum amore, solicitudine, occupatione quoque multiplici derelictis, aptior sit ad diuinorum homo amorem, & expedita simplici ac libera mente tendat quotidie ad æterna. Hinc ait Hieronymus, Si habes in potestate rem tuam vende: si nõ habes, proiice. Et Bernardus, Gloria & diuitiæ in domo Christi superna, sed paupertas non inueniebatur in ea, sed in terra abundauit. Ideo Christus eam elegit, vt ipsam sua æstimatione nobis faceret pretiosam. [*Et veni,*] per mentis spontaneam prom Ioan.14.
ptitudinem, [*sequere me,*] per vitæ imitationem. Christus enim doctor infallibilis, ipse via & ostium, Ioan.10.
perfectio & exemplar, iudex & præmium. [*His ille auditis, contristatus est,*] quia ex vna parte graue sibi fuit cuncta sua relinquere, atque ex alia parte erubuit, graueque sibi fuit Christi consilio, quod tam reuerenter genibus flexis petiit, non parere: in quo patet bonitas eius, & imperfectio bonitatis ipsius. Habuit quippe affectionem aliqualiter immoderatam ad opes suas. Nam subditur, [*Quia diues erat valde.*] Iudæi quoque paupertatem non mediocriter abhorrebant, quum in Deuteronomio Moyses di- Deut.15.
cat, Omnino indigens & mẽdicus non erit inter vos. [*Videns autem Iesus illum tristem factum*] inordinata & excessiua tristitia, quæ ex anima eius redundauit in corpus ipsius, de qua in Ecclesiastico habetur, Tristitiam non des animæ tuæ. apparuitque in vultu illius, secundum illud Ecclesiastici, Cor ho
C minis immutat faciem illius, siue in bono siue in malo. [*Dixit, quam difficile qui pecunias habent,*] id est, diuitias, quæ per pecunias hic signantur, quia numismate omnia comparãtur, [*In regnum dei intrabunt,*] hoc est, valde difficile est hoc & rarum, quamuis non sit impossibile: quia difficile est tẽporalibus abundare, & ad ea inordinate non affici, nec eis superflue vti, potissimum his, qui non sunt in charitate perfecti. Obiecta enim huiusmodi fortia mouent vires intense, & difficile est rationi affectiones & operationes earum in omnibus moderari. [*Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum dei.*] Hoc loco per diuitem communiter intelligunt expositores immoderatum diuitiarum amatorem, ita quod eas plus amat quàm deum. Talis enim est in mortali peccato, & rite auarus censetur, nec potest saluari, si manet huiusmodi, secundum ordinatam dei potentiam, quum tamen deus posset camelum per foramen acus transducere, transsubstantiando quid modicum in camelum quod ire posset per acus foramen. Si vero per diuitem intelligatur qui temporalibus rebus abundat. & ad eas aliqualiter inordinate afficitur, tamen citra deum, tunc vtrunque istorum est deo possibile. Sed quodammodo mirabilius agit deus talem diuitem à peccatis mortalibus præseruando, æternalitérque saluando, quam si camelum prætacta modo per foramen acus transduceret: secundum quem modum (Augustino testante) mirabilior est iustificatio impii, quam creatio mundi: quæ non est minus incomprehensibilis & miranda, quam esset præfata cameli per acum transitio.

Metuenda sunt ista diuitibus, maxime his, qui de patrimonio Cæristi diuites sunt, aut fieri quærunt
D in beneficiis ecclesiasticis, plus quærentes proprium commodum, quam diuinum obsequium: quibus omnibus pensandum est illud Hieronymi, Difficile, imò impossibile est, vt præsentibus & futuris fruatur quis bonis, vt hic impleat vẽtrem & ibi mentẽ, vt de delitiis ad delitias, trãseat vt in terra & in cælo appareat gloriosus. Hinc sacratissimus Iacobus apost. in sua clamat Canonica, Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis quæ aduenient vobis. Sed (vt ait Bernardus) excusant se quidam dicentes, Abraham & Isaac & Iacob terrenas diuitias habuerunt: sufficit nobis esse tales, vt illi fuerũt. Quid respondebimus, inquit, imitatoribus antiquorum sanctorum? Imponant super altare vitulos, & immolent hircos. Hoc enim fecit Abraham & patres, quibus meliores non sumus. Sed dicunt, vbi reuelata est veritas, ista transierunt. Quid ergo si temporales diuitias vmbram fuisse dixerimus futurorum, & quid mirum si terrena possident, quibus sola terrena promissa sunt? [*Et dixerunt*] discipuli christi ad eum, [*Qui hæc audierunt, Et quis potest saluus fieri?*] hoc est, si tã arcta est via salutis, quis poterit beatitudinem adipisci? præsertim si solus diuitiarũ affectus facit esse damnabilem. Et Hieremias testatur, Matth.7.
A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. Porrò difficultatem consequendi salutẽ faciũt Hiere.6.
quinque. Primum est corruptio naturæ seu vulneratio viriũ eius, quę difficulter curatur. Vnde in Sa- Sapien.9.
pientiæ libro asseritur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et in Genesi, Sensus & cogita- Genesi.8.
tio cordis humani proni sunt in malum ab adolescentia sua. Secundum est arctitudo viæ, iuxta illud Matth.7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Matthæi, Arcta est via quæ ducit ad vitam. Difficile enim est in omnibus medium obseruare, & neque ad dexteram, neque ad sinistram declinare. Tertium est repugnãtia inuisibilium hostium, callidissimorum, fortium & infatigabilium, quibus resistere tam difficilius est, quam propriæ carni & mundo: vt ad Ephesios dicat Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad Ephe.6. uersus principes & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quartum est praua societas, Psalm.17. quemadmodum scriptum est, Cum peruerso peruerteris. Quintum est desiderabilitas, apparẽsque bonitas, & delitiositas in rebus creatis existens, quæ fortiter allicit, mouet, accẽdit, ita vt difficile extet resistere Sed hanc difficultatem recte viuendi, seruiendique deo, mitigare debent & tollere, atque in facilitatem & delectationem conuertere debet amor dei feruidus & syncerus, cui cuncta quæ dei sunt, facilia & iucunda videntur, exemplum Christi, omniumque sanctorum, magnitudo præmii æternalis, pauor incendii infernalis, formido diuini iudicii, odium diaboli & omnis peccati. [*Et ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum,*] id est, quamuis homines propriis viribus nequeant terrena ita despicere, vitia superare, & vitam mereri æternam: adiutorio tamen omnipotentis dei hęc possunt, sicut ait Apostolus, Omnia possum in eo qui me confortat. Rursusque, Spiritus adiuuat in- Philip.4. firmitatem nostram. Deo quippe proprium est in ipsam rationalis creaturæ voluntatem immedia- Rom.8. te agere, & eam pro suo libito immutare, conuertere, inflammare. Propter quod Salomon loquitur, Prou.21. Cor regis in manu dei est, quocunque voluerit inclinabit illud. [*Ait autem Petrus,*] qui tanquam os apostolorum, vertex collegii, futurusque princeps non solum apostolici chori, sed & totius vniuersalis ecclesiæ, primus fuit in quærendo, primus in respondendo, primus in admissione cœlestium secretorum, primus in excellentia miraculorum, magnitudine beneficiorum, prælatione omnium Christianorum. Talem nanque primatum decuit plenum Christi vicarium super vniuersam ecclesiam. [*Ecce nos*] apostoli [*Dimisimus omnia*] temporalia propter te quantum ad dominium, etsi non quantum ad vsum: [*Et secuti sumus te,*] non corporaliter solum, sed spiritualiter quoque, credendo, obediendo, amando. Non enim sufficit exterior exteriorum relictio, nisi adsit interior interiorum imitatio, vt discamus à Christo humilitatem, patientiam, mansuetudinem, charitatem. Hæc dixit Petrus, cupiens de præmio informari à Christo. Vnde secundum Matthęum adiecit, Quid ergo erit nobis? [*Qui dixit eis*] Matth.19. scilicet cunctis illis in quorum persona & pro quibus Petrus fuerat scisitatus, [*Amen dico vobis, nemo est qui relinquit domum,*] hoc est, locum natalem seu habitaculum aut familiam siue cognatos, [*Aut parentes aut fratres,*] per quos intelliguntur & sorores, [*Aut vxorem,*] quæ post matrimonium consummatum non est relinquenda, nisi de communi amborum consensu, & ob religionis ingressum, seu aliam idoneam causam: quæ tunc relinquitur quantum ad thorum & domum, non quantum ad vinculum coniugale, quum sit ante mortem insolubile. Potest quoque exponi de muliere nondum habita, vel de habita ante matrimonii consummationem. [*Aut filios, et non recipiat multo plura in hoc tempore,*] hoc est, præstantiora, abundantioraque bona in vita præsenti, vtpote præcipua munera gratiarum, consolationes internas, contemplationes synceras, quotidianum in spiritualibus rebus profectum, pacem internam, interiores diuitias. Fit quoque de numero amicorum, filiorumque dei, & omnes angeli ac beati atque deuoti, vt amicum & fratrem familiariter diligunt eum: quod tamen intelli- Galat.3. gendum est, si præfata relinquendo simul abiiciat omnes eorum carnales affectus, vitiososque motus, nec corde redeat in Aegyptum, priorem relinquendo feruorem, & quod spiritu cœperit, con- Apoca.2. summando in carne. Aliàs externa illa relictio quid prodesset? pauendúmque ei esset quod in Apocalypsi dominus comminatur, Habeo aduersus te pauca, quia charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, alioquin venio tibi cito. [*Et in seculo futuro vitam æternam,*] hoc est, beatificam dei visionem, glorioſam superbeatissimæ trinitatis fruitionem, facialem diuinitatis intuitum, hoc est, plenum & perfecte quietatiuum, contentatiuumque præmium electorum, quo omnis potentialitas eorum reducitur prorsus ad actum, increatæ & infinitæ beatitudinis participatio præoptanda, delitiosa, dignissima: de qua in Ioanne loquitur Christus ad patrẽ, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Itémque Ioan.17. Ioannes, Quum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Ioan.1.

¶ Præterea verbis his datur consolatio & fiducia maxima his qui euangelica sectari consilia elegerũt, & in claustris clausträliter conuersantur. Quod si tanta promittitur merces his qui reliquerunt domum aut parentes, aut fratres, & cætera: quanta erit merces eorum qui hæc omnia etiam in flore iuuentutis deseruerunt, si tamen in dei itinere non tepescant, sed in anteriora iugiter extendant seipsos?

¶ Postremò ad voluntariam paupertatem multa inducunt. Primum, quia nudi nascimur in hunc mun- Phil.3. dum: ideo dicit Apostolus, Nihil intulimus in hunc mũdum, haud dubium quia nec auferre quid pos- Iob.1. sumus. Secundum, quoniam sensitiua & vegetatiua nil possidendo sufficientiam sortiunrur, propter 1.Tim.6. quod ait Saluator, Respice volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt, & pater vester cœlestis Matth.6. pascit ea. Et alibi, Considerate lilia agri quomodo crescũt. Tertium, est sacra scriptura ad hoc hortãs. Ibidem. Quartum, quoniam Christus & electissimi eius vitam pauperem elegerunt. [*Assumpsit autem Iesus discipulos suos,*] id est, apostolos, inter quos tunc proditor vnus fuit, qui tanquam Satan adfuit inter filios Iob.1. dei, [*Et ait illis*] secrete, vt in Matthæo legitur, ad vitandum inquietudinem, turbationem & scandalum Matth.20. plurimorum, & quorundam aliorum discipulorum suorum, qui apostolis infirmiores fuerunt. [*Ecce,*] quod valde notabile est & mirum, quod scilicet vnigenitus filius dei sponte locum suæ passionis accessit prægnoscens, [*Ascendimus Hierosolymam.*] quæ in montanis sita fuit, & ideo de Galilæa Lucæ.13. venientes ad eam localiter ascendebant, de qua Christus prædixit, Non capit prophetam perire extra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Hieruſalem, [*Et conſummabuntur,*] id eſt, opere implebuntur, [*omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis,*] hoc eſt, quæ ad ſuam pertinent paſsionem & reſurrectionem: de cuius paſsione tam clariſsime prophetatũ legitur in Eſaia & Daniele ac Pſalmo, qui incipit, Deus deus reſpice in me, vt potius videatur hiſtoria quam prophetia. Denique quoniam Chriſtus tantæ fuit dignitatis, eiusque paſsio tã tæ fructuoſitatis, ac cætera eius myſteria tam miranda, imò omnia illa quaſi incredibilia, decentiſsimũ & vtiliſsimum fuit ea diu & per multos ante denunciari, vt ſuo tempore facta & fieri crederentur: ideo omnium prophetarum opus eſt Chriſtus, & vniuerſi prophetæ non ſunt loquuti niſi ſuper dies Meſsiæ, vt etiam Iudæorum teſtantur magiſtri. [*Tradıtur enim gentibus.*] Primò enim ad capiendum eum venerunt cohors & tribunus qui erant gentiles & miniſtri Iudæorum, vt in Ioanne habetur: deinde pontifices & eorum miniſtri tradiderunt eum Pilato, qui à ſuis militibus fecit eum flagellari atque illudi, ſicut ſubiungitur, [*Et illudetur,*] dicentibus illis, Aue rex Iudæorum, [*Et flagellabitur,*] vſque ad coſtarum patefactionem, quod fuit nobiliſsimo atque tenerrimo corpori Chriſti pœna ineffabiliter magna, [*Et conſpuetur*] immundiſsimis canum illorum ſputis, quemadmodum per Eſaiam ait, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam nõ auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. quod totum Sibylla apertiſsime prænunciauit, ſicut in libro de ciuitate dei commemorat Auguſtinus. [*Et poſtquam flagellauerint, occident eum,*] Iudęi procurando, Gentiles exequẽ
B do, Pilatus ſententiam dando, [*Et die tertia reſurget.*] Hinc per Danielem prædictum fuit, Poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus. Et per Sophoniam, Expecta me dicit dominus in die reſurrectionis meæ in futurum.

Eſaię. 53. Daniel. 9. Pſalm. 21. Ioãnis. 18. Ioãnis. 19. Marci. 15. Matth. 27. Eſaię. 50. Sibylla. Auguſt. Daniel. 9. Sopho. 3.

¶Itaque Chriſtus paſsionem ſuam prædixit, vt ea impleta ex tali prænunciatione roboraremur in fide, ſcientes quod ſciens & ſpontaneus venit ad paſsionem, item vt diſcipuli ſui tempore ſuæ paſsionis minus turbarentur & ſcandalizarentur, reſurrecturum quoque confiderent. Iacula enim præuiſa minus lædunt. [*Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis.*] id eſt, incognitum, [*Et non intelligebant quæ dicebantur*] à Chriſto de ſua hac paſsione & reſurrectione, in quo patet magna & mira eorum ſimplicitas, quum Chriſtus tam euidentiſsimè loqueretur. Sed eius præſentiam tantũ amabant, quod verba de ſua ablatione & morte corda eorum non intrauerunt: & denuo quoniã chriſtus eis ſæpiſsimè in parabolis loquebatur, etiam eũ nunc aliquid parabolice loqui forte putabant. [*Factum eſt autem quum appropinquaret Ieſus Hiericho*] ciuitati, [*Cæcus quidam,*] qui à Marco Barthimæus, id eſt, filius Thimæi vocatur. [*Sedebat ſecus viam mendicans.*] In Matthæo legitur Chriſtus duos cæcos illuminaſſe quum abiret à Hiericho, & Marcus ſcribit vnum cæcum illuminaſſe quum à præfata vrbe diſcederet: ideo quidam dicunt, quod iſte cæcus ſit alius ab illis, alii dicunt quod ſit vnus illorum: & quod dicitur, quum appropinquaret, exponunt, adhuc non longe eſſet, ſeu prope exiſteret. [*Et quum audiret turbam prætereuntem.*] Multi nanque ibant cum Ieſu, diuerſi diuerſas ob cauſas, videlicet auiditate videndi miracula, audiendi eloquentiſsima & ſapientiſsima eius verba, ſuſcipiendi corporalia alimẽ
C ta, recipiẽdi conſolationem ex eius intuitu, & ædificationem ex eius vita & moribus: quidam vero vt obſeruarent eum & accuſarent. [*Interrogauit quid hoc eſſet,*] id eſt, cur tantus ibi populus iret, & qui eſſent. [*Dicebant autem, quod Ieſus Nazarenus tranſiret*] ideo alii ſecum tranſirent. [*Et clamauit, dicens, Ieſu fili Dauid miſerere mei.*] Quamuis enim Ieſum corporaliter nunquam vidiſſet, tamẽ ex aliorum relatu & fama eum cognouit, Chriſtumque credidit. Et quoniam tanta eum audiuit perpetraſſe miracula, cum grandi clamore, ex ardenti ſanitatis affectu clamauit, vt ſibi ſuccurreret. Filium quoque Dauid vocauit, quoniam apud Iudæos vulgatum fuit, & pene omnibus cognitum, quod rex Meſsias ex Dauid ſemine naſceretur. [*Et qui præibant*] Ieſum, ſicut regem quidam præcedere ſolent, [*Increpabant eum vt taceret,*] vel attædiati clamoribus eius, vel metuentes ne Chriſtus eius clamoribus offenderetur, vel quia nolebant iter ſuum cum Chriſto retardari. [*Ipſe vero multo magis clamabat, Fili Dauid miſerere mei.*] Tanto equidem eius affectio in ſeipſa incendebatur, & fortior, calidiorque fiebat, atque in valentiorem vociferationem erupit, quanto maiorem contrarietatem ac reſiſtentiam ſentiebat, quemadmodum quędam qualitates, vt frigus & calor per antipariſtaſin, hoc eſt, ſui appoſitionem contrarii intenduntur. Propterea ait Chryſoſtomus, Talis eſt natura fidei, vt quanto magis vetatur, eo magis accẽ
D datur. propter quod ſerui dei in perſequutionibus non vincuntur, virtusque fidei in periculis eſt ſecura, in ſecuritate vero periclitatur. Itaque dicendo, Fili Dauid, cõmemorat generis dignitatem, vt captet ipſius beneuolẽtiam, & pii ac liberalis patris, ſcilicet ſancti Dauid exemplo prouocet eum ad clementiam. [*Stans autem Ieſus, iuſsit illum adduci a ſe.*] Poterat vtique non adductum & remote ſedentem illuminare, ſed ad gloriam dei, ædificationemque populi, ad ſuæ etiam confirmationem doctrinæ, & corroborationem fidei noſtræ, voluit iſtud miraculum manifeſte atque ſolenniter exhibere. Deniq; hoc opus Chriſti ſectari deberent prælati, principes & iudices noſtri, vtpote ſtare quum audirent aut cernerent pauperes conquerentes, & vocare illos ad ſe, ad audiendum eorum querelas ac poſtulationes, vt facerent eis ſubuentionem atque iuſtitiam expedite. Sed heu iam dici poteſt de illis illud Eſaię, Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos: imò ſi ſæpenumero ingreditur plus expẽdunt pauperes forte quam tota eorum valeat cauſa, antequam terminetur. [*Et quum appropinquaſſet*] cæcus iſte Chriſto corporaliter, cui & ſpiritualiter propinquauit per fidei ac deuotionis & bonę affectionis augmentum, [*Interrogauit illum*] Ieſus omnia ſciens [*Dicens, Quid tibi vis faciam?*]

Chryſoſt. Eſaiæ. 1.

¶Propter varias cauſas vnus interrogat aliũ. Primò, vt aliquid diſcat aut ſciat. Sic diſcipulus magiſtrũ interrogat, magiſter quoque diſcipulum: quia etſi ſciat quod quærit, forſitan tamen ignorat an diſcipulus illud ſciat. Secundò, vt inſtruat. Tertiò, vt alterius ignorantiam demonſtret. Quartò vt culpam eius tangat & increpet, ſicut deus dixit, Adam vbi es? Quinto, vt interrogati ſcientiam ad aliorum

Geneſis. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vtilitatem demonſtret. Sexto propter myſticam rationem, & hoc modo Ieſus interrogauit hunc cæ- E
cum: quod non ſolum ipſe Chriſtus & cæcus, ſed & omnes qui aderant, cognouerunt. Itaque inter-
rogauit, vt ex cæci reſponſione glorioſior appareret ſua curatio, vt verba pandunt ſequẽtia: atque ad
oſtendendum quanta ſit vis piæ orationis, ac bonæ affectionis multoties repetitæ: rurſus ad inſtruen-
dum, quòd ad ſalutem neceſſaria ſit nõ ſolum cordis creditio, ſed etiam interdum oris confeſsio. [*At
ille dixit, Domine vt videam,*] corporaliter, imò & ſpiritualiter. Senſus etenim viſus præ cæteris exterio-
ribus ſenſibus vtilior, appetibilior, iucundiorque conſiſtit, quia in pluribus deſeruit ac neceſſarius eſt
Tobiæ.5. hominibus, & plurium rerum differentias nobis oſtendit. Vnde Tobias dixit, Quale mihi gaudiũ eſt
Eccleſi.11. qui hic in tenebris ſedeo, & lumen cęli non video? Et in Eccleſiaſte ſcriptum eſt, Dulce lumen, & de-
lectabile oculis videre ſolem. [*At Ieſus dixit illi, Reſpice*] viſu exteriori & interiori. Quem enim corpo
raliter, etiam ſpiritualiter illuſtrauit. [*Fides tua te ſaluum fecit,*] per modũ cauſæ meritoriæ & diſpoſiti-
uæ, non principaliter effectiue, hoc eſt, merito fidei tuæ illuminationem hanc procuraſti. Tanta ergo
eſt fidei virtus, vt per eam obtineatur ſalus corporalis, vt hic: ſalus ſpiritualis, vt in Maria Magdalena,
cui & hæc verba dicta ſunt: & ſalus æternalis, ſecundum illud Marci, Qui crediderit & baptizatus ſue-
Lucæ.7. rit, ſaluus erit. [*Et confeſtim vidit,*] in quo patet poteſtas & magnificentia ſaluatoris, cuius iuſsionẽ mox
Marc.16. ſequebatur ſupernaturalis effectus, tanquam poteſtatiue miracula facientis: cui ſecundum quod deus
eſt, & infinitæ potentiæ, competit agere in inſtanti quando voluerit, ſicque inter ipſius dictum & fa- F
Hilarius. ctum non extitit medium, ſecundum Hilarium. [*Et ſequebatur illum,*] ſcilicet Ieſum ſuum illuminato-
rem corpore ſano & corde deuoto atque gratiſsimo, [*Magnificans deum,*] id eſt, omnipotentiam atque
clementiam dei in ſeipſo materialiter repræſentans in ſua curatione, & corde ac ore magnitudinem
dei in omni perfectione & gloria hilariter profitens, alios quoq; ad idem inflammans, ſecundum qđ
ſubditur, [*Et omnis plebs*] quæ aderat, [*Vt vidit*] miraculum illud, in quo modus agendi mirabilior fuit
quam opus, quia tam imperialiter fecit hoc Chriſtus, [*Dedit laudem deo*] ad quod tenebatur. Hoc enim
deus à nobis requirit, & iuſtum eſt, vt ei in omnibus offeramus gloriam & honorem, tanquam om-
nium principaliſsimæ cauſæ, independenti & nullo egenti. Propter quod per Eſaiam teſtatur, Ego do
Eſaiæ.42. minus, hoc eſt nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. Pſalmiſta
Pſalm.113. quoque zelo diuini honoris ſuccenſus precatur, Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da glo
riam. Non igitur nobis iniuſte aut vaniſsimè horum aliquid vſurpemus, quæ ſoli deo debentur, ne di-
uini fures honoris tanquã ſacrilegi reprobemur. Si autem hic cæcus & plebs hæc crediderunt expli-
cite Ieſum eſſe verum deum, tunc nomine dei ipſum dominum Ieſum intelligebant: ſi vero hoc non
credebant, explicite intendebant, quod Ieſus diuina vtique hæc egiſſet virtute.

¶ Prætereà intelligentiam ſpiritualem tangẽdo, per Hiericho, quæ interpretatur luna, quæ in mutatio
ne extat cõtinua, humanæ moralitatis ſignificatur defectus, cui quum filius dei per incarnationis my- G
ſterium propinquaſſet, aſſumendo noſtras pœnalitates abſque peccato, cæcus quidam, hoc eſt, genus
humanum vitiis obtenebratum ſecus viam ſedebat, quia pro maiori ſui parte extra iter fuit ſalutis, cui
tamen pro aliqua ſui parte per prophetarum vaticinia, aliiſque modis inſtructum appropinquauit, ex
pectando ſaluatoris aduentum. Quem quum in terris videri, & inter homines conuerſari audiſſet, pro
Baruch.3. gratia illuminationis internæ cœpit ſuppliciter exclamare, ſicut in Euangelicæ hiſtorię conſtat decur
ſu, quemadmodum à principio natiuitatis Chriſti ex virgine quidam cognouerunt eius aduentũ, &
tam pro ſe quam pro totius humani generis deprecabantur ſalute, vt Zacharias qui dixit, Illuminare
his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Hoc conſpicientes ſpiritus maligni, qui Chriſti in cor-
da noſtra aduentum per anticipationẽ impedire nituntur, immittendo cogitatus, affectusque vitioſos,
increpabant taliter exorantes, ad oppoſitum inſtigando: ſimiliter Iudæi increduli, cernentes Gentiliũ
conuerſionem ad Chriſtum, increpabant eos, ne nomen ipſius inuocarẽt aut honorarent, ſicut in A-
Actuũ.13. ctibus apoſtolorum docetur. quibus conſimiles ſunt omnes, qui alios à bono conantur retrahere. Sed
electi tantò fortius clamauerunt ad dominum, quanto illi impudentius reſtiterunt. Nos quoque quã-
to grauius experimur nos impugnari, tãto feruentius atque conſtantius enitamur & exclamemus ad
Pſalm.68. deum, quouſque cum Pſalmiſta dicere valeamus, Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ.
Stans autem Ieſus, iuſsit illum adduci ad ſe, quia per Apoſtolos, eorumque coadiutores, iuſsit prædi- H
cari vbique, & genus humanum ſibi per fidem adduci & incorporari. Sed & nunc quoque quotidie
ſpiritualiter cæci per prælatos atque doctores eccleſiæ ad Chriſtum ſunt reducendi. Adducti vero ad
Chriſtum per fidem, quum peterent illuminationem internam pleniorem, illuſtrati ſunt eminenter
2.Cor.3. donis ſpiritus ſancti, ita vt reuelata facie gloriam domini cum Apoſtolo ſpecularentur: quo facto,
totis præcordiis deo gratias obtulerunt. quod potiſsimum in primitiua fiebat eccleſia, quod vt o-
mnis plebs per quatuor terræ plagas diſperſa cognouit, illorum amplexata eſt fidem, dedítque deo
laudem. Vnde & nos inceſſanter deum pro illuminatione ſua copioſa, continua ac ſuperpiiſsima
Pſalm.12. deprecemur, ne vnquam obdormiamus in morte peccati, ſed deo ſuperexcelſo quotidie alacrius
Epheſi.1. obſequamur. Sic enim ad Epheſios ait & orat Apoſtolus, Pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ
in agnitione eius.

¶ Elucidatio Cap. XIX. [*Et ingreſſus perambulabat Hiericho, Et ecce vir nomine Zachæus, & hic erat princeps, &c.*] Artic. XLII.

IN præcedentis capituli fine deſcriptum eſt, quod Ieſus appropinquans ciuitati, nomine Hie
Lucæ.18. I richo, cæco præſtitit viſum: nunc autem hiſtoriam proſequens euangeliſta teſtatur, [*Et ingreſ
ſus*] Ieſus vrbem hanc Hiericho, [*Perambulabat Hiericho*] tranſeundo per eam, docens terrena

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A esse pertranseunda, hoc est, non immorandum eisdem per immoderatum affectum, sed summo & incommutabili bono iugiter debere nos adhærere. Per Hiericho enim præsens seculũ variationibus plenum signatur, quoniã Hiericho luna interpretatur, quæ quotidie variatur. [*Et ecce vir nomine Zachæus*] Zachæus inter alios aderat ibi: qui nominatim exprimitur, quoniam exẽplare & virtuosum est quod de ipso hic recitatur, suitque de numero electorum. [*Et hic erat princeps publicanorum,*] hoc est, eorum qui publicis negotiis intendebãt, videlicet exactionibus tributorum, & teloneis, vectigalibusque leuãdis, quæ negotia implicare solent peccatis, & tales homines erant communiter peccatores, [*Et ipse dives*] in temporalibus. Ista de ipso narrantur, vt eius conuersio gratiosior, mirabiliorque appareat, & ne magni peccatores desperent, nec diuites contemnantur, sed huius Zachæi imitentur exemplum. [*Et quærebat videre Iesum quis esset,*] hoc est, Iesum corporaliter intueri optauit, quia de eius sapiẽtia, eloquẽtia, sanctitate, atque miraculis multa audiuit, estque naturale hominibus tales homines libenter aspicere, sicut & cætera magna & rara ac noua. Vnde & infra habetur, quod Herodes multo tẽpore fuit cupiens videre Iesum, & viso eo gauisus est valde. [*Et non poterat præ turba.*] Ex omni enim parte fuit Iesus grandi turba stipatus, multis milibus secum pergentibus. Lucæ.25.

¶ Denique à spirituali intuitu Christi multos quotidie impedit turba hominum incompositorum, seculariumque curarum, carnalium quoque phantasmatum, ac carnalium propinquorum: ideo ad vacan

B dum deo aptissimus est locus secretus. Propter quod ait Psalmista, Ecce elongaui fugiens, & mansi in Psalm.54.
solitudine. Et de electa anima dominus ait per Oseam, Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Abbati quoque Arsenio desuper dictũ est, Fuge, tace, quiesce. [*Quia statura pusillus erat,*] hoc est, corpore paruus, sicut ecõtrario Saul, & alii quidam magni statura fuisse scribuntur. [*Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum.*] Sycomorus est arbor in foliis moro consimilis, & in aliis ficui, sed stipite distans, & in altitudine maior: per quam significatur crux Christi propter mori rubiginem & ficus dulcedinem. Si ergo Christum mente aspicere volumus, ad crucem ipsius confugiamus, eamque per dilectionem, meditationem, & imitationem ascendamus, considerando quid pro nobis passus sit christus, & eius sectando vestigia: sicque illuminabimur gratiosè à deo, & Christum contemplabimur radiose. Talis fuit Paulus qui ait, Christo confixus sum cruci. Itémque, Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. [*Vt videret illum.*] Beati etenim oculi qui Christum fideliter aspexerunt, [*Quia inde,*] hoc est, per viam illam [*Erat transiturus.*] In hoc patet vehemens feruor Zachæi ad Christi aspectũ, & quod nõ erubuit in arborem scãdere, quum esset princeps tam opulentus. [*Et cum venisset ad locum*] illum [*Suspiciens,*] hoc est, sursum ad arborem illam aspiciens corporali intuitu, magis tamẽ interno pietatis aspectu, quo & mentem Zachæi misericorditer præuenit, tetigit, emolliuit, illuminauit, accendit: & quicquid Zachæus foras fecit Christus intra se vidit. [*Et dixit ad illum, Zachæe.*] Proprio nomine eũ Galat.2. Galat.6. Lucæ.10.

C appellat, quem forte corporaliter ante non vidit, nec nominari audiuit, sed ipse omnia in luce sapientiæ suæ cognouit. [*Festinans descende,*] quia opera bona cum feruore, & animo prompto sunt peragenda, [*Quia hodie in domo tua oportet me manere,*] hoc est, tua deuotione hoc meruisti, vt in materiali domo tua tecum sim hodie per corporalem præsentiã, atque in spirituali domo tua, hoc est, in mente tua per maneam per gratiæ inhabitationem: sicut dicit Apostolus, Christum per fidem habitare in cordibus nostris. Si ergo & nos Christi quærimus inhabitationem, ipsum feruore quæramus, hominumque relinquentes tumultum, in altum ascendamus virtutum, carnalia desideria aspernãtes. Vnde de increata sapientia, quæ Christus est, scriptum est in libro Sapientiæ, Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt illam, & inuenitur ab his qui quærunt illam, præoccupat eos qui se concupiscunt. Ephes.3. 1.Cor.1. Sap.6.

¶ Porrò, quàm verum sit hoc, innotescit in hoc opere Christi, qui nondum inuitatus à Zachæo inuitauit se apud eum, qui affectum ipsius cognouit, & plus illi exhibuit, quàm ille ausus fuit rogare, quia se ipsum præbuit illi ad commanendum & conuescendum. Christus quippe pietatis suæ abundantia, & merita supplicum excedit & vota: & quanto ardentius petitur, tanto seipsum suaque dona copiosius impartitur: quoniam feruor amoris quasi hiantem, apertam & patulam facit mentem amantis, ad susceptionem amati. [*At ille festinans descendit,*] tanquam perfecte obediens, & pristini tumoris altitudinem derelinquens. Nemo enim (vt ait Ambrosius) cum desidia Iesum quærit. Et

D vt ait Bernardus, Verus obediens moras nescit, nec mandatum procrastinat: oculos parat vitui, cor iussioni, aures auditui, manus operi, pedes itineri, & sese totum recolligit intus, vt imperantis iussionem impleat foris. Et istud deo gratissimum est, quia nil acceptabilius ei offerre valemus, quàm propriã voluntatem plenarie. [*Et excepit illum in domum suam gaudens,*] hoc est, gratias maximas agẽs, quod talis ac tantus ad ipsum diuertere dignabatur. Interiori quoque domo sua susceptit eum lętissime, per hoc qđ Christus mentem illius tam benignissimè illustrauit ad considerandum ea quæ dei sunt, & ad veram spectant salutem, atque diuino inflammauit amore. Ita & nos Christum intus hilariter susciemus, consolationes experiemur cœlestes, si exhortationibus ac iussionibus eius ac vicariorum ipsius obedientes prompte fuerimus, ab altitudine proprię reputationis totaliter descendentes. [*Et cum viderent omnes,*] quod Iesus ad Zachæum cum suis iret discipulis, [*Murmurabant, dicentes, Quod ad hominem peccatorem diuertisset.*] quasi dicant, Hoc indecens fuit. Isti fuerunt pharisæi, & alii quidam in propriis oculis iusti, multipliciterque indiscreti. Primò, temerarie iudicando tam de Zachæo, qui iam per veram contritionem fuit conuersus & iustificatus, quam de Christo, qui quum animarum medicus esset, peccatores vitare non debuit, sed accedere, vt eos conuerteret: nec tali de causa cum peccatoribus se miscere fuit prohibitum in veteri lege. Zachæus quoque per suam pœnitentiam iam à Ambrosi. Bernardus Nume.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Christo meruit visitari. Potissimum autem præsumptuosum periculosumque est, superiorum & me- E
liorum, ac sapientiorum facta faciliter diiudicare. [*Stans autem Zachæus,*] vt cum debita reuerentia loqueretur ad Christum, & bonum suum propositum publice protestando ostenderet, qđ Saluator nõ indecenter ad ipsum diuertisset, sicque malignorum reprimeret verba, [*Dixit ad dominum*] Iesum, [*Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus,*] pure propter deum, & vt mihi mea dimittantur pec-
Eccles. 13. cata, etiam quantum ad pœnam, atque vt gratiã consequar ampliorem: quoniam teste scriptura, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. In his verbis patet magna & mira Zachæi
Psalm. 76. conuersio, ita quod de ea potuit dici, Hæc mutatio dexteræ excelsi. Nam qui paulò antè tam auarus fuit in acquirendo, & retinendo terrena, subitò factus est tam promptus & liberalis in dando. Non enim dixit dabo, sed do, tanquam nunc paratus ad hoc. [*Et si quid aliquem defraudaui,*] hoc est, per fraudẽ seu alio modo contra iustitiam alicui quid subtraxi. Et per hoc quod ait, si quid aliquem, &c. innuit, quod sibi conscius non fuit, se multos aut plurimos defraudasse. [*Reddo quadruplum,*] paratus plus reddere si tu iubes. Non dixit, reddam aut restitui faciam, quia secundum Augustinum, tenetur homo statim restituere bona iniusta si potest, & semper iudicandus est in mora, quousque restituatur res quæ reddi debet, & potest nec redditur: neque ante hoc agitur pœnitentia, sed simulatur: nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Sed sunt quidam qui quandiu viuunt, aut quandiu viuere posse confidunt restituere differunt, letaliter infirmantes, aut senectute confecti disponunt de restitutione, quorum vita & mors periculosissima extat. P

¶ Denique lex Moysi in aliquibus iussit reddi duplum, in aliquibus quadruplum, in quibusdam verò quintuplum, vt in Exodo habetur. Salomõ quoque in Prouerbiis ait de fure, Deprehensus reddet se-
Exod. 22. ptuplum. Vnde Zachæus videtur loqui de restitutione per erogationem, ita quod sciuit se talem de-
prouer. 6. fraudationem non commisisse, in qua plus quàm duplum reddi iubetur, vel per vnam hanc mediam, quam expressit, aliæ intelliguntur extremæ. Sed & pœna furti, secundum temporũ varietatem, & causæ exigentiam potuit apud Iudæos esse diuersa. [*Ait autem Iesus ad eum, Quia hodie saluus domui huic facta est,*] hoc est, in hoc die gratia conuersionis & meritum veræ salutis concessa sunt desuper patrifamilias huius domus & eius domesticis, qui illius exemplo pœnituerunt, fuitque in cordibus illorum factus dies spiritualis, lucẽte in eorum mente sole iustitiæ, qui tenebras vitiorum & noctem peccati inde fugauit, [*Eo quod & ipse,*] Zachæus [*Filius sit Abrahæ.*] ¶ Circa hoc dicunt Beda, Glossa, & Gorra, quòd Zachæus dicitur filius Abrahæ, non carnis propagatione, sed virtutũ imitatione: ita quod natione fuit Gentilis: quod & Ambrosius sentire videtur, dicẽdo, Zachæus nulla ingenitæ dignitatis nobilitate sublimis, exiguus meritis, sicut popul' nationũ. Sed quibusdam magis apparet, quod fuerit natione Hebræus: alias Iudæi murmurando potius dixissent contra Christum, quod ad hominem gentilem diuertisset, quam quod ad hominem peccatorem. Detestabilius enim reputabant accedere gentiles quã pec- G
Actuũ. 10. catores Iudæos. Propter quod in Actis loquitur Petrus, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo cõiungi aut accedere ad alienigenã. ¶ Deinde quia gentiles non tenebantur nisi ad restitutionem simpli, nisi forte in aliquo casu: & sic si Zachæus fuisset gentilis, non dixisset de redditione in quadruplum. Quid horum sit verius certum non reor: quanquam hoc certum sit, quod ista argumenta nihil
Galat. 1. concludant, quia & Iudæi vocabant Gentiles communiter peccatores. Nam & Paulus, Nos (inquit) natura Iudęi, & non ex Gẽtibus peccatores. Zachæus quoque, vt dictũ est, ex deuotionis feruore per modũ supererogationis mentionẽ fecit de restitutione in quadruplum. [*Venit enim*] in hũc mundũ per incarnationis mysterium [*Filius hominis,*] hoc est Christus filius virginis, [*Quærere*] docendo, & per diuersa loca eũdo ad homines, [*Et saluum facere,*] hoc est, à peccatis & pœnis æternis eripere, atq; ad felicitatem cœlestem reducere, [*Quod perierat*] hoc est, genus humanum in primo parente originaliter vitiatum, & ob originale peccatũ gratia & gloria priuatũ, multis quoque actualibus & personalibus po-
1. Timo. 1. sterorũ peccatis infectũ ac perditũ. Idcirco dicit Apo. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia
Esaiæ. 52. Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et per Esaiam de Christo prædictum
Matth. 1. est, Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Angelus quoque dixit ad Ioseph, Ipse saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Ecce iste Zachæus omnibus nobis in exemplum est positus, vt eius pœnitentiam, feruorem, liberalitatem & pietatem sectemur. Quòd si quis paratus non est iniuste habita in quadruplum reddere, saltem in simplum restituat: & si alter ex sua de- H
fraudatione damnum perpessus est, non in ablato dũtaxat, sed etiam in aliis quæ per licitum vsum ablati quiuit lucrari, studeat pro posse satisfacere atque refundere. Vnde & mora in restituendo est periculosa ac vitiosa, quũ alter damnum patiatur ex ea. [*Hæc illis audientibus,*] hoc est, discipulis Christi cęteris quoque qui aderant audientibus, quod Christus dixit se venisse ad quærendum atque saluandũ quod periit, [*Adiiciens*] quæ sequuntur, [*Dixit parabolam*] quæ statim subiungitur, [*Eo quod esset prope Hierusalem,*] hoc est, ciuitati illi appropinquaret, [*Et quia æstimarent,*] discipuli eius ac alii, [*Quod confestim,*] hoc est, mox quum Iesus in Hierusalem aduenisset, [*Regnum dei manifestaretur,*] hoc est, regnum
Esaiæ. 9. quod per prophetas Christum habiturum prædixit, euidenter posideretur & haberetur à Christo, iu
Lucæ. 1. xta illud Esaiæ, Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. De quo & angelus dixit ad virginem, Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris i & regnabit in domo Iacob in æternũ. Iudæi quippe, imò & discipuli Christi ante ipsius ascensionem credebant Christum in primo suo aduentu temporaliter in hoc seculo, cum maxima opulentia & magnificentia regnaturum, promissa prophetarum de Christi regno loquentium ad literam carnaliter intelligentes. Propter quod apostoli in die a-
Actuũ. 1. scensionis loquuti sunt Christo, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Et quia Hierusalem fuit Iudææ vrbs metropolitana ac regia, putabant Christum in ea suum solium positurum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſtatim quum hac vice eam fuiſſet ingreſſus, præſertim quia iam tot ac tanta fecit miracula, ita quod à plurimis credebatur eſſe Meſsias rex Iſraël, multáque millia ſequebantur eum, tanquam parata ipſum acceptare in regem. Vnde & paulopoſt, ſcilicet in die palmarum occurrerunt ei cum mirabili reuerẽtia quaſi regi Meſsiæ. [*Dixit ergo*] ſequentem parabolam, ad excludẽdum ab eis iſtum errorem, [*Homo quidam nobilis,*] hoc eſt, Chriſtus ſecundum vtranque ſuam naturam prænobilis, quia ſecundum diuinitatem ex patre æterno æternaliter natus, & ſecundum humanitatem ex virgine regiæ ac Dauidicę ſtirpis ortus, [*Abiit in regionem longinquam,*] hoc eſt, de hoc mundo in cælum empyreum, de quo fertur in Pſalmo, Placebo domino in regione viuorum. [*Accipere ſibi regnum*] ſuper vniuerſos ordines angelorum, qui licet ab exordio mundi fuerint Chriſto ſubiecti ſecundum quod deus eſt, tamẽ in ſua aſcenſione cœpit ſpeciali modo ſuper eos regnare, etiam ſecundum ſuam humanitatem vt verbo vnitam. Omnes enim angelici ſpiritus ſubduntur ac ſeruiunt homini Chriſto, & purgantur, illuminantur, ac perficiuntur ab eo, imò & ab eius humanitate, ſeu anima, ſecundum diuini Dionyſii documenta, [*Et reuerti,*] in die iudicij, ad dandum ſingulis quod merentur: quemadmodum in Apocaly. fatetur, Ecce venio cito, & merces mea mecũ eſt, dare vnicuique ſecundũ opera ſua. Poteſt autẽ & ita exponi, Homo quidam abiit in regionem longinquam, hoc eſt, de ſummo cælo venit in hunc mundum inferiorem, quemadmodum ſcriptum eſt, A ſummo cælo egreſsio eius. Propter quod Chriſtus apud

B Ioannem loquitur de ſeipſo, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcẽdit de cęlo, filius hominis qui eſt in cęlo, accipere ſibi regnum, hoc eſt, ex electis Iudæis & Gentilibus colligere ſibi populum, in quo regnaret per gratiam. Vnde in Pſalmo pater loquitur filio, Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, &c. Per Zachariam quoque de chriſto prędictum eſt, Poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad terminos terræ. & reuerti in fine mundi, vel paulò antè, quando per eius virtutem & gratiam Iudæi generaliter conuertẽtur ad fidem per prędicationẽ Heliæ, vt in Malachia legitur. De quo & Paulus ad Romanos teſtatur, Cæcitas ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. [*Vocatis autem decem ſeruis ſuis,*] hoc eſt, cunctis credentibus, qui per decem ſignãtur, propter decalogi adimpletionem, per quam digni ſunt ſerui dei vocari. Vel, quia denarius eſt primus limes numerorum, ſequentéſque numeri ſunt replicationes ipſius, ac partium eius. Poſſunt quoque per ſeruos iſtos ſpecialiter accipi ordo prælatorum, prædicatorum, ſiue doctorum. [*Et dedit illis decem minas,*] hoc eſt, varia dona, tam gratię gratum facientis, quam gratiæ gratis datæ: nec omnibus æque multum, ſed vnicuique ſecundum ipſius virtutem, ſeu capacitatem. Hinc ait Apoſtolus, Alii per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ, alii gratia ſanitatum, alii operatio virtutum, alii genera linguarum, alii diſcretio ſpirituum, alii interpretatio ſermonum. Itémque, Vnuſquiſque proprium donum habet à deo.

C ¶ Porro ſecũdum gloſſam mina decem drachmas appendit ſeu valet. [*Et ait ad illos, Negotiamini dum venio,*] hoc eſt, beneficiis doniſque dei vobis conceſsis fructuoſe vtamini, creſcendo in eis, & multiplicando ea per opera bona, ſeu merita: ſicque per bona vitæ præſentis mercando bona gloriæ vitæ futuræ, & hoc per totum tempus vitæ iſtius vſque ad finem ſeculi, in quo ad iudicandum redibo. ¶ Interim nanque eſt ſtatus merendi ac demerendi. Hæc eſt negociatio ſpiritualis ac bona, qua regnum cęlorum emitur paupertate, quies æterna temporali labore, honor & gaudium regni cæleſtis confuſione & dolore incolatus terreſtris. Hinc apud Matthæum ait Saluator, Simile eſt regnum cælorum homini negociatori. Eſt autem & negociatio ſecularis, quæ in loco ſacro prohibetur: de qua dicit Chriſtus, Nolite domum patris mei facere domum negotiationis. [*Ciues autem eius,*] puta Iudæi, de quorũ terra & populo ſecundum carnem natus eſt Chriſtus, [*Oderant eum.*] Nam & Pilatus ſciuit quod per inuidiam tradidiſſent eum. Et apud Ioannem aſſerit Chriſtus, Odio habuerunt me gratis. Imò intantum oderant eum, quia grauis fuit eis ad videndum: cuius cauſa in libro Sapientiæ clariſsime aperitur, vbi in eorum perſona aſſeritur, Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & improperat in nos peccata legis, & abſtinet ſe à vitiis noſtris tanquam ab immunditiis, & diſsimilis eſt aliis vita illius. Impletúmque fuit in eis quod in Prouerbiis Salomonis legitur, Non amat peſtilens eum qui ſe corripit. Quorum peruerſitatem nunc multi ſequuntur, qui ab animarum ſuarum reſpuunt curari vulneribus, & indeſinenter vulnerant ſemetipſos. [*Et miſerunt legationem poſt illum,*] hoc eſt, poſt chriſti aſcenſio-

D nem conati ſunt euangelicam fidem, ac legem, regnũmque Chriſti in terra deſtruere. Ad quod faciendum quoſdam hinc inde miſerunt, quorum ad tempus vnus extitit Paulus, tranſiens ad Damaſcum ad perſequendum ibidem Chriſtianos. Hinc in Hieremias dicitur, Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra. [*Dicentes, Nolumus hunc regnare ſuper nos,*] hoc eſt, Ieſus iſte non eſt Meſsias in lege & prophetis promiſſus. Vnde apud Ioannem dicitur, Non habemus regem niſi cæſarem. De quibus à Daniele legitur prophetatum, Non erit eius populus qui eum negaturus eſt. [*Et factum eſt vt rediret*] ad generale iudicium, ad quod in fine ſeculi venit Chriſtus, [*Accepto regno.*] quia ante finem ſeculi pene totus mundus conuertetur ad Chriſtum, præcipue Iudæi per Heliam, & cæteri potiſsimum Antichriſto occiſo. Propter quod per Danielem ſcribitur, Dedit ei, ſcilicet pater, Chriſto poteſtatem & regnum, & honorem, & omnes populi & linguæ ſeruient ei. [*Et iuſsit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam,*] id eſt, credentes iubebit ad iudicium ſuum adduci per angelos, dicente Apoſtolo, Omnes nos ſtare oportet ante tribunal chriſti. [*Vt ſciret,*] id eſt, per retributionis effectum, & iudicialẽ ſuam ſententiã eos ſcire atq; aliis ſciri faceret, iuxta quem modũ ſcriptũ eſt in Exodo, Dixit dominus ad filios Iſraël, iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi. [*Quantum quiſque negociatus eſſet,*] id eſt, quantum in bonis operibus fructificaſſet, ſpiritualéque lucrum de donis dei ſibi conceſsis feciſſet. Cui enim plus datum eſt, plus requiretur ab eo: & qui ad altiora ſe obligauit, ad per-

Matth. 3. Ioan. 12. Pſalm. 114. Apocal. 22. Pſalm. 18. Ioann. 3. Pſalm. 2. Zacha. 9. Malac. 3. 1. Cori. 12. 1. Cori. 7. Matth. 13. 1. Ioann. 2. Matth. 27. Ioan. 15. Pſalm. 68. Sapi. 2. Ibidem. Proue. 15. Actu. 9. Hierc. 11. Ioan. 19. Danie. 9. Danie. 7. 2. Cor. 5. Roma. 14. Exod. 33. Lucę. 12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fectiorá tenetur. Vnde de prælatis & prædicatoribus hæc ſpecialiter poſſunt exponi, de quibus tunc E
duriſsimum fiet iudicium, quia commiſſæ ſunt eis animæ, pro quarum ſalute Chriſtus dignatus eſt cru
Sapien. 6. cifigi: tuncque potentes potenter patientur tormenta, & fortioribus fortior cruciatus inſtabit, vt dici-
tur in libro Sapientiæ. [*Venit autem primus, dicens, Domine, mina tua decem minas acquiſiuit.*] Per hunc pri-
mum ſeruum diuino tribunali in die iudicii præſentandum, intelliguntur qui maiora gratiæ dona ſor-
titi ſunt, atque eiſdem fructuoſe ſunt vſi, ſicut qui vltra præcepta ſeruant conſilia, vel paſtorale officiũ
digne adimplent. Itaque proximus dixit, Domine, mina tua, id eſt, gratia mihi à te præſtita, decem
1. Cori. 15. minas acquiſiuit, hoc eſt, copioſum fructum te cooperante produxit: ſicut Apoſto. proteſtatur, Gratia
dei in me vacua non fuit. [*Et ait illi*] Chriſtus infallibilis iudex, [*Euge ſerue bone,*] id eſt, virtuoſe, qui bo
Pſalm. 39. nitatem tibi conceſſam diffudiſti, communicaſti, auxiſti. Bonum enim eſt ſui diffuſiuum, vt ſanctus
Dionyſius effatur. Euge hoc loco eſt interiectio deſignans affectum commendantis, non inſultantis,
ſicut in Pſalmo quo fertur, Ferant confeſtim confuſionem ſuam qui dicunt mihi euge euge. [*Quia in
modico fuiſti fidelis,*] id eſt, bonis vitæ præſentis, quæ comparatione futurorum bonorum, parua & pau-
ca ſunt, laudabiliter vſus es ad gloriam dei ædificationémque proximi, & tuipſius ſalutẽ, [*Eris poteſta-
tem habens ſuper decem ciuitates,*] hoc eſt, abundantiorem felicitatem atque honorem ſortieris in cælis, &
pro omnibus, ac ab omnibus, quibus fuiſti cooperator ſaluationis, glorificaberis in ſupernis. Nam & F
poſt iudicium manebit in beatis ordo dignitatis, ac congruæ ad inuicem honorationis. Vnde dicit A-
1. Theſ. 2. poſtolus, Quæ eſt ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum? [*Et alter ve
nit dicens, Domine mina tua,*] id eſt, gratia tua mihi collata [*Fecit quinque minas,*] hoc eſt, competentem &
mediocrem fructum produxit. Per hũc intelliguntur, qui diuina præcepta ſeruare cõtẽti ſunt. [*Et huic
ait, Et tu eſto ſuper quinque ciuitates,*] hoc eſt, proportionatum, tibique debitum ſuſcipe præmium & ho-
norem in cælo, vbi omnes ſunt reges, vtpote gloria & honore coronati. [*Et tertius venit, dicens, Domine,
ecce mina tua quam habui repoſitam in ſudario,*] hoc eſt, donum, quod à te ſuſcepi, & quo fructuoſe vſus
non ſum, illud multiplicando, tibi reporto.

¶ Porro ſudarium dicitur veſtis qua facies à ſudore detergitur, vel mortuorum corpora inuoluuntur.
Per hoc ergo quod dicit ſe minam in ſudario poſuiſſe, ſignatur, quod à bonis operibus mortua ſuit,
vel propter vitam carnalem nec ſibi nec aliis profuit. Quo contra dicit Apoſtolus, Hortamur vos ne
in vacuum gratiam dei recipiatis. Itémque, Noli negligere gratiam dei quæ in te eſt. [*Timui enim te.*] Si
vere timuiſſet timore filiali, vitaſſet peccata amore iuſtitiæ, & ne dei offenſam incurreret: ſi vero ti-
muiſſet deum timore ſeruili, vitaſſet ſaltem quodammodo quædam peccata timore pœnarum. Poteſt
tamen hic timor intelligi puſillanimitas bene agendi, qua quidam retrahuntur à bonis operibus. [*Quia
homo auſterus es.*] Chriſtus nanque in iudicio terribilis erit & rigoroſus: nunc quoque ipſe qui in ſe-
ipſo pius & dulcis eſt, quibuſdam peruerſis videtur auſterus, inquantum præcipit quæ eis dura ac dif G
ficilia apparent ac diſplicent: eáque prohibet, quæ eis delectabilia extant & complacent. [*Tollis quod
non poſuiſti,*] hoc eſt, plus requiris quam contuliſti, [*Et metis quod non ſeminaſti,*] hoc eſt, tibi aſcribis &
aſcribi requiris, quod perſonaliter non effeciſti. Hoc ſeruus iniquus ideo dicit, quoniam Chriſtus de
Ioann. 15. donis gratiæ quæ donauit, ſpirituale lucrum, vt dictum eſt, exigit: totúmque bonum quod operatur
Oſeę. 13. homo per gratiam eius, ſibi principaliter iubet aſcribi, dicens, Sine me nihil poteſtis facere. Et per O-
ſeam, Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum. Hæc autem Chriſtus iuſtiſsime facit, quia
ad hoc nobis habitus donorũ atque virtutum largitur, vt per eos procedamus in actum: nec ſic totum
attribuit, quin opera bona imputet nobis ad meritum, & pro eis copioſiſsimum conferat præmium, re
munerans vltra condignum. [*Dixit ei*] iudex, [*De ore,*] vel ſecundum quoſdam, ex ore [*Tuo te iudico,*]
hoc eſt, ex propriis verbis tuis iam contra me dictis te reprobo, reúmque comprobo: ſicut ait ſcriptu-
Matth. 16. ra, Ex verbis tuis iuſtificaberis, & verbis tuis condemnaberis. Vnde in Iob legitur, Os tuum condẽ-
Iob. 15. nabit te, & non ego, & labia tua reſpondebunt tibi. [*Serue nequam,*] quia fraudulentus in dominũ tuũ,
& ei calumniam irrogans, piger ad bene agendum, pronus ad impie accuſandum, proteruus ad emẽ-
dandum. Itaque quod pro ſui excuſatione ſe apte dixiſſe putauit, vertitur ei ad culpæ augmentũ: ideo
grandis fatuitas eſt propria excuſare peccata, quia (vt ait Bernardus) in animam ſuam peccat qui ſeip-
ſum excuſat, tanquam à ſe indulgentiæ medicinam repellens, & vitam gratiæ ſibi ore proprio inter-
cludens. Quæ enim maior nequitia, imò & maior ſtultitia, quam contra propriam armari ſalutem, & H
Pſal. 140. linguę mucrone ſemetipſum confodere? Ideo orat Pſalmiſta, Non declines cor meum in verba mali-
Iob. 13. tiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Agamus ergo quod ſanctus Iob ait, Vias meas in conſpe
ctu dei arguam, & ipſe erit Saluator meus. [*Scibas quia homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens
quod non ſeminaui,*] hoc eſt, ſi durum & rigoroſum me noueras, quare cognitio iſta fidei non induxit
te ad timoratius fructuoſiúſque viuendum, attendendo quod mea diligentius eſſem exacturus? [*Et
quare non dediſti pecuniam meam ad menſam,*] id eſt, cur donum gratiæ tibi conceſſum non expendiſti
ad aliorum ſpiritualem refectionem, inſtructionem, ſeu ædificationem? [*Et ego veniens*] ad iudicium
vniuerſale vel particulare, id eſt, per actum iudicialem te viſitans, [*Cum vſuris vtique,*] hoc eſt, ſpiritua
libus lucris, profectibus ſeu meritis tuipſius vel alterius, qui ex te ædificatus eſt, ſeu profecit, [*Exegiſ-
ſem eam.*] id eſt, rationem de ea quæſiſſem, & præmium contuliſſem. Hoc enim exigit Chriſtus, vt de
bonis quę præſtitit, proficiamus nobiſipſis ac aliis. Per hunc ſeruum intelliguntur negligentes recto-
res & infructuoſi doctores, inutileſque fideles, qui nec ſibi nec aliis ſunt fideles ac vtiles, imò magis
nociui: de quibus ait Apoſtolus, Mali homines proficient in peius, errantes & in errorem mittentes.
2. Timo. 3. [*Et aſtantibus,*] ſcilicet angelis, qui deo ad obediendum, miniſtrandum, laudandum, contemplandum,
atque fruendum indeſinenter aſsiſtunt ſeu adſtant: iuxta illud Danielis, Millia millium miniſtrabant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ei,& decies millies centena millia aſsiſtebant ei. [*Dixit, Auferte ab illo*] nequam ſeruo [*Minam,*] hoc eſt, donum gratiæ ſibi collatum: quod dicitur auferri quantum ad habitum, vel quantum ad vſum ſeu fructum. Angeli vero hoc auferunt, ſuam adminiſtrationem non amplius impendendo hominibus poſt hanc vitam, vel oſtendendo, quod homo iuſte priuetur gratia ſibi data: vel executioni diuini iudicii cooperando, ſecundum illud Matthæi, Mittet filius hominis angelos ſuos, & eos qui faciunt iniquitatem mittetin caminum ignis. Matth.13. [*Et date illi qui habet decem minas*,] hoc eſt, qui abundanti gratia ſibi donata cum abundanti fructu optime vſus eſt. Quanto enim quis in ſpiritualibus bonis plus quotidie proficit, tanto amplius gratia eius augetur, cunctæ eius virtutes perficiuntur. Nam gratia bono ipſius vſu meretur augeri vt aucta mereatur & perfici. Tullius quoque ait, Scientia eſt nobilis animæ theſaurus, quæ diſtributa recipit incrementum, & auarum dedignatur poſſeſſorem, & niſi publicetur, elabitur. Eccleſ.41. Cui concordat illud Eccleſiaſtici, Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? ¶ Porro gratia ab vno auferri, & alteri dari aſſeritur, non quod eadem numero ſic tollatur & detur, quum accidens non migret de vno ſubiecto in aliud: ſed quia in ſpecie ſimilis ſic confertur, & fructum gratiæ, quem vnus, ſi bene vixiſſet, conſecutus fuiſſet, conſequitur alter. Angeli vero dant gratiam talem alicui diſponendo & cooperando ſeu illuminando, vel impetrando. [*Et aiunt*] angeli [*Ei, Domine decem minas habent,*] hoc eſt, gratiarum chariſmata copioſa. [*Dico autem vobis*]

B ego Chriſtus omnium iudex, [*Quod omni habenti dabitur,*] id eſt, habenti gratiam cum vſu fructuoſo ipſius maior gratia adiicietur, [*Et abundabit*] in ſpiritualibus bonis, [*Ab eo autem qui non habet,*] vſum ſeu actum gratiæ, ad quem gratia ordinatur, vtpote à ſeruo acedioſo. Vel qui non habet, hoc eſt, in comparatione quorundam electorum parum aut quaſi nihil gratiæ habet, quia quod modicũ eſt, pro nihilo ſecundum philoſophum reputatur. [*Etiam quod habet*,] id eſt, habituale, ſeu modicum gratiæ donum, [*Auferetur ab eo.*] ipſe enim peccando illud amittit, ſeipſũmque illo priuat, & ſibi id aufert quodammodo effectiue, deus vero ſeu angeli permiſsiue. [*Veruntamen inimicos meos,*] hoc eſt, infideles, præcipue Iudæos incredulos, [*Qui noluerunt me regnare ſuper ſe.*] Pilato quippe dicente, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt indurati Iudæi, Non habemus regem niſi Cæſarem. De quibus apud Hieremiam habetur, Præuaricatione præuaricata eſt in me domus Iſraël, & domus Iuda, ait dominus. Negauerunt dominum & dixerunt, Non eſt ipſe. de quibus verificatut quod per Oſeam dominus loquitur, Receſſerunt à me, & ego erudiui eos, & roboraui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. [*Adducite huc,*] hoc eſt, ad meum tribunal. In die nanque iudicii, angeli ſancti deferent reprobos reſuſcitatos ad iudicii locum, prout in Matthæo aſſerit chriſtus, In conſummatione ſeculi exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum. [*Et interficite ante me,*] hoc eſt, in conſpectu meo in ignem æternum proiicite, æternáque morte per approbationem dignos iudicate. Hæc eſt mors æternæ pœnę atque miſeriæ, de qua in Apocalypſi inducitur, Timidis autem & incredulis & excæcatis & omnibus

C mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda: in quam infeliciſsimam, acerbiſsimam & indeficiẽtiſsimam mortem angeli ſancti pariter trudent atque proiicient vniuerſum illum reproborum triſtiſsimum cumulum, ſcilicet in infernum, vt dictum eſt. Quidã exponunt hæc de interfectione Iudæorum per Titum & exercitum Romanorum, quæ in vltionem ſanguinis Chriſti facta eſt quadrageſimo ſecundo anno poſt paſsionem ipſius, ad quam impiorum occiſionem deus inſtigauit Romanos, inquantum fiebat in ſanguinis Chriſti vindictam, quamuis Romani hoc ignorarent, atque ob aliam cauſam id perpetrarent: quemadmodum per Hieremiam & Ezechielem aſſeruit ſe adducere Chaldæos contra Iudæos prauiſsimos prædictorũ temporibus prophetarum, vt patet in libris eorum. [*Et his*] parabolis [*Dictu, præcedebat*] diſcipulos verbis & factis inſtruens eos ad animi fortitudinem atque conſtantiam, vt eſſent parati ad mortem pro fide ſeu iuſtitia ſuſtinẽdam, [*Aſcendens Hieroſolymam,*] in qua ſe ſtatim paſſurum præſciuit & prænarrauit, ſicque facto monſtrauit quod verbis prædixit: in quo exemplum dedit prælatis voluntarie præeundi ad pœnã & mortem pro ſalute gregis eis commiſsi, aut etiam aliorum, quum fuerit opportunum, prout in libris Machabæorum de quodam ſic ſcribitur, Eleazarus ætate prouectus glorioſiſsimam mortem magis quã odibilem vitam complectens, voluntarie præibat ad ſupplicium. Hinc in epiſtola Ioãnis ſcriptum eſt, Hiere.5. Ezech.28. 1.Mala.6. 1.Ioann.3.

D In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus p fratribus animas ponere. [*Et factum eſt quum appropinquaſſet Ieſus ad Betphage & Bethaniam ad montem qui vocatur Olueti.*] Secundum gloſſam Betphage fuit villa, ſeu viculus ſacerdotum prope montem Olueti. Habebant enim ſacerdotes veteris teſtamenti vicos extra ciuitatem ad alendum pecora ſua. Bethania quoque villa fuit non longe à latere montis prefati. Sciendum vero quod Lucas non obſeruat hic ſtricte ordinem rei geſtæ. Primo etenim venit Chriſtus in Bethaniam, ſcilicet ſabbato ante ramos palmarum, & ibi tunc factum eſt conuiuium, de quo in Ioanne legitur, in quo Lazarus vnus fuit diſcumbentium, & Martha miniſtrabat. Ioan.12. Die autem ſequenti veniens Ieſus à Bethania ad Hieruſalẽ, tranſiuit per Betphage, quæ erat in medio, & ſic venit ad montem Olueti: qui ideo ſic vocatur, quoniam multæ oliuæ creſcebant in eo. [*Miſit duos diſcipulos ſuos.*] Eiſdem rationibus miſit duos, quibus (vt in expoſitione decimi capitis dictum eſt) miſit diſcipulos ſuos binos ad prędicandum: dicuntque aliqui quod ſecundum Chryſoſtomum duo iſti fuerunt Petrus & Philippus, quorum alter, ſcilicet Petrus Cornelium quaſi aſinum, Philippus Samariam quaſi aſinam per fidem adduxit ad Ieſum ſiue conuertit. Sed iuxta hoc iſtud de Philippo apoſtolo non poſſet intelligi, quoniam ipſe Samariam non conuertit: ſed de Philippo vno de ſeptem primis diaconibus, qui conuertit Samariam, vt in Actibus deſcribitur, prout ibidem expoſitores teſtantur. Veruntamen Chryſoſtomus illud non aſſerit, ſed in expoſitione cuiuſdam perhibet ſe legiſſe. Et ſi rite recordor, legi quod Origenes hoc dixerit. Qui ve Lucę.10. Actu.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ro hi duo discipuli fuerint, scriptura non exprimit, nec certum est. [*Dicens, Ite in castellum,*] hoc est, in E
ciuitatem Hierusalem: quę vel despectiue vocatur castellum, quia non fuit in ea vera vnio ciuium, sed
magna dissensio atque inuidia: vel propter situm loci, quia in montibus posita erat, & ob fortitudinē
murorum, munitionúmque eius. Potest quoque (vt aliqui putant) per castellum intelligi aliqua do-
mus lapidea seu fortalicium iuxta murum, in qua, vel prope quam asina fuit. [*Quod contra vos est,*] id est
ex oppositio vestri secundum localem distantiam: vel contra vos, quia me vestrum dominum ac ma-
gistrum habitatores eius nituntur occidere, vósque dispergere, [*In quod introeuntes inuenietis pullum asi-*
næ alligatum,] præsepi aut alteri rei, ne vagando discurrat, [*Cui nemo vnquam hominum sedit,*] hoc est, su-
Matth. 21. per quem nullus hucusque sedit ad viam agendam, ob pulli iuuentutem & teneritudinem, [*Soluite il-*
lum & adducite mihi.] In Matthæo habetur, quod Iesus dixit, Inuenietis asinam alligatam & pullum
cum ea, soluite & adducite mihi. Vnde elicitur, quod vtrunque animal fuit ligatum, & à Christo ius-
sum adduci. [*Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis pullum? sic dicetis ei, Quia dominus operam eius,*] id est,
ministrationem, [*Desiderat,*] non ob suam necessitatem absolutam, sed propter scripturæ verificatio-
nem, & ad nostram informationem ac mysticam rationem: quia per pulli sessionē figurabatur, quod
1. Cori. 6. Christi imperio gentilitas esset subdenda, ita quod illud Apostoli adimpleret, Glorificate & portate
deum in corpore vestro. [*Soluentibus autem illis*] duobus Christi discipulis [*Pullum, dixerunt domini eius,*]
scilicet pulli, id est, custodes, vel eo frequenter vtentes, si non ad sedendum, tamen ad aliqua alia. Vt e- F
nim communiter fertur, pullus & asina communibus hominum vsibus deputabantur. [*Quid soluitis pul*
lum?] super quem nullus vsque nunc sedit. [*At illi dixerunt, quia eum dominus necessarium habet,*] secundū
modum prædictum, & propter causas iam tactas. ¶ Sed quid sciuerunt illi quem discipuli Christi de-
signarent nomine domini? Ad quod respondetur, quod forte iam audierunt Iesum Nazarenum illuc
venire, & ex habitu seu aliis signis notabant, quod illi duo essent discipuli eius, fuítque tunc rumor
communis, quod Iesus esset rex Messias: vnde per dominum intelligebant Iesum. [*Et duxerunt illum,*]
Matth. 21. scilicet pullum simul cum asina, [*Ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua super pullum,*] imò & super asinam
secundum Matthæum, vt Iesus mollius, decentiusque sederet, [*Imposuerunt Iesum*] super pullum reue-
rentialiter ministrando. ¶ Circa hæc multa quæri potest ac dici, vtpote de mystica significatione ca-
stelli & pulli ac asinæ, & an Christus successiue super vtrunque animal sedit: de quibus, quia super
Matthæum hæc scripsi, nunc nihil dicam. [*Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt*
Ioann. 12. *omnes turbæ descendentium*] cum Iesu de altioribus locis circa montem hunc. Vel, descendentium, scili-
cet de Hierusalem, quæ altius sita fuit, ei obuiantium: quia sicut in Ioanne legitur, Turba quæ con-
uenerat ad diem festum, cum audisset quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum,
& processerunt obuiam ei, [*Gaudentes,*] spirituali iucunditate de omnipotentia dei & mirabilibus eius
factis per christum, [*Laudare deum voce magna,*] id est, deuota ac sonora, [*Super omnibus quas viderant vir* G
tutibus,] hoc est, vniuersis christi miraculis diuina virtute peractis, quæ corporalibus oculis fieri cō-
spexerunt, [*Dicentes, benedictus,*] id est omni bona dictione seu appellatione dignus & sanctus siue lau-
datus est & sit, [*Qui venit in nomine domini*] in deo, videlicet in virtute, & secundum voluntatem ipsius
atque ad gloriam eius, [*Pax in cælo,*] hoc est, in cæleſti regno est pax æternitatis. pax imperturbabilis &
Coloss. 1. completa, hoc est, sempiterna tranquillitas, delitiosissima, inconcussibilis, & consummata quietatio
mentis omnium beatorum in deo. ¶ Porro, per hoc quod dicunt, pax in cælo, designatur reconciliatio
generis humani cum deo, & angelis sanctis facta per christum: quemadmodum de Christo ait Apo-
stolus, Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cælis: sicque exponi
Lucæ. 2. potest pax, id est, pacificatio est in cælo dei, & angelorum ad homines. ¶ Præterea quæri potest, cur
Christo nascente angeli cecinerunt, pax in terra hominibus: nunc vero ipso ad passionē tendente cla-
mitant turbæ, pax in cælo. Ad quod dicitur, quia in Christi incarnatione & natiuitate pax vera, scilicet
Christus de cælo in terram descendit, sed per passionem ipsius ascendit pax ista in cælum. [*Et gloria in*
excelsis,] id est, honor, glorificatio, beatitudo, lætitia sit deo in cæleſtibus habitanti, cui debetur omnis
Ibidem. honor & gloria: vnde & supra angeli cantasse leguntur, Gloria in altissimis deo, vbi hæc plenius ex-
ponuntur. [*Et quidam pharisæorum de turbis,*] id est, inter populos istos tunc existentes, [*Dixerunt ad il-*
lum,] scilicet Christum, [*Magister.*] Non audebant ei irreuerenter loqui timore plebis, [*Increpa discipulos* H
tuos,] id est, istos qui te tam excellenter collaudant, vel discipulos tuos, qui istud præ cęteris faciūt,
seu alios ad hæc inducunt. Hoc ex inuidia protulerunt, quoniam Christum spernebāt, nec regē Israël
esse credebāt, nec à deo venisse. [*Quibus ipse dixit, Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.*] tanquā
dicat, Hunc diem præordinaui, vt in ea debitus mihi honor exhibeatur, & quis ac qualis sim osten-
datur, ne per ignorantiam vos excusare possitis quod mihi non creditis. Idcirco si homines mea non
loquerentur præconia, saxa aliquibus signis, scissuris aut motionibus maiestatem meam mirabiliter
declararent, quod etiam in Christi constat passione completum, secundum Glossam. Nam ipso in
cruce pendente petræ sciſſæ sunt, fuísque sciſsionibus creatori suo quasi compatiebantur, eiúsque e-
Matth. 27. minentiam ipso facto sunt protestatæ. ¶ Possunt quoque per lapides dura gentilium corda intelligi,
quorum quidam, puta Centurio & ei consimiles, videntes mirabilia quæ in Christi passione fiebant,
glorificauerunt deum dicentes, Vere hic homo filius dei erat. [*Et quum appropinquauit, videns ciuitatem*
Marc. 15. *fleuit super eam.*] Corporaliter vbi Hierusalem appropinquauit, à qua & corporis circunscriptione di-
stabat, qui secundum suam diuinitatem vniuersum inconcussibiliter mundum implet.

¶ Denique quum eam corporalibus oculis aspexisset, signum præcipuæ compassionis monstrauit,
præsentem ciuitatis iniquitatem atque futuram ipsius calamitatem ac pœnam deflendo, qui non so-
lum secundum quod deus, sed etiam secundum scientiam suam creatam ac inditam, ciuitatem illā, om-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A némque eius proprietatem & qualitatem ab incarnationis exordio infallibiliter vidit intellectuali intuitu: sed hac vice sensibiliter ea visa præcipue compassionis motum sponte assumpsit, quem & materialibus lachrymis tanquam signo certo ostendit. ¶ Præterea lachrymatus est Iesus, Primo, in sua natiuitate secundum sanctos doctores. Secundo, in sua circuncisione, secundum Bernardū & alios. Tertio, in Lazari suscitatione, vt fertur apud Ioannem. Quarto, in hac processione. Quinto, instante sua passione, quando & sudor eius factus est sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Vnde ad Hebræos dicitur, Cum clamore valido & lachrymis preces offerens. Sexto, in sua passione, in qua & sæpius præ acerbitate dolorum sponte plorauit. Itaque videns vrbem præfatam eiúsque pulchritudinē exteriorem defleuit ipsius culpam, & pœnam tam temporalem quam æternā. Nomine autem ciuitatis, habitatores eius intelliguntur. [*Dicens, Quia & si cognouisses,*] id est, si miseriam & euersionem tibi imminentem cognosceres, [*Et tu*] vtique fleres, quæ modo infeliciter excæcata lętaris quum malefeceris, & exultas in rebus pessimis, quia propriam peruersitatem non pensas, & pœnas tibi debitas ac instantes non præuides. Hoc modo quotidie homines virtuosi prauorum, excæcatorumque hominum obtenebrationem internam ac damnationem æternam deplorant, qui nesciunt cur deflētur, de quibus Salomon protestatur, Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Hanc Christi pietatem sectari debemus, quia & ipse tanquam piissimus etiam inimicæ ciuitatis calamitatem defleuit. Vnde Ioan. 11. Lucæ. 22. Hebr. 5. 1. Cori. 11. Iob. 30.

B & nos non solum amicorum, sed etiam inimicorum mala deflere, & pro ipsis orare debemus, dicente Apostolo, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non scandalizor? Sic & sanctus Iob ait, Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Induratis vero in vitiis & cunctis iniquis condolendum est iugiter. Propter quod in Ecclesiastico asseritur, Luctus mortui septem dies, fatui autem & impii omnes dies vitæ illorum. ¶ Refert Augustinus in libro de ciuitate dei, quemadmodum quidam princeps militiæ Romanorum ciuitatem Syrasurarum opulentissimam atque pulcherrimam mox capturus & oppressurus, primo in eminenti stans loco ruinam illius deplanxit. [*Et quidem in hac die tua,*] hoc est, in tēpore paruo & labili, quo tuis vanitatibus, non creatoris tui viuis honori, & cultui, [*Quæ ad pacem tibi,*] id est, ea habes quæ ad tuam carnalem, fallacémque pertinent pacem. Hoc modo filii seculi huius, qui in concupiscentiis suis ac propriis voluntatibus ambulant, qui temporaliter prosperantur, hac carnali & deceptoria pace fruuntur, qui in transitoriis ac sensibilibus rebus sibi finem constituunt, atq; in talibus mēte vtcunque quiescūt: de quibus ait Psalmista, Quia zelaui super inimicos pacem peccatorum videns: de quibus in Iob habetur, Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga dei super illos: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Est autem & alia pax vera, spiritalis, interna, quæ est trāquillitas mentis in deo, qua carent iniqui, iuxta illud Esaiæ, Non est pax impiis dicit dominus: de qua in Ioanne ait Saluator, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, quam inter fructus spiritus ponit Apostolus ad Galatas, dicens, Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas. [*Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis,*] hoc est, aduersa tibi imminentia nunc te latent, quia & mihi ea tibi prænuncianti credere aspernaris. Horum periculosissimam securitatem multi sectantur, qui ex longanimitate & patientia dei audentius peccant & deteriores redduntur, in consuetudinem peccati ruentes. Propter quod in Ecclesiaste dicitur, Quia non cito profertur cōtra malos iudicium, absque vllo timore filii hominum perpetrant mala. Itémque, Sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Istis competit illud Sapient. Dixerunt impii, apud se cogitantes non recte, Venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. [*Quia venient dies in te*], id est, contra te, [*Et circundabunt te inimici tui,*] puta Romani, videlicet Titus & Vespasianus cum exercitu Romanorum, [*Vallo,*] id est, aggere: quia (vt legitur) tres aggeres circa Hierusalem ad eam capiendam fecerunt. Vel, vallo, id est, exercitu suo instar valli per gyrum vrbis dispositio, secundum illud Esaiæ, Circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem. [*Et coangustabunt te vndique,*] hoc est, sic obsidebunt, vt egredi nec possis nec audeas, sed fame & siti ac aliis modis grauissime affligaris. Ad tantam enim angustiam habitatores Hierusalem deuenerunt, vt mulieres proprios pueros comederent, vt in libro de bello Iudaico Iosephus refert, [*Et ad terram prosternent,*] quia tā homines quam ædificia Hierusalem prostrauerunt Romani: ideo subditur, [*Et filios tuos,*] id est, ciues, [*Qui in te sunt.*] Ciuitas nanque seu communitas per modum matris se habet, respectu particularium personarum contentarum in ea, quas fouet & protegit. [*Et non relinquent in te lapidem super lapidem,*] hoc est, funditus te subuertent. Hoc tamen per modum hyperbolicę loquutionis intelligi potest, quēadmodum in Iudicum libro leguntur filii Beniamin ita ad certum fundis iecisse lapides, vt capillum tangere potuerint. Legitur quoque, quod Tito ac Vespasiano destructa Hierusalem ad sua reuersis, Iudæi qui timore Romanorum in speluncis & syluis se absconderunt redeuntes, cœperunt ciuitatem Hierusalem reparare, & secra loca venerari. Quo cognito, miserunt Romani Helium Adrianum, qui postea fuit Imperator, à quo ciuitas Hierusalem fuit tunc omnino subuersa, ita quod lapis super lapidem non remansit. Iob. 30. Eccles. 22. Psalm. 78. Iob. 11. Esaiæ. 57. Ioan. 14. Galat. 5. Eccle. 8. Ibidem. Sapi. 8. Esaię. 29.

C ¶ Denique, quoniam pœnam deus infligit propter culpam, & pœnam grauiorem propter culpām maiorem: consequenter Christus subiungit causam & culpam, propter quam tot mala pœnalia fuerant infligenda, [*Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ*], hoc est, non aduertisti, neque cognoscere voluisti istis diebus me regem Messiam esse missum ad te, nec credis me esse Christum, nec meum agnoscis aduentum. Nam & si ad tempus aliqualiter ista nouerunt, tamen tempore procedente, & Christo eos acriter increpante, propria sunt inuidia excæcati. Itaque visitatio Christi sumitur hic in bono, & fuit eius in mundum hunc missio, incarnatio, & inter homines conuersatio, prædicatio: de qua su-

D

Lucæ. 1. pra loquutus est Zacharias, Benedictus dominus deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem ple- E
Ibidem. bis suæ. Itémque, Per viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Ad hanc
Esaiæ. 1. Iudæorum excæcationem applicatur illud Esaiæ prophetæ, Cognouit bos possessorem suum, & asi-
Hiere. 8. nus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Et illud Hie-
remiæ prophetæ, Miluus in cælo cognouit tempus suum, populus autem meus non intellexit iudicii
domini sui. ¶ Præterea Christus filius dei, deus & homo visitauit genus humanum, sicut creator crea-
Zacha. 2. turam, sicut dominus seruum, sicut medicus ægrum, sicut redemptor captiuum, sicut Saluator damna-
tum, sicut vita mortuum, sicut magister ignarum. Vnde per Zachariam prophetam hortatur, Lauda &
lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Sed heu reprobi & ingrati filii homi-
num non cognouerunt creatorem, saluatorem, doctorem, & medicum suum, imò instar phreneticorum & tanquam furiosi, infirmi, insilierunt in eum, & manus sacrilegas iniecerunt in ipsum: iuxta il-
Ioan. 1. lud Ioannis, Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. In propria venit, & sui eũ
Oseę. 7. non receperunt. In quibus impletum est quod per Oseam dominus protestatur, Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt cõtra me mẽdacia. Et ego erudiui eos, ipsi autẽ recesserunt à me, & in me cogitauerũt
Lucæ. 2. malitiam. [*Et ingressus in templum.*] Quum enim intrasset ciuitatem Hierusalem, primo ingressus est tem plum. Primo, quia vt ipsemet dixit, in his quæ patris sui erant oportuit eum esse, id est, in templo & actibus sacris, quos in templo exercuit. Itaque primo hoc fecit propter patris sui honorem, quemad- F
Ioann. 8. modum ait apud Ioannem, Ego honorifico patrem meum. Secundo, propter nostram ædificationem, vt scilicet ciuitatem quamcunque ingrediendo primo intremus ecclesiam, adoremusq; dominũ. Hinc ait Chrysostomus, Tu Christi imitator, cũ ingressus fueris aliquam ciuitatem, ante omnem actum ad ecclesiam curras. Tertio, vt abusiones quæ erant in tẽplo, corrigeret, & zelum dei atque iustitiæ nos habere doceret contra peccata. Nam subditur, [*Cœpit eiicere ementes & vendentes in eo.*] Apud Ioannem
Ioan. 2. legitur, quod flagello de funiculis facto illos eiecit. Veruntamen Ioannes loquitur ibi de alia eiectione, illa videlicet quæ contigit paschali solennitate primo sequenti post mutationem aquæ in vinum: ideo non videtur tam certum an ista quoque eiectio per flagellum tale sit facta. Vtraque tamen valde mirabilis fuit: atque (vt asserit Origenes) mirabilior mutatione aquæ in vinum, suscitationéque Lazari: quia tot hominum mentes compescere, vires ligare, ingenia immutare, mirabilissimum fuit. Egrediebatur quippe quidam diuinus splendor ex vultu & oculis vnigeniti dei: quo territi, non audebant neque valebant reniti. Ex quibus probatur, quod seculares actus non debent in ecclesia exerceri. ¶ Fecerunt autem principes Iudæorum in primo atrio templi ex auaritia tria loca venalibus: in quorum vno sedebant vendentes, in alio nummularii, in tertio alii: & hoc ideo, vt nullus se posset excusare ab oblatione. Si enim non obtulerunt secum offerenda, inuenerunt ea ibi venalia: & si pecuniam non habebant, inuenerunt ibi nummularios ad mutuandum paratos, qui tamen in hoc commo- G
da & emolumenta propria quæsierunt. Nam quia sub manifesta vsura concedere prohibiti erant fratribus suis Iudæis, mutuabant eis propter quædã munuscula fructuũ. Dicit hoc loco Gorra, Per istos vendentes & ementes designantur septem genera hominum ab ecclesia expellenda. Primi sunt secularibus actibus dediti: hinc placita non debent in ecclesia fieri. Secundi, sunt tumultuosi, ne deuotio-
2. Tim. 2. nem impediant diuini officii. Tertij, sunt clerici negociatores, quia non licet eis negociari, dicente Apostolo, Nemo militans deo, implicat se negotiis secularibus. Quarti, sunt simoniaci. Quinti excommunicati. Sexti, interdicti. Septimi, contentiosi. Ad quorum omnium eiectionem, iam vix sufficerent funes magni, quum multi sint vitiis his infecti. Dicit quoque Chrysostomus, Qui voluerit esse mercator, proiiciatur de ecclesia, dicente Psalmista, Quoniam non cognoui negociationes, introibo
Psalm. 70. in potentias domini. Et simile huic Cassiodorus ait: ex quibus videtur negociationis officium esse omnino illicitum, quod secundum Thomam in secunda secundæ verum est de negociatione, quæ solum atque finaliter fit intuitu lucri, non propter finem licitum & honestum. Itaque Christus eiecit de templo vendentes & ementes, & ne videretur hoc irrationabiliter agere allegauit scripturam,
Esaiæ. vlt. [*Dicens, Scriptum est*] in Esaia, in persona dei dicentis, [*Domus mea,*] hoc est, templum, seu materialis ecclesia, diuino cultui consecrata, [*Domus orationis vocabitur,*] id est, locus diuini officii, non secularium, illicitorúmque actuum aut confabulationum. Enormiter igitur peccant, qui sacris locis abutuntur, & eis irreuerentiam irrogant, vt qui intrant ecclesiam, vt inspiciant fœminas, & fœmi- H
næ intrantes vt videant viros, & qui ibi lasciue hinc inde aspiciunt, aut libidinose ac sceleratissime concupiscunt, aut aliis se ostentant, & qui ibi fabulationibus, scurrilitatibus, iocis, risibúsque intenti sunt. Nec in cœmiteriis debent ludis aut aliis actibus vanis, sed dei laudibus, orationibus, contemplationibus, prædicationibus & sacris oblationibus ibidem cum omni reuerentia & deuotione vacare, ne alia ibi fiant, nisi propter quæ constructus ac deo dedicatus est locus, cui & propter dignitatem sacramenti honor debetur præcipuus. [*Vos autem fecistis eam speluncam latronum,*] id est, similem tali speluncæ, tot scelera exercendo in dei domo, in qua & animas spiritualiter occidistis, ali-
2. Par. 27. quos forsitan corporaliter trucidastis, sicut in primo templo lapidatus fuit Zacharias filius Ioiadæ.
Hiere. 7. Vnde per Hieremiam loquitur dominus, Nunquid spelunca latronum facta est domus ista? [*Et erat quotidie docens in templo.*] Hoc verũ est quantum ad certum tempus, quia in die palmarum & duobus diebus sequentibus, non autem feria quarta, quia tunc mansit in Bethania, & proditor vendidit eum. Itaque Christus passione instante, à prædicationibus & sanctis increpationibus non cessauit: quo docemur, ne timore mortis aut cuiuscunque incommodi cessemus à spiritualibus actibus ocio-
tis: per quod etiam quorundam increpatur pigritia, qui dum senescunt, exponunt se otio & corporali quieti, cum adhuc gregi sibi commisso, ac aliis multis possint prodesse, imò tunc cum maiori re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uerentia audirentur. Aduertant hi quod ait Saluator, Qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Matth. 24.
[*Principes ſacerdotum,*]puta pontifices, [*Et ſcribæ,*]id eſt, legis doctores, & [*Principes plebis,*] videlicet inferiores rectores & ſeniores populi, [*Quærebant illum perdere,*]id eſt, Chriſtum occidere, [*Et non inuenie bant quid facerent illi,*]hoc eſt, modum exequendi ſuam malitiam non inuenerunt, quoniam ex timore communitatis non audebant in Ieſum mittere manum. Ideo ſubditur, [*Omnis enim populus ſuſpenſus e rat,*]id eſt, mente valde attentus ad doctrinã atque miracula Chriſti, [*Audiens illum*]prædicantem auribus mentis & corporis. Nempe (vt Euangeliſta Matthæus teſtatur) Chriſtus eadem hora multos cæcos alióſque curauit infirmos. ¶ Ecce qualiter inuidia mentem excæcat, quomodo ambitio parit Matth. 21.
inuidiam, qualiter paſsiones rationem ſubuertunt, & quanta eſt cordis humani malitia. Nam quanto Saluator præclariora egit miracula, quo glorioſius prædicauit, quo plures habuit audientes, quo magis honorabatur à populo: tanto infeliciſsimi principes, ſcribæ, phariſæi, ſenioréſque Iudæorum vehementius torquebantur inuidia, & accendebantur, non aliud cogitantes, niſi qualiter eum poſſent opprimere, qui eos ſapientia, eloquentia, fama, ſanctitate, miraculis ſuperauit. Erant nanque valde ambitioſi, auari & vani, idcirco ſuum magiſterium paruipendi cernentes, & Chriſtum magnificari ab omnibus grauiter affligebantur. Vnde dixerunt, Videtis quia nihil proficimus. Ecce totus mundus abiit poſt eum. Et proh dolor hominum peruerſitatem multi ſequuntur, inter quos ſunt zelus & con- Ioann. 12.
B tentio, detractio, & infelicium ſuſpicionum tumultus, dum vnus veretur ne alius eum in honore præcedat, qui vtinam ſe mutuo in veris virtutibus ſuperare ſtuderent, quibus recte clamat Propheta, Filii hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Verum Pſalm. 4.
vt idem fatetur, Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias Pſalm. 39.
falſas. ¶ Poſtremo, iuxta tropologicum intellectum, quemadmodum dominus Ieſus videns ciuitatem Hieruſalem eam defleuit: ſic vnuſquiſque veraciter Chriſti fidelis conſiderans deformitatem ac ruinam militantis eccleſiæ ſeu cuiuſcunque eccleſiaſticæ perſonæ aut animæ, ex charitatis fraternæ compaſsione eam deplorat, pro ipſa precatur, ei ſubuenire conatur, eiqúe loquitur, quia ſi cognouiſſes, id eſt, rite attenderes, quæ & quanta tibi inſtent pericula, quanta ſuſtinebis (niſi pœniteas) ſupplicia, & tu fleres teipſum ac vitam corrigeres, quæ modo non penſas, quoniam ſeculari proſperitate & pace carnali perfrueris, & per eas ac cæteras tuas iniquitates ſic obtenebraris ac falleris, quod ad ſalutem tuam ſpectantia non perpendis. Sed venient dies in quibus hi ab inuiſibilibus hoſtibus ſuis circundabuntur, impugnabuntur, anguſtiabuntur, vincẽtur, id eſt, ad æternalia pertrahentur tormenta. Quod totum in hora mortis præcipue agitur. Circundant nanque dæmones peccatorem, ad eius deiectionem concorditer propinquando, vallúmque ei parant, varias decipiendi calliditates ei ponendo, impugnant eum, vitia ſuggerendo, anguſtiant eum dire alliciendo, aut per aduerſa terrendo, vincunt & ad terram proſternunt, ad conſenſum ac praua opera perducendo, & non relinquerunt in eo
C lapidem ſuper lapidem, id eſt, virtutem vnam alteri innitentem, quia dum homo ad mortale ruit peccatum, mox gratiam & virtutes infuſas amittit, quarum vna corroborat aliam, & vna innititur alteri: quemadmodum in exercitu bene diſpoſito, vnus alteri prębet ſubſidium. Vnde ſecundum vnam cõſiderationem, fides dicitur fundamentum virtutum: ſecundum aliam, humilitas: ſecundum aliam, charitas, ſine qua nullius virtutis actio extat meritoria. At vero quoniam domus dei eſt anima vere deuota, quæ eſt ſedes & thronus ſapientiæ increatæ, videamus ne anima noſtra fiat ſpelunca latronũ, id eſt, habitatio dęmonum, vitiis inhærendo, aut alicui detrahẽdo ſeu inuidendo, ne etiam fiat domus negociationum, ita vt pro bonis quę agimus, laudes requiramus humanas, aut commoditates carnales, ſed ſoli deo placere & ſemper adhærere, æternalitérque vniri quæramus.

Elucidatio Cap. xx. [*Et factum eſt in vna dierum, docente illo populum, & euangelizante.*] Articulus XLIII.

D  Vm in ſacratiſsimo die palmarum audiſſent principes, ſcribæ, phariſæi & ſeniores Iudæorum Ieſum à populo regem Iſraël, id eſt, Meſsiam vocari, & maximis commendari præconiis, vidiſſéntque eum cum ingenti honore pene ab omnibus ſuſcipi, & in ciuitatem Hieruſalem introduci, quem ſtatim poſt ſuſcitationem Lazari concorditer diffinierunt occidere, vehementiſsime ſunt turbati, pluréſque modos excogitauerunt, quibus eum poſſent circumuenire & capere, prout partim in præſenti tangit capitulo Euangeliſta. [*Et factum eſt in vna dierum,*] videlicet feria ſecunda poſt palmarum, vt patet ex his quæ à Matthęo ſcri Matth. 23.
pta ſunt, [*Docente illo,*]ſcilicet Chriſto, [*Populum*]communem, qui eum reuerenter audiuit in templo, [*Et euangelizante,*]id eſt, bona æternæ beatitudinis nunciante. docuit enim eos moralia, vtpote vitia fugere, virtutum exercitiis inhærere, & euangelizauit eis, æternam ſalutem eſſe eis præſtandam, ſi ſuis obedirent doctrinis, [*Conuenerunt principes ſacerdotum,*]id eſt, pontifices, in quibus fuit maior authoritas, [*Et ſcribæ*]hoc eſt, doctores in quibus fuit maior ſcientia legis ſecundum aliquem modum, [*Cum ſenioribus,*]in quibus fuit maturior ætas, & ſucceſſerunt ſeptuaginta ſenioribus, quos deo iubente inſtituit Moyſes, vt ſecum onus populi ferrent. Iſti omnes videntes tantam eſſe Chriſti ſapientiam, ſa- Nume. 11.
cundiam, efficaciam atque conſtantiam, quod facile ſuperari non poterat, ſimul venerunt, vt ſua eum multitudine, authoritate, excellentia, peritia obruerent, terrerent, ac vincerẽt. [*Et aiunt dicentes ad illum, Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis?*]id eſt, qua authoritate aſſumis tibi iſtud prędicandi officiũ, & attra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

his tibi populum, & increpas eos quos vis, quæ omnia ſpectant ad noſtram authoritatem nobis legi- E
time datam?[*Aut quis dedit tibi hanc poteſtatem?*]quaſi dicant, Cum tu non ſis deus propter quod à teip-
ſo poteſtatem iſtam non habes, volumus à te audire, à quo habeas eam. Non enim habes eam à nobis,
nec ab Imperatore, neque à ſenatu, nec de ſacerdotali es tribu, nec credimus quod à deo habeas eam.
Videtur ergo quod vſurpatorie facias iſta, & præſumptuoſe ad ea te ingeras dæmone inſtigante. Iſti
potiſsimum Chriſto ſuerant inuidentes. Nam ſacerdotes apud ſe cogitauerunt, Nos eramus quaſi co
lumna populi noſtri; & nunc populus innititur huic tanquam columnæ. Scribæ quoque dixerunt,
Nos eramus quaſi viua & ſonans lingua ſcripturæ, & iam iſte facundiſsime ſonat, nec amplius reſo-
nat muſa noſtra. [*Reſpondens autem teſus dixit ad illos, Interrogabo & ego vos vnum verbum*]complexum,
videlicet vnam quæſtionem, ſeu vnum verbum, id eſt vnam rem verborum complexu ſignificatam.
4.Reg.20. Sæpe enim verbum pro ſermone, aut re ipſa per verbum ſignificata, accipitur. Vnde in libris Regum
loquitur Ezechias, Non fuit verbum in domo mea, quod non oſtenderim eis.[*Reſpondete mihi*]ad vnũ
verbum, ſeu vnam interrogationem, vos qui duas mihi quæſtiones propoſuiſtis. ¶ Chriſtus ſapien-
tia patris omnium cordium arcana conſpiciens, ſciens illos non deſiderio inſtructionis, ſed malitioſe
interrogare, non reſpondit eis euidenter ad interrogata: ſed quaſi clauo clauũ retundens, ſic eis reſpõ-
dit ſicut promeruerunt, & talem eis propoſuit quæſtionem, ex cuius ſolutione fuiſſent confuſi & vi-
1.Cori.1. cti: & ex cuius ſolutione omiſſa, nihilominus confundebantur. Itaque interrogauit,[*Baptiſmus Ioannis* F
de cælo erat, an ex hominibus?]hoc eſt, an ex diuina authoritate & commiſsione cæleſti Ioannes Baptiſta
populum baptizauit, an ex humana tantummodo inſtitutione, commiſsione aut præſumptione? Vo-
catur autem baptiſmus Ioannis quaſi miniſtri, & quia in illo baptiſmo gratia non dabatur, ſed totum
quod fiebat in eo fecit Ioannes, quoniam tantum erat ibi exterior lotio ex parte baptiſmi, ideo à Ioã-
ne denominatur. Porro in Chriſti baptiſmate datur gratia ex vi ſacramenti, idcirco denominatur à
Chriſto ſeu deo, non ab apoſtoli cæteriſve miniſtris.[*At illi cogitabant intra ſe dicentes,*] verbo mentali,
non vocali,[*ſi dixerimus*]baptiſmum Ioannis[*Eſſe de cælo,*]id eſt, diuino cæleſtíque inſtituto,[*Dicet no-
bis, Quare ergo non credidiſtis ei?*] mihi teſtimonium perhibenti atque dicenti de me, Qui de cælo venit
ſuper omnes eſt. Et, Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. imò tandem negauerunt & ipſum Io-
Ioan.1. annem eſſe prophetam, aſſerentes quod eſſet ſeductor, iuxta illud Matthæi, Venit Ioannes non man-
Matth.11. ducans neque bibens, & dicunt, dæmonium habet.[*Si autem dixerimus, ex hominibus,*]hoc eſt, inſtitutio-
ne ſeu adinuentione humana eſſe Ioannis bapiſmum,[*Plebs vniuerſa*]à Ioãne baptizata,[*Lapidabit nos.*]
Marci.1. Cõmunis enim populus fuit pro maxima parte à Ioãne beatiſsimo baptizatus: iuxta illud Marci, E-
grediebatur ad eũ omnis Iudææ regio & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iorda-
Lucæ.1. ne. Vndé & ſupra dictum eſt, Factum eſt vt baptizaretur omnis populus.[*Certi ſunt enim,*] id eſt, pro
certo tenent,[*Ioannem eſſe prophetam.*]Ad hoc quippe firmiter ſentiendum inducebantur, ex recorda-
tione miraculoſæ conceptionis ſancti Ioannis, & mirabilium quæ fiebant circa patrem Ioannis, qui G
Matth.3. angelo ſibi apparente factus eſt mutus, & nato Ioanne recepit loquelam, ex ſanctiſsima quoque con-
uerſatione Ioannis, qui à puerilibus annis eremiticam duxit vitam, conſtantiſsimus fuit zelator iuſti-
tiæ: vnde & tantæ reputationis extitit apud eos, quod crediderunt eum eſſe Chriſtum.
¶ Itaque duæ cauſæ incitaſſent plebem ad lapidationem iſtorum, ſi dixiſſent baptiſmum Ioannis ex
inſtitutione veniſſe humana. Prima eſt quia hoc reputaſſent fuiſſe in derogationem Ioannis, imò &
dei, quia ſi ex hominibus fuiſſet eius baptiſmus, tunc Ioannes fuiſſet pſeudopropheta & præſum-
Matth.14. ptuoſus. Secunda eſt, quia hoc reputaſſent eſſe in derogationem ſui, quia ex hoc ſequeretur quod
Actu.13. fuiſſent decepti, accipiendo Ioannis baptiſma.[*Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet,*]Ioannis baptiſmus.
Hoc dixerunt ex timore lapidationis ſuæ à populo, aut confuſionis ſeu deuictionis à Chriſto, vt con-
ſtat ex dictis, & tamen propria malignitate obtenebrati, putabant iam baptiſmum Ioannis eſſe ex
hominibus, non ex deo, & prædicationem eius qua teſtimonium perhibuit Saluatori eſſe mendoſam.
Veruntamen in exordio baptizationis ac prædicationis ſancti Ioannis potius putauerunt eum eſſe
verum prophetam & eius baptiſmum eſſe de cælo: ſed tempore precedente Ioanne Chriſto teſti-
monium dante, ab eo auerſi ſunt, alitérque ſenſerunt.[*Ait illis Ieſus, Nec ego vobis dico in qua poteſta-
te hæc facio,*] quia malitioſe interrogaſtis, & plana reſponſione eſtis indigni, nec crederetis mihi ſi H
veritatem quæſiti vobis proferrem. Aliunde quoque hoc aduertere debuerunt. Nam ante hanc in-
terrogationem Chriſtus tam præclara, ſolíque deo poſsibilia fecit miracula publice, quod ex illis eui-
denter agnoſcere debuerunt eum deſuper eſſe miſſum, atque diuina docere ac operari virtute. Itaque
non ex patientiæ motu, ſed zelo iuſtitiæ Chriſtus ſic peruerſis illis reſpondit.
¶ Subinde dominus Ieſus per introductionem parabolæ oſtendit beneficia dei patris circa Iudæos,
& per ingratitudinem ac maleuolentiam Iudæorum, præſertim pontificum & ſcribarum, [*Cæpit au-
tem dicere ad plebem parabolam hanc.*] plebs nanque eum gratanter audiuit, & maiores iam confutauit,
[*Homo quidam plantauit vineam.*] Quamuis per vineam poſsit eccleſia vniuerſalis militans deſignari,
Pſalm.79. tamen hoc loco ad literam per vineam intelligitur ſynagoga, videlicet populus veteris teſtamenti,
Oſeę.10. quæ in ſcriptura veteris teſtamenti multotiens vinea appellatur, ſicut in Pſalmo, Vineam de Aegypto
Eſaię.5. tranſtuliſti. Et in Oſea, Vitis frondoſa Iſraël. Atque in Eſaia, Vinea domini Sabaoth domus Iſraël
eſt, & vir Iuda germen delectabile eius. Dicitur autem ſynagoga & item eccleſia vinea per ſimilitu-
dinem, quoniam inſtar vineæ profert dulcem, pretioſúmque fructum, vtpote filios ſpirituales, & a-
ctus virtutum. Hanc vineam quidam homo, hoc eſt, deus pater dicitur homo, non quod corporalia
habeat lineamenta aut humana: ſed quia humanus, hoc eſt, pius ac mitis, & intellectualis naturæ ac
ratio ſumma. [*Plantauit,*]ſpiritualiter & corporaliter, quoniam corda eorum fundauit in lege & gra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tia ſua, potiſsimum quãtum ad electos, atque in terra pmiſsionis eos cõſtituit, ac variis beneficiis radi
cauit eos ibidem. [*Et locauit,*] hoc eſt, ſub promiſsione & ſpe beatificæ remunerationis regendã & ex-
colendam commiſit, [*Eam agricolis*] hoc eſt, prælatis atque rectoribꝰ ſynagogę, videlicet Moyſi, Aarõ,
cæterisque prophetis, regibus, iudicibus, ac doctoribus Iudaicæ plebis. Vnde ait ad Hieremiam, Con- Hiere.1.
ſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & diſsipes & ædifices & plantes. Eſaias quoque ſynagogæ ſe Eſaiæ.2.
eſſe agricolam pandens, ait ad eam, Tritura mea & filia areæ meæ, quæ audiui à domino exercituũ re-
uelaui tibi. ¶Præterea quæri poteſt, quomodo eccleſia aut ſynagoga dicta ſit vinea, cũ apud Ioannem
dicat Saluator de ſe, Ego ſum vitis vera? Quomodo rurſus prælati & doctores vocantur agricolæ, cũ Ioan.15.
ibidem aſſerat Chriſtus, Pater meus agricola eſt? Et reſpondendum, quòd per eandem rem ſecũdum
diuerſas ipſius proprietates ſignificari poſſunt diuerſa, ſicut per leonem ratione fortitudinis exprimi-
tur Chriſtus: ratione crudelitatis, diabolus. Chriſtus itaque vitis ſeu vinea appellatur ſecundum natu-
ram ſuam humanam, quam deus pater, totáq; trinitas ſuperbenedicta per dona gratiæ rexit, floridam
fecit, ac fœcundauit. Synagoga verò propter cauſam prætactam dicitur vinea, ſimiliter eccleſia.
¶Porrò deus pater ſeu trinitas ſumma, appellatur agricola principalis, quia interius operatur, vitia ex
tirpando, gratiam & virtutes infundendo. Prælati vero & vicarij dei extant agricolæ inſtrumẽtales, ex
trinſecus operando, atque ad gratiam diſponendo. [*Et ipſe peregre fuit multis diebus*] hoc eſt, deus pa-
B ter diu quaſi abſentem ſynagogæ ſe exhibuit, plebem Iudaicam libertati propriæ relinquendo: iux-
ta illud Eccleſiaſtici, Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui, hoc eſt Eccleſi.5.
in poteſtate proprij, liberíque arbitrii, eius quoque pœnitentiam expectando, atque iudicium differẽ Prouer.15.
do, ſecundum illud Eſaiæ, Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri. Vel dicitur diu peregre
fuiſſe quantum ad negligentes: quia vt Salomon conteſtatur, Longe eſt dominus ab impiis. Hinc ait
Ambroſius, Qui vbique præſens eſt diligentibus, abeſt negligentibus. [*Et in tempore vindemiæ miſit ad
cultores ſeruum ſuum.*] Quidam per tempus vindemiæ intelligũt tempus iudicij vniuerſalis aut particu-
laris, quia tunc eſt tempus colligendi fructum operum virtuoſorum: cui expoſitioni non videntur cõ
ſonare ſequentia, in quibus deſcribitur deus miſiſſe ad vineam iſtam tempore vindemiæ ſeruos per tẽ
porum interualla: per quos intelliguntur Moyſes & Aaron, & poſteriores rectores atque doctores ſy
nagogæ: & tandem filium ſuum regem Meſsiam. Aptius ergo per tempus vindemiæ videtur intelligi
tempus vitæ preſentis, in quo certis horis tenentur fideles inſiſtere bonis operibus, & fructum profer
re virtutum. ¶Itaque in tempore vindemiæ, hoc eſt, tempore colligendi fructũ. Vnde apud Matthæũ Matth.12.
habetur, Cum autem tẽpus fructuũ appropinquaſſet, miſit ad cultores, hoc eſt, præfatos agricolas vi-
neæ, ſeruum ſuum, videlicet Moyſen Iudęorum legiſlatorem & primum eorum in deſerto prelatum,
vt de fructu vineæ darent illi, hoc eſt, opera virtuoſa, ad quæ tenebatur ſynagoga, Moyſi aſsignarent,
oſtendendo eidem ſe obſeruare legẽ eis deſuper datam. Prælati nanque opera bona à ſuis exigunt ſub
C ditis. [*Qui cæſum dimiſerunt eum inanem*] hoc eſt, Moyſen multipliciter afflixerunt, nec obtẽperauerũt,
ſed rebelles ei fuerunt: iuxta illud Pſalmi, Vexatus eſt Moyſes propter eos, qui exacerbauerunt ſpiri Pſalm.10.
tum eius. Propter quod dixit ad dominum, Quid faciam populo huic? Adhuc pauxillum & lapida- Exod.17.
bit me. [*Et addidit alterum ſeruum mittere*] hoc eſt, poſt Moyſen miſit ad ſynagogam alium ſeruum: per
quem quidam intelligunt Dauid regem, & poteſt etiam per eum Samuel propheta intelligi, quorũ vi- 1.Reg.8.
terque multum diligens fuit pro directione & ſalute Iſraëliticæ plebis. [*Illi autem hunc quoque cædentes
& afficientes contumelia, dimiſerunt inanem.*] Nam Samuelem eiecerunt ex principatu, dicentes, Conſti-
tue nobis regem. Similiter perſecuti ſunt Dauid adhærentes eius filio Abſaloni, voluerúntque ſanctũ 1.Regũ.15.
Dauid priuare vita & regno, vt in libris Regum habetur. Nihilominus per hunc ſeruum ſecundum, 16.17.18.
poteſt intelligi chorus ſeu vniuerſitas iudicum, qui præfuerunt plebi poſt Moyſen, quorum quoſdã
iniuſtiſsimè afflixerunt, quemadmodum Effratæi inſurrexerunt contra Gedeonem & Iepte, & viri
Sychimorum ingratiſsimi extiterũt beneficiis Gedeonis. Similiter tribus Iuda vinxit Sampſonem, vt
traderet eum in manibus Philiſtinorum.
¶Porrò Samuel vltimus iudicum fuit, & omnia iam prętacta in libro Iudicum ſunt conſcripta. [*Et ad
didit tertium mittere.*] Poſt illos miſit ad ſynagogam chorũ ſeu multitudinẽ prophetarũ, qui ſub Samue
D le & Dauid ac aliis regibus, primò ad vnicum totum regnũ, deinde ad vtriuſque regni populos miſsi,
puta ad regnum Iuda ac decem tribuum, populum erudierunt, & regum ac ſubditorũ vitia acriter in-
crepauerunt. [*Qui & illum vulnerantes, eiecerunt,*] hoc eſt, non ſolum verbis, ſed & verberibus reſtiterũt
prophetis, & quoſdam interfecerunt, videlicet Eſaiam, Hieremiam, Amos, Vriam, & eos à ſuo eiece-
runt conſortio. Vnde beatus Stephanus dixit, Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri?
[*Dixit autem dominus vineæ,*] hoc eſt, deus pater omnipotens, legiſlator ac dominus ſynagogæ, [*Quid fa- Actu.6.
ciam?*] Quòd ait, Quid faciam, non loquitur dubitando, ſed maximam populi peruerſitatem inſi-
nuando, & quaſi eis compatiendo, & de eorum ingratitudine quaſi admirando, tanquam dicat, Tam
inique ſe habent, vt mirum ſit: & quid reſtet agendum, quaſi per modum deliberantis inquiram: iu- Geneſi.18.
xta quem modum ait in Geneſi de Sodomitis, Deſcendam, & videbo an iuxta clamorem qui venit ad Exod.33.
me, perficiant an non, vt ſciam. In Exodo quoque dixit ad filios Iſraël idololatrantes, Iam nunc de- Tob.4.
pone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi. ¶Denique deus dicendo, Quid faciam, docet nos Eccleſ.22.
vt ſuo exemplo in arduis deliberemus, & conſulamus quid agere debeamus. Vnde Tobias monet
conſilium ſemper à ſapiente perquirere. In Eccleſiaſtico quoque, Sine conſilio nihil facias, & poſt
factum non pœnitebis. [*Mittam filium meum dilectum*] hoc eſt, vnigenitum meum per incarnationis my
ſterium mittam ad ſynagogam. Vnde & filius in Euangelio proteſtatur, Non ſum miſſus niſi ad oues Matth.15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ perierunt domus Iſraël. ¶Porrò Chriſtum ſecundum deitatem diligit pater amore prorſus im- E
menſo,non vtique minus quàm ſeipſum:ſecundum naturam quoque aſſumptam,plus diligit eum, q̃
totum reſiduæ creaturæ,qui hypoſtatico eſſe verbi æterni coniunxit immediate Chriſti humanitatẽ.
[*Forſitan cum hunc viderint verebuntur,*]hoc eſt,dum vnigenitum meum incarnatum inter eos corporali
ter conuerſari miraculis,ſapientia ac eloquentia,ſanctitate præ omnibus radiare cõſpexerint, timebũt
eundem,nec perſequi eum audebunt.

¶Quæri poteſt cur pater omnia certiſsimè ſciens ait,forſitan,quod dubitationis eſt ſignum. Cur etiã
dixit, verebuntur filium meum,cum aliter fuerit atque euenerit,vt protinus ſubditur ? Reſpondetur
quod ait,forſitan, non ambigendo,ſed libertatem humani arbitrij deſignando:& quod ait,verebun-
tur filium meum,non dicit,quia ſic erat futurum,ſed quia merito ſic fuiſſet.Ex hoc loco ſancti docto
res Hiero.& Auguſt.ſumpſerunt contra impiiſsimos hæreſiarchas Arrium atque Ennomium argu-
mentum,quia dixerunt filium non eſſe deum verum,eò quòd dicat ſe diem ignorare iudicij: nam &
deus pater ait hoc loco,forſitan verebuntur filium meum,cum quod ait,forſitan,exponi non poſsit tã
quam dubitatiue prolatum:neque quod ait,verebuntur filium meum,tanquam aſſertorie aut ignora-
tiue expreſſum.Conformiter quod filius loquitur ſe diem iudicij ignorare,non dixit ignorantiam ali
quam in ſe inſinuando,ſed quaſi per modum ignorantis ſe habendo, quoniam inter ſuos conuerſans F
de illa hora eos non informauit,ſicut de aliis quæ quærebant.[*Quem cum vidiſſent coloni*]hoc eſt,præfa
ti agricolæ & cultores,videlicet pontifices,ſcribæ,ſeniores[*Cogitauerunt intra ſe dicentes,*]verbo menta
li,quoniam non audebant plebi manifeſtare machinationes ſuas aduerſus chriſtum,tamen ſibi inuicẽ
indicauerunt ſuos conceptus vt ſubditur,[*Hic eſt hæres*]hoc eſt,verus rex Iſraël & Meſsias in lege pro-
miſſus,dominus ſynagogæ. Ex quo videtur quod cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtum ac filium dei:
Actu.3. cum tamen princeps apoſtolorum teſtetur,Fratres,ſcio quia per ignorantiam feciſtis,ſicut & princi-
1.Cor.2. pes veſtri.Et Paulus,Si cognouiſſent,nunquam dominum glorię crucifixiſſent.Ad quod ſupra plene
reſponſum eſt.Et ſuper Matthæum circa hunc locum inde diffuſius ſcripſi.Vnde nunc in tantum tã-
gi ſufficiat,quòd ad tempus aliqualiter cognouerunt Ieſum eſſe Meſsiam, ſcientia coniecturali & pro
babili:ſed tempore procedente Chriſto eos publice & acerrime reprehendente,intolerabilem contra
eum inuidiam ac diſplicentiam conceperunt,ex quibus excæcati ſunt corde,& omnia facta eius inter-
pretabantur in peius,ac priorem de Chriſto notitiam perdiderunt. [*Occidamus eum,vt noſtra fiat hæredi-
tas,*]id eſt,principes & rectores ſynagogæ manebimus,nec terram ac plebem perdemus.Hinc in Ioã-
ne legitur,Collegerunt pontifices & phariſæi conſilium & dicebant, Quid facimus? quia hic homo
Ioan.11. multa ſigna facit:ſi dimittimus eum ſic,omnes credent in illum,& venient Romani,& tollent noſtrũ
locum & gentem.Tuncque audito conſilio Caiphę,ex illo die cogitauerunt interficere eum.Vnde in
Pſalmo ait Saluator,Aduerſum me ſuſurrabãt omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mi- G
Pſalm.40. hi.¶Prætereà quippe Chriſtum occiderunt,ne perderent hæreditatem,hoc eſt,templum,terram, &
ſubditos:& tamen quia Chriſtum interfecerunt,perdiderunt omnia illa,& peruenit in eos ira dei vſ-
1.Theſſ.2. que in finem,ſecundum Apoſtolum . Propter quod Chriſtus ait in Pſalmo,Effunde ſuper eos iram
Pſalm. 8. tuam,& furor iræ tuæ compræhendat eos: fiat habitatio eorum deſerta,quoniam quem tu percuſsi-
ſti perſecuti ſunt,& ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.[*Et eiectum illum extra vineam occi
derunt,*]hoc eſt,Chriſtum extra ciuitatem Hieruſalem,quę fuit metropolis ſynagogę ſeu plebis Iudai
Hebræ.13. cæ,crucifixerunt:iuxta illud ad Hebræos,Ieſus vt ſanctificaret populum extra portam paſſus eſt. Vel
eiectum extra vineam,hoc eſt, de cordibus Iudęorũ excluſum,quia auerterunt populũ quaſi totum à
Chriſto,præſertim in die paraſceues,quando vniuerſus populus exclamauit,Sanguis eius ſuper nos &
ſuper filios noſtros. Credẽtes quoq; in Chriſtũ excommunicauerũt,ſecũdũ illud Ioã. Iam conſpiraue
Matth.17. rant Iudęi,vt ſi quis eũ cõfiteretur eſſe Chriſtũ,extra ſynagogã fieret.[*Quid ergo faciet illis dominus vi-
Ioan.9. neæ?*]hoc eſt,quam pœnam pro tanto facinore infliget illis deus dominus ſynagogę? Hoc Chriſtus in-
terrogauit,vt illos faceret magis attentos, atque vt enormitatem exceſſus illorum oſtenderet, quia oc-
ciſio filij dei fuit ſingulare,ſummũ & incõparabile ſcelus:propter quod meruerũt vſq; in finem relin
qui,& corporaliter ſpiritualitérq; vaſtari ac trucidari.Hinc Chriſtus perſonaliter ad interrogationem
ſuã reſpõdet,[*Veniet*]non locũ mutando,ſed vltionẽ debitam exercendo,[*Et perdet colonos iſtos*]hoc eſt H
tradet in manus Romanorũ,& ab inuiſibilibus hoſtibus permittet eos penitus excæcari,atq; ad ſempi
terna ſupplicia pertrahi:ſicq; in eis impletum eſt illud Hieremiæ, Induc ſuper eos diẽ afflictionis,&
Hiere.3. duplici contritione contere eos domine.Hoc à Daniele apertiſsimè eſt prædictum,vbi poſtquam di-
Daniel.9. ctum eſt,Poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus,& non erit eius populus,qui eum nega-
turus eſt.protinus ſubditur,ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus,cũ duce venturo. Ac de prę
cedenti capitulo dixit Saluator,Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoue-
ris tempus viſitationis tuæ.[*Et vineam dabit aliis*] hoc eſt, ſynagogam quantum ad electos ex ea,com-
mittet regendam apoſtolis,qui poſt Chriſti paſsionem & miſsionẽ ſpiritus ſancti multa milia Iudęo-
rum conuerterunt ex eis primitiuam eccleſiam conſtruentes,ſicut in Actibus Apoſtolorum deſcribi
tur.[*Quo audito dixerunt illi,*]puta præfati coloni,[*Abſit.*]Circa hæc duplex oritur quęſtio. Prima,quo
modo Lucas affirmet ipſummet Chriſtum reſpõdiſſe hæc verba,Perdet colonos illos,cũ in Matthæo
ſcribantur coloni ſic reſpondiſſe,Malos male perdet &c. Secunda,quomodo Lucas ſcribat illos dixiſ
Matth.21. ſe, Abſit,cũ Matthæus referat eos dixiſſe verba prætacta affirmatiue, Malos male perdet,& vineã ſuã
locabit aliis. Ad hoc reſpõdetur ſecundũ Auguſtinũ libro de concordantia euangeliſtarum, ꝙ Chri-
ſtus dixit parabolam iſtã in præſentia ſacerdotum & ſcribarum ac plebis, in qua multi erant Chriſto
fauentes,qui etiam parabolam iſtã plenarie non intelligentes,primo reſponderunt, Malos male per-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A det: quorum responsionem Christus approbando repetiit eam, & tunc sacerdotes & scribæ intelligentes ad se pertinere parabolam, conscientia remordente dixerunt, Absit. Si autem obiiciatur, quia secundum Matthæum sacerdotes & scribæ responderunt, Malos male perdet. Dicendum quod verba Euãgelistæ Matthæi determinate non exprimunt hoc, quia dicitur in Matthęo, Aiunt illi: tamen in ordine & contextu verborum satis apparet, quod ipsi coloni, scilicet sacerdotes & scribæ, hoc responderunt. Quo concesso, dici potest, quod quidam eorum simul cum plebe sic responderunt, & paulo post quidam acutius considerantes sensum parabolæ dixerunt, Absit.

¶Porrò Chrysostomus aliam præstat responsionem dicendo, quòd Iudæi siue coloni, corde responderunt, vt scribit Matthæus, videlicet, Malos male perdet: ore autem dixerunt oppositum, prout recitat Lucas, Scriptura autem frequenter cogitationes cordis refert quasi dicta sermonis. Dicit quippe Chrysostomus quoddam notabile, Posuit (inquiens) quendam spiritum scientiæ boni & mali deus in hominibus, vt quotiescunque peccemus, spiritus ille in silẽtio factum nostrum accuset, & tacite loquatur ad animam, hoc est malum: & tunc homo conscientia sua discussa, corde se peccasse fatetur, quamuis ore neget: quemadmodum seruus in furto deprehensus, quamuis interrogatus an dignus sit cædi, respondeat ore, non, conscientia tamen dicit oppositum. At vero per spiritũ scientiæ boni & mali, Chrysostomus, vt reor, intellegit synderesim, malo semper remurmurantem: sic isti Iudæi aliter loB quuti sunt corde, & aliter ore. [*Iesus autem aspiciens eos ait*] id est ad sacerdotes & scribas corporalẽ visum suum specialiter dirigẽs. Primò, ad innuendum quod eos notauit. Secundò, ad increpandum eos per talem aspectum, quod tam peruerse & contra conscientiam responderunt, & sic zelo iustitiæ fuit eis iratus, quemadmodum fertur & apud Marcum pro alia vice, Contristatus super cæcitate cordis eorũ circunspiciens eos cum ira. Tertiò, quia eorum errori ac calamitati futuræ condoluit: sicut & videns ci- Marc.3.
uitatem, fleuit super eam. [*Quid est ergo hoc quod scriptum est,*] hoc est, si vt vos dicitis vinea non est aliis danda, eo quod coloni eius occiderunt hæredem, seu Christum quem significat, aut qualiter verũ est quod Propheta ait in Psalmo, [*Lapidem quem reprobauerunt ædificantes*] hoc est, Christus lapis vocatus, Psalm.117.
quem præfati coloni ædificantes, hoc est, populum instruentes, & ad virtutum opera exhortantes, reprobauerunt eum vituperando, & non Christum, sed seductorem esse asserendo, [*Hic factus est in caput anguli?*] hoc est, constitutus est principium, in quo duo populi, vtpote Iudęi & Gentiles per fidem cõiuncti sunt ad constituendam vnam ecclesiam: & per hoc Christus similis factus est lapidi angulari, in quo duo connectuntur parietes. Vnde fidelibus scribit Apostolus, Superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. De quo princeps Apo Ephe.2.
stolorum ait, Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem e- 1.Petri.2.
lectum & honorificatum. De quo lapide habetur apud Danielem, Lapis qui absciſus est de monte fi- Daniel.2.
C ne manibus, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam superficiem terrę. De quo & per Esaiam Esaiæ.28.
loquitur deus pater, Ecce ego mittam in fundamentis Siõ lapidem angularem, probatum, pretiosum.
¶Denique Christus lapis vocatur, dicente Apostolo, Petra erat Christus. Primo, propter suam immo 1.Cor.10.
bilem fortitudinem, atque in omni aduersitate patientiam firmam & inconcussam. Propter quod per Esaiam contestatur, Posui faciem meam, vt petram durissimam. Vnde Ezechieli prophetæ loquitur deus, Vt adamantẽ & silicem dedi faciem tuam. Secundo, propter operationis suæ insuperabilem potestatem, idcirco de lapide isto in Daniele asseritur, Quod comminuit statuam. Tertiò, propter ædificationis super ipsum aptitudinem summam, de quo Paulus testatur, Fundamentum aliud nemo pone 1.Cor.3.
re potest prẽter id quod positum est, quod est Christus Iesus. [*Omnis qui ceciderit, super lapidem illum, conquassabitur: super quem autem ceciderit, conteret illum.*] Quicunque mortaliter peccat, grauiter cadit. Fideles autem dum peccant, dicuntur cadere super lapidem angularem prẽfatum, videlicet Christum: quia etsi charitatem ac gratiam perdant, tamen manent fide & spe informi, & ita non penitus conteruntur, quamuis spiritualiter lædantur seu conquassantur. Sed frequenter pœnitendo resurgunt, & cautiores fortioréque fiunt: sicut ait Apostolus, Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Roma.5.
¶Porrò infideles peccando penitus conteruntur, quia nequaquam per fidem in Christo fundantur, ideo nec resurgunt. ¶Itaque omnis qui ceciderit super lapidem illum, hoc est, omnis Christianus mortaliter peccans conquassabitur, quia desinit spiritualiter esse, tamen in fide & spe persistendo aliquid
D boni habet, aptitudinemque sortitur ad pœnitendum. Super quem autem ceciderit lapis iste seu christus, id est, infidelis mortaliter peccans, super quem irruet Christus iudex per iudicii sui rigorẽ, & cõteret illum per finalem damnationem, quemadmodum de Iudæis incredulis in Hieremia legitur, Du- Hiere.7.
plici contritione contere eos domine deus noster.
¶Sed ex his sequi videtur, quod grauiora sint infidelium quam impiorum Christianorum peccata atque supplicia, quoniam plus est conteri seu prorsus comminui, quam conquassari: cũ tamen huius oppositum communiter asseratur, & multis exemplis legatur. Præsertim dicente Apostolo, Ideo misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Quo constat, quod ignorantia incredu- 1.Timo.1.
litatis aliquo modo alleuiet culpam. Et respondendum quod quamuis eodem genere peccati, & cęteris paribus, malus Christianus peccãdo grauius peccet quam infidelis, iuxta quod ait Saluator supra duo decimo capitulo, Seruus qui cognouit voluntatẽ domini sui, & non fecit, plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Nihilominus infidelitas ipsa est culpa grauissima, & põdus offensionis peccati infidelitatis præpõderat diminutioni aliorum vitiorum, propter incredulitatis ignorantiã, ideo infideles peccando penitus conteruntur. Et quãuis fideles, vt dictũ est, absolute loquendo grauius peccent, tamen propter informes fidẽ & spẽ in eis manentes, aptiores & propinquiores sunt ad spiritualiter resurgendum. Et etiam aliqua bona ex genere agunt secundũ prę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cepta dei atque ecclesiæ, quãuis non faciunt ea meritorie. Vnde & per talia sæpe dispensatur ad gratiam. [*Et quærebant principes sacerdotum, & scribæ mittere in illum manus*] violentas, [*Et timebant plebem*] magis q̃ deum. [*Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit*] Christus [*similitudinem istã*] de vinea, & ita ipso facto desiderauerũt verificare, verba Christi, occidendo hæredẽ, & ostendendo se esse prauissimos agricolas ac colonos, qui de charitatiua instructione, pia comminatione, vera conclusione, deteriores affecti sunt. Quibus assimilantur impatientes, & omnes qui de salubri correptione, & iusta correctione efficiuntur peiores, se mendaciter excusando, ac indignãdo, obloquendo, seu qualitercũque nocendo: quibus competit illud Amos, Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt. De talibus fertur in Esaia, Dicunt aspicientibus, nolite nobis aspicere ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Apostolus quoque, A veritate (inquit) auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. In quibus impletur & illud, Quasi qui apprehenderit cum auribus canem, ita qui corripit impatientem. ¶ Hic quæri posset, Vtrum & qualiter præfati Iudæi Christũ nouerunt, de quo quia superius, & item super Matthæũ diffuse tractatum est, idipsum prætermitto. ¶ Insuper quoniã sacerdotes, scribæ & pharisæi non audebant violentiam Christo, timore plebis, inferre, excogitauerũt aliam viam circunueniendi eundem: quemadmodum subditur, [*Et obseruantes*,] id est verba & facta christi ad reprehendendum, non ad credendum & imitandum considerantes & explorantes: quorum sectatores sunt multi, qui proximos suos obseruant ad accusandum & calumniandum, & proprios defectus atque excessus pensare ac plangere negligunt: quibus Salomon loquitur, Qui obseruator est malorum, opprimetur ab eis. Et rursus ait scriptura, Stultitia est homini auscultare per ostium. [*Miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone*,] id est, ex verbis & responsionibus Christi reprehendere possent eum: vt quem veritate vincere non valebant, circũuenirent & vincerent calliditate: non attendentes neque verentes illud Iob, Simulatores & callidi prouocant iram dei. nec illud Prouerbiorum, Vir versutus odiosus est. Itaque non accesserunt in persona propria, sed vt in Matthæo asseritur, Miserunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, quatenus ab illis obseruaret se minus. [*Et traderent illum principatui*,] id est, dominationi Herodis, [*Et potestati præsidis*] puta Pilati: vel vtrũque refertur ad præsidem, intelligendo per principatum dominationem siue militiam eius, per potestatem vero iudiciariam eius authoritatem. Sic & quidam versipelles ac impii proximos suos obseruant & ficte ac callide scisitantur, vt eos valeant accusare, quibus continget, Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. De talibus loquitur Hieremias, Sagitta vulnerans lingua eorum, in ore suo pacem cũ amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. [*Et interrogauerunt illum dicentes, Magister scimus, quia recte*] id est vere ac iuste, [*Dicis*] seorsum loquendo, [*Et doces*] publice prædicando.

¶ Porrò vt ait Anselmus, veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. [*Et non accipis personam*] hoc est, nullius intuitu aut amore recedis à veritate & æquitate, nec contra iustitiam alicui parcis: vnde in Actibus apostolorum asserit Petrus, In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor deus. Huius contrarium agunt quidam prælati, principes, iudicesque iniusti, vni delinquentium, præsertim potentioribus, charioribus, propinquioribusve parcentes, & alterum punientes. Propter quod quidam philosophus leges principum telis comparauit aranearum, quæ imbecilliores capiunt muscas, & fortiores euadere sinunt. Similiter peccant, qui non ex charitate & zelo iustitiæ, sed ex praua radice, videlicet odio, indignatione, impatientia, ira, cupiditate, corripiunt ac puniunt reos. [*Sed in veritate viam dei doces*] id est, diuina præcepta, documẽta atque consilia, quibus de peregrinationis huius exilio ad summæ salutis pertingitur patriam, veraciter absque falsitatis admixtione proponis ac instruis. Hanc adulationem præmiserunt, vt emollirent & vane delectarent, ac sibi allicerent mentem Christi ad respondendum pro voluntate eorum. Istud quippe hypocritis & versutis est proprium, simulatorie commẽ dare, placentia loqui, apparatu, verbo, ac signis blande se applicare, sicque alterius animum eneruare, abducere, & ad beneplacitum suum attrahere: quemadmodum bestiæ quæ potestate nequeunt comprehendi, blanda fricatione ac variis simulationibus capiuntur. Vnde mox quæstionem proponunt, [*Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?*] Pompeius princeps Romanus Iudæam subiugauit Romanis, & ex tunc Romani exegerunt à Iudæis tributum, quod & Iudæi soluerunt. Postmodũ scribis & pharisæis visum est, Iudæos, vtpote populum dei peculiarem, non debere tributum dare terrenis principibus, nec legibus subiacere humanis, quia diuina lege regebantur, atque in templo decimas primitiásque soluebant. Quibusdam vero Iudæis videbatur oppositum, eo quod Romani pro pace militabant communi. Ideo Christo proposuerunt quęstionem istam determinandam, quatenus quicquid respõderet reprehenderetur. Si enim diceret non esse soluendum, mox eum accusarent præsidi, tanquam rebellem Romano imperio: si vero respondisset esse soluendum, iudicarent eum diuino derogare honori & legi: & affectabant vt Christus diceret tributum Cęsari non esse soluendum, non ideo principaliter, vt viderentur à debito solutionis illius immunes. sed vt accusare possent ac morti tradere Saluatorem. [*Considerans autem dolum illorum*] videlicet simulationẽ inuidiosam. Ipse enim sciebat quid esset in homine, omnium cordium secreta, & quicquid in creaturis est, cognouit, non solum vt deus scientia increata, sed etiam secundum assumptam naturam in verbo eterno creata scientia. [*Dixit ad eos, Quid me tentatis*] id est, frustra & irrationabiliter me decipere conamini per ficta & adulatoria verba?

¶ Denique adulatio est graue peccatum: & qui alium laudat incaute aut ei ficte blanditur, grandi eũ exponit periculo, vtpote gloriæ vanę, qua omnem quam habet gratiam & virtutem amittat. Hinc August. Duo (inquit) sunt persequentiũ genera: vnum est vituperantium, aliud adulantium. Magis persequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris. Adulator equidẽ perimit animã, corpꝰ occisor.

Amos. 5. Esaię. 30. 1. Timo. 4. Proue. 26. Matth. 21. Prouer. 11. Eccle. 21. Iob. 39. Proue. 14. Matth. 22. Eccle. 10. Hiere. 9. Actuũ. 10. Psalm. 5. Psalm. 51.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Merito igitur ait Pſalmiſta, Virum ſanguinũ & doloſum abominabitur dominus. Et rurſus, Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Quemadmodum nanque acuta nouacula crines abſcindit, ſic adulator tollit virtutem. Hinc zelo iuſtitię contra adulatores & bilingues Propheta ſuccenſus teſtatur, Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. deinde precatur, Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. Propterea dominus chriſtus iſtos adulatores ac fraudulentos dure redarguit. Primò, vt adulationes & fraudes ſemper vitemus. Secundo, vt adulatores ſtrenue refellamus, cum Propheta pſallentes, Corripiet me iuſtus in miſericorda, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. [*Oſtendite mihi denarium*] qui ad imperatoris præceptum ſoluitur pro tributo. Cúmque oſtendiſſent Chriſto denarium, interrogauit, [*Cuius habet imaginem & inſcriptionem?*] id eſt ſuperſcriptionem exaratam in nummo. Non ignorantia hoc quęſiuit, ſed vt ex eorum reſponſione daret eis irreprehenſibilem ſolutionem. Ideo ſubditur, [*Reſpondentes dixerunt, Cæſaris,*] puta Tyberij, quo imperante paſſus eſt Chriſtus, [*Et ait illis, Reddite ergo quæ Cæſaris ſunt Cæſari,*] hoc eſt, ea quæ ei ex rationabili inſtitutione debetis, puta cenſum, tributum, obſequium. Hæc nã que ſpirituali libertati & ſubiectioni ſub deo, ad quas ordinatur lex diuina, nõ derogant: quia ſpiritualis libertas eſt immunitas à ſeruitute peccati, ac iugo diaboli. Propter quod ſacratiſsimi Apoſtoli Petrus & Paulus in ſuis epiſtolis hortantur ſeruos fideles, vt infidelibus quoque dominis fideliter obſe-
B quantur: [*Et quæ ſunt dei, deo*] id eſt quæ deo tenemini. ſ. obſeruantiam præceptorum ei iugiter exhibete, imò voſipſos diuino cultui totaliter mancipate, quoniam totum quod eſtis, dei eſt, & eius imagine inſignitur. Quemadmodum enim denarius Cæſaris eſt metallum eius imagine decoratum: ita numiſma dei eſt homo ſummæ trinitatis expolitus imagine. ¶ Prætereà non ſic intelligenda ſunt verba chriſti prętacta, quaſi aliquid ſit imperatoris, quod non ſit creatoris, qui iure creationis omnium dominus veriſsime perhibetur, ſed idcirco ſic dixit Saluator, quoniam aliqua ſpecialiter deputãtur terreno præſidi, & aliqua creatori. [*Et non potuerunt verbum eius,*] hoc eſt pręſcriptam Chriſti reſponſionem, [*Reprehendere coram plebe.*] Non enim (vt Salomon ait) eſt ſapientia, non eſt ſcientia, non eſt conſilium contra dominum. De quo in Iob aſſeritur, Qui compræhendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſiliũ prauorum diſsipat. [*Et mirati in reſponſis*] hoc eſt, verbis reſponſalibus [*Eius, tacuerunt,*] videntes ſe nõ poſſe eũ concludere: imò quo amplius eum interrogauerunt, eo plus glorificabant eum & confundebant ſeipſos. Itaque mirabantur quòd tam irreprehenſibiliter mox reſpõdit, & quod inſidiandi, calumniandíque locum non repererunt.

Pſalm. 27. Pſal. 190. Ephe. 6. Titum. 1. 1. Petri. 1. Prouer. 31. Iob. 5.

¶ Conſequenter deſcribitur quæſtio à Sadducæis Chriſto propoſita, per quam voluerunt Sadducæi phariſæos confundere, & Chriſti ſapientiam explorare, [*Acceſſerunt autem quidam Sadducæorum qui negant eſſe reſurrectionem.*] De triplici ſecta inter Iudæos exiſtente, videlicet Eſſeorum, Phariſæorũ ac Sad-
C ducęorum, & diſtinctione eorũ ab inuicem dictum eſt ſupra. ¶ Porrò Sadducęi inter illos grauiſsimè errauerunt, quia nec angelũ, nec ſpiritũ, nec futuram generalẽ reſurrectionem eſſe credebant: imò animas hominum inſtar brutorum dixerunt eſſe mortales, receperuntque libros Moyſi, non prophetarũ, cum tamẽ ex Moyſi libris luce clarius cõſtet angelos eſſe. [*Et interrogauerunt eum,*] videlicet Sadducæi Chriſtum [*Dicentes, Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis*]. i. in Deutero. nobis deo iubente præcepit, [*Si frater alicuius (viri) mortuus fuerit habens vxorem*] vſque ad mortem, [*Et hic ſine filiis fuerit*] id eſt abſque legitima prole obierit, vt nomine filiorum intelligantur & filiæ, ſicut dum pater & filius correlatiue dicuntur, cum pater quis vere ac relatiue dicatur etiam filio carens, nõ filia, ſi filius denotat ſexum, [*Vt accipiat eam frater eius vxorem & ſuſcitet ſemen fratri ſuo,*] hoc eſt, de fœmina illa procreet prolem, quę aſcribatur marito defuncto, vocetúrque filius eius legalis, quamuis ſit filius carnalis mariti ſequentis. Prima & literalis cauſa huius præcepti fuit, ne nomen atque memoria viri prioris de ſua tribu remoueretur. Secũda, vt familiarum ac tribuum maneret diſtinctio. ¶ Myſtice vero per iſtud præceptum ſignificabatur, quòd fratre mortuo, id eſt Chriſto propter nos crucifixo, frater ipſius, videlicet eccleſiaſticus prælatus, debet ei ſuſcitare ſemen ſpirituale, aliquos conuertendo ad ipſum, & bonos ad ſpiritualem inducẽdo profectum. [*Septem ergo fratres erant*] Iſraëliticę ſtirpis, [*Et primus accepit vxorem, & mortuus eſt ſine filiis: & ſequens,*] id eſt ſecundus frater [*Accepit eam*] poſt mortem prioris, [*Et ipſe mortuus eſt ſine filio: & tertius accepit illam ſimiliter & omnes ſeptem,*] id eſt, reliqui omnes, [*Et nõ reliquerunt ſemen, & mortui ſunt,*
D *Nouiſsima omnium mortua eſt & mulier.*] Iſtam quæſtionem propoſuerunt Sadducæi, ad demonſtrandum quod reſurrectio mortuorum non eſſet poſsibilis, quia rationabiliter dici non poſſet, ad quem prædictorum fratrum ſpectaret vxor in reſurrectione futura: ideo ſubditur, [*In reſurrectione ergo cuius eorum erit vxor? ſiquidem ſeptem*] fratres [*Habuerunt eam*] ſucceſsiue [*Vxorem,*] ideo qua ratione pertineret in futura reſurrectione ad vnum, pertineret quoque ad alium. Quo dato fratres ſimul & ſemel haberent eandem vxorem, quod eſt legi contrarium. Vnde beatiſsimus Ioannes Baptiſta dixit miſerrimo, impiiſsimóque Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. ¶ Porrò Sadducæi in quæſtione hac pręſupponebant vnum mendacium, quod tamen à phariſęis reputabatur verum, vtpote quòd poſt reſurrectionem erit vſus ciborum ac venereorum. Vnde & Nicolaus de Gorra teſtatur, quod phariſæi poſt reſurrectionem credebant ſe habituros vxorem ac ſobolem, opulentiamque terrenam, & aureã, ac gemmatam Hieruſalem deſuper cõcedendam per mille annos, atque poſt mille annos, ſe eſſe in cælum feliciter transferendos, quorum errorem dominus pandit ſicut ſubiungitur, [*Et ait illis Ieſus, Filij huius ſeculi,*] id eſt, qui generantur in mundo iſto, & filii ſunt generis humani [*Nubunt*] hoc eſt, vxores accipiunt, [*Et traduntur ad nuptias*] etiam antequam ſint prouectę ętatis, ac ſui iuris, quod neceſſe eſt vt ſpecies perſeueret, quoniam vita iſta mortalis eſt: propter quod dixit Philoſophus, Ad hoc generatio animalibus data eſt, quatenus eſſe, quod perpetuari non poteſt in indiuiduo, con-

Marc. 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſeruetur in ſpecie,per generationum videlicet ſucceſsionem:[*Illi vero qui digni habebuntur ſeculo illo*,].i. E
electi & iuſti quos deus dignos miſericorditer reputabit duratione ac habitatione futuræ fœlicitatis, [*Et reſurrectione ex mortuis*].i.fœlici immutatione ac reſurrectione de morte naturæ ad vitã gloriæ,[*Neque nubent*].i.fœminæ nõ maritabuntur,[*Neque ducent vxores*,]viri,cuius ratio veriſsima ſubditur,[*Neque enim vltra mori poterunt*,]quia nec mors naturæ,neque mors culpę,nec mors miſeriæ,locum habere poteſt in eis.[*Æquales enim angelis ſunt*,].i.angelis erunt æquales,quia ad diuerſos angelorum ordines aſſumentur,iuxta exigentiam diuerſitatis meritorum ſuorum.[*Et filij ſunt dei*,]filiatione perfectæ adoptionis per ſimilitudinem gloriæ,& perceptione hæreditatis æternæ,dicente Apoſtolo,Si filij,& hæ-
Roma.8. redes,hæredes quidem dei,cohæredes autem Chriſti.Et Pſalmiſta,Tu es qui reſtitues hęreditatẽ meã
Pſalm.15. mihi.Hæc autem hæreditas eſt eſſentiale præmium beatorum,deinde eſt & præmium accidentale.Vn
1.Cor.2. de ait Apoſt.Oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderũt,quæ præparauit deus diligentibus ſe.[*Cum ſint filii reſurrectionis*]beatificæ.i.beatæ immutationis,quæ proprie reſurrectio appellatur,nam impij ad maiorem calamitatem reſurgent.

¶Denique ex his æternæ,increatæ & infinitæ ſapientiæ verbis,patet perfidia ſceleratiſsimi Machometi,falſitas Alchorani,error Sarracenorum & Iudæorum ac Tartarorum. Totius enim ſignifer falſitatis perfidiſsimus Machometus in ſuo Alchorano ſæpiſsime proteſtatur,quod poſt reſurrectionẽ generalem iuſti erunt in paradiſo terreſtri,& cibis,potibus atque venereis abundantiſsime in perpetuum F
perfruentur.Et mira eſt cæcitas illius perditiſsimi Machometi, quia frequẽter fatetur,quòd Deus miſit Moyſi teſtamentum,Dauid Pſalterium,Chriſto Euangelium,& ſibi Alchoranum, cum tamen in Alchorano quaſi innumerabilibus vicibus contradicat ſcripturis veteris teſtamenti & Pſalterii ac Euangelij,quemadmodum in tractatu,quem contra perfidias Alchorani,& contra ſingulos ſingulorum capitulorum eius errores compegi, luce clarius demonſtraui.Nec dubium, quin etiam ſit contra omnem naturalem philoſophiam,beatitudinem hominis in voluptatibus conſiſtere guſtus & tactus.

¶ Cõſequenter veritas ſpecialiter reprobat Sadducęorum errorem,negantium reſurrectionem,[*Quia vero reſurgunt mortui*,]id eſt mortuos eſſe reſurrecturos,[*Et Moyſes oſtendit ſecus rubum*].i.docet ac innuit deſcribendo verba quæ deus per angelum loquebatur ad ſe circa rubũ,de cuius medio angelus loquebatur ad eum,vt patet in Exodo,[*Sicut dicit dominum deum Abraham & deum Iſaac & deum Iacob*,]ſe-
Exod.3. cundum quod ibi Moyſes recitat,quod ipſe omnium dominus & creator vocauit ſe deum horum trium patriarcharum.Ex quo probatur,quod aliquo modo viuant,puta in anima,cum eorum corrupta ſint corpora.Cum etenim Moyſes interrogaſſet nomen dei,& deus dixiſſet,Ego ſum qui ſum.Hęc dices filiis Iſraël.[1] protinꝰ addidit,Dominus deus patrum veſtrorum, deus Abraham,deus Iſaac, & deus Iacob,miſit me ad vos.Hoc nomẽ eſt mihi in æternum,& hoc memoriale meum in generationem & generationem.Prętereà(vt ſanctus Sylueſter papa diſſeruit)deus voluit ſe horum trium patriarcharũ G
deum vocari,& ſub commemoratione nominum eorum exorari,ad inſinuandum ſuperbeatiſsimę trinitatis myſterium,Sunt & aliæ cauſæ.Prima,quia hi patriarchæ fuerunt primi & generales progenitores Iſraëliticæ plebis.Secunda,quia eximiæ ſanctitatis fuerunt,& in multis excellentiam aliquam ſortiuntur.Tertia,quia ad eos de Chriſti aduẽtu facta eſt repromiſsio manifeſta,vt patet in Geneſi.Quarta,vt filij Iſraël generis ſui dignitatem aduerterent,ſicque idololatriam euitando, verum colerent deũ & deo grati conſiſterent. Quinta,vt horum patriarcharum virtutes cunctis eorum poſteris in exempla proponerentur. ¶Inſuper quòd ex præallegatis Moyſi verbis ſequitur hos viuere patriarchas,
Actu.10. probat Saluator,[*Deus autem non eſt mortuorum,ſed viuorum. Omnes enim viuunt ei.*]Sed contra hæc verba poteſt fieri triplex obiectio.Prima,quia deus dicitur iudex viuorũ & mortuorum,ergo ſimiliter dici poteſt deus eorum.Secunda,quia præfati patriarchæ vere ſunt mortui,quẽadmodum ſcriptura deſcribit. Tertia,quoniam impij non viuunt deo,ſed propriæ potius voluntati coram deo mortui perhibentur.Et reſpondendum ad primum,quòd aliquid dicitur dupliciter mortuum. Primò omnino ſecundum corpus & animam, & ita non eſt deus mortuorum deus aut iudex. Secundò,quantum ad corpus tantum: ſicque mortuorum deus & iudex eſt dominus. Ad ſecundum ex eodem patet reſponſio, quia præfati ſunt vere mortui quantum ad corpus.Ad tertium eſt dicendum,quòd impij ac damnati non viuunt deo, id eſt, ſecundum legem diuinam,nihilominus viuunt deo, id eſt, ad ſuæ H
iuſtitiæ declarationem, ſiue ad ſuæ maieſtatis honorem,quia in eis oſtenditur omnipotentia creatoris & æquitas eius,imò pietas eius aliquo modo, quoniam citra condignum puniuntur damnati, & impij in ſeculo iſto: interdum miſericorditer conuertuntur, & pie à deo tolerantur,ac varia eius beneficia ſortiuntur. ¶Sed poſſet quis dicere,Qualiter ex his verbis probatur reſurrectio mortuorum, cum non aliud ex eis conſequi videatur, niſi quod immortalis ſit anima rationalis? Reſpondetur, quod Chriſtus loquebatur Sadducæis,qui ideo reſurrectionem negabant,quoniam animas dixerunt eſſe mortales: ideo immortalitate animę demonſtrata, probata eis fuit reſurrectio corporum, & etiam idem ex aliis poteſt inferri.Primò,cum anima ſit naturaliter corporis forma,naturalem habet inclinationem ad reunionem cum ipſo.Secundò,quoniam ſicut anima meruit atque demeruit,ita eſt finaliter remunerãda.Quemadmodum ergo in corpore meruit ac demeruit,ita in ipſo vltimate eſt præmianda. Tertiò, quoniam anima cum ſit naturaliter pars alicuius totius,non poteſt in ſeipſa ſubſiſtentiam habere perfectam,ergo nec plenam fœlicitatem. Quartò,quoniam ſenſitiuæ vires radicaliter manent in anima,idcirco ad corpus naturalem habet affectum,nec abſque illo plene quieſcit aut contentatur.Vnde & Platonici dixerunt animas corporibus reuniendas: ſed errabant in hoc,quòd eas dixerunt corporibus denuo morituris vniri.Poſtremò ex modo loquendi ipſius Moyſi in quinq; libris ſuis clariſsime innoteſcit animas hominũ eſſe perpetuas. Frequenter etenim eos ait qui obierunt eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A collectos ad patres ſuos. Et Iacob patriarcha, Deſcendam (inquit) ad filium meum lugẽs in infernum. Geneſ. 37.
Abrahæ quoque perhibuit deus, Merces tua magna eſt nimis. Temporalia autem non poſſunt eſſe ſufficiens retributio operum charitatis & gratiæ, quæ ſunt opera ſupernaturalis ac præſtantiſsimę dignitatis, temporalium rerum valorem ac dignitatem incomparabiliter excedẽtia. Denique multi iuſti & ſancti veteris teſtamẽti in vita præſenti, aduerſitatibus maximis, & diuerſis vſque ad finem vitę affecti ſunt, & tandem pro iuſtitia interfecti, vt de ſeipſo recitat Hieremias, & de multis cõſtat prophetis, de quibus certum eſt, q̃ in vita prę ſenti non ſunt pro ſuis meritis remunerati, ergo poſt vitã hanc. [*Reſpondentes autem quidam ſcribarum,*] qui erant legis doctores, [*Dixerunt.*] Sed quomodo reſpondiſſe dicũtur, qui interrogati non erant? Dicendum, q̃ reſponderunt. i. ad præinducta verba Chriſti apte & correſpondenter loquuti ſunt, [*Magiſter bene dixiſti*]. i. veraciter reſpondiſti. [*Et amplius non audebant eum quicquam interrogare*] Phariſæi & Sadducæi, quia quo plus Chriſtum interrogauerunt, eo ſapientia eius clarior apparebat & maior, & ipſi plus confutabantur: ſi autẽ pia intentione, deſiderio proficiendi interrogaſſent dominum Ieſum, quo ipſe celerius ac ſapientialius reſpondiſſet, eo ipſi auidius atque indeſinentius ſciſcitati fuiſſent. Itaq; non audebant magiſtrum veritatis amplius interrogare, ad tempus ſcilicet die iſto, tamen paulo poſt tẽpore paſsionis ſæpe interrogauerunt eundem. Ex quibus elicitur inuidiam rationabiliter conuictam acrius malignari. Et quoniam non audebant Chriſtum magis interro- Hiere. 20.
B gare, ipſi eos charitatiue interrogauit, vt eorũ errorem excluderet, quia ſciebat eos male ſentire de rege Meſsia, vtpote quòd purus exiſteret homo. [*Dixit autem ad illos,*] videlicet ſcribas & phariſæos, [*Quomodo dicunt Chriſtum filium Dauid eſſe?*]. i. qualiter ſcribæ & phariſæi, cæteriq́ue cõmuniter affirmant Chriſtum de Dauid regis ſemine naſciturum, & eius filium appellandum, ita quod ſecundum eos erit duntaxat filius Dauid, & non dominus eius? [*Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, Dixit dominus,*] ſcilicet de⁹ pater, [*Domino meo,*] vtpote Chriſto, [*Sede a dextris meis*] id eſt, mihi ęqualis eſto ac reſide, ſecundum q̃ Pſal. 109.
deus es, atque ſecundum naturam tuam humanam in potioribus bonis, & beatitudine ampliori in cũctis beatis conſiſte, vtpote præ omni pura creatura mihi propinquior, quia in donis gratiæ & gloriæ omnibus illis inæſtimabiliter es præfulgens. Itaque Chriſto ſecundum vtranque ſuam naturam competit ad dei patris dexteram reſidere, ſed diuerſimode, vt eſt tactũ. [*Donec ponam inimicos tuos,*] omnes videlicet incredulos, impios & reprobos, [*Scabellum pedum tuorum,*]. i. eos tibi perfecte ſubiiciam, ſubiectione coacta per diiudicationem & condemnationem, quod erit in finali iudicio & inferno. Porrò domino ſaluatori quantum ad ſuam humanitatem data eſt omnis poteſtas & omnium creaturarũ dominium ab incarnationis ſuę exordio, quantum ad authoritatem & poteſtatis huius poſſeſsionẽ. Nam
C eo ipſo quod Chriſti humanitas vnita eſt verbo ęterno hypoſtatica vnione, prę lata eſt omni creaturę: vnde & ante paſsionem dixit, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et rurſus, Dedit ei po- Matt. 28.
teſtatem iudicium facere, quia filius hominis eſt. In reſurrectione autem data eſt chriſto homini iſta poteſtas, quantum ad eius manifeſtationem, quia extunc cœpit Chriſti maieſtas publice prædicari, & omnibus notificari. In vltimo vero iudicio dabitur ei poteſtas hæc, quantum ad plenam ipſius exequutionem, quando (iuxta Eſaiæ oraculum) ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnãt ei. [*Dauid ergo dominum eum vocat, & quomodo filius eius eſt?*] Tanquam dicat, Ex quo Dauid, qui fuit præpotẽs Eſaiæ. 45.
rex eximiusq́ue propheta, atque præcipuæ ſanctitatis, Chriſtum nominat dominum ſuum, innuit chriſtum eſſe plus quàm prophetam, ac regem. Quomodo ergo filius eſt? Ad hoc nullus iſtorũ chriſto poterat reſpondere, vt in Matthæo habetur. Si autem cognouiſſent duplicem eſſe in Chriſto natu Matth. 22.
ram ac generationem, facile reſpondiſſent, quòd ſecundum naturam diuinam & generationem æternam eſſet dominus Dauid, & filius eiuſdem Dauid ſecundum naturam humanam & generationem temporalem. [*Audiente autem omni populo*] qui prædicationi interfuit, [*Dixit diſcipulis ſuis, Attendite*]. i. vos præſeruate & cuſtodite [*A ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis*]. i. albis ac candidis veſtibus, vt videantur cæteris ſanctiores, quo conſtat q̃ amabant vanam oſtentationem. [*Et amant ſalutationes in foro*]. i. ſalutationes publicas, & cum reuerẽtia ac capitis inclinatione exhibitas, præſertim à magnis perſonis, ſicq́ue humanum requirebant fauorem. [*Et primas cathedras*]. i. honorabiliores ſedes in ſynagogis, quo in
D noteſcit eorũ ambitio, [*Et primos diſcubitus*]. i. ſuperiora loca, [*In conuiuiis,*] per quod eorũ guloſitas atque ſuperbia deſignantur. [*Qui deuorant domos viduarum,*] hoc eſt, facultates earũ guloſe cõſumunt, [*ſimulantes longam orationem*]. i. prolixe quaſi orantes, cũ tamẽ ore, non corde orarent: nec ex vera virtute ſed cupiditate & vanitate orabant, vt ab hominibus, præſertim à viduis aliquid habentibus, reputarentur ſancti, ſicq́; copioſa à viduis acquirerent munera, quia ad dandũ deuotis ſunt viduæ magis pronę ac liberæ quã fœminæ maritatæ. [*Hi*] ſcribæ, in quibus fuit ſcientia informis & inflans, [*Accipient damnationẽ maiorem*]. i. grauius punientur in ſempiternũ, ſecundũ quod aliis enormius peccauerunt. O quã multi etiã modo in eccleſia horũ ſcribarũ & phariſæorũ vitia imitantur, non dei honorẽ & gloriã, ſed propriam commoditatem, & venerationem, laudem & famam quærentes, carnalitati deſeruientes, ambitioſi & ſimulatores, ac ſpiritualia propter temporalia exhibentes: quemadmodum quidam presbyteri propter oblationes multiplicant miſſas. Væ ambitioſis prælatis, carnalibus, cupidiſq́ue doctoribus, & vniuerſis ſuperbiæ filiis. Denique circa præhabita dicit Chryſoſt. Dum Iudaicos ſacerdotes Chriſtus confundit, etiam Chriſtianos presbyteros monet, ne cum viduis commorentur magis quàm cum cæteris fœminis: quia etſi voluntas mala non eſt, tamen ſuſpitio mala eſt. Et iterum ait, Non ſolũ corpore in nouiſsimo loco ſimus, ſed & animo nouiſsimos omnium nos reputemus. ¶ Poſtremò poſſet hic quæri, cur fons ſapientiæ verbum dei in excelſis, cuius omnis actio eſt noſtra inſtructio, clerũ Iudęorum, videlicet ſacerdotes, ſcribas & phariſęos coram vulgo publice increpabat? Et reſpõdendum, quod certum eſt eum hoc diuino feciſſe inſtinctu propter diuerſas cauſas. Primò, quia illorũ vi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tia publica erant. Secundò, quoniam ſcandalizatiua fuerant plebis. Tertiò, pro informatione diſcipu- E
lorum, quatenus & maiores auderent corripere. Quamuis autem omnis Chriſti actio ſit Chriſtianorum inſtructio, non tamen illa inſtructio eſt ſemper ad imitãdum: ſed interdum ad fidei firmitatẽ aut morum reformationem, ſeu alia quædam. Hæc autem increpatio ſcribarum & phariſæorũ à Chriſto multo diffuſius deſcribitur à Matthæo, in quo & Chriſti iuſtitia declaratur: quia dum eius reſpõſionem commendaſſent ſcribæ, non eſt reprehenſibiliter emollitus, ita vt contra iuſtitiam ab eorum correptione taceret, ſed protinus eos durè corripuit: à cuius imitatione labũtur, qui humano fauore, adulatione, laude, aut munere, mente ſic eneruantur, vt à fraterna correptione, aut paterna correctione delinquentium retrahantur. Alij verò econtra non ex charitate ac zelo iuſtitiæ, ſed ex ira, & impatientia, auerſione, aut alia paſsione, ad correptionem ſeu correctionem proximorum mouentur, & dum alios videntur velle curare, grauius lædunt ſeipſos.

Elucidatio cap. xxi. [*Reſpiciens autem Ieſus, videbat eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium.*] Artic. xliiii.

Reſpiciens autem Ieſus]. i. populum ſuas oblationes in templo facientem conſiderans, vt aliquod ſpirituale proponeret documentum, & per exteriorem illum aſ- F
pectum inſinuauit, q̃ eos qui bonis operibus ſunt intẽti libenter attendit, atque eorum deuotioni congratulatur, [*Videbat eos qui mittebant munera ſua*] id eſt oblationes ſuas ponebant ſeu proiiciebant [*In gazophylacium*] diuites. i. in repoſitorium talium oblationum. Et dicitur gazophylacium à gaza quod eſt diuitiæ, & phylaxin quod eſt ſeruare, quaſi reſeruatorium diuitiarũ. Erátque gazophylacium triplex. Vnum, in quo ponebantur oblationes ac donaria regum, quod in libris Regum muſac ſabbati appellatur. Secundum, in quo ponebantur oblationes ſacerdotum, vocabatúrque carbona. Tertium, in quo vulgi oblationes reponebantur, quod cõmuni nomine gazophylacium nominabatur, quod ſecundum Auguſt. fuit arca, in qua ponebantur oblationes ad ſuſtentationem miniſtrorum templi, vel etiam ad reparationem ædificiorum ipſius. Interdum quoque gazophylacium dicitur locus in quo erat huiuſmodi arca: iuxta illud Ioannis, Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in templo. Interdum domus ſacerdotum ac leuitarum prope templum. Nõnun quam horreum collocationis primitiarum ac decimarum. Spiritualiter verò arca dei ſit anima noſtra, G
in qua deo quotidie offeramus ſacrificium laudis, thymiama deuotæ orationis, ignem feruidorum affectuum, charitatis & contemplationum exceſſus. [*Vidit autem & quãdam viduam pauperculam mittentem*] in gazophylacium [*Aerea minuta duo*] id eſt duos exiguos obulos factos de ære, non de argento aut auro, qui ſecundum Chryſoſt. valebant quartam partem denarij vſualis, [*Et dixit, Vere dico vobis*] diſcipulis meis, [*Quia vidua hæc pauper plus quam omnes miſit,*] id eſt cæteris omnibus hic modo offerẽtibus plus obtulit. Plus, inquam, non per reſpectum ad magnitudinem rei oblatæ in ſe, ſed per reſpectum ad interiorem deuotionem, & animi promptitudinem atque diuinam acceptationem, & muneris qualitatem, quia de neceſſariis ſibi. Hinc ſubditur, [*Nam omnes hi,*] ſcilicet diuites, [*Ex abundanti ſibi miſerunt in munera dei*] id eſt ex copioſa ſua ſubſtantia poſuerunt aliquid in gazophylacium inter oblata, quę dicuntur munera dei. Primò, quia à deo hominibus ſunt collata, quemadmodum Dauid loquitur domino, Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Secũdò, quia deo ab hominibus offeruntur: ideo viliora non ſunt domino offerẽda, ſed meliora: quemadmodum in Geneſi legitur, quòd Abel obtulit deo de primogenitis gregis ſui, adipibúſque eorum: Cain verò de fructibus terræ. In Malachia quoque habetur, Si offeratis claudum aut languidum, nónne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei. Quaſi dicat, Terrenus princeps tuus tibi indignaretur, ſi ei offerres quod vilius eſt. Et iterum dicitur ibi, Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciẽs immolat debile domino. [*Hæc autem ex eo quod deeſt illi*]. i. vidua iſta paupercula ex terrena ſubſtantia quam non ha- H
bet, [*Omnem victum ſuum quem habuit miſit*]. i. idipſum modicum quod habuit, ex quo ſe aliquantum ſuſtentare potuit, obtulit: ſicque modicum iſtud fuit pars terrenæ ſubſtantiæ communiter ſumptæ, de qua ipſa parum quid habuit. Et quod ait, omnem victum ſuum, &c. intelligi poteſt ſiue ſimpliciter, ita quòd de numiſmate nihil retinuit ſibi: aut per modum hyperbolicæ loquutionis, quo aliquid dicitur per exceſſum. ¶ Si autem obiiciatur, quomodo chriſtus laudet viduam iſtam de huiuſmodi oblatione, cum virtus circa medium dicatur conſiſtere? Reſpondetur, quòd virtus conſiſtit circa medium in his, quæ ſunt neceſsitatis, non ſemper in his quæ ſunt ſupererogationis, in quibus ſæpe omnimoda temporalium derelictio commendatur, vt patet in paupertate & caſtitate religioſorum. Præterea aduertendum, quòd cum ſit duplex proportio, vtpote geometrica & arithmetica, ſecundum alteram harũ proportionum dicitur vidua iſta plus aliis obtuliſſe, quia per reſpectum ad ſubſtantiam ſuam, plus obtulit quàm diuites per cõparationem ad ſuas poſſeſsiones. Denique & nos cum vidua iſta offeramus deo duo minuta, videlicet corpus & animam, & quicquid poſſumus ac habemus. [*Et quibuſdam dicentibus de templo*] id eſt aliquibus diſcipulis Chriſti dicentibus ei de templo Hieruſalem, [*Quod de lapidibus bonis & donis ornatum eſſet,*] quòd ex aptis lapidibus eſſet conſtructum, & pretioſis vtenſilibus ſeu denariis decoratum, & pulchre formatum, [*Dixit*] Saluator diſcipulis iſtis adhuc rudibus: quibus nunc multi aſsimilantur, qui magis reſpiciunt ad ornatum eccleſiæ corporalem quàm ſpiritualem, ad pulchritudinem ædificiorum quàm ſanctimoniam miniſtrorum, ad redditus quàm virtutes: vnde & magis eligunt in prælatos eos qui corporalia illa quàm qui ſpiritualia iſta poſſunt procurare, augere, defendere:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A idcirco eccleſia ad deflendam deuenit ruinam. Hinc Chriſtus reſpondit diſcipulis, [*Hæc*] templi ædificia, [*Quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.*] Hoc quadragesimoſecundo poſt Chriſti paſsionem anno per Titum pro magna parte eſt factũ, deinde per Adria- Lucæ.19.
num completum, vt ſupra plenius dictum fuit. [*Interrogauerunt autem illum, dicentes, Magiſter, quando hæc erunt*] .i. quando tam funditus deſtruetur Hieruſalẽ, [*Et quod ſignum apparebit, cum fieri incipient?*]
Iſti diſcipuli, vt dicitur in Marco, fuerunt Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas, qui ſecreto ſciſcitati Marci. 13.
ſunt Chriſtum, non ſolum de iſtis, ſed & de finali iudicio, conſummationéque mundi: iuxta illud Mat Matth.24.
thæi, Acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſeculi? [*Qui dixit, Videte ne ſeducamini,*] à pſeudo ac impiis. [*Multi enim venient in nomine meo dicentes, Quia ego ſum,*] id eſt in nomine meo venire ſe dicent, & nomen meũ mendaciter ſibi aſcribent, ita quòd vnuſquiſque eorum dicet ſe eſſe Chriſtum vel aliquem magnũ, vt fuerunt hæreſiarchæ. Porrò Simon Magus dixit ſe Chriſtum, & dei virtutem ac verbum. ſimiliter Simon Eſſæus dixit ſe eſſe Meſsiam ac liberaturum Iudæos à tributo atque dominio Romanorũ, vt Ioſephus refert, & iſti deſtructionem Hieruſalem præceſſerunt: ſimiliter ſecundum Chriſti aduentum præce- Actu.8.
dent tales iniqui. ¶ Præterea Chriſtus determinate non exprimit tempus præfatæ deſtructionis Hieruſalem, aut ſecundi ſui aduentus, conſummationíſque mundi: ſed ſigna quædam, quatenus temporis
B incertitudo reddat nos cautos ac timoratos, & ad ſignorum euentus ſolicitos ac paratos. Vnde alibi ait Saluator, Vigilate, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. [*Et tempus appropinquabit.*] Hoc dupliciter poteſt exponi. Primò, quòd pſeudo illi dicent, tempus appropinquabit, videlicet tempus ſaluationis fiendæ per eos ſeu finalis iudicij. Secundò, vt ſit verbum Chriſti, ita quòd poſt illorum falſariorum aduentum appropinquabit ruina Hieruſalem aut conſummatio ſeculi. [*Nolite ergo ire poſt illos,*] Lucæ.12.
id eſt nec corporaliter eos ſequamini, nec eis credatis aut conſentiatis. Circa hæc ſcribit doctiſsimus Nicolaus de Gorra, Multi hodie ſequuntur Simonem Magum. Pauci nanque ſunt beneficiati, niſi aut prece, aut pretio, aut tẽporali ſeruitio, vel intuitu ſanguinis, aut amore, timoréve principis: multi quoque ſequuntur Antichriſtum, qui propter auaritiam deſerunt Chriſtum. Chriſtus quippe in vna perſona habuit tres naturas, videlicet corpus, animam, deitatem: ambitioſi verò in vno ſubſiſtente, plures
congregant perſonatus ſiue præbendas. [*Cum autem audieritis prælia,*] quæ inferentur ab extraneis, [*Et* Prouer. 28
ſeditiones,] quæ concitabuntur à conciuibus, [*Nolite terreri*] inordinato & mundano timore rationem turbante. Iuſtus nanque quaſi leo confidens abſque terrore erit, nec contriſtabit iuſtum quicquid ei
C acciderit, vt Salomon conteſtatur. [*Oportet primum hæc fieri,*] id eſt ante deſtructionẽ Hieruſalem, ſeu ſeculi finem hæc neceſſe eſt euenire, non abſoluta & fatali neceſsitate, ſed neceſsitate conditionata & conſequentiæ, inquantum à deo præuiſa ſunt, quamuis in ſeipſis ſint contingentia. Rurſus oportet ea accidere, nõ deo cogente, ſed hominum malitia exigente: vel oportet, quia opportunum & aliquo modo expediens eſt ea contingere: iuxta quem modum ait Apoſtolus, Oportet hæreſes eſſe, vt qui proba- 1.Cor.11.
ti ſunt, manifeſti fiant. [*Sed nondum ſtatim finis,*] id eſt eis euenientibus non determinate cognoſci valebit tempus & hora vaſtitatis Hieruſalẽ, nec protinus finis mundi inſtabit. [*Tunc dicebat illis*] ſigna prętacta magis in ſpeciali exprimendo, [*Surget gens contra gentem*] id eſt populi minorum prouinciarum contra ſe inuicem præliabuntur, [*Et regnum aduerſus regnum,*] id eſt maiores prouinciæ ſeu regiones & reges earum aduerſus ſe compugnabunt, [*Et terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames, terroréſque, & ſigna de cælo,*] id eſt grandis terror incutietur hominibus ex his quæ apparebunt in cælo aëreo & cæleſti atque angelica fient virtute, nempe vt refert Ioſephus, imminente deiectione Hieruſalem, ignęæ acies, currus, equitéſque armati in aëre diſcurrentes apparuerunt ac præliantes: ſtella quoque formam gladij habens per annum pepẽdit ſuper Hieruſalem. [*Et ſigna magna erunt,*] id eſt ſupernaturales immutationes, inſolitíque euentus. Vnde & tunc vitula inter immolantium manus peperit agnam.
¶ Præterea quæritur, cum prælia, ſeditiones, terræmotus, peſtilentiæ, fames, atque terribiles ac diuerſæ exhalationes, impreſsiones, figuræ, & alterationes, vt ſunt cometæ, dracones volantes, capræ ſaltantes,
D caſtra, ac conſimilia, de quibus in libro meteorum agitur, naturaliter fiant, quomodo poſſunt eſſe ſigna futurorum, præſertim naturaliter, non præſcibilium, imò qualiter ſigna conſiſtere queunt, cum (teſte Gregorio) ſigna non ſint quæ naturaliter accidunt? Reſpondet ſanctus Gregorius, quòd Chriſtus loquitur de præinductis, ſecundum quod ſupernaturaliter venient, & ordinem temporum non obſeruant. Vnde & alij aſſerunt, quòd prædicta abundantius euenerunt, inſtante deſtructione Hieruſalem, & adhuc multo abundantius euenient mundi fine inſtante, quàm naturaliter ſoleant, & ita ſunt ſigna. Denique quia hæc ſigna tam ad deſtructionem Hieruſalem quàm ad ſecundum Chriſti aduentum valent referri, nec certum eſt in quanta abundantiæ maioritate ſeu menſura cõtingent mundi termino imminente, ideo ex eorum euentu prænoſci non poteſt determinatum tempus aduentus Antichriſti, conſummationíſque ſeculi, prout Auguſtinus probat diffuſius. [*Sed ante hæc omnia*] .i. priuſquã memorata eueniant ſigna, [*Iniicient vobis manus ſuas,*] id eſt violentiam inferent, [*Et perſequentur,*] de loco ad locum fugando, verbera & conuitium inferendo, ſeu aliter moleſtando, [*Tradentes in ſynagogas,*] id eſt in publica ſua conuenticula vos adducentes, [*Et cuſtodias*] id eſt in carceres [*Trahentes*] vos violenter & irreuerenter, tanquam ſacrilegos, [*Ad reges & præſides propter nomen meum*] .i. ob hoc quòd Chriſtiani eſtis, & meam fidem ac legem euangelicam prædicatis. Quòd autem hæc omnia in Chriſti apoſtolis ac diſcipulis realiter ſint impleta poſt Chriſti reſurrectionem ante deſtructionem Hieruſalem, ex libro Actuum apoſtolorum clariſsimè demonſtratur. Ibi nanque leguntur apoſtoli à Iudæis Actu.5.
capti, in concilium eorum adducti, incarcerati, flagellis cæſi, multiplicitérque afflicti, quod tamen cũ gaudio pertulerunt. Petrus quoque apoſtolorum prælatus & vertex, & Iacobus maior coram Herode

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rege fuerũt adducti, & Paulus ante diuersos præsides extitit præsentatus, videlicet coram Felice & Fe E
sto, ac aliis. Nihilominus possunt hæc sub persona & nomine apostolorum exponi de fidelibus circa finem mundi futuris, imò de aliis, præsertim de sanctis martyribus. [*Cõinget autem vobis in testimonium,*] id est vniuersa persequutio præinducta eueniet vobis in signum & attestationem, quòd vere discipuli mei fidelissimi estis, & quòd illi impie contra vos egerunt, ac iuste damnentur, quia spreuerunt & affli xerunt vos, nec credere voluerunt prædicationibus vestris, per diuina miracula confirmatis. [*Ponite ergo in cordibus vestris*] id est firmiter proponite, [*Non præmeditari quemadmodum respondeatis*] aduersariis legis & fidei, quam tradidi vobis. [*Ego enim*] qui sum æternus & omni potens deus, verbũ dei patris, fons sapientiæ, & sapientia increata ac ingenita, [*Dabo vobis os,*] id est efficaciã, cõstantiámque loquendi, [*Et sapientiam,*] ad intelligendum quæ dei sunt & fidei Christianæ, atque ad reprobandum idololatriam & omnem hæreticam prauitatem, [*Cui*] sapientiæ [*Non poterunt resistere,*] rationabiliter respondendo, [*Et contradicere,*] veraciter obiiciendo ac replicando, [*Omnes aduersarij vestri,*] videlicet Iudæi & hæretici ac
Apoca.16. pagani, qui in Apocalypsi designantur per tres spiritus immundos, qui in modum ranarum de ore be-
Actu.16. stiæ exierunt. Hinc quoque in Actibus legitur, quòd Iudæi non potuerunt resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur per Stephanum. Et in beatissimis vtriusque sexus innumerabilibus martyribus istud copiosissimè ac mirabilissimè est impletum: qui inter immanissima ac multiplicia supplicíorum genera tam promptissimè, sapientissimè, constantissimè, tranquillissimè, insuperabiliter responderunt, F
quasi non ipsi, sed in eorum persona alij sustinuissent tormenta, vel quasi non ipsi, sed alius formasset verba per eos: quod & vtique ita fuit, secundum quod Christus alio loco dixit, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: & erat supermirabile in multis illustrissimis tenerrimísque puellis valde iuuẽculis, quæ sua facundia, sapientia, constantia, tyrannos & mundi sapiẽtes penitus cõfuderunt ac deuicerunt, quod sine supernaturali dei auxilio fieri nullatenus potuisse luce clarius constat. Estque hoc ipsum veritatis Christianæ fidei indubitabile argumẽtum, potissimum quia & martyres glorioſi in suis passionibus, ac postea tot & tantis coruscabant miraculis. Ita quoniam fidem catholicam defensare, & cõtra eius aduersarios præliari ac pro ea pati & mori, est pugna dei: ideo Christus suis dixit martyribus, ne anxia aut solicita præmeditatione se arment, sed deo suam committant causam, & eius inuocent opem, quatenus eos in omni aduersitate cõfortare & cõseruare dignetur: & totam spem suam figant in eo, de suis viribus nil præsumentes. ¶ Postremo, si quis beatissimorũ martyrum, Dionysij, Ignatij, Laurentij, Vincẽtij, Catharinæ, Agathæ, Agnetis, Eulaliæ, Christinæ, & aliorum prorsus innumerabiliũ gesta & passiones, perspicaciter legat, sciet, quàm vera sint ista. [*Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis,*] id est multos vestrum oc G
cident, & hoc auxit suppliciũ, quòd à tam propinquis & tam amicabilibus tradebantur & occidebantur. Molestius quippe feruntur aduersa, quæ à propinquis & familiaribus, de quorum præsumebatur amicitia, infliguntur: quia vltra corporalem tribulationem inflictam, mẽs de amissa charitate, & propinquorum ac amicorum infidelitate affligitur. Propter quod Christus de suo loquitur traditore, Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu verò homo vnanimis, &c. Porrò in exordio primi
Psalm. 54. tiuæ ecclesiæ, Iudæi & Gentiles passim conuertebantur ad Christum, parentibus, cęterísque cognatis inuitis, & ita tradebantur ab eis, & sæpe occidebantur: quemadmodum sacratissimam virginem Bar-
Matth. 10. barã pater ipsius manu propria decollauit, prout Christus in Matth. prenũciauit, Tradet frater fratrẽ in
Marci. 10. mortẽ, & surgent filii in parẽtes, & morte afficient eos. Et rursus, Nolite (inquit) arbitrari quod venerim mittere pacẽ in terra, Non veni mittere pacẽ, sed gladiũ. Veni enim separare hominẽ aduersus patrẽ suum, & filiã aduersus matrem suã, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. [*Et eritis odio omnibus hominibus*] i. quibusdam de omni genere hominum, vt sit distributio pro generibus singulorũ, non pro singulis generum: vt dicat omnibus hominibus, propter multitudinem
Philip.2. odientium eos: iuxta quem modũ ait Apostolus, Omnes quæ sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi. [*Propter nomen meum*] i. propter prędicationem, confessionem & cultum nominis mei & legis ac fidei Christianę, nempe vt Terentius protestatur, Sicut obsequium parit amicos, sic veritas odium. ¶ Sed
1.Cori.10. obiici potest illud Apostoli, Ego per omnia omnibus placeo. Respondetur, quod idẽ Apostolus lo- H
quitur, Si hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Itaque aduertendũ, quod scriptura loquitur de homine dupliciter. Primo, secundum id quod supremum & melius est in homine, vtpote secundũ rationem, gratias & virtutem, & ita vocatur humanũ, quod rationabile est & pium: sic Apostolus dicit, Si secundũ hominẽ, id est, rationabiliter, ad bestias, id est, cõtra bestiales homines, pugnaui Ephesi,
1.Cori.15. id est, disputaui in Epheso. & hoc modo ait Apost. Ego per omnia omnibus placeo. Secundo loquitur scriptura de homine secundum id quod carnale & paruum extat in eo, quod & in maiori hominũ parte prædominatur, quoniam maior pars hominum sensualitatẽ, errores & vitia sequitur: & ita nunc loquitur Christus, & item Apostolus vbi ait, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Porro
Galat.1. causa odij huius est dissimilitudo, quæ est inter seruos Christi & seculi, inter ciues Hierusalem & Ba-
Ioan.16. bylonis. Propter quod in Ioanne asserit Christus apostolis, Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũdus. [*Et capillus de capite vestro non peribit.*] Non est hoc ita accipiendum, quod in resurgentibus erunt omnes capilli qui fuerũt in eorum capitibus: sed tot, quot ad capitis perfectionem & ornatum spectabũt. Potest & ita intelligi, nihil ad corporis veritatem, integritatem, decorẽ pertinens deerit in resurrectione electis. Si enim non peribunt capilli, multo minus membra, carnes, & ossa. Spiritualiter vero, capilli sunt cogitationes, affectionésque animę: quæ si bonę & charitatiuę fuerint, non carebunt beatitudinis præmio. [*In patientia vestra*] i. virtute & merito patientię vestrę, [*Possidebitis animas vestras*] i. eas salubri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ter cuſtodietis,& à varijs præſeruabitis vitiis,quæ per impatientiã incidit homo, eásque rationi & deo ſubiectas habebitis:per impatientiam vero perdit homo animam ſuam,cum Salomon dicat, Qui impatiens eſt,operatur ſtultitiam.Iob quoque,Quid perdis animam tuam in furore tuo? Tanta autẽ eſt patientiæ virtus,vt Iacobus dicat,Patientia opus perfectum habet.Et Salomon,Melior eſt patiens viro forti,& qui dominatur animo ſuo,expugnatore vrbium. Eſt autẽ patientia virtus moralis,per quã homo moderatur ac frenat paſsionem triſtitiæ,ne ſcilicet in aduerſis immoderate triſtetur,imò potius gaudeat in eiſdem propter multiplicem fructum inde prouenientem. Propter quod in exordio ſuę canonicę Iacobus monet,Omne gaudium exiſtimate fratres,cum in diuerſas tẽtationes incideritis. Denique omnium virtutum ſpiritualiúmque profectuum,patientia eſt probatrix,nec melius experiri poteſt an homo ſit vere humilis, charitatiuus,manſuetus,proficiens,quam per patientiam in aduerſis: in quibus ſi impatiens fuerit,patet imperfectio eius.Idcirco in Eccleſiaſtico legitur, Vaſa figuli probat fornax,& homines iuſtos tentatio tribulationis. Patientia nanque in aduerſis, eſt ſignum extirpationis priuati amoris,qui omnium eſt vitiorum origo,eſt quoque humilitatis indicium:impatientia vero eſt ſignum priuati amoris & elationis. Recte ergo differuit Salomon, Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam.Inſuper(teſte Gregorio)patientia vera eſt aduerſa æquanimiter perpeti,& contra eum qui iniurias irrogat,nullo dolore morderi. Proue. 14. Iob.18. Iacob.1. Prou.16. Eccle.27. Proue. 16.

B

¶Declaratio reſiduæ partis huiuius capituli à loco, [*Cum autem videritis circundari ab exercitu Hieruſalem.*] Artic. XLV.

C Onſequenter Saluator ponit propinquum deſtructionis Hieruſalem ſignum, [*Cum autem videritis circundari ab exercitu Hieruſalem*] id eſt, ciuitatem Hieruſalem ab exercitu Romanorum ſub Veſpaſiano & Tito vndique obſideri,prout quadrageſimo ſecundo poſt Chriſti paſsionem factum eſt anno,[*Tunc ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius,*] id eſt,ruina & preſſura grauiſsima, quia tunc protinus capta eſt.[*Tunc qui in Iudæa ſunt,fugiant in montes*]. i.ad occulta & remota latibula montium:[*Et qui in medio eius*].i.in Hieruſalem habitantes[*Diſcedant*]ex ea,antequam obſideantur tam grauiter:[*Et qui in regionibus*].i.habitantes in Iudæa,Galilæa,Samaria,[*Non intrent in eam*]id eſt,in Hieruſalem,vt in ea ab hoſtibus defendantur:cuius tamen oppoſitum peregerunt quam plurimi,& in ipſa Hieruſalẽ perierunt.[*Quia dies vltionis hi ſunt*] .i.dies obſidionis & captionis ac deſtructionis Hieruſalẽ ſunt dies,in quibus deus ex ſua iuſtitia decreuit punire Hieruſalẽ propter ſua peccata,& vindicare ſanguinem Chriſti,ac diſcipulorum ſuorum in Hieruſalem & in Iudæa iniuſte effuſum,vt ſupra plenius dictum eſt. [*Vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt*]id eſt,de vaſtatione Hieruſalem & punitione Iudæorum per prophetas ſunt prænunciata:quia de hac vltima ac finali maxima Iudæorum deiectione, C deſolatione,ac derelictione,in Eſaia,& in libro Pſalmorum,& in Oſea,ac Hieremia,aliíſque prophetis,præſertim in Daniele multa ſunt prophetata:ſicut eſt illud,Ciuitatẽ & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo:& finis eius vaſtitas,& vſque ad finem perſeuerabit deſolatio.Atque in Pſalmo,Fiat habitatio eorũ deſerta,& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.In Hieremia quoque, Reliqui domum meã,dimiſi hęreditatem meam.[*Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus*].i. mulieribus vicinis partui,& etiam eis quæ pepererũt aut paruulos nutriunt,erit tunc ſpecialis calamitas & væ multiplicis tẽporalis afflictionis, quia ex vehementi mœrore atque formidine interdum patiuntur abortum, aut ſuo tempore nequeunt parere, nec fugere poſſunt tam expedite vt alii: & iſtud ſpecialiter fuit in obſidione & captione Hieruſalem à Romanis,quãdo quædam fœminæ proprios ex magnitudine famis leguntur comediſſe infantulos,& ipſi infantes perimebantur.[*Erit enim preſſura magna ſuper terram,*] hoc eſt,in regno Iudææ, & maxime in Hieruſalem erit afflictio prorſus grauiſsima, [*Et ira populo huic,*]hoc eſt,iuſta caſtigatio populo Iudæorum propter exceſſus eorum,[*Et cadent in ore gladii,*]hoc eſt,gladio occidentur,ſicut ore conſumitur cibus:& captiui ducẽtur in oẽs gentes. Etenim multa milia Iudæorum fuerunt à Romanis occiſa,multáque milia fame perempta,multa quoque milia vendita,intantum quod ſicut pro triginta denariis vẽditus fuit Chriſtus, ſic triginta Iudæi pro vno D denario vendebantur, & ex eis fuerunt quidã hinc inde per omnia regna ſeu climata mundi diſperſi: quod tamen per modũ hyperbolicæ locutionis poteſt intelligi,ad inſinuandum,quod per valde multas gentes Iudæi diſperſi ſunt.Denique diſperſio hęc Iudęorum deo ordinante facta eſt,ad confirmationẽ fidęi Chriſtianę,& maiorem memoriam nominis Chriſti,dum conuerſi ex gẽtibus aduerſarios ſuos inter ſe vident morantes,ex quorũ libris probant quę credunt,& in quorũ tam longa & graui captiuitate ac deſolatione vident ad oculũ eſſe impleta, quę de eorundẽ captiuitate ac diſperſione prędixerunt prophetę:atque incredulos intuendo Iudęos memores fiunt dominicæ paſsionis. Hinc fertur in Pſalmo,Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos,ne occidas eos,ne quãdo obliuiſcantur populi mei.Diſperge illos in virtute tua,& depone eos protector meus domine.[*Et Hieruſalem calcabitur à gentibus*].i.alienigenarum poteſtati tradetur,vel à gentilibus ad fidem conuerſis inhabitabitur.[*Donec impleantur tempora nationum.*]Verbũ iſtud obſcurum eſt,quod tamen primo poteſt hoc modo intelligi,tam diu Hieruſalem à gentilibus poſsidebitur,quouſque gentes omnes ad fidem conuerſæ ſint, aut circiter:quia vt ait Apoſtolus,Cum plenitudo gentium intrauerit,tunc omnis Iſraël ſaluus fiet. Tunc enim & Iudæi conuertentur ad Chriſtum. Secundo videtur ſic poſſe intelligi,quod Hieruſalem, ſeu terra ſancta à gentilibus non conuerſis, vtpote Sarracenis inhabitabitur, quouſque tempora nationũ impleantur, hoc eſt, quouſque veniat tempus debellationis ſeu expulſionis Sarracenorum à terra ſancta,& ipſa reddatur cultui Chriſtiano. ¶ Deinde Saluator prænunciat mundi excidium, & ſigna Pſalm. 68. Hiere.12. Pſalm.58. Roma.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præceſſura generale iudicium, [*Et erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis.*] Quæ erunt hæc ſigna, in Mat- E
Matth. 24. thæo exprimit Chriſtus, dicendo, Statim poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo. ¶ Quocirca dicunt expoſitores, quòd poſt terminationem perſecutionis Antichriſti, & eo occiſo, deus concedet deceptis ab Antichriſto quadraginta quinque dies vel circiter ad pœnitendum, ſecundum quod hoc ex Daniele trahitur: quibus expletis, erunt ſigna in ſole & luna Chriſti aduẽtum imminere teſtantia: quæ ſigna tripliciter poſſunt intelligi. Primo, quòd ſol & luna in ſeipſis non obſcurabuntur: ſed per interpoſitionem corporum opacorum obſcurati videbuntur, quia nõ lucebunt hominibus, ſicut fit in eclipſi. & aliqui opinantur, quòd luna ſupponetur tunc ſoli: tamen ex hoc ſolo non ſequeretur vniuerſalis eclipſis ſeu totius obſcuratio terræ. Secũdo, intelligi poſſunt ſigna illa, quòd obſcurabitur ſol & luna ſolum cõparatione verę maioris lucis, videlicet Chriſti, quemadmodũ ſtellæ obſcurantur ſole naſcente. Nam tanta tunc erit claritas iudicis ad iudicium venientis, vt eius comparatione cætera omnia obſcuranda dicantur, & hoc dicit Hieronymus, & poteſt ſaluari, ſi intelligatur pro ipſo momento aduentus chriſti ad iudicandum, vt ſuper quartũ ſententiarum Thomas fatetur. Tertio, poſſunt ſigna illa intelligi, ita quòd ſol, luna & cætera luminaria cæli, ſeu aſtra, vere in ſeipſis obſcurabuntur ad tempus, ad incutiendum terrorẽ hominibus, vt Rabanus aſſerit, & hoc ipſum Thomas allegat & approbat, quòd nil prohibet dici ſolem, lunã & ſydera ſuo lumine tunc vere eſſe priuanda, ita ꝙ erunt tunc denſiſſimæ, & quaſi palpabiles tenebræ ineffa- F
biliter horridæ. ¶ Porrò ſtellæ dicuntur de cælo caſuræ, non vere, ſed apparenter, quia tot igneæ exhalationes ac ſcintillationes apparebunt & deſcendent in aëre, ꝙ aſtra cadere videbũtur. [*Et in terris*] erit realiter [*Preſſura gentium,*] hoc eſt anguſtia hominum, vel etiam cõpreſsio mutua ex ſuperabundanti cõcurſu eorum, qui à ſuis manſionibus fugient, [*Præ confuſione ſonitus maris & fluctuum*]. i. ex pauore quem habebunt propter fragores horribiles & impetuoſas cõmotiones ac ſonitus aquarũ maris, aliorúmque fluminũ. Vnde inter quindecim ſigna quę (vt fertur) præcedent iudiciũ, ſunt & iſta, ꝙ mare extra naturalem ſuũ eleuabitur totum tã alte, ꝙ quadraginta cubitis erit altius montibus: deinde tam profunde deprimetur ſub terra, vt videri vix queat. Et ſi iſtud negetur, aut incertũ dicatur, nihilominus certũ eſt ꝙ vltra omnem æſtimationẽ & conſuetudinem erunt procelloſiſſimæ inundationes ſonitus & fragores in mari & aquis. [*Æreſcentibus hominibus, præ timore & expectatione*] afflictionũ & periculorum, [*Quæ ſuperuenient vniuerſo orbi*] hoc eſt cunctis hominibus, præſertim iniuſtis, quia præ magnitudine formidinis & mœroris corporalis harmonia quãdam deſiccationẽ & extenuationem incurret in eis: ſicut Salomon loquitur, Spiritus triſtis exiccat oſſa. [*Nam virtutes cælorum,*]. i. angelicæ poteſtates, & angeli vniuerſi [*Mouebuntur*] motu reuerentiæ & admirationis cuiuſdã, ex tam inconſuetis ac præhorrendis iuſtitiæ diuinę effectibus. Vel, mouebuntur, quia ad modum formidantiũ ſe habebunt: iuxta illud Iob, Columnæ cæli contremiſcunt & pauent ad nutum ipſius. ¶ Inſuper mouebuntur in obſequiũ iudicis, & G
cum eo deſcendent, quaſi in expeditionem cõtra hoſtes ipſius. Hinc ait Chryſoſtomus, Si rex terren⁹ contra aliquẽ procedit, expeditionẽ mandat in populo, dignitas omnis mouetur, exercitus concitatur, ciuitas feruet: quanto magis rege cæleſti exurgente iudicare viuos & mortuos, virtutes mouẽtur angelicæ? Quidam per virtutes cælorum intelligunt angelos medij ordinis, mediæ hierarchiæ angelicæ, ad quos ſpectat (vt dicunt) miracula facere: idcirco tunc mouendi dicuntur, quia præ ſolito progredientur ad faciendũ ſupernaturales tranſmutationes in creaturis. Itaque ſicut terreno principe ac patrefamilias iraſcẽte, offenſo & ſe ad vltionem diſponente, conturbatur eius familia, ac plebs ſubiecta, & prę paratio fit armorũ: ſic rege ſuperno in fine ſeculi iraſcẽte & iudicare volente, fient in creaturis immutationes prætactæ, & operationes miraculoſæ ac conſurrectiones in impios. Vnde in Sapiẽtię libro habetur, Armabit deus creaturã ad vltionẽ inimicorũ, & pugnabit pro eo orbis terrarũ cõtra inſenſatos. [*Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube*] i. omnes boni ac mali, oculo corporali videbunt Chriſtum iudicem ad iudicandum venientem in nubibus cæli lucifluis cum omni ciuium ſupernorũ exercitu. Quia & angeli ſancti tunc omnes viſibiliter apparebunt, ſecundum Gregorium. Vnde in Apocalypſi aſſeritur, Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus. Sicut enim aſcendit in nube, ita in nube ad iudicandum deſcendet: iuxta illud Actuum, Quemadmodum vidiſtis eum aſcẽdentem in cælum, ita veniet. [*Cum poteſtate magna,*] hoc eſt vallatus omni beatorum exercitu, [*Et maieſtate*] hoc eſt H
claritate, & gloria, ac omnipotentia, cui nullus valebit reſiſtere. ¶ Deinde ponit Saluator iuſtorum cõſolationem, [*His autem*] ſignis prætactis [*Fieri incipientibus, reſpicite*] ea, [*Et leuate capita veſtra*] id eſt corda ad deum erigite, in ipſo confidite, atque per ſpem animas veſtras exhilarate, [*Quoniam appropinquat redẽptio veſtra*] id eſt perfecta ſaluatio à præſenti exilio ac ſalus æterna. ¶ Denique Chriſtus hæc dixit ſub perſona diſcipulorum ſuorum ad electos & iuſtos, qui erunt in fine mundi, qui tunc deſuper conſortationem & conſolationem accipient, quibus & propria conſcientia bonum teſtimonium perhibebit. [*Et dixit illis ſimilitudinem*] aptam ad intelligendum quod dixit de fine ſeculi, conſiderandam ex ſignis præhabitis, [*Videte ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum,*] puta in vere, dum folia, flores, & alia quædã ex arboribus producuntur, [*ſcitis*] ex naturali temporũ curſu, [*Quoniã prope eſt æſtas.*] & loquitur Chriſtus iuxta conſuetudinem patriæ, & nomine fructus poteſt intelligi quicquid ex arbore producitur. [*Ita & vos cum videritis hæc*] ſigna iam recitata [*Fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnũ dei*] id eſt cæleſtis patriæ conſummatio vltimata, qua totus prædeſtinatorum numerus erit cõpletus, & homines ſancti in corpore & anima glorificabũtur. Vel prope eſt regnũ dei, hoc eſt, de proximo inſtat hora qua regnum cæleſte communicabitur vobis, & ad cæleſtem perducemini patriam, audietíſque vocem illam dulciſſimã, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ à cõſtitutione mundi. Hinc oramus quotidie, Pater noſter qui es in cælis, adueniat regnum tuũ. [*Amen dico vobis, quia non*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *præteribit generatio hæc,*] hoc eſt, genus humanum ſeu plebs Iudæorum non deficient ſuper terram in toto, [*Donec omnia fiant*] quæ ante iudicium dixi futura. [*Cælum & terra tranſibunt*] id eſt, eſſe ceſſabunt quantum ad modum ſubſiſtendi, & ad accidentialia quædam, quia cælorum motus ac influentia deſinent, & orbes cæleſtes & elementa innouabunt: iuxta illud Apocalypſis, Vidi cælum nouum & terram nouam, primum enim cælum & prima terra abiit. ſed quantum ad ſubſtantiale eſſe incorruptibiliter permanebunt. [*Verba autem mea non tranſibunt,*] hoc eſt, veritate & adimpletione non caſſabuntur, quamuis verba vocalia ſonando tranſierunt, ſicut & cætera ſucceſsiua, quibus eſt idem eſſe & fieri. [*Attendite autem vobis,*] id eſt, cuſtodite vos & cõſiderati ſitis, [*Ne forte grauentur corda veſtra crapula & ebrietate,*] id eſt, vitiis gulæ, ſeu immoderantia cibi & potus. Quibus primo grauatur corpus, & ex conſequenti ego, ratio, voluntas, interioréſque ſenſus grauantur, & à virtutum operibus, à contemplationibus diuinorum, ſpiritualibúſque affectibus impediuntur. Diuerſa etenim vitia oriuntur ex gula, vtpote loquacitas, ſomnolentia, acidia, laſciuia, negligentia, hebetudo, ſed & diuerſi morbi ac indiſpoſitiones, ex ea naſcuntur in corpore. Propter quod plures dicuntur perire gula, quam gladio: ideo ait Apoſtolus, Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Et rurſus, Nõ in comeſſationibus & ebrietatibꝰ. Et Saluator, Vę vobis qui ſaturati eſtis. Et iterũ ait ſcriptura, In multis eſcis erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt, qui abſtinens eſt, adiiciet ad vitam. Specialiter quoque nocet ſuperfluus potus, quemadmodum maxime prodeſt potus moderatus: iuxta illud, Sanitas animæ & corporis ſobrius potus. [*Videte quoque ne corda veſtra grauentur curis huius vitæ,*] hoc eſt, ſolicitudinibus circa carnalia & terrena, pro quorum adeptione & conſeruatione non eſt immoderata & anxia ſolicitudo habenda, quæ eſt diffidentiæ filia: ſed in deo tanquam in piiſsimo ac prouidiſsimo patre ſperandum eſt, ſicut de hoc ſupra plura ſunt introducta. Vnde in Matthæo loquitur Chriſtus, Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, ſcit enim pater veſter cæleſtis, quia his omnibus indigetis. Itaque vitia iſta cauete. [*Ne & ſuperueniat in vos repentina dies illa,*] hoc eſt, ne in die iudicii inueniamini imparati. [*Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ,*] hoc eſt, improuiſe ac ſubito dies illa inuoluet tam eos qui tunc erant in mundo, quam eos qui nunc ſedent ſuper ſuperficiem terræ, videlicet amatores ſeculi: qui in terra ſedere dicuntur, quia pro patria diligunt eam, nec ita ſe habent vt peregrini & exules, qui vtuntur hoc mundo, non eo fruuntur, ſed mente quieſcunt in deo tanquam in vltimo fine. Vnde Apoſtolus proteſtatur, Cum dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet eis interitus. Et Chriſtus in Matthæo loquitur, Sicut fuit in diebus Noe, &c. His conſonat illud Eccleſiaſtes, Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo, ſic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit. [*Vigilate itaque omni tempore orantes.*] Quod ait omni tempore, referri poteſt ad verbum vigilate, atque ad participium orantes. Omni ergo tempore

C opportuno, & quantum id fragilitati humanæ extat poſsibile, vigilare & orare debemus: ſicut & paſſione inſtante, dixit Chriſtus apoſtolis, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Nam & corporalis ſancta & diſcreta vigilia valde eſt fructuoſa, & paſsiones debilitat, ad orationes, meditationes, contemplationéſque diſponit. Oratio quoque deſinens nobis neceſſaria perhibetur, qui tot periculis, tot inuiſibilibus, atrociſsimis, infatigabilibus hoſtibus circunuallamur. Propter quod beatiſsimus princeps Apoſtolorum in ſua Canonica, Sobrii (inquit) eſtote. & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Et in Eccleſiaſtico habetur, Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum. Et rurſus, Sapiens cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & in conſpectu altiſsimi deprecabitur. ¶ Porro, ſomnus ſuperfluus maxime indecens eſt Chriſtiano, & corpori ac animæ eſt nociuus, grauat naturam, hebetat ſenſum, rationem obfuſcat, & vitia nutrit. Propter quod Cato bene locutus eſt, Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſt: Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat. Et Salomon dicit, Vſquequo piger dormies, quando conſurges de ſomno tuo? Et rurſus, Sicut oſtiũ vertitur in cardine ſuo, ſic piger in lectulo ſuo. Et iterum monet ſcriptura, Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat. O quam multa negligunt bona, & quam damnabiliter tempus ſuum expendunt ſomnolenti & pigri, & qui de ſero in vitiis vigilias protrahunt, propter quod tarde ſurgunt. Non eſt

D hoc arcta via ſalutis, nec conuerſatio pœnitentialis, nec cordis cuſtodia, nec coram deo diligentia vera. Vnde Saluator nunc ſubdit, [*Vt digni habeamini fugere omnia iſta,*] quæ futura ſunt, hoc eſt, diuino iudicio poſsitis euadere vniuerſa mala pœnalia, reprobis in die iudicii infligenda. [*Et ſtare ante filium hominis,*] hoc eſt, coram ſummi iudicis tribunali ſecuri conſiſtere. Quemadmodum Sapiens aſſerit, Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. [*Erat*] autem Chriſtus [*Diebus docens in templo,*] quia in die palmarum & duobus diebus ſequentibus prędicauit in templo Hieruſalem, [*Noctibus vero exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti,*] hoc eſt, de Hieruſalem ante veſperam egrediens, moram protraxit in monte Oliueti, ibi orationibus vacans, deinde Bethaniam pergens, atque in domo Marthę cum diſcipulis ſuis cõſiſtens. [*Et omnis populus,*] videlicet plebs cõmunis [*Manicabat,*] hoc eſt, mane & celeriter venit [*Ad eum in templo*] ſecunda & tertia feria poſt palmarum. Nam quarta feria in Bethania manſit. Similiter quinta feria vſque poſt prandii horam [*Audire eum.*] quia re vera delectabile valde erat audire dei ſapientiam, verbum patris æterni, vnigenitum dei, deum verum incarnatum in perſona propria prædicantem, propter ſuæ doctrinæ profunditatem, ac ſaluberrimã vtilitatem, & propter ſuæ eloquentiæ gratioſiſsimam venuſtatem, ſed & propter præclara ac copioſa miracula, eius prædicationem comprobantia.

Roma. 8.
Eccleſ. 37.
Lucę. 11.
Matth. 6.
1. Theſ. 5.
Matth. 24.
1. Petri. 5.
Prouer. 6.
Sapi. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Præfatio in expoſitionem dominicæ paſsionis, ſecundum Lucam. E

Articulus XLVI.

CHriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Hęc ſunt verba beati Pauli apoſtoli, in quibus tria tãguntur. Primum eſt, cauſa originalis atque motiua, quæ Chriſtum induxit, inflammauit, ac mouit ad ſuſtinendum amariſsimam ac ſaluberrimam mortẽ pro nobis, cũ dicitur, Chriſtus dilexit nos. Chriſtus quippe ex ſumma, gratuita atq; puriſsima dilectione ſua ad nos, voluit pati pro nobis: propter quod ipſemet apud Ioannem proteſtatur, Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et ad Galatas ait Apoſtolus, Quod autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Secundo in themate tangitur ipſa traditio, qua Chriſtus ſeipſum ad paſsionem ſpontaneè obtulit, & paratiſsima mente exhibuit, ſicut Eſaias prædixit, Tradidit in mortem animam ſuam. Et denuo, Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Hinc Chriſtus in Ioanne profitetur, Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. Et iterum, Ego (inquit) ſum paſtor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis: in quibus verbis anima accipi poteſt pro vita humana, animali, ſenſitiua ac corporali, quæ per mortem crucis fuit in chriſto extincta. Tertio, in themate tãgitur fructuoſiſsimus finis, ſeu copioſiſsimus fructus dominicę paſsionis, videlicet placatio dei patris & reconciliatio generis humani cum deo per mortem vnigeniti filij eius, cum dicitur, oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Chriſtus nanque fuit oblatio pacifica, hoc eſt, pacem faciens inter deum & homines, patrem æternum placando hominibus: iuxta illud apoſtoli Pauli, Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, per crucem diſſoluens inimicitias in ſemetipſo. Chriſtus quoque fuit hoſtia pro peccato, hoc eſt, ſatisfactoria pro peccatis reconciliãdo homines deo, prout ad Romanos dicit Apoſtolus, Reconciliati ſumus deo per mortem filij eius. Et alibi, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. De his itaque tribus in præſenti collatione quantum ſpiritus ſanctus præſtiterit loqui intendo. Sed quia in his omnibus primo ac ſumme neceſſarium eſt nobis auxilium ſpiritus ſancti, dicente Apoſtolo, Nõ ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, & ipſe ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram, cõſtat quod ad digne ac meritorie loquendum ac audiendum de paſsione domini noſtri Ieſu Chriſti tanto plus neceſſarium nobis eſt auxilium ſpiritus ſancti, quãto hæc paſsio benedicta, ſaluifica atque ſanctiſsima, præſtantius opus dei eſt, & magis ſalubre ac cordialius recordandũ, præſertim cum dicat Apoſtolus, Nemo poteſt dicere dominũ Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto, hoc eſt, nemo poteſt attente, amoroſe ac meritorie nominare dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, niſi per gratiam & inſpirationẽ ac motionem internam ſpiritus ſancti. Hinc ergo locuturi & audituri de paſsione & morte vnigeniti filii dei inuocemus in primis deuotiſsime ſubſidium ſpiritus ſancti, vt ipſe corda noſtra purgare, illuſtrare, ac inflammare dignetur, ita vt digne, affectuoſe, & meritorie de paſsione ſaluatoris noſtri loquamur ac audiamus. ¶Porro, vt auxilium iſtud gratiæ ſpiritus ſancti citius ac plenius conſequamur, matrẽ pietatis & gratiæ beatiſsimam atque dulciſsimam virginem Mariam aduocatam & dominam noſtrã cordialiter inuocemus angelica ſalutatione ſalutantes, & honorantes eandẽ, dicentes mente pia, Aue Maria. ¶Chriſtus dilexit nos, &c. vt ſupra. Antequam textum & hiſtoriam dominicæ paſsionis iuxta ordinem rei geſtæ ediſſeram, primo videndum eſt, cur neceſſarium fuit Chriſtum filiũ dei pati pro mũdi ſalute: ſecundo videndum eſt, per quem modum, & qua iuſtitia genus humanum reconciliatum eſt deo patri per mortem ſeu paſsionẽ vnici filii eius. ¶Circa primum igitur agnoſcendum, quod de humano genere tam quo ad eius primam conditionem, quam quo ad eius finem, ob quem creatũ eſt, aliter docet ſacra ſcriptura quam naturalis philoſophorum doctrina, ſeu gentilium ſecta. Quamuis enim meliores ac ſubtiliores & doctiores philoſophi ac gentiles ſciuerunt & ſaſsi ſunt totum mundum ac genus humanum à ſummo deo, quem nominauerunt primam cauſam, in eſſe proceſsiſſe & dependere ſeu conſeruari, vt patet ex libris Platonicis & Ariſtotelis, ſequaciúmque illorum, nihilominus putauerunt mundum ab æterno fuiſſe, ſicut ſi ſol ab æterno fuiſſet, radius quoque ipſius æternaliter extitiſſet, & tamen fluxiſſet à ſole. Inſuper putauerũt hominẽ in ſolis naturalibus originaliter procreatũ, & non niſi propter naturalẽ beatitudinẽ factum, ideo non ſciuerũt, quod hominibus neceſſarius eſſet Saluator ac mediator, videlicet chriſtus, prout fides catholica tradit. Sed ſacra ſcriptura diuinitus inſpirata aliter docet, videlicet quod mundus ex tempore à deo creatus eſt, & homo primus à deo plaſmatus eſt, nõ in naturalibus donis duntaxat, ſed etiam in ſupernaturalibus gratię donis, atque poſt ſuam plaſmationem mox in paradiſo eſt collocatus, & propter ſuper naturalem beatitudinem factus, videlicet ad videndum deum in regno cęleſti per ſpeciem, per claram, æternã, fruitiuámque viſionem, quam viſionem beneficam facialem & iucundiſsimam putauerunt philoſophi non ſolũ menti humanę, ſed angelicis quoque ſpiritibus, quos intelligentias nominant, impoſsibilem eſſe. Eſt igitur fides Chriſtiana, quod omnipotens & æternus hominem primũ creauit in originali iuſtitia, per quam corpus eius ſubditum fuit animæ ſuæ, & ſenſualitas rationi, ac ratio deo, ita quod corpus & ſenſualitas prompte & abſque difficultate parebant animę & rationi: ſimiliter ratio & voluntas deo. ¶Denique hæc originalis iuſtitia ſic fuit primo noſtro parenti collata, quod ſi ipſe in ea manſiſſet, eandem in ſuos poſteros transfudiſſet, & tam ipſe quam poſteri eius in paradiſo manſiſſet terreſtri. Rurſus ita fuit primo conceſſa parenti, quod quandiu ratio eius maneret deo obediens ac ſubiecta, tam diu corpus ſenſualitáſque ipſius manerent animæ ac rationi eius obedientialiter ſubdita. Quoniã ergo primus homo di- Gene. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uinum mandatum transgressus est,ita vt ratio eius & voluntas fuerint deo inobedientes, ideo originalem amisit iustitiam,& caro eius ac sensualitas statim cœperũt animam aggrauare,rationi reniti. Nec solum amisit originalem iustitiam sibi, sed & toti suæ posteritati. Et sicut transfudisset in eam,nisi ipse peccasset,originalem iustitiam: sic quia peccauit,transfudit in posteros suos originale peccatum, quod secundum Anselmum,est carentia originalis iustitiæ debitæ inesse.Itaque propter illud primum ac originale peccatum Adæ,tam ipse quàm posteri eius iusto dei iudicio æternali & supernaturali beatitudine priuati fuerunt,ita quod ad eam redire atque perduci non valebant,nisi pro peccato illo originali satisfieret deo. Quamuis autem in voluntate & potestate posterorum non fuit originale peccatum Adæ,non tamen fit eis iniuria,dum propter illud ipsi priuantur felicitate ęterna,quia nec illa felicitas debebatur eis aliunde,seu ex aliqua dignitate,aut proprietate naturæ: sed ex sola munificẽtia creatoris creati fuerunt ad eam,secundum modum prædictum : & huius exemplum assignant sanctus Thomas & Aegidius de Roma,Si princeps terrenus cõferret alicui militi bonum feudale aut castrum, ea conditione,quòd si miles principi suo maneret fidelis, bonum illud ac donum sibi maneret ac posteris eius: si verò inobediens fieret principi suo,tam ipse quàm posteri eius priuarentur bono prædicto. Si itaq; miles ille fieret domino suo inobediens ac rebellis , eiúsque aduersario consentiret,certum est , quòd tam ipse quàm soboles eius præscripto bono iuste penitus priuarentur.¶Præterea,cùm primus homo
B originalem amisisset iustitiam tam sibi quàm suæ posteritati,non potuit eam sibi ac posteritati recuperare,ideo necessarius fuit toti generi humano Saluator ac mediator , qui genus humanum ab originali peccato redimeret,atque eidem gratiam redeundi ad originalis iustitiæ conformitatem mereretur,sicque genus humanum deo altissimo reconciliaret,& ad beatitudinem reduceret sempiternã,deleto obstaculo perueniendi ad eam,videlicet reatu originalis peccati.¶Præterea,multæ sunt causæ quare nec primus homo,nec aliquis purus homo,nec aliquis angelicus spiritus,nec aliqua pura creatura fuit idonea totum genus humanum à peccato redimere,atque eidem gratiam ac gloriam promereri.Prima est grauitas ipsa peccati.Tanto equidem maior est enormitas culpæ,quanto ille in quem committitur,amplioris est dignitatis,& quo plura beneficia est largitus,aut largiri paratus.Cum ergo deus sublimis & benedictus infinitæ prorsus dignitatis ac sanctitatis,atque incomparabilis benefactor,à quo sortiti sumus quicquid boni habemus aut sumus , à quo & indesinenter in esse conseruamur ac prouidemur, qui & ęternam nobis beatitudinem præparauit,ac promisit,& dare paratus est,dummodo obicem nõ ponamus:constat quòd peccatum mortale,quo ipse offenditur,sit quodammodo enormitatis immensæ,ideo à peccato suo genus humanum liberari nequiuit, nisi per redemptorem dignitatis & efficaciæ infinitæ.Pura autem creatura infinitæ dignitatis esse non valet,ideo saluatorem nostrum oportuit esse deum & creatorem.Hinc peccatum est infinitæ fugibilitatis, etiam veniale peccatum, ita vt pro nulla
C re homo deberet venialiter peccare, sed potius mortem subire , quàm veniale committere, præsertim cum homo debeat deum viuum & verum naturaliter bonum incomparabiliter infinitéque plus amare quàm seipsum,aut totum mũdum.Secunda causa ad idem,est dignitas gratiæ gratum facientis,quæ cum sit supernaturalis quædam similitudo diuinæ essentiæ, ponẽs animam in esse supernaturali atque idoneo ad promerendum felicitatem æternam,non potuit toti generi humano promereri aut recuperare,nisi per mediatorem & saluatorem dignitatis immensæ,quem deum esse necesse est. Tertia causa eiusdem est ineffabilis dignitas felicitatis & gloriæ sempiternæ quam peccando perdidimus.Hæc nanque beatitudo cum sit immediata & clara visio summæ & increatæ veritatis , diuinæque pulchritudinis,quæ est ipsa essentia diuina & plena fruitio immensæ bonitatis atque dulcedinis dei, est quodammodo infinitæ dignitatis,pretiositatis,& excellentiæ:ideo nulla pura creatura potuit ad eam genus humanum reducere,aut eam hominib⁹ promereri.Quarta eiusdem causa assignatur, eo quòd natura humana sit quodammodo in infinitum communicabilis:ideo totam redimere,liberatori interminatę dignitatis competit solum:sic igitur patet,cur necessarium fuit Christum pati pro mundi salute.
¶Consequenter dicendum,per quem modũ,aut qua ęquitate genus humanum reconciliatum est deo patri per passionem & mortem vnigeniti filij eius. Videtur enim quòd filio dei ab hominibus tam crudelissime ac impiissime interfecto,deus pater plus debuit hominibus irasci quàm ante,præsertim cum occisio filij dei fuerit multo maius peccatum,quàm originale peccatum hominis protoplasti, propter
D quod deus toti generi humano iram suam inflixit.¶Præterea sicut infra patebit,propter Christi occisionem intantum offensus atque iratus est deus pater Iudæis,quòd ira ipsius peruenit in eos(vt ait Apostolus)vsque in finem. 1. Thess. 2.
Itaque apparet,quòd genus humanum per Christi passionem non sit deo reconciliatum,sed magis odibile factum. Potest quoque huius exemplum induci, quia si inter principẽ terrenum,eiúsque vrbem,seu communitatem discordia esset,& princeps ad vrbem illam vnigenitum suum mitteret,vt eam ad obedientiam concordiámque principis sui reduceret: si tunc ciues huiusmodi filium principis audire contẽnerent,imò & trucidarent,princeps hoc facto plus prouocaretur contra vrbem illam,quàm ante fuerat prouocatus .¶Huic demum exemplo concordat quod in Euangelio christus loquitur in parabola de patrefamilias,qui vineam quam plantauit,locauit agricolis,qui tãdem filium patrisfamilias occiderunt,propter quod perierunt.Ad ista respondendum,quia vt dicunt sancti doctores, mors, seu passio vel occisio christi piissima fuit & impiissima,crudelissima & miseri Matth.21.
cordissima,amorosissima & inuidiosissima,summe meritoria,patríſq; placatiua, & summe demeritoria patríſque offensiua. Marc.12.
Fuit etenim piissima,misericordissima,amorosissima,summe meritoria,& deũ patrem placans ex parte patientis,videlicet Christi,inquantum passionẽ illam sponte sustinuit ex perfectissima charitate,clementissima compassione,atque promptissima obedientia:qua charitate Christus dilexit deum patrem & nos:& ex charitate,& ex pietate sua ad nos compassus est nostræ damna-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tioni, qua etiam obedientia factus est obediens deo patri vsque ad mortem, mortem autem crucis con- E
temptibilem, amarissimam, & horrēdam. ¶ Porro passio Christi impiissima, crudelissima, inuidiosissi-
ma, & maxime demeritoria, patríque offensiua fuit ex parte inferentis, hoc est, Iudęorum & aliorum,
qui Christum interfecerunt: quia ex summa inuidia, crudelitate, impietate fecerunt hoc. ¶ Itaque quo-
niam Christus secundū quod homo patri in omnibus obediuit, docendo & increpando Iudæos prout
Ioann.8. deus pater sibi præcepit, & ex hoc Iudæorum incurrit inuidiam, qui veritatem odio habuerunt, ita vt
moti & inflammati sint occidere eum, & Christus illam occisionē pro iustitia patientissime tulit, imò
& ex ardentissima charitate & obedientia acceptauit ac pertulit, ordinans eam ad patris placationem
& honorationem, hominúmque reconciliationē cum patre: idcirco passio Christi secundum quod ex
ista radice à Christo acceptata est, & ad prædictum finem relata, placētissima atque gratissima, seu ac-
ceptissima fuit patri, & eum generi placauit humano, ita quòd virtute & merito passionis Christi toti
generi humano dimisit peccatum, cætera quoque peccata, dummodo meritum dominicæ passionis eis
applicetur per sacramēta ecclesiæ, seu alio modo, puta per fidem in Christū, seu aliter secundū quod in
Ephes.5. lege naturæ & lege scripta Mosaica homines diuersimode Christo omniū electorū capiti vniebātur,
vt docet Hugo in libro de sacramentis. Cum enim Christ⁹ sit caput omniū hominū electorū, homines
meriti passionis Christi participes fieri nequeunt, nisi Christo aliquo modo iam tacto vniantur, & sic
passio Christi vniuersa deleuit peccata, quia virtute & merito eius deus vniuersis ignoscit qui Christo F
per baptismum seu aliter vniuntur vt capiti. Vnde Augustinus testatur, quòd Christi sanguis sic fusus
est in remissionem omnium peccatorum, vt delere posset etiam illorum peccata, qui ipsum fuderunt,
& ipsum peccatum quo fusus est: quia illi qui Christum occiderūt, merito passionis Christi veniam &
salutem adepti sunt, dummodo in Christum credere, eiúsque baptismū suscipere voluerint: imò vtiq;
multi illorum ita saluati sunt, redempti ipso sanguine quē suderūt, vt loquitur Augustinus. Illos quip
pe Christus in turba conspexit, eíque dixit passione instante, Cum exaltaueritis filiū hominis, tūc co-
gnoscetis quia ego sum. Qualiter autē hoc ipsum impletū sit, sanctus Lucas in Actibus Apostolorum
describit, recitans qualiter ad prædicationē beatissimi Petri apostoli in die Pentecostes, primo conuer
sa sunt tria milia Iudæorū, deinde quinq; milia, cum claudum natū Petrus curasset, & præter hæc quo-
tidie tunc multi Iudæorū conuertebantur ad Christū, intantum quòd etiā multa turba sacerdotum ad
fidem conuersa sit, vt recitat Lucas. ¶ Ex his patet qua æquitate saluatū sit genus humanū per Christi
passionē. Decuit enim bonitatē pietatémque dei patris, per talem ac tantā dilectionem, obediētiam, &
passionē vnigeniti atque charissimi filij sui placari, ac indulgere, & gratiā impartiri. ¶ Deniq; decuit, vt
1.Timo.2. sicut propter vnius hominis inobedientiā deus iratus fuit toti generi humano: sic propter Christi me-
diatoris dei & hominū obedientiam, deus reconciliaretur hominibus. ¶ Præterea decuit, vt sicut huma
num genus damnationem incurrit per diabolicæ inuidiæ deceptionē, vtpote primo homine nostro pa
rente aliūde decepto, sic genus humanum aliunde misericorditer iuuaretur, & Christi charitate & ope G
redimeretur. Rursus charitas facit omnia esse communia: ideo Christus per ardentissimam & maximā
dilectionem suam ad nos meritum suum nobis potuit communicare. ¶ Postremo, etiā in terrenis prin-
cipibus cernimus, quod rex seu princeps terrenus propter dilectionem, meritum, instantiámque vnius
ignoscit alteri: tāto vtique pleni⁹ atq; facilius, quo ille qui rogat pro reo est maioris dignitatis & princi
pi magis dilectus. ¶ Sed tunc oritur quæstio, quomodo per mortem Christi particularē ac temporalē
liberatum sit genus humanum à morte generali ac æterna. Et respondendum quòd tanta fuit dignitas
personæ Christi, vt eius obedientia ac passio tanti fuerit meriti & acceptabilitatis coram patre æterno,
vt mors Christi temporalis ac particularis fuerit vere sufficiens, ineffabilitérque superabundans ad re-
dimendum omne genus humanum ab omni malo, & non solū à morte cōmuni ac æterna, seu damna-
tione infernali, sed etiā à morte temporali, omníque defectu, & corruptibilitate corporali. Vnde in re-
surrectione futura merito passionis Christi omnes electi, corporis quoque incorruptibilitatē, impassi-
bilitatē, & glorificationem consequentur. Fuit quoque passio Christi summe idonea, efficax & prædi-
gna ad promerendū generi humano dona gratiæ in præsenti, & munera gloriæ in futuro, imò non so-
lū passio Christi, sed & tota cōuersatio eius in seculo isto fuit ad hoc summe idonea. Contēplandū est
enim, quòd Christus in vnitate personæ est deus & homo, ita quòd promereri & obedire, ac pati con H
ueniebant ei ratione suæ humanitatis: idoneitas vero ac dignitas ad promerendum ac satisfaciendum
pro hominibus conueniebat ei ex parte suæ diuinitatis. Cū ergo Christus sit verus deus, constat quòd
fuit infinitæ idoneitatis ac dignitatis ad satisfaciendum ac promerendū, propter suā humanitatem, ra-
tione suæ superdignissimę deitatis: ideo dici solet, & vere sic est, quòd minima gutta sanguinis Christi,
seu minima passionis suæ particula fuisset sufficiēs ad totius mundi liberationem. ¶ Præterea quo ma-
ior fuit sanctitas, dignitas atque perfectio humanitatis Christi, eo etiam ex parte ipsius fuit sua obedien
tia ac passio meriti amplioris. Tanta autem est sanctitas, dignitas, & perfectio humanitatis Christi, vt ip
sa sola excēdat sanctitatem, dignitatem, & perfectionem omnium creaturarum, videlicet omnium san
ctorum & electorū, tam angelorū quàm hominū, vniuersíque entis creati. & hoc potissimū competit
humanitati Christi ratione suæ hypostaticæ, seu personalis vnionis cū verbo æterno, scilicet vero deo:
& etiā ideo, quoniā gratia humanitati Christi collata, infusa & indita fuit, & est quodāmodo infinita,
habuítque virtutes & dona, & cæteras gratię perfectiones ac munera, in maxima incōparabilíque ex-
Ioan.3. cellentia: propter quod Ioannes Baptista dixit de Christo, Non ad mensurā dat deus spiritum homi-
ni, id est gratiā & dona spiritus sancti Christo, secundum quod homo est. Itaq; innotescit, quòd Chri
stus non solum ratione suæ diuinitatis, sed etiā ex parte suæ humanitatis tam perfectæ ac virtuosæ, fuit
ineffabilis idoneitatis ad promerendū. Adhuc autē quo Christus fuit deo patri magis dilectus, eo effi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cacior fuit ad ſatisfaciendum pro noſtris peccatis, & eo omnis ſua conuerſatio, oratio, obedientia, ac paſsio pro nobis in hoc mundo, fuit exhibita deo patri amplius grata ac placens: magis quoque idonea ad ſubueniendũ hominibus, ſeu meriti amplioris: ſed deus pater diligit Chriſtum ſecundum ſuã diuinitatẽ amore penitus infinito, & tantum vtique ſicut ſeipſum: quia diuinitas Chriſti ſicut eſt infinitæ bonitatis, ſic & infinitæ amabilitatis conſiſtit. Diligit quoque pater Chriſtũ ſecundũ ſuam humanitatem magis quàm totũ vniuerſum, omnéſque ſimul ſumptas puras creaturas. Diligere quippe eſt alicui bonũ velle. Vnde deus tãto plus diligit rẽ quãto maius bonũ ei largitur. Cũ ergo deo patre volente, & verbo aſſumente æterno aſſumpta ſit Chriſti humanitas ad increatũ & hypoſtaticũ eſſe verbi æterni, ita quod in eodem eſſe perſonali ſubſiſtit Chriſti humanitas, in quo verbũ æternũ æternaliter eſt ſubſiſtens: clarum eſt, quòd maius bonũ datum ſit humanitati Chriſti, quam ſit totum vniuerſum creatũ, ideo magis deo dilecta eſt. Itaque chriſtus etiam ex hac parte fuit ineffabiliter idoneus & acceptus, ad operandum & orandum, ac patiendũ pro nobis. ¶Prætereà ſicut docent ſancti patres atq; doctores, quamuis deus omnipotens & æternus potuit per omnipotentiã ſuam, ſimpliciter loquendo, genus humanũ alio modo redimere, quàm per vnigeniti filij ſui incarnationẽ ac paſsionem, nullus tamen extitit alius modus ita cõueniens ſicut iſte, ita quod decentiſsimũ fuit filium dei propter noſtram ſalutem incarnari ac mori: quod primo ꝓbatur dei incarnatione. quia in incarnatione filij dei, deo patri ęqua-

B lis præcipuè demonſtratur, atque relucet bonitas dei, eo quòd ſe ſuę creaturæ tam copioſiſsimè cõmunicauit, & infirmitatem proprij plaſmatis non cõtempſit, ſed naturã à ſe creatam, puta humanitatem, ad ſuum hypoſtaticũ eſſe aſſumpſit. Proprietas equidẽ boni eſt eſſe cõmunicatiuũ, diffuſiuumq́; ſui. ¶Inſuper in incarnatione filij dei, ineffabiliter pulchre oſtẽditur & pateſcit dilectio dei ad nos. Amor enim eſt virtus vnitiua: idcirco in hoc quòd deus noſtram naturam ſibi tam propinquiſsime vniuit, ac intime, patet quòd vehementiſsime, ac ſpecialiſsime nos dilexit. In incarnatione quoque monſtratur miſericordia & dignatio dei ad nos, quod tam clementiſsime ſuã maieſtatem ad paruitatẽ, vilitatemq́; noſtrã inclinauit, & tam miſericordiſsime nobis auxiliari dignatus eſt, noſtris ignoſcẽs ſceleribus, nec illã aſpernans naturam aſſumere, à cuius primo indiuiduo, cæteriſq; ſuppoſitis tam multipliciter atq; enormiter fuit offenſus. Rurſus in incarnatione filij dei potiſsimũ declaratur omnipotẽtia dei, quia naturam diuinam & humanã in vnitate copulauit perſonæ, cum tamen in ordine intellectualiũ ſubſtantiarũ anima rationalis ſit ima ac infima, & præſertim corpus humanũ à ſuperſimpliciſsima deitate inęſtimabiliter diſtat: ideo harũ hypoſtatica vnio eſt diuinæ potẽtię quàm maxime declaratiua, imo magis, vt aliqui aſtruunt, quàm totius mundi creatio. Sed & iuſtitia dei in incarnatione verbi oſtenditur: quia non vi deus eripit hominẽ, nec alium facit ſuperare tyrannũ quàm hominẽ: ſed ſicut homo eſt victus, ſic homo vicit, vt aſſerit Damaſcenus tertio libro. Similiter in incarnatione verbi, oſtenditur ſa-

C pientia dei, quòd tam difficillimi negotij, tam decentiſsimã ſolutionẽ inuenit. Difficillimũ nempe apparuit, qualiter genus humanum, ſalua dei iuſtitia ac veritate, poſſet ſaluari: ſed ſapientia dei inuenit aptiſsimũ modum ad hoc, ita hominẽ ſaluans, vt nec diuinæ veritati atque iuſtitiæ, neque diuinæ miſericordiæ derogaretur. ¶Prætereà neceſſarium dupliciter dicitur. Primò, ſine quo aliquid eſſe non poteſt, vt homo ſine anima: & ſic deum incarnari ad redimendum genus humanũ, non fuit neceſſe, quia & aliis modis potuit deus hoc facere, cui non eſt impoſsibile, imò neq; difficile omne verbum: prout Gabriel angelus & Hieremias propheta teſtantur. Secundò dicitur neceſſariũ, ſine quo res conuenienter, ſeu tam apte eſſe non valet: ſicque ad redimendũ genus humanum fuit neceſſe dei filium incarnari, quia (vt xiij. de trinitate loquitur Auguſtinus) ſanandæ noſtræ miſerię nullus fuit alius conuenientior modus. Per hoc nanque potiſsimum fides catholica roboratur, quod ipſemet deus increatus nobis in Euãgelio loquitur ac teſtatur. Per hoc quoque permaximè ſpes ad deum augetur, & charitas in ipſo accenditur, quod deum propter nos ex nimia ſua ad nos dilectione cognoſcimus incarnatũ: imò fiducialiſsimè deum accedimus & oramus, deum ipſum pro noſtra ſalute incarnatum fatemur, & quia tanta nobis deus per incarnationem verbi largitus eſt, vt ex ipſa incarnatione accẽdamur dei amore. Luc.1.

¶Inſuper ſicut decentiſsimum fuit filium dei noſtram redemptionem inchoare per ſuam incarnationem: ſic decentiſsimum fuit, vt eandem noſtram redemptionem compleret per ſuam ſacratiſsimã paſſionem. Ex hoc enim quòd filius dei propter nos paſſus eſt, maxime innoteſcit, quãta ſit peccati enor-

D mitas, & quantum deus peccata abhorreat: pro quorum oblatione & ſatisfactione ipſemet vnigenitus filius dei tanta perpeſſus eſt. Ex paſsione etiam Chriſti agnoſcimus, quàm ineffabilis ſit dei patris iuſtitia, quæ proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, malens illũ tam acerbiſsimam mortem pati, quàm peccata hominũ remanere inulta. Culpæ enim pœna debetur ſecundum iuſtitiã. Et quia per noſtra peccata æternas pœnas meruimus, hoc fuit infinitæ miſericordiæ dei patris, quòd per tẽporalem ſui filij paſsionẽ nos ab æterna eripuit pœna: hoc vero fuit infinitæ iuſtitiæ eius, quòd ſuper dilectiſsimum filiũ ſuum maluit pati & mori, quàm peccata noſtra impunita manere. Denique ex hoc quòd deus pater permiſit vnicum filium ſuum innocentiſsimum atque ſanctiſsimũ à ſceleratiſsimis, viliſsimíſq; hominibus taliter capi, tractari, affligi, occidi propter nos liberandos, clariſsime patet incomprehenſibilis dilectio eius ad nos. Similiter dilectio perfectiſsima Chriſti ad nos hinc manifeſtatur, quòd tanta ac talia propter nos ſponte ferre dignatus eſt. Inſuper Chriſtus per ſuã paſſionem dedit nobis perfectiſsimum omnium virtutum exemplar, vt proſequendo hiſtoriam paſsionis patebit. ¶Rurſus ex hoc quod Chriſtus propter nos paſſus eſt, euidẽtiſsimè eluceſcit, quãta ſit infernalium pœnarum acerbitas, & quàm delicioſiſsima, maxima, ac præſtantiſsima ſit electorum in cælo ſęlicitas, cũ ideo paſſus ſit filius dei, vt nos ab illis erueret pœnis, & ad æternæ beatitudinis gaudia reportaret. ¶Poſtremò per hoc quòd Chriſtus pro nobis tam amariſsimam perpeſſus eſt mortem, no- Rom.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtræ paupertati,ac indigentiæ copioſiſsimam opem impendit, quia paſsio illa quo amarior,eo & magis meritoria fuit,totúmque meritum illud Chriſtus communicat nobis,illúdque meritum eſt theſaurus eccleſiæ,ex quo indulgentiæ conceduntur,& propter quod nobis quotidie relaxantur peccata,varia quoque conferuntur gratiarum chariſmata,vnde tempus euangelicę legis & Chriſti, tempus gratiæ nuncupantur.His igitur de Chriſti paſsione præmiſsis tanquam præambulis ad declarationem fidei Chriſtianæ, cuius ſumma eſt ſapientia, vt ea quæ de Chriſti paſsione dicenda ſunt clarius intelligantur,deuotius quoque & amoroſius,imò & cum ampliori cõpaſsione & operis imitatione audiantur,conſequenter ad prædicationem & expoſitionem dominicæ paſsionis eſt accedendũ.Intendo autem paſsionem ſecundum Lucam exponere,& ea quæ ipſe omittit atque ab aliis conſcripta ſunt Euãgeliſtis,inferere huic ſermoni,ad laudẽ & gloriam domini noſtri Ieſu Chriſti,qui eſt ſuper omnia deꝰ ſublimis & benedictus.Amen. Finis præfationis.

¶Expoſitio Paſsionis & Cap. XXII. [*Appropinquabat autem dies feſtus azymorum,qui dicitur paſcha.*]

Articulus XLVII.

Appropinquabat autem dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha, & quærebant principes ſacerdotum & ſcribæ quomodo Ieſum interficerent.]Cum filius dei dominus noſter Ieſus Chriſtus tempore à ſuperbenedicta trinitate æternaliter præordinato, noſtram aſſumpſiſſet naturam,modico tempore inter homines conuerſatus eſt in hoc mundo,videlicet triginta tribus circiter annis, & tribus circiter annis vltimis vitæ ſuæ in ſeculo iſto prædicauit,atque miracula fecit.Cúmque in prædicando ac miracula faciendo oẽs ſanctos qui ante fuerũt,glorioſe excederet,à populo cũ grandi auiditate audiebatur.Sed qm̃ ſtatim poſt prædicationis ſuæ exordia cœpit errores & vitia ſacerdotum & ſcribarum,ac phariſęorũ iuſte & acriter increpare,illi ſtatim cœperunt inuidiã contra eum concipere, eíq; detrahere, & omnia facta eius interpretari in peius. Denique, quia inuidia eſt triſtitia de bono & proſperitate alterius,quantò Chriſtus præclariora egit miracula,tanto præfati acutiori & amariori contra eum ſtimulabantur inuidia:& cogitare cœperunt, quomodo poſſent eum priuare vita & fama,ita vt nec memoria eius permaneret in terra:quemadmodum per Hieremiam in eorum perſona fuit prędictum,Eradamus eum de terra viuentium,& nomen eius non memoretur amplius.Porrò cum Chriſtus Lazarum ſuſcitaſſet à mortuis,præfati Iudæi audito tam inſigni miraculo,vehementiſsime turbabantur,& ſuæ liuore inuidiæ torquebantur,dolẽtes de Chriſti magnificentia & honore:imò ſecundũ Auguſtinum nullum Chriſti miraculum fecit illos ſic inſanire,ac fremere contra ipſum,quemadmodum ſuſcitatio Lazari,quia miraculum illud clariſsimũ fuit,& nulla tergiuerſatione poterat offuſcari,eo quòd ſolẽniſsime factum eſſet coram multis Iudęis, & quoniam Lazarus fuit vir nobilis & miles,de regia ſtirpe exortus,quatuor quoque diebus extiterat mortuus.Vnde cum miraculum illud factum audiſſent,mox die ſequenti conuenerunt,& inter ſe cõſuluerunt,quid facerent Chriſto,iuxta illud in Ioanne,Quidam ex ipſis,ſcilicet de numero Iudæorũ qui interfuerunt ſuſcitationi Lazari,& viderant quæ fecit Ieſus,abierunt ad Phariſæos,& dixerunt eis quæ fecit Ieſus.Collegerunt ergo pontifices & phariſęi cõſilium,& dicebant,Quid facimus?quia hic homo multa ſigna facit.Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum.Ab illo igitur die cogitauerunt interficere eum,ſecundum quod Caiphas conſuluit eis.Ieſus ergo(vt ait Euangeliſta Ioannes)iam nõ in palam ambulabat apud Iudæos,ſed abiit in regionem iuxta deſertum in ciuitatem,quæ dicitur Effrem,& ibi morabatur cum diſcipulis ſuis,& hoc nõ niſi paucis diebus,videlicet octo aut circiter.creditur enim quòd chriſtus Lazarum ſuſcitauit ſexta feria per quindenam ante diem paraſceues,in qua crucifixus eſt ipſe.Poſtea,ſicut in Ioanne deſcribitur,ante ſex dies paſchę,id eſt, ſabbato ramiſpalmarũ,quod fuit ſex diebus ante primum diem feſtiuitatis paſchæ Iudæorum tunc imminentis,quorũ paſchalis ſolennitas incepit feria quinta ſequenti ad veſperam,& ſexta feria fuit prima integra dies ſolẽnitatis paſchalis,venit Ieſus Bethaniam,&c.¶Prætereà(ſicut docet Euangeliſta Ioannes)in ſabbato illo ramiſpalmarũ,cum veniſſet Ieſus cum apoſtolis Bethaniam,fecerunt ei cœnam ibidem,& Lazarus vnus fuit ex diſcumbentibus.Fuit autem cœna illa non in domo Marthæ & Marię Magdalenæ,vt ali qui putauerũt,ſed in domo Simonis leproſi,quẽ chriſtus curauit à lepra:& in cœna illa effudit Maria Magdalena vnguentũ pretioſum ſuper caput & pedes chriſti,ſicut ex dictis Euãgeliſtarũ Matthęi atq; Ioannis probatur.Sequenti vero die venit Ieſus Hieruſalẽ ſedens ſuper aſellũ,& tunc in Hieruſalẽ prędicauit,ac multa miracula fecit,prout Euãgeliſtæ deſcribũt.Inſuper feria ſecũda & tertia poſt palmarũ Ieſus ſimiliter in Hieruſalem prædicauit,& ſacerdotes,ſcribas,ac phariſæos duriſsimè coram omnibus increpauit,ac reprobauit,ita vt maxima contra chriſtũ accẽdebantur inuidia: quarta vero feria manſit in Bethania:ideo Lucas Euangeliſta nũcait,Appropinquabat dies feſtus azymorum,id eſt,paſchalis celebritas,quæ dicitur azymorum,id eſt,panum nõ fermentatorum,quia in tota illa ſolẽnitate quæ ſeptem durauit diebus,non veſcebantur Iudæi pane fermentato,ſed azymis panibus.Quòd autẽ dies feſtus azymorũ prędicto modo iã accipiatur,cõſtat ex eo quod ſubditur,Qui dicitur paſcha,id eſt paſchalis ſolẽnitas, quæ incipiebat à veſpera feriæ quintæ,luna quartadecima exiſtente,in qua veſpera auferebant Iudæi de domibus ſuis omnem panem fermentatum, edebantq; agnum paſchalem cum azymis panibus,in cõmemorationem,quod patres eorum taliter comedebãt agnũ paſchalem ,quãdo egreſſuri fuerant de Aegypto,vt legitur in Exodo.vnde & nunc dies azymorum dicitur paſcha,quia

Baruch.3.

Hiere.11. Ioan.11.

Ibidem.

Ioan.12.

Matth.26. Marc.14. Matth.26. Ioan.12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A in præfata veſpera, quæ fuit ſolennitatis paſchalis exordiũ, edebatur agnus paſchalis. Veruntamen quidam hoc loco accipiunt diem azymorum & paſcha pro die paraſceues veſperam præfatam ſequente. Sed prima expoſitio aptior eſt, quia paulopoſt ſubditur, Venit autẽ dies azymorũ, in qua neceſſe erat occidi paſcha: quod certum eſt de quinta feria dici. ¶ Prętereà paſcha in ſcripturis multiuariam capitur. Primò, pro tota hebdomada azymorum, ſeu ſolẽnitatis paſchalis, quemadmodum in Actibus apoſtolorum ſcribitur de Herode, quod voluit poſt paſcha Petrum producere populo. Secundò accipitur pro celebritate paſchali exiſtẽte feria ſexta prędicta. Tertiò, pro hora immolationis & comeſtionis agni paſchalis, prout in Marco ſcriptum eſt, Erat paſcha & azyma poſt biduũ. Quartò, pro quocũq; cibo vel pane, quo veſcebantur Iudęi durante feſtiuitate paſchali, vt cum apud Ioannem fertur, Iudęi non introierunt prætorium, vt manducarent paſcha, id eſt, azymos panes. Quintò, pro agno paſchali. Sexto, pro figurato agni illius, puta pro Chriſto, de quo ait Apoſtolus, Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Septimo, pro feſtiuitate epularum paſchalium. Vnde in libro paralipomenon dicitur, Non fuit tale phaſe à diebus Iudicum quale fecit Ioſias. [*Et quærebant principes ſacerdotum,*] videlicet Annas & Caiphas, [*Et ſcribæ*] .i. periti in lege, ſcilicet magiſtri atque doctores plebis: quibus conuenit illud Danielis, Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus, qui videbantur regere populum. [*Quomodo Ieſum interficerent,*] quibus ipſe iam dixerat, Quare me quęritis interficere? Itémque, Multa opera bona oſtẽ-
B di vobis ex patre meo, propter quod horum me lapidatis? Hoc facinus Iudæorum Matthæus Euangeliſta plenius recitat, dicens, Tunc, videlicet quarta feria ante Chriſti paſsionem, congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrio principis ſacerdotũ qui dicitur Cayphas, & cõſiliũ fecerũt, [*Vt Ieſum dolo tenerent & occiderent.*] Itaq; quærebant, id eſt, inter ſe perſcrutabantur, quomodo, id eſt, per quem modum interficerent, eum doloſe capiendo atque mendaciter accuſando. [*Timebant verò populum.*] Non timuerunt deum omnipotẽtem, virtuoſo, ac ordinato timore ne eum in tanta feſtiuitate offenderent: ſed vt vulgus inordinato ac vitioſo timore: nouerant quippe qđ plebs Chriſtũ libenter audiuit, ideo formidabant ne Chriſtũ defenderet, & quamuis cõprehenſum de eorum manu eriperet: timebant quoq; ne ſtrepitus periculoſus concitaretur in populo, propter quod propoſueruut non occidere Chriſtũ durante feſto paſchali: iuxta illud Matthæi, Dicebant autẽ, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. Porrò principes ſacerdotũ dicebantur & erant pontifices, & quãuis eodem tẽpore vnus duntaxat princeps ſacerdotũ ſeu põtifex exiſteret, tamen pluraliter principes & pontifices nominãtur, quoniã annuatim vnus alteri tunc ſucceſsit, & pontificiũ à gentilibus emebant principib⁹: qđ contra legẽ Moyſi fuit, ſecundũ quam filius patri ſuccedere in pontificatu debebat, ſed tunc legitima illa defecit ſucceſsio. Prętereà narratur modus, quomodo Iudęorũ pontifices & principales plebis illius, cõſilium & machinationẽ ſuam perduxerunt ad effectũ, [*Intrauit autem Satanas*] .i. aduerſarius humanæ ſalutis, puta diabol⁹, [*In Iudã, qui cognominatur Iſchariotes,*]
C quia de vico ſic dicto in tribu Iſachar vt dicitur exiſtente fuerat oriundus, [*Vnum de duodecim*] principalibus chriſti diſcipulis. ſ. apoſtolis, de quo ait Chriſtus, Nónne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Intrauit autẽ diabolus in Iudã .i. in mentẽ ſeu animam eius, nõ ei eſſentialiter illabẽdo, quoniã ſolus deus creator incircũſcripti bilis & immẽſus eſſentiis rerum illabitur, & omnia implet, penetrat, & excedit: ſed intrauit per effectũ ſuggerendo Chriſti venditionẽ. Nec hac vice ſolũ intrauit hoc modo in eum, ſed & antea ſæpe, vtpote quotieſcunque illũ ad mortale induxit peccatũ. Vnde apud Ioannẽ legitur, cœna facta diabol⁹ cum iã miſiſſet in cor, vt traderet eũ Iudas. Itaque nunc intrauit vas ſuum, illud plenius poſsidẽdo. Hoc etiam modo diabolus intrat corda eorũ, qui eius tentationibus, ſuggeſtionibúsq; conſentiũt. Non enĩ intrat cogendo aut neceſsitando ad culpam, ſed ſuggerendo & alliciendo ad eã: nos autẽ ex negligẽtia noſtra ei libere aperimus, præbendo conſenſum: contra quod hortatur apoſtolus Paulus, Nolite locum dare diabolo. Iacobus quoq; apoſtolus, Reſiſtite (inquit) diabolo, & fugiet à vobis. Omni ergo impię cogitatiõi, affectioni & ſuggeſtioni peruerſæ iugiter atque viriliter reluctemur, deo & eius mandatis ac teſtimoniis fortiter adhærentes, & quicquid veritati ac æquitati contrarium eſt reſpuentes. [*Et abiit*] mẽtis auerſione & corporis greſſu à Chriſto, cæterisque apoſtolis, [*Et loquutus eſt cum principibus ſacerdotum,*] quibus competit illud in Eſdra, Manus principum fuit in tranſgreſsione hac prima. [*Et magiſtratibus*] .i. rectoribus ac ſenioribus [*Plebis.*] Theophilus autem per magiſtratus intelligit prępoſitos fabri
D cæ templi, vel eos quos Romani prefecerũt Iudæis, ne ſe Romanis apponerẽt, quia ſeditioſi fuerunt, [*Quemadmodum*] .i. quo modo [*Traderet illum illis. Et gauiſi ſunt,*] inuenta tam congrua occaſione comprehendendi, occidendíq; Ieſum. quibus competit quod in Prouerb. Salomon loquitur, Lætantur cum malefecerint, & exultãt in rebus peſsimis. [*Et pacti ſunt,*] id eſt, fœdus ſeu pactum cum Iuda inierunt, [*Pecuniam illi dare,*] videlicet triginta argenteos, [*Et ſpopondit*] Iudas, id eſt, promiſit quod traderet eis Ieſum. Alij Euangeliſtæ factũ hoc plenius deſcripſerunt, nempe (vt refert Matthęus) Iudas præfatos accedens, dicebat, Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã? Et conſtituerunt. i. dare promiſerũt ei triginta argenteos. Occaſio quoq; qua motus eſt Iudas vendere Chriſtum, fuit triſtitia illa qua doluit de vnguento ſuper Chriſtum effuſo à Maria Magdalena in cœna facta in domo Simonis leproſi in Bethania, ſabbato ramiſpalmarum. Vnde tunc dixit, Quare vnguentum iſtud non vęniit trecẽtis denariis & datum eſt egenis? Porrò quilibet triginta argenteorum quos promiſerunt traditori, valuit, vt fertur, decẽ nummos, ſeu denarios vſuales, ita quod triginta argentei valuerunt trecẽtos denarios vſuales: ſicq; in venditione Chriſti recuperauit Iudas valorẽ effuſi vnguenti. Hinc per Zachariam Chriſtus prædixit, Appẽderũt mercedem meã triginta argenteos, decorũ pretiũ quo appretiatus ſum ab eis. [*Et quærebat opportunitatem,*] id eſt, aptum locum & cõgruum tempus, [*Vt traderet illum ſine turbis*] .i. ſecrete & tẽpore noctis, quando turba nõ adfuit chriſto. Ex his patet, quod maximã paſſus eſt Chriſtus vilipen

Actu. 12.
Marc. 14.
Ioan. 18.
1. Cor. 5.
2. Para. 35.
Dani. 14.
Ioan. 7.
Ioan. 10.
Matth. 26.
Ibidem.
Ioan. 6.
Ioann. 14.
Ephe. 4.
Iaco. 4.
Prouer. 2.
Matth. 26.
Marc. 14.
Ioan. 13.
Matth. 26.
Zacha. 11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sionem,dum à proprio discipulo pro tam vili venditus est pretio, ipse in quo est omnium bonorũ atq; pulchrorum,ac desiderabiliũ plena perfecta & infinita possessio.Insuper impietatẽ Iudæ christum vendentis sequuntur,qui pro temporali laude,lucro,aut commodo,iustitiam deserũt,falsum testimonium dicunt,aut contra veritatem scienter iudicium proferunt:itẽq; ecclesiastica beneficia, sacramenta vel iudicia vendũt:assimilantúrque eis,de quibus in Michæa fertur, Principes eius in muneribus iudicabant,& sacerdotes eius in mercede docebant,& prophetæ eius in pecunia diuinabant.[*Venit autem dies azymorum,*]hoc modo expositum est,[*In qua necesse erat occidi pascha*].i.agnum paschalem ad obseruãdum legis præceptum in Exodo scriptũ,qui agnus feria quinta occidebatur,ac edebatur,& christũ eiúsque immolationem & occisionem euidenter præfigurauit.[*Et misit Petrum & Ioannem*]quinta feria à Bethania in Hierusalem,[*Dicens,Euntes*]Hierusalem versus,[*Parate nobis pascha,*] id est agnum paschalem,[*Vt*]illum secundum legem pariter[*Manducemus.*]Christus enim nõ venit legem soluere, sed implere.Christus quoque discipulos suos consueuit mittere combinatos propter mutuæ societatis solatium,atq; ad socialis vitæ commendationem.Nam (vt Salomon loquitur)Frater qui adiuuatur à fratre,quasi ciuitas munita.Porrò per esum agni paschalis designabatur sumptio christi in sacramento altaris:per Petrum vero petra actiua:per Ioannem contemplatiua.Quemadmodum ergo Petrus & Ioãnes agnum præparauerunt paschalem:ita & nos per actionẽ virtuosam,& cõtemplationem mysteriorum,beneficiorúmque Christi & diuinitatis suæ præparare corda nostra debemus ad sacram communionẽ.[*At illi dixerunt,Vbi vis paremus pascha?*]id est,in qua domo?[*Et dixit ad eos,Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem*]Hierusalem [*Occurret vobis homo amphoram aquæ portans*]qui homo secũdum Origenem fuit minister patrisfamilias eius ad quem Christus direxit discipulos istos. [*Sequimini eum in domum in quam intrat.*]Istud per naturalem rationem prẽsciri non potuit, quia futurorum pure contingentium non est determinata præcognitio,nisi diuinitus reueletur. Christus autem istud præsciuit,tam perincreatam suam scientiam secundum quod deus,quã per creatam scientiam inditam,& per gratiam prophetiæ quam habebat plenissime secundum naturam humanam.[*Et dicetis patrifamilias domus,Dicit tibi magister*].i.christus per excellentiam dictus magister,tanquam sapiẽtia patris secundum diuinitatẽ, & in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ secundum humanitatem.christus itaque seipsum vocauit magistrum,non vanitatis,sed veritatis amore.[*Vbi est diuersorium,*]id est,locus secretus & quietus,[*Vbi pascha,*]id est,agnum paschalem,[*Cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum stratum,*]id est,dispositum & paratum,seu aptum ad esum agni.cõmuniter dicũt doctores,q; domus patrisfamilias huius fuit prope montẽ Sion,& iuxta templum,in qua domo fuit cenaculũ iam præfatum,in quo apostoli post christi resurrectionẽ foribus clausis latebant vsque ad pentecostẽ,tũc q; in eodẽ cœnaculo impleti sunt spiritu sancto.Quãuis autem beatus Ambrosius & glossa dicãt hominem istum patremfamilias pauperem,ignobilémq; fuisse,alii tam en probabilius arbitrantur,quòd fuit homo multum potens,diues ac nobilis,in tantũ quod non obstante prohibitione pontificum, & spreto timore principaliũ Iudæorum,ausus fuit Christũ & eius discipulos in domum suã suscipere,atq; post Christi passionẽ tam diu eius discipulos hospitari,quasi Iudæos non metuens. Pauperes quoque habere non solent domũ tã magnam,in qua sit tã grande cœnaculũ,quemadmodum istud fuit,in quo centũ viginti homines pariter cõsedentes,spiritum sanctum receperũt.Denique aliqui putant,q; fuit vnus discipulorum Christi,ita quod nomine magistri cognouit magistrum suum dominũ Iesum significari.Habuit etenim christus etiã quosdã discipulos diuites, à quibus voluit interdũ refici se & suos discipulos pauperes. nam apud Ioannem scriptum est,quòd multi ex principibus Iudæorũ crediderunt in Iesum instante hac cœna.[*Et ibi parate*]nobis pascha.[*Euntes autem,inuenerunt*]hominem lagenam aquæ ferentẽ,eíque occurrentẽ,& domum atque cœnaculũ,[*sicut dixit illis*] Iesus,qui secundũ qđ deꝰ est veritas per essentiam,& vt homo confirmatus fuit in bono ab incarnationis exordio, ita quòd mentiri nõ potuit,[*Et parauerunt pascha. Et quum facta esset hora*]vespertina ferię quintę,in qua hora agnus paschalis secũdum legem manducabatur,[*Discubuit,& duodecim apostoli cum eo.*]Hinc Beda affirmat,hora manducandi pascha designat quartãdecimã diem primi mẽsis perductã ad vesperam,& quintadecima luna terris iam apparente.Circa hæc quęrit Theophilus,qualiter dominus discumbere .i.sedendo comedere dicitur,cũ Iudæi stantes pascha comederent,sicut lex iusserat? Ad quod(vt refert) aliqui dicunt,quòd agnũ paschalẽ Christus atque apostoli stando edebãt,deinde accubuerunt secundũ cõmunẽ vsum quosdam cibos edentes.Aliqui etiam dicunt,quod mẽsa fuit super terrã posita, & Christus cum suis apostolis in terra consedit,iuxta consuetudinẽ veterum.Rursus aliqui dicũt,quod etiã septuagintaduo discipuli aderant,saltem pro parte,& agnum in alia mẽsa edebant.[*Et ait illis, Desiderio desideraui*].i.intẽse ac feruide cõcupiui,[*Hoc pascha,*]videlicet agnũ istum paschalem[*Manducare vobiscum antequam patiar*].i.à Iudęis occidar.Hoc equidem christus ardentissime affectauit,non principaliter propter agnũ illum legalẽ ac prefiguratiuum:sed propter impletionẽ eius,quod ille agnus prę figurauit,videlicet propter institutionẽ sacramenti nouæ & euangelicæ legis,cuius sacramenti figura pręcesit in agno paschali & esu,ac immolatione ipsius.Hoc enim superdignissimũ sacramentũ instituere christꝰ summe & ineffabiliter cõcupiuit,ad dei patris æternũ honorem & gloriã, & ad maximã fideliũ vtilitatẽ,quemadmodum inæstimabilẽ dilectionẽ habuit ad patrem & ad nos.Rursus desiderauit hoc pascha nouissimũ edere,vt legalibus obseruantiis finẽ imponeret,& veteris testamenti cõpletis figuris nouũ inciperet testamentũ,atque vt cætera faceret ac doceret,quæ post cœnã egit, ac docuit.¶Porro Theophilus sic exponit,Desiderio desideraui,&c.quasi dicat, Hæc vltima mihi cœna vobiscũ est, propter quod singulariter amabilis est mihi,sicut qui peregre profecturi sunt,vltima sua facta & verba affectuosius exhibent.Porrò secundum cyrillum,christus ideo verbũ hoc protulit,quo-

Mich.3.
Exod.12.
Matth.10.
Prouc.18.
1.cor.1.
colo.2.
Ioan.21.
Luc.24.
Actu.2.
Ioan.12.
Ioan.14.
Exod.12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A niam Iudas auarus tempus proditionis explorabat: sed ne traderet Christum ante completionem hu
ius cœnæ, non explicauerat Christus domum aut virum penes quem pascha perageret, cuius causam
per hæc verba ostendit. Quòd verò præfata manducatio huius agni paschalis esset vltima christi cum
suis discipulis cœna, & ideo sibi præoptata, pandit subdendo, [*Dico enim vobis, quia ex hoc,*] id est, post
hanc horam [*Non manducabo illud*] pascha seu agnum paschalem, [*Donec impleatur,*] id est, veraciter cõ-
pleatur, quod per agnum illum figuraliter significabatur, [*In regno dei,*] id est, in ecclesia militante, quę
in Euangelio frequentissime regnum dei vocatur. Legalis etenim ille agnus prefigurauit (vt dictũ est)
institutionem & esum sacramenti altaris, immolationémque Christi in ara crucis, quę omnia post hęc
verba implebantur: quia paulo post christus sacramentum noui testamenti instituit, suisq; dedit, & pa
tri obtulit semetipsum. Vnde iuxta hãc expositionem, donec, sequens tempus excludit, quia post hãc
horam Christus typicum agnum non manducauit. Vnde secundum Bedam, Christus his verbis pro-
hibet agnum paschalem vltra carnaliter exhiberi, & asserit se vltra nequaquam pascha Mosaicum ce-
lebraturum, [*Et accepto calice,*] id est, vasculo ex quo biberunt, [*Gratias egit,*] deo patri secũdũ quod ho
mo fuit, docẽs nos deo gratias agere pro vniuersis beneficiis eius, pro corporalibus etiam alimentis: vel
gratias egit de cõsummatione ac terminatione legaliũ horum ciborũ, quia & calix seu potus iste ad ve
tus pascha, cui finẽ imponebat, spectabat. Bis quippe in cœna hac legitur calicẽ accepisse. Primus per-
B tinebat ad vetus pascha, ac testamentum: secundus ad nouum, sicut dicetur. [*Et dixit, Accipite & diui-
dite inter vos*], i. successiue & ꝑ ordinẽ de hoc potu seu vasculo bibite, prout moris fuit in esu agni pas-
chalis potare, & potus ille sumptionem sanguinis Christi sub specieb⁹ sacramentalibus figurauit: vnde
in institutione sacramenti Eucharistiæ cessauerunt legalia quantũ ad obligationem: & finis impositus
est typico agno ac potui ei⁹. Veniẽte enim veritate & re figurata exhibita, cessant figuræ & typica. [*Di
co enim vobis, quod non bibam de generatione vitis*]. i. de vino huiusmodi quod generatur in vite, & fructus
est vineæ, [*Donec regnũ dei veniat,*]. i. quousque post passionẽ immortalis surrexero, sicque in me adue
niat & monstretur regnum militantis ecclesiæ, ita vt ego rex ecclesiæ glorioſus appaream, & in electis
atque fidelibus, per fidem & gratiam regnare incipiã, conuertendo illos ad me, vel de nouo aut magis
perfecte. Iuxta hanc expositionem insinuauit se Christus post passionem & resurrectionem suam cũ
discipulis bibiturũ, quod certum est cõtigisse. Vnde in Actibus apostolorum Petrus testatur, quod ip
se cæteríque apostoli manducauerunt atque biberunt cũ Christo, postquam resurrexit à mortuis: nec Actuũ. 10.
dubium quin discipuli dederint christo tũc bibere vinũ, scilicet optimũ quẽ habuerant potũ. Vel sic,
non bibã de generatione vitis. i. typicum istum potum vltra nõ sumam, donec veniat regnum dei. i. fi-
des ecclesiæ prędicetur, ac recipiatur: sicque Christus insinuauit legalem illum potum debere cessare,
& rem per eum figuratam esse de cętero celebrandam, videlicet sui sanguinis sumptionem. sic quoque
C donec, accipi potest, vt ante, scilicet exclusiue. Denique peractis & terminatis quæ ad agnum pertine-
bant legalem, complet & inchoat quod figurabatur per illum, instituens atque conficiens Eucharistię
sacramentũ. [*Et accepto pane,*]. i. panẽ azymum ac triticeum, quo tunc vescebantur, in manu sua bene-
dicta accipiẽs, [*Gratias egit*] vt homo deo patri pro vniuersis beneficiis eius sibi collatis, & quòd per ip
sum decreuit redimere genus humanũ: specialiter verò tũc gratias egit de veteribus terminatis, & no-
uis mysteriis iam inchoandis, [*Et fregit*] panẽ iam cõsecratum, quoniam integrum panem in suum cor
pus transsubstantiauit. ¶ Fregisse autẽ dicitur panẽ, nõ ꝙ tunc ibi esset subſtãtia panis, aut quia suũ cor
pus ibi existens confregerit, sed quia species sacramentalis, videlicet quantitas panis remanẽs, sub qua
corpus domini continebatur, veraciter frangebatur, & diuisionis illius erat subiectũ, sicut & modo in
hostiæ fractione. [*Et dedit eis dicens, Hoc*] quod vobis nunc porrigo, & ex summa dilectione, ac liberalis
sime tribuo, [*Est corpus meum*] vere non repręsentatiue duntaxat, [*Quod pro vobis datur*]. i. pro vestra libe
ratione passioni & morti iam exponetur, proditore tradente, & me sponte ad passionẽ accedente. Vel,
ꝙ pro vobis datur. i. quod ego vobis nunc munificentissime do edendũ ad vestrũ profectũ & robur,
vt gratia augeatur in vobis, [*Hoc facite*]. i. sacramentũ istud suo tempore celebrate & conficite, date ac
sumite, [*In meam commemorationem*]. i. in memoriã summæ dilectionis meæ ad vos, & amarissimæ pas-
sionis meæ pro vobis. Itaque sicut legale pascha fuit figuratiuũ futuri: sic euangelicũ istud pascha est
rememoratiuũ prætęriti: sed quoniã Christus sacramentũ istud cõfecit, dicendo, hoc est corpus meũ,
D ideo dixit hoc antequã porrigeret corpus discipulis: aliqui tamen dicũt, quòd porrigẽdo repetiuit hęc
verba. Sed huiusmodi difficultates prætermitto, quia hinc inde in diuersis libris copiosissime inueni
untur solutæ. Deinde describitur institutio sacramenti Eucharistiæ sub specie vini, & specialiter cõse
cratio sanguinis christi, [*Similiter & calicem*] sumpsit in manibus, & dedit discipulis [*Postquam cœnauit*]
. i. agnũ paschalẽ comedit, [*Dicens, Hic est calix nouum testamentum,*] supple cõfirmans ac signans, [*In meo
sanguine*] dedicatũ, confirmatũ & consecratũ. Ponitur autẽ cõtinens pro cõtento, cum dicitur, calix in
meo sanguine, vt sit sensus, sanguis meus existens in calice. Itaque nouũ testamentũ in Christi sangui- Hebræ. 9.
ne confirmatur, quia in cõsecratione sanguinis eius instituebatur, & in effusione sanguinis eius robo-
rabatur. Testamentũ nanque in morte cõfirmatur. Prætereà aduertẽdum, quod dominici corporis ac
sanguinis sacramẽtũ institutũ est à christo multis de causis. Primò, in recordationẽ suę passionis, & o-
bediẽtiæ ei⁹ vsque ad mortẽ, cæterorũque mysteriorũ & actuũ ei⁹, vt illa ad memoriã deuotissime re-
uocemus ac imitemur, suæ passioni nos cõformando per proprij corporis castigationẽ, & proprię vo
luntatis mortificationẽ. Nã, vt ait Apostolus, Qui sunt Christi, carnẽ suã crucifixerũt cũ vitiis & cõcu Galat. 5.
piscẽtiis. Princeps quoque apostolorũ effatur, christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplũ 1. Petri. 2.
vt sequamur vestigia eius. Secundò in signũ atque memoriam charitatis suæ ad nos. Hoc enim maxi-
mæ charitatis extat indicium, quod propriũ corpus & sanguinem nobis reliquit in cibum, potúmque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

animæ ſalutarẽ, quia & illa eſt amoroſa, munificentiſsimaq; donatio, qua quis alteri dat ſeipſum: quẽ- E
admodum Chriſtus hoc in ſacramento fuit, & eſt dator ac donum. Tertiò, in alimẽtum vitæ ſpiritua-
lis, quia in ſacramento hoc fons gratiæ continetur, & præcipua gratiarum chariſmata digne ſumenti-
bus ipſe largitur. Quartò, in robur mentalis confirmationis, quia hic cibus roborat animam, ſicut alia
eſca corpus. Quintò, in viaticũ huius peregrinationis, vt virtute huius digniſsimi alimenti tendamus
3. Reg. 19. ac perueniamus vſque ad patriã paradiſi cœleſtis, ſicut Helias in fortitudine ſubcinericij panis ambu-
labat vſq; ad montem Oreb. Sexto, in remediũ ſatisfactionis pro noſtris peccatis, quia hoc ſacramen-
tum multipliciter ſuffragatur ſumentibus digne ipſum, & per ipſius oblationẽ ac ſumptionem noſtra
relaxantur peccata, defunctis quoq; ſuccurritur. Septimo, in pign⁹ & arrham futuræ hæreditatis æter-
næ. Beatificã enim fruitionẽ in patria præfigurat, quia quos Saluator iam ſui corporis & ſanguinis ſa-
cramento dignatur reficere, tunc ſuæ diuinitatis ſpecie reficiet ſine fine: & quod nũc myſtice geritur,
tũc in veritate cõplebitur. ¶ Deniq; Chryſoſtomus ait, Vide ô homo quali ſis à Chriſto honorat⁹ ho-
nore, quali & menſa poteris, quod angeli videntes horreſcũt, nec ſine reuerẽtia reſpicere audent, pro-
pter eam quæ intus fertur coruſcationẽ. Iterum ait, oſtendens quanta ſit charitas Chriſti ad nos, Quis
paſtor propriis membris nutrit oues? ſed & matres quoq; filios ſuos tradũt aliis ad alendum. Chriſtus
verò ita nõ egit, ſed quos genuit per ſeipſum & ſeipſo nutrit. Itaq; tantæ charitati, liberalitatiq; Saluа-
toris & dei noſtri grati eſſe iugiter ſatagamus, & ei in omnib⁹ ex puriſsima charitate fideliter obedia- F
mus, nec ſine debita præparatione ac deuotione celebremus aut cõmunicemus. Alioquin quanto ma-
ior eſt dilectio & beneficentia Chriſti ad nos, tãto grauior erit ingratitudo, peruerſitas, & dãnatio no-
ſtra. ¶ Poſtremò, quoniã Chriſtus in cœna propriis manib⁹ ſuos cõmunicauit diſcipulos, hinc in die
cœnæ religioſi de manu ſui prælati corpus Saluatoris accipiũt. [*Qui pro vobis fundetur*]. i. pro veſtra ſa-
luatione ſanguinem hunc effundam & effundi permittam: & per diſcipulos intellexit Saluator omnes
electos ſuo ſanguine liberandos. Nempe pro vniuerſis hominibus effuſus eſt ſanguis Chriſti quãtum
ad ſufficientiã, quoniã quantum in ipſo eſt, idoneus eſt omniũ auferre peccata, gratiámq; conferre, &
gloriam: ſed pro ſolis electis effuſus eſt, quantum ad efficientiam, quia ipſi duntaxat dominicæ paſſio-
nis fructũ ſalubriter conſequuntur. Itaque huius ſacramenti inſtitutionẽ, inſtitutionisq; cauſas quoti
die cum debita attentione penſemus, & Chriſto vicem pro viribus rependamus. Dicit autem Chry-
ſoſtomus, Hic ſanguis operatur in nobis imaginẽ regiam, nobilitatem animę nõ permittit marceſcere,
protinus rigans animã magnámque inſpirans virtutem. Hic ſanguis dæmones fugat, angelos aduocat,
mundum lauit, cęlum acceſsibile fecit, & per ipſum participes eius fiunt, ſupernis virtutibus amicti, re
gio pallio, magis autẽ ipſo rege induti. Et ſicut ſi mundus acceſſeris, ſalubriter acceſsiſti: ſic ſi indutus
conſcientia praua, damnoſe accedis in culpam atque ſupplicia. Nam ſi qui imperatoriam coinquinant
purpuram pari pœna plectuntur cum eis qui illam diuellunt: abſurdũ non eſt, ſi & qui obſcœna men
te corpus Chriſti recipiunt, pari pœna plectantur cum his, qui illud clauis confixerunt. Hoc quoque G
ſciendum, quòd licet Chriſtus poſt cœnam dedit corpus & ſanguinem ſuũ diſcipulis: deinceps tamen
ordinauit eccleſia ſacramentum hoc à ieiunis accipi, propter reuerẽtiã eius, & vt deuotius accipiatur.
¶ Cõſequenter Chriſtus traditionẽ ſuam prædicit: ſicut & paſſionem ſuã frequenter prędixit, ne im-
prouiſus & neſcius æſtimaretur traditus & occiſus, atq; vt ſe ſponte manifeſtaret tradi, capi & crucifi-
gi. [*Veruntamen ecce manus tradẽtis me*]. i. licet ego tãta vobis bona præſtiterim, nihilominus manus illius
qui cito me tradet [*Mecum eſt in menſa*]. i. traditor meus mecũ quaſi amicus mãducat: quib⁹ verbis chri
ſtus quantũ in ſe fuit admonuit Iudam, qui ſibi de ſuo ſcelere cõſci⁹ fuit, vt à malo deſiſteret, ſed pro-
ditorẽ non nominat, ne in cœna pacis grandis turbatio oriretur, & ne quis diſcipulorum in proditorẽ
cõſurgeret. Iſtud quoq; conqueritur chriſtus de ſacerdotibus immundę ac impię cõuerſationis, & cę
teris indigne mãducantibus, qui (vt ait Apoſtolus) rei ſunt corporis & ſanguinis Chriſti, & iudicium ſi
1. Cor. 11. bi manducant & bibunt. [*Et quidem filius hominis,*] ſcilicet Chriſtus filius virginis, & inter filios primi
hominis ſummus, [*ſecundum quod definitum eſt*]. i. à patre æternaliter præuiſum, ac prędordinatũ, atq; per
prophetas prędictũ [*Vadit*] de vita ad mortẽ, de exilio iſto ad patriã, & de paſſione temporali ad gloriã
ſempiternam: quia & hoc deus per Prophetam prædixit, quòd Chriſtus à ſuo diſcipulo eſſet traden-
dus, ſancto Dauid in Chriſti perſona dicente, Etenim homo pacis meæ, &c. Hinc in Actib. Petrus ait H
Iudæis, Ieſum Nazarenum definito conſilio & præſcientia dei traditum interemiſtis. Deus enim pa-
ter per Chriſti paſſionem mundum ſaluare decreuit, quẽadmodum Eſaias dixit, Dominus poſuit in
Pſalm. 40. eo iniquitatem omnium noſtrum, cuius liuore ſanati ſumus. Et rurſus ibidem loquitur deus, Propter
Actu. 2. ſcelus populi mei percuſsi eum. [*Veruntamen væ homini illi, per quem tradetur,*] id eſt, mortaliter pecca-
bit, & æternam promerebitur ſortieturque pœnam: quo verbo Chriſtus quantum in ſe fuit retraxit
Eſaiæ. 53. proditorẽ à tanto facinore, terrore, & cõminatione ſupplicij. circa quod ſagaciter perpẽdamus, quãta
ſit fragilitas atque malitia mentis humanæ, eo quòd Iudas iſte miſerrimus, auditis tãtis Chriſti ſermo
Ibidem. nibus & auiſationibus iſtis, aliiſq; beneficiis à Chriſto ſuſceptis, etiam in hac cœna, in cõmunione, &
pedum ſuorũ à chriſto lotione, tot demum viſis chriſti miraculis, & in tam ſancta ac electiſsima ſocie
tate Apoſtolorum tanto tempore conuerſatus, ad tantã impietatem dilapſus eſt, nec à cõcepto ſcelera-
Ioan. 13. to propoſito extitit reuocatus. Nullus ergo noſtrũ præſumat de viribus ſuis, neque inaniter glorietur,
ſed ſemper ſit timoratus. Hinc ait ſanctus Bernardus, Si nec in regno maieſtatis, nec in paradiſo volup
tatis, nec in collegio vnitatis, videlicet chriſti, defuit caſus, quis poterit ſecurus eſſe in hoc loco horro
Matth. 26. ris & vaſtæ ſolitudinis? Prefatis quoque verbis (vt ſcribit Euangeliſta Matthæus) addidit chriſtus, Bo
nũ ei eſſet, ſi natus nõ fuiſſet homo ille. [*Et ipſi*] innocẽtes Apoſtoli [*cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex
eis q hoc facturus eſſet.*] Vbi apparet ac cõmẽdatur mirabilis ſancta ſimplicitas apoſtolorũ, qui licet nihil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A de magiſtri ſui traditione vnquam cogitaſſent,magis tamẽ credebant Chriſto,quam ſibimetipſis,ideo inter ſe conquirebant,quiſnam eſſet eorum tantum commiſſurus piaculum : imo de hoc quærebant tripliciter. Primò,vnuſquiſque ſuam diſcuſsit conſcientiam,an tale quid cogitaſſet.Secundò,inter ſe interrogauerunt.Tertiò,vt ait Marcus Euangeliſta,ſingulatim ſciſcitabantur à Chriſto, Nũquid ego ſum?Etiam & Iudas dicebat,Nunquid ego ſum domine?Cui Chriſtus reſpondit, Tu dixiſti.Circa q̃ ſcribit Baſilius,Sicut in corporalibus paſsionibus multæ ſunt,quas nõ ſentiunt patientes,ſed magis adhibent fidem coniecturæ medicorũ:ſic & in animæ paſsionibus,ſi quis in ſe peccatum nõ ſentiat,credere debet his qui plus poſſunt cognoſcere eius peccata.[*Facta eſt autem & contentio inter eos,*]puta Apoſtolos,[*Quis eorum videretur eſſe maior,*]hoc eſt,cæteris altior.Quamuis aliqui dicant, contentionem iſtam humilitatis fuiſſe,ita quòd conabantur ſeinuicem honore præuenire : verius tamen eſt,quod dicit Chryſoſtomus,aſſerens eam fuiſſe aliquantulæ elationis,quia humanum aliquid paſsi ſunt : quod patet ex increpatione & informatione eorum ſubiuncta:cuius occaſio fuit ſecũdum Gregorium,quoniam audierunt chriſtum ſuam paſsionem iam prędixiſſe,moxq́ue futuram. Ipſo autem eis ablato,debuit vnus eorum cæteris loco Chriſti præeſſe,ideo cœperunt contendere,quis eorum maior,ſeu aptior eſſet ad hoc.

¶Porrò Theophilus ait,Cum inter ſe quærerent,quis eorum eſſet dominum traditurus , conſequens
B erat adinuicẽ ſibi dicere,Es tu prodituruſ?& ex hoc coacti ſunt dicere:Ego potior,ego maior , atque ſimilia.Quemadmodum verò Beda teſtatur,Sicut boni ex ſcripturis quærunt & ſumunt quibus proficiant:ſic peruerſi & reprobi ſi quid reprehenſibile in ſcripturis inueniant,hoc libenter amplectuntur,vt per hoc ſuas excuſent aut tegant nequitias.Vnde quidam ardentius legunt,quod facta eſt contẽtio inter diſcipulos chriſti.Sed nos potius videamus & imitemur non quod adhuc carnales geſſerũt diſcipuli,ſed quod iuſſerit ſpiritualis magiſter.[*Dixit autem eis*]increpando eorum errorem,& ad humilitatem eos informans,[*Reges gentilium,*]hoc eſt,gentium [*Dominantur eorum,*] ita quod cum ambitione,& vana gloriatione ſuæ excellentiæ atq; potentię prędident ſuis.Vnde gentiliũ meminit Chriſtus,vt ambitionis deteſtabilitatẽ demõſtraret,gentiliũ nanque eſt ambire primatũ. [*Et qui poteſtatem habent ſuper eos,*]puta gentiliũ principes,qui in ſubditos ſuos poteſtatẽ exercent,[*Benefici vocantur*] .i.à ſubditis vane laudantur,& bene agentes dicuntur,etiam dum agunt iniuſte:principibus etenim plurimi blandiuntur,& laudatorios ac adulatorios offerunt ſermones,vt eorum fauorem aut munera ſortiantur.[*Vos autem non ſic*]id eſt gentilibus illis principibus nolite aſsimilari,aſpirando ad principatum, quoniã illi quaſi carentes legibus ſacris,prætactis ſubiacent moribus:veſtrum vero culmen in vera humilitate fundatur & eſt:ideo ſubditur[*Sed qui maior eſt veſtrum,*]hoc eſt,ſapiẽtior aut virtuoſior inter vos,[*Fiat ſicut minor*]id eſt præ cæteris humiliorem ſe prębeat,& tanto ſit deo ſubiectior,& proximis in omni virtute exemplarior,quanto maiorem à deo adeptus eſt gratiam,& obligatiorem ſe conſpicit
C ad reddendam altiſsimo rationem.Propter quod in Eccl.legitur,Quantò maior es,humilia te in omnibus,& coram deo inuenies gratiam. Rurſũsque ſcriptum eſt,Humilia valde ſpiritum tuum, quo- Eccleſi .2.
niam vindicta impij,ignis & vermis.Signum enim veri ſpiritualis profectus,veræq́ue ſapientię & per Eccleſi .7.
fectionis,eſt vera,ſtabilis,ac profunda humilitas:iuxta illud Prouerbiorũ,Vbi fuerit humilitas, ibi & ſapientia.Circa hęc ait Chryſoſtomus,Principes mundi ideo fiunt,vt dominentur in minoribus ſuis: principes autem eccleſiæ,vt ſeruiant minoribus ſuis,vt proprias vtilitates negligant,& illorum procurent,vt nec mori timeant pro ſalute illorũ. Principatum vero ſeculariẽ appetere,& ſi ratio non eſt,vel cauſa eſt:principatum vero eccleſiæ concupiſcere,nec ratio eſt,neque cauſa,quia nec iuſtum,nec vtile eſt.Quis enim ſapiens ſuſtinet ſe ſubiici ſeruituti,ac tanto periculo,niſi forte qui nõ credit dei iudicium,vel qui deum non metuit impios puniturum? ¶Hinc ait Baſilius,Non ergo extollat præſidentem dignitas,ne ab humilitatis beatitudine corruat.Illud autem nouerit,quod humilitas vera miniſterium plurium eſt.Sicut enim qui pluribus miniſtrat vulneratis,& abſtergit cuiuſlibet vulneris ſaniẽ, non ſumit ex miniſterio illo cauſam elationis:ſic & multo magis cui commiſſæ ſunt curæ fraternorũ languorum,vt omnium miniſter redditurus pro omnib⁹ rationem,eſſe debet humilis atque ſolicitus.
Veruntamen contra delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ debet eſſe erectus,vt humilitas ſua diſcre
D tione regatur,nec ita ſubditis ſe ſupponat, vt in correctione errãtiũ puſillanimis fiat,ſiue remiſſus,ſed Hebræ.13.
authoritate ſua vt vicarius Chriſti fungatur,debitumq́ue perſoluat ſui officij,quamuis in corde ſuo ſibi præferat eos quos corrigit.[*Et qui præceſſor eſt,*].i.qui alios dignitate aut ſanctitate excedit, fiat [*Sicut miniſtrator,*]id eſt,obſequioſum ſe præbeat,ſecundum exigentiam loci & cauſæ,ac temporis,& humiliter ſentiat de ſeipſo.Vt autem Chryſoſtomus loquitur,Primatus fugientem ſe deſiderat,deſiderantẽ ſe horret.Iterum ait,Homo quod membrũ habeat honorabile,& quod inhoneſtum agnoſcit: ipſum autem membrum hoc de ſe non agnoſcit,ne ſit ſchiſma in corpore:ſic differẽtiam inter ſanctos huius vitæ agnoſcit Chriſtus,cuius mẽbra ſumus:ipſis autẽ ſanctis non eſt conceſſum,vt cognoſcant hic differentiam ſuam adinuicem . Veruntamen etiã ſi quis ſciat per reuelationem eſſe ſe aliis virtuoſiorem, nihilominus aliis humiliter obſequi debet,& humiliare ſe cæteris,quia ſecundum aliquas conſiderationes,poteſt ſe aliis inferiorem veraciter iudicare,videlicet conſiderando ſe ſecundũ id quod eſt, aut habet,vel habuit à ſeipſo,aut adhuc cito haberet,ſi relíqueretur à gratia:alios autẽ ſecũdũ id quod habent,habuerunt,aut forte habebunt à deo.Sic quippe dixit Apoſtolus,Venit Ieſus peccatores ſaluos 1.Timo.1.
facere,quorũ ego primus ſum.Deinde ſic Chriſtus ſecundũ formã aſſumptam ſe humiliauit, ac miniſtrauit,quaſi excellentiã ſuam ignoraret:idcirco cõſequẽter ſuo exẽplo hortatur ad humilitatẽ.[*Nam quis maior eſt qui recumbit*]ſedẽs ad menſam, [*An qui miniſtrat*]recũbenti? [*Nonne qui recumbit?*]maior & dignior eſt miniſtrante,ſecundũ quod talis eſt?quãuis frequenter aliunde corã deo ſit maior in do-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nis gratiæ qui miniſtrat.[*Ego autem*]qui cõtrario modo ad mundum me habeo,[*In medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat,*]id eſt,cunctis vobis humiliorem me præbeo quamuis maior ſim vobis,& obſequio ſus ſum vobis.Nam & cœna hac chriſtus lauit pedes eorum,corpus quoque & ſanguinem ſuum miniſtrauit eis in ſacramento,optima etiam ſpiritualia fercula gratiæ in preſenti & gloriæ in futuro chriſtus miniſtrat.Itaque conſtat ex dictis,& gloſſa hoc aſſerit,quia neceſſe eſt,vt rectorem ſubdit⁹, & diſciplina patrem,& pietas matrẽ,& humilitas ſeruum exhibeat,ne aut diſtrictio rigida,aut pietas ſit remiſſa,ſed vtrobique ſeruetur diſcretio.

Proſecutio expoſitionis huius cap.à loco quo dicitur,[*Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.*] Artic. XLVIII.

Auloante prædixit Chriſtus infideli diſcipulo væ æternum,ſcilicet Iudæ proditori,qui,cũ verba ſequentia dicerentur,exiuit,quia apud Ioannem legitur,Cum accepiſſet bucellam exiuit cõtinuo.Nunc ergo fidelibus ſuis diſcipulis cæteris,ſcilicet Apoſtolis bona promittit,[*Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis,*]hoc eſt,in tẽpore aduerſitatis & tribulationum,quas mihi intulerunt Iudæi:qui Chriſtum tentauerunt frequenter,nunc ſignum de cælo petendo,nunc an liceret tributum ſoluere inquirendo:propter quod dixit eiſdem,Quid me tentatis hypocritę?nunc me lapidare volendo,& vſq; in hanc horã, in qua mihi grauiſsima tribulatio inſtat,mecum manſiſtis.Vnde iam ante Thomas Apoſtolus ad coapoſtolos dixit,Eamus & moriamur cum illo.[*Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum,*].i.in regno cæleſti beatificã manſionem prępparo vobis,& paſſionis meæ merito ianuam regni æterni iam vobis reſerabo.Hinc apud Ioannem ait,Vado parare vobis locum.Hoc autem Chriſtus peregit,ſicut pater ęternus ſibi diſpoſuit.i.per ipſum fieri decreuit & ordinauit:ſicut in Matthæo profitetur,Sedere ad dexteram meam vel ſiniſtram nõ eſt meum dare vobis,ſed quibus paratum eſt à patre meo,hoc eſt,non humana virtute,ſed paterna ac diuina diſpoſitione hoc præſto. vel ſicut diſpoſuit mihi pater.i.quemadmodum pater ex ſua bonitate & charitate largitus eſt mihi ſecundũ naturã humanã bona gloriæ,& eadẽ mihi ab æterno parauit, atque ab incarnationis exordio quantũ ad eſſentiale prẽmium dedit:ſic ex bonitate charitatéque mea ad vos bona gloriæ præparo,ac tribuam vobis,[*Vt edatis & bibatis*].i.ſpiritualiter,plene ac iucundiſsime reficiamini: iuxta illud Pſalmi,Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos.Et in Canticis,Comedite amici & bibite & inebriamini chariſsimi.[*Super menſam meã*].i.in diuinitatis fruitione.Sicut enim ſuper mẽſam fercula collocãtur,ſic in ſupereſſentiali,ſuperbenedicta ac ſuperſimpliciſsima deitate eſt opulẽtia infinita,omniſq; beatifici alimenti,videlicet omnis bonitatis ac pulchritudinis poſſeſsio iucũdiſsima & immẽſa.Ipſa ergo ſpiritualis eſt mẽſa,ſimul eſca & potus in regno meo cæleſti.¶Deniq; quidã exponunt hũc locũ de regno militãtis eccleſiæ,in quo chriſtus diſpoſuit apoſtolis principatũ ſuper fideles,iuxta q̃ ſcriptũ eſt,cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã, vt ederẽt & biberent ſuper mẽſam ſuã.i.in mẽſa altaris ſacramẽtũ corporis & ſanguinis ſui acciperẽt.Itaque verba inducta nõ ſunt carnaliter intelligẽda,quaſi in futura vita futurus ſit alimẽtorũ corporalium vſus, ſed per corporalia ſpiritualia deſignãtur,vt cõſuetudo eſt ſcripturarũ. Nã quia prærogatiua magna apud reges funguntur terrenos qui eorũ ſunt cõmẽſales,Chriſtus ſic loquitur,vt innuat, quãta erit electorũ ſuorũ felicitas:& plane hęc eſt mutatio dextrę excelſi,vt qui nũc cũ chriſto humiliari,ſubeſſe, miniſtraréq; eligũt,poſtea taliter exaltentur,[*Et ſedeatis ſuper thronos duodecim.*] Per thronos ſeu ſolia ſuper quę ſedebũt apoſtoli,poſſunt intelligi multitudines ab eis cõuerſę,vel iudiciaria poteſtas eis cõceſſa,in qua feliciter conquieſcunt.[*Iudicantes*]tanquã iudicis præcipui aſſeſſores, nõ quaſi ſententiæ prolatores,[*Duodecim tribus Iſrael*]dãnando eos,qui in infidelitate manſerũt.Nec ſolũ apoſtolis,ſed & cunctis perfectis,qui pro Chriſto omnia reliquerũt, & apoſtolicã vitã ſequũtur, iſtud promittitur. Sed quomodo ait Saluator,Sedebitis ſuper duodecim thronos,cũ iã Iudas abiiſſet,& reprob⁹ eſſet?Ad qđ poterit reſpõderi,q̃ ideo quia loco eius alter ſucceſsit,puta Matthias apoſtolus.[*Dixit autem dominus*]Ieſus,qui ſecundũ ſuã diuinitatẽ eſt omniũ dominus ſummus,vniuerſalis,& authoritatiuus,[*Simoni*]Petro,[*Simon, ecce ſatan expetiuit vos*].i.ſtudioſe quæſiuit,licẽtiãque à deo petiuit, quia homines tentare nõ valet,niſi inquantũ à deo & angelis ſanctis permittitur,[*Vt cribraret*].i.tẽtationis ſuę impulſu agitaret,cõcuteret & turbaret,[*Sicut triticum*]cribratur in cribro,ita q̃ paleæ remanẽt, farináque trã ſit:ſic Iudas vt furſur remanſit diabolo ad tormenta,alii autem apoſtoli tranſierunt ad gloriã. Eluceſcit autẽ ex verbis his,quòd quanto diabolus videt quẽ magis in gratia dei proficere,ſeu ad meliora diſpoſitũ,tãto plus nititur eum tentamẽtis ſuis ſubuertere,quia pl⁹ inuidet ei,cũ ſit omnis boni & honeſti perpetuus deteſtator.[*Ego autem rogaui pro te.*]chriſto nãque ſecũdũ naturã aſſumptam cõpetebat orare. Vnde apud Ioãnem multa orat pro ſuis,cæterisque electis,dicẽdo,Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi.[*Vt nõ deficiat fides tua,*]hoc eſt,ne penitus extirpetur aut finaliter deficiat, quãuis ad tẽpus vacillet.Itaq; chriſtus orauit pro Petro,nõ vt nõ tẽtaretur,ſed vt in tentationis malo nõ relinqueretur.Nec dubiũ quin pro aliis quoq; electis apoſtolis chriſtus idẽ rogauerit: ſed idcirco hęc ſpecialiter loquitur Petro,quia inter apoſtolos principalior,feruẽtior,atque audacior erat,& quoniã in maiorem fuerat tẽtationem lapſurus,ac magis caſurus, propter quod eum magis præuiſare & prẽmunire dignatus eſt.Item quoniam Petro ſpecialiter fuit eccleſia cõmittenda.Vnde quod dicitur, vt non deficiat fides tua,exponitur vt non deficiat fides eccleſiæ tibi committendę, ſicq; ex verbis his ſumitur argumẽtum,quod fides Romanæ eccleſiæ,quem in ea Petrus plantauit, ſit vſq; in finem ſeculi duratura. ¶Denique Chriſtus hæc verba pronunciauit,vt Apoſtolos ad conſiderationem propriæ fragilitatis, ac imminentis periculi prouocaret,ne ex laude & promiſsione ingenti præhabita,ex

Ioan.13. Matth.16. Ioan.13. Matth.20. Pſalm.35. Cantic.5. Pſalm.44. Ioan.17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tollerentur.[*Et tu aliquando conuerſus,*]id eſt perfecte conuerſus:quod maxime fuit,accepto in die Pentecoſtes ſpiritu ſancto,[*Confirma fratres tuos,*]id eſt proximos ac fideles,& omnes quos tibi committam regendos. quod quàm fideliter egerit Petrus,partim patet in Actibus apoſtolorum, & in eius legenda, itinerarióque Clementis. Hæc loquitur Chriſtus Petro præcipue,quia ipſi commiſſurus fuit eccleſiã, vt patet apud Ioannem vbi dicitur ei,Paſce oues meas:quaſi dicat, Sicut tu à me ſpecialem miſericordiam conſequeris,& poſt lapſum erigeris atque firmaberis: ſic tu cõuerſus perfecte miſericordiam impende proximis tuis,& robora ac ſubleua eos. Vnde hæc fuit vna præcipua cauſa, cur Chriſtus futurũ eccleſiæ ſuæ paſtorem cæteris electis apoſtolis grauius labi permiſit, vt in propria fragilitate, culpa & reparatione piiſsima diſceret,quomodo aliis cõpateretur ac ſubueniret.¶Tẽtatio quippe electis ad plurima prodeſt,videlicet vt propriã infirmitatem agnoſcant,deum feruentius inuocent, cautiores reſurgant,& aliis cõpati diſcant,ſicq; coronã gloriæ adipiſcantur. Hinc in Eccleſi.habetur,Qui non eſt tentatus,quid ſcit? Vir in multis expertus,cogitabit multa:qui nõ eſt expertus,pauca recognoſcit. Et Iacobus,Beatus vir qui ſuffert tentationem,quoniam cum probatus fuerit,accipiet coronam vitæ. [*Qui dixit ei,*]quaſi non metuens à tentatore deuinci,aut propria fragilitate ſuccũbere, [*Domine tecum paratus ſum & in carcerem,& in mortem ire.*]Hoc Petrus dixit incaute,de ſua conſtantia præſumendo, nec gratiæ debite innitendo,neque humanã defectuoſitatẽ penſando. Veruntamen præcipuus quidam feruor
B amoris ad Chriſtũ,fuit ſibi occaſio tam cõfidenter loquendi,ſed dilectioni illi fuit admixta inconſideratio,ſeu indiſcretio quędam,& ex illa loquutus eſt Petrus, quod ſe ex dilectione virtuoſa dicere æſtimauit. Virtute equidem nullus directe male vtitur,quoniã actus virtutis elicitus ſemper eſt virtuoſus. [*Et ille dixit,*]incautam Petri locutionem reprimendo,[*Non cantabit hodie,*]hoc eſt in hac nocte,quę eſt pars naturalis diei horas vigintiquatuor continentis,[*Gallus,donec ter abneges,noſſe me*].i.ter me abnegabis ore,non corde,antequam gallus cantet. Veruntamen in Marco loquitur Chriſtus Petro, In hac nocte antequam gallus bis vocem dederit,ter me es negaturus. Vnde quod nũc ait,non cantabit,exponitur.i. non percantabit,ſeu cantum ſuum non conſummabit.de hoc plenius ſcripſi ſuper Matthæum.¶Porro(vt ait Theophilus)ex his magnam doctrinã haurimus,q̃ non ſufficit humanũ propoſitum ſine diuino auxilio. Petrus enim quamuis feruens extiterit,derelictus tamen à deo, ſupplantatus mox fuit ab hoſte. Ait quoque Baſilius,Deo permittente,timorati interdum lapſum patiuntur, ad præcedẽtis faſtꝰ remedium.ſed quãuis idem videatur eſſe delictũ timorati,& aliorũ,refert tamẽ non modicum:nam timoratus ex quibuſdã inſidiis,& pene prout noluit,peccauit:alij verò nullã gerendo curã, nec dei nec ſui, peccant,nõ diſtinguentes inter peccare,& agere virtuoſe. [*Et dixit eis,*] ſcilicet Chriſtus apoſtolis, [*Quando miſi vos*]prædicare Iudæis per loca diuerſa,præcipiens vos ire[*ſine ſacculo & pera*].i.repoſitoriis pecuniarum & alimẽtorum,vt in ſolo deo eſſet ſpes veſtra,nec exteriora adminicula portaretis vo
C biſcũ,[*Et calciamẽtis,*]quia nudis pedibꝰ inceſſerũt,ſicut & Xp̃s,in ſignũ contẽptus huiꝰ mũdi, [*Nũquid aliq̃d*]neceſſariũ victui[*Defuit vobis?At illi dixerũt,Nihil.*]Tũc enim Chriſtꝰ cõceſſit apoſtolis,vt alimẽta ſuſciperẽt ab his quibꝰ euãgelizabãt,à q̃bus & cõpetentiã vitę ſuſceperũt. Natura enim modicis eſt cõtẽta,ſed humanæ voluntatis abuſio multa quærit ſuperflua,& cito cõqueritur,quãuis vltra naturalem habeat neceſsitatem,ac vtilitatem. [*Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet ſacculum,*] in quo ferat pecuniam, [*Tollat,*]hoc eſt ſecum portet,ac teneat, [*Similiter & peram,*]in qua alimenta deponet,ſecum conferat. quaſi dicat, Ad hæc nunc vobis licentiam tribuo, quæ antea prohibui,eo quòd iam inſtet perſecutio vobis magna,qua durante,non poteritis prædicare,neque ab aliis more ſolito ſuſtentari,ideo vobis prouidere poteſtis. Leges nanque mutandæ ſunt, dum neceſsitas exigit.[*Et qui non habet*]gladium, [*Vendat tunicam ſuam,& emat gladium.*]¶Si hoc de materiali gladio intelligatur,Chriſtus propter myſticas rationes idipſum præcepit apoſtolis. Primo,vt doceret,quòd aliquando licita ſit moderata ſuiipſius atq; amici defenſio. Secundo,vt animaret apoſtolos habere animum præparatum ad ſui magiſtri defenſionem ex zelo amoris atque iuſtitiæ. Tertio,vt per gladiorum præſentiam comprobaret ſuis diſcipulis non defuiſſe facultatem reſiſtendi hoſtibus eius,præſertim hoſtibus diuina virtute proſtratis. Quarto,vt per gladium materialem,doceret eccleſiæ neceſſarium eſſe gladium ſpiritualem, qui eſt verbum dei,lexq́ue eccleſiæ. Hinc ait Ambroſius,alloquens Chriſtum,Cur gladiũ emere iubes,qui ferire prohibes? Cur habere præcipis,quem extrahi vetas? niſi forte vt parata ſit defenſio,non neceſſaria vltio;
D & videaris potuiſſe vindicare,ſed noluiſſe. Ideo ſubdit cauſam huius præcepti, [*Dico enim vobis,quoniã adhuc,*]id eſt tempore iam inſtanti,& præter cætera iam in me completa[*Hoc quod ſcriptum eſt*]ad literam[*De me*]per Eſaiam,[*Oportet,*]neceſsitate conditionata,[*Impleri in me,*]vtpote, [*Et cum iniquis deputatus eſt.*]Hoc quippe de Chriſto ſancto ſanctorum Eſaias prædixit,& Chriſtus ſtatim poſt verba hęc eadem nocte tanquam latro eſt captus, & die ſequenti inter latrones ſuſpenſus. [*Etenim ea quæ ſunt de me,*]id eſt quæ prophetæ de mea paſsione ſunt vaticinati, [*Finem habent,*] id eſt iam prope finem ſunt, & protinus implebuntur,atque deinceps ad impaſsibilem vitam reſurgam.[*At illi dixerunt,Domine ecce duo gladij hic*]ſunt,id eſt duos gladios iam in promptu habemꝰ,tãquam parati ad tuam defenſionem. [*At ille dixit eis,Satis eſt,*]duo ſufficiunt ad id propter quod iuſsi gladios vos habere: vnꝰ etenim gladiꝰ à Petro euaginatus,ſatis oſtendit promptitudinem Apoſtolorum ad defenſionẽ ſui magiſtri, & Chriſti voluntariam paſsionem,qui gladij vſum vulneratiuum prohibuit:alius autem gladius non euaginatus,ſatis oſtendit non permiſſos fuiſſe apoſtolos facere quod volebant, quódque interdum virtuoſius ſit mortem patienter ferre pro deo & æquitate,quàm ſe defendendo reſiſtere. Vel ideo dixit,Satis eſt, quoniam duo gladij ſatis præfigurauerunt duos ſpirituales eccleſiæ gladios, videlicet ius ſpirituale, aꝰ ſeculare:quorum primum vtitur gladio verbi dei, aliud gladio materiali. ¶Porro Ambroſius tangit aliquos modos exponendi hæc,videlicet de gladio ſpirituali, qui eſt verbum dei, ſeu ſacra ſcriptu-

Ioan.21.

Eccleſ.34.

Iacob.1.

Matth.16.

Marci.14.

Gene.9.
Exod.21.
Deut.27.
Eſaiæ. 53.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ra,quæ duplex eſt,ſcilicet noui,ac veteris teſtamenti.Eſt etiam gladius paſsionis atque martyrij, quæ E
emitur ponendo corpus in mortem pro ſaluatore . Corpus autem eſt quaſi tunica animæ, ſed gladius
verbi dei emitur,patrimonium vendendo,& omnia propter Chriſtum deſerẽdo. [*Et egreſſus*]de cœna
culo in quo quæ iam ſcripta ſunt,fecit ac protulit, [*Ibat ſecundum conſuetudinem in montem Oliuarum.*]
Nocturnis nanque temporibus conſueuit ad locum hunc cũ diſcipulis ſuis venire cauſa orationis, ſed
Matth.26. & gratia hoſpitandi ibat frequenter per montem hunc Bethaniam verſus.Matthæus quoque ait,quòd
hymno dicto exierunt in montẽ Oliueti.In hoc etenim monte creſcebant abundantérque ſtabant oli
Ioann. 18. uæ,per quas pietas deſignatur:ideo locus ille Chriſto totius pietatis ac gratiæ fonti puriſsimo cõgrue-
bat.¶Porro Ioannes teſtatur,quòd egreſſus eſt cum diſcipulis trans torrentem Cedron,id eſt,Cedro-
rum circa torrentem illum creſcentium, qui torrens eſt inter Hieruſalem & montem Oliueti, & ad ra
Matth. 26. dices montis huius fuit villa nomine Gethſemani , in quam Chriſtus deuenit ſecundum Matthæum,
erátque ibi hortus,in quem Chriſtus introiit & eius diſcipuli,qui hortus(vt aliqui dicunt) ſtetit in cã
po iuxta villam præfatam.[*Secuti ſunt autem illum & diſcipuli eius,*]hoc eſt vndecim apoſtoli ſimul cum
magiſtro ſuo egreſsi ſunt,& vt legitur gregatim prope eum iuerunt,ſicut pulli iuxta gallinam. Vt autẽ
Theophilus ait,Poſt cœnam nequaquam inertia & iocus ac ſomnus occupant dominum,ſed oratio &
doctrina:quod prælatis præſertim eſt imitandum. [*Et cum peruenisſent ad locum,*]puta in hortum prædi
ctum,[*Dixit illis,Orate ne intretis in tentationem.*]Non ait,orate ne tentemini, quia hæc vita ſine tentatio- F
Iob.7. ne non agitur,cum ſcriptum ſit,Militia eſt vita hominis ſuper terram:ſed ait,Orate ne intretis in tenta
tionem,id eſt ne tentatio vos capiat,includat,ſeu vincat,ad conſenſum,vel opus,ſeu debiti operis omiſ
ſionem vos pertrahendo.Initium quippe tentationis eſt ſuggeſtio culpæ: medium eius eſt cõſenſus in
delectationem ad opus : conſummatio eſt opus iniquum,aut debiti actus omiſsio.
¶Denique oratio eſt fortiſsimus contra tentationem clypeus & protector,cum oratio ſecundum Da
maſcenum ſit aſcenſus mentis in deum,ſicque mentem eleuat à terrenis deóque coniungit,& eius opẽ
meretur. Orandum eſt autem fiducialiter,feruide,& inſtanter,ſeu indeſinẽter: quemadmodum enim
fur audito clamore fugit,& amici atque vicini properant ad ſuccurſum:ſic clamor orationis feruentis
fugat diabolum, angelos prouocat ad iuuamen,atque à deo ſortitur auxilium.[*Vt auulſus eſt ab eis quan
tum iactus eſt lapidis,*]id eſt tanto ſpacio ab apoſtolis receſsit,quo lapis leuis proijci poſſet: volens ſegre
gatim orare,non quòd eius mens per aliorum præſentiam à dei contemplatione & orationis attentione
impediri potuerit,cum cerneret deitátem per ſpeciem:ſed vt ſuo nos informaret exemplo,tempore o-
rationis libenter fugere publicum,& omnia quæ mentis recollectionem in deo impediunt , quoniam
Matth. 26. corde attento & mente tranquilla colloquendum eſt deo ſublimi & benedicto . Inſuper(teſte Mat-
thæo) Chriſtus aſſumpſit Petrum & filios Zebedæi Iacobum & Ioannem, cum eis ab aliis octo Apo-
ſtolis parum procedens,cœpítque contriſtari,& mœſtus eſſe,pauere etiam & tædere,ſecundum Mar- G
cum,& ait illis,Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ.Suſtinete hic & vigilate mecum. progreſſus quo
que puſillum ab eis,videlicet quantum eſt iactus lapidis,procidit in faciem ſuam orans.Sed Lucas nũc
ſubdit,[*Poſitis genibus orabat,dicens:*]idcirco dicendum,quòd vtroque modo ſeu ſitu orauit. Et proba-
bile eſt,quòd primo genua flexit,deinde ſe in terram proſtrauit,deo patri ſe ſumme humilians, ac intẽ
ſiſsime ſupplicans:quod tantum ſibi competebat ſecundum naturam humanã,tunc mortalem,& pau-
lopoſt dire paſſuram.[*Pater,ſi vis,transfer calicem iſtum à me.*]Orauit chriſtus,vt pater calicem iſtum, id
eſt amariſsimam hanc paſsionem auferret à ſe:non autem orauit hoc oratione abſoluta, & ſecũdum ra
tionem deliberatiuam,aut voluntatem ſimpliciter dictam,ſed conditionaliter, & ſecundum naturalẽ,
ſenſitiuúmque appetitum, quo mortem tam violentam,ac pœnaliſsimam natura eius tenerrima infe-
rior ſenſitiua naturaliter abhorrebat. Oratio quippe(vt ait Auguſtinus ac Damaſcenus) eſt interpres
ac nuntia deſiderij:ideo quod licet appetere,licet orare. Vnde eo modo quo Chriſtus appetiit non oc
cidi,orauit calicem ſibi auferri:non autem appetiit hoc ſecundum voluntatem ſuam diuinam & increa
tam,quam habet vt deus,quæ in ipſo & in patre,ac ſpiritu ſancto vna eſt numero , ſicut in tribus per-
ſonis eſt vna eſſentia:nec appetiit iſtud ſecundum voluntatem ſuam humanam deliberatiuam,ſuperio
rem & intellectiuam,quæ proprie atque ſimpliciter nominatur voluntas,nec ſecundum rationem.Hę
enim voluntas & ratio animæ Chriſti fuerunt diuinæ & increatæ voluntati ſemper conformes,tam in H
volito,quàm in modo ac cauſa volendi . Talis nanque voluntas ſecundum ſe eſt indeterminata ad vnum,& libere mouetur ad vtrumlibet oppoſitorum:ſed in Chriſto fuit à primo incarnationis inſtanti confirmata in bono,& diuinæ voluntati perfecte ſubiecta,ac cõfirmata,ideo Chriſtus appetiit iſtud ſolum ſecundum appetitum naturalem,ac ſenſitiuum,qui eſt determinatus ad vnum oppoſitorum,in quantum eſt naturalis tantum,nec libere fertur in vtrunque,idcirco non poteſt ſemper cõformari voluntati diuinæ in volito,quia non poteſt velle niſi vnum,aut alterum oppoſitorum:nõ tamen in Chriſto aut cæteris ſanctis fuit omnino aut proprie loquendo voluntati diuinæ ac ſuperiori cõtraria , quia appetiit ſicut deus voluit eam appetere. Itaque ſecundum hanc voluntatem naturalem & ſenſitiuam, quę tamen improprie nominatur voluntas,optauit atque orauit chriſtus calicem iſtũ auferri à ſe,fuítque iſta ratio appetitꝰ ſenſitiui,vt mouentis ad proponendum,& rationis vt proponentis,quemadmodum allegatio aliqua coram iudice,dicitur partis vt mouentis,& aduocati vt proponentis.
¶Deniq; omnis oratio Chriſti,quam fudit ex ratione & voluntate intellectuali deliberatiua,fuit ſemper exaudita,& talis oratio dicitur proprie ac abſolute oratio:oratio autem quam fudit ex appetitu naturali,ac ſenſitiuo,dicitur quodammodo non exaudita,ſcilicet quoad materiam,ſed illa oratio nõ fuit abſoluta & ſimpliciter dicta oratio.Itaque patet ꝙ omnis oratio Chriſti proprie dicta oratio fuit exau
Ioan.11. dita.Propter quod ipſemet ait in Ioanne, Gratias ago tibi pater,quoniam audiſti me, ego autem ſcie-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A bam,quoniam ſemper me audis. Apoſtolus quoque ad Hebræos fatetur,quòd Chriſtus cum clamore valido & lachrymis orationem offerens,exauditus eſt pro ſua reuerentia. ¶Sed obiici poteſt,quod in perſona Chriſti fertur in Pſal.Deus meus clamabo per diem & non exaudies.Ad quod reſpondendũ, quòd hoc intelligendum ſit de petitione Chriſti ſecundum quid,ſcilicet de oratione eius,quæ improprie appellatur oratio,& ex ſenſitiuo appetitu originem ſumpſit. ¶Inſuper Chriſtus ita orauit, quod tamen nouerat fieri non debere. Primo,vt oſtenderet in ſe veram eſſe humanitatem, & naturales eius affectiones.Secundo,vt demonſtraret nobis licitum eſſe aliquid ſecundum naturalem appetitum optare,quod deus non vult.Tertio,vt monſtraret hominem debere ſuam voluntatem ſemper diuinæ volũtati ſubiicere.Quarto,vt doceret nos in omni neceſsitate ad deum orãdo cõfugere.Quinto,quia quod alios docuit,ipſemet facere voluit,puta orare. Dicit autem Chryſoſtomus,Conſidera quàm magnum & mirũm fuit audire,quod ineffabilis deus omnem intellectum tranſcendens,voluit in vtero virginis concipi,lac ſugere,& humana quæque pati.quoniam ergo fere incredibile erat,quod erat futurum,primo præmiſit prophetas hoc nunciantes,poſtea ipſe indutus carne veniens, vt non phantaſma putaretur,quòd ſic permittit carnem ſuam ferre naturales defectus,eſurire,ſitire, laborare, dormire,affici,& anxiari,ideo & mortem naturali horrore recuſat,veram in ſe humanitatem demõſtrans. [*Veruntamen non mea voluntas ſed tua fiat,*] hoc eſt non impleatur quod ſecundum ſenſitiuam affectionem deſidero, Hebræ. 5. Pſalm. 21. Matth.4. Lucæ.4.

B ſed quod tu vis.Vnde de voluntate inferiori & ſenſitiua hoc dicit,ſecũdum quam abhorruit mortem. Ioan.4. Iſtud orauit Chriſtus voluntate deliberata,& in hoc exauditus eſt abſolute. [*Apparuit autem illi angelus de cælo,confortans eum.*]Probabile eſt angelum iſtum fuiſſe Michaëlem tũc principem ſynagogæ,cuius Chriſtus fuit perſona digniſsima:apparuit autem angelus iſte de cælo,hoc eſt,deſcendens de cælo, & prope ac ante Chriſtum ſtans viſibiliter in corpore aſſumpto,confortauítque eũ,hoc eſt,verba conſolatoria & confortatoria laude plena loquebatur ad Chriſtum,dicendo, O domine tu modo liberaturus es totum mundum,hanc horam,tuámque ſaluberrimam paſsionem prophetæ prænunciauerũt, & ſancti expectant in lymbo.hæc ſiue ſimilia dixit,per quæ miniſteriaIiter tanquam ſeruitor,& occaſionaliter quaſi commemorans & proponens cauſam confortationis contra ingentem Chriſti triſtitiam ac pauorem, Chriſtum confortauit, quantum ad partem animæ eius inferiorem ac ſenſitiuam, ſecundum quam minor & inferior angelis fuit. Vnde ex verbis iſtis,Chriſtus paulopoſt pœnales illas ſenſitiuæ partis affectiones minorauit,ſiue remouit:non quòd indiguerit confortatione aut ope angelica,vel quaſi propria virtute ac poteſtate paſsiones, ſeu potius propaſsiones illas præfatas mitigare & remouere nequiuérit,imò eas ſponte & ex præuio rationis iudicio propter rationabiles cauſas aſſumpſit, ita dum voluit propria virtute eas fecit ceſſare, ſed voluit etiam ab angelo cauſam confortationis audire,& occaſionaliter ſecundum ſenſitiuam ſuam partem confortari,ad oſtendendum in ſe veritatẽ per omnia naturæ humanæ,item ad noſtram inſtructionem, vt ſciamus quòd deuote & affectuoſe o- Matth.8. Marci.4.

C rantibus,angeli ſancti aſsiſtant,& opem ac conſolationem impendant.Itémque,vt aliqui dicunt,ad cõſolationem & confortationem apoſtolorum prope aſtantium:ex quo ſequi videtur,quòd apoſtoli angelum iſtum corporaliter conſpexerunt,præſertim tres illi,qui Chriſto vicinius aderant. [*Et factus in agonia,*]id eſt in quodam interiori certamine,ſeu reluctatione,qua naturalis & ſenſitiuus appetitus animæ Chriſti mortem abhorrens,& ratio ſeu voluntas eius deliberata mortem acceptans & cupiens,inter ſe quodammodo decertabant.Nec tamen ob hoc fuit in Chriſto inordinatio aut voluntatum contrarietas,quia ſuperior voluntas Chriſti tam diuina quàm humana,voluit inferiorem animæ ſuę appetitum taliter affici ac moueri propter cauſas prætactas, ita quòd affectiones partis ſenſitiuæ rationem non preuenerunt nec impediuerunt,rationéque imperante ceſſerunt:ſed in nobis aliter accidit,in quibus paſsiones præueniunt atque impediunt rationem,& eidem reſiſtunt,etiam ea inuita: vnde ſæpe eã ad lapſum perducunt,dum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& econtra. ¶Præterea hæc agonia in- Galat.5.

D telligi poteſt vehemens illa mortis imminentis anxietas, quam Chriſtus ſibi inſtare clariſsime intellectualitérque vidit,imò & in vi imaginatiua eam ſibi intus determinate conſiderandam propoſuit, qua conſiderata, tenerrima ac nobiliſsima eius natura inferior vltra æſtimationem expauit, ideo dicitur in agonia fuiſſe,ſicut infirmi in extremis laborantes.[*Prolixius orabat*]pro mũdi ſalute: & in hoc patet ſua perfectio atque conſtantia,quòd in tanta anxietate prolixius exorauit.[*Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.*]Sicut,hoc loco dicit veritatem,non ſimilitudinem tantum,quia veraciter ſanguinem Chriſtus ſudauit:quod ex vehementiſsima anxietate,agonia,timoréque accidit,atque(vt aliqui probabiliter aſſerunt)de corpore Chriſti ſimul erupit ſudor & ſanguis,tingens ſudorem. Inſuper(vt aliqui dicunt)hoc ſupernaturale fuit & miraculoſum,quòd de corpore Chriſti ſanguis pro ſudore effluxit,quaſi contra naturam ſit ſanguinem ſudare,vt ſcilicet Chriſtus iam ſanguinem ſuũ effundere inciperet.Alij tamen dicunt quòd ſanguinem ſudare poſsit naturaliter eſſe, quamuis forte fuerit miraculoſum,quòd guttæ ſanguinis emanabant.Præterea tam vehementem triſtitiam & timorẽ Chriſtus aſſumpſit,non ſolum ex conſideratione paſsionis ſibi inſtantis,ſed etiam ex conſideratione ruinæ & ingratitudinis,deſtructioníſque Iudæorum, propter quorum ſalutem ſpecialiter fuerat miſſus, & Matth. 15. quia videbat paſsionem ſuam tam multis nõ debere prodeſſe,imò magis obeſſe,propter eorum ingratitudinem & peccata.Itémque,vt aliqui dicunt,quia omnium electorum ſuorum futuras tribulationes,quas pro ipſo paſſuri erant vſque in finem mundi in ſeculo iſto præuidit, & intime eis condoluit, inquantum tribulationes ſunt quædam mala pœnalia.Legitur autem Chriſtus ſanguinẽ fexies pro nobis effudiſſe.Primo,in circunciſione,cum eſſet octo dierum.Secundo,in hac ſua feruentiſsima oratione.Tertio,in ſua flagellatione. Quarto,in ſua ſpinea coronatione. Quinto,in crucifixione,in qua vtique ter ſanguinem fudit,ſcilicet bis in manuum perforatione, & ſemel dum pedes ſacratiſsimi pariter Lucæ.2. Ioan.19. Matth. 27. Marc.15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioann. 19. Marci. 15. fodiebantur. Sexto, in lateris apertione. Veruntamen reor, quòd etiam in nocte potestati tenebrarum E
concessa, quando inquinati genas & os eius percusserunt, sanguinem fuderit: & rursus dum vestes eius
exuerunt, cum esset crucifigendus. Hæc omnia cum intima compassione & pia imitatione pensare de-
bemus, & Christo grati existere, eius quoque exemplo in omni aduersitate patientiam obseruare, & tẽ
pore tribulationis deum feruide inuocare, túncque prolixius exorare, cum maius instat periculum: no-
strum etiam voluntatem diuinæ voluntati conformare, ac subdere, atque diuinæ pietatis sapientissimæ
ac paternæ dispositioni nosipsos fiducialiter, finalitérque committere. [*Et quum surrexisset ab oratione,*]
videlicet à loco & actu huius orationis, [*Et venisset ad discipulos suos,*] Petrum, Iacobum & Ioãnem, qui
Matth. 26. sibi redeunti primo in via obuiam fuerunt, [*Inuenit illos dormientes præ tristitia.*] Erant enim vehementis-
sime contristati auditis verbis Christi, quibus dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. & visa tan
Ioan. 16. ta afflictione in eo, qui ipsos semper dulciter consolari solebat, & quia nouerunt eum mox occiden-
Psalm. 118. dum. Vnde apud Ioannem ait, Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Tristi
tia ergo fuit causa dormitionis eorum. Alia causa fuit, torpor & negligentia ipsorum, ita quòd anima
eorum dormitauit prę tędio & quodam fastidio exercitij spiritualis, videlicet orationis. Ideo dicit Hie
rouymus, quòd dormierunt non somno naturali, sed etiam culpæ. Tertia causa somni eorum fuit na-
turalis, videlicet ascensus humorum ad cerebrum, & quia profunda nox fuit, fatigatíque erant audien F
do prolixum illum Christi sermonem, & ex occupationibus aliis iam peractis. Vnde secundum Philo-
sophum, somnus est impotentia sensuum. Sed miror si angelum discipuli isti viderunt, quòd eo viso
tam cito obdormierunt, cum ex angelica apparitione soleat hominibus incuti stupor & admiratio ma
gna, grandísque alteratio corporalis naturæ, quæ somnum ad tempus impediunt, nisi forte oratio Chri
sti fuerit tam prolixa, quòd admiratione ac alteratione præfatis aliqualiter mitigatis, somno oppressi
sint. [*Et ait illis, quid dormitis?*] Per quæ verba eos à somno suscitauit, vel forte ante horum prolationem
verborum, eos aliquo motu, tactu, seu modo alio suscitauit, atque adiecit, [*Surgite.*] quasi dicat, Instante
vobis tanto periculo, & captione mea iam proxima, non est tempus ignauiæ & torporis vel somni, sed
vigilantiæ & implorationis diuini auxilij, ideo surgatis tam à corporis prostratione, quàm mentis ve-
stræ depressione, [*Et orate*] tanto ardentius, quo maior vobis incumbit orandi necessitas: nam iuxta mẽ
suram grauitatis, magnitudinísque periculi debet esse orationis feruor atque instantia, [*Ne intretis in ten
tationem,*] hoc est ne ab ea vincamini. Hoc omnibus nobis dicitur, & implendum committitur, cum in
1. Petri. 5. medio laqueorum positi simus, & Petro apostolo protestante, Aduersarius noster diabolus tanquam
Lucæ. 18. leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Propter quod ait Saluator, Oportet semper orare, & non
1. Thess. 5. deficere. Et Paulus, Sine intermissione (inquit) orate.
Matth. 26. ¶ Aduertẽdum, quòd Lucas hic aliqua prætermittit, quæ à Matthæo scripta iam nouerat, scilicet quo-
Marci. 14. modo Christus tribus vicibus patrem orauit, & ter ad discipulos rediit, atque in prima oratione loquu G
tus est, Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non sicut ego
volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dixit Petro, Simon dormis? Non
potuisti vna hora vigilare mecum? Specialiter enim increpauit Petrum, qui cæteris audacius fuit lo-
quutus: specialiter eum quoque admonuit, quia futurus erat summus pastor ecclesiæ, insinuans quòd
quanto quis in altiori fuerit gradu, prælationéque positus, tanto oportet eum diligentiorẽ, agiliorém-
que esse in bonis. Deinde loquutus est tam Petro quàm aliis duobus, Vigilate & orate, vt non intretis
in tentationem. Spiritus quidem promptus est, id est anima vestra secundum vires suas superiores pa-
rata est mecum vigilare, pati, ac permanere, caro autem infirma, hoc est sensualitas fragilis est, & prona
in malum, caróque tarda est ad spiritualia opera, nisi per gratiam spiritus adiuuetur: ideo semper inuo-
Matth. 26. candum est gratiosum ac clementissimum dei incessabile, continuúmque auxilium. His dictis, iterum
Matth. 6. secundo abiit & orauit, Si non potest transire hic calix nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit ite-
Marci. 14. rum ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & secundum Mar
cum ignorabant quid respõderent ei. Nõ enim se poterant rationabiliter excusare. Deinde tertio abiit,
eundémque orauit sermonem, & tunc (sicut Lucas describit) apparuit illi angelus, & factus in agonia
orauit prolixius, sanguineum fundens sudorem. Et reuersus ad discipulos, inuenit eos dormientes, &
ait, Quid dormitis? sufficit. Ecce venit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, H
eamus. Denique per hoc quòd Christus toties ad discipulos rediit, dedit prælatis exemplum paternæ
solicitudinis de frequẽti visitatione & exhortatione, ac iugi custodia proprij gregis, & ne tantũ cõtem
plationi ac propriis immorentur profectibus, vt opera vitæ actiuę omittant, aut subditorum directio-
nem relaxent. [*Adhuc eo loquente,*] hoc est Christo prædicta verba narrante. Tunc etiam Christus ac-
cessit cum prædictis tribus apostolis alios octo admonens omnes simul, vt secum obuiam irent aduer
sariis suis, [*Ecce turba,*] id est multitudo turbata & vitiis inordinata. Porro in turba hac fuerunt tam gen
Ioann. 18. tilium quàm Iudæorum magnæ cateruæ, iuxta illud Ioannis, Iudas ergo cum accepisset cohortem, hoc
est multitudinem militum Romanorum sub tribuno consistentium, & à pontificibus & pharisæis mi
nistros. Muniuit enim se vtriusque curiæ familia, ne quis Christo auderet aut posset succurrere. Tribu
num autem qui erat princeps cohortis, & cohortem misit Pilatus ad instantiam Iudæorum. [*Et qui vo
cabatur Iudas,*] quasi indignus nomine illo, nec veraciter Iudas. Iudas nanque interpretatur confessio,
aut confitens domino: hic autem infelicissimus mercator dominum suum facto negauit ac vendidit.
[*Vnus de duodecim*] apostolis, vocatione temporali, non prædestinatione æterna, & numero, non merito
[*Antecedebat eos,*] vt signo magistrum suum illis ostenderet, [*Et appropinquauit Iesu*] corpore, non men
Matth. 26. tis deuotione, [*Vt oscularetur eum*] fraudulenter ac proditorie. Vnde Matthæus testatur, Qui autem tra-
Marci. 14. didit eum, dedit eis signum, dicens, Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. atque vt Marcus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ait,adiecit,& ducite caute. Sciebat equidem Iudas magiſtrum ſuũ eſſe ſubtilem,& de manibus Iudæorum frequenter elapſum,ideo hortatur,vt comprehenſum ducerent caute. Deinceps ſignum cognoſcendi Ieſum contulit turbæ,ne errarent in perſona capiendo alium loco Chriſti,præſertim quoniam Iacobus minor ſimillimus fuit Chriſto in corporis diſpoſitione. Secundo, quia nox erat, & quamuis luminaria attuliſſent,facilius tamen decipi poterant quàm in die. Tertio,quoniã Iudas timuit, ne Chriſtus ſe inter alios occultaret. Rurſus oſculum dedit iniquis pro ſigno,quoniam Ieſus diſcipulos à ſe recedentes,vel ad ſe redeuntes,in oſculo pacis dimiſit ſiue recepit: & item, vt minus ſuſpectus à Chriſto atque apoſtolis de proditione hac haberetur,quia(vt ait Cyrillus) Iudas immemor ſapientiæ Chriſti, Cyrillus.
putauit forſan poſſe ſe latenter hæc agere,ſcilicet Chriſto eius fallaciam ignorante.[*Ieſus autem dixit ei, Iuda,oſculo filium hominis tradis?*]quaſi dicat,ô Iuda quàm impie agis, quòd ſigno dilectionis me filium virginis hoſtibus tradis ad occidendum? Hæc protulit Chriſtus, vt oſtenderet Iudæ ac cæteris ſe proditoris ſui agnoſcere dolum, atque vt Iudam ad bonam erubeſcentiam, pœnitentiámque induceret. nam & ideo proprio nomine illum appellare dignatus eſt,vt animam induratam ad pœnitentiã emolliret. Hoc loco quædam Lucas omiſit,quæ Ioannes poſtmodum ſcribens, ſuppleuit dicendo, Ieſus o- Ioan.8.
mnia ſciens quæ ventura erant ſuper eum,proceſsit,& dicit ad eos,Quem quæritis? Reſponderunt,Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus,Ego ſum. Stabat autem & Iudas cum ipſis. Vt ergo dixit eis,ego ſum,
B abierunt retrorſum,& ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogabat eos,Quem quæritis? Reſponderunt,Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus,Dixi vobis,quia ego ſum. Si ergo me quæritis,ſinite hos abire. Tanta itaque fuit omnipotentia Chriſti,quòd vno verbo aduerſarios ſuos proſtrauit:quod miraculoſe accidit virtute diuina mediante hoc verbo illos terrente ac deiiciente, quæ vim tantam voluit in verbis Chriſti conſiſtere,quæ auribus impiorum ipſorum terribiliter inſonuerunt. Denique ſicut Chriſtus vultum ſuum oſtendit Iudæis in terrore ac maieſtate, egredientibus ex oculis eius igneis radiis,atque diuino quodam ſulgore in eius vultu mirabiliter radiante, quando omnes ementes ac vendentes eiecit è templo, ita fecit & nunc, ſicque tam verbis quàm apparatu ſui vultus illos exterruit & Ioan.4.
proſtrauit:quod ſecundum Origenem & Hieronymum maius fuit miraculum quàm Lazari ſuſcita- Matth.21.
tio,quia tot hominum ingenia compeſcere,ac vires elidere mirabiliſimũ fuit. His peractis dum Chri- Marc.11.
ſto permittente,turba ſurrexiſſet,Iudas tanto prodigio non correctus,acceſsit oſculans Ieſum.[*Viden-* Lucæ.19.
tes autem hi qui circa ipſum erant,]id eſt apoſtoli prope Chriſtum ſtantes corde & corpore[*Quod futurũ* Origenes.
erat,]id eſt quòd Ieſus capiendus eſſet ab impiis,[*Dixerunt ei,*]ſcilicet Chriſto, [*Domine,ſi percutimus in* Hierony.
gladio?].i.das nobis licentiam lædendi iſtos cum gladiis quos habemus:qui ſecundum Chryſoſtomum Chryſoſt.
fuerunt magni cultelli,quibus in cõſciſsione piſcium vti ſolent piſcatores. Sed quomodo apoſtoli formidoloſi audebant hoc dicere,vel vnde confidebant ſe id facere poſſe, cum turba illa armata eſſet tam magna? Et reſpõdendum,quòd apoſtoli viſa turbæ deiectione,& quòd cum ſurrexiſſet à terra, adhuc
C tremula ſtaret ac perturbata,ſumpſerunt audaciam,confidentes quòd turba Chriſti virtute frenata,eis non poſſet reſiſtere.[*Et percuſſit vnus ex illis,*]videlicet Petrus,reſponſionem Chriſti nõ præſtolans,ex
ardenti ſui magiſtri amore aduerſariorum crimen exhorrens,vlciſcique cupiens,[*Seruum principis ſacer-* Ioan.10.
dotum,]videlicet Malchum ſeruum Cayphæ, qui pontifex fuit anni illius, [*Et amputauit auriculam eius* Chryſoſt.
dexteram.]Chryſoſtomus ait,quòd intendebat ei amputare caput. Ambroſius aſſerit Petrum eruditũ Ambroſi.
fuiſſe in lege,ita quòd nouerat Phinees filium Eleazari ſacerdotis diuinitus commendatum, eo quòd Nume.25.
zelo dei accenſus,perfodit peccantes. propter quod ſimili zelo voluit Petrus dei filium vindicare. Porrò quòd Malchum magis quàm alium læſit, contigit quia hic Malchus præ cæteris nitebatur mittere manus in Ieſum,ad cuius latus ſtetit Petrus tanquam audacior & paratior chriſtũ tueri quàm apoſtoli alij.[*Reſpondens autem Ieſus ait,Sinite vſque huc.*]Hoc dupliciter explanatur. Primo ſic,Sinite vſque huc.i. permittite hunc Malchum percuſſum appropinquare ad me,vt curem eum,ſicque Chriſtus his verbis reſpondit. i. apte & correctiue loquutus eſt ad factum Petri, innuens eum reprehenſibiliter id egiſſe. Secundo ſic,Sinite vſque huc.i.turbam permittite venire vſque ad me,vt comprehendat me,& nolite reſiſtere:ſicque Chriſtus reſpondit quæſtioni apoſtolorum quærentium,Domine,ſi percutim⁹ in gladio? Vt autem alij Euangeliſtæ conſcribunt,cum Petrus ſeruũ iſtum læſiſſet,loquutus eſt Petro Chri
D ſtus,Mitte gladium tuum in vaginam: calicem quem dedit mihi pater,non vis vt bibam illum? id eſt, nõ vis vt ſuſtineam mortem,quã deus pater me ſuſtinere decreuit & vult? Omnes enim qui acceperint gladium,gladio peribunt.i.qui propria & priuata authoritate arripit quodcunque bellicum inſtrumẽtum,vt alterum lædat,aut ſe vindicet,ipſa ſua iniquitate quam hoc faciendo committit,ſpiritualiter interimit ſemetipſum,peccando mortaliter:iuxta quem ſenſum dominus in Geneſi ait,Quicunque effu Gene.9.
derit ſanguinem humanum,effundetur & ſanguis illius. Et Salomon loquitur,Qui fodit foueam,inci- Proue.23.
det in eam:& qui diſsipat ſepem,mordebit eum coluber. Ex his patet,quòd prauiſsima ſit conſuetudo Eccleſ.10.
multorum,qui aliquo ſuorum percuſſo,vel ſeipſis quid iniuriæ paſsis, ſtatim propria authoritate nitũtur vlciſci,& non potius ſecundum ordinem iuris ſuam cauſam proſequuntur. An putas,quia non poſſum rogare patrem meum,& exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quaſi dicat Saluator ad Petrum,Tua defenſione non egeo,qui tot millium angelorum poſſem habere auxilium: & neceſſe eſt me pati,vt verba prophetarum de mea paſſione prædicta verificentur & impleantur in me.[*Et cum tetigiſſet auriculam eius,*]ſcilicet Malchi, [*ſanauit eum,*] reſtituendo auriculam priſtino loco,& vulnus repente ſanãdo.¶Propter eaſdem cauſas Chriſtus hoc egit,propter quas turbam proſtrauit,videlicet,primo,ad ſuæ potentiæ declarationem. Secundo,vt tam pio miraculo daret impiis quantum in ſe fuit occaſionem pœnitendi. Tertio,vt perſiſtentes in malitia prorſus inexcuſabiles fierent. Quarto,propter apoſtolorum in fide confirmationem. Quin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

to,ad noſtram inſtructionem.Conſideremus in his,& imitari conemur ineffabilem pietatem,manſue- E
Matth.5. tudinem,ac patientiam Chriſti, qui crudeliſsimum ſuum hoſtem tam benigniſsime tetigit & curauit,
Lucæ.6. implens,implendúmque docens quod iuſſerat, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt
vos. Attende ô Chriſtiane, quia à Chriſto Chriſtianus vocaris. Si ergo Chriſti virtutes ſecutus non
fueris, reprobabit te,& te non eſſe Chriſtianum cenſebit. [*Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe,*
Nume. 11. *principes ſacerdotum,& magiſtratus templi,*]qui fuerunt officiales in templo,ſeu aliorum doctores,[*Et ſe-*
niores] qui erant iudices ordinarij plebis, ſuccedentes ſeptuaginta fenioribus, quos Moyſes ordinauit.
Matth. 26. Iſti tres gradus Iudæorum præcipui procurauerunt principaliter mortem Chriſti,quibus ideo ſpecia-
Marci. 14. liter loquitur quæ ſequuntur.Sed non videtur quòd iſti perſonaliter ibi adfuerint,imò miniſtros miſerunt,vt alij Euangeliſtæ fatentur. Ad quod primo reſpondetur,quòd venerunt,& adfuerunt,vt res diligentius atque audacius fieret.Certum eſt tamen quòd nec Annas nec Cayphas ibi perſonaliter extiterint,ſed forte quidam alij inter ſacerdotes præcipui. [*Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſti-*
Ioan.16. *bus,*] imò etiam cum laternis & facibus ſecundum Ioannem, ad comprehendendum me inermem,aut innocentem,[*Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo*].i.frequenter & diebus multis,ſeu omnibus ad hoc deſuper præordinatis,[*Non extendiſtis manus veſtras*]ſacrilegas[*In me,*]ſed iam tempore nocturno veni tis ad me,quaſi modo non queam euadere,qui vno verbo vos proſtraui. Hoc loquitur Chriſtus pro-
Ioann. 3. bando iniuſtitiam & dolum illorum:quia vt alibi ait, Omnis qui facit veritatem, venit ad lucem: qui F
autem male agit,odit lucem.[*Sed hæc eſt hora veſtra*].i.veſtro dolo, peccatóque congrua, ſcilicet tẽpus nocturnum.vel hora veſtra.i.vobis conceſſa,ſeu permiſſa ad inuadendum me, [*Et poteſtas tenebrarum*] .i.tyrannica violentia principum veſtrorum & dæmonum, quorum inſtigatione poteſtatem hanc exercetis in me.vel poteſtas tenebrarum.i.veſtra tenebroſa,ac vitioſa poteſtas,propter eiꝰ abuſum in me.
Ioann. 18. [*Comprehendentes autem eum,duxerunt ad domum principis ſacerdotum.*] Hoc Ioannes plenius exprimit,dicens,Cohors ergo & tribunus,& miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum,& ligauerunt eum, & duxerunt ad Annam primum,id eſt primo,antequam ducerent eum ad Caypham,quia(vt dicitur)primo occurrit eis in via domus Annæ, & etiam ad complacendum ei, & propter reuerentiam eius, quia præcedenti anno extiterat pontifex,& ſocer Cayphæ fuit.Ligarũt autem Chriſtum duris funibus fortiter atque crudeliter,& ſecundum Bernardum,ferream catenam miſerunt in collo ipſius. Timebant enim,ne manus eorum elaberetur, ſicut ſæpe fuit elapſus, & quoniam intendebant eum præſidi præſentare, vt reum mortis: tales autem conſueuerunt ligare. Et hoc Chriſtus pati dignatus eſt,vt nos à
Matth. 26. vinculis vitiorum,atque ab æternæ damnationis nexibus liberaret.Tunc(vt ait Matthæus)diſcipuli omnes relicto eo fugerunt.Nec obſtat quod ſubditur,[*Petrus autem ſequebatur eum à longe.*] Primo enim fugit cum aliis apoſtolis,ſed cùm turba cum Chriſto aliquantulum proceſsiſſet,Petrus ſui magiſtri tractus amore rediit,& cum timore à longe eſt ſequutus,non audens in via prope accedere,ne cognitus ca- G
Marci. 14. peretur.Marcus quoque affirmat,quòd adoleſcens quidam ſequebatur eum à longe, amictus ſyndone,id eſt alba ac linea veſte ſuper nudo,ſcilicet corpore,& tenuerunt eum. At ille relicta ſyndone,nudus,hoc eſt parum veſtitus profugit ab eis. Et quamuis aliqui dicant adoleſcentem illum fuiſſe Iaco-
Ioan.18. bum minorem,communiꝰ tamen & probabilius fertur,quòd fuit Ioannes apoſtolus, qui de ſeipſo teſtatur,Sequebatur Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus.Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis,ſcilicet Annæ. Petrus autem ſtabat ad oſtium atrij foris non audens vel non permiſſus intrare.Exiuit ergo ille alius diſcipulus qui erat notus pontifici, vel quia piſces ad domum eius aliquando ferre conſueuit,vel quoniam pulcher ac nobilis proſapiæ fuit, quia de tribu Iuda & ſemine Dauid.& dixit oſtiariæ,rogando eam vt Petrum ingredi ſineret,ſicq; illa annuente introduxit Petrum.Itaque arbitror quòd Ioannes & Petrus ſimul cœpeſunt ire poſt Ieſum iam cõprehenſum,deinde Ioannem tanquam minus timentem parum præiſſe Petrum,& tunc ab impiis tentum,ſed euaſiſſe,& veſte ſua recuperata,rurſus iſſe poſt Ieſum,ita vt vſque ad crucem & mortem eius non diſceſſerit ab eo.[*Accenſo autem igne in medio atrio,& circunſtantibus illis,*] puta miniſtris pontificis ad ignem,quia(vt ait Ioannes)frigus erat, vt moris eſt in Martio poſt mediam noctem, [*Erat Petrus in*
Matth. 16. *medio eorum,*]videlicet agnus inter lupos.Atrium autem eſt ſpacium ſeu platea ſub diuo,inter primam portam & ſecundam.Optauit autem Petrus videre rei exitum,vt ait Matthæus. [*Quem cum vidiſſet an-* H
cilla quædam ſedentem ad lumen,& eum fuiſſet intuita,] diligenter conſiderans vultum eius, & apparatum ac habitum,vt coniiceret an Petrus eſſet diſcipulus Ieſu, [*Dixit*]cæteris ad ignem ſedentibus,[*Et hic*] vir[*Cum illo,*]ſcilicet Ieſu[*Erat*]id eſt ei ante ſuam captionem adhæſit,tanquam diſcipulus.[*At ille ne-*
gauit eum dicens,Mulier non noui illum,]in quo patet Petri fragilitas.[*Et poſt puſillum,*]videlicet modico tẽpore interiecto,[*Alius*]de miniſtris, [*Videns eum,dixit,Et tu dẽ illis es,*]id eſt de ſocietate & numero diſcipulorum Galilæi iſtius.[*Petrus vero ait,O homo,non ſum.Et interuallo facto quaſi horæ vnius,alius quidam*
Ibidem. *affirmabat,dicens,Et hic cum eo erat,*]id eſt cum Ieſu,[*Nam & Galilæus eſt,*]ſicut & Ieſus: vnde Matthæꝰ dictum affirmat,Nam & loquela tua manifeſtum te facit. Quamuis enim Galilæi eſſent Iudæi,ſicut habitatores Hieruſalem,tamen in modo loquendi idioma Hebræum aliqualiter diſcrepabat,quemadmodum videmus ciues vrbium eiuſdem prouinciæ in loquendo aliqualiter diſcrepare.[*Et ait Petrus,O ho-*
Ibidem. *mo,neſcio quid dicis.*]Porro ſecundum Matthæum,Petrus primo negauit ſimpliciter. In ſecunda interrogatione magis perterritus negauit cum iuramento.In tertia maxime territus,cœpit deteſtari & iura-
Marci.14. re,quia non nouiſſet hominem,imò ſecundum Marcum,cœpit anathematizare,hoc eſt cum execratione iurare,imprecando ſibiipſi mala,ſi mentiretur negãdo:in quo patet magna eius infirmitas.Sed Chriſtus non ſine cauſa permiſit tam prælectum apoſtolum taliter ruere & peccare, ſed vt Petrus ex propria fragilitate & culpa diſceret ſuo tempore aliis miſereri,& item,vt nec ipſe, nec cæteri fidelium iſta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A noſcentes, de ſuis viribus vnquam præſumant. ¶ Præterea aduertendum, quòd circa deſcriptionem tri
næ negationis Petri, beatiſsimi Euangeliſtæ multum diuerſimode loqui videntur, quamuis à veritate
non diſcrepent: contrariari autem videntur. Primo, quia ſecundum Lucam ſecunda negatio Petri fa-
cta eſt viro eum interrogante: ſecundum Matthæum vero facta eſt muliere ei imponẽte, quòd eſſet di Matth. 26.
ſcipulus Ieſu, ſed (vt ait Ioannes) facta eſt ad plurium interrogationem & prope ignem, cum tamen Ioan. 18.
Matthæus dicat eſſe factam Petro ianuam exeunte. Sed iſtud ſatis facile concordatur. Ancilla etenim Ibidem.
Petrum accuſante viri hoc audientes accurrebant, & verba fœminæ confirmabant: ideo Ioannes dicit
hoc ad vocem plurium accidiſſe, Lucas ad vocem vnius, qui fortè importunius inſtitit Petro. Inſuper
quod Ioannes aſſerit iſtud prope ignem peractum, Matthæus prope ianuam, concordatur dicendo, ꝙ Matth. 26.
Petro ſe vertente ab igne ad exeundum, aliqui inſequuti ſunt eum, imponentes ei quòd eſſet diſcipul⁹
Ieſu, ſicque iuxta ignem negatio quaſi incepit, & modica fuit diſtantia inter ignem & oſtium: ideo E-
uangeliſtæ non curauerunt locum tam determinate exprimere, ſed principaliter intenderunt oſtende-
re Petrum ter negaſſe, ſicut prædixit Saluator. Sed difficilius videtur poſſe concordare, quòd ſecundũ
Ioannem prima negatio facta eſt in domo Annæ, quam Matthæus factam affirmat in atrio Caiphę. Ad Matth. 26.
quod doctores diuerſimode reſpõderunt. Auguſtinus enim tenet omnes tres negationes in domo An Auguſtin.
næ completas, & quod alij Euangeliſtæ dicunt, per recapitulationem debere intelligi. Chryſoſtomus Chryſoſt.
B vero ſentit, quòd tres negationes factæ fuerunt in domo ſeu atrio Caiphæ, & quod Ioannes ait de pri- Ioan. 18.
ma negatione, per anticipationem eſſe intelligẽdum. Multa enim in ſcripturis per anticipationem & re
capitulationem leguntur, quoniam geſta non ſemper recitantur eo ordine quo ſunt facta. Alij dicunt
primam negationem eſſe factam in domo Annæ, alias duas in domo Caiphæ. [*Et continuo adhuc illo lo-
quente,*] id eſt Petro in verbis negationis Chriſti occupato, [*Gallus cantauit*] ſecunda vice ſecundũ Mar- Marci. 14.
cum, vt tactum eſt. [*Et cõuerſus dominus*] Ieſus Chriſtus ab æquitate qua Petrum negare permiſit, opem
gratiæ non præſtando ad ſuæ effectum clementiæ, [*Reſpexit Petrum,*] id eſt mentem eius miſericorditer
tetigit, illuſtrauit, & ad ſui exceſſus conſiderationem excitauit, compunctionis & pœnitentiæ gratiam
dedit. Hic eſt reſpectus pietatis diuinæ, quem optat qui ait, Reſpice in me, & miſerere mei. [*Et recorda-* Pſalm. 85.
tus eſt Petrus verbi domini quod dixerat, quia priuſquam gallus cantet, ter me negabis,] quod ſupra expoſitum
eſt. [*Et egreſſus foras,*] ſocietatem & domum impiorum relinquens, quia ibi & inter tales non eſt aptus
pœnitentiæ & fletuum locus, [*Fleuit amarè,*] id eſt cum præcordialiſsimo cordis dolore ſuum deplan-
xit peccatum, quòd tam dulciſsimum, chariſsimúmque magiſtrum ac dominum toties & tam dire ne-
gaſſet. ¶ Refert autem ſanctus Clemens, quòd Petrus ex hac nocte traxit in conſuetudinem, quòd om- Clemens.
ni nocte à primo gallorum cantu vſque ad horam matutinam ſtetit in oratione, ſuam vberrime nega-
tionem deplangens, ita quòd facies eius ex lachrymis videbatur quaſi exuſta. Denique Lucas & alij E- Ioan. 18.
uangeliſtæ omittunt, quemadmodum Chriſtus in domo Annæ ab ipſo Anna interrogatus ſit de ſua
C doctrina & de diſcipulis ſuis. Cui Chriſtus nihil de diſcipulis ſuis reſpondit, quia iam fugerunt ab eo,
nec erant laudandi pro tunc: de doctrina vero ſua reſpondit, Ego ſemper docui in ſynagoga, & palàm:
quid me interrogas? Interroga eos, qui me audierunt. Hoc protulit Chriſtus, quia ſciebat quòd Annas
malitioſe, non animo addiſcendi interrogauit. túncque vnus miniſtrorum dedit alapam Ieſu, & Annas
miſit ligatum ad Caipham. [*Et viri qui tenebant eum,*] ſcilicet Chriſtum cuſtodientes eum ligatum, [*Illu-
debant ei cædentes,*] id eſt caput, collum, & genas ipſius impiiſsime percutientes, [*Et velauerunt eum,*] id eſt
oculos eius velo operuerunt. Marcus vero ait, velauerunt faciem eius: quod fecerunt, Chriſtum vehe- Marci. 14.
mentiſsime deſpiciendo, & quaſi indignus eſſet eos aſpicere, aut videri ab eis, [*Et percutiebant facie eius,*]
alapas ei dando. Matthæus autem plenius ait, Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cecide- Matth. 26.
runt, ſcilicet collum eius percutiendo; quod fuit ex maxima Chriſti aſpernatione, quaſi viliſsimus, ſce
leratiſsimúſque omnium hominum extitiſſet. Et ecce omnia propter nos pati dignatus eſt domin⁹ vir Pſalm. 23.
tutum, rex gloriæ, vniuerſorum creator, ſanctus ſanctorum, vt ſua deſpectione, vilipenſione, conſputa
tione, percuſsione temporali, nos ab æterna reprobatione, aſpernatione, illuſione, & tribulatione eripe
ret, deóque patri honorabiles exhiberet beatos & glorioſos. Itaque grati ſimus, & iſta quotidie cum de
bita pietate, compaſsione, gratiarum actione & imitatione ſagaciter ac profundè pẽſemus. Horum in-
D tuitu, omnem iniuriam, vilipenſionem, ac vituperationem, quaſi nihil cum gaudio ſuſtinentes, & gra- Actu. 5.
tias Chriſto agentes, quòd ſaltem in modico ei conformari, ac vicem rependere nunc valemus, quem-
admodum apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu
contumeliam pati. [*Et interrogauerunt eum, dicentes, Prophetiza nobis, quis eſt, qui te percuſsit?*] Hoc ſimiliter
irriſorie, crudelitérque dixerunt, quaſi oculis eius exterioribus velatis, interioribus oculis intueri non
poſſet, à quo eſſet percuſſus: & quia ſe à populo prophetam dici permiſit, iſtud inquirunt, volentes pro
bare. quòd percuſſorem ſuum ignorans, non eſſet propheta. [*Et alia multa blaſphemantes dicebant in eũ,*] Ioan. 7.
id eſt verbis blaſphemis quàm plurimis non deſcriptis ei conuitiabantur, vocantes eum ſeductorem, ſa
crilegum & blaſphemum. [*Et vt factus eſt dies.*] Multa hic omiſit Lucas, quæ Matthæus & Marcus de- Matth. 26.
ſcribunt, quemadmodum in ipſa nocte, ſeu ante mane Chriſto veniente ad Caipham, vbi tunc ſcribæ Marc. 14.
& phariſæi ac ſeniores conuenerant, Chriſti præſtolantes aduentum, Caiphas & omne conciliũ quæ-
rebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, nec inuenire potuerunt, quamuis
multi falſi teſtes contra ipſum teſtimonia falſa dixiſſent. Deinde duo falſi teſtes dixerũt, Hic dixit, Poſ
ſum deſtruere templum dei, & poſt triduum reædificare illud. Cúmque Chriſtus ad omnia hæc tace- Ioan. 2.
ret, Caiphas ira ſuccenſus, & ſurgens de ſolio adiurauit Chriſtum, dicendo, Adiuro te per deum viuũ,
vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius dei viui. Ad quod cum Chriſtus dixiſſet, Tu dixiſti, & amodo vi-
debitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cæli. Caiphas ſcidit ve

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtimenta ſua dicens, Blaſphemauit. quid vobis videtur? Reſponderunt, Reus eſt mortis. & tunc (pro- E
Matth. 26. ut Matthæus & Marcus deſcribunt) fecerunt Chriſto contumelias iam præfatas: deinde accidiſſe vide
Marci. 14. tur, quod Lucas recitat, [*Et vt factus eſt dies,*] ſcilicet claro mane, [*Conuenerunt ſeniores plebis, & principes ſacerdotum & ſcribæ, & duxerunt illum in concilium ſuum,*] id eſt coram ſe præſentari iuſſerunt, [*Dicentes, Si tu es Chriſtus, dic nobis palam.*] Itaque iam plures conuenerunt, quàm in nocte, & Annas iam adfuit, ſicque quæſtionem à Caipha ante propoſitam, nunc coram omnibus repetierunt, vt audita Chriſti reſponſione eum vnanimiter accuſarent. [*Ait illis, Si vobis dixero*] veritatem, ſcilicet eſſe me Chriſtum, [*Non credetis mihi*] ſicut nec ante mihi credidiſtis, quando per multa miracula probaui me eſſe Chriſtum, quia non ad credendum & proficiendum, ſed ad calumniandum & accuſandum me interrogatis. [*Si autem interrogauero*] vos, [*Non reſpondebitis mihi.*] Hoc ait Saluator, quia iã ante interrogauit de Ioã nis baptiſmo, an eſſet de cælo, an ex hominibus. Item de Chriſto, quomodo Dauid vocet eum dominũ ſuum, ſi filius eius eſt. Et non reſponderunt ad iſta, vel ex ignorantia, vel ne plebis offenſam incurrerẽt, ac redarguerentur ac conuincerentur à Chriſto: ſicut & modo, ſi ad Chriſti interrogationem reſpondiſſent. [*Nec dimittetis*] abire vt innocentem, cum tamen ſim innocens. [*Ex hoc autem*, id eſt poſt tempus iſtud, [*Erit filius hominis ſedens à dextris virtutis dei,*] id eſt in potioribus bonis dei patris: quod impletum eſt, cum in aſcenſione corpore glorificato aſcendit ad cælum empyreum, & perfectam beatitudinem ſecundum ſuam humanitatem ſortitus eſt, etiam quo ad præmium accidentale: in eſſentiali autem F
præmio non profecit, ſed ab incarnationis principio fuit in illo perfectus. Itaque dextera dei ſpiritualiter intelligitur fruitio optimorum bonorum ipſius, & beatifica vnio ſecum præcipua. Chriſtus quoquẽ ſecundum diuinitatem æternaliter ſedet à dextris patris, id eſt in vera æqualitate, & eadem maieſtate cum ipſo quieſcit. [*Dixerunt autem omnes.*] Aliquibus enim dicentibus, cæteri conſenſerunt. [*Tu ergo es filius dei?*] Sciebant enim ex modo loquendi Chriſti, quòd per hominis filium notaret ſeipſum, & quoniam dixit filium hominis ſeſſurum ad dexteram patris, quod proprie conuenit Chriſto filio
Pſalm. 109 dei: iuxta illud, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, concluſerunt quòd Ieſus ſe dei filium
Matth. 21. affirmaret. [*Quid ait, Vos dicitis,*] quod verum eſt, [*Quia ego ſum filius dei. At illi dixerunt, Quid adhuc deſideramus teſtimonium?*] contra iſtum, quo mortis reus probetur. [*Ipſi enim audiuimus de ore eius,*] quòd ſe
Luc. 20. Chriſtum filium dei nominauit, imò vtique, vt ex Euangelio Ioannis oſtenditur, hoc Chriſtus frequẽter ac euidenter ante hunc diem proteſtatus eſt eis verbis & teſtimoniis ſcripturarum atque miraculis, ita quòd credere tenebantur. Vnde nunc impie concluſerunt, quòd ideo mortem promeruiſſet, quia
Matth. 26. eſſe ſe Chriſtum dei filium confeſſus fuit. ¶Porro aliqui putant hanc Chriſti examinationem & inter
Marci. 14. rogationem eſſe eandem, de qua Matthæus & Marcus loquuntur, vt tactum eſt: ſed obuiare videtur
Matth. 27. quod Matthæus, examinatione & interrogatione illa deſcriptis, ſimiliter Petri negatione & Chriſti ve
latione, percuſsione, & conſputatione, quia ſe Chriſtũ eſſe teſtatus fuit deſcriptis, ait, Mane autẽ facto, G
conſiliũ inierunt omnes principes ſacerdotũ & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eũ morti traderent.

¶Cap. XXIII. [*Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.*] Artic. XLIX.

Matth. 20. Marci. 10. Luc. 18. 

Onſequenter deſcribitur, quomodo Chriſtus à Iudæis præſentatus ſit præſidi gentili, & ab ipſo ac eius miniſtris occiſus, ac multipliciter tribulatus, ſecundum quod Chriſtus prædixit, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur gentibus ad illudendum & flagellandum & conſpuendum, & occident eum. [*Et ſurgens omnis multitudo eorum,*] id eſt omnes principes ſacerdotũ & ſcribæ ac phariſæi & ſeniores, ſequente eos populo copioſo, [*Duxerunt illum,*] videlicet Ieſum, [*Ad Pilatum,*] vt ait Matthæus, vinctum obtulerunt eum Pilato.
Matth. 27. Marcus vero ait, vincientes Ieſum tradiderunt eum Pilato, non quòd tunc primo vinxerint eum, ſed forte ad tempus fecerunt eum à vinculis ſolui, & iam iterum vinxerunt. vel vinxerunt eum iam magis ignominioſe quàm ante, manibus forſitan retro ligatis. [*Cœperunt autem accuſare illum, dicentes, Hunc,*] quem ex deſpectu nominatim non expreſſerunt, [*Inuenimus ſubuertentem,*] id eſt H
male inſtruentem ac decipientem, [*Gentem noſtram*] videlicet plebem Iudaicam, [*Et prohibentem tributa dari Cæſari,*] vt ſic prouocaret Romanos aduerſus nos, [*Et dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.*] quod aiunt Chriſtum regem, quaſi expoſitorie dicunt, vt Pilatus clarius intelligeret eos. Ipſi autem nomine Chriſti intelligebant regem, imò & maximum regem, videlicet regem Meſsiam. Pilatus vero tanquam gentilis, non ita ſciebat quid notarent per Chriſtum, ideo addiderunt regem, vt Pilatus intelligeret Ieſum voluiſſe vſurpare regnum terrenum. [*Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum?*] Iudæi iſti tria obiecerant Chriſto, ſed de primo non curauit Pilatus, ſcilicet an Chriſtus bene vel male docuiſſet Iudæos: ipſe enim fuit Gentilis, & legem Iudæorum velut ſuperſtitionem contempſit: ſed alia
Matth. 22. duo videbantur contrariari Romano imperio. Pilatus vero cognouit, quòd primum horum duorum
Luc. 20. eſſet falſum, quia iam ante percepit Ieſum dixiſſe, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo. Idcirco de tertio ſciſcitatur, quod magis videbatur derogare imperatori. Romani etenim præceperunt, ne quis abſque eorum licentia ſeu conſenſu ſe regem vocaret: nam monarchiam habebant. Petiit ergo Pilatus à Ieſu, an eſſet rex Iudæorum de iure, quia videbat, quòd de facto non eſſet rex mun-
Ioann. 18. dialiter regnans. ¶Porro Ioannes Euangeliſta hic aliqua addit, quæ Lucas non ſcribit. Ait quippe Ioã nes, Adducunt ergo Iudæi Ieſum à Caipha in prętorium, hoc eſt in domum vbi prætores ſeu præceptores cauſas populi iudicãtes ſedere ſolebant. Et ipſi Iudæi non introierunt prætoriũ, vt non contami

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A narentur,ingrediendo domũ viri Gẽtilis,quia domus Pilati fuerat prętoriũ:ſed vt mãducarent paſcha .i.azymos panes,quibus immundi veſci nõ poterãt:immundos autem ſe reputaſſent, ſi cõtra legẽ domũ intraſſent Gẽtilis. Exiuit ergo ad eos Pilatus foras,& dixit,Quam accuſationẽ affertis aduerſus hominẽ hunc? Quaſi dicat,Præſentaſtis eum mihi ita ligatum,quaſi mortis ſit reus. Quid ergo obiicitis ei? conſuetudo nẽpe fuit Romanis non damnare hominẽ,niſi præſentes haberent accuſatores, locũq; defendendi acciperet ad abluenda crimina ſibi impoſita,vt in Actis habetur. Reſponderunt,Si non eſſet hic malefactor,non tibi tradidiſſemus eum. Dicit ergo eis Pilatus,Accipite eum vos & ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt Iudæi,Nobis non licet interficere quenquam. Hoc dixerũt, vel quia durante feſto Paſchali, hoc non licuit eis,ne ſanguinis effuſione tantæ ſolennitatis ſanctitatẽ ſœdarent:vel quia Romani abſtulerũt eis iudicium ſanguinis,quãuis minora iudicia reliquerint eis,vt ali qui opinantur:vel callide hoc dixerunt,quatenus chriſto à iudice Gentili damnato, ipſi viderẽtur immunes. Introiuit ergo in prętorium Pilatus,& vocauit Ieſum,vt ibi in loco quieto ſeorſum perfectius eum examinaret,& dixit ei,Tu es rex Iudęorum? Hoc interrogauit Pilatus poſt accuſationem à Iudęis factam,quam hic Lucas deſcribit. ¶ Denique Lucas ſubiungit,[*At ille,*]ſcilicet Ieſus[*Reſpondens Pilato, ait,Tu dicis.*]quaſi dicat,Ego nec nego nec affirmo hoc nunc,ſed tu dicis quod verum eſt. [*Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum & turbas,Nihil inuenio cauſæ in hoc homine.*]Pilatus enim chriſti reſponſiõnẽ accepit,quaſi diceret ſe non eſſe regem,ſcilicet temporalem. Vnde Ioannes plenius iſta deſcribens ait Ieſum dixiſſe Pilato,Regnum meum non eſt de hoc mundo,hoc eſt,tale quale eſt regnum mundanum,ſed eſt cæleſte ac ſpirituale. Quaſi dicat,Non derogaui imperatori,quærendo dominationẽ terrenam ac temporalem: imò(vt apud Ioannem habetur)cum Iudæi voluiſſent eum facere regem,fugit. Vnde adiecit, Si ex hoc mũdo eſſet regnum meum,miniſtri vtique mei decertarent pro me,vt nõ traderer Iudæis. Dicit ergo ei Pilatus, Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus,Tu dicis,quia rex ſum ego. ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundum,vt teſtimonium perhibeã veritati. Omnis qui eſt ex veritate,hoc eſt,ex deo non ſolum per creationem,ſed & per prædeſtinationem & imitationem,audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet,iterum exiuit ad Iudæos,dicẽs,Ego nullam in eo cauſam inuenio. ſicut nunc recitat Lucas,qui ſubdit,[*At illi,*]puta Iudęi[*Inualeſcebant,*]hoc eſt,impetuoſius & fortius quàm ante clamabant,audito quòd præſes Ieſum excuſaret,[*Dicentes, Commouit populum,*]hoc eſt,ſuis doctrinis & falſis prodigiis plebem noſtram turbauit, ſubuertit,& ad illicita concitauit,[*Docens per vniuerſam Iudæam,*]hoc eſt,per totam noſtram regionem,[*incipiens a Galilæa,*]ibi enim primo exorſus eſt diſcipulos congregare,prædicare,atque miracula facere. In Galilæa nanque vocauit Petrum,& filios Zebedæi,& in Chana Galilææ fecit primum ſuum miraculum,mutando aquam in vinum.[*Vſque huc,*]hoc eſt,pertingens ac veniens,prædicando & alios ſubuertẽdo, vſque Hieruſalem ciuitatem Iudęæ metropolitanã,ſeu principalem. Iudęa autẽ interdũ accipitur prout diſtinguitur à Galilæa & Samaria,ſed nunc ſumitur prout prouincias illas includit. ¶ Omnia iſta conſideranda ſunt nobis ad compaſsionem,ac imitationem,& gratiarum actionem. Conſideremus ergo quàm opprobrioſiſsimè fuerit Chriſtus Pilato oblatus,quàm falſiſsimè accuſatus,quàm manſuetè,patienter, ac ſilenter ſe habuit,ſicque omnem mundi vanitatem & gloriam contemnamus, verborum iurias ac mendaces accuſationes æquanimiter toleremus:tamen interdum propter ſeãdalum euitandũ licet ſe veraciter excuſare.[*Pilatus autem audiens Galilæam*]nominari,[*Interrogauit ſi homo Galilæus eſſet,*]id eſt,an Ieſus de Galilæa oriundus cõſiſteret. Quamuis enim in Bethlehem Iudeæ fuerat natus,tamẽ in Galilæa fuit conceptus,& plurimum conuerſatus, propter quod Ieſus Nazarenus vocatus eſt. [*Et vt cognouit*]ex reſponſione eorum,quos interrogauit,[*Quod de Herodis poteſtate eſſet,*]id eſt, de prouincia atque dominio Herodis Antipæ,tetrarchæ Galilææ,qui decollauit beatiſsimum Ioannem Baptiſtam,& fuit maioris Herodis,ſub quo natus eſt Chriſtus,filius:[*Remiſit eum ad Herodem*]cupiens ſe exonerare ab eius iudicio,quem nouit innocentem,mendaciter accuſatum,& ex inuidia traditum, & ne manum ſuam mitteret in meſſem alienam:& ſicut ait Theophilus,in hoc egit Pilatus ſecũdum legem Romanorum,quæ iuſsit quẽlibet à ſuæ ditionis principe iudicari.[*Qui & ipſe,*]ſcilicet Herodes,[*Hieroſolymis erat illis diebus*]ſolennitatis paſchalis propter feſtum. Fuit enim Iudæus religione & natu.nam & pater eius,quamuis eſſet natione gentilis,videlicet Idumæus,tamen proſelytus factus eſt,id eſt, Iudæorum ritum aſſumpſit,& circuncidi ſe fecit amore coniugis ſuæ,quę fuit Iudęa,& vt dicitur etiam aliam habuit vxorem Hieroſolymitanam,de qua genuit hunc Herodem Antipam.[*Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde,*] non ex deuotione,ſed curioſitate:cuius gaudij cauſa ſubiungitur,[*Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum*] id eſt,diu optauit Ieſum videre,præſertim ex eo tempore,quo decollauit Ioãnem,quia poſt hoc cœpit Ieſus magis publicè prædicare,ac miracula facere,ita quòd fama eius ad Herodem peruenit: ideo ſequitur,[*Eo quod audiret multa de illo,*]videlicet de Chriſti miraculis, eloquentia,& doctrina. Vnde Euangeliſtæ dicunt,quòd ſtatim in principio prædicationis Chriſti exiit fama eius in vniuerſam regionem.[*Et ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri.*]Naturale enim hominibus eſt,libenter videre mirifica atque inſolita:ſpecialiter quoq; vt ait Apoſt. Iudæi ſigna petunt: & ſupra ſcriptũ eſt dixiſſe Herodem de Chriſto,Quis eſt iſte de quo talia audio?[*Interrogabat autem illũ*] .ſ.Ieſum,[*Multis ſermonibus*]hoc eſt,varias quæſtiones propoſuit chriſto,quæ non ſunt ab aliquo Euangeliſtarum deſcriptæ,ſed aliqui opinantur,quod interrogauit Ieſum,an eſſet ille propter quem pater ſuus fecit occidi infantes, atque ſimilia [*At ipſe Ieſus nihil ei reſpondebat,*]quia Herodes indignꝰ fuit, eo quòd ex curioſitate fuerit motus. chriſtus quoque noluit per Herodẽ liberari à paſsione. Si autem feciſſet corã eo miraculũ,aut iuxta ſapientiam ſuam reſpondiſſet Herodi,non permiſiſſet Herodes eũ occidi. Ideo quoque tacuit Ieſus,vt daret exemplum vitandi oſtẽtationẽ coram magnatibus. [*Stabant*

Actu.25. Ioan.18. Ibidem. Ioan.6. Lucæ.5. Matth.4. Marc.3. Lucæ.6. Ioan.2. Lucæ.2. Matth.26. Marc.16. Lucæ.18. Ioan.18. Actuũ.2. Lucæ.2. Marc.6. Lucæ.3. Matth.9. Lucæ.4. 1.Cor.1. Lucę.2. Marc.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiam principes ſacerdotum & ſcribæ,]hoc eſt,legiſdoctores,[*Conſtanter,*]id eſt, audenter & pertinaciter, E
[*Accuſantes eum*]eiſdem fortè cauſis,quibus & ante Pilatum accuſauerant eum:ſed Ieſus nihil reſpon
dit,patientiam docens,& incorrigibilium cedens furori,præſertim quoniam opera eius quæ fecit,vi-
delicet ſanctitas vitæ & miraculorũ excellentia,quibus vſq; in hanc horam præfulſit,eum etiam ſilen
tẽ excuſabant:imò ex ſua taciturnitate mitiſsima,patuit innocentia eius.Vnde Pilatus maximè miraba
tur de Chriſti taciturnitate,ſciens quòd vnico verbo potuiſſet ſe excuſare.[*Spreuit autem illum Herodes
cum exercitu ſuo,*]tanquam ſimplicem & fatuum,eo ꝙ nec ſibi,nec accuſatoribus quippiã reſponderet.
Iob.2. Vnde in Iob ſcriptũ eſt,Deridetur iuſti ſimplicitas.[*Et illuſit,indutum veſte alba,*]vt ſolent fatui deride-
ri:& ſic filius dei dignat⁹ eſt de iudicead iudicẽ mitti,ac taliter derideri,vt nos rei à iudicio reprobatio
nis ac dãnationis æternæ liberaremur,& ab æterna cõfuſione ac dęmonũ illuſione eriperemur,ſtola-
q; immortalitatis ac glorię veſtiamur,& merito Chriſti veræ deſuper ſapientiæ cõſortes,ac filij efficia
mur.Itaque gloriemur,quado deſpicimur,nec veſtiũ pompã,ſuperfluitatẽ & curioſitatẽ amemus:ſed
quid dominus & Saluator noſter pro nobis paſſus eſt,perpendamus cũ gratiarum actione efficaciq́ue
1.Cor.1. imitatione.Nempe ſi ille,qui eſt increata ſapientia,atq; omnipotens virtus dei patris,propter nos ita de
rideri dignatus eſt,cur nos infirmi ignorãtiis pleni,& vitiis obtenebrati,volumus ſapientes & virtuoſi
Ioan.13. reputari,& irriſoribus noſtris protinus indignari?Non eſt ſeruus maior domino ſuo,nec diſcipulus ſa
pientior ſuo magiſtro.[*Et remiſit,*]Ieſum[*Ad Pilatum,*]reputãs chriſtũ ſua ſubuentione indignum,& F
vt Pilatus hominẽ in ſuo dominio captum iudicaret:quod & ideo fecit,quia põtifices & Iudæos nole
bat offendere,chriſtũ eripiẽdo,ſed potius illis placere,ipſum taliter deridendo corã tot milibus homi
num,in regia vrbe & feſto præcipuo.[*Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die.*]Pilatus enim ho-
norauit Herodem mittendo ad eum hominẽ ſuæ prouinciæ,& cauſam illius diſcretioni Herodis cõ-
mittens.[*Nam antea inimici erant adinuicem,*]quia Pilatus occiderat iniuſte quoſdam Galilæos,qui fue
rant de poteſtate Herodis,in quo derogauit Herodi,ſubditos eius ita occidens,& manũ ſuam in alienã
meſſem extẽdens.[*Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus*].i.rectorib⁹ populi,[*Et
plebe,*]ſcilicet cõmunitate Iudæorũ[*Dixit ad illos,Obtuliſtis mihi hunc hominẽ quaſi auertentem populum*].i.à
veſtra lege & obedientia cæſaris auertentẽ ſuos auditores,[*Et ecce ego coram vobis interrogans*].i.homi-
nẽ iſtum examinans,[*Nullam cauſam inuenio in eo ex his*]ex numero criminũ,[*In quibus eum accuſatis: ſed
neque Herodes*]aliquẽ horũ exceſſuum in ipſo inuenit,[*Nam remiſi vos*]cũ Ieſu[*Ad illum*].i.Herodem,
[*Et ecce nihil dignum morte actum eſt ei,*]hoc eſt,Herodes nullã illi pœnam aut ſententiam inflixit,ex qua
pateat quòd exiſtimauerit iſtũ mortem promeruiſſe.Nam illuſio in alba veſte non graue crimẽ,ſed in
ſipientiã deſignabat.[*Emendatum ergo illum dimittam.*]Quia mortẽ non meruit,faciam illũ flagellari,at
q; ludibriis affici,vt ſi forte exceſsit in verbis,ignoſcatis ei taliter correcto,& ego ſic eũ dimittam trãſi
re.¶Deinde tãgitur alia occaſio,qua Pilatus deſiderauit Ieſum de morte eripere,[*Neceſſe autem habebat* G
per diem feſtum].i.in ſolennitate paſchali,[*Dimittere eis,*]puta Iudęis[*Vnum*]vinctũ quẽcunq; petiſſent.
Iudęi enim anteq̃ eſſent Romanis ſubiecti conſuetudinẽ habuerũt in feſto paſchali dimittere liberũ v
num ex vinctis,in ſignũ atque memoriã liberationis patrũ ſuorum ex AEgypto tẽpore Paſchę:poſtea
Romanis ſubiecti impetrauerũt ab eis,vt hęc cõſuetudo eis obſeruaretur à iudice Romano eis ꝓpoſi-
to:ideo Pilatus à Romano Imperio Iudęis prefectus,neceſſe habuit hanc cõſuetudinẽ obſeruare,neceſ
Beda. ſitate cõditionata,videlicet ſi cõtentare deberet Iudęos,& obedire Romanis:attamẽ Beda affirmat,ꝙ
nõ imperialis legis ſanctione,ſed annua Iudæorũ conſuetudine fecit hoc ad placendũ eiſdem.[*Excla-
mauit autem ſimul vniuerſa turba,dicens,Tolle hunc*].i.Ieſum interfice,quẽ ex contẽptu non expreſsit hæc
turba,[*Et dimitte nobis Barabbã,qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate*]Hieruſalẽ,[*Et homici-
dium,miſſus in carcerem,*]vt poſt feſtũ apto tẽpore occideretur.Lucas iſtud breuiter tangit,quod à Mat-
thęo nouerat plenius recitatũ.Ait enim Matthęus,Per diẽ autẽ ſolennẽ conſueuit pręſes dimittere po
Matth.27. pulo vnũ vinctũ quẽ voluiſſent.Habebat autẽ tunc vinctũ vnum inſignẽ.i.in malitia famoſum & ſin-
gularẽ.Congregatis ergo illis,dixit Pilatus,Quem vultis dimittã vobis,Barabbã,an Ieſum qui dicitur
chriſtus?Sciebat enim quòd per inuidiã tradidiſſent illũ.Cũq́; Pilatus hæc diceret,contigit qđ etiã ait
Matthæ⁹, Sedẽte illo,puta Pilato,pro tribunali.i.in ſede iudiciali ad iudicandũ de chriſto,miſit ad eũ
vxor eius,dicens,Nihil tibi & iuſto illi,hoc eſt,nõ agas aliquid contra eũ,quia non ſpectat ad te,eo ꝙ H
innocens ſit.multa enim paſſa ſum hodie.i.hoc die naturali,videlicet in aurora,vt creditur,cũ Pilatus
ſurrexiſſet de lecto,quia dominę,coniugesq́ue magnatũ ſolent ad tẽpus manere in lecto poſt viros:vi
ſione & ſomno,propter eum.i.ad hoc,vt eius liberationem procurem à te:ad quod,vt creditur,diabo
lus illã fœminã inſtigauit,iam quaſi pro certo coniiciens,quòd Ieſus eſſet Meſsias,qui videbat ineffa-
bilẽ manſuetudinẽ,patientiam atque conſtantiam chriſti,in omni ſua iniuriatione ac paſsione,& quia
damnationem Iudæ iam vidit,itémq; conſolationem ſanctorũ in lymbo,vt fertur,ideo timuit expolia
ri,& vinci à Ieſu,cũ tamen pauloãte Iudam ad eius traditionẽ atq; Iudęos ad eius occiſionẽ incitaſſet.
Matth.27. ¶Prętereà ait Matthęus,Principes autẽ ſacerdotũ & ſeniores perſuaſerunt populis,vt peterent Barab
bam,Ieſum vero perderent,hoc eſt,occidi depoſcerent.Reſpondens autem pręſes,dixit illis,Quẽ vul
tis vobis dẽ duobus dimitti? At illi dixerunt,Barabbam.Dicit illis Pilatus,Quid ergo faciam de Ieſu,
qui dicitur Chriſtus?Dicunt omnes,Crucifigatur.Pilatus autẽ tertio dixit illis,Quid enim mali fecit?
Nullã cauſam mortis inuenio in eo.Corripiã ergo illum,& dimittã.Hoc verbum aſſerit Lucas.Porrò
Ioan.19. quod ſequitur,ſcribit Ioannes,Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum,& flagellauit,hoc eſt,ſeruis ſuis
præcepit Ieſum nudare,columnæ alligare,& flagellis percutere.¶O quàm erubeſcibile fuit in tot mi
lium aſpectu nudari, & quàm pœnaliſsimũ fuit tenerrimo ac nobiliſsimo corpori Chriſti,tam atroci
ter flagellari.Scribit enim ſacratiſsima vidua ſancta Brigida in reuelationibus ſuis, benedicta & glo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A rioſa virgine Maria ſibi id enarrante, quòd tam diu ac acerrimè flagellauerunt Chriſtum, quod coſtæ
eius patebant, in tantum quòd vnus de aduerſariis Chriſti abſcidit funem, quo fuit ligatus, & flagella-
toribus dixit, Nunquid interficietis eum nondum diiudicatum & condemnatum, & cauſam mortis e-
ius facietis veſtram? Deinde ſancta Brigida ſcribit, quòd caro & pellis Chriſti tantæ teneritudinis fuit,
quod ſanguis videbatur per eam. Item, quòd in primo ictu flagelli, caro ei⁹ perforabatur, & ſanguis e-
xiliit, & quod virgo Maria aſtabat, primúmque ictum illum & filij ſui vulnerationem inde ſequentẽ
conſpiciens, ceciderit in terram vt mortua, nec rediit ad ſeipſam, niſi flagellatione completa, tuncque
aſpexit corpus filij ſui dilaceratum, & vndique cruentatum. Deinde Ioannes & Matthæus dicunt, Et Matth. 27.
milites præſidis, videlicet grationes: non enim erant nobiles viri, ſicut iam milites ſunt aurati: ſuſcipien Ioan. 19.
tes Ieſum in prætorio, congregauerũt ad eum vniuerſam cohortem, & exuentes Ieſum veſtimẽta ſua,
chlamydem coccineam circundederunt ei, hoc eſt, veſte rubea, ad ſimilitudinem purpuræ induerunt
eum. Vnde Ioannes ait, Veſte purpurea circundederunt eum. & aliqui dicũt, quod fuit aliquid rubeũ
vile ſimile purpuræ. & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem, id eſt,
calamum in dexteram eius, videlicet pro ſceptro regali, & genu flexo ante eum illudebant eum, dicen
tes, Aue rex Iudæorum Et dabant ei alapas, & expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percuſſe-
runt caput eius. Exiuit itaque iterum Pilatus, & dicit Iudæis, Ecce adduco eum vobis foras, vt cogno-
B ſcatis, quia nullam cauſam mortis in eo inuenio. Exiit ergo Ieſus portans ſpineam coronam & purpu
reum veſtimentum, & dixit eis, Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabãt,
dicentes, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non
inuenio in eo cauſam. Reſponderunt Iudæi, & dixerunt, Nos legem habemus, & ſecundum legem de
bet mori, quia filium dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit, vtpote ne
forte ſic eſſet, & ſic grauiſsimè peccaſſet, dei filium taliter flagellari, coronari, illudi, & percuti facien-
do: magis quoque quàm ante timuit Ieſum occidere, ne forte filium dei perimeret. Sed vnde Pila-
tus, cum eſſet Gentilis, atque idololatra, habebat notitiam veri dei? Et reſpondendum, quòd inter Iu
dæos habitando, aliquid fortè de omnipotentia & maieſtate ſummi dei (quem Iſraëlitæ colebant) au-
diuit. omnibus quoque, vt loquitur Damaſcenus, naturaliter inſertã ſeu indita eſt cognitio exiſtendi Damaſc.
deum: ſed & multi gentilium nouerunt eſſe vnum deum altiſsimum. Et ingreſſus eſt iterum Pilatus in
prætoriũ, & dixit ad Ieſum, Vnde es tu? Quamuis enim iam audiſſet, quòd Ieſus eſſet de Galilęa, nunc
tamen audito quod dixiſſet ſe eſſe filium dei, diligentius quærit de loco & principio ſuę natiuitatis, an
ſcilicet vere de deo ſit natus, an ex hominibus. Ieſus autem reſponſum non dedit, ſicut per Eſaiam fuit Eſaiæ. 59.
prædictum, Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Dixit ergo Pilatus, Mihi non loqueris? ne-
ſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Ieſus autem reſpõdit, Nõ
C haberes poteſtatem vllam contra me, niſi datum tibi eſſet deſuper, ſcilicet à deo, vel à Romano impe- Ioan. 19.
rio. A deo enim eſt omnis poteſtas: ſed poteſtatis abuſio ineſt hominibus ex peruerſa & propria volũ
tate. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ,
videlicet Ieſum, etiam magis quàm ante. Conſiderauit enim innocentiam atque modeſtiã Chriſti. Iu
dæi autem clamabant, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, id eſt,
propria authoritate regem ſe aſſerit, contradicit Cæſari, qui prohibuit hoc. Potéſtque per cæſarem in
telligi Tyberius, ſub quo crucifixus eſt Ieſus. Pilatus ergo cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ie
ſum, & ſedit pro tribunali. Erat autem paraſceue paſchę hora quaſi ſexta. ¶ Sed contra hoc videtur, ꝙ
in Marco legitur, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum: ergo ante tertiam horam Pilatus ſedit
pro tribunali, quoniam certum eſt Ieſum primo fuiſſe iudicatum, quam cruci appenſum. Infra quoq; Marc. 15.
ait Lucas, ꝙ erat hora quaſi ſexta, quando crucifixerunt eũ. Matthæus vero ait, quòd ab hora ſexta vſ-
que ad nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, & toto tempore illo pependit Chriſtus in Matth. 27.
ligno. Dicendum, quòd hora ſexta, vel parum ante crucifixus eſt Ieſus, vt aſſerit Lucas. Ideo dicit Ioã
nes, quòd erat hora ferè ſexta, quia fuit ante ſextam: ſed quod Marcus ait de tertia hora, hoc retulit ad Ioan. 19.
animum Iudęorum, quia illa hora clamauerunt, Tolle, crucifige eum: vel ideo dicit hoc Marcus, quia Marc. 15.
crucifixus eſt Ieſus inter tertiam & ſextam, medium autem per vtrunque extremorũ ſignificatur, quia
aliquid participat de vtroque. Deinde ſcribit Ioannes, Et dixit Pilatus Iudæis, Ecce rex veſter. Hoc ad
D deriſionem illorum dixit. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem ve
ſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices, Non habemus regẽ, niſi Cæſarẽ. Tunc, vt ait Matthęus, Matt. 27.
videns Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus ſuas coram po-
pulo, dicens, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis, hoc eſt, voſipſi penſate quid agitis
quia non ego, ſed vos eum occiditis. Et reſpondens vniuerſus populus dixit, Sanguis eius ſuper nos, &
ſup filios noſtros, hoc eſt, nobis & filiis noſtris imputetur effuſio ſanguinis eius. ¶ O obtenebratiſimi
crudeliſsimíque Iudei, qui non ſolũ voſipſos, ſed & filios veſtros tã incomparabili, atq; enormi pecca- 1. Theſ. 2.
to inuoluitis, & chriſtũ vobis in lege ac prophetis ꝓmiſſum, tam irreuerenter tractatis. Deniq; exaudi
ta eſt oratio veſtra, & peruenit ſuper vos ira dei vſq; in finẽ, ſicut & Pſalmiſta prædixit alloquẽs deũ, Pſalm. 66.
Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Daniel quoque prædixit, Non erit Daniel. 9.
eius populus, qui eum, ſcilicet Chriſtum, negaturus eſt, & finis eius vaſtitas, & vſque in finem per
ſeuerabit deſolatio. Igitur præinductis verbis à Luca omiſsis, continuanda ſunt quæ ipſe nunc ſcri
bit. [*At illi,*] puta Iudæi, [*inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur. Et inualeſcebant voces eo-
rum.*] Quod enim ratione & æquitate adipiſci non poterant. ſ. Chriſti crucifixionem, importunis cla
moribus, & poſtulatione iniqua obtinere conati ſunt, quorum inſolentiã multi iniuſti ſequuntur. [*Et
Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum,*] i. ſententiam dedit, quòd Ieſus eſſet crucifigendus, ſicut Iudęi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

petebant,quare etiam magis petebant Chriſtum crucifigi,quàm alia morte occidi,quia mors confixo E
rum in cruce ignominioſiſsima fuit apud Iudæos,& pœnaliſsima patientibus eam. [*Dimiſit autem illis*
Ioan.19. *eum,qui propter ſeditionem & homicidium miſſus fuit in carcerem,quem petebant,*]qui etiam (vt ait Ioannes)
fuit latro. Vnde & ideo Pilatus dedit Iudæis optionem inter Ieſum & Barabbam,quia nequaquam pu
tauit,quòd peterent tam ſceleratiſsimum hominem ſibi dimitti magis quàm Ieſum, & vt reor ſi peio
rem vinctũ habuiſſet Pilatus,quàm Barabbam,illum propoſuiſſet Iudæis.[*Ieſum vero tradidit voluntati*
eorum]ad crucifigendum,& in hoc dirè peccauit,quãuis minus quàm Iudæi peccauit,& Ieſum ſic fla-
Matth.26. gellando,& aliis modis puniendo,quamuis non fecit hoc animo perſequendi,ſed liberandi dominum
Marc.14. Ieſum,vt ſcilicet furorem Iudæorum ſedaret,& ſic Chriſtum abire permitterent.Etenim cum iudex
Ioan.12. eſſet,nullatenus debuit innocentem damnare,præſertim cum pars aduerſa in probatione deficeret,nec
Matth.26. ex timore humano Imperatoris debuit contra iuſtitiam facere,& innoxium flagellare.[*Et cum ducerent*
eum,]hoc eſt,dum miniſtri Pilati ac cæteri educerent Ieſum ad locum crucifixionis.Primò tamen, vt
alij Euangeliſtæ teſtantur,exuerunt eum chlamyde ſeu purpura, & induerunt eum veſtimentis eius,
& baiulans crucem,exiuit in Caluariæ locum.[*Apprehenderunt Symonem quendam Cyrenenſem,*]hoc eſt,
à Cyrene ciuitate Lybię,vt aliqui dicunt,quem quidã dicunt fuiſſe natione gentilem,ſed ad iudaiſmũ
cõuerſum.vel fortè fuit de ſynagoga vrbis præfatę & natus Iudęus.Filij autem eius,ſecundũ Marcum
Marc.15. fuerunt Alexander & Rufus,quos aliqui dicunt fuiſſe diſcipulos Chriſti.[*Venientem de villa*] quadam F
extra Hieruſalem verſus eã,ita quòd iſtis in itinere obuiauit,[*Et impoſuerunt ei crucem portare poſt Ieſum*]
imò timore & minis cõpulerunt eum ad hoc.Ait enim Matthæus,Hũc angariauerunt,vt tolleret cru
Matth. 27. cẽ eius. quod crudeliſsimi illi nõ fecerunt ex cõpaſsione aut pro releuamine Ieſu,ſed quia ex pœnis iã
valde laſſatus fuit,timebant,ne ſorte ſub onere crucis deficiens,moreretur in via,ſicq; futuras pœnas
leniori morte euaderet:vel vt citius venirent ad locum Caluariæ,in quo deſideriũ ſuũ de Chriſti cru-
cifixione explerent.[*Sequebatur autem illum multa turba populi,*]quidã cõpatiendo,ſed multo plures de-
ridendo,& crucifixionẽ eius optando:imò quo ante famoſior fuit,eo iam plures ſecuti ſunt ad viden
dũ ſpectaculum.[*Et mulierum,quæ plangebant eum & lamentabãtur,*]hoc eſt,cordialiter triſtabantur, &
corporaliter flebant eum.[*Converſus autem ad illas Ieſus*]faciẽ ſuã vertens ad eas,qua viſa plus flebant,vt
Ioan.19. moris eſt fœminarũ.Fuerũt quoq; ibi aliqui viri diſcipuli,& amici Chriſti,vt Nicodemus, Ioſeph, Io
ãnes apoſtolus,& forte Gamaliel ac alij,qui licet vehementer dolerẽt,fletum tamen pro poſſe repreſſe
runt.[*Dixit,Filiæ Hieruſalem.*]Aliquę enim fœminarũ iſtarũ erant habitatrices Hieruſalem,& alię fue
runt de Galilæa,ſeu aliis locis.[*Nolite flere ſuper me.*]Non reprobat cõpaſsionem & fletũ earũ,ſed hor-
tatur,vt non ita duntaxat plorent ſicut plorabant:vnde admonuit eas,vt etiã propriam calamitatẽ,& fi
liorum ſuorũ culpã,imminentésq; pœnas deplangerent.nam ſubditur,[*Quoniam ecce venient dies,in qui*
bus dicent]habitatores & habitatrices Hieruſalẽ ac Iudææ,[*Beatæ ſteriles*]fœminæ,quæ nõ conceperũt,
[*Et beati ventres qui non genuerunt,& vbera quæ non lactauerunt*]hoc eſt,fœtus non habuerunt,quibus lac G
darẽt.Hoc chriſtus prędixit de tẽpore obſidionis Hieruſalem à Romanis,quæ facta eſt anno quadra
geſimoſecundo poſt chriſti paſsionẽ,fuitque in ea indicibilis calamitas, preſſura, atque mœſtitia Iu-
dæorũ,in tãtũ ꝙ parentes ſuos pueros comederunt:ideo tũc feliciores reputabantur qui abſque prole
fuerunt,quã prolẽ habentes:quoniã minor fuit eis cauſa mœſtitię,cũ ſobolẽ nõ haberent,cui⁹ intuerẽ
tur miſerias.[*Tunc incipient montibus dicere,Cadite ſuper nos:& collibus,cooperite nos.*]Hoc quippe dixerũt
vel ex deſperatione,vel ad inſinuandũ magnitudinẽ ſuę calamitatis ac deſolationis,vel ex deſiderio ef
fugiendi aduerſarios ſuos.Tũc quoque multi Iudæorũ fugerunt ad cauernas atque ſpelũcas. Nam &
Ioſephus ſcribit ſe tunc cũ quadraginta viris in ſpeluncã quandã fugiſſe. Simili ſenſu ſcriptũ eſt per
Oseã,dicẽt montibus,operite nos:& collibus,cadite ſuper nos:quod & de tẽpore circa finale iudiciũ
intelligi poteſt,in quo maxima tribulatio erit.[*Quia ſi in viridi ligno hæc faciũt,*]hoc eſt,ſi iſti iniqui me
ita occidunt & vexant,qui viridi ligno aſsimilor,quia iugiter plenus fui,& ſum,omniũ virtutũ fructu
& flore perfectionis,viroréq;gratię,ita ꝙ per mortẽ hanc violentã abſcindi & tolli non merui, [*In a-*
rido quid fiet?] .1.qualis erit punitio Iudaicæ plebis me perſequẽtis,omníſque iniqui,qui ꝓpter virtu-
tũ carentiã & prauitatis infœcunditatẽ ligno arido cõparatur.Hinc Salomon ait,Si iuſtus in terra reci
Prouer. 11. pit,quanto magis impius & peccator?[*Ducebantur autem & alij duo nequam cũ eo,vt interficerentur.*]Hoc H
inquinatiſsimi Iudæi procurauerunt,vt ex latronũ illorũ conſortio chriſtus ſceleratior appareret:nec
legitur,quòd illi nequã ſuam tulerint crucẽ vt Ieſus.Sed Ieſus hęc paſſus eſt,vt nos merito huius con-
fuſionis, paſsioníſque ſuæ inter electos dei & angelos cõputaremur.[*Et poſtquam venerunt in locum qui*
dicitur Caluariæ.]caluaria dicitur os capitis humani,carne,pelle,crinibúſque nudatũ.Quidã ergo,vt re
fert Hieronymus,aſſerebant ideo locũ iſtum dictũ locũ caluarię,quia ibi ſepult⁹ fuerit Adã, eiúſque
caput ibi conditũ fuit:& ꝙ ideo ibi crucifigi voluit chriſtus, vt ſanguis eius ſuper primi hominis tu-
Hierony. mulũ diſtillaret,eũque cũ illa poſteritate ſaluaret.Hanc opinionẽ reprehendit Hieronym⁹,dicẽs, A-
Ioſue.14 dam fuiſſe ſepultũ iuxta Ebrõ,vt ex libro Ioſue cõprobatur. Scriptũ eſt enim in libro Ioſue,Adã ma
Geneſi.23. ximus ibi ſitus eſt.ſ.in ſpelunca duplici,vbi Abrahã ſuã coniugẽ legitur ſepeliiſſe in Geneſi,ꝓpter ꝙ
Geneſi.25. Ebron olim vocabatur cariotharbe.i. ciuitas quatuor,eo ꝙ ibi ſepulti ſint quatuor magni patriarchæ
Geneſi.35. cum vxoribus ſuis,videlicet Adã cũ Eua,Abrahã cum Sara,Iſaac cũ Rebecca,Iacob cum Lya. Verun-
Geneſ.49. tamẽ Thomas ſuper Lucã ſcribit Athanaſiũ dicere,quod Iudæorũ doctores affirmãt Adã in loco cal
uariæ eſſe ſepultũ:& forte aliqui Iudæorũ doctores opinati ſunt ita:verius tamẽ eſt locũ iſtũ dictũ cal
uarię propter capita reorũ ibi occiſorũ,quæ capita tẽpore procedente fiebant caluariæ, hoc eſt,nuda-
ta à carne,pelle,capillis.Vnde in tã ignominioſo loco dignat⁹ eſt chriſtus occidi,vt nos merito ſuę vili
pẽſionis iſti⁹,ad honorabiliſsimos cęli empyrei thronos ſubleuemur.[*Vbi crucifixerũt eũ*]hoc eſt,clauis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cruci affixerunt. ¶Voluit autē christus propter nos hoc genus mortis perferre. Primò, quia ſuſpenſio in ligno fuit ignominioſiſsimū, execrabiliſsimum ac pœnaliſsimū reorum ſupplicium: ideo Chriſtus iſtud elegit, vt nobis copioſius ſubueniret, & patrē ęternum magis nobis placaret. Secūdò, vt perfectiſ Philip.2.
ſimū obedientiæ, fortitudiniſq; præberet exemplum, dū patri obediuit, non ſolū vſque ad mortē, ſed & vſque ad duriſsimū atque turpiſsimū genus mortis, & vt non ſolum non formidemus mortē pati ꝓpter deum & æquitatē, ſed nec aliquod mortis genus. Tertiò, quia per quatuor cornua crucis ſignā-
tur quatuor partes mundi, quas Chriſtus ſua paſsione redemit. Quartò, quoniā Adā in ligno & eſu fru
ctus eius peccauit, mundúmque perdidit, ideo Chriſtus per lignum voluit redimere mundū: ideo ait Geneſi.3.
Theophilus, Quia per lignū mors introuit, neceſſe erat, vt per lignum exterminaretur. Hinc in prę fa- Theoph.
tione dicimus deo patri, Qui ſalutem generis humani in ligno crucis conſtituiſti, vt vnde mors orieba
tur, inde vita reſurgeret: & qui in ligno vincebat, puta diabolus, in ligno quoq; vinceretur ꝓ Chriſtum
dominū noſtrū. Eductio autē Chriſti ad paſsionē, eiúsq; paſsio pręfiguratæ fuerūt per eductionē qua
Cain eduxit Abel iuſtum in agrū, & interfecit eū ibidē: item per eductionē Iſaac vt immolaretur: & Geneſi.4.
per ſerpentē æneum, quē Moyſes erexit pro ſigno, vt intuentes illum ſerpentem, liberarentur à morſi Geneſ.22.
bus ignitorū ſerpentum. Sic qui fideliter ac deuotè Chriſti paſsionem attendunt, eripiuntur à dęmo- Nume.21.
nū tentamentis, & morſibus vitiorū. Deniq; in hac chriſti eductione & crucifixione impleta ſunt quę Ioan.3.
B in Eſaia propheta fuerunt prædicta, vbi legitur, Sicut ouis ad occiſionē ducetur, & dominus poſuit in Eſaiæ.53.
eo iniquitatem omniū noſtrū. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Hinc
& Dauid in Chriſti perſona prædixit, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia oſ Pſalm.21.
ſa mea. Tunc impletū eſt & illud Hieremię, Ego quaſi agnus māſuetus qui portatur ad victimā. Item- Hiere.11.
que illud Danielis, Poſt hebdomadas ſexagintaduas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui Daniel.9.
eum negaturus eſt. Per Zachariam quoque chriſtus profatur, Aſpicient ad me quem confixerunt. Et Zacha.12.
iterum fertur, Dicēt ei, quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus ſum in Zacha.13.
medio eorum qui diligebant me. i. à poſteritate patriarcharum, qui me dilexerunt. [*Et latrones*,] cruci
fixerunt præfati miniſtri militésque Pilati: fuerúntque quatuor, vt conſtat ex eo quod ſcriptum eſt a-
pud Ioannem, Milites cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes
vnicuique militi partem. [*Vnum a dextris*,] Chriſti [*Et alterum a ſiniſtris*,] vt Ieſus in medio latronū ſuſpē Ioan.12.
ſus, quaſi princeps latronū ac ſceleratorum reputaretur: ad hoc enim Iudæi procurauerūt id fieri: ſed
illud deus permiſit, vt impleretur quod Eſaias prædixit, Cum ſceleratis reputatus eſt. & chriſtus hoc Eſaiæ.35.
pertulit, vt per hoc quod ipſe ſic inter iniquiſsimos reputatus atque ſuſpenſus eſt, nos miſeri peccato
res à reproborū hominū ac dæmonū ſocietate, tormētis, ac medio liberemur, & inter electos dei ſanc-
tóſq; angelos feliciter collocemur. ¶cōſideremus quotidie corde profundo, quantū regratiari tene-
C mur patri ęterno, pro eo quod naturalem & vnicū, ac ſuperdilectiſsimū filium ſuū, quem vtiq; nō mi
nus diligit ą ſeipſum, permiſit ita propter nos ſperni, conculcari, & acerbiſsima morte necari, vt ab æ-
terna cōfuſione ſaluemur, & cæleſtem recuperemus, verū, perpetuū, beatificumque honorē. Non er-
go negligamus noſipſos, pro quorū ſalute dei filius, deo patri vere æqualis tanta pati dignatus eſt. cúm
que (vt Seneca faſſus eſt) maxima ingratitudinis pars ſit beneficiorū obliuio, maxima quoq; gratitudi Seneca.
nis portio, beneficiorū recognitio, nequaquā obliuiſcamur eorum, quæ propter nos paſſus eſt ſanctus
ſanctorū: ſed corde vero & opere eadem recognoſcamus, nec illū per vitam iniquā inhonoremus, qui
nos tam incomprehenſibiliter honorauit, ne vniuerſis brutis viliores deterioréſque ſimus. ¶Porrò, in
hac chriſti ſuſpenſione impletū eſt, quod prædixit Pſalmiſta in chriſti perſona, Ego autē ſum vermis
& non homo, opprobriū hominū & abiectio plebis. Itémque, Propter te ſuſtinui opprobriū, operuit
confuſio faciē meam. Inſuper qualiter facta ſit crucifixio chriſti, diuerſimode recitatur. Aliqui etenī
dicunt, ꝙ cruce in terrā proſtrata, affixus ſit crucialij quòd cruce erecta, ita ꝙ per ſcalas aſcenderent
crucifixores. Sed beata Brigida ſcribit, ꝙ cruce leuata, erexerunt tabulas, & ſuper eas ſteterunt. conſi-
derandū verò eſt nobis, quā ineffabiliter pœnoſa fuerit Chriſto crudeliſsima illa tenerrimorū, ac præ
honorabilium pedum ſuorū ac manuū perforatio, & quàm amarū fuit affectuoſiſsimæ matri eius dul
ciſsimæ hoc cernere, aut ictus illos audire. Quid nobis igitur incumbit, niſi cordialiſsimè condolere fi
lio dei & matri ipſius, omnémq; vanitatē & vilē delectationē deſpicere? Sed hoc diligentiſsime debe-
D mus perpēdere, ą doloroſiſsima fuit Chriſto violentiſsima illa corporis ſui ſancti in cruce diſtēſio, ita
ꝙ oſsiū eius diſſoluebatur cōpago, nullúmq; membrū in naturali ac priſtino loco ſeu ſitu permanſit,
& nerui diſrumpebantur. Vere tam miſerabiliter, tamq; pœnaliter tunc pendebat rex glorię, dominus
virtutū, mundi Saluator, filius dei, iudex viuorū ac mortuorū, vt ſolo aſpectu in eius cōpaſsionē mol- Pſal.23.
leſcere potuerint corda lapidea. Nā & graue laſsi ſui corporis pondus, mēbra ſua digniſsima extractio Actu.10.
ne violētiſsima diſſecuit & cōtriuit, eiúsq; vulnera dilatando pœnaliter amaricauit, ac neruos diſrupit,
ita ꝙ ex toto corpore ſanguis pene totus effluxit: prout in Pſalmo prēnunciauerat chriſtus, Sicut aqua
effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. ¶Poſtremò, penſandū quātā Ieſus chriſtus ſuſtinuit pœ Pſalm.21.
nā, dū ante crucifixionē rurſus exuerūt eum, tūc nanq; & vulnera & vulnerū dolor renouabantur. Iā
enim ex ſanguinis emanatione veſtis interior carni inhæſit, & profundis quaſi implicata fuit & coa-
gulata vulneribus. [*Ieſus autem dicebat, Pater dimitte illis*]. ſ. tam Iudęis pœnam hanc procurātibus, quàm
gentilibus eam inferentibus clementer ignoſce, tam iſtud eorum ſupergrauiſsimum ſcelus, quàm cæ-
tera ſua peccata: ſpecialiter tamē orauit hoc Chriſtus pro peccato quo tunc peccabant in eum. Nā ſub
ditur, [*Quia neſciunt quid faciunt.*] Non enim ſciuerunt ſe dei filiū trucidare, ſed hominem impiiſsimū Ioan.15.
ac blaſphemū ſe putabāt occidere: & per ignorantiā hanc peccatū eorū, præſertim gentilium aq; ſim-
pliciū Iudæorū, aliqualiter alleuiabatur. Sed maiores & doctiores inter Iudæos excuſationē nō habue Sapien.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

runt,quia iam dudum aut certitudinaliter aut probabiliter cognouerant Ieſum eſſe chriſtũ,ſed paula E
tim inuidioſa eorũ malitia eos ſic excæcauit,quòd iã reputauerunt oppoſitũ,& ſimplices deceperunt.
Tanta quoq; mirabilia viderũt & perceperunt agi à Chriſto,quòd credere tenebantur.Propter quod
paſsione inſtãte,Chriſtus dixit Apoſtolis,Si opera non feciſſem in eis,quæ nemo alius fecit,peccatum
Ioan.15. non haberẽt.Nunc autẽ viderunt & oderunt me,& patrẽ meũ gratis.In hac oratione Chriſtus perfe-
ctiſsime adimpleuit,quod ante docuit & præcepit,Orate(inquiens)pro perſequentibus & calumniã-
tibus vos.Et quod per Eſaiã erat de ipſo prędictũ,Ipſe peccata multorũ tulit,& pro tranſgreſſoribus
Eſaiæ.53. rogauit.Deniq; hæc Chriſti oratio exaudita fuit pro multis milibus Iudæorũ, imò pro omnibus,pro
quibus eã fudit ex ratione deliberata,de quorũ cõuerſione in Actibus apoſtolorum habetur. Taliter
enim.ſ.ex ratione deliberata Chriſtus non orauit pro reprobis,ſed pro electis duntaxat.Vnde & apud
Ioan.17. Ioannẽ ait ad patrẽ,Non pro mundo rogo,ſed pro his quos dediſti mihi de mundo,quia tui ſunt.Di-
Ambroſi⁹. cit Ambroſi.℣ Chriſtus aſcendit talis in cruce,quales nos formauit in natura,& qualis primus homo
in paradiſo fuit,videlicet nudus.Aliqui tamen dicũt,℣ benedicta virgo Maria,velũ capitis ſui loco ve
recundię filij ſui circũuoluit.Sed ſancta Brigida ſcribit,℣ cũ Chriſtus circa crucẽ crucifigendus ſede
ret,quidã vir ex quadã cõpaſsione acceſsit,& locũ verecundiæ texit,& ℣ Chriſtus ex facto viri illius
quandã conſolationẽ accepit,& virũ illum adiuuit in ligando velũ illud ad locũ præfatum.Sic autem
Chriſtus nudari dignatus eſt,vt nos merito ſuæ nudationis induamur iam veſtibus virtutũ & gratiæ, F
deinde in vita futura veſtimẽtis gloriæ ſempiternæ.[*Diuidentes vero veſtimenta ſua,miſerunt ſortes.*]Quo
Ioan.19. modo factum ſit hoc,in Ioanne plenius legitur,vbi habetur,Milites cum crucifixiſſent eum,acceperunt veſtimenta eius,& fecerunt quatuor partes,vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis,id eſt,non conſuta, deſuper cõtexta per totum,id eſt,artificioſe confecta opere reticulato,hoc eſt per modum retis atque cilicij,non inciſa,quam virgo ſanctiſsima creditur propriis manibus ſuo dilecto feciſſe.Dixerunt ergo milites ad inuicem,Non ſcindamus eam, id eſt,non diuidamꝰ eã in quatuor partes ſicut alia veſtimẽta,ſed ſortiamur de illa cuius ſit,id eſt,ſortem mittamus ad quẽ tota deueniat.¶Forte enim propter operis ſubtilitatem ac raritatem quiuis militum deſiderauit tunicam illam integram adipiſci. Itaque patet,quòd ſuper ſolam tunicam inconſutilem miſſa ſit ſors,vt cõmuniter dicitur,vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam,dicentem in pſalmo in Chriſti perſona,Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea,& ſuper veſtem meam,ſcilicet tunicam incõſutilem, miſerunt ſor-
Pſalm.21. tem.[*Et ſtabat populus expectans,*]id eſt,exitum rei videre deſiderans,[*Et deridebant eum,*]ſcilicet.Chriſtũ [*Principes,*]ſacerdotum[*Cum eo,*]id eſt,cum populo: aliqui tamen ibi fuerunt non mediocriter condolentes, ſed illi cõparatione aliorũ tã pauci fuerunt,vt pro nihilo reputentur:ideo Chriſtus ait in pſal-
Pſalm.68. mo,Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaretur,& non fuit,& qui conſolaretur,& non inueni.Per Eſaiã quo-
Eſaiæ.63. q;,Circũſpexi & non erat auxiliator,quæſiui & non fuit qui adiuuaret.[*Alios ſaluos fecit*].i.à lãguoribus multis curauit,ſed plures ſpiritualiter ſaluos fecit,eos cõuertendo ad deum. Ecce obtenebrati iſti G
iniqui propria ſe condemnant ſententia,& dum Chriſtum ſe putant vituperare,maximè eum commẽdant,quod miraculorum ſit potens effector. De ingratiſsimis iſtis Iudæis Chriſtus prædixit in Pſal-
Pſal.108. mo,Pro eo vt diligerent detrahebant mihi,& poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.[*ſeipſum ſaluum faciat*]id eſt de pœnis iſtis eripiat,[*ſi hic eſt Chriſtus dei electus*]id eſt,à deo ſummè electus ſecundum naturam ſuam humanam:de quo per Eſaiam deus teſtatur,Ecce ſeruus
Eſaiæ. 42. meus ſuſcipiam illum,electus meus,complacuit ſibi in illo anima mea. Ecce quàm ineffabilis fuit iſta Iudæorum inſania,cęcitas & imperitia.Qualem enim conſequentiam habuit,vt Ieſus ſe de pœnis illis eriperet,ſi Chriſtus eſſet,& non potius eas vſq; ad mortem incluſiue perferret?Nónne prophetę chriſti occiſionem apertiſsime prædixerunt?Nónne Dauid in Chriſti perſona cecinerat,In puluerẽ mortis deduxiſti me.Et Eſaias,Tradidit(inquit)in mortem animam ſuam?Daniel quoque,Poſt hebdoma
Pſalm.21. das 62.occidetur Chriſtus?[*Illudebant autem ei & milites accedentes*]ad crucem,[*Et acetum offerentes illi,*
Eſaiæ.53. *dicentes,ſi tu es rex Iudæorum,ſaluum te fac.*]Iſti gentiles cõformabãt ſe loquutioni, irriſioníq; Iudęorũ.
¶O quàm duriſsima fuit omnium horum crudelitas,quòd homini in tam incõparabili ſupplicio conſtituto,non ſolum non condoluerunt,ſed & tam contemptibiliter illuſerunt,ſicut in pſalmo fuit præ
dictum,Chriſto ad patrem loquente,Quoniam quem tu percuſiſti,perſequuti ſunt, & ſuper dolorẽ H
Pſalm.68. vulnerum meorum addiderũt.De hac chriſti irriſione Matthæus effatur,Prætereuntes autem, id eſt,
Matth.26. per viam illam pergẽtes,blaſphemabant eum,mouentes capita ſua,& dicentes,Vah qui deſtruis templum dei,& in triduo illud reædificas.Salua teipſum,ſi filius dei es.Deſcende nunc de cruce.Similiter principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus,dicebãt,Alios ſaluos fecit,ſeipſum non poteſt ſaluum facere.Si rex Iſraël eſt,deſcendat nunc de cruce,& credimus ei. confidit in deum,liberet eum nunc,ſi vult.Dixit enim,quia filius dei ſum.Hæc omnia beatiſsimus ſecretorum dei contemplator,ſanctus Dauid in ſpiritu clariſsimè præuidit,& pulcherrimè prænunciauit,loquens in chriſti perſona,Omnes videntes me deriſerunt me,loquuti ſunt labiis & mouerunt caput, Sperauit in domino,
Pſalm.21. eripiat eum,ſaluum faciat eum,quoniam vult eum.Itémque,Ego factus ſum opprobrium illis, viderunt me,& mouerunt capita ſua.¶Prætereà de oblatione aceti prætacta ſciendum,quòd impij illi de-
pſal.108. derunt bis chriſto potum acetoſum,felleum ſeu amarum.Primò,circa crucifixionẽ,ſcilicet antequam crucifigeretur,vel ſtatim cum fuerat crucifixus.Potius tamen reor,quòd ante crucifixionem, cum dicat Matthæus,Venerunt in locum qui dicitur Golgatha,quod interpretatur caluariæ locus, & de-
Matth.27. derunt ei vinum bibere felle mixtum,& cum guſtaſſet,noluit bibere.deinde ait Matthæus,Poſtquam autem crucifixerunt eum. deinceps pluribus interpoſitis verbis, addit, circa horam nonam exclamauit Ieſus,Heli heli,&c.& continuo currens vnus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto,& im-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A posuit arundini & dabat ei bibere. Post hanc autem potationem Christus mox tradidit spiritum. Sub
dit enim Matthęus, Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Ioannes verò clarius scri Ioan. 19.
bit hæc, dicens, Postea sciens Iesus quòd iam omnia consummata sunt, vt cõsummaretur scriptura, di
xit, Sitio. Vas ergo positum erat plenum aceto. Illi autem plenam aceto spongiam hyssopo, id est, arun
dini seu calamo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Con-
summatum est. Vnde de potatione hac Lucas nunc loquitur, veruntamen Marcus dicit, quòd non ac
cepit potum hunc: sed hoc facile concordatur. Modicum enim accepit, vt impleretur scriptura: iqđ au- Psal. 68.
tem modicum est, pro nihilo reputatur: ideo ait Matthæus, Cum gustasset, noluit bibere: ex quo patet Ioan. 19.
quod modicum sumpsit: tũncque impletum est illud in Psalmo, Et dederunt in escam meam fel, & in Matth. 27.
siti mea potauerunt me aceto. ¶ Sed quæritur, quomodo Ioannnes & Lucas vocant potum acetum, cũ
Marcus nominet eum vinum myrrhatum, Matthæus vero primo vocat eum vinum felle mixtum? Et
respondendum, quòd potus iste secundum Augustinum fuit amarissimum vinum, ita quòd fuit ace- Aug.
tosum, propter quod vocatur acetum, & admixta erant ei myrrha & fel. Insuper aliqui dicunt, quod
ministri præsidis talem potum dabant damnatis ad mortem, vt citius morerentur, & sic ipsi de illorũ
expedirentur custodia. Alii referunt, quòd seniores Iudęorum ordinauerant, adiudicatis morti dari vi
num bonum ac aromaticum ad bibendum, quatenus ex potu huiusmodi exhilarati, instãtem mortem
B minus attenderent, atque facilius sustinerent: & hoc ideo ordinasse narrantur, quoniam in Prouer. Proue. 31.
Salomon loquitur, Date vinum mœrentibus, & siceram his qui amaro sunt animo, vt bibant & obliuis
cantur egestatis suæ. In Hierusalem ergo (vt dicunt) fuerunt fœminę piæ, quę pro Christo atque latro
nibus talem potum præstiterunt ministris, qui veneno inuidiæ pleni, pro tali potu dederũt Christo vi
num fellitum, cum protulisset, sitio, quia non solum spiritualiter nostram sitiebat salutem, sed & cor-
poralem sitim habuit maximam ac pœnosam ex diuturna afflictione, & vehementi labore ac copiosis
sima sanguinis emanatione, ex qua excessiua siccitas fuit in eo causans vehemẽtissimam sitim, quæ fuit
maxima pœna, vnde Christus ait in Psal. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit fauci- Psal. 21.
bus meis. ¶ Sed cur tantam sitim pati voluit Christus, nisi vt nos merito suę sitis cęlestium deliciarum
superabundanti affluentia, beatifice ac iucundissimè æternaliter impleamur, sicut in Psal. prædictum
est, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Consideremus quo
tidie hanc nouissimam Christi mensam, qua propter nos cibatus est felle, & potatus aceto, sicque dis-
camus cibi & potus superfluitatem ac voluptatem vitare, per abstinentiam carnem libenter ac rationa
biliter castigare, & de victualium tenuitate non murmurare: quod implere ad religiosos spectat potis-
simum. [*Erat autem & superscriptio scripta super illum*] id est, titulus exaratus, continens causam crucifi-
xionis Christi, fuit iussu Pilati affixus cruci in parte eius superiori. Crux quippe primo fuit trium bra-
chiorum, sicut & litera tau T. Pilatus vero addidit & superposuit quartam partem, vbi posuit tabulã,
C in qua scripsit hunc titulum. Vnde Matthæus ait, Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, Matth. 27.
[*literis græcis & latinis & hebraicis*] id est, tribus principalibus mundi idiomatibus scripsit hunc titu-
lum, vt legeretur ab omnibus, [*Hic est rex Iudæorum.*] Matthæus hoc plenius exprimit, dicens scriptum
fuisse, Hic est Iesus Nazarenus, rex Iudæorum, id est, causa ob quam crucifixus est Iesus à Nazareth,
quia se dixit regem Iudæorum. Veruntamen Pilatus his verbis non intendebat affirmare, quòd Iesus
esset rex Iudæorum, præsertim quoad temporale ac terrenum dominium, ne videretur Imperatori re
bellis, vnde cum quadam Iudæorum derisione sic scripsit, tanquam diceret, Ecce, qualem apparentiã
habet, quod iste voluerit esse rex Iudæorum: vnde pontifices lecto hoc titulo, indignati sunt, di-
centes Pilato, Noli scribere rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respondit Pi-
latus, Quod scripsi, scripsi. [*Vnus autem de his qui pendebant latronibus,*] scilicet à sinistris suspensus, [*Ela
sphemabat eum dicens, Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos*] id est, à morte hac corporali nos sal-
ua. ¶ Porrò secundum Matthęum & Marcum vterque latro conuitiabatur christo, id est, verba impro Matth. 27.
peratoria ac blasphema dixit ad eum. Lucas vero non ait hoc nisi de vno latrone, quòd dupliciter con Marc. 15.
cordatur. Primò, quòd Matthæus & Marcus ponant plurale pro singulari, vtentes tropo seu modo lo-
quendi, quo societas dicitur facere, quod vnus ex ea fecit. Secundò, quòd primo ambo latrones impro
D perauerint Christo, sed vnus eorum visis mirabilibus quæ fiebant in solis obscuratione, terræque mo
tione, pœnituit, & socium suum in malitia persistentem, redarguit. Aliqui dicunt, quòd attẽdens chri
sti patientiam & orationem qua dixit, Pater ignosce illis, fuit conuersus & pœnitẽs factus, scilicet an- Matth. 27.
te solis obscurationem, præsertim, quoniam Lucas, Matthæus & Marcus recitant factum istud latro-
num ante solis obscurationem, aliorũmque mirabilium perpetrationem. Mirabilis autem fuit patien-
tia Christi latroni non respondentis. Ait quippe Chrysostomus, Mirabilius est videre hominem con- chrysost.
uitia passum & non motum, quàm hominem percussum ac vulneratum & non cadentem. [*Respondens
autem alter,*] scilicet latro pendens à dextris, [*increpabat eum, dicens, Neque tu times deum,*] quemadmodũ
nec cæteri Iudæi & serui Pilati Christo illudentes, [*Quod in eadem damnatione es*] id est, non obstante
quod nunc es in simili pœna crucifixionis cum christo, adhuc tamen deum non metuis, cum iam
morti sis proximus. quasi dicat, Etsi tempore sanitatis ac prosperitatis deum non formidasti, nunc
merito eum timeres: quem si timeres, non iustum hunc blasphemares, quoniam timor retrahit homi- Prouer. 15.
nem à peccato, sicut Salomon ait, Per timorem declinat vnusquisque à malo. [*Et nos quidem iuste,*] id
est, tu & ego iuste hæc patimur, [*Nam digna factis recipimus*] id est, supplicia nostris excessibus debita,
[*Hic vero nihil mali gessit,*] sicut in Esaia dictum est, Iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in
ore eius. [*Et dicebat ad Iesum, Domine memẽto mei*] id est, clemẽter succurre, [*Cum veneris in regnum tuum*]
cæleste. Iam enim credidit latro Iesum esse regem messiam in lege promissum, cuius est regnum cælo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum. Hoc autem credidit ex mirabilibus quæ aſpexit, & ex ineffabili patientia, charitate & manſuetu- E
dine Chriſti: potius tamen ex ſupernaturali & gratioſiſsima illuminatione ſpiritus ſancti, quia vas mi
ſericordię fuit. Vnde in conuerſione, illuſtratione, ac ſaluatione latronis, datur omni peccatori & pœ-
nitenti maxima ſpes ſalutis, omníſque deſperandi occaſio tollitur, cum latro iſte in tot facinoribus de
prehenſus, tantum repente ſortitus eſt charitatis feruorem, pœnitentiæ gratiam, veniæ plenitudinem,
accelerationémque ſaluationis æternæ. Cum tanta etenim contritione & amoris feruore confeſſus eſt
Chriſto duplici confeſsione, videlicet confeſsione bonitatis ac laudis diuinæ, & confeſsione pro-
priæ culpæ, quòd Chriſtus eum abſoluit à pœna & culpa. Charitas nempe operit multitudinem pec-
catorum, & quo fuerit maior contritio, eo plus aufertur de culpa & pœna. [*Et dixit ei Ieſus, Amen,*] id
1. Petri. 4. eſt, vere [*Dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo,*] id eſt, in ſtatu & affluentia beatitudinis veræ. chriſtus nã
que, quia pro originali ſatisfecit, pro cuius duntaxat reatu ſancti in lymbo patrum detinebantur, cum
in infernum, id eſt, in lymbum patrum deſcendiſſet, mox animas ibi repertas beatificauit, dando eis
præmium eſſentiale, videlicet beatificam fruitionem diuinæ eſſentiæ, cuius beatitudinis gloria iam no
mine paradiſi exprimitur. Latronis autem iſtius anima à corpore ſeparata, ſtatim ad lymbum deſcen-
dit, beatitudinémque præfatam adepta eſt. Paradiſus itaque modo non dicitur paradiſus terreſtris, aut
cælum empyreum, ſed participatio beatificæ viſionis. Quemadmodum autem medicus corporum a-
liquem languidiſsimum & deſperatum infirmum ſubito curãs, ſuam pandit peritiam, & magnam cõ- F
ſequitur famam: ſic chriſtus hunc ſaluans latronem, omnibus nobis ſuam declarauit ad ignoſcendum
atque ſaluandum clementiam, ſapientiam atque potentiam.

¶ Porrò hoc loco omittit Lucas ac alij duo Euangeliſtæ, quæ de mutua compaſsione Chriſti & dile-
ctiſsimæ matris eius ſcribit Ioannes, dicendo, Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius. O affectuo-
ſiſsimum, doloroſum, omníque compaſsione digniſsimum verbũ. Et ſoror matris eius, videlicet Ma
Ioan. 19. ria vxor Cleophæ, mater Iacobi minoris. Cum ergo vidiſſet Ieſus matrem ſuam & diſcipulum ſtan-
tem, quem diligebat, dicit matri ſuæ, Mulier, ecce filius tuus, id eſt, Ioannem apoſtolum tibi aſsigno
pro filio: quoniam ego nunc ſubtrahor tibi, ita quod de cætero tecum non ero in vita iſta, mortalis &
humano modo tecum conuerſans. Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua, id eſt, matrem meam tibi
commẽdo, vt eam filialiter diligas, reuerenter cuſtodias, ei aſsiſtas, obſequaris, prouideas. Et ex illa ho-
ra accepit eam diſcipulus in ſuam matrem, in ſuam fidem, in ſuam cuſtodiam. [*Erat autem hora fere ſex-
ta,*] quando videlicet crucifixus eſt Ieſus: quod qualiter intelligendum ſit, dictum eſt ſupra, [*Et tene-
bræ factæ ſunt in vniuerſa terra vſque in horam nonam, & obſcuratus eſt ſol,*] non quòd lux in ſole eſſe de-
ſierit, aut in eo caligo extiterit, ſed quoniam lumen non fudit in terram, nec apparebat, interpoſito
medio quodam inter ipſum & incolas terræ, quemadmodum fit in eclipſi. dicítque Origenes, quod
iſta eclipſis ſeu obſcuratio facta ſit per interpoſitionem denſarum multarúmque nubium inter ſolem G
& terram. Hieronymus vero ait, quòd facta ſit per retractionem radiorum ſolarium, quemadmodum
in Aegypto tempore Moyſi. Veruntamen Origenes atque Hieronymꝰ opinatiue magis, quàm aſſer-
Origenes. tiue loquuntur, aſsignando modos, quibus fieri potuit illa eclipſis. Magis ergo credendũ diuino &
Hierony. ſancto Dionyſio, qui in epiſtola ſua ad Polycarpum ſcribit ſe eclipſim iſtam vidiſſe apud Heliopolim
Exod. 10. vrbem Aegypti, vbi Dionyſius tunc fuit ad vacandum aſtronomiæ ob aëris ſerenitatem, & quietem
ibi præcipuam. Aſſerit ergo Dionyſius, quod vidit lunam ab oriente venire, ſéque ſoli ſupponere, &
Diony. obſcuritatem cauſare.

¶ Tangit prętereà in prędicta epiſtola Dionyſius quatuor ſupernaturalia, quæ fiebant in illa eclipſi. Pri
mum eſt, quoniam naturalis eclipſis ſolis, non fit niſi tempore coniunctionis, incenſionísque lunæ,
quando videlicet directe ſupponitur ſoli, tunc autem oppoſitio & plenilunium fuit, vtpote luna quin
tadecima, quando Iudęi celebrant paſcha. Secundum eſt, quia cum luna fuiſſet ſuppoſita ſoli hora ſex
ta in medio cæli, tamen hora veſpertina reſtituta eſt loco ſuo in oriente, ideo ordo temporis confuſus
non fuit. Tertium, quia eclipſis naturaliter inchoatur ab occidente, videlicet à parte ſolis, quæ reſpicit
occidentem, quæ primo eclipſatur, & peruenit vſque ad orientem, quoniam motus lunæ in proprio
orbe velocior eſt motu ſolis in circulo proprio, ſicque pertranſit ſolem ab occidente accedens: ſed
tunc luna iam pertranſierat ſolem, diſtans ab eo per circuli medietatem, exiſtens in oppoſitione ad H
ſolem: idcirco oportuit, vt ab oriente rediret ad ſolem, & primo attingeret eum à parte orientali,
illámque primitus eclipſaret. Quartum eſt, quia in naturali eclipſi illa pars ſolis primo nudatur &
cernitur, quæ primo fuerat obſcurata. Sed tunc pars vltimo obſcurata primo apparuit, quoniam lu-
na redibat ad orientem vnde aduenerat. Quintum miraculum circa illam eclipſim addunt Hiero-
Hierony. nymus atque Chryſoſto. quoniam naturalis eclipſis modicum durat, puta quouſque luna pertran-
Chryſoſt. ſeat ſolem: tunc vero durauit tribus horis, luna tam diu ſub ſole manente. Prætereà illa eclipſis fuit
non ſolum in terra Iudææ, cum Dionyſius dicat eam in Aegypto fuiſſe, & apud Athenas, alij quo-
que hiſtoriographi ſcribunt eam fuiſſe in aliis terris. Denique videntes Athenienſes philoſophi tan-
ta mirabilia in illa eclipſi, dixiſſe leguntur, Aut deus naturæ patitur, aut elementa & ſydera men-
tiuntur, aut machina mundi peribit. Attamen ſcientes illa mirabilia fieri virtute alicuius cauſæ non
naturalis, ſed ſupernaturalis, fecerunt altare in honorem cauſæ illius, vocabántque eam, ſcilicet cau-
ſam, ignotum deum. Hinc in Actibus legitur Paulus apoſtolus inueniſſe Athenis aram ignoto deo
Actuũ. 18. conſecratam, dixítque Athenienſibus, Quod ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Vnde cum
Dionyſius à beato Paulo apoſtolo audiſſet cauſam mirabilium illorum, cito credidit. Prætereà ſi-
cut refert Hieronymus, quidam contra euangelium Chriſti ſcribentes, dixerunt ſolem tunc natura-
le aliquid ſuſtinuiſſe, quod diſcipuli Ieſu ex imperitia propter paſsionem Ieſu contigiſſe dixerunt:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quod quàm falsum & fictum sit, patet ex dictis. Sed vt recitat Origenes contra præscripta, de ista eclipsi filij huius seculi dixerunt, quomodo nullus Græcorum aut Barbarorum tam mirabile factum descripsit. Ad quod Origenes respondet, quòd quidam nomine Flegon in Chronicis suis descripsit istud sub imperio Tyberij contigisse, non tamen scripsit lunam fuisse plenam.

¶ Postremo, si quod in textu habetur, in vniuersa terra, intelligatur de tota habitabili terra, non potuit fieri per lunæ suppositionem duntaxat, propter lunæ paruitatem, sed tunc addendus esset modus præ-
tactus Origenis siue Hieronymi. [*Et velum templi scissum est per medium,*] id est in duas partes, à summo Origenes.
eius vsque deorsum, vt ait Matth. ¶ Fuit autem duplex velum templi tũc in Hierusalem existentis: vnũ exterius in introitu templi, quod Remigius tunc diuisum testatur: aliud interius in ingressu sancti sanctorum, quod S. Hieronymus scissum effatur: Per veli autem scissuram, significabatur quòd mysteria, sacramenta, & figuræ veteris testamenti in Christi passione impleta essent ac patefacta. Refert quoque Hieronymus se legisse, quod superliminare templi tunc scissum, diuisumque fuit. Sed & Iosephus ait, angelicas potestates, quæ vsque tunc præsides & custodes templi fuerunt, tunc pariter concla masse, Transeamus ex his sedibus. Quod autem Lucas hic scribit de veli scissione, per anticipationem
narrauit: quia vt Matthæus apertissime dicit, velum scissum fuit in morte Christi cum spiritum tradaret. ¶ Denique secundum Matthæum & Marcum, circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, di- Matth. 27. Ibidem.
B cens, Heli heli lamazabathani, hoc est, deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Hoc autem protulit Christus inquantum homo, non ex impatientia, sed ad insinuandum ineffabilem acerbitatem pœnarum suarum: & derelictum se dixit à deo, non quod priuatus esset gratia aut gloria, aut à personali esse verbi æterni sua humanitas fuerit separata, sed quia nulla pro tunc fiebat redundantia consolationis à superiori parte animæ suæ in partem eius inferiorem, corporeámque naturam. Sic autem nõ fuit in sanctis martyribus, quorum multi durante eorum passione tantam intra se consolationem senserunt, vt exteriorem vix sentirent dolorem. Ideo quoque se clamauit relictum, quia tam grauiter patiebatur, sicque expositus fuit voluntati sceleratorum, acti peccator & à deo contemptus fuisset: quemadmodum ab Esaia fuit prædictum, Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo, & humilitatem. Et Christus in Psalmo ait ad patrem, Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus Esaiæ. 53.
tuos induxisti super me. Tunc enim (vt Esaias prædixit) dominus voluit eum conterere in infirmitate. Insuper ait Matthæus, Quidam autem illic stantes & audientes, scilicet qualiter Iesus clamasset, Heli, Psalm. 87.
heli, dicebant, Heliam vocat iste. Istos aliqui dicunt fuisse gentiles non intelligentes perfecte idioma Esaiæ. 53.
Hebræum, ideo per Heli putabant Heliam notari: & quia inter Iudæos morabantur, poterant aliquid Matth. 27.
scire de Helia. Alij dicunt quòd fuerunt Iudæi, qui ideo dixerunt Christum inuocare Heliam, vt eum de imbecillitate diffamarent, eo quòd ab Helia peteret opem, qui pauloante se dei filium nominauit.

C Deinde Iesus dixit, Sitio. Et continuo currens vnus ex eis, scilicet Pilati ministris, vt dicitur, obtulit ei acetum. Cæteri vero dicebant, Sine, id est, sustine paulisper, & expecta seu cessa, videamus si veniat Helias liberans eum. Hoc autem non confidendo, sed irridendo dixerunt, quasi dicant, Frustra inuocauit Heliam. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est, id est quæ de mea passione prænunciata fuerunt, & quæ pro hominibus facere, patíque debui, impleta sunt: nec aliud restat, nisi vt spiritum meum patri offeram & emittam. [*Et clamans voce magna Iesus.*] Vox illa magna fuit & valida, quia affectuosissima mente, & forti & alta sonoritate prolata. [*Ait, Pater, in manus tuas*] id est in tua potestate & æquitate [*Commendo spiritum meum*] id est animam. Hoc autem dixit Saluator, non quasi anima sua alicui periculo exeundo esset exposita, à quo peteret eam præseruari: sed hoc dixit quasi cum gratiarum actione & laude eam patri secure committens. ¶ Denique aliqui dicunt Christũ dixisse in cru-
ce voce submissa Psalmum in quo versiculus iste conscriptus est, scilicet, In te domine speraui, à prin- Psal. 30.
cipio eius vsque ad hęc verba inclusiue, quæ alte deprompsit. Alij asserunt eum dixisse omnes psalmos ab eo loco quo alte clamauit, Deus meus, deus me⁹, vt quid dereliquisti me, quod est principium Psal. 21. vsque ad hunc versum, In manus, &c. [*Et hæc dicens, expirauit,*] videlicet capite inclinato, factus patri Matth. 27.
obediens vsque ad mortem. & tunc Christus cum tam forti clamore spiritum tradens, apertissime ve- Psalm. 21.
rum esse monstrauit, quod ante iam dixerat, Potestatem habeo ponendi animam, & iterũ sumendi eã. Psalm. 30.
In hac itaque expiratione vere obiit Christus, ita quòd anima eius separabatur à corpore, & descendit Philip. 2.
D in lymbum patrum, tanquam glorioſissima triumphatrix, & mox in eius aduentu sanctæ animæ ibi exi Ioan. 10.
stentes perfusæ atque impletæ sunt lumine gloriæ, cœperúntque deum videre per speciem, quia pretium iam fuit solutum, & pro originali peccato fuerat satisfactum. Quamuis autem anima, corpúsque Christi fuerunt à se inuicem separata, vtrunque tamen mansit verbo æterno vnitum, quia quod verbum semel assumpsit, interim nunquam deposuit. In hac Christi expiratione terra supernaturaliter mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, ex vehementi terræ tremore: & multa corpora sanctorum quæ dormierant, surrexerunt: non in hac hora, sed eadem hora qua Christus resurrexit: ideo ait Matthæus, Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam Matth. 27.
ciuitatem, puta Hierusalem, & apparuerunt multis ibi hominibus, protestantes Iesum esse Christum, & à morte veraciter suscitatum, séque resurrexisse, vt huius rei existerent testes. ¶ Qui autem fuerint sancti illi cum Christo surgentes, nescimus certitudinaliter. Hieronymus tamen ait, quod antiqui patriarchæ, Abraham, Isaac & Iacob tantam solicitudinem habuerũt, vt sepelirentur in terra promissionis, in qua nouerant Christum nasciturũ, passurum ac sepeliendum, quatenus eius resurrectionis essent participes. Hinc aliqui putauerunt huiusmodi patriarchas & aliquos prophetarum, Adam quoque & Euam & Dauid cum Christo resurrexisse. Rursus secundum Hieronymum incertum est an isti sic eũ Christo suscitati iterum sint defuncti, vel in eis resurrectio sit completa, ita quòd in corpore glori-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ficato regnent cum Saluatore. & apparet quibuſdam magis probabile, quòd taliter regnent cum Chri B
ſto, aliter (vt dicunt) non eſſent idonei teſtes perfectæ reſurrectionis dominicæ. Veruntamen in reuela
tionibus ſanctæ Brigidæ legitur virgo benedicta loqui ad Brigidam, quòd nullum corpus humanum
ſit in regno cæleſti, niſi corpus filij ſui & corpus ſuum. [*Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorifi-
cauit deum, dicens, Vere hic homo iuſtus erat.*] Hoc alij Euangeliſtæ plenius ſcribunt. Ait enim Matthæus,
Centurio autem, id eſt, qui centum militibus præfuit, & fuit de Pilati familia. Vnde Centurio eſt no-
men officij, non perſonæ, & qui cum eo erant, ſcilicet milites eius cuſtodientes Ieſum ne ante mortem
raperetur ab aliquo, aut ſine licentia præſidis deponeretur de ligno, viſo terræmotu, & his quæ fiebant
in præfata eclipſi, & quia Ieſus ſic clamans expiraſſet, timuerũt valde, dicentes, Vere filius dei erat iſte,
id eſt mirabilia iſta quæ vidimus proteſtãtur, quòd veraciter fuit illius dei, ſicut aſſeruit, & ſicut ei im-
poſitum fuit. Lucas autem ſingulariter ait de Centurione, quòd [*Glorificauit,*] id eſt glorioſum & omni
potentem eſſe confeſſus eſt, atque laudauit ex conſideratione tantorum mirabilium, ſummum deũ, eius
virtuti iſta aſcribens & dicens, Vere hic homo iuſtus erat, ita quòd iniuſte occiſus eſt, eo quòd verita-
tem protulerit. Ex his elicitur, quòd Centurio & exiſtentes cum eo timuerunt, & timendo glorifica-
uerunt deum, atque vtrunque dixerunt, videlicet, vere filius dei erat iſte, & hic homo iuſtus erat. Sed
quia Centurio principalior fuit, Lucas de ipſo duntaxat hæc ſcribit. Perpendit quoque Centurio hoc
penitus miraculoſum fuiſſe, quòd Ieſus tantis, támque diuturnis excruciatus atque exhauſtus tormen- F
tis, totóque corpore diſſipatus, in ipſa ſua expiratione tam fortiter exclamauit, cum alij ita tractati, tunc
vix paruulum ſonum queant emittere. Aliqui autem legunt ſic, Glorificauit eum, ſcilicet Chriſtum,
vt ſit ſenſus, quòd Centurio viſis his, teſtimonium Chriſto perhibuit glorioſum. [*Et omnis turba eo-
rum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud,*] id eſt ad mirabilem Chriſti occiſionem, per quam mortem
diabolúmque proſtrauit, & mundum redemit, ac victor ad immortalitatem profectus eſt, [*Et videbant
quæ fiebant,*] videlicet ſolis obſcurationem, terræmotum, & Chriſti validum in expiratione clamorem,
[*Percutientes pectora ſua, reuertebantur*] ad propria. Per pectoris percuſſionem inſinuabant, quòd iniuſtiſ-
ſime actum eſſet cum Ieſu, & quòd pœniterent de hoc, quod in eius crucifixionem conſenſiſſent: ſed
& plagam vltionis diuinæ verebantur. nam & ideo Centurio cum ſuis valde expauit. Vnde quod Lu-
cas ait, Omnis turba, intelligendum eſt dici propter multitudinem eorum qui taliter redierunt: non ta-
men abſolute omnes qui aderant ita egerunt, imò aliqui ipſorum tam Iudæi quàm Gentiles in priſtina
perſtiterunt malitia. [*Stabant autem omnes noti eius,*] id eſt diſcipuli & amici ac conſanguinei Chriſti, lo-
quendo de his qui ibi fuerunt, [*A longe*] à cruce, timore Iudæorum ac crucifixorum, non tamen ſtete-
runt multum remote à cruce, ſed comparatione aduerſariorum Chriſti prope crucem ſtantium, à lon
Pſalm. 87. ge ſtabant, ſicut in Pſalmo prædictum eſt, Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos. [*Et mu-*
Ioan. 19. *lieres quæ ſequutæ cum erant à Galilæa,*] etiam prędicto modo ſteterunt à longe. Nec obſtat quod Ioannes G
teſtatur, Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius. Non enim (vt dictum eſt) ſte-
Matth. 27. terunt remote, loquendo abſolute, ſed reſpectiue, & forte nunc propius nunc remotius ſtabant. Inter
præfatas vero mulieres fuerunt ſecundum Matthęum, Maria Magdalena & Maria mater Iacobi mino
ris & Ioſeph fratris eius, fuítque ſoror ſacratiſsimæ virginis & Cleophæ vxor, itémque mater filio-
Lucæ. 24. rum Zebedæi, fuit etiam ibi Ioanna, vt patet ex his quæ ſequenti dicuntur capitulo.

¶ [*Et ecce vir nomine Ioſeph.*] Omittit hoc loco Lucas, quod poſt eum ſcripſit Ioannes, dicens, Iudæi er-
go quoniam paraſceue erat, ſcilicet ſexta feria proxima ſabbato ſingulariter celebri, ſcilicet tam ratione
paſchalis ſolennitatis, quàm ratione ſeptimæ diei, quæ iuſſa fuit in lege veteri celebrari, vt non remane-
rent in cruce corpora crucifixorum, videlicet Chriſti atque latronum, ſabbato: erat enim magnus, id
eſt valde ſolennis dies ille ſabbati. rogauerunt Pilatum vt frangerentur à crucifixoribus eorum crura,
& tollerentur, id eſt corpora de cruce deponerentur, ne horrore ſui diuturni ſupplicij, ſolennitatem il
lius diei fœdarent, incutiendo tranſeuntibus tædium ac pauorem. Huic preci conſenſit Pilatus. Subdit
Ioan. 19. enim Ioannes, Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, id eſt primi latronis ad dexte-
ram Chriſti pendentis: vel primi, id eſt, principalis latronis: vel primi, id eſt eius qui venientibus eis pri
mo fuit in via: & alterius latronis. ad Ieſum autem, id eſt corpus eius exanime, ponendo partem pro to
to, cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt crura eius, ſed vnus militum lancea la H
tus eius aperuit. Miles iſte (vt legitur) vocabatur Longinus, & erat cæcutiens, diſtillantéque aliqua par-
te ſanguinis Chriſti ſuper oculos eius, cœpit clare videre imò & intus illuminatus eſt, atque conuer-
ſus, & poſtea diu vixit, & tandem martyrio coronatus migrauit ad dominum, & continuo de latere
chriſti exiuit ſanguis & aqua, vera vtique aqua: quod non fuit naturale, ſed miraculoſum, & propter
myſticas rationes peractum, videlicet ad deſignandum inuiolabilem puritatem corporis Chriſti, &
Matth. 27. quòd corpus eius vere compoſitum fuit ex elementis. Deinde cum ſero factum eſſet, ſecundum Mat-
thæum, contigit quod ait nunc Lucas, [*Et ecce,*] quia notabile eſt quod dicetur, [*Vir*] ſexu, virtute, at-
que conſtantia animi, [*Nomine Ioſeph,*] imitator perfectionis ſancti illius Ioſeph eximij patriarchæ,
[*Qui erat decurio,*] id eſt potens ac nobilis, & etiam diues ſecundum Matthæũ, erat à ciuitate Iudææ no-
1. Reg. 2. mine Arimathia, quæ alio nomine vocata eſt Ramatha, de qua (vt in libris Regũ habetur) fuit Samuel
& eius parentes. Dicitur autem decurio, quia de ordine curiæ fuit, & officium curiæ forſitan aliquod
Hierony. adminiſtrans: fuit enim conſiliarius ſecundum Hieronymum: interdum tamen & etiam proprie appel
latur decurio, qui decem præeſt militibus, ſicut centurio qui centum. [*Vir bonus,*] id eſt pius ac deo de-
uote intentus, [*Et iuſtus,*] ad proximos, quod ad curiæ officiales præcipue pertinet, quamuis hæc raro
inueniantur in eis. Itaque Ioſeph iſte ſimilis fuit Cornelio centurioni ac decurioni, qui fuit vir reli-
gioſus ac bonus & timoratus, vt dicitur in Actibus, [*Hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum,*] vide-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

licet Iudæorũ,qui inter ſe conſuluerũt, quomodo Ieſum occiderent,eiúſque mortem procurauerunt. [*Qui expectabat & ipſe,*]per ſpem formatã,quæ eſt theologica virtus,[*Regnum dei*].i. felicitatem cæleſtẽ. Matth. 27. fuit enim diſcipulus Chriſti ſecundũ Matthæum,occultus tamen, ſecundum Ioannem,propter metũ Ioann. 19. Iudæorum,ſed nunc timore illorum poſtpoſito,[*Acceßit ad Pilatum*]audacter,vt ait Marcus,[*Et petiit* Marci.15. *corpus Ieſu*].i.licentiam deponendi,ſepeliendíque illud.Nã & Ioſeph iſte viſis tot mirabilibus,animat⁹ fuit ad honorifice ſepeliendũ corpus Chriſti.Pilatus autem(vt ait Marcus)mirabatur,ſi Ieſus iam obiſ ſet.Et cum cognouiſſet hoc à Centurione,donauit corpus Chriſti huic felici Ioſeph,propter dignita- Ibidem. tem & reuerentiam eius,& quia agnouit Ieſum innocentẽ fuiſſe,itémq; quia à Centurione forte audi- uit mirabilia illa eſſe facta,ad innuendum ꝙ Ieſus eſſet iniuſte occiſus,& fili⁹ dei.[*Et depoſitum*]corpus Chriſti de cruce,[*Inuoluit*]Ioſeph[*In ſyndoue*].ſ.munda ac linea veſte, [*Et poſuit eũ in monumento exciſo*] .i.ſepulcro lapideo in petra magna exciſo, [*In quo nondũ quiſquam poſitus fuerat*].i.nullus fuit ibi ante ſe- pultus.Si enim alius ibi fuiſſet ante ſepultus,forte dixiſſent Iudæi,non Ieſu, ſed illius corpus eſſe abla- tum de monumento.Denique ſecundũ Ioannem iſta plenius deſcribentẽ, venit & Nicodemus ferens Ioan.19. mixturã myrrhæ & aloes quaſi libras centum.i.vnguentum ex talibus ſpeciebus confectũ.Acceperunt ergo corpus Ieſu Ioſeph & Nicodemus,& ligauerunt eũ lintheis.i.pannis lineis,ſcilicet lintheamine at que ſudario eius corpus inuoluerunt cum aromatibus.Vnde apparet ꝙ non habuerunt claram, perfe- ctámq; fidem de Chriſti reſurrectione cito futura,adhibentes ei hanc vnctionẽ contra putrefactionẽ. [*Erat autem in loco vbi crucifixus eſt Ieſus hortus*].i.prope locũ Caluariæ, [*Et in horto monumentũ*] nouum, quod Ioſeph ſibiipſi fecit excidi ſecundũ Matthæum , & ibi poſuerunt corpus Chriſti cum reuerẽtia Matth. 27. grandi,& aduoluit ſaxum magnũ Ioſeph cum adiutoribus ſuis ad oſtium monumẽti:quod(vt legitur) factum fuit ad modũ domunculæ,in cuius medio fuit ſepulcrum, & habuit oſtium paruum ad ingre- diendũ.[*Et erat dies paraſceues*].i.ſexta feria,quam ſabbatum ſequebatur,in qua die crucifixus eſt Chri- ſtus,& populus eius ſaluatus.De qua die dominus ait per Zachariam de Chriſto,Auferam peccata ter Zachar. 3 ræ illius in die vna.¶Porro paraſceue interpretatur præparatio , quia in die illa præparabantur cibaria pro ſabbato ſubſequente,in quo nec cibaria præparari licitum opinabantur Iudæi.Hoc autem vocabu lum traxerunt Iudæi à Græcis,qui inter eos cõuerſabantur.Non enim Hebraicũ,ſed Græcũ eſt nomẽ hoc.[*Et ſabbatum,*]videlicet ſeptima dies hebdomadæ,[*Illuceſcebat*].i.lucere incipiebat, non ꝙ ſol tunc cœperit apparere,ſed ſtellis in principio noctis ſabbati apparere incipientibus.Iudæi nanque à veſpera in veſperã ſolennia celebrabant:ideo ſabbatum tunc illucebat,quoniam prima ſabbati illius veſpe- ra iam inſtabat.[*Subſequutæ autem mulieres,*]quæ de Galilæa eum ſequutæ fuerunt,de quibus iam dictũ eſt,[*Viderunt monumentum*].i.conſiderauerunt attente proponentes cito reuerti, monumentúmque in- gredi ad corpus Chriſti vngendum:ideo ſubditur,[*Et quemadmodum poſitum erat corpus Ieſu,*] vt illud ci tius attingere poſſent.[*Et reuertentes*]in Hieruſalem cum benedicta virgine Maria, [*Parauerunt aromata* *& vnguenta,*]quibus poſt ſabbatum corpus Chriſti condirent,quamuis Nicodemus hoc ſatisfeciſſet: vnde conſtat ꝙ nec fœminæ iſtæ Chriſtum die tertia reſurrecturum putabant,ſed cõtra fœtorem aro mata,contra corruptionem parabant vnguenta feria ſexta vſque ad ſolis occaſum , ſcilicet quandiu eis licuit operari. [*Et ſabbato quidem ſiluerunt,*] id eſt toto illo die ſabbati præſolenni quieuerunt à præpa- ratione aromatum & vnguenti vſque ad veſperam,[*Secundum mandatum*]legis,quæ iuſsit,vt ſabbati ſi- lentium,hoc eſt quies à veſpera vſque ad veſperam ſeruaretur,ſed facta veſpera ſabbati,in qua licuit i- ſta pietatis opera exercere,quia ſecundum mulierum iſtarum æſtimationem non ſufficiebant pro cor poris Chriſti vnctione vnguenta adhibita,rurſus emerunt aromata,& tota nocte illa,quæ inter ſabba- tum & dominicam fuit diem parauerunt ea,manéque ea ſecum tulerunt ad monumentum, vt venien- tes vngerent Ieſum.¶Porro,vt refert Matthæus,altera die quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt prin cipes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatum,dicentes, Do mine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens in corpore,poſt tres dies reſurgam,id eſt tertio die ſtatim poſt eius inchoationem: iube ergo cuſtodiri ſepulcrum eius vſque in diem tertium incluſiue,ne forte veniant diſcipuli eius & furen tur eum,& dicant plebi,ſurrexit à mortuis,& erit nouiſsimus error peior priore.Ait illis Pilatus,Habe tis cuſtodiam,id eſt milites qui monumentum cuſtodiant,vobis prompte cõcedo.Ite,cuſtodite,id eſt per milites cuſtodiri facite monumentum,ſicut ſcitis eſſe expediens.Illi autem abeuntes munierunt ſe pulcrum,ſignantes lapidem ſuo ſigillo cum cuſtodibus,id eſt militibus ad ſepulcri cuſtodiam deputa tis.Sed vt Salomon proteſtatur,Non eſt ſapientia,non eſt prudentia,non eſt conſilium contra domi- Proue.11. num.Hinc quanto Iudæi callidius cogitauerunt nomen & famam,ac fidem Chriſti prorſus extingue- re,tanto plus eum glorificauerunt.Quòd enim tam diligenter ſepulcrum ſignauerunt, & cuſtodiri fe cerunt,certiſsimum ſignum eſt,corpus Chriſti furto non eſſe ſublatum,ſed diuina reſuſcitatum virtu te,vt ſuper Matthæum clarius demonſtraui. ¶Poſtremo,quæ Ioſeph & Nicodemus corpori Chriſti corporaliter exhibuerunt,nos Chriſto ſpiritualiter debemus impendere,& myrrha ac aloe iſtud con- dire,id eſt vitiorum mortificatione,ac bonæ conuerſationis dulci odore exemplaríque fama venerari ac vngere,& in nouo ponere monumento, id eſt in intimo cordis fundo virtutibus reformato ipſum ſepelire,noſtris eum cordibus imprimendo,per ſuæ diuinitatis contemplationem humanitatíſque ſuę ſpeculationem,atque per iugem ſuorum beneficiorum memoriam, per ſuæ bonitatis ardentem amo- rem,ſuæque vitæ ac paſsionis cruciformem imitationem.Debem⁹ etiam eum inuoluere lintheis, hoc eſt ſynceritate cõſcientiæ,& animi puritate,cordíſque vigilanti cuſtodia,vt perſeueret ſemper nobiſ- cum,qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt vnus deus ſuper omnia ſublimis & benedictus,Amen.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Expoſitio cap. XXIIII. [*Vna autem ſabbati, valde diluculo, venerunt ad monumentum.*] Artic. L.

POſtquam beatus & lucidiſsimus Lucas euãgeliſta Chriſti incarnationem atque in ſeculo iſto conuerſationem, prædicationem, & operationem, ac paſsionem glorioſe deſcripſit, nunc in vltimo iſto capitulo eius reſurrectionem deſcribit. In fine quoque capituli aliquid tangit de ipſius aſcenſione & ſancti ſpiritus miſsione. Itaque ait, [*Vna autem ſabbati*] videlicet prima die poſt ſabbatum, qui
Lucæ.23. fuit dies feſtiuus Iudæorum, id eſt die dominica [*Valde diluculo*] vtpote incipiente aurora, quando adhuc apparuit aliquid tenebrarum [*Venerunt*] ex Hieruſalem [*Ad monumentum*] Chriſti, mulieres, de quibus in fine præcedentis capituli dictum eſt, [*Portantes quæ parauerant aromata,*] dictum eſt nanque in præcedentis capituli fine, Subſecutæ mulieres quæ cum ipſo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum fuit corpus eius. Et reuertentes, parauerunt aromata, & vnguenta. [*Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento.*] Poſtquam enim de clauſo ſepulcro Chriſtus ſurrexit, ſicut de clauſo virginis vtero exiit, an-
Matth. 28. gelus lapidem ſepulcro ſuperpoſitum mox remouit, vt dominum monſtraret reſurrexiſſe, ſicut in Matthæo habetur, Angelus domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. [*Et ingreſſæ*] monumenti ſpeluncam [*Non inuenerunt corpus domini Ieſu.*] Iam enim ſurrexit. [*Et factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto,*] id eſt animo deiectæ ac ſtupefactæ de dominici abſentia corporis reuolutionéque lapidis, de quo inter ſe dixerunt cum ingenti anxietate in via, Quis reuoluet nobis lapi-
Marci. 10. dem ab oſtio monumenti? Erat quippe magnus valde, vt in Marco legitur. [*Ecce duo viri ſteterunt iuxta*
Actu.1. *illas in veſte fulgenti,*] id eſt duo angeli in ſpecie virorum, ſicut & iuxta apoſtolos Chriſto aſcendente in cælum. Veruntamen Matthæus & Marcus mentionem non faciunt, niſi de angelo vno. Sed maior nu-
Matth. 28. merus minorem includit, & minor maiorem non excludit. Matthęus quoque & Marcus loquuntur de
Marci. 16. angelo qui lapidem reuoluit, & ex parte amborum mulieribus loquebatur. Si autem obiiciatur, quòd
Ioan.20. ſecundum Ioannem, Maria Magdalena vidit angelos duos ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes:
Chryſoſt. reſpondet Chryſoſtomus, quòd primo ſederunt, deinde fœminis ſanctis aſſurgebant. [*Cum timerent autem & vultum declinarent in terram.*] Mulieres iſtæ viſis angelis, valde pauebant, quia eorum aſpectus e-
Matth.28. rat vt fulgur, vt Matthæus refert de vno, nec dubium, quin idem ſit intelligendum de alio, & cæleſti claritate fulgebant. Et quia in ſpecie iuuenum apparuerunt virorum, fœminæ iſtæ deuotæ etiam erubuerunt, & facies ſuas depreſſerunt deorſum, quaſi illos aſpicere non audentes. [*Dixerunt angeli ad illas.*] Cõ ſuetudo ſcripturæ eſt, vt multitudo ſiue ſocietas facere aut loqui dicatur, quod facit aut loquitur pars ipſius ſeu vnus ex ea. Sic nunc angeli iſti dixiſſe ſcribuntur, quod vnus dixit ex perſona amborũ, [*Quid* G
quæritis viuentem cum mortuis?] id eſt cur Ieſum Chriſtum ſecundum ſuam deitatem æternaliter inuariabilitérque viuentem atque ſecundum naturam aſſumptam iam ſuſcitatum, quæritis in ſepulcro quaſi vnum ex mortuis nondum reſuſcitatis? Veruntamen antequam angelus verba hæc protulit, conſolaba-
Marc. vlti. tur mulieres, dicendo, Nolite expaueſcere, ſcio enim quòd Ieſum quæritis: & tunc inter cætera dixit verba prætacta ac ſubſequentia. [*Non eſt hic*] ſecundum corporalem præſentiam, qui omnia implet per diuinitatis ſuæ incircunſcriptibilem maieſtatem, [*Sed ſurrexit*] propria ſua virtute diuina. [*Recordamini qualiter,*] id eſt quàm vere, & euidenter ac frequenter [*Locutus eſt vobis cum adhuc in Galilæa eſſet,*] dicẽs, [*Quia oportet,*] id eſt opportunum eſt & conueniens, & ſecundum diuinam præordinationem neceſſe, [*Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum*] videlicet Iudæorum ac Gentium, qui dei filium male tractando & occidendo, facti ſunt antonomaticè peccatores, id eſt ſceleratiſsimi tranſgreſſores, vtpote deicidæ. Propter quod ſcelus machina mundi expauit, & vultus naturæ diſcoloratus eſt, & ordo rerum confuſus. [*Et crucifigi.*] Nam & ſi alio modo redimi potuit genus humanum, iſte tamen conue-
nientiſsimus fuit. [*Et tertia die reſurgere.*] ex quibus probatur, quòd Chriſtus non ſolum diſcipulis, ſed & fœminis iſtis deuotis paſsionem & reſurrectionem ſuam prædixit. [*Et recordatæ ſunt*] mulieres iſtæ [*Verborum eius*] iam prætactorum, quæ ex magnitudine compaſsionis & doloris fuerunt oblitæ. [*Et re-* H
greſſæ à monumento, renunciauerunt hæc omnia,] quæ eis acciderant & verba iſta angelica, [*Illa vndecim*] apoſtolis, nam Iudas iam periit, [*Et cæteris omnibus*] Chriſti diſcipulis, ad ſuam ſocietatem pertinentibus. [*Erat autem Maria Magdalena*] quæ fuit familiariſsima, fideliſsima ac feruentiſsima Chriſti diſcipula, [*Et Ioanna*] coniux Chuſe procuratoris Herodis, quam dominus Ieſus ſanauit, [*Et Maria Iacobi*] mater, &
Marci. 16. etiam Salome, vt in Marco legitur, [*Quæ dicebant ad apoſtolos hæc*] & item ad alios, ſicut iam patuit, ſed apoſtolos tanquam principaliores iam repetit. [*Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta,*] id eſt phantaſtica, abuſiua, & fœmineæ leuitatis ea reputabant, nequaquam credentes Ieſum reſurrexiſſe, nec angelos fœminis iſtis vere apparuiſſe, ſed eas eſſe illuſas. Veruntamen beatiſsimus Petrus non penitus putauit fœminas delirare, ſed veritatem certius optauit cognoſcere, ſicut ſubiungitur, [*Petrus autem ſurgens*] à ſua puſillanimitate, formidine & torpore, corporaliter quoque ſurgẽs, quia ſedebat in terra, mœ-
Ioan.20. ſtiſsimus, [*Cucurrit ad monumentum.*] prout in Ioanne legitur, non ſolum Petrus, ſed & Ioannes cum eo currebat ad monumentum: ſed Petrum tanquam ſeniorem, feruentiorem & principaliorem exprimit
Ioan.20. Lucas, cuius exemplo cucurrit & Ioannes. Veruntamen iſte curſus fuit ex denuntiatione ſolius Mariæ Magdalenæ, vt Ioannes inſinuare videtur, & ita Euangeliſta Lucas non videtur hic ſeruare ordinem rei geſtæ. [*Et præcumbens,*] id eſt ad inſpiciẽdum ſe inclinans, [*Vidit lintheamina ſola poſita.*] lintheamina nanque quibus corpus Chriſti fuerat inuolutum, fuerunt poſita ſola, id eſt ſeorſum decenter compoſita ſeu plicata, & à ſudario ſeparata. Sudarium quoque fuit decenter conuolutum, & ſeorſum locatum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Quod tamen fuit angelico obſequio factum,ad declarandum,quòd corpus Saluatoris non fuit ab eius diſcipulis furtiue ſublatum,quoniam totis viribus feſtinaſſent hoc faciendo, timore cuſtodum præſentium,neque tandiu aut curioſe ſe occupaſſent cum huiuſmodi lineorum compoſitione pānorum,imò eos ſimul cum corpore abſtuliſſent.Veruntamen apud Ioannem ſcribitur,quòd Petrus intrauit locum ſepulchri:idcirco dicendum,quòd primo ad inſpiciendum ſe inclinauit,vt recitauit Lucas. Deinde vt omnia diligentius conſideraret,ingreſſus eſt.[*Et abiit ſecum mirans quod factum fuerat*]vtpote quod Chriſtus ſurrexit,vt quidam exponunt:vel potius quod corpus eius ſic deerat, & lintheamina ita diſpoſita erant,& tunc(vt creditur)Petrus à Ioanne diuertit ſe,& anxie cogitauit de iſtis,móxque Chriſtus ei apparuit.¶Deinde deſcribitur apparitio Chriſti facta duobus diſcipulis.[*Et ecce duo ex illis*]nō ex numero apoſtolorum,ſed ſeptuagintaduorum diſcipulorum,vt dicitur,[*Ibant ipſa die*]dominicæ reſurrectionis[*In caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem,nomine Emaus.*]Sedecim ſtadia faciunt leucam,& ita ſexaginta ſtadia faciunt quatuor leucas,quatuor ſtadiis deficientibus. ¶Porrò ſtadiū continet paſſus centum vigintiquinque,paſſus vero eſt ſpatium quinque pedum.[*Et ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant*] circa Chriſtum,& circa mulieres viſitantes ſepulcrum.Itaque de vtilibus conferebant,in quo itinerantes ſequi debent eoſdem,& vana vitare colloquia, atque ſæpe orationibus,meditationibúſque vacare in ambulando. [*Et factum eſt dum fabularentur,*] id eſt conferrent,ſu-
B mendo verbum hoc fabulari prout deriuatur à verbo for faris,non à fabula,[*Et ſecum quærerent,*]id eſt inuicem interrogarent,qualiter geſta & narrata ſe poſſent habere,[*Et ipſe Ieſus appropinquans,*]id eſt per modum itinerantis & peregrinantis eis ſe applicans, [*Ibat cum illis.*] Ipſe etenim dixit,Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,ibi ſum in medio eorum . & quia de Chriſti paſſione contulerunt, Matth.8.
& ei pie compatiebantur,apti fuerunt viſitari & conſolari ab eo.Specialiter etenim complacet Saluatori,compaſsio & collatio de ſua paſsione.[*Oculi autem illorum tenebantur,ne eum agnoſcerent.*]quia(vt Mar- Marci. 16.
cus habet)in alia effigie apparuit eis,& hoc propter dubitationem & incredulitatem eorum: non tamē putandum,quod faciei Chriſti diſpoſitio ſit mutata, quia vere fuit glorificatus, nec alia illa effigies fuit
ſubiectiue in facie Chriſti vt probabilior tenet opinio,quamuis aliqui dicant, quòd Chriſtus ad horā Matth.17.
mutauit vultus ſui effigiem,ſicut in transfiguratione. Veriſimilius ergo fertur, quod altera illa effigies Marci.9.
fuit ſubiectiue ſolum in oculis diſcipulorum,vel vt aliqui opinātur in aëre . Potuit equidem Chriſtus Lucæ.9.
viſum diſcipulorum diuerſimode immutare,per ſolam impreſsionē talium, aut talium viſualium ſpecierum ſeu radiorum.Hinc aliqui dicunt,quod erant percuſsi ſpecie cęcitatis quę vocatur acriſia:quē- 4.Reg.6.
admodum Syri videntes Heliſæum,nec tamen eum recognoſcentes:& Sodomitæ,quærentes domum Geneſ.19.
Loth,nec inuenientes.Eſt quippe acriſia quædam cæcatio,qua aliquid confuſe & imperfectè videtur,
nec tamen ſub propria ſpecie apprehenditur.Vnde ſecundum Gregorium, Chriſtus diſcipulis iſtis ip Gregori⁹.
ſum amantibus,& de ipſo loquentibus,exhibuit ſe præſentem,& tamen de ipſo dubitantibus ſuæ co-
C gnitionis abſtulit ſpeciem . [*Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes,& eſtis triſtes?*]Non ex ignorantia hoc quæſiuit,ſed vt ad eorum reſpōſionem eos congruenter inſtrueret. [*Et reſpondens vnus,cui nomen Cleophas*]qui fuit de 72.diſcipulis,alter ſecundum Ambroſiū fuit Amous.Gregorius vero in prologo ſuper moralia Iob dicit,quòd creditur fuiſſe Lucas iſte euāgeliſta, ita quod ex Ambro.
humilitate ſuum ſubticuit nomen. [*Dixit, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem,& non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus?*]Hoc totum non aſſertiue,ſed interrogatiue protulit Cleophas,quaſi diceret, Veni Gregor.
ſti tu ſolus in Hieruſalem in hoc paſcha,vt ignores quæ in ea contigerunt vno horum dierum,hoc eſt,
in die Paraſceues,& etiam ante,quando in die Palmarum,& poſtea multa prodigia fecit in Hieruſalem
Chriſtus?Nam ita te habes nos interrogando,quaſi ſolus peregrinus hic fueris,& idcirco ab aliis peregrinis nihil audieris,cum tamen certum ſit,quòd his dieb⁹ innumerabiles fuerint in Hieruſalem peregrini,à quibus merito percepiſſes,quæ in ea ſunt facta,quoniā peregrini libenter inquirunt atque percipiunt noua.[*Quibus ille dixit,Quæ?*]id eſt quænam ſunt illa,quæ in Hieruſalem his diebus ſunt facta?
[*Et dixerunt,de Ieſu Nazareno,*] id eſt Ieſum Nazarenum facta iſta concernunt, & de eo ac in eo facta ſunt, [*Qui fuit vir*] ſexu & omni perfectione virtutum, propheta ſummus, omnium præſcius futurorum, ita quod gratia prophetiæ fuit in eo per modum habitus fixè, imò ſemper in actu & æque
D perfectè, [*Potens in opere,*] id eſt in omni actu virtuoſo, perfecto, & in ſignis, prodigiis atque miraculis:vnde & dixit,Opera quę dedit mihi pater,teſtimonium perhibent de me.Itémque,Si opera nō Ioan.5.
feciſſem in eis quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent. [*Et ſermone*]quia in verbis ſapientiſsimus Ioan.15.
ac eloquentiſsimus fuit,iuxta illud,Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Mirabantur omnes in verbis gratiæ Pſalm.44.
quæ procedebant de ore eius.A duerſarij quoque eius coacti ſunt dicere,Nunquam ſic locutus eſt ho Lucæ.4.
mo ſicut hic loquitur.Et rectè nunc dicitur, quod fuit potens in opere & ſermone, præmittendo in Ioan.7.
opere.Cœpit enim facere & docere,ita quòd primo egit,quod poſtmodum prædicauit.Sed iam mul- Actu.1.
ti ſunt quaſi potentes in ſermone,debiles vero in opere: qui de humilitate,patientia,manſuetudine,tē
perantia,iuſtitia,charitate,copioſe ſermocinantur, & tamen faciliter à propriis paſsionibus ſuperātur,
inquinamentis carnis & animæ viliter,infelicitérque ſuccumbunt . Itaque Ieſus fuit potens in opere
& ſermone[*Coram deo,*]id eſt vere & infallibiliter, virtuoſe & meritorie ſibiipſi, quantum ad præmiū
accidentale,& aliis abſolute,[*Et omni populo,*]id eſt ſecundum omnium, præſertim vulgarium, reputa- Matth.9.
tionem,qui dixerunt,Nunquam apparuit ſic in Iſraël.Et, propheta magnus ſurrexit in nobis. ¶Por- Lucæ.7.
rò,quidam ſunt potentes in opere & ſermone coram hominibus,ſed non coram deo,ſicut hypocritę.
[*Et quomodo,*]id eſt quam iniuſte,[*Tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & principes noſtri*]videlicet pontifices & ſeniores,[*In damnationem mortis,*]id eſt morte dignum eum iudicauerunt,dicentes,Nos legem habemus,& ſecundum legem debet mori,quia filium dei ſe fecit. Importune quoque impetrauerunt à Ioan.19.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Præſide ſententiam condemnationis ad mortem aduerſus Chriſtum, [*Et crucifixerunt eum,*] quia eius E
crucifixionem procurauerunt. [*Nos autem ſperabamus*] ante paſsionem ipſius, [*Quia ipſe eſſet redempturus*
Iſrael] hoc eſt liberaturus Iſraëliticum populum, tanquam verus Meſsias in lege & prophetis promiſ-
ſus, ab originali & omni peccato, & captiuitate diaboli, & ſeruitute peccati, quaſi dicerent, Hoc ſpera-
bamus, ſed modo non ſperamus. [*Et nunc ſuper hæc omnia,*] id eſt vltra ea quæ dixi, [*Tertia dies eſt hodie,*
quo,] id eſt à die Paraſceues in quo [*Facta ſunt iſta,*] quo ſcilicet Ieſus morti adiudicat⁹ & crucifixus eſt.
[*Sed & mulieres quædam ex noſtris,*] id eſt ad ſocietatem noſtram ſpectantes, quia nobiſcum dominum
Ieſum ſequebantur deuote, [*Terruerunt nos, quæ ante lucem*] id eſt valde diluculo, [*Fuerunt ad monumen-*
tum, & non inuento corpore eius] quia iam reſurrexit [*Venerunt*] ad apoſtolos [*Dicentes ſe etiam viſionem,*] id
eſt viſibilem formam [*Angelorum vidiſſe,*] ita quod angelos in aſſumptis corporibus corporaliter con-
ſpexerunt, [*Qui*] angeli [*Dicunt eum viuere,*] id eſt Chriſtum reſurrexiſſe. Itaque diſcipuli verbis mulie-
rum iſtarum auditis terrebantur, quia forſitan metuebant, quod Iudæi increduli imponerent eis quod
corpus ſui abſtuliſſent magiſtri, & propterea eos perſequerentur. [*Et abierunt quidam ex noſtris ad monu-*
Ioan.20. *mentum*] vtpote Petrus & Ioannes, vt dictum eſt, [*Et ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt*] videlicet lapidē
reuolutum, & lintheamina poſita: [*Ipſum vero,*] id eſt corpus Ieſu, [*Non inuenerunt Et ipſi dixit eis, O ſtul-*
ti,] id eſt ſcripturarum notitiam non habentes, & veræ fidei luce carentes, [*Et tardi corde ad credendum in*
omnibus] verbis & vaticiniis, [*Quæ loquuti ſunt prophetæ*] de mea paſsione & reſurrectione, cum tamen ha F
beatis ſufficientia inductiua ad credendum, quòd ego ſum ille, de quo illa prædixerunt prophetæ, nū
verbis & ſufficientibus miraculis Chriſtum me eſſe probaui. ¶ Quæritur, cur Chriſtus diſcipulos iſtos
vocauerit ſtultos, cum alibi dicat, Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis. Et reſponden-
dum, quòd peccata verborum penſantur penes intentionem, affectionémque cordium, quoniā ea quæ
ſunt in voce, ſunt earum quæ ſunt in anima paſsionum, affectionum, intentionúmque notæ. Chriſtus
ergo prohibuit dicere proximo fatue ex contemptu, deriſione, aut ſimili vitioſa radice: non autem ex
Matth. 5. charitate, & zelo iuſtitiæ, rationabili cauſa id exigente. [*Nonne hæc oportuit pati Chriſtum,*] propter æter-
ni patris præordinationem, & prophetarū verificationem atque humani generis ſaluationem, ſancto-
rum de lymbo eductionem, cœleſtis patriæ apertionem, cœleſtis Hieruſalem reędificationem, [*Et ita*]
puta per paſsionem, [*Intrare in gloriam ſuam?*] id eſt in cęlum aſcendere, & corpore glorificari, gloriám-
que cœleſtem plenarie poſsidere. Chriſtus quippe ſua humiliatione, paſsione, & morte promeruit ſibi
Philip.2. ipſi præmium accidentale, atque dominium omnis creaturæ, dicente Apoſtolo, Humiliauit ſe, factus
obediens vſque ad mortem, propter quod & deus exaltauit illum. & tamen hæc gloria debebatur Chri
ſto etiam aliunde, videlicet ratione hypoſtaticæ vnionis cum verbo, & propter plenitudinem beatificę
viſionis, ſeu eſſentialis felicitatis animæ eius, quæ redundaſſet indeſinenter in corpus ipſius, & impoſſi-
bile illud feciſſet, niſi deo diſpenſante, redundantia illa fuiſſet vſque ad reſurrectionem dilata, vt in epi G
ſtola ad Dioſcorum loquitur Auguſtinus. Et ita gloria illa fuit proprie gloria Chriſti: ſed & vniuerſa
gloria curiæ cœleſtis, fuit & eſt gloria Chriſti, ſecundum quod deus eſt, tanquam domini ac datoris. Si
itaque Chriſtum per paſsionem, & multiplicem tribulationem oportebat propriam gloriam ingredi,
nos qui ſumus, qui abſque tribulationibus & aduerſitatibus, pœnitentialibuſque operibus gloriam vo
Ioann.13. lumus ingredi alienam? Nunquid ſeruus maior eſt domino ſuo, aut membrum capite ſuo præſtantius,
aut redemptus redemptore ſublimior, aut fragilis creatura creatore ſuo dei vnico filio? Merito ergo di
xit Apoſtol⁹, Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et item, Omnes
Actu.14. qui volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. [*Et incipiens à Moyſe & omnibus prophetis,*]
2.Timo.3. id eſt ex verbis Moyſi ſumpſit exordium, quia primus & principalis fuit inter eos, qui libros ad vetus
teſtamentum pertinentes ſcripſerunt. Deinde aliorum prophetarum allegauit oracula. [*Interpretabatur*
illis,] id eſt expoſitionem fecit iſtis duobus diſcipulis [*In omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant*] loquentes, id
eſt prophetias de ipſo prædictas eis declarauit & allegauit, vel in generali, & multas in ſpeciali, vel om-
nes ad propoſitum pertinentes ac ſufficientes. [*Et appropinquauerūt caſtello*] Emaus [*Quo ibant. Et ipſe ſe fin-*
Gregori⁹. *xit longius ire.*] Secundum Gregorium fingere pro componere ſumitur in hoc loco, vt ſit ſenſus, quòd
dominus Ieſus compoſuit ſeu diſpoſuit ſe ad procedēdum remotius. Poteſt etiam dici quod finxit, id
eſt ſimulauit ſe longius ire, quia ſimulatio ſącti licita eſt & commendabilis, quando fit ex rationabili H
Ioſue.8. cauſa, & bono fine. Vnde & Ioſue cum filiis Iſraël ſimulauit fugā. ¶ Chriſtus autem ſic ſimulauit mul
tiplici ratione. Primo myſtice, ad inuendum, quòd adhuc longe fuit ab illorum nondum credentiū
mente. Secundo, vt per hoc daret eis occaſionem operis miſericordiæ, videlicet inuitandi & cogēdi ſe
ad hoſpitium. Tertio, vt per hoc ipſum doceret nos vt & nos taliter faciamus. [*Et coegerūt*] hoc eſt mul
tum inſtanter & quodammodo importune inuitauerunt [*Illum dicentes, Mane nobiſcum*] cœnam & hoſ-
pitium nobiſcum ſumēdo, [*Quoniam adueſperaſcit, &*] pro id eſt, [*Inclinata eſt iam dies*] ſole ad occaſum
tendente. Sic & nos quotidie Chriſtum rogemus ac inuitemus, vt in cordis noſtri cubiculo manere di
Ioan.15. gnetur. Ipſe etenim apud Ioannem loquitur, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.
Sapi.7. Atque vt in libro Sapientię legitur, Neminem diligit deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat. ¶ Denique
ſpiritualiter adueſperaſcit, quoniam vita noſtra ad occaſum quotidie tendit, & inclinata eſt dies, quan
do tempus promerendi deficere incipit. Specialiter quoque adueſperaſcit in anima, dum propinquat
ad culpam, & inclinatur dies, quando elongatur à gratia, hoc eſt quando diſponitur ad peccata.
¶ Præterea ſicut prætactum eſt, ex hoc loco atque exemplo elicitur, quàm charitatiue, inſtanter, imò
& importune peregrini ac pauperes ad menſam & hoſpitium ſint vocandi. Hoc nanque eſt opus miſe
ricordiæ: opera autem miſericordiæ ad Chriſtianos potiſsimum pertinent, cum lex Chriſti ſit lex to-
Gen.18.19 tius charitatis & pietatis. Magna quoque eſt virtus hoſpitalitatis, de qua in veteri teſtamento Abrahā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & Loth ſpecialiter commendantur. Vnde & ſanctus Iob, Foris (inquit) non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. Et Chriſtus in Euangelio perhibet ſe in die iudicij eſſe dicturum ad electos, Hoſpes fui & collegiſtis me. ad reprobros vero, Hoſpes fui, & nõ collegiſtis me. Hinc princeps Apoſtolorum hortatur, Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Et Paulus, Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam deo, angelis hoſpitio receptis. [*Et intrauit cum illis.*] in quo dedit exemplum obtemperãdi rationabili petitioni, ne quis in proprio ſenſu ſit pertinax. [*Et factum eſt dum recumberet,*] id eſt quieſceret & manducaret [*Cum illis, accepit panem, & benedixit,*] non tamen in ſuum corpus conuertit, ſicut in cœna, ſed vt moris eſt benedicere cibum: in quo inſtruxit nos, vt ante refectionẽ benedicatur cibus & potus, [*Ac fregit, & porrigebat illis*] panem iam fractum ad manducandum. [*Et aperti ſunt oculi eorum.*] Non quòd corporales eorum oculi hucuſque fuerint clauſi, ſed quia nunc aliter videbant Chriſtum quàm ante. Nunc enim cœperũt eum in propria & cognoſcibili ac determinata effigie cernere, quem ante viderunt confuſe. Sic oculi primorum parentum dicuntur aperti poſt perpetrationem peccati. Quantũ ad alium modũ videre, & in libris Regũ legitur Heliſęus dixiſſe, Domine aperi oculos iſtorũ (puta Syrorũ) idcirco ſubiungitur, [*Et cognouerunt eũ in fractione panis,*] vt paulo poſt ſubditur. Habuit enim Saluator cõſuetudinẽ ſic accipiẽdi, benedicẽdi, frangẽdi, diſtribuẽdíq; panẽ, vtex Euãgelio cõprobatur, ſicut dũ turbas refecit ex quinq; panibus hordeaceis, & poſt modũ ex panibus ſeptẽ.

B Aliqui vero dicunt, quòd Chriſtus manibus fregit panem acſi cultello fuiſſet diuiſus, & per hoc eum nouerunt. Poteſt quoque intelligi de interioribus oculis, qui aperti ſunt, id eſt illuminati Chriſtum cognoſcendo. [*Et ipſe euanuit ex oculis eorum,*] id eſt repẽte & quaſi imperceptibiliter ac velociſsime per dotem agilitatis ab eorum aſpectu diſparuit, per quod monſtrauit ſe corpus glorificatum habere, non autem euanuit tanquam phantaſma. [*Et dixerunt adinuicem*] duo iſti diſcipuli, [*Nõne cor noſtrum*] præſertim voluntas [*Ardens erat in nobis,*] id eſt inflammatum deſiderio veritatis, ac Chriſti [*Dum loqueretur in via*] id eſt quando Chriſtus increpauit ac informauit nos, ambulando nobiſcum, [*Et aperiret,*] id eſt exponeret [*Nobis ſcripturas?*] ¶ Poſſet hic quæri, an diſcipuli iſti in via fuerunt veræ charitatis feruore accenſi? Et videtur quòd imò: nam gloſſa ait, quod cor eorum fuit igne ſpiritus ſancti accenſum & charitatis ardore. Sed videtur contrarium, quia non erant in fide, ergo nec in charitate. Ad hoc quidam reſpõdent, quòd non erant in charitate, nec veræ charitatis feruorem habebant, & ꝙ ardor iſte erat à ſpiritu ſancto, ſed non cum ſpiritu ſancto, quemadmodum timor ſeruilis. Et ſi obiiciatur, quia de iſtis duobus diſcipulis dicit Gregorius, quod eſſe extranei à charitate non poterant hi cum quibus veritas gradiebatur. Reſpõdent quod hoc propterea dixit Gregorius, quia habebant aliqui ſimile charitati & eius effectui. ¶ Porro ſi iſtud quis teneat, cogetur concedere, quod & fœminæ pergentes vngere corpus Ieſu, erant extra charitatem atque in ſtatu damnationis. [*Et ſurgentes eadem hora*] à menſa [*Regreſſi ſunt in Hieruſalem*] quia præ charitatis ardore, quem nunc cum fide vere habebant, quieſcere & differre tam ſalu-

C berrimum nuncium non valebant, nec ſenſerunt viæ laborem, dilectioníſque ardor extinxit in eis ſeruilem Iudæorum timorem. [*Et inuenerunt congregatos vndecim*] apoſtolos in conclaui [*Et eos qui cum ipſis erant,*] videlicet alios quoſdam chriſti diſcipulos ex ſeptuagintaduobus, aut fœminas aliquas Chriſti diſcipulas. Itaque Thomas tunc aderat, & paulopoſt exiit, non credens auditis, ſicque defuit apparitioni quæ conſequenter deſcribitur, prout in Ioanne legitur, [*Dicentes quod ſurrexit dominus vere, & apparuit Symoni.*] Participium iſtud, dicentes, quidam referunt ad verbum inuenerunt, vt ſit nominatiui caſus, erítque ſenſus, quòd duo iſti diſcipuli inuenientes vndecim congregatos, dixerunt eis, quòd dominus vere ſurrexit, & Petro apparuit. Aptius tamen videtur, vt dictio iſta, dicentes, referatur ad vndecim congregatos, ſitque accuſatiui caſus, vt ſit ſenſus, quod duo diſcipuli inuenerunt congregatos vndecim inter ſe recitantes, & etiam iſtis duobus dicentes, quòd dominus vere ſurrexit, & iſtud ex duobus probatur. Primo, quoniam iſti duo diſcipuli nondum ſciuiſſe videntur quod Chriſtus apparuerit Petro, ſed Petrus hoc Apoſtolis retulit. Secundo, ex modo loquendi ipſius Euangeliſtæ, in loco præſenti, quia poſt verba prædicta mox ſubditur, [*Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via.*] Ex quo apparet, quod participium illud, dicentes, & pronomẽ hoc, ipſi, referenda ſint ad diuerſos, ita quod iſti duo cum audiſſent verba apoſtolorum Chriſti reſurrectionem & apparitionem Petro factam eis narrantium, tunc & ipſi

D narrauerunt narrantibus ſibi quæ geſta erant in via, ſcilicet qualiter Chriſtus ſe eis in via aſſociauit, eóſque interrogauit, increpauit, edocuit, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

¶ Denique ſecundum gloſſam, inter viros, dominus Ieſus primo apparuit Petro. nam ſicut inter fœminas poſt virginem glorioſam, Maria Magdalena fuit Chriſto deuotior, & in eius amore feruẽtior, familiariórque eidem, ſic inter viros Petrus. Item, quatenus tantam miſericordiam exhibendo Simoni Petro, inſtrueret eum omnẽ miſericordiam peccatoribus exhibere. Et rurſus, ne Petrus abundantiori abſorberetur triſtitia, & ne ex trina negatione deſperationem incurreret. Et fuit reuera ineffabilis pietas, quòd illi diſcipulo primum ac ſpecialiter ſe mõſtrauit, à quo inhoneſtius ac frequentius fuit negatus: & merito ſanctus Petrus fuit poſtmodum aliis miſericordiſsimus. ¶ Deinde deſcribitur adhuc alia apparitio Saluatoris, quæ & à Ioanne eſt deſcripta, vbi quædam habentur, quæ hic omittũtur, ſicut & hic aliqua deſcribuntur, quæ ibi non recitantur. Non enim omnes omnia conſcriſperunt. [*Dum autem hæc loquerentur*] apoſtoli & duo præfati diſcipuli, [*Stetit Ieſus in medio eorum,*] hoc eſt repente ianuis clauſis intrauit, atque in medio ſtetit, ſicut promiſit, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Stetit autem in medio ad literam, vt ab omnibus melius videretur & audiretur, ſéque monſtraret eſſe eundem, qui ante paſsionẽ in medio eorum conſiſtere ſolitus erat. Spiritualiter vero, vt humilitatem commendaret, & virtutum magiſtrum ſe eſſe oſtenderet. Nam virtus conſiſtit in medio, & ipſe ante paſsionẽ diſſeruit, Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Per hoc quo-

Iob. 31.
Matth. 25.
1. Petri. 4.
Hebr. 13.
Geneſ. 3.
4. Reg. 6.
Matth. 24.
Marci. 6.
Lucæ. 9.
Ioan. 6.
Matth. 15.
Marci. 8.
Gregorius.
Ioan. 20.
Ioan. 20.
Matth. 18.
Lucæ. 22.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

que ostendit dilectionem suam ad discipulos. [*Et dixit eis, Pax vobis,*] hoc est pacem pectoris, quæ est E
tranquillitas seu quies mentis in deo, habete modo per gratiam, & pacem æternitatis habete nunc per
spem & aliquam prægustationem. Itaque sicut Saluator ante passionem præcepit discipulis, In quan-
cunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui: sic ipsemet post resurrectionem visitan-
do eos primum loquutus est, Pax vobis, quo constat quàm magnum bonum sit pax vera, spiritualis &
Lucæ.10. interna. [*Ego sum*] vere magister & dominus vester, pauloante crucifixus, & nunc vere resuscitatus, qui
secundum deitatem sum æternaliter & perfecte, cuius esse est plenum, infinitum, simplicissimum, om-
Exod.3. nisormitérque perfectũ, qui dixi ad Moysen, Ego sum qui sum. [*Nolite timere*] inordinato timore, qua-
si velim vos fallere aut nocere. [*Conturbati vero*] præ admiratione, [*Et conterriti,*] sicut naturale est fragili
tati humanæ, defunctorum apparitionem horrere, & insolitas expauescere visiones, sed & propter peri
culum, [*Existimabant se spiritum videre,*] videlicet animam Christi, aut alium spiritũ forte fallacem in cor
pore assumpto. Sed mirum, quomodo hoc putabant, cum iam pauloante dixissent, quòd surrexit do-
minus vere: quod audierunt à sanctis mulieribus, & à Petro, à duob⁹ quoque discipulis, atque vt reor
à Iacobo minore, cui ante hanc horam apparuit Christus. Et respondendum, quòd ideo forsitan puta-
bant spiritum se videre, non verum corpus, quoniã clausis introiit ianuis, quod adhuc impossibile for-
sitan æstimabant vero humanóque corpori. Veruntamen Petrus & duo prædicti discipuli, & Iacobus
minor de resurrectione Christi non dubitabant, quamuis virtutem & dotes corporis glorificati non- F
dum cognoscerent, [*Et dixit eis, Quid turbati estis,*] hoc est immoderanter inquietati, formidolosi & stu-
pidi, [*Et cogitationes*] erroneæ [*Ascendunt in corda vestra?*] ex proprij intellectus imbecillitate, quia suspi-
camini spiritum vos videre. [*Videte manus meas & pedes*] in quibus manent vulnerum cicatrices, ad insi-
nuandum, quòd vere in proprio corpore resurrexi, [*Quia ego ipse sum,*] qui fui mortuus, & nunc corpo-
raliter viuo atque appareo, [*Palpate*] vt certificemini etiam tactu, [*Et videte,*] exteriori, interioríq; ocu-
lo me veraciter surrexisse & apparere, [*Quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.*] spiri-
tus enim in sua natura est simplex. [*Et cum hæc dixisset ostẽdit eis manus & pedes*] & cicatrices in eis, forsan
etiam latus eiúsque cicatricem. ¶ Voluit autem cicatrices in suo corpore reseruare. Primo, vt tactum
est, ad probandum veritatem suæ resurrectionis. Secundo, in signum victoriæ. Tertio, vt per hoc ele-
ctos & sanctos in patria in suo magis accendat amore. Quarto, vt eas patri pro nobis præsentet. Quin-
to, ad maiorem impiorum & ingratorum confusionem. [*Adhuc autem illis non credentibus,*] quòd ve-
rum conspicerent corpus Christi, ob causam prætactam: nec omnes erant æque increduli, imò qui-
dam omnino credebant, & quidam nondum complete: ideo subditur, [*Et mirantibus præ gaudio,*] quia
Ioann.20. vt apud Ioannem legitur, Gauisi sunt discipuli viso domino. Ergo aliquo modo credebant, sed mira-
bantur de tam noua & insperata consolatione & apparitione, de qua vehementer gaudebant, atque præ
gaudio mirabantur, quòd & qualiter tam bene & optime eis contigerit, qui pauloante desolatissimi e- G
rant, quia (vt asserit Augustinus) quę multum læta sunt, vix credũtur. Occulte enim metuit animus, ne
Augustin. forsan contingat oppositũ, & tunc duplex mœror nascatur. Sic Iacob patriarcha audito à filiis, Ioseph
Genes.45. viuit, quasi de graui somno euigilans, non tamen credebat eis. [*Dixit*] non ex ignorantia quærẽs, sed so-
litum loquendi modum obseruans, vt magis agnosceretur, [*Habetis aliquid hic quod manducetur?*] quate-
nus non tantum per visum, tactum, auditum, sed etiam per gustum meam vobis resurrectionem de-
monstrem. [*At illi obtulerunt ei partem piscis assi*] cuius forsitan partem iam comederunt, [*Et fauum mel-
lis. Et cum manducasset coram illis, sumens reliquias dedit eis*] vt secum comederent: nec dubium quin &
Actu.10. potauit cum eis, secundum quod princeps Apostolorum dixit, Manducauimus & bibimus cum illo
postquam resurrexit.

¶ Porrò Christus comedit, non tamen aliquid conuertebatur in corpus ipsius: sed potestatiue cibum
& potum consumpsit, quemadmodum aquam consumit radius solis calens. [*Et dixit ad eos, Hæc sunt ver
ba, quæ locutus sum ad vos,*] hoc est, isti effectus, videlicet apparitiones & meæ resurrectionis probatio-
nes sunt res significatæ per verba, quæ vobis prædixi, quando adhuc inter vos ante meã passionem pas
sibilis conuersabar, à quibus nunc carnis immortalitate & plenæ beatitudinis statu disto. Itaque verbũ
4.Reg.20. hic sumitur pro re verbo significata, sicut in libris Regum loquitur Ezechias, Non fuit verbum in do
mo mea, & in omni potestate mea quod non ostenderim eis, videlicet nunciis regis Babylonis. [*Quo- H
niam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.*] Eodé modo neces
se fuit illa impleri, quo necesse fuit Christum pati: quod qualiter oportebat iam dictum est. Itaque
necesse fuit illa impleri necessitate conditionata, non absoluta, hoc est, necessitate consequentiæ, non
consequentis, seu in sensu composito, non in sensu diuiso, non necessitate coactionis liberi arbitrij,
sed præordinationis diuini decreti. ¶ Porrò in lege Moysi multa de Christo conscripta sunt, vt
quod deus dixit ad Abraham, Isaac, & Iacob, In semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Et,
Genesi.22. Prophetam susciabit vobis dominus, &c. ¶ Insuper quamuis Psalmista fuit propheta, tamen liber
Genes.26. Psalmorum proprie inter agiographa computatur, & ita nunc Psalmi à scriptura prophetarum di-
Genes. 18. stinguuntur. [*Tunc aperuit illis sensum,*] id est, intellectum eorum illuminauit, [*Vt intelligerent scripturas.*]
Deut.18. Veruntamen nõ tam perfecte eos iam illustrauit, sicut in die pentecostes, quando limpidissimam scri-
pturarum intelligentiam eis infudit: nunc tamen eos aliqualiter illuminauit, quia vt habet Ioannes,
Ioan.20. Insufflauit in eos, & dixit, Accipite spiritum sanctum. [*Et dixit eis, Quoniam sic scriptum est,*] hoc est
Danie.9. de mea passione & resurrectione prophetatum in Daniele, Ozea, in Psalmis, aliísque prophetis. Scri
Oseę.6. ptum est enim, Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus. Et Ozeas ait, Viuificabit nos post
Sopho.3. duos dies, in die tertia suscitabit nos. Sophonias quoque, Expecta me, dicit dominus, in die resurre-
Psalm.40. ctionis meæ in futurũ. Atque in Psalmo, Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A eis. [*Et sic oportuit Christum pati*] pro mundi salute, quia ille fuit conuenientior modus humanæ redemptionis, & deus ita præordinauit, [*Et resurgere a mortuis tertia die,*] quia non decuit Christi resurrectionem vltra tertium diem differri, [*Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes,*] hoc est, vniuersis mundi hominibus Iudæis atque Gentilibus euangelizari, vt in fide Christi pœnitentiam agant, atque per gratiam eius confidant se remissionem peccatorum suorum posse suscipere, virtute & merito passionis ipsius, per sacramenta eius, primo in baptismo, deinde in sacramento pœnitentiæ, quæ est secunda post naufragium tabula. Hinc in Actibus Paulus ait Iudæis, Per Iesum vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. Et rursus loquens Gentilibus, Tempora (inquit) prioris ignorantiæ despiciens deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant, eo quòd statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro quem statuit, fidem præbens omnibus, resuscitans illum à mortuis. Et iterum loquitur, Primum deus suscitans filium suum, misit eum vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. Itémque, Non est nomen aliud sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. De hac omnium gentium conuersione ad Christum, & diffusione ecclesiæ catholicæ per totum orbem terrarum copiosissimè & apertissimè prædixerunt Prophetæ. Scriptum est nanque in Psalmis, Reminiscentur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in
B conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium. Itémque, Benedicentur in ipso tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Vnde & per Esaiam loquitur Christus, Glorificatus sum in oculis domini. Et dixit, Parum est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Sed & in Daniele legitur, Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Quod totum impletum est, quia & si nunc magna & latissima regna ad stolidissimam spurcissimi Mahumeti legem, aliásque perfidias sint collapsa, longo tamen tempore in eis viguit religio Christiana, nihilominus ante finem seculi prædicta plenius implebuntur.

¶ Porrò prædicatio ista facta est apostolis Christi, [*Incipientibus*] eam [*A Hierosolyma,*] quia post christi ascensionem & spiritus sancti missionem, cœperunt apostoli in Hierusalem prædicare, prout per Esaiam fuit prædictum, De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Atque in Psalmo, Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Hierusalem nanque fuit metropolis Iudæorum, quibus Christus fuit specialiter missus, de quorum & semine fuit natus, multísque donis fuit populus ille à deo ornatus: ideo decuit ei primo euangelizari, prout loquitur eis Paulus, Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Hierusalem quoque fuit ciuitas sancta, in qua fuit templum dei, & viguit cultus eius, floruítque sæpe studium legis ac prophetarum, quam & Christus passioni suæ prælegit: idcirco decuit euangelicam prædicationem post Christi passionem inchoari ibidem, vt & Iudei increduli inexcusabiles redderentur, in quo etiam diuinę pietatis declaratur immensitas, quòd
C illis voluit primo viam prędicari salutis, qui mortem procurauerunt Saluatoris, & dei filium occiderunt. [*Vos autem testes horum,*] videlicet resurrectionis meę & aliorum mysteriorum meorum, qui & ante passionem meam mecum estis conuersati, & de mea resurrectione estis multipliciter certificati. [*Et ego mittam promissum patris mei in vos,*] id est, spiritum sanctum à patre procedentem, quem & pater per prophetas & me promisit se vobis daturum, mittam & infundam cordibus vestris, sicut in die pentecostes scimus peractum. Istud enim Christus in sermone post cœnam frequenter promisit, iuxta illud Ioannis, Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis, à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. certúmque est, quòd Christo nequaquam competeret authoritas mittendi, dandíque spiritum sanctum, nisi ab ipso procederet spiritus sanctus, & verus consisteret deus. [*Vos autem sedete in ciuitate*] Hierusalem, in loco quo loquor hęc vobis, vbi vobiscum vltimam feci cœnam, [*Quoadusque induamini virtute ex alto,*] id est, vsque ad horam qua accipietis spiritum sanctum, qui corda vestra induet omnem perfectionem gratię ac virtutũ ex throno cœlesti ac decreto patris ęterni, sicque efficiet vos idoneos ad prędicandum ac testificandum de me, dando vobis sapientiam, constantiã & feruorem, omnium linguarum notitiam, totius scripturę peritiam, ardentissimam charitatem, insuperabile robur fortitudinis spiritualis. Hinc in Actibus legitur Christus dixisse discipulis, Accipietis
D virtutem spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in omni Iudęa & Samaria, & vsque ad vltimum terrę. Veruntamen non est intelligendum, quòd christus pręcepit discipulis continue in ciuitate sedere, quia post verba hęc interdum exierunt pro rationabilibus causis, scilicet ad piscãdum: sed intentio Christi fuit, vt non longe discederent, nec diu abessent, sed frequenter seu opportunis horis ibi manerent, pręsertim post ascensionem, & per orationes, ieiunia ac alia deuotionis exercitia se ad spiritũ sancti pararent susceptionem plenariam. Hinc scribitur in Actibus, Conuescens pręcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meũ. Vnde nunc subditur, [*Eduxit autem eos foras in Bethaniam.*] In die quippe ascensionis bis eis apparuit. Primò in Hierusalem, & tunc eis pręcepit, vt irent in montem Oliueti, qui est prope Bethaniam, in quo rursus eis apparuit, propterea dicitur eos eduxisse in Bethaniam, quamuis corporaliter cum eis non ierit, & quia mons oliuarum prope Bethaniam est: sicque duxit eos in Bethaniam, id est, in viam Bethaniam versus vsque ad montem prædictum, [*Et eleuatis manibus suis, benedixit eis,*] forsitan signum crucis super eos formando, & verba benedictionis aliqua proferendo, vt & ipsi sic facerent aliis. nam & prælati à suis subditis recedendo sic facere debent: imò cùm actiua benedictio dei sit collatio munerum gratię eius, & multiplicatio eorundem, Christus secundum quod homo, manus leuando, benedictionísque verba loquendo, secundum quod deus, incrementa gratię ac vir-

Actuũ.13.
Actuũ.17.
Actuũ.3.
Actuũ.4.
Psalm.21.
Psalm.71.
Esaię.42.
Daniel.7.
Esaiæ.2.
Psal.109.
Actuũ.13.
Actuũ.1.
Ioan.21.
Actuũ.1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tutum cordibus infudit eorum.[*Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis,*]id est, eleuari cœpit corporaliter in aëre,[*Et ferebatur,*]id est,propria virtute ascendit[*In cælum,*]quod diuina virtute principaliter fecit,& item per dotem agilitatis.vnde in Actibus habetur,Cum hæc dixisset,videntibus illis eleuatus est,& nubes suscepit eum ab oculis eorum.[*Et ipsi adorantes*] Christum vt verum deum, sicut & Thomas euidentia veritatis conuictus,dixit,Dominus meus,& deus meus.[*Regressi sunt in Hierusalem,*] in cœnaculum quod fuerat prope templum,[*Cum gaudio magno,*]tam de Christi sui prædilecti magistri atque dulcissimi domini glorioſa ascensione,felicitate & gloria,quàm de beneficiis dei eis datis ac dandis,ac totius mundi conuersione ad Christum instante:nam & duo angeli Christo ascendente apparuerunt eis,dicentes,Viri Galilæi quid statis aspiciētes in cælum,&c.[*Et erant semper in templo,*]id est, omni tempore opportuno,præsertim post susceptionem spiritus sancti:quia vsque ad illud tēpus magis latebant in domo,quàm se manifestabant in templo,vtpote nondum plene desuper cōfortati,[*Laudantes & benedicentes deum,*]eum de suis beneficiis ac promissis laudando, & propter propriam ac immensam bonitatem,perfectionem,& beatitudinem eius,eum iugiter benedicendo,sicut ait Propheta, Benedicam dominum in omni tempore.Hinc legitur in Actibus, Quotidie erant perdurantes vnanimiter in templo,& frangentes circa domos panem,fumebant cibum cum exultatione laudantes deū. Et denuo,Omni die non cessabant in templo & circa domos,docentes & euangelizantes Christum Iesum:quę omnia post spiritus sancti in signo visibili susceptionem Lucas recitat contigisse.Veruntamē Theophilus dicit,eos etiam inter ascensionem & pentecosten cum aliis templum intrasse causa oratio nis & laudis diuinæ : quia ex ascensione Saluatoris erant aliqualiter roborati,atque à pristina formidine subleuati : tamen quod primo dictum est,verius æstimatur,& his quæ in Actibus scribuntur apostolorum magis concordans.

Ioan.20. Actu.1. Psalm.33. Actuū.2. Actuū.5. Theoph.

¶Postremò,qualiter præmemorata dominicæ resurrectionis argumenta Christi resurrectionem sufficienter probant,Thomas in tertia parte summæ suæ magistraliter docet. Discamus ergo & nos cum sanctis apostolis in templo semper,vnanimitérque manere per orationes,ieiunia, & alia exercitia virtuosa,ad quotidianum gratiæ ac virtutum augmentum nos præparare,omnipotentem iugiter benedicere ac laudare,qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

¶Finis Euangelij secundum Lucam.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

Ecclesi.24. EGo sicut aquæductus exiui à paradiso, & fluuius meus propinquauit ad mare: quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus. Increata atque fontana sapientia dei, vnigenitus filius patris æterni, dominus noster Iesus Christus, ex quo humanam naturam supernaturaliter induit, suppositalitérque assumpsit, homines mirabiliter sublimauit, atque ineffabiliter deificauit,supernaturalibus donis ac gratiis,humanæ fragilitatis conditionem prorsus transcendentibus, suos adimplendo electos. Inter quos glorioſi apostoli sortiuntur primatum, quoniam primitias spiritus receperunt. Hos tanta virtute,potestate & gratia decorauit deus sublimis & benedictus, vt sanctitate, sapientia atque miraculis, vniuersos præcedere comprobentur: ipsis quippe etiam ordo rerum,naturalísque cursus mundi, & lex naturæ creatæ, inenarrabiliter extiterunt subiecti, intantum vt ea quæ magni ac ingenioſi philoſophi æstimabant, nec diuina virtute, neque angelica potestate fieri posse, ipsi vberrimè agnoscantur fecisse, mortuos suscitando, cæcos & claudos à natiuitate repente curando, dæmonibus imperando, venena sine læsione bibendo, in igne nullum supplicium sustinendo, arcana cordium,futura quoque pure contingentia, certitudinaliter cognoscendo, beatorum angelorum frequentes apparitiones, alloquutiones, & administrationes habendo, imò ad libitum obtinendo. Denique cum vsque ad Christi passionem, rudes & formidoloſi extiterint, subito omni scientia scripturarum,omni facultate linguarum, itémque insuperabili animi fortitudine, copioſissimè sunt repleti. Verum si ita non est,si hæc atque similia non fecerunt,ac passi sunt,quomodo ipsi tam pauci,impotentes, illiterati,ignobiles, totum pene mundum tam cito ad incomprehensibilem fidem, ad arduissimam legem conuertere,quomodo idololatriam extirpare,& dæmonum cultum destruere potuerunt? quos scimus omnem magicam artem,atque cum dæmonibus conuentionem sub æternæ damnationis comminatione prohibuisse, & ad vnius summi dei syncerissimam dilectionem, & claram notitiam, vniuersa documenta sua & opera ordinasse. Hos ergo electissimos homines filius dei in terris ambulans, cum hominibus quoque conuersans,vocauit,collegit,instruxit,inter quos vnum in familiarissimum puerum, in prædilectum discipulum, in sapientissimum Euangelistam elegit, cui tanquam charissimo filio, tanquam castissimo, atque pulcherrimo adolescenti, pio,dulcíque iuueni,ampliora intimę

Rom.8. Ista intelligēda sunt in communi, quia apostoli nō præferuntur virgini glorioſæ, nec Ioanni Baptistæ. Actu.3.9. 14.20. Baruch.3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dilectionis demonſtrauit indicia. Hic eſt ſanctus apoſtolus, fœlix Euangeliſta, ſacer Ioannes, cuius in hoc opere elucidandum vtcunque eſt Euangelium, prout ſpiritus veritatis præſtare dignabitur. Hic igitur tanquam aquæductus exiuit à paradiſo, tanquam præcipuus inter eos, qui non ex ſanguinibus, ſed ex deo nati ſunt. Egreſſus eſt quoque à paradiſo, id eſt, à chriſti collegio, à primitiua eccleſia plena delitiis ſpiritus ſancti. Prætereà exiuit vt aquæ ductus, quia per ipſum fluxerunt, fuſi ac deſuper propinati ſunt nobis riui, ſeu aquæ ſapientiæ ſalutaris, fluenta doctrinæ cæleſtis, de quibus illuſtriſſimus Eſaias prædixit, Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Ioan.1. Eccle.15. Eſaiæ.12.

¶Fluuius autem huius aquæductus, fiſtulæ, ſeu organi ſpiritus ſancti, eſt doctrina in Euangelio ſancti Ioannis contenta, quæ inſtar abundantiſſimi fluminis cunctorum fidelium animas rigat, ab ignorâtiæ ſiccitate, à vitiorum ſterilitate, ab ardore libidinis eripit, radios ſapientiæ influendo, rorem gratiæ imprimendo, cæleſtium contemplationum guſtum dulciſſimum (quo omnis caro deſipiat) exhibendo. Porrò hic fluuius propter exundantiam ac redundantiam ſuam appropinquauit ad mare, id eſt, ad abyſſum ſapientiæ, ad eum de quo ait ſcriptura, Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis. Quemadmodum enim omnia flumina egrediuntur à mari oceano, ſecundum quoſdam, & reuertuntur in ipſum: ſic omnis ſapientia fluit à deo, & redit ac terminatur in eum: idcirco deus comparatur mari immenſo. Eccleſi.1.

¶Sapientia ergo Ioānis ſanctiſſimi, quam nobis deſcripſit ac reliquit, huic mari propinquat. Primò,
B quoniam reducit mentes noſtras ad deum totius ſapientiæ ſplendidiſſimum fontem. Secūdò, quia ob exuberantiſſimam plenitudinem ſuam, diuinæ increatæ ſapientiæ aſſimilatur, præſertim cum ſit ſuper naturalis, æternæ lucis veritati innitens, & tanquam expreſsio atque impreſsio increatæ ſcientiæ dei, quemadmodum imago apparens ac reſultans in ſpeculo, deriuatur à vultu inſpicientis. Tertiò, quia Ioannes præ cunctis ſanctæ theologiæ ſcriptoribus, apoſtolis, euangeliſtis & prophetis, plenius, clarius atque profundius loquitur de diuinis, intantum vt de ipſo deiformi euangeliſta Ioanne verificetur illud in Eccleſia, Qui implet quaſi phyſon ſapientiam, & ſicut tigris in diebus nouorum: qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum, & mittit diſciplinam vt lucem, aſſiſtens quaſi Gion in die vindemiæ. Eccleſ.24.

¶Doctrina ergo Ioannis propinquat mari, ſeu diuinæ ſapientiæ pelago tanquam materiæ & obiecto, circa quod eminenter verſatur, ac ſingulariter tractat. Propterea quoque doctrinam quaſi antelucanum ſiue aurora illuminat omnibus, id eſt, docendo præbet vniuerſis fidelibus. Quemadmodum enim lux auroræ tenebras noctis propellit, atque ad meridianum iubar diſponit: ſic doctrina Ioannis ignorantiæ & peccati abſtergit caliginem, per luminis gratiæ infuſionem, ſicque ad claram ac beatificā dei viſionem ſeu meridianum gloriæ lumen, adducit per euangelicorum documentorum cuſtodiam. Et quoniam nunc per fidem ambulamus, non per ſpeciem, cognoſcentes per ſpeculum in ænigmate, non facie ad faciem: ideo omnis illuminatio ſeu inſtructio vitæ præſentis, potius comparatur auroræ, 2.Cor.5.
C quàm luci meridianæ. 1.Cor.13.

¶De dignitate & excellentia ſacratiſsimi Euangeliſtæ ſancti Ioannis, & quòd liber Euangelij Ioannis vniuerſos ſcripturæ canonicæ libros excedit. Artic. I.

HIc eſt diſcipulus intantum inter diſcipulos reliquos prædilectus à Chriſto, vt hac circumloquū tione, Diſcipulus quem diligebat Ieſus, ſignificetur in præſenti Euangelio, quaſi ipſum ſolum amaſſet. Ipſe extitit vnus trium apoſtolorum, qui ſuſcitationi puellæ, transfigurationi dominicæ, ac trinæ orationi Chriſti tempore paſsionis interfuerunt. Denique ipſe ſolus in cœna ſupra pectus Ieſu recubuit ſeu quieuit, reclinans ſe in ſinu Ieſu. Túneque (ſecundum Auguſt. & Bedam) ex fonte dominici pectoris bibit, quod poſtea in Euangelio propinauit: quod non eſt intelligendum quaſi in hora illa impletus ſit ſpiritu ſapientiæ, & illuſtratus à Chriſto euangelica veritate, præſertim cum ipſo teſtante, dum poſt reſurrectionem Maria Magdalene ſibi retuliſſet dominum à monumento ſublatum, ipſe ſic eſſe crediderit: nondum enim ſciebat (vt ipſemet ait) ſcripturas. ¶Quomodo ergo tunc bibit, niſi quòd ille recubitus fuit ſignum ac diſpoſitio, cauſa quoque meritoria, inquantum ex magna dilectione proceſsit, futuræ illuminationis ſpiritus ſancti? Hunc Chriſtus à nuptiis, vbi aquā in vinum cōuertit, vocauit, vt recitat Beda, eíque tempore paſsionis matrem ſuam virgineam ac ſuper digniſsimam commendauit. Hic ſanctus apoſtolus in feruenti oleo miſſus, exiuit illeſus, quatuor mor-
D tuos ſuſcitauit, totiúſque Aſiæ rexit ac fundauit eccleſias. Ipſe eſt præclariſsimum iubar eccleſiæ, non duntaxat Euangelij, ſed trium quoque epiſtolarum & Apocalypſis radioſus deſcriptor. Matth.9. Matth.17. Matth.26. Ioan.21. Auguſti. Beda. Ioan.21. Ioan.20. Ioan.19.

¶Prætereà quantus fuerit in corde diuini ac magni Dionyſij, innoteſcit in ea quam Ioanni miſit epiſtola, vbi inter cætera loquitur, Aue verè dilectiſsime, verè amabilium & deſiderabilium ac dilectorū valde dilectiſsime. Denique quamuis tota ſcriptura canonica tractet de deo tanquam de obiecto, ſpecialiter quoque prophetæ, apoſtoli & Euangeliſtæ loquuntur de Chriſto vt promiſſo vel miſſo, nihilominus euangelicum volumen ſancti Ioannis, vniuerſis ſcripturę codicibus rite præfertur, quoniam de diuinitate ac trinitate, de diuinæ eſſentiæ vnitate, de perſonarum diſtinctione, de ęterna atque diuina Chriſti generatione, & ſancti ſpiritus proceſsione, de duplici Chriſti natura, multiplici actione & vna perſona, plenius, clarius atque profundius ſcribit. Ea quoque ſuppleuit, quę alii Euangeliſtę omiſerunt, videlicet ſigna, documenta & opera facta à Chriſto ante incarcerationem Ioannis Baptiſtę. Dionyſ.

¶Inſuper, de doctrina & ſermonibus Saluatoris Ioannes valde ſublimius ſcribit, quàm cęteri Euangeliſtę: propter quod deſignantur in prophetica quatuor animalium viſione Ezechieli oſtenſa per aquilam, quæ altius volat, ſolaréque lumen clarius inſpicit. Scripſit autem Euangelium poſt alios Euangeliſtas. Cum enim demoraretur in exilio Pathmos, inſurrexerunt in Aſia & in Epheſio hæretici, aſſerentes Chriſtum eſſe hominem purum, nec tempore præceſsiſſe Mariam. Cum ergo re- Ezech.1. Ezech.10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diony. uersus esset Ioānes à Pathmos ad Ephesum (prout Areopagita Dionysius ei prophetauit) rogatus ab e- E
piscopis Asiæ, vt de Christi diuinitate, de qua alij Euangelistæ pauca scripserūt, plenius scriberet, imò
Euangelium Christi plenissimè conscribendo elucidaret, quo tam præsentes quàm futuros damnaret
errores, omniúmque credētium instrueret animas: quod spiritu sancto inuocato, & communi ieiunio
Alcuinus. ac prece præmissis, effecit, dicitque Alcuinus, quòd à tempore ascensionis Christi, per annos sexagin-
taquinque absque adminiculo scribendi prædicauit.

¶Ad huius igitur Euangelij sacrosancti elucidationem tanto accedo humilius, & sancti spiritus illu-
strationem inuoco affectuosius, quāto sublimior est eius materia, atque decliuior ac insufficiētior pro
priæ rationis intelligentia: sed nec intendo cursorie pertransire, neque extranea introducere, sed tex-
tus declarationi ac moralitati viribus totis insistere.

¶Expositio primi capitis, [*In principio erat verbum.*] Artic. 11.

HOc inter theologicum, philosophicúmque processum, seu inter theolo-
giam & philosophiam distat ac interest, quòd theologia seu sacra scriptura F
increatæ veritati innititur, atque per lumen gratiæ reuelatur: philosophia ve-
ro humanæ rationi, seu naturali lumini inniti censetur, atque humano, ex con-
sideratione rerum creatarum, studio inuenitur. Ex quo duæ aliæ differentię o-
riuntur. Prima, quòd theologiæ falsitas admiscri non valet, quoniam infallibi
li fundamento incumbit, & ab incommutabili veritate infunditur ac docetur:
idcirco in his quæ fidei sunt, diuersa opinari, vel dubitare prorsus illicitum est.
Philosophiæ vero diuersi miscentur errores, propter humanæ rationis caliginem. Secunda, quod theo
logia exordium sumit à summo, ab ente primo, à deo altissimo: philosophia autem ab infimis inchoat,
& paulatim ad summa conscendit, quoniam naturaliter intellectiua cognitio ex sensitiua procedit, &
immaterialia atque diuina per corporalia cognoscuntur, creator quoque per creaturas, quemadmodū
Roma.1. ad Romanos fatetur Apostolus, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt cognoscuntur, sempiterna quo-
Psalm.70. que virtus eius & diuinitas.

¶Hinc ergo excellentissimus euangelista, qui non cognouit literaturam, tanquam piscator & idiota, vs
que ad annum circiter xxxi. de diuinis, non lumine naturali, nec præuia notitia sensitiua, vel ex sen-
sibilium consideratione instructus, sed radiante spiritu sancto supernaturaliter & eminentissimè do-
ctus, ab ipso vniuersorum sublimi principio deo sancto ac adorando exorsus est. [*In principio (inquiēs) G*
erat verbū.] Nempe cum eius intentio fuerit Ebionis atque Cherinti hæreticorum, dicentium Christū
esse hominem purum, hæresim reprobare, conuenienter incepit à Christi diuinitate, ostendens quod
Christus non sit pura creatura, neque in tempore factus omnino, puta secundum se totū, sed verus de⁹
& creator æternus. Itaque in principio, id est, in exordio temporis quo facta sunt omnia: iuxta illud Ec
Eccles.8. cle. Qui viuit in ęternum creauit omnia simul. de quo principio accipi potest id Geneſis, In principio
Genesis.1. creauit deus cælum & terram. Erat verbum, id est, vnigenitus filius dei, quasi dicat, Inter alios non est
creatum: sed illis per creationem incipientibus, ipsum veraciter erat, & inuariabiliter subsistebat. Sic ex
ponendo excluditur error dicentium, quod christus non fuit prior virgine matre. Hunc quoque reor
fuisse intellectum Euangelistæ, qui primo Euangelij sui verbo intendebat Cherinti & Ebionis hære-
siarcharum sui temporis errorem destruere, asserentium Christum ex Maria sumpsisse totius sui esse
initium. Vel sic, In principio, hoc est, ante omnia secula, & ante tēpora vniuersa in ipso æternitatis nūc
atque momento: de quo principio scriptum est, dicente ipso filio dei de patre æterno, Dominus pos-
Prouer.8. sedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio: erat verbum, de quo Eccle
Eccles.1. siasticus dicit, Fons sapientiæ verbum dei in excelsis. De quo ait Apostolus, Ipsum est ante omnes, &
Colos.1. omnia in ipso constant. De hoc verbo potest intelligi illud Esaiæ, Egredietur de ore meo iustitiæ ver
Esaię.45. bum, de quo per Psalmistam loquitur deus, Eructauit cor meum verbū bonum. Itémque, Verbo do H
Psalm.44. mini cæli firmati sunt. Sic exponendo confunditur error filiorum perditionis elatissimi Arrij atque
Psalm.32. Eunomij, affirmantium, quòd licet filius dei sit pura creatura, nihilominus ante mundi creationem
est genitus, & licet patri non fuerit coæternus, tamen natura, dignitate & tēpore prior est omnibus cę-
teris creaturis. Horum igitur hæreticorum perfidiam sciens Ioannes futuram, sic exorsus est, In princi
pio erat verbum. Tertiò, In principio, id est, in deo patre, cui ratio principij appropriatur sicut ęterni-
Hilarius. tas, iuxta illud Hilarij, Aeternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. Pater quippe est prin
Apoca.22. cipium sine principio: filius vero & spiritus sanctus sunt principium, sed de principio. Ait enim fi-
Apocal.1. lius, Ego sum a & o, principium & finis. Scisitantibus quoque Iudęis, Tu quis es? respondit, Prin-
Ioan.11. cipium, qui & loquor vobis. Denique, pater, filius, & spiritus sanctus propter identitatem essentię
sunt vnum principium, vna causa, vnus creator, vna omnium beatitudo ac finis: quę enim absolu-
te dicuntur de deo, tribus personis communia sunt, nec multiplicantur in eis: vnde trium perso-
narum est vnus numero intellectus, vna voluntas, vna potentia, iustitia, misericordia atque perfe-
ctio. Itaque, In principio, deo patre erat verbum, quoniam sic procedit à patre per generationem
& personalem distinctionem, vt tamen in ipso ęternaliter perseueret per substantialem identita-
Damasc. tem. Et vt Damascenus testatur, quęlibet diuinarum personarum est in alia per circuminsessio-
nem, eo quòd vnaquęque earum sit infinita. Rursus, emanatio in diuinis, qua vna persona proce-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dit ab alia, est emanatio ad intra, quæ non terminatur in aliud ad extra, vel substantialiter distinctum à
suo fonte: ideo filius dei inuariabiliter manet in patre, præsertim cum sit verbum mentale, intellectua
liter profluens à corde paterno, quemadmodum scriptum est, Eructauit cor meum verbum bonum. Psalm. 44.
¶Sed nunc de ipso verbo dei & æterna generatione eius, aliquid est loquendum, & primo inquiritur,
cur Euangelista volens Christi diuinitatē ostendere, potius vtitur nomine verbi quàm filij? Huius du
plex est ratio. Prima, vt insinuet generationem in diuinis non esse materialem, carnalem seu mutationi
admixtam, sed intellectualem, inuariabilem, immanentem ac simplicem: quoniam verbū proprie sum
ptum est interior mentis conceptus, intelligibilis dictio, atque prolata intus nōtitia. Alia ratio est, quo
niam nomen verbi magis pertinet ad propositum quàm nomen filij: filius nanque dicit comparatio
nem duntaxat ad patrem: verbum autem importat respectum, non tantum ad proferentem, sed etiam
ad id quod per verbum exprimitur, ad vocem quoque quam induit, & ad instructionem quæ per ip
sum in alio fit. Cum igitur Euangelista nunc tractet de filio, non duntaxat in ordine ad patrem, sed Genesis. 1.
insuper per comparationem ad creata, quæ fecit & regit, præsertímque ad homines quos redemit, ad
carnem quoque quam assumpsit, & ad documenta quæ dedit, constat quòd conuenientissimè nomi
ne verbi omnia hæc respicientis describitur, nec aptius neque subtilius nomen ad vniuersa hæc insi
nuanda inuenitur. ¶ Oportet autem aduertere, quod verbum (secundum Damascenum) tribus mo Damasc.
B dis accipitur. Primò, pro verbo vocali: sicque dicit Gregorius, quòd nihil est instabilius verbo: est Grego.
enim de genere successiuorum, quibus idem est esse & fieri, quemadmodum motus & tempus: sic quo Basilius.
que ait Basilius, Habet autem & verbum nostrum & externam diuini verbi similitudinem quandam.
Nam verbum nostrum, totam declarat mentis conceptionem. Quæ nanque mente concipimus, ea o
re proferimus, & mens nostra quasi fons quidam est, verbum vero prolatum quasi riuulus manans ex
ipso. Secundo, pro verbo mentali, quod verbo vocali exprimitur & significatur, secundum quod ait
Philosophus, Sunt ergo ea quæ sunt in voce earum quæ sunt in anima passionum notæ. Vnde & Pla
to asserit in Timæo, Ad hoc datus est nobis sermo, vt mutui atque interioris conceptus fiant indicia.
Tertiò, pro imaginatione vocis. Antequam enim mentale verbum verbo vocali exprimitur, formatur Aristo.
in sensu interiori seu virtute imaginatiua imaginatio quędam verbi vocalis, ex qua illud procedit, imò Plato.
& antequam ex auditu verbi vocalis eius qui loquitur, verbum mentale in intellectu audientis conci
pitur, generatur in potentia imaginatiua illius imaginatio verbi vocalis, ex qua verbum mentale pro
cedit: quia secundum Boetium, sicut imaginata procedūt ex sensatis, sic intellecta ex imaginatis. Quar Boetius.
tum modum accipiendi verbum addit Thomas, videlicet vt verbum sumatur pro re significata, vel fa
cta per verbum, quemadmodum Dauid dixit ad puerum Amalechitam, quod est verbum quod factū
est? Sic quoque Ezechias dixit ad Esaiam, Non fuit verbum in domo mea, quod non ostenderim eis.
C Hoc modo cuncta creata dicuntur verba dei, qui interiori increato ac genito verbo, omnia intelligen- 2. Reg. 1.
do & quasi loquendo constituit, iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt. ¶Porrò æterna generatio verbi ac Esaiæ. 39.
cipienda est ita, cum deus sit ens simplicissimum, nobilissimum, simplicitérque perfectum, oportet q 4. Reg. 20.
sit intellectualis naturę, imò intellectus purus semper in actu cōsistens. Deus ergo cognoscit seipsum Psalm. 32.
& cætera omnia, est ergo in seipso, sicut intellectum seu cognitum in intelligente. Intellectū véro, seu
res intellecta, secundum esse quod habet in intelligente, est ratio atque intentio intelligentis, & imago Psal. 148.
vel similitudo intellecti. Ratio autem & intentio seu diffinitio, quam intelligens habet & cōcipit de re
intellecta, vocatur verbum intelligentis, quoniam est quidam cōceptus formatus atque expressio, qua
intra se dicit quod de re intellecta apprehēdit, & hic conceptus est imago intellecti, quoniam actio in
tellectus perficitur in assimilatione intelligentis ad intelligibile.
¶Hoc ergo quod deus pater de seipso concipit, & intra se profert seu loquitur, appellatur verbum mē
tis paternę & filius dei patris. Emanatio itaque verbi istius, generatio nuncupatur, & verbum emanans
vocatur filius intelligentis intellectualitérque dicentis: quoniam generatio proprie sumpta, est produ
ctio rei viuentis à viuo, quæ terminatur ad esse eiusdem naturæ, secundum rationem similitudinis ad
æquatæ. Similiter ad rationem filij pertinet quòd procedat ex generante vitali secundum similitudi
nem in identitate naturæ saltem specifica: verbum autem mentis diuinæ hoc modo producitur, & cū
generante conuenit non solum in specifica, sed & in numerali seu indiuidua identitate naturę: propter
D quod generatio & filiatio propriissimè atque verissimè habent locum in deo, ita quòd ratio patris &
filij prius ac perfectius competunt deo quàm creaturis, imò à deo deriuantur secūdum quandam imi
tationem ad creaturas: prout Apostolus dicit, Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, Ephe. 3.
ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur.
¶Præterea actiua generatio verbi, est ipsa intellectio patris notionaliter sumpta, quę terminatur ad ver
bi productionem, seu ad ipsum verbum intus prolatum: & quoniam pater vno simplicissimo actu se
ipsum & cuncta intelligit, ideo vnico actu intellectiuo seu vna loquutione gignit ac profert perfectis
simum verbum, in quo vniuersa resplendent, repræsentātur & continentur, quæ à patre noscuntur, &
in eius sapientia elucescunt, fulgent ac conspiciuntur. Illud ergo vnicum & simplicissimum verbum,
est perfecta, itémque naturalis imago patris, & character substantiæ eius, tanquam ad similitudinem
eius productum, cúmque plenissimè repræsentans. Est quoque exemplar, species ac ratio omnium
creaturarum, quoniam omnes relucent in verbo, atque ad eius imitationem productæ sunt. ¶Quoniā
ergo tota perfectio & natura patris perfectè relucet in filio, quod esse non posset, nisi filius esset ve
re immensus, ęqualisque patri, & per consequens verus deus, eandem cum cum patre habens essentiā:
finitum nanque à perfecta repræsentatione infiniti, distat ad infinitum: propterea filius appella
tur emanatio claritatis omnipotentis dei, candor lucis æternę, & speculum sine macula, maiesta- Sapien. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis paternæ,atque imago bonitatis illius, quemadmodum de filio dei ſub nomine ſapientiæ ſcriptum E
Hebræ.1. eſt. Vnde ad Hebræos ait Apoſtolus, Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Alibi
Coloſſ.1. quoque, Qui eſt imago dei inuiſibilis. Inſuper cum filius procedat ab intellectu patris, idcirco pertinẽ
tia ad intellectum potiſsimè competunt filio, quorum aliqua ſunt ei propria, & aliqua appropriata: p
pria enim filio ſunt, ſapientia generata, ars genita, verbum, imago: quæ omnia accipiuntur in deo perſo
naliter. Dum autem dicitur verbum ſeu filius dei eſſe ſapientia patris, & exemplar creaturarum, nõ eſt
ſic intelligendum quaſi pater non ſit in ſe & per ſe ſapiens, ſapientia ingenita, quæ eſt ipſemet pater at
que exemplar, ſpecies ac ratio vniuerſorum, alioquin quomodo ſapientem filium generaſſet? Nullus
enim alteri confert quod ipſe non habet. De hac æterna, diuina & inenarrabili verbi generatione habe
Pſalm.2. tur in Pſalmo, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et denuo, Ex vtero ante luci
Pſal.109. ferum genui te. In Prouerb. quoque, Ab ęterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nõ
Prouer.8. dum erant abyſsi, & ego iam concepta eram: ante colles ego parturiebar, quando præparabat cęlos ad-
Eccle.24. eram. Itémque Eccleſiaſticus, Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Hinc
Michæ.5. etiam ſcriptum eſt, Egreſſus eius à principio, à diebus æternitatis. Enimuero quòd deus ineffabilis ha-
beat filium ineffabilem, & per cõſequens ſibi æqualem, clariſsimè innoteſcit ex hoc, quod in lib. Pro
Prou.30. uerbiorum legitur, Quis ſuſcitauit omnes terminos terrę, quod nomen eius, & quod nomen filij eius,
ſi noſti? Oſtenſo quando erat verbum, oſtendit Euangeliſta vbi erat, [*Et verbum erat apud deum,*] id eſt F
iuxta & intra patrem, tanquam indiuiduum, inſeparabiléque ab eo: non enim diſtant loco, duratione,
natura vel dignitate, ſed vbi & quando pater, ibi & tũc filius eius. Cum autem dicitur, Verbum erat a-
pud deum, deus, accipitur relatiue & perſonaliter, non abſolute & eſſentialiter. Quemadmodum au-
tem pater cum ſit immenſus, eſt illocalis & incircunſcriptibilis, vniuerſa tranſcendens, implens, con-
ſeruans ac ambiens, ita & verbum eius. Vnde cum verbum dicitur eſſe apud patrem, non eſt ruditer ac
cipiendum, quaſi vnus ſit extra & prope alium, imò totus pater in filio, & econtrario vere, circum in-
ſeſsibilitérque conſiſtit: ſed ad deſignandum perſonalem diſtinctionem inter patrem & verbum, ait
Euangeliſta, Verbum erat apud deum, quaſi perſonaliter diſtinctum à patre. Nouerat quippe Ioan-
nes, cui totus proceſſus ac ſtatus militantis eccleſiæ fuerat in Apoca. deſcriptione reuelatus, futuros hę
reticos, qui dicerent patris & filij eandem eſſe perſonam, cuius perfidiæ princeps fuit Sabellius, aſſerẽs
patrem, filium ac ſpiritum ſanctum vnam eſſe hypoſtaſim, tribus nominibus deſignatã, propter diuer-
ſas operationes, ita quòd deus eſſet pater ratione creationis, idémque filius ratione incarnationis, & ſpi
ritus ſanctus ratione ſanctificationis, qua rationalem creaturam ſanctificat. Vnde Sabelliani dixerũt pa
trem incarnatum ac paſſum, propterea dicti ſunt Patriſpaſsiani. Non enim admiſerunt veram in deo eſ
ſe trinitatem, vel proceſsionem perſonæ à perſona, vel deum dici patrem propter relationẽ realem: ſed
eo modo quo nos aſſerimus ſuperbenedictam trinitatem eſſe patrem, cui inceſſabiliter dicimus, Pater
Matth.6. noſter qui es in cælis. Horum errorem deſtruit Euangeliſta, dicendo, Verbum erat apud deum: qđ ve G
rum non eſſet, ſi pater & verbum eſſent vna perſona, cũ nihil ſit proprie apud ſeipſum. ¶Oſtenſo quã
do & vbi erat verbum, declaratur quid erat, [*Et deus erat verbum.*] Hic ſumitur deus ſubſtantialiter &
abſolute, vt ſit ſenſus, Verbum erat deꝰ, id eſt, veram habens deitatem, atque eiuſdem cum ſuo genito-
re eſſentiæ. Vnde de filio dicit Apoſt. ad Rom. Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Et in 1.
Rom.9. Ioan. canonica legitur, Simus in vero filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt verus deus & vita æterna. Sicut au
1.Ioan.5. tem in præcedenti clauſula deſignata eſt inter patrem & verbum perſonalis diſtinctio: ſic verbo præ-
ſenti inſinuatur eſſe inter eos ſubſtantialis identitas, ſiue eſſentiæ vnitas, cum nullum creatum ſit deus,
Pſalm.44. ſed à diuinæ naturæ perfectione in infinitum deficiat. Per hoc itaque reprobatur error Fotini, Arrij,
Ibidem. & omnium aſſerentium filium dei eſſe puram creaturam. Quod autem filius dei ſit verus deus, apertiſ
ſime pandit Pſal. dum ait, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Quod autẽ id dicatur de filio, patet ex ver-
Hiere.23. bis ſequentibus, Virga directionis virga regni tui, &c. Vnde & Hieremias de Chriſto inducit, Suſcita-
bo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus no-
ſter. Pro quo Hebraica veritas continet, nomen domini tetragrammatõ, quod (teſte Rabbi Moyſe) ab
ſolutiſsimum eſt, ſoli vero deo conueniens. De hoc rege fatetur Pſalmiſta, Audi filia, & concupiſcet
Pſalm.44. rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum. Eſaias quoque de chri H
Eſaiæ.9. ſto filio dei, Paruulus (ait) natus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, deus, for-
tis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. [*Hoc*] verbum [*Erat in principio,*] id eſt, ab ęterno, in ipſo æternita-
tis momento, vel in mundi exordio, [*Apud deum*] patrem, tanquam coęternum eidem, ſicut ſi ſol ab æ-
terno fuiſſet, vel pes in puluere ab æterno ſtetiſſet, ſplendor atque veſtigium æternaliter extitiſſent. In
his quippe quæ naturaliter proſluunt, procedens ſeu cauſatum coæuum eſt ſuo principio. Filius verò
procedit à patre naturali emanatione, imò à ſubſtantia patris immediatè, ſine actione intermedia, quæ
ſit realiter ab eſſentia patris diſtincta. His itaq; verbis innuitur coæternitas patris ac verbi, quam Pſal-
Pſalm.71. miſta quoq; euidenter oſtendit dicendo, Et permanebit cum ſole & ante lunam, in generationem &
Ibidem. generationem. Itémque, Sit nomen eius benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius. Hæc
enim de nullo accipi poſſunt niſi de Chriſto filio regis æterni, de quo in exordio Pſalmi illius cãtatur,
Eſaiæ.48. Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Denique idem patenter oſtẽditur per id qđ
Heſt.13. ſcriptum eſt, Ego primus & ego nouiſsimus. Manus quoque mea fundauit terram. Non à principio in
abſcondito loquutus ſum. Porrò ꝙ iſta dicantur de filio, patet ex eo quod ſubditur, Et nunc dominus
miſit me & ſpũs eius. ¶Declarato quãdo, vbi, quid, & quomodo erat verbũ, nũc manifeſtatur qđ opa-
batur, [*Omnia per ipſum facta ſunt*] .i. vniuerſę creaturę corporales & ſpirituales, cęlum, terra, mare, &
quicquid cæli ambitu cõtinetur creata ſunt immediate vel mediate ab vnigenito filio dei, ſicut à cauſa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A prima,principali & efficiẽti.Sciẽdũ vero ꝙ quãdocũque dicitur aliquid fieri per aliud, præpoſitio, p, deſignat aliquod genus cauſæ in cauſali.Dicitur autem aliquid fieri per aliud pluribus modis.Primò, ſicut per cauſam inſtrumentalem,quemadmodũ domus fit per ſecurim & terebellum.Secundo,ſicut per cauſam principalem,vt regnum gubernatur per eũ quem rex fecit ſibi conſortem & comparem. Tertiò,ſicut per cauſam extrinſecã,vt homo percutit per baculũ.Quartò,ſicut per cauſam intrinſecã, vel coniunctã,quemadmodũ Petrus viuit per animã ſuam,& ſcribit per manũ. Rurſus cũ aliquid dicitur fieri per aliud,intelligi poteſt dupliciter.Primò,vt inſinuetur mediatio quædã ſeu medium cauſans inter primũ agens & effectũ.Secundò,vt ſolũ importetur proceſsio vnius ab alio,ſicque fieri per aliquid,eſt fieri ſeu produci ab illo,iuxta quẽ modum dicit Apoſt.Paulus,Apoſtolus Ieſu chriſti per Coloſſ.1. volũtatẽ dei.i.à diuina volũtate cõſtitutus Apoſtolus.Dũ ergo dicũtur omnia facta per verbũ, vtroq; horũ modorũ intelligi licet,videlicet per verbũ.i.à verbo,tãq; ab omnipotẽte creatore, & primo vniuerſorũ fontali,atq; cauſali principio:ſic nãq; omnia facta ſunt à ſuperglorioſiſsima trinitate, & à qua libet diuina perſona.Itẽ omnia facta ſunt per verbũ tanquã per id quod inter patrem & creaturas eſt mediũ,non tamen quaſi per cauſam inſtrumentalem miniſtratoriam,à patre ſeparatam, ſiue extrinſecam ei,ſed ſicut per cauſam coniunctam,parem ac principalẽ & effectiuam. Quod rurſus intelligendum non eſt,quaſi creaturæ non ſint immediate factæ à patre, præſertim cum pater & filius ſint vna
B cauſa,vnus creator,vnúmque principium:ſed quia filius procedit à patre, habens virtutem creatiuam ab ipſo,& ſecundum ordinem originis mediati inter patrem & creaturas,& quoniam pater nil operatur ad extra ſine filio.Cum enim natura ſit operationis principium,ſicut trium perſonarum eſt vna natura,ita & vna indiuiſãque actio ad extra.Sed cum pater & filius ſint vnus creator & vnum principiũ, quomodo pater dicitur aliquid facere ſeu creare per verbum vel filium? Et reſpondendum,quod pater operatur per verbum,ſicut per cauſam exemplarem,non quod pater nõ ſit cauſa exemplaris, imò quælibet perſona diuina eſt omnium rerum cauſa efficiens,exemplaris atque finalis,ſed quòd filio appropriatur ratio,cauſa exẽplaris,eo quòd ſibi conueniant vi ſuę emanationis,ars,ſapiẽtia,& cætera quibus conuenit exemplariter agere. Quoniam ergo pater omnia efficit per intellectum atque intelligibilem dictionem,iuxta illud,Ipſe dixit & facta ſunt:dictio autem intus prolata eſt verbum, idcirco aſſeritur omnia feciſſe per verbum,quamuis & per ſuiipſius propriam atque ingenitam ſapientiam cuncta creauerit. Itaque omnia per verbum,non quod pater & verbum ſint duæ cauſę diſtinctæ,ſed ſecũdum ſenſum & modum prætactos, & etiam quoniam in diuinis emanatio ad intra eſt cauſa emanationis ad extra.Cum vero dicimus deum omnia feciſſe in ſapientia,vel per ſapientiam, intelligi poteſt tam de ſapiẽtia patris ingenita,quomodo dicitur operari per ideam ſeu formam archetypam,quàm de ſapientia genita,quæ eſt vnicus filius eius.¶Poſtremò,opinor quod idcirco potiſsimum ſcriptura di-
C cit deum operari per verbum & ſpiritum ſanctum,vt ſciamus ſanctæ trinitatis eſſe indiuiduam actionem ad extra,& per conſequens eandem eſſentiam,ſicque certiſsimè credatur eſſe vnus verus ſimpliciſsimus deus.[*Et ſine ipſo factum eſt nihil,*]hoc eſt,nulla penitus res eſt citra deum,quæ non ſit producta à verbo.Itaque per,nihil,non debet intelligi creatura corporalis vel dæmõ:quoniam quicquid entitatis & bonitatis habent,à verbo ſortita ſunt.Manichæus vero per nihil intellexit corporalia, quæ dixit comparatione ſpiritualium nihil eſſe,& à principe tenebrarum producta. cuius hæretica prauitas, nec theologorum ſanctorum,neque ſummorum philoſophorum conſonat dictis.Poteſt autẽ per nihil peccatũ intelligi:quia peccatum,quo ad ſuum formale,nihil eſt,ſed defectus ab ente & ordine,ſecundum Diony.ideo non eſt factum per verbũ,ſed à voluntate creata,& defectiua.Hinc ergo de chriſto loquens,dicit Apoſt. In ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis & in terra,viſibilia & inuiſibilia,ſiue Diony. throni,ſiue dominationes,ſiue principatus,ſiue poteſtates.Omnia per ipſum,& in ipſo ſunt creata,& Coloſſ.2. ipſe eſt ante omnes,& omnia in ipſo conſtant.

¶Proſecutio præſentis cap.ab eo loco [*Quod factum eſt in ipſo vita erat*]
in quo agitur de Ideis. Artic. III.

D Q Vamuis verbum patris,per quod facta ſunt omnia,ſit æternum, & creaturæ ex tempore vel ſimul cum tempore inceperint,ita quod ab agente inuariabili & æterno proceſsit recens,temporaliſque actio,non tamen verbum dei aliquo modo mutatum eſt: quoniam quicquid de nouo produxit,per rationem æternã ſeu idealem prẽconceptionem ẽternaliter præordinauit,quando & quomodo ipſum produceret,atque in illo inſtanti mundum creauit,in quo ſe hoc facturum ab æterno incommutabiliter prænouit. Ex quo conſtat,quòd vanæ ac friuolæ ſunt rationes Auerrois, aliorúmque philoſophorum, æternitatem mundi probare conantium, ex inuariabilitate primi agentis ſeu creatoris. Produxit autem deus mundum ex tempore, Primò ſecundum Thomam in Summa contra Gentiles, ad declarandum quàm libere eſſet rerum cauſa,ita quòd omnia operatur liberrimè ſecundum propoſitum voluntatis ſuę, prout fatetur Apoſt.ad Epheſ.Secundò,vt ex creatione rerum daretur facilis via cognoſcendi ẽternitatem creatoris. Quemad Epheſ.1. modum enim Rabbi Moyſes aſſerit,Facillima atque clariſsima via probandi deum eſſe,& item quòd ſit ẽternus,patet per hoc quod omnia citra ipſum de nouo producta ſunt. Idcirco in commemorationem beneficij creationis & ẽternitatis creatoris, iuſſum fuit in lege celebrari ſabbatum, in quo deus ab operibus requieuit. Itaque ad hęc inſinuanda ait nunc glorioſiſsimus Euangeliſta, [*Quod factum eſt,*] id eſt,omne creatum[*In ipſo*]verbo[*Vita erat,*]id eſt,in verbo vitaliter atque intellectualiter ab ẽterno fuit,ac ſplenduit per rationem exemplarem ſiue ideam,quam habet in verbo omnia cogno Leui.23. ſcente,intellectualiterque producente:quemadmodum artifex facit domum,& medicus ſanitatẽ per Geneſi.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpeciem ſeu exemplar domus ac ſanitatis,quod habet in mente. Vnde ſecundum Ariſtotelem ſeptimo primæ philoſophiæ, Et domus & ſanitas quæ ſunt in materia,ſunt à domo & ſanitate quæ præexiſtũt in intellectu. Ex his patet error Procli Platonici, Auicennę quoque Peripatetici, & ſequentium eos,affirmantium quòd creata procedunt à primo principio per modum naturalis emanationis, vel eſſentialis emicationis,vt ſplendor à luce,calor ab igne,lux à ſole,& riuus à fonte. Eſſe igitur creaturarum,qđ habent in verbo,imo in patre & ſpiritu ſancto,totáque ſuperbeatiſsima trinitate,ſeu in diuina eſſentia, eſt eſſe increatum,exemplare,cauſale,ideale,atque vitale,vel(vt planius loquar)idea,vita & lux. Propter quod(ſecundũ Dionyſium)omnia ſunt in deo per cauſam & exemplar. Nempe(vt ſcriptum eſt) in elementatione theologica Procli Platonici,& in libro de cauſis, Quod eſt in alio,eſt in eo ſecundũ naturam & modum eius in quo eſt,& non ſecundum proprium eſſe ac modum. Cum ergo deus ſanctus & glorioſus ſit mens æterna & ſimpliciſsima,certum eſt,quòd omnia ſunt in eo per rationem ęternam ac ſimplicem,quæ appellatur idea & exemplar,quia per illam deus cognoſcit & operatur creata:palam eſt enim,quòd deus cuncta & ſingula propriis rationibus & ſpecieb⁹ intelligat ac producat. Sed cum deus ſit ſimpliciſsima vnitas, quomodo poteſt in eo eſſe exemplarium rationum multitudo, & idearum pluralitas atque diſtinctio? Et reſpondendum,quòd idea eſt diuina eſſentia, à diuino intellectu per modum imitabilis ac repræſentatiui intellecta. Diuina quippe eſſentia cum ſit perfectionis immenſæ,omnium rerum perfectionem cauſaliter continens,& ſupereminenter complectens, ab omnibus creaturis,ſecundum aliquem gradum perfectionis,participatur & imitatur. Omnia quoque intellectualiter repræſentat. Inquantum ergo intellectus diuinus cognoſcit diuinam eſſentiam,vel de⁹ ſeipſum,vel participabilem à tali ente creato, ſiue creabili vel creando, ſecundum hoc diuina eſſentia habet rationem ideæ,& nuncupatur idea rei creatæ,quæ per eam cognoſcitur & cauſatur. Suntque in deo multæ atque diſtinctæ ideæ,non quod in deo ſit diuerſitas aliqua vel diſtinctio idearum ex parte dei,ſed diſtinctio iſta eſt ex parte rerũ ideatarũ,ad quas refertur idea:quę tamẽ relatio realis nõ eſt,ſed rationis ex parte ideæ,quamuis ex parte ideatorum conſiſtat realis. De his exemplaribus rationibus ac idealibus formis profeſſus eſt Plato in principio Timęi,dicendo, Certe dubium non eſt ad cuiuſmodi exemplum animaduerterit mundani operis fundamenta conſtituens. Nã ſi(vt vtique eſt)pulchritudine incomparabili mundus eſt,opiféxque & fabricator eius optimus:perſpicuum eſt,quod iuxta ſyncerę & incommutabilis proprietatis exemplum mundi ſit inſtituta molitio. Hinc denique Aug. in lib. 83. quæſtio. Ideas(inquit) Plato primus appellaſſe perhibetur,nõ tamen rem ipſam ipſe primus cognouit,quoniam tanta vis conſtituitur in ideis, vt niſi his intellectis,ſapiens eſſe nemo poſsit. Sunt nanq; ideæ principales formæ vel rationes rerum ſtabiles atque incommutabiles,quæ ipſæ formatę nõ ſunt, ac per hoc æternæ ſunt,ſemper eodem modo ſeſe habentes,quæ diuina intelligentia continentur. Et cum ipſæ neque oriantur, neque intereant,ſecundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire poteſt. Has autem rationes vbi eſſe arbitrandũ eſt,niſi in mente creatoris? Non enim extra ſe aliquid intuebatur,vt ſecundum illud conſtitueret quod conſtituebat. Ex quibus conſtat,quod quidam dicentes ideam eſſe rem creatam,& cognitam obiectaliter contemplatam, non rationem in luce diuinæ mentis exiſtentem,contradicunt Augu. ¶Inſuper ait Orige. hic,quòd poteſt & ſic diſtingui, Quod factum eſt in ipſo:& poſtea dicatur,vita erat:vt ſit ſenſus,Omnia p ipſum & in ipſo facta ſunt, & in ipſo vnita ſunt,& vnum ſunt. In ipſo enim erant, quia in ipſo ſubſiſtunt cauſaliter priuſquam ſint in ſemetipſis effectiue. ¶Sed ſi quæſieris,quomodo & qua ratione omnia quæ per verbum facta ſunt,in ipſo vitaliter & vniformiter atque cauſaliter ſubſiſtunt,accipe exemplum ex creaturarum natura. Conſpice quomodo omnium rerum,quas mundi huius ſenſibilis globoſitas comprehendit,cauſæ ſimul & vniformiter in ſole,qui eſt maximum mundi luminare,ſubſiſtunt,quomodo numeroſitas herbarum & fructuum in ſingulis ſeminibus ſimul continetur,quomodo multiplices regulæ in arte artificis vnum ſunt,quomodo infinitus linearum numerus in vno puncto vnum ſubſiſtit. Ex his naturalibus exemplis,velut philoſophicæ theoriæ pennis,poteris arcana verbi acie mentis inſpicere, & quantum datur humanis rationibus videre,quomodo omnia quę per verbum ſunt facta,in ipſo viuũt & facta ſunt. ¶Poſtremò ſciendum,quod in tribus perſonis & vnaquaque earum ſit eadem ratio exẽplaris,atq; indiſtincta idea. Itaque omne quod factum eſt,fit vel fiet,eſt vita in verbo.i. ſecundum vitalem ideam præexiſtit in ipſo,& hęc vita eſt diuina eſſentia,quæ eſt vita & lux. [*Et vita erat lux hominũ.*] Hic ſumitur vita perſonaliter pro hypoſtaſi verbi ſeu ipſo verbo ſubſiſtẽte vita, hoc eſt, verbũ dei viuens,& vitæ principium,de quo legitur, Quoniam apud te eſt fons vitæ. Erat lux hominum,hoc eſt, dator luminis naturalis ingenij,atque infuſor luminis gratiæ. Quicquid enim intellectualis claritatis, decoris,& perfectionis in hominibus reperitur,à verbo ſeu filio dei profluxit & datur,à quo dona naturæ & gratiæ deriuantur. Dicitur ergo verbum lux noſtra,quaſi cauſa noſtræ illuſtrationis,illuminãs nos ad diuinorum cognitionem,atque perducẽs ad beatitudinem ſupernaturalem,per ſupernaturalia dona ſpiritus ſancti:ſicut ait Apoſt. Gratia dei vita æterna. Hinc dicit Pſalmiſta, Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. ¶Sed quoniam iuxta diuinum Diony. nulla creatura ſit expers participationis lucis diuinæ,cur verbum ſeu vita hæc appellatur ſpecialiter lux hominum? Et reſpondendum dupliciter. Primò, quia in hoc libro tractatur de verbo, prout Saluator eſt generis humani,eripiens nos à tenebris ignorantiæ & peccati,tranſferénſque ad lumen gratiæ in præſenti,atque ad lumen gloriæ in futuro. Secundò,quoniam inter omnes creaturas corporales & inferiores ſolus homo ad deum conuertitur,& pertingit per intellectum & voluntatem,idcirco ſpecialiter illuſtratur à verbo,tãquam ad dei imaginem factus. [*Et lux*]iſta, videlicet verbum, de quo cantamus in Pſalmo, In lumine tuo videbimus lumen, [*In tenebris lucet,*] hoc eſt,inter peruerſos Iudæos,conuerſatione,prædicatione,& ſignis re

Diony.

Auguſti.

Orige.

Geneſis.1. Pſal.134.

Pſalm.35.

Roma.6. Pſalm.4. Diony.

Geneſis.1. Pſalm.35.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſplenduit. Vel, in tenebris lucet, hoc eſt, in cordibus impiorum gratiæ ſuæ lucem diffundit, & per prædicatores fideles hominibus excęcatis ac reprobis lumen Chriſtianæ doctrinæ proponit. Poteſt quoque per tenebras omnis creatura intellectualis intelligi, quæ comparatione lucis diuinæ, potius reputatur caligo quam lux. Propter quod ait Pſalmiſta, Deus meus illumina tenebras meas. [*Et tenebræ eam non comprehenderunt.*] ¶ Infra ait S. Ioannes, quòd cohors, & tribunus, & miniſtri comprehenderunt Ieſum. Et in Actis princeps Apoſt. ait de Iuda, Qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum. Nónne & iſti tenebræ extiterunt, quibus dixit Saluator, Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum? Quomodo ergo tenebrę non comprehenderunt hanc lucem? Sed hoc facillime ſoluitur, quoniam illa de corporali cõprehenſione Chriſti intelliguntur, nunc autem de ſpirituali cõprehenſione fit ſermo. Verum tunc rurſus quæſtio oritur, quomodo tenebræ non cõprehenderunt hanc lucem, Multi enim ad Chriſtum conuerſi ſunt, eúmque per fidem, ſpem & charitatem comprehenderunt, quibus dicit Apoſt. Fuiſtis aliquandò tenebræ, nunc autem lux in domino. Sed rurſus apparet oppoſitum, vt enim mox ſubiungetur, Deum nemo vidit vnquam: ergo multo amplius deum nemo comprehendit vnquam, cum ſpiritualis comprehenſio ſit perfectiſsima, interna, ac intima viſio. Et reſpondendum quòd euangeliſta ad literam loqui videtur de obtenebratis Iudæis & comprehenſione Chriſti, per fidem & charitatem. Sic enim excæcati & indurati Iudæi Chriſtum non comprehenderunt, vnde Pſalm. 17. Ioan. 18. Actu. 1. Lucæ. 22. Epheſ. 5. Infra. 1. 1. Ioan. 4. 1. Timo. 6. Exod. 3. Ioann. 8. Ibidem.

B Saluator ad eos, Sermo (inquit) meus non capit in vobis. Et iterum, Neque me ſcitis, neq; patrem meũ. Præterea multiplex eſt comprehenſio. Prima eſt comprehenſio terminatiua, qua res ſecundũ ſe totam capitur, videtur, ſiue cognoſcitur tam perfecte, ſicut cognoſcibilis eſt, ſicque infinitum à finito comprehendi non valet. Vnde hoc modo deus eſt tam incomprehenſibilis omni creaturæ, etiam ſanctis in patria, quàm immenſus: ideo hoc modo ipſe ſolus comprehendit ſeipſum. Secunda eſt comprehenſio claræ viſionis, qua eſſentia rei veræ conſpicitur, & ita beati comprehendunt deum, quem facie ad faciem contuentur, propter quod comprehenſores dicuntur. Tertia eſt comprehenſio certę adhærentię per fidem, atque ſyncerę adhæſionis per charitatem, & ſic viatores comprehendunt deũ, quod magis proprie dicitur apprehendere quàm comprehendere. Tenebræ ergo, id eſt peccatores, quia in ſuis malitiis permanſerunt, nullo horum modorum comprehenderunt Ieſum: qui autem conuerſi ſunt, comprehenderunt eum tertio modo. ¶ Denique iuxta doctrinam magni Dionyſij, deus cõparatur ſoli materiali: vnde & deus ſol intelligentiæ atque iuſtitiæ appellatur: quoniam ſicut ſol iſte viſibilis vniuerſa ſuæ lucis ſuſceptiua irradiat, atque ingenita propriæ lucis plenitudine, naturalíque ꝓprietate ſine prę- 2. Cor. 13. Sapi. 5.

C ratiocinatione ac præuia deliberatione cuncta diſpoſita ſua claritate perfundit, ornat, implétque, & ſi quid eſt quod non illuſtratur hoc lumine, hoc non eſt ex ſolis defectu, ſed ex propria in diſpoſitione: ſic deus ſublimis & benedictus ex propria bonitatis infinita plenitudine, naturali inclinatione, & ſuperliberaliſsima atque piiſsima communicabilitate, omnem intellectualem creaturam illuminat, implet, ac perficit, ſi fuerit capax atque diſpoſita. Quòd ſi aliqua non illuſtratur, hoc eſt non ex parte dei, ſed ob propriam indignitatem ac auerſionem. Quamuis etiam ſit deus vbique omnibus veriſsime præſens ac intimus, nihilominus paſsiones noſtrę & vitia ſeparant nos ab eo: vt per Eſaiam inducitur, Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter deum veſtrum & vos. quæ vtique impediunt nos à receptione gratiæ, & illuſtrationis diuinæ: ſecundum quod Hier. teſtatur, peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. Remoueamus ergo obſtacula iſta, faciendo quod in nobis eſt, aptemúſque nos infuſioni gratiarum cœleſtium, & tunc illuminabimur atque implebimur mox à deo, iuxta illud Iob, Si direxerit homo ad deum cor ſuum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet. Et per Zachariam, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, dicit dominus. Hinc Iacobus admonet, Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Iob. 34. Zachar. 1. Iacob. 4. ¶ Quæritur circa præhabita, an naturali ratione poſsit inueniri aut demonſtrari pluralitas perſonarum in deo, & an gentiles philoſophi habuerunt cognitionẽ de patre & filio per naturalẽ rationem. Quæſtio iſta præcipue oritur, difficultatémque habet ex verbis Auguſtini, 7. Confeſsionum dicentis, ibi, vt pote in lib. Platonis, vel Platonicorum: non quidem his verbis, ſed omnino hoc idem quod his verbis ſignificatur, multis ac multiplicibus rationibus reperi comprobatum, quòd in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, &c. vſque ibi, & vita erat lux hominum. Triſmegiſtus quoque inuenitur Eſaiæ. 59. Hiere. 5.

D dixiſſe, Monas gignit monadem, & in ſe ſuum reflectit ardorẽ. Et videtur poſſe probari. Primo, ex immenſitate diuinæ bonitatis, quæ cum ſit infinitæ communicabilitatis, proceſsit in actum ſibi proportionatum, producendo germen immenſum, quod non poteſt eſſe niſi deus. Secundo, quia nullius rei poſſeſsio iucunda eſt ſine conſortio, & cum in deo ſit amor perfectus atque immenſus, habet deus aliquem quem diligit infinito amore, eo quod amor non ſit proprie ad ſeipſum. Tertio, quoniam generatio eſt perfectiſsima productio, conuenit ergo perfectiſsimo enti deo altiſsimo. Quarto, quoniam quicquid perfectionis eſt in creaturis, reperitur in deo. Cum ergo in mente creata ſit emanatio verbi ab intellectu, & amoris à voluntate, erit iam in mente diuina proceſſus verbi atque amoris ſeu prolis ſpiritus ſancti. Et reſpondendum, quòd nunquam aliquis purus philoſophus agnouit, quòd in deo eſſet ei æquale & conſubſtantiale, imò hoc reputabant omnino impoſsibile, vt patet ex elementatione Procli ſummi Platonici: ſed nec poſsibile eſt naturali ratione demonſtrare vel inuenire deum eſſe in perſonis trinum vel binum, & in eſſentia vnum, quia perfectio creatoris relucet in creaturis, eo modo quo procedunt à creatore. Cum ergo tres perſonæ ſint vna cauſa creaturarum, ita quòd creatio conuenit ei quantum ad id in quo conueniunt, ſcilicet ratione naturæ atque potentiæ, palam eſt, quòd earũ diſtinctio ex creaturis nequeat elici, demonſtrari aut inueniri. Veruntamen aduertendum, quòd profundiſsimi philoſophorum aliqua dixerunt, & in ſcriptis ſuis reliquerunt, in quibus videntur cognitionem diuinitatis patris ac filij habuiſſe, propter communionem verborum quibus vtuntur, loquẽdo

de deo & proceſsione eorũ quę producuntur ab ipſo. Plato nanq; & eius ſequaces, multi quoque Peri E
patetici differuerũt vniuerſorum proceſſum à primo principio fieri per quandam aſsimilationem, ita
quòd omnia profluxerunt à deo per rationem ſimilitudinis, hoc eſt ſecundũ ſimilitudinem quandam:
quoniam omne agens producit ſibi ſimile, & effectus vocatur participata ſimilitudo ſuæ cauſæ. Cum
ergo deus ſit lux pura, ſuperſplendidiſsima & immenſa, id quod immediate cauſatur ab eo, dixerunt eſ
ſe ei ſimillimum. Vnde vocabant primam intelligentiam ſeu primam mentem creatam, ſignaculum lu
cis diuinæ, ſplendorem claritatis æternæ, itémque quòd eſſet imago euidentiſsima ac preclariſsima ma
ieſtatis diuinæ, ſpeculúmque perfectionis increatæ. Et quoniam ratio filiationis in ſimilitudine quadã
conſiſtit, idcirco dixerunt mentem illam immediate à ſumma diuináque mente creatam, eſſe filiũ, imò
& vnigenitum & primogenitum dei. Vnde refert Macrobius ſuper ſomnium Scipionis, quòd Platoni
ci poſuerunt à ſummo deo immediate profluxiſſe ac conditam eſſe mentem quandam deo ſublimi ſi-
millimam, omnium creaturarũ ſpeciebus ac rationibus plenam, à qua dixerunt cætera omnia eſſe crea-
ta. Hinc etiam Hermes Triſmegiſtus, qui legitur fuiſſe Platonis diſcipulus: fuit autem & alius Hermes,
qui ſcribitur præceſsiſſe diluuium: ait igitur Hermes præfatus in lib. ſuo, quem intitulauit, de verbo
perfecto. Sed antequam verba Hermetis commemorem, audiamus quid in lib. contra hæreticos aſſerat
Auguſt. Hermes qui latine Mercurius, ſcripſit lib. de verbo perfecto, magnum nomen lib. quoniã ma-
gnus de quo ſcripſit. Audiamus quid dicat, Dominus omnium factor deorum ſecundum fecit domi- F
num. Quoniam ergo hunc fecit primum, & ſolum & verum, bonus ei viſus eſt, & pleniſsimꝰ omnium
bonorum, & lætatus eſt in eo, & valde dilexit eum, tanquam vnigenitum ſuum. Et poſt pauca, Hic eſt
(inquit) filius dei benedicti, cuius nomen non poteſt humano ore narrari. Ex hoc ergo quòd Hermes
vocat hunc ſecundum deum, elucefcit quòd poſuit eum ſubſtantialiter diſtinctũ à ſummo deo, & per
conſequens puram creaturam. Itaque quòd Auguſt. affirmat illum eſſe magnum. ſ. verbum dei perfe-
ctum, de quo ſcripſit Hermes hunc lib. indiget ſano intellectu, & pia interpretatione, quia ſecundum
veritatem lib. ille ſcriptus non eſt de filio dei vero, ſed æſtimato: præſertim, quoniam filius dei non eſt
factus, quomodo Hermes dicit dominum omnium deorum feciſſe ſecundum deũ. Ex hoc dicto Her
metis & Plat. orta eſt hæreſis Arrij atque Eunomij, aſſerentium filium dei eſſe puram creaturam, vt di
cit S. Thomas in Summa contra Gentiles. ¶ Denique iuxta Thomã in prima parte ſummæ, etiam Ori-
genes dictis Plat. imbutus, dixit verbum dei eſſe puram creaturam: propter quod Tho. ait Origenẽ fuiſ
ſe fontem Arrianæ perfidiæ, quia ſecundum Orig. verbum dicitur in deo non proprie ſed metaphori
ce, vtpote non filius naturalis, ſed imitatiuus. Verum qualiter intelligendum ſit dictum hoc Thomæ,
ignoro. ¶ Conſtat nempe, ꝙ Origenes in multis locis teſtetur filium dei eſſe verum æternúmque deũ,
imò in epiſtola ſua ad ſanctam Barbaram, quam inſtruxit, apertiſsime dicit, quòd patris & filij & ſpiri
tus ſancti ſit vna diuinitas, & vera æqualitas, & quòd ſunt tres perſonæ vnuſquę deus. Præterea Atha- G
naſius fidei propugnator, allegat Origenem pro confirmatione fidei trinitatis: nec dubium quin ſan-
ctiſsimus Athanaſius, qui tantæ authoritatis extitit in ſcripturis, quòd nullus vnquam ei contradicere
auſus fuit, bene agnouit ac legit verba atq; volumina Origenis, nec aliquo modo allegaſſet eum, diſpu-
tando contra Arrianos, ſi putaſſet Origenem fuiſſe fontem Arrianę impietatis. Veruntamen multa in-
ueniuntur in dictis Origenis, ex quibus videtur verum eſſe quod aſtruit Thomas, videlicet quòd filius
dei non comprehendat patrem perfecte: itémque quòd hoc eſt filius ad patrem, quod Petrus vel Pau-
Eſaię. 6. lus ad filium. ¶ Inſuper ſuper illud Eſaiæ, Seraphin ſtabant ſuper illud: per Seraphin intelligit Orige-
Hierony. nes filium ac ſpiritum ſanctum, ſicut innuit S. Hieronymus, quamuis non exprimat nomen Origenis.
¶ Ad hæc atque ſimilia diuerſi diuerſimode reſponderunt. Quidam quòd hæretici inſeruerunt talia
lib. Origenis, ſicut lib. beati Ambroſij aliqua falſa inueniuntur inſerta. Quidam quòd fuerunt duo O-
rigenes, vnus catholicus, alter hæreticus. Quidam quòd Origenes ſcripſit aliqua quæ ſibiinuicem con
trariantur, ſicut & Auguſt. propter quod tandem compulſus eſt facere lib. retractationum: ſed de hac
materia nihil definio, Origenem indiſcrete defendendo, quem certum eſt in multis erraſſe. ¶ Nunc ſol
uendæ ſunt rationes, quibus videtur oſtẽdi, quòd trinitas, vel patris ac filij deitas, poſſet naturali ratio-
ne probari. Primo itaque ad authoritatem Auguſt. dicẽdum, quòd principium euangelij S. Ioannis in-
uenitur in lib. Platonicorum, non quantum ad verum ipſius intellectum, ſed quantum ad aliquam cõ- H
munionem verborum, & quantum ad apparentiam ſuperficialem. Poſuerunt enim Platonici verbum
in deo: vnde Auicebron Platon. in lib. ſuo de fonte vitæ affirmat, quòd intellectus diuinus ac paterna-
lis omnia agit per verbum intus conceptum, ſed nomine verbi intelligunt rationem idealem ſeu mun-
dum archetypum. Quod vero Hermes ait, Monadem. i. vnitatem ſeu vnum deum genuiſſe Monadẽ.
Thomas interpretatur ſic intelligendũ, ꝙ vnus deus condidit vnum mundũ, propter ſuiipſius amorẽ:
tamen intelligendum id reor de generatione prædictæ mentis creatæ, ſecundum Platonicos: & quod
dicit Triſmegiſtus, deum in ſe ſuum reflexiſſe ardorem, intelligit non de proceſsione ſpiritꝰ ſancti, ſed
ꝙ deus diligit ſe propter ſe, & ex amore ſui ad ſeipſum conuerſi diligit alia. Ad argumentum de immẽ
ſitate diuinæ bonitatis, dicerent naturales, ꝙ quamuis ſit communicabilitatis immenſæ, non tamen ꝓ-
ducit germen ſibi æquale: non ex ſua impotentia, ſed propter incapacitatem procedentis. quod dicunt
non poſſe æquari ſuo cauſali atque fontali principio. Ad aliud diceretur, quòd nullius rei poſſeſsio iu
cunda eſt ſine conſorte, in his quorum vnum indiget altero, deus vero in ſeipſo ſumme ſimplicitérque
perfectus eſt. Ad aliud de amore diceretur, quòd licet amor non ſit proprie ad ſeipſum, nihilominus
ſecundum Philoſophum, amor ad alium oritur ex amore ad ſeipſum, & vnumquodque tantum vel
plus diligit ſe, quantum aliquem alium conditum: ideo deus vere diligit ſeipſum infinito amore atque
feruore. Ad aliud diceretur, quòd generatio conuenit deo altiori modo quàm creaturis, per hoc quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tribuit eis vim generatiuã. Ad aliud quoq; resp̃onderetur, q̃ in creatis intellectibus est emanatio verbi ac amoris, quia in eis differunt essentia & actio: nec essentia eorum in seipsa perfecta est, cum nõ sit actus purus, sed verbo atque amore perficitur: in deo autem opposito modo est, quia in eo sunt penitus idem essentia, virtus & actio, éstque deus in se absolute perfectus & purus actus, quicquid ad beatitudinem pertinet in se eminentissimè comprehendens. Quamuis itaque præinductæ rationes non sunt demonstratiuæ, pulchrè tamen declarant, quòd fides trinitatis non sit aliquam irrationabilitatem vel impossibilitatem complectens: nam licet sit supra rationem, non tamen est contra eam.

¶Elucidatio huius cap. ab eo loco, [*Fuit homo missus à deo.*] Artic. IIII.

HVcusque tractauit sublimis Euangelista de diuinitate, diuináque operatione, atque incommutabili subsistentia verbi: nunc vero subiungit de eius præcursore. Quoniam enim dicturus mox est de verbi incarnatione, & aduentu eius in hunc mundum, cæterisque operibus atque dogmatibus Saluatoris, congruenter præmisit de eius præcursore tractatum. Pauca enim ponit de præcursore, sciens Lucam glorioso, sententioséque stilo descripsisse genealogiam, annũciationem, conceptionem, natiuitatem, conuersationémque præcursoris: de cuius etiam parcitate in victu, & duritia in vestitu, Matthæus & Marcus scripserunt. Lucæ. 5.

¶Itaque ait, [*Fuit homo missus a deo.*] Nemo enim sapienter agens, assumit sibi honorem, sed qui vocatur à deo, tanquam Aaron, quo contra dominus ait Matth. 3. Marc. 1.

B de præsumptuosis & falsis prophetis, Ipsi currebant, & ego non misi eos. Missio Ioannis intelligi potest tunc facta, quando deo iubente exiuit à latibulis eremi ad ripam Iordanis, quatenus illic baptizando populum congregaret, eísque de Christi aduentu prædicaret. Vnde Lucas ait, Anno quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris, factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Fuit autem missus à deo, vel ex sola inspiratione interna, vel ex allocutione & apparitione angelica exterius facta, quæ non est ab aliquo Euangelistarum descripta. Hanc missionem Ioannis deus prædixit per Malachiam, Ecce mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Dicitur quippe Ioannes angelus ratione officij, non naturæ, & quoniam angelicæ conuersationis fuit. [*Cui nomen erat Ioannes.*] Sic nanque Gabriel archangelus iussit Zachariæ vocare filium suum: & congruit nomen istud præcursori, quia Ioannes interpretatur gratia dei, quæ præcipuè fuit in homine isto, quo inter natos mulierum nõ surrexit maior seu sanctior: qui etiã primo prædicauit, Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ, hoc est, gratia Saluatoris. Cum enim alicui diuinitus nomen imponitur, insinuatur, quòd proprietas significata per nomen competit illi: quemadmodum Abram vocatus est Abraham, id est pater multarum gentium, & Iacob dictus est Israël, cum dei angelũ vidisset. [*Hic venit*] à secretis locis deserti ad publica loca, [*in testimonium*] perhibendum, id est ad testificandum, non ad saluandum, videlicet [*Vt testimonium perhiberet de lumine*] id est veritatem annunciaret de Christo, [*Vt omnes*] homines, primo Iudæi, deinde Gentiles, [*Crederent*] in filium dei [*Per illum,*] hoc

C est, mediante testificatione Ioannis, sicque credendo consequerentur salutem æternam. Non dicit, vt omnes crederent in illum, quoniam fides cum sit virtus theologica, habet deum pro obiecto: concernit enim deum sub ratione primæ veritatis: ideo non est credendum in hominem purum. Hinc infra ait Saluator, Creditis in deum, & in me credite: quod consequens non esset, nisi esset & filius deus. [*Nõ erat ille*] Ioannes [*Lux*] principalis effectiue illustrans, lucem gratiæ præstans, & per essentiam lucens: erat tamen lux instrumentalis dispositiue illuminans, ad gratiam præparans, lux participata, eo modo quo Christus ait Apostolis, Vos estis lux mundi. Et ad Philippẽses Apostolus, Sitis (inquit) sine querela in medio nationis prauæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Matth. 11. Marc. 1. Genes. 17. Genes. 32. Genes. 35. Matth. 5. Philipp. 2. Diony.

¶Denique secundum Dionysium, quædam est lux illuminans nõ illuminata, sicut lux prima. Alia est lux solum illuminata, vt illi qui modicam gratiam habent. Alia est lux medio modo se habens, videlicet illuminans & illuminata, vt illi qui de gratia sibi concessa alios possunt illuminare, inter quos certũ est præcursorem vnum de summis fuisse. [*Sed vt testimonium perhiberet de lumine,*] hoc est, Ioannes non fuit Christus in lege promissus, sed eius minister & præco, ordinatus ad hoc, vt christo testimonium daret. Hoc fecit Ioannes dicendo, Venit fortior post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. In Actis quoque Paulus ait dixisse Ioannem, Quem me arbitramini

D esse non sum ego. Perhibuit etiam Ioannes testimonium christo operibus, vtpote baptizando Iudæos in nomine Christi venturi. Forma enim baptismi Ioannis fuit, Baptizo te in nomine venturi: secundũ quod in Actis tangit Apostolus, Ioannes baptizauit populum, dicens, In eum qui venturus est vt crederent, hoc est, in Iesum. Idcirco receptio baptismi Ioannis, erat quædã professio credendi in christũ. Marc. 1. Actu. 13. Actu. 9.

¶Missus est ergo Ioannes ante Christum, vt homines ad christi susceptionem aptaret, docendo, baptizando, orando, exemplaritérque viuendo. Erat nempe testis idoneus propter vitæ suæ sanctitatem omnibus manifestam, gratiam prophetalem, angelicam annunciationem, miraculosam conceptionem ac natiuitatem. Necessaria vero fuit Iudæis præparatio ista: nam cum rudes fuerint, immediate capaces non erant supernaturalium atque cœlestium documentorum Christi, sed pedetentim inducendi erant ad sublimiora. Ioannes ergo inducendo eos ad peccatorum confessionem, baptismi receptionem, dicendo etiam, Appropinquabit regnum cœlorum, cœpit eos à terrenis abstrahere, atque ad supernorũ amorem accendere, ac per hoc ad Christi legem & fidem aptare. [*Erat lux vera,*] hoc est non participata aut defectiua, sed plena & subsãtialiter clara, in qua natura lucis perfectissime reperitur. Vnde Ioannes in canonica sua scribit, Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. Omne autem creatum habet aliquid tenebrositatis admixtum, nam ipsa minoratio lucis, ipsa eius distantia seu dissimilitudo à luce diuina, est tenebrositas quædam: comparatione quoque lucis diuinæ ac infinitæ appellatur quasi caligo: ideo enim luna non splendet, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Quamuis vero istud de Matt. 1. 1. Ioann. 1. Iob. 15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qualibet diuina perſona ſit verum, nunc tamen de filio dicitur, cui lux appropriatur, quoniam lux ſpi- E
1. Cori. 1. ritualis præcipue ſpectat ad intellectum ac ſapientiam. Cum ergo verbum ſeu filius ſit emanatio intel
Ioan. 1. 4. lectus, ſic ei appropriatur [*Lux*] ſicut ſapientia, veritas, ars, ſplendor, & ſpecies [*Quæ illuminat*] lumine
naturalis ingenij [*Omnem hominem venientem in hunc mundum,*] id eſt qui per natiuitatem ingreditur or-
bem terrarum, vallémque lachrymarum. Vel, illuminat lumine gratię omnem hominem venientem in
hunc mundum, id eſt omnem qui illuminatur gratia ſpirituali, quam nullus ſortitur niſi à filio. Iuxta
Pſalm. 44. hunc ſenſum habetur in Pſalmo, Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos: non q
omnes corruentes & eliſi alleuantur ac eriguntur, ſed quòd nemo talium alleuetur, aut erigatur, niſi à
2. Petri. 3. deo. Vel, illuminat omnem hominem quantum in ſe eſt, ſicut vult omnes ſaluari, ita quòd nemo excu
ſatur, ſi non fuerit illuſtratus. Illuminat quoque omnem hominem, dando vnicuique angelum pro cu
ſtode, qui à diuerſis erroribus & peccatis retrahit hominem ſibi commiſſum. Vel, illuminat omnẽ ho-
minem, hoc eſt quoſdam de omni genere hominum: nam poſt paſsionem & prædicationem apoſto-
Ioan. 12. lorum illuminauit ſeculum vniuerſum. Iuxta quem ſenſum ait inferius, Si exaltatus fuero à terra, om-
Pſalm. 71. nia traham ad meipſum. Et Pſalmiſta, Benedicẽtur in ipſo tribus terræ. [*In mundo erat.*] hoc de Chriſto
ſecundum vtranque eius naturam accipi poteſt, ſed differenter. Primo ſic, In mundo, id eſt in toto en-
te creato, ſeu vniuerſo erat hæc lux, id eſt totum mundum ab exordio ſuæ creationis impleuit, cum ſit
Hier. 23. infinita. Propter quod ait per Hieremiam, Nunquid non cælum & terram ego impleo? Deus enim vbi F
Proue. 15. que eſt per eſſentiam, præſentiam, atque potentiam. Ipſe ſiquidem omnia penetrat, ſua quoque poten
tia ad omnia ſe extendit, & ſuo conſpectui omnia patent. Veruntamen iuxta Salomonẽ, Longe eſt do-
minus ab impiis, non vtique loco, ſed diſsimilitudine, quia non eſt nec habitat in eis per gratiam.

¶Fuit autem circa deum triplex error. Vnus Manichæorum, dicentium iſta corporalia & terrena deo
lucis non fuiſſe ſubiecta. Contra hos dicimus deum eſſe vbique per potentiam. Alius fuit error negan
Pſal. 21. tium diuinam prouidentiam, de quibus dicit Pſalmiſta, Dixerunt, quomodo ſcit deus, & ſi eſt ſcientia
in excelſo? Contra hos dicimus deum eſſe vbique per præſentiam, ita quòd omnia ſunt aperta & nuda
oculis eius. Tertius fuit error dicentium, quòd deus immediate non condidit niſi primam intelligen-
tiam, & illa creauit ſecundam, ſecunda quoque tertiam: cuius erroris origo ſecundum Thomam fuit
author libri de cauſis, quem errorem Auicenna & Algazel ſunt ſecuti. Contra iſtos aſſerimus deũ vbi-
Baruch. 3. que per eſſentiam. Secundò exponitur ſic, In mundo erat, id eſt, lux iſta, ſeu Chriſtus poſt incarnatio-
nem in terris eſt viſus, & cum hominibus conuerſatus, ità quòd illum quem totus non capit orbis, ſe-
Heſt. 13. cundum ſuam diuinitatem, parua pars terræ cœpit & clauſit ſecundum humanitatem aſſumptam. [*Et
mundus,*] videlicet cælum & terra, & quicquid cæli ambitu continetur, [*Per ipſum*] verbum [*Factus eſt,*]
eo ſenſu quo iam dictum atque expoſitum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt. Et quoniam mundus ſeu
omnis creatura per verbum facta eſt, ideo ad verbi cognitionem naturalem inducit, videlicet ad cogno G
ſcendum ſuum creatorem, quantum ad naturam, non quantum ad perſonam, ſecundum relatiuã pro-
Ioann. 15. prietatem. Effectus enim repræſentat ſuam cauſam. [*Et mundus eum non cognouit.*] In hoc ſancti Ioannis
Ioan. 3. Euangelio, mundus diuerſis modis accipitur. Quandoque pro tota creatura: quandoque indifferenter
pro bonis ac malis hominibus in mundo degentibus: interdum ſpecialiter pro electis, vt cum dicitur,
Titum. 1. Sic deus dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret. interdum pro reprobis, ſicut ait Saluator, Me o-
Lucæ. 15. dit mundus. Nunc ergo accipitur mundus pro peruerſis ac cæcis hominibus, qui Chriſtum non
cognouerunt per fidem formatam. Et licet aliqui tales agnoſcant eum per fidem informem, factis
tamen negant eundem. ¶Denique Iudæi increduli qui eum cognouerunt corporali intuitu, non
cognouerunt eum interiori viſu. Nunquid enim cognouerunt eum qui dixerunt, Nos ſcimus, quia
hic homo peccator eſt? [*In propria venit,*] hoc eſt in hunc mundum inferiorem à ſe creatum: vel in
Iudæam, & populum Iſraëliticum ſibi olim peculiarem per incarnationem deſcendit: quemadmodũ
Eſaiæ. 46. Eſaias orauit, dicendo, Vtinam diſrumperes cęlos, & deſcenderes. A ſummo etenim cælo egreſsio eius.
Pſalm. 18. [*Et ſui,*] hoc eſt Iudæi ad cultum dei ſpecialiter deputati, de quorum ſemine natus eſt Chriſtus, [*Eum
non receperunt,*] per fidem: pauciſsimi enim Iudæorum crediderunt in Chriſtum, comparatione incredu
Eſaiæ. 49. lorum. Hoc apud Eſaiam apertiſsime inuenitur prædictum, loquente Chriſto ad patrem, Hæc dicit
dominus, formãs me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſraël nõ congregabitur. Hinc
Hiere. 5. dominus ait per Hieremiam, Præuaricatione præuaricata eſt in me domus Iacob, & domus Iſraël. Ne- H
gauerunt dominum & dixerunt, Non eſt ipſe. Iudæi igitur iſti appellãtur populus Chriſti, non ratione
Galat. 3. prædeſtinationis, ſed creationis & temporalis electionis atque vocationis: de quibus ait per Eſaiam, Fi
2. Theſ. 3. lios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Poteſt quoque generaliter de vniuerſis infidelibus
2. Timo. 2. & peruerſis exponi, qui dicuntur ſui, quia ab ipſo creati, & non receperunt eum, quia non omnium eſt
Actu. 13. fides, & nouit dominus qui ſunt eius per prædeſtinationem. Verum vt Lucas ait in Actibus, Credide-
Actu. 10. runt quoquot præordinati erant ad vitam æternam: de quibus iam ſubditur, [*Quotquot autem receperunt
eum*] per fidem formatam. vniuerſaliter loquitur, dicendo, Quotquot, quoniam nõ eſt perſonarum ac
ceptor deus. [*Dedit eis poteſtatem,*] hoc eſt, idoneitatem, ſeu gratiam efficacẽ, [*Filios dei fieri,*] hoc eſt, per
Eſaiæ. 1. quam fiunt filij dei adoptiui. ¶Sed quæritur, cum homines fiãt filij dei, eo ipſo quòd credunt in Chri
ſtum, quemadmodum ait Apoſtolus ad Galatas, Omnes vos filij dei eſtis, per fidem in Chriſto Ieſu.
quomodo recipientibus Chriſtum per fidem, datur poteſtas filios dei fieri, & non potius ipſa filiatio
adoptiua? Et reſpondendum dupliciter. Primo, quòd licet homo dum conuertitur ad Chriſtum per fi
dem & dilectionem, efficiatur adoptiuus filius dei, hoc tamen non eſt, niſi inquantum habet propoſi-
tum recipiendi baptiſmum, in quo ſpiritualiter renaſcatur, & filiatio adoptiua perficitur. Omnibus er
go qui receperunt Chriſtum, dedit ipſemet Chriſtus ſecundum quod deus, poteſtatem filios dei fieri,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A perfecte in fonte baptiſmatis: quod non datur adultis,niſi credentibus, imò nulli niſi fidem profiteatur,vel per ſe,ſi ſit compos rationis,vel per alium,ſi ſit infra annos diſcretionis.In baptiſmo autem gratia augetur,character imprimitur, & homo Chriſto perfecte conformatur, & incorporatur, atque ab omni labe peccati ac reatu pœnæ abſoluitur,vt ſit omnino filius dei.Secundo reſpondetur, quòd omnibus qui Chriſtum nunc per fidem recipiunt,datur poteſtas filios dei fieri,filiatione gloriæ conſummata in patria.Per fidem enim peruenitur ad ſpeciem.Filiatio quoque gratiæ adoptionis ordinatur ad filiationem gloriæ beatificæ fruitionis. Filiatio autem fundatur in aſsimilatione. Quoniam ergo per Chriſti aduentum data eſt hominibus participatio diuini eſſe, & ſupernaturalis ſimilitudo cum deo, idcirco recipientibus ipſum datur præfata poteſtas.Per fidem quippe inchoatur in nobis ſupernaturalis cognitio patriæ,quæ quantum ad ſuam plenitudinem deo eſt propria. Per gratiam quoque gratum facientem,ponitur anima in eſſe ſupernaturali,diuino ac meritorio,támque accepta ac ſimilis deo efficitur,vt etiam vitam æternam de condigno mereatur. [*His qui credunt in nomine eius,*] loquendo de nomine nominato,hoc eſt in ipſo Chriſto fide formata.Cum itaque verbum ſit filius naturalis,qui ei per fidem vniuntur,atque per charitatem incorporantur,efficiuntur filij adoptiui.Filiatio autem adoptiua quæ fit per gratiam,quia homines fiunt participes hæreditatis patris adoptãtis, eſt participatio filiationis naturalis.Hinc ad Romanos dicit Apoſtolus, Si filij,& hæredes:hæredes quidẽ dei,cohæredes autẽ Roma.8.

B Chriſti.Et rurſus,Nõ accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus,abba pater. ¶Deinde euangeliſta diſtinguit generationem ſpiritualem, per quam filiatio adoptiua acquiritur,à generatione carnali, [*Qui*]credentes & filij adoptiui, [*Non ex ſanguinibus,*]id eſt ſeminibus viri ac fœminæ.Semen enim eſt ſuperfluum alimẽti ſanguinei & ſanguis coagulatus.Itaque non ex ſanguinibus,id eſt ſemine viri,in quo eſt virtus formatiua,& femine mulieris,quæ præbet in generatione materiam,[*Neque ex voluntate carnis,*]id eſt concupiſcentia ſenſualitatis, vel fœminæ quæ nomine carnis exprimitur,quoniam mollior,& in ratione debilior,[*Neq; ex voluntate,*]id eſt concupiſcentia,[*Viri,ſed & ex deo nati ſunt,*]id eſt diuina virtute & gratia ſpiritualiter regenerati,ac diuinum eſſe ſortiti.Nam loquendo de eſſe naturæ, tunc nati ſunt ex ſeminibus parentum ſicut & infideles:ſed loquendo de eſſe gratiæ,per quod conſtituti ſunt filij dei adoptiui,nati ſunt ex deo,tan quam ex patre principali,hominem ſibi aſsimilante ac deificante.Porrò in generatione carnali ac naturali,ſemen ſe habet per modum cauſæ materialis,parentes per modum cauſæ efficientis,concupiſcenttia vero mouet ad actum.Poteſt autem per voluntatem carnis & viri, intelligi appetitus ſuperior ſeu intellectiuus,qui actum generationis imperat,vel ei conſentit. Ibidem.

¶Explanatio huius cap.ab eo loco, [*Et verbum caro factum eſt.*]

Articulus. V.

C



Eclarauit ſupra Euangeliſta,quod verbum dei fuit ab eterno: nunc pãdit quòd factum eſt in tempore,dicens,[*Et verbum caro factum eſt.*]Item aſſeruit,filios dei adoptiuos natos non eſſe ex ſanguinibus,ne quis ex hoc opinaretur, quòd multo minus filius dei naturalis natus eſſet ex ſemine ſeu ſanguine:ideo docet,quòd verbum factum eſt caro,naſcendo ex ſemine patriarcharum, atque ex ſanguine virginis.Iterum,quoniam dixit homines fieri filios dei,oſtendit hoc non eſſe impoſsibile nec incredibile,cum filius dei factus ſit filius hominis.Itaque verbum, id eſt vnigenitus filius dei verus deus,in ſe æternaliter ſubſiſtens,caro,id eſt homo verus factum eſt,aſſumendo humanam naturam ad propriam perſonalitatem, vtpote ſubſtantificando eam in ſemetipſo,conferens ei ſubſiſtere in eodem eſſe,in quo & verbum ſubſiſtit,ita quòd verbi atque aſſumptæ humanitatis eſt vna hypoſtaſis,eadémque ſuppoſitalitas ſeu ſubſiſtentia perſonalis: nam & ipſum verbum eſt ſuppoſitum ſubſtantificans humanitatis ſibi vnitæ. Sumitur ergo hoc loco pars pro toto,videlicet caro pro homine,quemadmodum & in Pſalmo,Ad te omnis caro veniet.In Eſaia quoque,Videbit omnis caro,quod os domini loquutum eſt.Itémque, Videbit omnis caro ſalutare dei noſtri.Sic etiam infra ait Saluator ad patrem,Dediſti ei poteſtatem omnis carnis. Pſalm.64. Eſaię. 40. Eſa.52. Ioan.17.

D ¶Denique,verbum factum eſt homo,aſſumendo ſimul in eodem inſtanti animam rationalẽ tunc primo creatam,& carnem humanã ex puriſsimis ſanguinibus ſanctiſsimæ atque digniſsimæ virginis ſumptam,& à ſpiritu ſancto formatam ac organizatam,rationaliq; anima informatam, ſic quòd in eodem inſtanti creata eſt anima Chriſti,& caro eius formata,ac animæ copulata,& vtrũque ſimul à verbo aſſumptum:nunquam tamen caro & anima,vel humanitas Chriſti habuit propriam perſonalitatem aut ſubſiſtentiam,ſed in momento ſuæ creationis ac partium ſuarum mutuæ vnionis, aſſumpta eſt ipſa humanitas à verbo,& ſuppoſita in ipſo:ſic virgo vere concepit filium dei deum ac hominem, præbendo materiam anima Chriſti informatam,ac verbo immediate vnitam.Hoc eſt nouum & ſupernouum,omniúmque nouorum ac mirabilium nouiſsimum ac mirabiliſsimum,de quo vaticinatus eſt Hieremias, Nouum(inquiens)faciet dominus ſuper terram,mulier circundabit virum.Circundedit enim in vtero ſacratiſsimo puerum Ieſum,virum non ætate & quantitate,ſed ſapientia & virtute. Hiere.31. 1.Tim.1.

¶Incarnatus eſt ergo filius dei,vt nos efficiamur diuinæ conſortes naturæ, percipiendo meritis Chriſti copioſiſsimam gratiam in præſenti,æternámque beatitudinem in futuro. Inclinauit & humiliauit ſeipſum,ſeruilem formam accipiens,vt nos in cæleſtibus exaltaret,& angelis parificaret:ſimilitudinem carnis peccati aſſumpſit,vt nos ab omni macula culpæ purgaret.In quibus apparet magnitudo diuinæ dilectionis,atque dignatio ſummæ maieſtatis ad genus humanum. Cum enim amoris ſit amantem & Philip.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amatum vnire, vnum in alium transponere, eósque inseparabiliter colligare, constat quòd deus ineffabiliter nos amauit, quoniam nostram naturam sibi immediatissime copulauit, videlicet vnione hypostatica, eámque in se quodammodo transformauit atque trãsposuit, & sibi indissolubiliter conuniuit: nam & in triduo mortis manserunt corpus & anima verbo vnita. In Christo ergo sunt duæ naturæ, & vna hypostasis seu persona: sunt quoque in eo duæ generationes & vna filiatio, puta diuina. Generatio nanque pertinet ad naturam, filiatio ad personam. ¶Per hanc verbi incarnationem, incomprehensibiliter prorsúsque inenarrabiliter honorificata ac sublimata est, non solum humanitas Christi, sed totum insuper genus humanum. Quid enim tam glorioſum atque magnificum esse potest hominibus, vt hoc, quòd deus noster factus est frater noster, quòd creator noster factus est noster Saluator, quòd iudex noster factus est noster aduocatus? Nónne perfectio creaturæ est assimilari suo creatori? Per verbi autem incarnationem assimilati sumus nostro creatori, similitudine speciei specialissimæ. Imò, si ritè intelligo, per incarnationem hãc benedictam, facti sumus naturales fratres naturalis filij dei, vtpote eiusdem naturæ cum filio patris æterni: non tamen sumus naturales filij patris verbi, quia non sumus naturales fratres verbi secundum naturam illam, qua conuenit ei esse naturalem filium dei, sed ratione naturæ assumptæ. ¶Amplius autem incarnatio ista sanctissima maxime auget spem nostram, charitatem quoque summe inflammat. Quomodo enim diffidere possumus de misericordia, & beneuolentia eius, qui propter nos intantum exinaniuit seipsum? qui tanta dilectionis signa nobis ostendit? qui ita præuenit nos in benedictionibus suæ dulcedinis? Quid etiam ita charitatem accendere potest, sicut tantorum exhibitio beneficiorum, & quòd tantum dilecti ac ante dilecti sumus à deo nostro, q̃ tam propinque ac intime se nobis vniuit, quòd vna persona cum natura nostra effectus est, quòd vltra omnem creaturam subcælestem, cælestem, & supercælestem nostram exaltauit naturam? Magna, ni fallor, & inæstimabilis est virtus horum verborum, Verbum caro factum est: quæ decet nos cum omni humilitate interiori, & exteriori, seu corporis prostratione, inclinatione, vel genuflexione proferre, vt humiliemus nos illi, qui propter nos humiliauit seipsum cum esset altissimus: cum summa quoque reuerentia & gratitudine cordiali ac mentis feruore, vt honoremus ac diligam' eum gratissimo animo, qui prior eatenus honorificauit atque dilexit nos. ¶Quæritur, cur potius verbum quàm pater vel spiritus sanctus incarnatum est? Et respondendum, quòd propter diuersas causas. Primo, nam verbo seu filio appropriatur similitudo patris cum patre. Homo autem peccauit, dei similitudinem inordinate appetendo, vnde peccatum hominis fuit quodammodo specialiter contra filium, propter quod pater zelans pro filio, hominem condemnauit: filius vero videns patrem pro se zelatum, atque sui occasione honore sibi ab hominibus impendendo priuatum, pro patre quoque zelatus est, vnde ad recuperandum patris honorem, hominúmque salutem voluit incarnari. Secundo, quoniam homo habet specialem assimilationem cum verbo: nam verbo appropriantur ea quæ pertinent ad intellectũ: homo quoque recipit speciem à perfectione intellectuali, videlicet ab esse rationali. Tertio, quoniam incarnatio ordinatur ad beatificam visionem, visio autem hæc respicit intellectum à quo profluit, & verbum ab intellectu procedit: sicque propter conuenientiam verbi cum visione beatifica, congruebat ei incarnatio ista saluifica. Quarto, quoniam verbum est media in trinitate persona, idcirco conueniebat ei incarnatio & ratio mediatoris, vt esset deus & homo.

¶Postremo, protestante Symeone iusto ac timorato, hoc verbum incarnatum propositum est in signũ cui contradicetur. Propterea omnia loca sacræ scripturæ plena sunt scandalis secundum Hieronymũ. Non quòd electi qui sunt docibiles dei scandalizentur in verbis scripturæ, sed reprobi volentes scrutari inscrutabilia dei, sacrámque scripturam proprio intellectu metiri. Vnde ex hoc quod dictũ est, verbum caro factum est, homines perditissimi in intolerabiles inciderunt errores. Arrius nanque & Eunomius asserebant, quod verbum dei sic factum est caro, quòd solam carnem assumpsit, non animam. Dicebant enim quòd verbum esset pura creatura, carni Christi loco animæ copulata. Apollinaris hæreticus dixit, quòd verbum sic factum est caro, quòd aliquid verbi in carnem mutatum est, & quòd in Christo non fuit anima rationalis, quoniam vicem animæ intellectiuæ suppleuerit verbum, fuerit tamen in eo anima sensitiua: quo concesso, Christus potius esset deus & bestia, q̃ deus & homo. Ebion autem, Cherintus atque Fotinus dixerunt, quòd verbum factum est caro per solam gratiæ vnionem. Dixerunt enim, quòd Christus esset purus homo, & non diceretur deus, nisi ob suæ sanctitatis & gratiæ excellentiam. Quorum errorem quantum ad hoc sequutus est inimicus dei Nestorius, dicẽs, quòd deitas non fuit in Christo nisi sicut in templo, affirmans quòd ex verbo & humana natura non constet vna persona. Eutices verò confinxit, quòd verbum sic factum est caro, quòd ex natura diuina & humana resultet in Christo vna natura, sicut & vna persona: quo dato, diuina natura esset mutabilis, & Christus non esset deus nec homo, sed aliquid habens naturã mixtã ex diuina atque humana natura. Sabellius dixit patrem incarnatum: Manichæus asseruit verbum carnem factum, non vere, sed tantum phantasticè. Valentinus autem dixit, quòd verbum factum est caro, non assumendo corpus ex virgine, sed secum illud portando de cælo, ita quòd corpus Christi fuerit de natura cælestium corporum.

¶Vniuersos errores istos stultissimos damnat ecclesia, asserens verbum veraciter assumpsisse totam naturam humanam, quatenus illa natura vinceret diabolum in Christo, quæ victa fuit ab eo in homine protoplasto. ¶Deniqùe hoc Christus assumpsit, quod sanandum redimendúmque fuit. Quemadmodum ergo caro & anima rationalis infectæ erant peccato, ita vtræque verbo vnitæ sunt, ita quòd vnio ista facta est in persona directe & immediate, tanquam in termino, non in natura hoc modo: nam vtraque natura retinet suas proprietates naturales, & sine confusione, perturbatione, ac commixtione vnitæ sunt, vna manente persona. Cum autem dicitur, Verbum caro factum, passum ac mortuum, non in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſinuatur aliqua mutatio facta in ipſo verbo ſecundum ſe,ſed in natura aſſumpta, quæ tam propinque ac intime coniuncta eſt in verbo, vt quod eſt vnius,prædicetur de alio, videlicet humana de verbo, & diuina de homine:ſed quid propter quid dicatur,eſt attendendum.

¶Poſtremo opinor quòd ſpiritus ſanctus non ſine præcipuis cauſis dixit per Euangeliſtam,verbũ caro factum eſt,potius quam verbum factum eſt homo. Primo, vt magnitudo diuinæ inclinationis ſeu exinanitionis oſtenderetur. Secundo, vt futurum Manichæorum errorem deſtrueret, incarnationíſq; veritatem apertiſsime demonſtraret. Itaque deus factus eſt homo,vt nos deificemur:illius ad ima deſcẽ fio,noſtra eſt ad ſumma promotio. [*Et habitauit in nobis,*]id eſt in natura noſtra quam induit, quæ fuit velut templum ac tabernaculum verbi aſſumentis atque diuinitatis intus latentis:vnde & dixit Iudęis, Soluite templum hoc,quod dixit de templo corporis ſui,prout Euangeliſta expoſuit. In cæteris ſanctis habitat verbum per fidem & gratiam,in Chriſto homine habitauit per hypoſtaticam vnionem,& beatificam viſionem,atque inſeparabilem copulam. Vel ſic,habitauit in nobis, id eſt inter nos commorari ac conuerſari dignatus eſt,prout dictum fuit per Baruch, Poſt hæc in terris viſus eſt,& cum homi nibus conuerſatus eſt. Hinc quoque per Zacha.prædixit,Gaude & lætare filia Sion, quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui. Et per Eſaiam,Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa,quia ego ipſe qui loquebar,ecce adſum. [*Et vidimus gloriam eius.*] Gloria in ſcripturis diuerſis modis

B accipitur, interdum pro maieſtate, interdum pro clara cum laude notitia, interdum pro beatitudine ſeu lætitia,interdum pro quacunque excellentia ſeu opere magno. Apoſtoli ergo viderunt oculo corporali gloriam verbi incarnati,id eſt magnificentiam miraculorum ipſius, & claritatem quam habuit in transfiguratione viderunt Petrus,Ioannes,& Iacobus: claritatem vero & excellentiam eius poſt reſurrectionem viderunt omnes apoſtoli.

¶Porro maieſtatem diuinitatis in carne latentis & beatitudinem animæ Chriſti deo ſemper fruentis viderunt apoſtoli oculo intellectuali ſeu viſu interiori per fidem,præſertim poſt reſurrectionẽ,& ſpiritus ſancti miſsionem,excellentiam quoque eius in prædicando & operando viderunt,quomodo erat docens,ſicut poteſtatem habens,& nouam ac propriam legem tradens, dæmones imperiali verbo eiiciens,atque ad nutum propria virtute miracula faciens,cordium arcana aperiens,cuncta futura prænoſcens,poſt reſurrectionem clauſis ianuis intrans, ſpiritum ſanctum inſufflans,in cõſpectu diſcipulorũ aſcendens. Et quoniam omnia iſta fuerunt ſupra hominem,& vltra omnem poteſtatem creatam, ſolíque deo poſsibilia,ideo ſubditur,[*Gloriam quaſi vnigeniti à patre*]id eſt talem eius gloriam vidimus,qualem decet videri & eſſe in vnico naturalíque filio patris æterni. Et ita quod ait,quaſi,non denotat ſimilitudinem,ſed veritatem. Vnde Euangeliſta omnem excellentiam Chriſti breuiter innuens,dicit, Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à patre:ac ſi de aliquo rege cum maximo apparatu intrante diceremꝰ, ipſe intrauit quaſi rex,id eſt,tam clare atque potenter vt ſpectat ad regem. Propter hanc viſionẽ Chri-

C ſtus dixit apoſtolis,Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Hinc per Eſaiam fuerat propheratum,Simul laudabunt,quia oculo ad oculum viderunt. Et iterum dixit Eſaias, Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum,& aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis. Et Pſalm. Viderunt ingreſſus tuos deus,ingreſſus dei mei,regis mei,qui eſt in ſancto.

¶Poſtremo omnia etiam humana & infima quæ in Chriſto fuerunt, gloria & honore ornantur, imò ſupernaturalibus magnificentiis decorantur,diuiníſque plena fuerunt præconiis. Nam conceptus & natus eſt ex muliere: ſed mulier iſta ante partum,in partu, & poſt partum virgo permanſit, omníque macula caruit,tota pulchra,ineffabilitérque ſanctiſsima:& hoc vtique glorioſiſsimum fuit. Denique hanc conceptionem ac natiuitatem prædixerunt prophetæ ac patriarchæ,quam nunciauerunt & angeli:turpiſsima quoque & acerbiſsima morte occiſus eſt,ſed tempore paſsionis ſola voce omnes aduerſarios ſuos deiecit in terram:& cum in cruce pẽderet ſupernaturaliter obſcuratus eſt ſol,mota eſt terra, & cum reſurgente multi ſancti dudum mortui ſurrexerunt. Vidimus etiam eum,[*Plenum gratia & veritate.*]¶De plenitudine gratiæ Chriſti multa poſſem inducere,ſed breuiter perſtringendo ſciendum, quòd,ſecundum doctores,fuit & eſt in Chriſto triplex gratia,v tpote gratia vnionis, gratia habitualis, & gratia capitis. Alij diuidunt ſic,quòd in Chriſto fuit gratia vnionis,gratia ſingularis perſonæ, & gra

D tia capitis:ſed redit in idem,quoniam gratia ſingularis perſonæ fuit habitualis,ſicut & gratia capitis: ideo illi per gratiam habitualem intelligunt gratiam illius perſonæ ſingularis hominis Chriſti: gratia autem vnionis in Chriſto non eſt quid creatum,ſed ipſemet deus,gratioſe, gratis & pie vniens naturã humanam diuinæ,vel eſſe perſonale verbi humanitati vnitum. De hac gratia intelligendum eſt verbũ Auguſtini,dicentis,quòd ſola gratia factum eſt,vt homo ſit deus,& quòd humana natura vnita eſt verbo. Cum enim vnio verbi ac hominis ſit ſumma & propinquiſsima,ſcilicet perſonalis, certũ eſt quòd non ſit facta per aliquam gratiam creatam ac habitualem intermediam. Gratia vero habitualis in Chriſto,eſt donum ſupernaturale,perſonalem conſequens vnionem, operationes Chriſti perficiens: quæ gratia tanta fuit in Chriſto,quòd maior gratia communicari non poteſt creaturæ. Tota nempe capacitas intellectualis creaturæ vel rationalis, quantum ad gratiæ receptionem, fuit in anima Chriſti repleta,erátque gratia iſta ſumme perfecta atque pleniſsima,ratione immediatæ ac hypoſtaticæ vnionis hominis Chriſti cum verbo. Quanto enim intellectualis creatura fonti gratiarum deo ſublimi vicinius copulatur,tanto gratia ampliori perfunditur. Quemadmodum ergo humanitas Chriſti incomparabiliter præ cæteris omnibus vicinius vnita eſt verbo,ſic gratia eius omnium electorum gratiam incomparabiliter pene,non tamen ſimpliciter infinite excedit.

¶Inſuper quoniam Chriſtus eſt Saluator, mediator & caput totius eccleſiæ militantis ac triumphantis,ideo habet omnibꝰ de ſua plenitudine communicare ſpiritualem ſenſum, atque viuificum motum

Galat.4. Ioan.2. Ephe.3. Baruch.3. Zachar. 2. Eſaiæ.52. Matth. 17. Actu.1. Matth.7. Marc.1. Lucæ.11. Lucæ.24. Ioan. 20. Actu.1. Matth. 13. Lucæ.10. Eſa.12. Pſalm. 67. Galat.4. Canti. 4. Apoca.5. Ioan.18. Matth. 27. Marci.15. 1.Tim.2.

influere: ſicut & caput influit membris ſenſum ac motũ. Idcirco ponitur in Chriſto gratia capitis, hoc E
eſt exuberans habitus gratiæ, ex cuius redundantia alij gratiam ſortiuntur, gratia tamen immediate à
deo creatur: ſed gratia Chriſti aſſeritur cauſa gratiæ aliorum per modum cauſæ inſtrumentalis, exem-
plaris ſeu meritoriæ. Vnumquodque autem operatur per id quod eſt in actu. Quoniam ergo Chriſtus
per gratiam habitualem ſeu perſonalem eſt in actu gratiæ perfectiſsimo, ideo per eandem gratiam in-
fluit aliis. Vnde gratia habitualis & gratia capitis non diſtinguuntur in Chriſto realiter, ſed gratia capi-
tis ſupperaddit gratiæ habituali rationem ſuperabundantiæ. Patet ergo quòd gratia vnionis in Chriſto
ſit ſimpliciter infinita, cum ſit ipſemet deus, qui eſt gratia effectiue gratificans, ſicut appellatur natura
naturans. Alia gratia, cum ſit quid creatum, non eſt ſimpliciter infinita in Chriſto.

Lucæ. 1. ¶ Quæritur, quid magnum eſt Chriſto, quòd dicitur plenus gratia, cum de Ioanne Baptiſta prædixerit
Actu. 6. angelus, Spiritu ſancto replebitur ex vtero matris. Stephanus quoque plenus gratia & fortitudine fuiſ-
Actu. 2. ſe deſcribitur. Et de Apoſtolis legitur, quòd repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Dicendum, quòd gratia
dicitur plena dupliciter. Primo, ex parte gratiæ, cum tanta eſt intenſiue ac virtualiter, quòd maior eſſe
non valet: ſicque plenitudo gratiæ eſt propria Chriſto. Secundo, ex parte ſubiecti, vt cum quis habeat
gratiam tantam, quòd operationes ad quas diuinitus ordinatur, facile exequi poteſt, & ita ſancti dicun-
tur fuiſſe gratia pleni ſecundum exigentiam ſui ſtatus ac propriæ conditionis. Tanto enim gratia dici-
tur plenior, quanto redundare poteſt in plures. Plenum autem opponitur vacuo. Vnde quemadmodũ F
aliqua nuncupantur diuerſimode vacua, ſic multipliciter plena dicuntur.

¶ Præterea fuerunt in Chriſto gratiæ gratis datæ, quæ ordinantur ad fidei manifeſtationem & aliorum
vtilitatem, videlicet gratia prophetiæ & miraculorum, donum linguarum, & cætera. Dona vero ſpiri-
tus ſancti fuerunt in eo excellentiſsimo modo: virtutes quoq; morales & intellectuales, eo modo quo
ſecundum Plotinum magnum Platonicum virtutes heroicæ inſunt hominibus, purgati, defæcatíque
animi. Quædam tamen virtutes imperfectionem includunt circa obiectũ, vt fides & ſpes: vel circa ſub
iectum, vt pœnitentia. Fides nanque includit defectum & obſcuritatem notitiæ: ſpes vero abſentiam,
& expectationem boni optati. Hæ ergo virtutes non fuerunt in Chriſto, cuius anima à ſuæ creationis
principio vidit deum per ſpeciem, plenámque ſortita eſt felicitatem. Et veritatis. Verbum incarnatum
plenum fuit veritate, id eſt diuinitate ſecundum Aug. & Bedam: quia in ipſo habitat omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter, ſecundum Apoſt. Veritas quoque increata appropriatur filio ab intellectu pa-
Colo. 2. tris profluenti. Fuit etiam plenum veritate, id eſt omni cognitione & ſapientia, quia in ipſo ſunt omnes
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Fuit enim & eſt in Chriſto ſapientia increata, quæ realiter i-
Heſt. 13. dem eſt quod verbum ac diuina eſſentia. Item ſapientia beatorum ſeu patriæ, quoniam anima eius vi-
dit ſemper deum per ſpeciem, cognouítque omnia in verbo, quæ deus cognoſcit notitia viſionis, vide
licet vniuerſa præterita, præſentia & futura. Eſt quoque in Chriſto ſcientia indita ſeu infuſa, qua per G
ſpecies ſibi concreatas agnoſcit res in propriis naturis, ordinibus atque generibus: quemadmodum an-
Geneſi. 2. geli ſecundum Auguſt. cognoſcunt res cognitione veſpertina, & Adam cognouit creata in paradiſo an
te ruinam. Præter iſtas ſcientias ponunt quidam in Chriſto ſcientiam acquiſitam, ita quòd intellectus
paſsibilis animæ Chriſti abſtraxit ab intellectu ſuo agente ſpecies rerum ſenſatarum. Nulla enim natu-
Hebr. 5. ralis perfectio defuit Chriſto: vnde ad eius perfectionem pertinuit, quòd eaſdem res diuerſis modis at-
que ſcientiis nouit. De hac ſcientia dicunt loqui Apoſtolum ad Heb. Didicit ex his quæ paſſus eſt obe
dientiam. Inſuper Chriſtus plenus fuit veritate vitæ, veritate doctrinæ & veritate iuſtitiæ. Huic autem
Luc. 2. verbo Ioannis conſonat illud Lucæ, Puer Ieſus creſcebat plenus ſapientia, & gratia dei erat in eo: imò
tam plenus fuit gratia à principio ſuæ conceptionis in virgine, quòd nunquam profecit in gratia habi-
tuali, ſicut nec in ſapientia, niſi ponamus in eo ſapientiam acquiſitam. Vnde quod Lucas dicit profeciſ
ſe gratia & ſapientia apud deum & homines, intelligendum eſt quantum ad manifeſtationẽ, ſicut poſt
reſurrectionem dicitur ei data omnis poteſtas in cælo & in terra, vel quantum ad vſum.

Matth. 28. ¶ Poſtremo dicitur Chriſtus plenus veritate, quoniam impleuit & verificauit ea quæ ſcripta erant de
ipſo. Deinceps Euangeliſta confirmat quæ dixit de excellentia verbi incarnati, teſtimonio præcurſo-
ris, [*Ioannes*] Baptiſta [*Teſtimonium perhibet de ipſo,*] quemadmodum dictum atque expoſitum eſt. Hic ve
nit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, [*Et clamat*] magno affectu, ſublimíq; voce, H
tanquam certus de veritate, nec metuens prædicare eminentiam filij dei. Dicit autem Euangeliſta de
præcurſore principaliter, Perhibet & clamat, nam quamuis verba ore Ioannis Baptiſt. prolata diu trã-
ſierint, tamen verba eius inceſſabiliter repetuntur, & ipſe in Euang. indeſinẽter teſtimonium perhibet
Chriſto & clamat. Quid ergo de Chriſto teſtetur, ſubiungitur, [*Hic*] vnigenitus patris plenus gratia
& veritate [*Erat*] ab æterno, quia in principio erat verbum, & etiam nunc eſt, ſempérque erit ille [*Quem
dixi*] eſſe regem Meſsiam, Saluatorem mundi. Vel, quem dixi, id eſt futurum prænunciaui, & de quo te
ſtificatus ſum verba ſequentia, [*Qui poſt me venit,*] id eſt poſt meam prædicationem ac baptizationem
[*Venturus eſt,*] in publicum, manifeſte docendo, miracula faciendo, atque per ſuos diſcipulos baptizan-
do. Non vtique loquitur Ioannes de aduentu Chriſti in mundum, quoniã incarnatio & natiuitas Chri
ſti humana, iam diu fuerunt præteritæ: ſed Chriſtus qui vſque ad triceſimum ſuæ ætatis annum latuit,
poſt prædicationem Ioannis venit in publicum. [*Ante me factus eſt,*] id eſt mihi præpoſitus, & prælatus
ſeu dignior factus, etiam ſecundum naturam aſſumptam, cuius dignitas & gratia omnium creaturarum
ſimul ſumptarum, dignitatem, gratiámque excellit per hypoſtaticam eius vnionem cum verbo: vnde
ratio prælationis ſubiungitur, [*Quia prior me erat*] ſecundum diuinitatem, in qua coæternus eſt patri.
Quoniam ergo perſona verbi æterna eſt, idcirco ipſa ſecundum naturam aſſumptam omni creaturæ
Pſalm. 8. præficitur. Nec obſtat illud Pſalm. quod apoſtolus ad Hebræos allegat de Chriſto, Minuiſti eum pau

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Iominus ab angelis. Quamuis enim Chriſtus quantum ad corporis paſsibilitatem, & aſſumptæ hu- Hebræ.2.
manitatis naturalem ſeu ſpecificam dignitatem, minor angelis fuit, abſolute tamen loquẽdo, maior extitit illis ſecũdum ſuam humanitatem, imò ſecundum corpus & animam vt verbo vnita, omniumque gratiarum chariſmatibus adimpleta. ¶ Ex hoc verbo vitali quo ait Ioannes de Chriſto, ante me factus eſt, ſumpſit Arrius occaſionem letalis erroris, aſſerens verbum ſecundũ naturam verbi factũ, cum certum ſit, quod Ioannes præceſsit ipſum verbũ ſecundum qđ incarnatum: vnde verbũ nõ poteſt dici factum ante Ioannem, niſi ſecundum propriam naturam. Sed argumentum iſtud facillime ſoluitur, quia laborat in æquiuocis: non enim iam ſumitur factum eſſe pro productione rei quantum ad eſſe de non eſſe, ſed ſicut expoſitum eſt: iuxta quem ſenſum Manaſſes primogenitus filius Ioſeph patriarchæ dicere potuit de fratre ſuo Ephraim, Qui poſt me venit ſeu natus eſt, ante me factus eſt, quia ſublimius be- Geneſ.48.
nedictus, atque prępoſitus mihi à patriarcha Iacob, vt patet in Geneſi. Iuxta hũc modum Baruch ait, Facti ſumus ſubtus & non ſupra. Poteſt nihilominus exponi de chriſto ſecundum aſſumptam humanitatem, & factione proprie dicta, eritque ſenſus, ante me, id eſt, ante generationem ſeu natiuitatẽ meã, Baruch.4.
ex vtero factus eſt. i. quantum ad corporis ſui perfectam organizationem, quo ad lineamentorũ diſtinctionem, quamuis non quo ad debitam quantitatem: & item ante me factus eſt, quo ad animæ ſuę perfectionem in omni ſapientia, dono, virtute & gratia ſpiritus ſancti. chriſtus enim in primo ſuæ concep- Geneſ.43.
B tionis inſtanti, habuit corpus & animam prædictis modis perfecta, & tunc Ioannes nõdum factus fuit his modis. ¶ Porrò quæ ſequuntur, [*Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,*] dicit Origenes eſſe verba Origenes.
Ioannis Baptiſt. & hoc videtur primo ex ordine vel ſerie textus: ſecundo ex parte coniunctionis copulatiuæ, & connectentis ſequentia præcedentibus: tertio, quia poſt verba ſequentia immediate ſubiungitur, [*Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes ad eum.*] Secundũ Hie- Hieronym.
ro. vero, Auguſtinum & Bedam ſunt verba Ioannis Euangeliſtæ redeuntis, & exequentis poſt introductionem teſtimonij Ioannis Baptiſtæ quod ſupra dixit, Et verbum caro factum eſt, & vidimus gloriã Auguſtin.
eius. Itaque ſecundum iſtos Euangeliſta proſequitur, quid de Chriſti humanitate ſentit, & quomodo Beda.
apoſtoli viderunt gloriam eius, cum dicitur, Et de plenitudine eius, id eſt, de plena & ſuperabundanti gratia Chriſti, nos omnes accepimus aliquam portionem ſeu gratiam *particularem*: quemadmodum
ait Apoſtolus, Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Itemque, Alij datur ſermo ſapien- 2.Cor.12.
tiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij gratia ſanitatum, &c. Et iterum, Vnicuique (inquit) noſtrum data eſt gratia, Ephe.4.
ſecundum menſuram donationis Chriſti. Accepimus ergo de plenitudine eius gratiam ſubſequentem, & bene agendo adeptam ac meritam pro gratia primo infuſa pure gratis collata. Nemo enim primam gratiam gratificantem valet mereri, cum ſine gratia nihil ſit meritorium, & tanta eſt dignitas gratiæ, quod ex puris naturalibus mereri non poteſt, ſed ea gratis accepta, poteſt homo per eam
C adipiſci gratiam ampliorem, imò de condigno mereri gratiæ incrementum. Quoniam ergo gratia ſequens ſeu maior vel aucta datur pro actu meritorio procedente à gratia prima, ob id dicimus accipere gratiam pro gratia. Vel, accepimus de plenitudine eius, id eſt de ſapientia, pietate & gratia chriſti [*Gratiam*] noui teſtamenti, id eſt, euangelicam legem & gratiam, [*Pro gratia*] veteris teſtamenti. i. loco Moſaicæ legis. Vtraque autem lex, gratia appellatur, quoniam gratis & miſericorditer data. Vel ſic, accepimus gratiam membrorum, videlicet gratiam nobis conceſſam, pro gratia capitis, id eſt merito & efficacia gratię Chriſti, qui quolibet vitæ ſuę actu, quem habuit vt viator, ex gratia profluente meruit nobis gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Sibiipſi enim nõ meruit gratiam gratum facientem, nec beatificam viſionem, ſed membris ſuis, quæ participant gratiam capitis per fidem & ſacramenta eccleſiæ. Secundum magiſtrum vero ſententiarum, quoniam noſtra merita & præmia ſunt dei dona, eo quod ex gratia ſola liberalitate dei infuſa dependeant, ideo poteſt ſic accipi, accepimus gratiam, id eſt, meritum vel præmium pro gratia, quæ eſt cauſa meriti vel mercedis. Cum ergo deus remunerat noſtra merita, remunerat ſua dona, donátque gratiam ſuper gratiam, iuxta illud, Habenti dabitur, & abundabit. Auguſtinus quoque & Beda exponunt ſic, accepimus iam in ſpe gratiam pro gratia, id eſt, vitam æternam pro fide. ¶ Quæritur, cum gratia Chriſti ſit accidens quod non migrat de ſubiecto in ſubiectum, Pſalm.51.
& cum ſolus deus ſit gratiæ dator, quomodo dicimur de plenitudine gratiæ Chriſti accepiſſe? Rurſus, Matth.25.
quomodo gratia gratis confertur, ſi datur merito Chriſti? Et reſpondendum ad primum, quod non di-
D cimur accepiſſe de plenitudine Chriſti, quaſi particulam gratiæ eius acceperimus, ita quod gratia chriſti ſit diuiſibilis, & eadem numero ſit prima in chriſto, deinde in nobis: ſed quia plenitudo gratię chriſti eſt càuſa inſtrumentalis, diſpoſitiua ac meritoria, per quam ſingulis electis hominibus datur gratia ſecundum aliquem gradum, ſola vero diuinitas eſt cauſa efficiens gratiæ. De plenitudine autem gratię Chriſti, homines, præſertim apoſtoli acceperunt, accipiendo gratiam non duntaxat pro habitu gratiæ gratum facientis, quæ ponitur in eſſentia animæ, ſed pro quocunque dono ſupernaturali vel ſupernaturaliter dato, quamuis ſit naturale in ſe. Nam de plenitudine ſapientiæ Chriſti accepimus euangelicã legem: de plenitudine vero ſanctiſimę conuerſationis ſuæ, accepimus boni exempli exhibitionem: de plenitudine ſuæ gratię interioris, eſſentiam animæ perficientis, accepimus gratiam pro gratia, id eſt gratiam habitualem, deiforme eſſe præſtantem pro gratia, ſecundum modos præhabitos. Maximè autem de plenitudine Chriſti receperunt apoſtoli, aliíque cum eis in conclaui collecti, quando in die ſancto Lucæ.24.
pentecoſtes receperunt ſpiritum ſanctum in ſigno viſibili, repletíque ſunt omnes, non ſolũ gratia gratificante, ſed gratijs etiam gratis datis. Nec mirum ſi de plenitudine chriſti dicimur accepiſſe, cum Petrus vniuerſos fideles hortetur, dicendo, Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię dei. Ad ſecundum dicẽdum, quòd gratia fertur i.Petri.4.
dari ſine præuijs meritis, quoniã datur ſine pręuijs meritis recipientis, non ſine meritis Saluatoris. vel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

datur ſine meritis quantũ ad primam radicẽ,quia & Chriſto collata abſque meritis eius.Sola enim bo E
nitate dei datum eſt humanę naturæ Chriſti,eſſe vnitum verbo,& gratia adimpleri. Et quoniam deus
decreuit hominibus gratiam dare ex ſua largitate per meritum chriſti,ſiue futurum,ſiue præſens,ſiue
præteritũ:conſequẽter ſubditur cauſa,ſignum vel declaratio,quod de plenitudine Chriſti accepimus,
Exod.23. [*Quia lex*]veteris teſt.in qua erant præcepta moralia,iudicialia,ac cæremonialia,[*Per Moyſen data eſt,*]tã
Actu.7. quã per ſeruũ populo Iſraël:data eſt quoq; per angelos,quemadmodum in Actis loquitur Stephanus
Galat.3. ad Iudęos incredulos,Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorũ,& non cuſtodiſtis. Vnde ad Galat.di
cit Apoſt.Lex propter trãſgreſſores poſita eſt,ordinata per angelos in manu mediatoris. Ex quibus e-
licitur,quod data ſit lex miniſterio angelorũ multorũ,quãuis cõmuniter non fiat mentio niſi de ange
Exod.20. lo vno,qui frequentius apparuit Moyſi.Lex ergo data eſt à deo principaliter,per angelum miniſteria-
liter Moyſi,& per Moyſen tanq̃ per miniſtrũ ſecundarium data eſt populo Iſraël.[*Gratia*].i.liberatio
à peccatis,iuſtificatio generis humani,ſupernaturale donũ ſpiritus ſancti perficiens animã , eamq́;deo
acceptã,& ad promerendum idoneã faciens,[*Et veritas*].i.doctrina euãgelicę legis,vel impletio legis ac
prophetarũ,[*Per Ieſum Chriſtũ facta eſt.*]chriſtus nãque vt deus,cauſa eſt principalis atq; efficiens gratię
huius:ſed vt homo talis,eſt cauſa inſtrumẽtalis ac meritoria eius:ipſe quoq; per aſſumptã humanitatẽ
impleuit & verificauit,quę de ipſo prẽnũciabãtur in lege & ꝓphetis per figuras ſeu verba prophetica.
Lucæ.24. Ipſe etiã expoſuit nobis ſcripturas vet.legis per ſeipſum,quando aperuit diſcipulis ſenſum vt intellige F
Actuũ.2. rẽt ſcripturas,& quomodo miſit eis ſpiritũ ſanctũ,prout apud Ioan.promiſit,cũ venerit ille ſpũs veri
Ioan.16. tatis,docebit vos omnem veritatem.¶Prętereà Moyſes dedit legẽ,multa iubẽdo:ſed non dedit gratiã,
qua implerẽtur quæ iuſsit.Lex quoq; Moſaica habuit vmbram futurorũ bonorum,non ipſam imagi
nem rerum,vt dicit Apoſt.chriſtus vero præſtitit gratiam adimplẽdi quæ iuſsit,& pro vmbra legaliũ
figurarũ propoſuit lucem veritatis,atque imaginẽ rerum.i.euidentem ſimilitudinem bonorũ cęleſtiũ.
Hebrę.10. Propter quod ſecundum Diony.lex euangelica media eſt inter legẽ Moſaicam & ſtatum beatorũ in
patria.Hinc tempus Chriſti nouæq́;legis vocatur tempus gratiæ,quoniã lex noua dat gratiam,inquan-
tũ includit ſacramẽta eccleſię,quæ faciunt quod deſignãt,& propter copioſiſsimam gratiam quã chri
ſtus nobis promeruit,item propter ineffabilem magnitudinem beneficiorum dei, & pronitatẽ eius ad
Titum.3. dãdam gratiam tempore euangelicæ legis.Vnde philoſophis dicitur innotuiſſe diuina maieſtas,Iudęis
Titum.2. iuſtitia,chriſtianis vero miſericordia innoteſcit,prout ad Titum proteſtatur Apoſtolus,Apparuit be-
Zacha.12. nignitas & humanitas Saluatoris noſtri dei. Et alibi,Apparuit gratia Saluatoris.Hoc per Zachariã legi
tur prophetatum,cũ dicitur,Et erit qui offenderit ex eis in die illa ſicut domus Dauid,domus Dauid
1.Ioan.4. quaſi dei ſicut angelus domini.¶Deinde oſtendit Ioannes certitudinem horũ quę hic recitãtur,[*Deum
nemo vidit vnquam.*]Verba euãgeliſtæ Ioãnis ſicut in ſtylo ſimpliciſsima ſunt,ſic in ſenſu vere profun
diſsima extant.Sic nempe decuit ſcribi Euangelium humillimi atque altiſsimi Ieſu Chriſti, vt eſſet in
ſtylo ſimplicitas ſumma,& in ſenſu profunditas maxima,quatenus ſermonis inculta ſimplicitas corre- G
ſpõderet tam humilitati, humanitatíque Chriſti,de quo conſcriptum eſt euangeliũ,quàm humilitati
Euãgeliſtarũ ſcribentium, qui omnem curioſitatem,ſtylíque pompã vitarunt:profunditas vero ſen-
tentiæ correſpõderet tã maieſtati ac diuinitati chriſti,quàm altæ illuminationi Euangeliſtarũ.Ait er-
go nunc Euãgeliſta aquilinus ac deificatus,Deũ nemo vidit vnquã.Quid quantũ ad verba ſimplicius?
quid in ſenſu profundius?Quomodocunq; enim exponatur habet inſtantiam, & requirit idoneã re-
ſponſionẽ.¶Poteſt autem exponi quatuor modis,ſecundum quod quadriformis eſt viſio,& etiã viſio
Iob.18. dei.Eſt enim corporalis viſio dei,non tamen ſecundũ diuinitatem,de qua ait S.Iob,In carne mea vide
bo deum ſaluatorem meum,quẽ viſurus ſum ego ipſe,& oculi mei conſpecturi ſunt.Ex qua authorita
Eſaiæ.6. te oſtendit Thomas in ſumma contra Gentiles,quod beatus Iob nouerat deũ incarnandũ.Alia eſt vi-
ſio dei imaginaria,de qua cõmuniter eloquuntur prophetę,vt Eſaias,cum dicit,Vidi dominũ ſedẽtem
Daniel.7. ſuper ſolium excelſum & eleuatũ.Daniel quoq;,Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt,& antiquus die
rum ſedit.Tertia eſt viſio dei per ſpeciẽ,qua deum videt ſancti in patria.Quarta eſt viſio perfectæ cõ
prehenſionis,qua res cognoſcitur totaliter tãque perfecte,ſicut ex ſua natura cognoſcibilis eſt,qua ſo
lus deus videt ſeipſum.Si ergo hæc verba exponãtur de viſione corporali,occurrit obiectio de Iacob,
Gene.32. qui de viſione tẽpore vigiliæ habita,ait in Geneſi,Vidi dominum facie ad faciem.Sed hoc facile ſolui H
tur,vt dicamus cum Auguſtino,ꝙ nõ vidit deum in propria perſona,ſed per creaturam ſubiectã,hoc
Iudic.13. eſt,per angelum dei præconẽ.Quomodo Manue pater Sãpſonis viſo angelo loquutus eſt cõiugi ſuæ,
Morte moriemur,quia vidimus dominũ.Sed tunc occurrit obiectio de his qui Chriſtum in carne vi-
1.Ioan.1. derunt:qui vtiq; diuinam perſonã verúmq; deũ corporali viſu intuiti ſunt,ſicut Ioãnes ait,Quod per
ſpeximus oculis noſtris,& manus noſtrę tractauerunt de verbo vitæ.Sed hoc rurſus de facili ſoluitur,
quoniam non viderunt deum ſecundum diuinitatis eſſentiam,ſed quo ad naturam aſſumptam:diuini
tatem vero non viderunt,niſi per fidẽ.¶Porrò ſi verba hęc exponãtur de viſione imaginaria,certũ eſt
quod prophetæ frequenter aſſerant ſe hoc modo deum vidiſſe.Si autem exponatur de viſione cõpre
henſionis,habet inſtantiam de ſanctis in patria,qui deũ cõprehẽdere perhibentur,vnde & comprehen
ſores dicũtur.Si vero exponatur de cõprehenſione omnino perfecta,occurrit inſtãtia de Chriſto,qui
cũ homo eſſet,cõprehendit deum perfecte,quemadmodum ait Ioannes,Nemo nouit patrẽ,niſi filius.
Ioan.14. Verũ breuiter reſpondendo dicendum,ꝙ verbum Euãgeliſtæ his quatuor modis intelligi poteſt.Pri-
mo,ſic,Deũ trinitatem,vel quamcunq; diuinam perſonam,nemo vidit,videt,videbit,videréve poteſt
vnquam viſu corporali,quantum ad diuinitatis naturam,cum deus ſecundum propriam eſſentiam ſit
incorporalis,incircumſcriptus,ſimpliciſsimus atque puriſsimus actus.Vnde dicit Apoſt.Quem nemo
hominũ vidit,ſed nec videre poteſt.Secũdò ſic,Deũ in ſua eſſentia nemo vidit vnquam,viſione ima-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ginaria. Quamuis enim in tali visione dicatur deus videri, hoc tamen non est, nisi inquantum in sensu interiori formantur corporales similitudines, ad repræsentandum deum. Tertiò sic, Deũ in sua essen- 1. Timo. 1.
tia, seu per speciem, nemo, hoc est, nullus homo purus viator, viuens vita humana ac sensitiua, vidit vnquam. Sic enim deus videri non potest, nisi per speciem increatam, cum omnis species, forma ac similitudo creata, in infinitum deficiat à clara repræsentatione diuinæ essentiæ, sicut & omnis creatura in infinitum deficit à plena repræsentatione perfectionis diuinæ.

¶Denique cum secundum Philosophum intellectus noster se habeat ad cognitionem intelligentiarum, quemadmodum oculus noctuæ ad intuitum lucis solaris, patet quòd incomparabiliter impotentior sit ad claram ac immediatam diuinæ essentiæ visionem, loquendo de statu eius in præsenti & naturali virtute. Hoc cognouerũt atque professi sunt omnes subtiliores philosophi. Vnde Alphorabius, Auicenna, Theophrastus, alij quoque innumerabiles dixerunt, quod de deo melius cognoscimus quid non sit, quàm quid sit: & quod de eo solum cognoscimus, quia est, non quid est. Hoc princeps theologorum beatissimus Dionysius plenius docet, affirmans, quod perfectissima cognitio quam habem⁹ de deo in vita præsenti, est per puram ac meram abnegationem omnium rerum à deo, ita vt vniamur Diony.
ei tanquam prorsus ignoto: vnde tertio capitulo mysticæ theologiæ, Hoc est (inquit) deum vere cognoscere, supersubstãtialẽ supersubstantialiter per omnium entium ablationem laudare. Et in epistõ-
B la ad Dorotheum, Inuisibilis est deus, propter excedentem suæ lucis claritatem. Lux autem diuina im- 1. Timo. 6.
mensa & increata, secundum quod inaccessibilis seu incomprehensibilis, hoc modo vocatur à Dionysio diuina caligo, de qua in epistola sua ad Caium monachum contestatur, Diuinæ tenebræ cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni visioni, propter incircunscriptibilem propriæ claritatis splendorem. Omnia hæc in elementatione theologica Procli, & in libro de causis, subtilissimè inueniuntur probata. Hinc quoque dominus ait ad Moysen, Non poteris videre faciem meam. Non enim Exod. 33.
videbit me homo, & viuet. Veruntamen quoniam in libro Nume. de Moyse legitur, Palam & non per Num. 12.
ænigmata & figuras videt deum: & quoniam Paulus de seipso fatetur, quòd raptus est vsque ad ter- 1. Cor. 12.
tium cœlum, audiuítque arcana verba, quæ non licet homini loqui: propterea Augustinus in libro de videndo deum, & Thomas dicunt, quòd Moyses Iudæorum magister, & Paulus gentium doctor, viderunt deum in hac vita per speciem: sed hoc non est contra prædicta, quia pro tunc non vixerunt vita humana, nec quicquam senserunt. Quod ergo legitur Moysi negatum in Exodo, postea concessum Exod. 33.
est ei, vt legitur in libro Numerorum. Quartò sic, Deũ nemo, hoc est, nulla creatura vidit, visione per Num. 12.
fectæ comprehensionis vnquam: sic enim nec anima Christi videt deum: qui sicut est infinitæ actualitatis, sic est infinitæ cognoscibilitatis, propter quod perfecte atque totaliter cognosci & comprehendi non valet, nisi ab intellectu infinitæ virtutis. Hanc vltimam expositionem multi putant amplius ad
C propositum pertinere. Sicque Damascenus in principio sui libri differuit, quod non solum nullus ho- Damasc.
minum, sed nec aliquis supermundanorum animorum deum vidit vnquam.

¶Sed aduertendum, quòd res dicitur à cognoscente comprehendi dupliciter. Primò, quoniã eius essentia cernitur, & sic ipsa immediatè attingitur. Hoc modo sancti in patria comprehendunt deum, & comprehensores dicuntur, quoniam vident, hoc est, intelligunt & agnoscunt deum sicut est, secundũ Ioannem, seu facie ad faciem, iuxta Paulum. Secundò, res dicitur comprehendi, quia intantum cognoscitur, sicut ex sua natura cognoscibilis est, ita quòd nil eius latet, sed quasi infra certos terminos continetur in animo cognoscentis. Hoc modo infinitũ à finito comprehendi non potest: sicque Apostolus 1. Ioan. 3.
loquitur, Quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritus eius. Præter modos commemoratos, videmus deũ tripliciter, per fidem, per naturalem rationem, per anagogicam illustrationem.

¶Consequenter pandit Euangelista, quis nos instruxit de inuisibilibus dei: [*Vnigenitus filius*] patri con- 1. Cor. 13.
substantialis, consempiternus & coæqualis, [*Qui est*] inuariabiliter ab æterno, [*In sinu patris*] id est, patri
intime atque affectuosissimè inseparabiliterque coniunctus, [*Ipse enarrauit,*] id est, Euangelio docuit, quid de diuinitatis vnitate, & personarum trinitate, quid de creatoris prouidentia, omnipotentia, cæterisque secretis diuinis, & ad salutem pertinentibus, sentire debemus. Hinc infra loquitur, Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Et vt ait Ioannes, Scimus, quoniam filius Ioan. 17.
dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deum verum. Hoc vtique inseparabiliter ac ineffabi- 1. Ioan. 5.
D liter roborat fidem nostram, quod à filio dei vnigenito vero deo sumus edocti. Itaque quod ait, filiũ esse in sinu patris, non est materialiter intelligendum, sed per sinum intelligitur cor paternum, in quo verbum æternaliter manet. Loquitur tamen Euangelista more humano, quatenus per existentiam filij in sinu patris, insinuet superdulcẽ affectũ, amorosissimámque vnionem patris ac filij, sicut apud nos parentes ponunt filios in sinu ex magno affectu. Quoniam ergo fides & lex Christiana ab vnigenito filio dei pronunciata, ac data est nobis, idcirco grauius est non credere & obedire Euangelio, quàm olim fuit non credere ac parere Pentateuco & scripturis veteris testamenti: ad quod insinuandum dicit Apostolus ad Hebr. Si illi (puta Iudæi) non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur, Hebræ. 12.
puta Moysen: multo magis nos qui de cælis loquentem nobis auertimus, scilicet filium dei, non effugiemus. De hac sua enarratione Christus ait apud Esaiam, Ad annunciandum mansuetis misit me. Esaiæ. 6.

¶Deinde Euangelista prosequitur plenius testificationem Ioannis de Christo, ostendẽs locum & tẽpus, vbi & quando perhibuit testimonium Christo, [*Et hoc est testimonium Ioannis,*] id est, verba Ioannis Baptistæ iam introducta sunt, quod testificando dixit de Christo. Aliqui referunt hoc ad verba sequentia, in quibus præcursor testatur veritatem de Christo. [*Quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis*] vrbe sacerdotali ac regia atq; metropoli in Iudea, in qua studiũ prophetarũ ac legis vigebat, sacrificia quoq; fiebãt, & principes Iudæorũ demorabãtur, [*sacerdotes & leuitas,*] videlicet nũcios solẽnes & eru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditos,qui magis videbantur zelare pro lege ac diuino honore,[*Ad eum, vt interrogarent eũ, Tu quis es?*] E
id eſt,quæ vel qualis perſona,cuius authoritatis aut dignitatis? Vnde moti fuerunt Iudæi ad hanc legationem & interrogationem Ioannis? Niſi enim putaſſent eum eſſe aliquem magnum, non miſiſſent ad eum tales legatos,nec tam magna petiiſſent ab ipſo. Et reſpõdendum quod Iudæi baptizante Ioanne, magnam æſtimationem habebant quòd Meſsias veniſſet in mundum ex cauſis diuerſis,videlicet teſti-
Ioan.4. monium paſtorum, Annæ prophetiſſæ,& iuſti Symeonis,trium quoque magorum,& propter occi-
Lucæ.2. ſionem infantum, quorum teſtimoniorum memoria adhuc in Iudæis permanſit. Item quia viderunt
Matth.2. ſibi regnum ablatum,& alienigenæ traditum,quod Iacob dedit eis pro ſigno aduentus chriſti,& quia
Geneſ.50. viderunt hebdomadas illas impletas,de quibus cecinit Daniel,q̃ intra illas Chriſtus veniret. Iſtud de
Danie.9. hebdomadibus dicit quidam,quod nõ videtur certum,vel multũ probabile:quia apud Matthæũ chri
Matth.26. ſtus improperat phariſæis,quod ex vaticinio Danielis prædicto,non aduerterunt tẽpus aduentus Meſ
Daniel.9. ſiæ inſtare,Faciem(inquit)cæli iudicare noſtis,ſigna autem temporum non poteſtis. Et in Luca pla-
Lucę.12. nius ait,Hypocritæ,faciem cæli & terræ noſtis probare,hoc autem tempus quomodo non probatis?
Lucę.1. Quoniam itaque æſtimabant tempus Meſsiæ adeſſe,opinati ſunt Ioannem eſſe chriſtum propter mi-
raculoſam eius natiuitatem,quæ ſuper omnia montana Iudææ diuulgabatur. Itẽ propter vitæ ſuæ ab-
Marc.1. ſtractionem,rigorem,ac ſanctitatem,genealogiæ nobilitatem. cum enim fuerit natus de tribu ſacerdo
tali,probabile eſt,quòd etiam fuit de tribu regali vel Iudæ,quoniam hæ duæ tribus pene ſemper con- F
traxerunt ad inuicem. Quærendo autem,Tu quis es?non intendebant ſciſcitari vel certificari de nomi
ne & origine,hæc enim ſciebant,ſed de dignitate & gratia.[*Et confeſſus eſt*]Ioannes veritatem, tanquã
Sapien.1. veritatis præco,amicus & paranymphus,[*Et non negauit*]eã. Os enim quod mentitur occidit animam.
Pſalm.5. Et Pſalmiſta ait deo,Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quãuis nanq; ſæpe ſit licitum veri-
Pſalm.38. tatem ſilere,propter audientiũ improbitatem,vel propriam pacem,ſeu aliam piam ſeu rationabilẽ cau
ſam:iuxta illud Pſalmiſtæ,Poſui ori meo cuſtodiam,dũ conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui
& humiliatus ſum & ſilui à bonis:nunquam tamen licet veritatem negare,quamuis poſsit aliquando
pia cautela abſcondi.[*Et confeſſus eſt,quia*]id eſt,quòd[*Non ſum ego Chriſtus,*]non iudex,non ſponſus,nõ
Saluator,non vnigenitus filius dei,ſed Chriſti miniſter,iudicis præco,ſponſi paranymphus,Saluatoris
præcurſor,filij dei miniſter. Sacerdotes ergo primo quæſierunt explicite vel ſaltem implicite Ioannẽ
an eſſet Chriſtus,idcirco Ioannes reſpondit,vel ad verba,vel ad mentem eorum.[*Et interrogauerunt eũ,
Quid ergo es?*]& quid reſtat?[*Helias es tu?*]Putabãt autem Iudæi Ioannem eſſe aliquem valde magnum.
Cum ergo audiſſent quòd non eſſet chriſtus,ſciſcitati ſunt,an eſſet Helias, qui fuit vnus de maximis
ſanctis veteris teſtamenti. ¶ Multa vero induxerunt ſacerdotes,atque Iudęos ad opinandum,quod Io
Matth.14. annes eſſet Helias,ſcilicet ſolitaria vita,duritia veſtium,zelus iuſtitię cõtra Herodẽ. Omnia enim hęc
Matth.6. in Helia fuerunt. Item,quoniam aduentus Hęliæ fuit Iudæis promiſſus per Malachiam:propter quod
Malac.4. diſcipuli dixerunt de chriſto apud Matthæum,Quomodo dicunt phariſęi,quod Heliam oportet pri- G
Matth.17. uenire? Sed quoniam iſti Iudęi ſciebant Ioannem eſſe Zachariæ filium atque Elizabeth, circa triginta
annos habentem,intra quos ex infante creuit in virum,mirum eſt,quomodo interrogauerunt,an Ioan
4.Reg.2. nes eſſet Helias,qui per tot centenos annos tranſlatus fuit in paradiſum,& rediturus eſt in forma ac ſta
tu virili. Et reſpondendum,quod multi Iudæorum tunc,ſicut & nunc,poſuerunt animas tranſcorpo
Num.25. rari:ſicque æſtimare poterant,quod Ioannes eſſet Helias in alio corpore, ſicut & multi alij eorum di-
xerunt Ieſum eſſe Heliam,aliique Hieremiam,aut vnum ex prophetis,ſic iſti æſtimabant de Ioanne.
[*Et dixit,Non ſum*]Helias in perſona,quia non idem homo. Ioannes tamen dici poteſt Helias propter ſi
militudinem operationis,parilitatem officij,conformitatem conuerſationis, ſanctitatis & gratiæ cum
Matth.14. Helia. Præceſsit enim primum Chriſti aduentum,ſicut ille præcedet ſecundum: redarguit Herodẽ &
Marc.6. Herodiadẽ,ſicut ille Achab & Iezabel:vterque eremita & in aliis multis cõueniunt:propter quod ait
Matth.17 chriſtus diſcipulis,Helias iam venit,& ſi vultis ſcire,Ioannes ipſe eſt Helias. Hinc Gabriel de Ioanne
Lucæ.1. prædixit,Ipſe præcedet ante illũ in ſpiritu & virtute Heliæ. Tertiò quęſierũt,[*Propheta es tu?*]Aliqui di
cunt,quod ſacerdotes iſti per prophetam intellexerunt nõ ſimplicem vatem, ſed prophetam quendã
Deut.18. præcipuũ,illum videlicet,de quo Moyſes ſcripſit in Deutero. Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de
fratribus veſtris tanquam me:& dicunt quod Iudęi per iſtum prophetã intellexerunt nõ ipſum Chri H
ſtum,ſed eius præcurſorem. Hoc autẽ non videtur rationabiliter dictum. Ioannes enim reſpondendo
dicit ſe non eſſe prophetã illum,de quo ipſi loquũtur. Si igitur ipſi nomine prophetę intelligunt pro
phetam illum præcipuũ Chriſti præceſſorem,negaret ſe eſſe quod veraciter erat. Et ſi quis dicat,quòd
negat ſe eſſe illũ prophetã,de quo præallegata ſcriptura loquitur,quę ad literã intelligẽda eſt de Chri
ſto,tunc reſponſio Ioannis non abſolueret queſtionẽ interrogantiũ,imo ipſe & illi laborarent in ęqui
uocis. Illi enim ſecundum iſtos quęſierũt an eſſet præcipuus propheta chriſtũ præceſſurus:& ipſe ſe-
cundũ iſtos reſpondit,ſe non eſſe prophetã,de quo Moyſes loquitur ſecundum veritatem,ſcilicet q̃
non eſſet chriſtus,ſicque illi per prophetam intelligerent alium quàm Ioannes,imò ſic reſponſio iſta
Ioannis non differret à prima,qua ſe dixit non eſſe chriſtum, cum tamẽ Ioannes optime ſciret,quod
ſacerdotes in tertia quæſtione nomine prophetę non intelligebãt Chriſtum. ¶ Denique ex textu præ
ſenti elici nequit,quod ſacerdotes intendebãt quærere de propheta illo præcipuo,de quo Moyſes fuit
locutus,ſed potius de aliquo propheta inferiore Helia,quia paulatim deſcenderant. Nõ eſt etiam cõ-
ſuetudo ſcripturę noui vel veteris teſtamenti,vt nomine prophetę ſimpliciter pronũciati, intelligatur
Matth.17. ille propheta præcipuus. Melius igitur reor vt per prophetam intelligatur quicunque propheta indi-
Lucæ.1. ſtincte,eo modo quo in veteri teſt. cõmuniter fit ſermo de propheta. ¶ Sed tunc dubitatio oritur,quo
modo Ioannes neget ſe eſſe prophetam,cum certum ſit ipſum fuiſſe prophetam,Zacharia teſtante,Tu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A puer propheta altiſsimi vocaberis. chriſtus quoque vocat eum plus quàm prophetam. Dicit enim de eo, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt. Ex quibus patet quòd fuit propheta. Ad hoc reſpondent Gregorius & Beda, quòd quia Ioannes fuit plus quàm propheta, non ſolũ futura de chriſto prænunciando, ſed etiam chriſtũ præſentialiter oſtendendo dum dixit, Ecce agnus dei: quantum ad id ſe negat prophetam, quo fuit plus, quam propheta. Aliter dici poteſt, quòd quia Ioannes fuit medius inter prophetas & Apoſtolos, & quaſi horizon ac medius vtriuſque teſtamenti, i. quòd ſua vltimata formalis ac propria gratia gratis data, non fuit cum prophetis veteris teſtamẽti, Chriſtum futurum in mundum prædicere, ſed eum iam demonſtrare, & cum apoſtolis annunciare, quoniã venit: ideo negat ſe eſſe propheta, non quia nequaquam propheta fuit, ſed quoniam ſuum vltimatũ formale ac proprium officium non fuit futura prædicere, ſed Chriſtum præcurrere, prædicando, baptizando, eiúſque ſemitas diſponendo. Vnumquodque enim denominationẽ ſortitur à ſua formali & propria ratione. Poteſt quoque aliter dici, videlicet quod Ioannes dicit ſe non eſſe prophetam, eo modo quo ait Amos Propheta, Non ſum Propheta, & quomodo Chriſtus dicit in Pſalmo, Ego autẽ ſum vermis, & non homo. [*Dixerunt ergo ei, Quis es?*] id eſt, cuius authoritatis, gratiæ vel officij. Nõ enim quærebant ſolum quis eſſet per naturam ſiue perſonam, ſed quis eſſet per gratiam & miſsionem diuinam, [*Vt reſponſum demus his qui miſerunt nos,*] ad te ad hunc finem, vt reportaremus eis certam reſponſionem
B de hoc quis ſis, & friuolum eſſet nos ſine abſolutione quæſtionum & affirmatiua reſponſione reuerti. [*Quid dicis de teipſo?*] qui tantæ excellentiæ es, vt proprio teſtimonio tuo de teipſo prolato credendum ſit. Quamuis ſecundum communem legem homo non reputetur idoneus teſtis de ſeipſo, niſi forte cũ iuramento. Vnde infra Iudæi dicunt ad Chriſtum, Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. Hinc Paulus ad Corinthios cum ſibiipſi & propriæ gratiæ teſtimonium perhibuiſſet, propria bona deſcribendo, adiecit, Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. [*Ait*] Ioannes ſacerdotibus & leuitis ad ſe miſsis, [*Ego vox*] per proprietatem, non per eſſentiam, id eſt, præco & vociferator, [*Clamantis,*] id eſt, Chriſti vel ſpiritus ſancti per me loquẽtis, [*In deſerto,*] hoc eſt ſolitudine Iudææ, in qua habitauit ac prædicauit Ioannes. Dicitur autem Ioannes vox ſecundum Gregorium, quia ſicut vox præcedit verbum, vt audiatur: ſic Ioannes præceſsit Chriſtum vt cognoſceretur. ¶Sed cum verbum & vox ſint idem realiter, quomodo vox dicitur verbum præcedere?
¶Dicendum quod chriſtus eſt verbum intellectuale. Quemadmodum ergo in nobis vox oris præcedit verbum mentis, vt audiatur: ſic Ioannes Chriſtum præceſsit. Vel dicendum, quòd licet verbum oris & vox idem ſint, vox tamen præcedit hoc verbum ſecundum rationem, eo modo quo ſecũdum authorem libri cauſarum, genus præcedit ſpeciem. Secũdò, Ioannes Baptiſta appellatur vox chriſti, quoniam ſicut vox rem ipſam ſignificat, ſic Ioannes chriſtum oſtendit. Tertiò, propter efficaciam ſuę prædicationis altam atque tubalem, qua Chriſto teſtimonium perhibebat. Vnde vocatur non ſolum
C nunciator, ſed etiam vox chriſti: ſicut de homine multum dilecto dicimus, amor meus. Quid autem Chriſtus clamauerit per Ioannem ſubiungitur, [*Dirigite viam domini,*] id eſt, recte & vere exercete opera bona, & ſancta deſideria in vobis habete, per quæ deus ingreditur cor humanum, hoc eſt, vitiorum obliquitates fugite, voſipſos ad gratiam præparate, atque ad Chriſti prædicationem ac fidem mẽtes veſtras diſponite, [*Sicut dixit*] hoc eſt, de me prophetauit [*Eſaias propheta,*] qui prędixit de me, quòd eſſem futurus vox clamantis, &c. prædicationem iſtam Ioannis Baptiſtæ Euangeliſta Ioannes non perſequitur, quæ Matthæus & Lucas plenius proſequuntur. [*Et qui miſsi fuerant,*] id eſt, prædicti ſacerdotes atque leuitæ, [*Erant ex phariſæis,*] hoc eſt, de numero phariſæorum, imo & phariſæi: ex quo erant ſolenniſsimi nuncij. Triplici quippe exiſtente ſecta inter Iudæos, videlicet Eſſæorum, qui rigoroſiſsimam, caſtam & ſobriam vitam duxerunt: Sadducęorum, qui dixerũt animas hominum eſſe mortales, & nec angelum, nec ſpiritum, nec reſurrectionem eſſe: ac Phariſæorum, qui poſuerunt animas immortales, & futuram eſſe reſurrectionem vniuerſalem, & ſpirituales eſſe ſubſtantias, ſecta phariſæorum, de qua & Paulus ſe fuiſſe teſtatur, erat famoſior. Videbantur enim ſpecialem zelum legis habere, & religioſe incedere. Aliqui autẽ ſacerdotes, leuitæ, ac ſcribæ fuerant phariſæi: ſicut nunc multi ſacerdotes, clerici & doctores, ſunt clauſtrales ſeu religioſi. ¶Prætereà aduertendum, quod ſecundum ſanctos doctores communiter, Gregorium, Chryſoſtomum, Bedam, & alios, nuncij iſti inſidiãter ac malitioſè in-
D terrogauerunt Ioannem, quærentes occaſionem aduerſus eum: ad quod inſinuandum, aſſerunt nũc dixiſſe Euangeliſtam, Et qui miſsi fuerant, erant ex phariſæis. Phariſæi nanque quamuis foris ſanctitatẽ prætenderunt, intus tamen replebantur hypocriſi, ambitione atque inuidia. Origenes vero dixit, quod ſimplici animo quæſierunt, optantes veritatem agnoſcere. Primo, quoniam dictum eſt nunc quod ex dubitatione moti ſunt ad interrogandum. Secundo, quoniam tam magnifice ſenſerunt de Ioanne, ꝙ ſuſpicabantur eum eſſe Chriſtum. Tertio, quoniam maximam reuerentiam ei exhibuerunt in ipſo interrogationis proceſſu. Quarto, quia Iudæi communiter primo multum bene ſenſerunt de Ioane, ſciẽtes mirabilem eius natiuitatem, atque ſanctiſsimã vitam. Vnde & apud Marcum habetur, quod exibat ad eum omnis Iudææ regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab eo. Sed & in Matthæo legitur, quod multi phariſæorum veniebant ad baptiſmum Ioannis. Poſtremo, quia Ioannes fuit de genere ſacerdotali, & magni ſacerdotis filius, non apparet, quod ſacerdotes prima facie inſidiati ſint ei: imo ſi Ioannes dixiſſet ſe eſſe chriſtum, aliud nihil videtur, niſi quod credidiſſent ſic eſſe. Quod ergo ait Euangeliſta, Et qui miſsi fuerant, additum eſt ad innuendum ſolennitatem ac idoneitatem nuncio rũ. [*Et interrogauerunt eum, Quid ergo Baptizas,*] i. homines in aquis Iordanis lauas, [*Si tu non es Chriſtus, neque Helias, neque propheta?*] i. cur nouum ritum præſumis inducere, ſi non es aliquis horum? Nullus enim ante Ioannem auſus eſt baptizare: vnde Iudæi videntes Ioannem aliquid noui inducere, voluerunt

Matth. 11. Lucæ. 7.
Ioan. 1.
Marc. 1. Amos. 7. Pſalm. 21.
Ioan. 8. 2. Cor. 12.
Marci. 1.
Gregor.
Eſaiæ. 40.
Matth. 3. Marc. 1. Lucæ. 5.
Actuũ. 26.
Gregor. Chryſoſt. Beda.
Origenes.
Lucæ. 3.
Marc. 1. Matth. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcire,qua authoritate hoc faceret: & nunc quia ſe dixit non eſſe Chriſtum,neque Heliam,neque prophetam,incipiunt eum de preſumptione notare.[*Reſpondit eis Ioannes dicens,Ego baptizo in aqua*]id eſt,exterius lauo corpora veſtra,non intus purgo à culpa,nec gratiam præſto:[*Medius autem veſtrum ſtetit*,]id eſt,inter vos apparere,conuerſari,& communiter viuere dignatus eſt,[*Quem vos non ſcitis*]id eſt non cognoſcitis eſſe Chriſtum filium dei,quamuis forte ſciatis,quòd ſit filius Mariæ.Non enim agnouerant Chriſtum ſecundum ſuam diuinitatem,nec etiam ſecundum ſuam humanitatem,per comparationem ad vnionem cum verbo,atque ad cætera ſpiritus ſancti chariſmata. ¶Quæritur,quomodo Chriſtus ſtetit medius horum,vel inter hos medius fuit,qui forſitan nunquam fuit inter nuncios iſtos,ſacerdotes,& leuitas?Dicendum quod Chriſtus ſecundum ſuam deitatem ſtat,id eſt,firmiter, inuariabilitérque ſubſiſtit medius omnium, quia in omnibus eſt. Dicitur enim ſtare: iuxta illud in Pſalmo, Deus ſtetit in ſynagoga deorum.Et Eſaias ait,Stat ad iudicandum dominus.¶Porrò ſecundum humanitatem,ſtetit Chriſtus medius horum dupliciter.Primò,quia in terra & populo eorum communiter vixit.Secundò,quia ſingulis annis aſcendit Hieroſolymam in ſolennitate paſchali ſecundum legem,intrauítque templum,& ibi inter ſacerdotes & alios ſtetit in templo.Nam & cum eſſet annorum duodecim,inuentus eſt in templo in medio doctorum. Sed non videtur Ieſus corporaliter affuiſſe,& inter iſtos ſtetiſſe,quando locutus eſt hæc verba Ioannes.[*Ipſe quem vos non ſcitis*,]videlicet chriſtus,[*Eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt.*]Hoc iam pauloante expoſitum eſt.[*Cuius ego non ſum dignus*,] F
id eſt,cuius præſentia & famulatu dignus nõ ſum in minimis rebus,videlicet, [*Vt ſoluam eius corrigiam calciamenti*,]id eſt,in rebus corporalibus & vilibus ei deſeruiã.Improportionabiliter nanque fuit Chriſtus maior Ioanne Baptiſta,multo minus dignus ſum ipſum contingere,vel eius nomine appellari ſeu eſtimari,quòd ego ſim ille,videlicet Chriſtus.Matthæus & Lucas plenius recitant verba Ioannis Baptiſtæ.Nam præinductis verbis ſuis adiecit de Chriſto,Ipſe vos baptizabit ſpiritu ſancto & igni, quæ verba apud Mathæum prout dominus dedit,diligenter expoſui.¶Prædictis itaque verbis Ioannes Baptiſta ſatisfecit quæſtioni Iudæorum.Dicens enim ſe eſſe vocem domini,quemadmodum Eſaias pronunciauit,& quod dominus,cuius ipſe vox fuit,tantum excelleret eum,quòd non eſſet dignus ſoluere corrigiam calciamenti eius,faſſus eſt ſe etiam eſſe Chriſti præcurſorem.Item dicendo,quòd baptizaret in aqua duntaxat,oſtendit inſufficientiam ſui baptiſmi,ita quòd ſicut prædicando diſponebat homines ad Chriſti prędicationem ſalubriter audiendam:ſic baptizando diſponebat ad ſuſcipiendũ chriſti baptiſma.Primò,quoniam ſuſceptio baptiſmi Ioannis fuit quędam profeſsio credendi in Chriſtũ. Baptizauit nanque in nomine Chriſti venturi.Secundò,quoniam qui baptizabantur à Ioanne,confitebantur ſua peccata,ſicque aptabantur ad fidem & gratiam Chriſti.Tertiò,quia Ioannes baptizando congregauit populum multum,& ita potuit pluribus annũciare Chriſti aduentum.Hanc rationem ipſemet ſanctus Baptiſta poſt pauca commemorat,ſicut patebit.¶Patet ergo quod Ioannes baptizando non vſurpauit indebitum ſibi officium,ſed eius inſpiratione hoc fecit,quem præcurrebat. G
¶Denique quòd ait Ioannes ſe eſſe indignum ad ſoluendum cingulum calciamentorum Chriſti, non eſt ſic intelligendum,quod Chriſtus tulerit calciamenta.Ipſe enim cœpit facere & docere. Ipſe vero diſcipulis iuſsit ne calceis vterentur,vt legitur in Matthæo.ſed Ioannes conformat ſe communi modo loquendi,quo aliquis volẽs ſe multum humiliare ſub alio,aſſerit ſe indignum ad ſoluendum ligaturã calceorum ipſius.¶Sed quomodo Ioannes fuit indignus ad hoc,qui dignus fuit chriſtum baptizare, & cum homo exiſtens in gratia mereatur de condigno vitam æternam,hoc eſt,claram & immediatam diuinæ eſſentiæ viſionem,ita quod dignus ſit diuinitati fruendo vniri,quomodo Ioannes non fuit dignus chriſto in corporalibus miniſtrare?Et reſpondendum dupliciter,Primò,quòd loquendo de Ioanne,ſecundum ſua naturalia tantum non fuit dignus Chriſtum baptizare,vel ei in minimo miniſtrare,propter infinitam dignitatem Chriſti,ſecũdum ſuam deitatem,& propter plenitudinem gratiæ ſuæ humanitatis.Et ſic loquitur de ſe Ioannes.Vel loquitur de ſe,ſecundum quòd aliquo modo fuit peccator,quantum ad venialia minutiſsima.Iuxta quem modum Paulus,Non ſum(inquit) dignus vocari apoſtolus.Loquendo autem de Ioanne,ſecundum magnitudinẽ gratię ſibi collatæ,dignus fuit ad hęc, præſertim ob ſuam profundiſsimam humilitatem.Secundò dicedum,quod aliquis dicitur dignus per comparationem ad Chriſtum dupliciter.Primo,ſimpliciter,ſic Ioannes ad iſta dignus nõ extitit.Secũ H
do,iuxta modũ humanę cõditionis,ac poſsibilitatis,ſic Ioãnes dignus erat ad iſta,imo ſic homo dignꝰ eſt corpus Chriſti cõſecrare & manducare.Aliter omnes damnaremur,dicente Apoſt.Quicunq; mãducauerit corpus domini indigne,iudicium ſibi mãducat,& reus erit corporis domini. Hoc modo virgo benedicta digna fuit filium dei cõcipere & lactare.Sic quoque iuſtus,dignus eſt vita æterna. Et videtur dignitas iſta fundari in quadam beneuola acceptatione voluntatis diuinæ,quæ liberè voluit homines taliter dignificari per gratiam.In omnibus commendatur,& imitanda relinquitur nobis eximia humilitas ſancti Ioannis,qui cum tantæ ſanctitatis,reputationiſque eſſet,vt Chriſtus putaretur, ſeipſum profundiſsimè humiliauit.Nouerat enim ſcriptum,Quanto maior es,humilia te in omnibus,& inuenies gratiam coram deo & hominibus.Nouerat quòd homo tanto ſit coram deo ſublimior,quanto in oculis propriis fuerit vilior atque decliuior.Et ſi Ioannes reputauit ſe indignum ſoluere corrigiam calciamentorum Chriſti,cum eſſet amicus,paranymphúſque ſponſi,conſanguineus domini,& breuiter talis ac tantus,quod inter natos mulierum non fuerit maior eo:quomodo nos puſilli tam irreuerẽter,& intimorate,tam imparatè & inaffectuoſe accedimus venerandum dei altare,& Chriſtum conſecramus aut ſumimus?Humiliemur igitur ſub potenti manu dei,& faciamus quicquid præceptum eſt nobis,& quicquid valemus:túncque ex corde dicamus,Serui inutiles ſumus:& Chriſti ſacramẽtis cũ omni puritate ac reuerentia propinquemus:præſtet hoc mihi & cæteris indigentibus Chriſtus.

Pſalm.81. Eſaię.3. Matth.3. Marc.1. Matth.3. Lucæ.3. Eſaiæ.40. Actu.9. Matth.3. Ibidem. Marci.1. Lucæ.3. Actuũ.1. Matth.10. 1.Cor.11. Eccleſi.3. Matth.11. 1 Petri.5. Lucæ.17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Mystice per calciamenta intelligitur Christi humanitas à verbo indutaiper pedem, diuinitas humanitate tecta quodammodo, & velata: per corrigiam vero, vnio vtriusque. Ioannes ergo non fuit dignus corrigiam calciamentorum pedis Christi dissoluere, quia non potuit perfecte mysterium incarnationis, seu modum hypostaticæ vnionis humanæ naturæ cum verbo explicare. Imò hoc excedit intellectum, non solum omnium viatorum, sed & angelicorũ spirituum. [*Hæc*] scilicet interrogatio Iudęorum, & responsio, testificatióque Ioannis de Christo [*In Bethania facta sunt trans Iordanem,*] hoc est, in illa Bethania, quæ est vltra Iordanem, in terra duarum tribuum ac mediæ. Estque Bethania illa supra Iordanem sita, [*Vbi erat ioannes baptizans*] non in Bethania, sed in aquis prope currentibus. Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethaniæ citra Iordanem, in qua Martha, Maria, & Lazarus commorati sunt. Veruntamen secundum Origenem, textus vitio scriptorum corruptus est, quia vt asserit, sic textus haberet, Hæc in Bethabora facta sunt. Ioan. 1. Origen.

¶Elucidatio huius cap. ab eo loco, [*Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se.*]

Articulus VI.

B DEinde ostendit Euangelista lucidius, quomodo præcursor testimonium perhibuit Christo, in præsentia Christi & turbæ, [*Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se.*] Verba hæc à diuersis diuersimode exponuntur. Quod enim hic dicitur, Altera die, referunt aliqui ad ea quæ immediate Euangelista narrauit, de missione sacerdotum ac leuitarum ad Ioannem. Et sic quod subiũgitur de accessu Christi ad Ioannem, intelligi posset de illo aduentu, quo Iesus venit ad præcursorem, vt baptizaretur ab eo: iuxta illud dictum Lucæ, Venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Missio enim nunciorum illorum ad Ioannem, communiter ponitur præcessisse baptismum Christi à Ioanne. Alij dicunt, quòd iam non est sermo de aduentu Christi ad baptismum, quia in baptismo Christi vidit Ioannes spiritum sanctum in specie columbæ super christum descendere, vt est apud Matthæum. Nunc vero post pauca subiungitur, [*Testimonium perhibuit Ioannes dicens, Quia vidi spiritum descendentem de cælo,*] quasi columbam, [*Et mansit super eum.*] Ergo hæc dixit post christi baptismum. Isti itaque sic exponunt, Altero die. i. alio quodam die, non tamen immediate postquam facta sunt quæ Euangelista modo de missione sacerdotum descripsit, sed postquam Iesus reuersus est à deserto. Mox enim vt baptizatus est, expulit eum spiritus in desertum, vt legitur apud Marcum. Vel, vt quidam dicunt, christus iam baptizatus, aliquanto tempore commoratus est iuxta Iordanem, & tunc quodam die accessit Ioannem. Prima vero expositio videtur rationabilior, & textui magis cõsona. Vnde ad argumentum aliorum facillimè diceretur, quod Ioannes Baptista nõ dixit omnia verba sequẽtia simul, sed quędam ante christi baptismum, & alia postmodum, sicut patebit: Euangelista tamen recitat ea sub vno cõtextu, quia omittit, quæ nouit ab aliis tribus Euangelistis descripta, videlicet, quomodo Ioannes christum baptizauit, & refert quæ illi omiserunt, puta verba Ioãnis, quorum aliqua dixit christo ad baptizandum propinquante, alia vero eo iam baptizato. Vidit ergo Ioannes Iesum venientem ad se, videlicet dominum ad ministrum, creatorem ad creaturam, redemptorem ad redimendum, sanctum sanctorum ad hominem venialibus non carentem. cum ergo Ioannes vidisset altissimum, tã humiliter inter populares venientem, expauit, & tacere non potuit: sed humiliantem se exaltauit, & ait astantibus, [*Ecce agnus dei,*] hoc est, immaculata hostia, per agnum paschalem præfigurata, quam deus pater, seu trinitas pro mundo ordinauit sibi immolandã, quemadmodũ ait Apostolus, Pro omnibus nobis tradidit illũ. Et christus in passione, calicem, inquit, quem dedit mihi pater, non bibam illũ? christus itaq; dicitur agnus per proprietatẽ, non per naturam, sicut dicitur lapis angularis, leo, vitis. Dicitur autẽ agnus, Primò, propter innocẽtiam. Secundò, propter mansuetudinem. Tertiò, propter vtilitatem, quoniã spiritualiter vestit & alit nos. Quartò, propter modũ suę occisionis, quoniã Esaia testãte, Sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente obmutuit. Quintò, quoniã sicut filij Israël liberabantur à tyrannide Pharaonis per agni immolationem, sic liberati sumus à potestate dæmonis per christi oblationem. [*Ecce qui tollit peccata mundi.*] christus secundũ quòd deus abstulit peccata hominum, tãquam causa purgationis effectiua ac principalis. Quia peccata dimittere, gratiámque mũdantem ac iustificãtem infundere, deo secundum propriam naturã est propriũ: prout sanctus Iob protestatur, Quis potest facere mundum de immundo, nõne tu qui solus es? Sed inquantum homo abstulit peccata, tanquam causa meritoria instrumentalis & mediatiua, sic tamen quod idoneitas auferendi peccata cõpetebat Christo homini, ppter vnionẽ suę humanitatis cũ verbo, ex qua vnione habuit dignitatẽ & efficaciã quodãmodo infinitam. Propter q̃ totius mundi vniuersa peccata potuit tollere, omnibus gratiã in præsenti, & gloriã in futuro mereri, quod nulli cõpetit puræ creaturæ. Primò, quia peccatũ est quodãmodo infinitę grauitatis, inquãtũ est contra dominũ immẽsæ maiestatis. Secũdò, quoniã natura humana in infinitum cõmunicabilis est, ideo totã redimere non potuit, nisi Saluator infinitę dignitatis. Tertiò, quoniã beatitudo ad quã ordinatur redemptio à peccato, est etiam quodammodo dignitatis immẽsæ, cum sit immediata fruitio boni simpliciter infiniti. Has rationes ponunt Anselm⁹, Thomas, & Bonauentura. Abstulit autẽ christus omnia peccata mũdi. Originale videlicet, actuale seu personale, quia pro omnib⁹ satisfecit. Specialiter tamẽ ordinabatur passio christi cõtra originale, quia pro illo nemo satisfacere potuit, sed omnes quantũcunque sancti, vsque ad christi passionẽ, descenderũt in lymbũ. Originale quippe peccatum corrupit atque infecit naturã communiter, quoniã erat priuatio originalis iustitiæ, debitæ inesse, secundũ Anselmum. Vnde sibi debebatur pro pœna, carẽtia visionis diuinæ. Totam vero naturam, vel ipsam naturam redintegrare, sanare, reformare, seu ad origi Lucæ. 3. Matth. 3. Marc. 1. Rom. 8. Ioan. 18. Actuũ. 4. Apo. 5. Ioan. 15. Esaiæ. 53. Iob. 13. Anselm⁹. Thomas. Bonauent. Anselmus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nalis iuſtitiæ conformitatem ac ſtatum reducere, non conueniebat niſi vniuerſali redemptori gratiarũ E
plenitudinem continenti. Hoc enim fieri non valebat per gratiam particularem. Abſtulit ergo Chriſtus vniuerſa peccata, ſed oportet vt meritum chriſti hominibus per ſacramenta, vel fidem, & charita-
Eſaiæ. 53. tem applicetur, ſi eius effectum cõſequentur. Hinc apud Eſaiam legitur, Dominus poſuit in eo iniqui
Lucæ. 19. tatem omnium noſtrum. Et rurſus, Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt
1. Petri. 1. propter ſcelera noſtra. Et ipſe de ſe ait in Euangelio, Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere
quod perierat. hoc eſt quod Petrus ait, Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana
veſtra conuerſatione, ſed pretioſo ſanguine agni immaculati. Prædictis inſuper verbis declarat Ioannes Baptiſta duplicem Chriſti naturam, puta humanam, dicendo, Ecce agnus dei: & diuinam ſubdendo, qui tollit peccata mundi. Dicitur quoque Chriſtus agnus dei per excellentiam, tãquam penitus im
maculatus & innocens. Et licet aliqui innocentes, mites, ac pij, poſsint per imitationem quodammodo
dici agni dei, quemadmodum infra Chriſtus ad Petrum ait, Paſce agnos meos: de nullo tamen illorum
Ioan. 21. dicere fas eſt, qui tollit peccata mundi. [*Hic*] id eſt, iſta perſona ad me veniẽs, ſcilicet Chriſtus. Vel, hic
.i. in hoc loco, nunc præſentialiter [*Eſt*] per corporalem præſentiam, quem ſciui venturum ad me, [*De quo dixi,*] antequã ad me veniret, [*Poſt me venit vir*] id eſt, homo vigore animi plenus natus eſt poſt me.
Vel, venit, id eſt, ad publicum exit, & ſe hominibus manifeſtare incipit, poſt me, qui incœpi prædicare
Zacha. 6. ac baptizare ante eum. De hoc viro dictum fuit apud Zachariam, Ecce vir oriens nomen eius. De quo F
Acto. 17. Paulus dicit in Actibus, Deus iudicaturus eſt mundum in viro quem ſtatuit. [*Qui ante me factus eſt, quia prior me erat.*] Hoc ſupra expoſitum eſt articulo quarto. [*Et ego neſciebam eum.*] Hæc ſunt verba, de qui-
Auguſti. bus Auguſtinus ſuper Ioannem magnam facit difficultatem. ¶Si enim Ioannes neſciuit Chriſtum,
quomodo teſtis eius fuit? & quomodo alios ad eius agnitionem induxit? & quomodo modo neſcit eũ
Lucæ. 1. quem nouerat clauſus in vtero? Sed ad hoc dici poteſt, quod nouit eum notitia intellectuali, ſciens q̃
Galat. 4. eſſet deus & homo, ſaluator mundi, & natus de virgine, cito quoque venturus in publicum, prædicaturus & baptizaturus, atque pro omnibus moriturus: ſed non ſciuit vel nouit eum notitia faciali, ſcien
do per exteriorem phyſionomiam, quæ eſſet illa perſona, quia non habuit memoriter in virtute imaginatiua certum phantaſma ſeu idolum de diſpoſitione vultus ac corporis chriſti. Sed huic obuiare
videtur, quod infra ait Ioannes, Et ego neſciebam eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi
dixit, ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Ex quo certiſ
ſimè conſtat, quòd deſcenſus columbæ in Chriſtum fuit Ioanni datus pro ſigno cognoſcendi Chriſtum. Ideo nanque adiecit, Ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius dei. Si ergo loqueretur Ioannes de notitia faciali, Chriſtus fuiſſet ei hoc modo ignotus vſque poſt baptiſmum, quia ſe-
Matth. 3. cundum tres Euangeliſtas, chriſto aſcendente de aqua, aperti ſunt cæli, & deſcendit ſuper eum ſpiri-
Marc. 1. tus ſanctus. Vnde in Luca legitur, Factum eſt autem Ieſu baptizato, & orante, apertum eſt cælum, &c.
Lucæ. 3. Sed hoc dici non licet. Nam Chriſto ad Ioannem accedente, dixit Ioannes, Ego à te debeo bapti- G
zari, & tu venis ad me? Ergo tunc nouit eum ſecundum faciem. ¶Ad hanc difficultatem eſt tri-
Chryſoſt. plex reſponſio. Vna chryſoſtomi, quæ tacta eſt nunc, ſcilicet, quòd nouit eum facialiter, vſque ad horam baptiſmi. Hanc reſponſionem ſequitur Thomas, adiiciens, quòd Ioannes tempore pueritiæ ſuæ
nouit chriſtum puerum: poſtmodum vero diu in ſolitudine cõuerſatus, oblitus fuit diſpoſitionis vultus Chriſti: & forte quamuis non fuiſſet oblitus qualiter erat in pueritia diſpoſitus, tamen ob hoc non
nouiſſet eum cum iam creuit in ſtaturam virilem. Ad inſtantiam vero nunc factam ſequentes hanc
viam reſpondent, quòd deus reuelauit Ioanni dupliciter Ieſum. Primò, in ipſo acceſſu domini Ieſu
ad Ioannem antequam baptizaretur. Secundò, poſt baptiſmum per deſcenſum columbæ, & de hoc
ſigno facit mentionem Ioannes, quia ſolennius fuit, & primo ſibi promiſſum ſeu intimatum. Vnde ſe
cundum chryſoſtomum, Ioannes dicit ſe Ieſum neſciſſe, non quia penitus eum non nouit, ſed vt oſtẽ
chryſoſt. deret teſtimonium ſuum de chriſto non debere eſſe ſuſpectum, eo quod eſſet conſanguineus eius. Ideo dicit, neſciebam eum, quia non nouit eum tunc, niſi ex reuelatione diuina: ex quo innoteſcit, quod
teſtimonium Ioannis de Chriſto non fuit humanæ amicitiæ, ſed ordinationis diuinæ. ¶Alia eſt reſponſio Bedæ, quod ideo dicit ſe Ioannes chriſtum neſciſſe, quia non nouit eum tam profunde ac
Beda. plene ante deſcenſum ſpiritus ſancti, vt poſtea. Alia eſt reſponſio Auguſtini, quod Ioannes ideo di- H
Auguſtin. cit ſe chriſtum neſciſſe, ſed per columbam didiciſſe, quia non ſciuit ante deſcenſum columbæ quòd
chriſtus ſibi ſoli ſeruaret, & nulli miniſtrorum ſuorum communicaret poteſtatem baptizandi, hoc
eſt, poteſtatem excellentiæ in baptiſmo: quæ ſecundum Thomam & alios conſiſtit in quatuor. Primũ
eſt quòd ſolus Chriſtus baptiſmum inſtituit. Secundum, quod effectum baptiſmi ſine baptiſmo conferre poteſt. Tertium eſt, quod baptiſmus à merito paſsionis Chriſti efficaciam habet. Quartũ quòd
baptiſmus interdum in nomine Chriſti datus eſt. Hæc itaque didicit Ioannes eſſe futura, deſcendente ſuper Chriſtum columba. ¶Porro poteſtas baptizandi & excellentia eius authoritatiue non conue
nit niſi deo trinitati. Deinde præcurſor pandit vnam rationem ſui baptiſmi, [*ſed vt manifeſtaretur in Iſraël,*] id eſt, vt chriſtus agnoſcatur à populo Iſraël, [*Propterea veni ego (deo iubente) in aqua baptizans,*] id
eſt, corpora lauans, non mentes ſanctificans. Totum enim Ioannis officium in prædicando & baptizã
do ordinatũ fuit ad hoc, vt homines inducerentur ad fidẽ, amorẽ atque notitiã chriſti, ſicut oſtẽſum
eſt plenius. De hac materia & baptiſmo dixi plura ſuper Matth. Denique quæ ſequũtur, Ioãnes non
dixit niſi chriſto baptizato, [*Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicens, quia vidi ſpiritum ſanctum deſcendentẽ quaſi colũbam de cælo*] .i. ſpiritũ ſanctũ in forma colũbę viſibili. Non q̃ ſpirituſſ. qui eſt verus, incircũſcript⁹, inuariabilis atq; immobilis deus eſſentialiter moueatur ſiue deſcẽdat: ſed quoniã ſignũ viſibile
in quo apparet, deſcẽdit, ſicq; ſpũs ratiõe ſui effect⁹ deſcẽdere phibetur. Dũ enĩ creatura ſubiecta ap-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A paret in persona dei, eum repræsentans, vel in eius persona loquens aut operans, hoc quandoque ascribitur deo, quod facit huiusmodi creatura, quemadmodum deus dicitur ore ad os locutus ad Mosen. Numer. 12.
Conuenienter quoque spiritus sanctus, cui bonitas appropriatur, apparuit in forma columbæ, quæ est animal felle carens, simplex & innocens: & vt insinuaret spiritus sanctus, quòd nemo possit eius donis impleri, nisi columbinam simplicitatem studuerit imitari. Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Et dominus protegit gradientes simpliciter. Prouer. 10.
In columbarum etiam oculis crebris ac mutuis patet, quòd spiritus sanctus in specie columbæ rite apparuit, quoniam charitas appropriatur spiritui sancto, & illi spiritu sancto merentur repleri, qui satagunt charitatiue atque pacifice conuersari. Prouer. 12.
Non enim est deus dissensionis, sed pacis, secundum Apostolum. [*Et mansit super eum,*] id est columba ista re 1. Cori. 14.
præsentans spiritum sanctum, eiúsque habitationem in anima Christi ad tẽpus sedit super caput Christi, ad insinuandum quòd indesinenter, sempérque actualiter & æque perfecte requieseret spiritus sanctus in Christo homine, iuxta illud dictum Esaiæ, Requiescet super eum spiritus domini. Sic autem Esaiæ. 11.
non manet spiritus sanctus in aliis, quia mortali peccato perdere possunt spiritum sanctum, & venialibus culpis incurrunt quotidie quandam debilitationem gratiæ spiritus sancti, quamuis quotidie per opera sancta magis proficiant, quàm decrescant. In Christo quoque mansit spiritus sanctus, ita ꝙ Christus indesinenter potens fuit ad exercenda omnia opera, tam gratiæ gratum facientis, quàm gratiæ gra
B tis datæ in vniuersis signis, virtutibus atque prodigiis. Hoc autem nulli competit aliorum. Vnde & Helisæus sentiens sibi abesse spiritum prophetalem, iussit adduci psaltem. Nathan quoque putauit se loqui prophetico spiritu, quando consuluit regi Dauid ædificare templum, Omnia (inquiens) quæ sunt 4. Reg. 3. 2. Reg. 7.
in corde tuo fac. sed nocte sequenti instructus est à spiritu sancto, persuadere oppositũ. Postremo putandum non est, quòd in descensu columbæ sit gratia aliqua infusa, vel aucta in anima Christi, qui ab instanti conceptionis plenus fuit simpliciter omni gratia spiritus sancti: sed descensus, mansióque columbæ in Christo, designauit perfectionem & efficaciam gratiæ Christi. [*Et ego nesciebam eum,*] secundum sensus prætactos, quia vt dictum est, hoc tripliciter intelligi potest. Expositio tamen Augustini Augustin.
& Bedæ concurrit in idem. [*Sed qui misit me baptizare in aqua,*] id est deus qui mihi hoc iussit occulta in Beda.
spiratione, vel manifesta atque sensibili apparitione angelica, [*Ille mihi dixit*] per inspirationem internam, siue angelicam alloquutionem, [*super quem videris spiritum descendentem,*] id est spiritum sanctum in forma columbæ venientem, [*Et manentem super eum*] ad tempus in tali signo visibili, sicut expositum est, [*Hic est qui baptizat in spiritu sancto,*] hoc est intus purgando à vitiis, præstando gratiam spiritus sancti. In baptismate enim quod Christus instituit, datur spiritus sanctus. Christus autem baptizabat efficienter & principaliter, sacerdos vero ministerialiter. [*Et ego vidi,*] corporalibus oculis spiritum sanctum, in forma columbæ descendentem modo præfato, quæ columba secundum quosdam doctores, fuit vera columba angelico famulatu subito tunc formata, completóque suo ministerio in præiacentem ma-
C teriam resoluta. Aliqui tamen dubitant an hoc angelus posset, quod relinquo disputantibus. [*Et testimonium perhibui (coram turba) quia hic est filius dei,*] naturalis & vnicus, non adoptiuus. Itaque quòd dicitur, super quem videris spiritum descendentem, dictum est Ioanni secundum Augustinum, ad agnoAugustin.
scendũ ꝙ Christo competeret potestas excellẽtiæ in baptismo. Secundũ Chrysostomũ vero, ad agnoChrysost.
scendum determinate quòd illa persona esset Christus in spiritu sancto baptizans. [*Altera die,*] id est vna die sequente diem prædictum mediate vel immediate, [*Iterum stabat Ioannes,*] ad fluenta Iordanis, tanquam paratus exequi officium sibi commissum in prædicando, baptizando & testificando de Christo. Spiritualiter quoque stabat in culmine perfectionis, in apice contemplationis, in stabilitate virtutũ. Hebræ. 13.
Optimum enim est gratia stabiliri cor, secundum Apostolum. Et sapiens in sapientia permanet vt sol, Eccle. 27.
stultus vero mutatur vt luna. [*Et ex discipulis eius duo,*] conformantes se suo magistro. [*Et respiciens Iesum ambulantem,*] scilicet circa Iordanem. Christus nanque suscepto baptismo, ad tempus commoratus est in locis illis, & cum Ioanne conuersatus, tamen non diu, manst enim vt Ioannes frequenter testaretur de ipso, & eum ostenderet, quatenus electi Iudæi crederent, reprobi vero atque increduli inexcusabiles fierent. [*Dicit, ecce agnus dei,*] qui vt in Esaia scribitur, peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in Esaiæ. 53. Hier. 11.
ore eius. Qui etiam loquitur per Hieremiam, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.
D [*Et audierunt duo discipuli Ioannis loquentem,*] id est Ioannem hæc de Christo testantem, [*Et secuti sunt Iesum*] vt eius doctrina instruerentur, quem didicerunt maiorem esse Ioanne. Cupiebãt enim sortiri cha 1. Cor. 12.
rismata meliora, & optimo adhærere magistro. Per quod instruimur, vt apphcemus nos his, quos vide Psal. 72.
mus in sapientia & virtutibus præpollere. [*Conuersus autem Iesus,*] hoc est vultum suum dulcissimum ad illos conuertens, imò & pietatis suæ affectum super eos expandens, [*Et videns eos sequentes se,*] corporis gressu, & mente fideli, desiderio quoque proficiendi, [*Dicit eis, Quid quæritis?*] id est quare venitis post me? Non quasi ignorans quærit, sed vt illorum responsioni conuenienter respondeat, atque vt illi suum desiderium exprimendo amplius incalescant, & gratiæ præparationes reddantur. Simili modo si nos cœperimus sequi & quærere Christum, conuertet oculum pietatis suæ ad nos, & imbecillitatem nostram iuuabit ac perducet ad thronum gratiæ suæ, si tamen constanter quæramus. Ideo monet Psal Psal. 104.
mista, Lætetur cor quærentium dominum & cõfirmamini, quærite faciem eius semper. Et denuo, Ac Psalm. 33.
cedite ad eum & illuminamini. [*Qui dixerunt ei, Rabbi.*] quod autem subditur, non est fermo eorum, sed verbum Euangelistæ exponentis, quid significet verbum Hebraicũ Rabbi, [*Quod dicitur interpretatum,*] id est latine expositum vocatur, [*Magister, vbi habitas?*] quasi in hospitio alieno, nõ quasi in propria do- Psalm. 23.
mo. Christus enim non habuit propriam domum, quantum ad vsum, quanuis ipsius esset terra & ple- Matth. 8.
nitudo eius, orbis terrarũ, & vniuersi qui habitant in eo. Propter quod ait apud Matthæum, Vulpes so Lucæ. 9.
ueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Hoc Hieremias Hiere. 14.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prænoſcens & vehementer admirans ait, Quare quaſi colonus venturus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? quare venturus es velut vir vagus? Quæſierunt autem vbi Ieſus habitaret, quoniam ſecum pernoctare optabant, quatenus eius colloquio, præſentia, & familiaritate fruerentur. Per quod ſimpliciter Chriſto reſponderunt, quid quærerent: quærebant enim inſtructionem ſalutarem & gratiam Saluatoris, ſcientes magiſtrum ſuum Iohannem non mentiri, à quo audierunt, quòd Ieſus eſſet agnus dei, tollens peccata mundi, baptizans in ſpiritu ſancto, & filius dei. Tota equidem vita Chriſti fuit ſatisfactoria pro piaculis mundi, & meritoria gratiæ cunctis hominibus, quanuis ſatisfactio illa & meritum terminabatur & conſummabatur in paſsione & morte Chriſti. Propter quod Ieſus pendens in cruce, & morti iam proximus, dixit, Conſummatum eſt. Ideo Iohannes non dixit, Ecce agnus dei qui tollet, videlicet in paſsione, ſed qui tollit continuo peccata mundi. Pariſormiter & nos cum ſponſa quæramus vbi habitet Chriſtus, dicentes illud in Canticis, Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Studeamusque ſtabiliter Chriſto vniri, imò & actualiter ei quantum poſsibile eſt adhærere, exemplo dicentis, Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini. Et item, Adhæſit anima mea poſt te. Rurſúsque, Benedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. [*Dicit eis Ieſus, Venite (poſt me) & videte,*] vbi habitem. ¶ Moraliter ſecundum Originem, Venite, bene agendo, ac de virtute in virtutem proficiendo, & videte deum deorum ſuauiter contemplãdo. Quia in vita actiua, & via purgatiua bene exercitati ad vitam contemplatiuam, ſeu viam illuminatiuam, vnitiuamque cum deo perfectionem, ſunt apti. Vnde & ait illuſtriſsimus Pater noſter Iohannes Caſsianus, Oportet ethicam ſeu moralem præire theoricam. [*Venerunt*] duo iſti Ioannis diſcipuli, [*Et viderunt (vbi maneret Ieſus) & apud illum manſerunt die illo,*] id eſt, ab illa hora diei, qua cum Ieſu domum intrabant, vſque ad mane diei ſequentis. Intrauerũt tamen cum Ieſu circa occaſum ſolis, ſicut ſubiungitur, [*Hora autem erat quaſi decima,*] ſcilicet circa veſperam. Sic & nos ſi venimus bene agendo, & venimus fideliter contemplando, vbi habitet Chriſtus, manebimus cum illo die æternitatis. [*Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus (diſcipulis) qui audierunt ab Ioanne*,] teſtimonium de Ieſu, videlicet, Ecce agnus dei, [*Et ſequuti fuerũt eum,*] vtpote Ieſum. Quidam affirmant, quòd alter fuit Ioannes Euangeliſta, ſed nomen ſuum ſubticuit, quoniam conſuetudo ſcripturæ eſt, vt ſcriptores eius proprium nomen non exprimant, vt frequenter. Vel exprimit nomen Andreæ, quoniam principalior extitit alio. [*Inuenit hic (Andreas) primum fratrem ſuum Simonem.*] Hoc quod ait, primum, intelligi poteſt dupliciter. Primo ſic, primum, id eſt, primo. Secundo ſic, primum, id eſt, maiorem & ſeniorem fratrem ſuum, Simonem Petrũ, qui fuit Andreæ antiquior. [*Et dicit ei Andreas, Inuenimus Meſſiam,*] quid autẽ hoc ſignificet, ſubdit Euangeliſta, [*Quod (nomen Meßiæ) eſt interpretatum Chriſtus.*] Meſſias quippe eſt nomen Hebraicum, quod græce dicitur Chriſtus, & latine vnctus, & competit Saluatori, qui vnctus fuit oleo ſpirituali, tanquam rex ſummus, & ſacerdos æternus, non oleo corporali. Vnde Pſalmiſta, Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Et Chriſtus per Eſaiam, Spiritus (inquit) domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. Quemadmodum autem Andreas inuenit Ieſum non caſualiter, ſed eum diligenter ſequendo: ſic inuenit Symonem fratrẽ ſuũ, non fortuito, ſed poſt inquiſitionem ſolicitam. Sentiens enim Andreas fructum & gratiam Chriſti, deſiderauit fratrem ſuum carnalem, quem ſpiritualiter diligebat, participem facere gratiæ ſibi conceſſæ, vt eſſent fratres non duntaxat carnis propagine, ſed fide quoque & religione. Et hæc eſt bona fraternitas naturæ, quam perficit gratia, & in qua ſpiritualis dilectio carnalem amorem extinguit, naturalemque affectionem vincit ac ordinat. [*Et adduxit eum,*] videlicet Andreas, Symonem [*Ad Ieſum.*] Sic & nos ſoliciti eſſe debemus, ſecundum exigentiam noſtræ vocationis & veræ charitatis de ſalute confratrum & proximorum noſtrorum, præcipue parentum, fratrum, ſororum, & cognatorum. Sicut & Petrus admonet, Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, quatenus ſpiritualis dilectio naturalem informet & dirigat. Iſtud maxime pertinet ad prælatos, quibus quaſi vicariis ſuis dicit Chriſtus, quod Ioſeph dixit fratribus ſuis in Geneſi, Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis ad me, videlicet faciendo pro eius ſaluatione quod in vobis eſt, & ad quod tenemini ratione officij. [*Intuitus autem eum (ſcilicet Simonem) Ieſus,*] non ſolum oculis carnis, ſed & pietatis & charitatis reſpectu interno, ſciens quantus eſſet futurus, & pro Chriſto facturus atque paſſurus, [*Dixit, tu es Symon,*] non ſolum nomine, ſed & nominis interpretatione ac proprietate. Symon. n. obediens dicitur. Et Petrus obediens fuit deo, quia nunquam manducauit omne commune & immundum, iunioríque fratri conſentit veniendo ad Chriſtum, & poſtea Chriſto vocante cuncta reliquit, & ei adhæſit. [*Filius Ioannæ,*] ſic enim dictus eſt pater Petri. Ioanna vero interpretatur gratia dei, & Petrus filius fuit gratiæ Saluatoris, [*Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.*] Cephas idem eſt quod caput vel capitaneus, & idẽ ſignificat Petrus vno modo. Alio modo Petrus dicitur quaſi firmus, à petra. Dicit ergo Saluator, quòd Symon iſte vocabitur Cephas, quia futurus fuit princeps apoſtolorum. Poſtmodum vero cum dixit Petrus ad Ieſum, Tu es Chriſtus filius dei viui: audiuit à Chriſto, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. ¶ Verum quoniam apud Marcum & Lucam ſcribitur Ieſus Symonem fratrem Andreæ vocaſſe Petrum in electione apoſtolorum, ideo aliqui dubitant, an Chriſtus hac vice impoſuit Symoni nomen iſtud, vel imponendum prædixit. & dicunt quòd ſi modo impoſuit, tunc poſterior impoſitio fuiſſet confirmatio præcedentis. Videtur autem dici poſſe, quòd nunc impoſuit ſibi nomen Cephæ, & per conſequens nomen Petri, ſecundũ vnam ſignificationem nominis Petri, & poſtea ſecundum aliam. Vel nunc propter gratiam futuram, poſtea propter gratiam tunc præſentem. Hæc enim mutatio nominum, variationem ſtatus, & proprietatem gratiæ deſignauit. [*In craſtinum autem*] id eſt die ſequenti poſt collocutionem Ieſu & Andreæ ac Petri,

Ioan. 19.
Canti. 1.
Pſal. 26.
Pſal. 62.
Pſal. 33.
Origenes.
Pſal. 83.
Pſal. 81.
Caſsianus.
Pſal. 44
Eſa. 61.
Chriſtiana fraternitas.
1. Petri. 4.
Geneſ. 43.
Actо. 10.
Matth. 4
Lucæ. 5.
Matth. 10.
Marc. 5.
Lucæ. 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Voluit Ieſus exire*] à loco prope Iordanem [*In Galilæam*] redeundo ad matrem ſuam in Nazareth, [*Et inuenit Philippum,*] non illum de quo in Actibus apoſtolorum multa leguntur, qui & Simonem Magũ conuertit, & vnus fuit de ſeptem diaconis, ſed Philippum qui poſtea factus fuit apoſtolus. Inuenit autem eum non improuiſe aut caſualiter, ſed ſic iter ſuum direxit, ſicque Philippum ad ſibi obuiandum induxit, quòd electum in apoſtolatum ſanctũ Philippum cito inuenit. [*Et dicit ei Ieſus, ſequere me*] fide, affectu & opere, ac corporis greſſu. Non mirum, ſi verba ſeu ſermo Chriſti tantæ virtutis erant, quod exterioribus ſenſibus immutatis, etiam animas poterant immutare atque attrahere. Qui enim foris ſonabat, intus mouebat: & quoniam deus verus fuit, in voluntatem aliorum potuit agere immediate, illã pro libito affic iendo ac immutando. Hinc eſt quòd quidam apoſtolorũ ad vnã vocem Chriſti ipſum ſecuti ſunt. Ex quibus patet inſania Porphyrij ac Iuliani redarguẽtiũ apoſtolos de animi leuitate, quòd Chriſto vocante eum ſequuti ſunt: quaſi liceret quemlibet vocãtem imitari. [*Erat autem Philippus (oriundus) à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri,*] id eſt, de qua hi duo nati fuerunt. Bethſaida autem fuit vrbs Galilææ. [*Inuenit Philippus Nathanael fratrem ſuum*] carnalem, quemadmodum dictum eſt de Andrea, quòd Chriſto audito, accenſus zelo ſalutis fraternæ quæſiuit & repperit Petrum, eumque adduxit ad Ieſum, ita nunc legitur de Philippo. [*Et dicit Philippus ei,*] videlicet Nathanaeli. ¶ Quæritur ſi Philippus continuo ſequebatur Ieſum, vbi vel quomodo quæſiuit ac repperit fratrem ſuum? Ad hoc facile eſt

B reſpondere, forte enim repperit eum non longe à via qua iuit cum Ieſu, vel alio die. [*Quem ſcripſit Moſes in lege, & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph, (putatiuum natum) à Nazareth*] ex parte matris, & quia conceptus fuit in Nazareth, quanuis ſit natus in Bethlehẽ. Hæc verba Philippi plena ſunt enſu. Itaque ait, quem ſcripſit in lege, id eſt, eum de quo Moſes ſcripſit in Pentateuco, & de quo ſcripſerũt prophetæ, inuenimus, ego alijque diſcipuli Ioannis Baptiſtæ. Fertur enim quòd Petrus quoque & Philippus fuerunt Ioannis diſcipuli. Ieſum hunc inuenerunt, non vtique à caſu, nec propria induſtria vel virtute, ſed Ioanne Baptiſta monſtrante, & Chriſto ſe eis oſtendente. Porro Moſes ſcripſit de Chriſto duplici ter. Vno modo verba aliorum narrando, quemadmodum in Geneſi prædixit Iacob, Non auferetur (inquit) ſceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Et iterum, Salutare tuum expectabo domine. Alibi quoque ſcribit deum dixiſſe ad Abraham, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Secundo de ipſo Chriſto prophetando, vt cum ait in Deuteronomio, Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de fratribus veſtris, tanquam me ipſum audietis. Quod autem prophetæ ſcripſerunt de Chriſto non oportet ſpeciali teſtimonio comprobare, cum certum ſit etiam ſecundum Iudæorum magiſtros, quòd omnes prophetæ loquuti ſint ſuper dies Meſsiæ. Propter quod in Actis apoſtolorum Petrus teſtatur, Omnes prophetæ à Samuel & deinceps, annunciauerunt dies iſtos, videlicet tempus gratiæ Chriſti. Hinc Chriſtus dicit in Luca, Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt de me in lege & prophetis & Pſalmis. Prẽterea ſi Philippus fuit diſcipulus Ioannis, vel eruditus in

C prophetis, vel ſatis illuſtratus à ſpiritu ſancto, tunc nouit Ieſum, quem credidit Chriſtum, non eſſe filium Ioſeph ſponſi Mariæ, ſed loquebatur ſecũdum opinionem vulgi. Probabile enim eſt, quòd præcurſor docuit ſuos diſcipulos, Ieſum Chriſtum eſſe virginis filium. Si vero nondum illuminatus ſuit aliquo horum modorum, putauit ſicut & cæteri, quòd Ieſus eſſet conceptus de viro. Nec mirũ ſi ignoraſſet Chriſtum eſſe filium virginis, cum Ioannes Euangeliſta vſque poſt reſurrectionem Chriſti neſcierit, quod Chriſtus reſurrecturus fuit à mortuis, imò apoſtoli communiter ignorauerunt, quod occidendus eſſet ab impiis, cum tamen prophetæ hoc apertiſsime prænunciauerint. [*Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe.*] Non eſt certum an verba iſta locutus ſit Nathanael, aſſerendo, vel dubitando, vel abnegando. Auguſtinus enim ſentit, quòd dixit hæc verba aſſertiue, tanquam diceret, vtique à Nazareth Chriſtum veniſſe non eſt incredibile, aliter ſecundum Auguſtinum Chriſtus non commendaſſet Nathanaelem dicendo, Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt. Et ad hoc poteſt adduci, quòd Nathanael fuit excellens doctor in lege, & ergo nouit Eſaiam dixiſſe, quoniam Nazaræus vocabitur. Vbi enim noſtra tranſlatio habet in Eſaia, Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, Hebraica veritas continet, Egredietur virga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius aſcendet. Chryſoſtomus vero tenet oppoſitum, dicens, quòd Nathanael dixit hæc negatiue, quoniam

D ſciuit ſcriptum in Michæa quod naſceretur in Bethlehem. Alij dicunt quòd protulit verba iſta dubitatiue, habens argumenta pro parte vtraque. Puto autem quòd dixit hæc cum quadam admiratione, cupiens plenius certificari, tanquam diceret, Mirum eſt ſi de ciuitate illa tam vili & modica, ortus ſit Chriſtus rex Iſrael. Ideo ſubditur [*Dicit ei Philippus, veni & vide,*] id eſt, nolo vt meis verbis nudis fidẽ adhibeas abſolute, ſed accede ad Ieſum, & tunc experieris qualis & quantus ſit, ſciesque me vera dixiſſe. [*Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe,*] cum Philippo qui eum adduxit, [*Et dicit,*] aſtantibus de eo, audiente ipſo Nathanael, qui tantæ perfectionis fuit quòd Chriſtus nouit ſibi non obeſſe, quòd laudaret ipſum in ſua præſentia. Pronis vero ad vanitatem non expedit laus. [*Ecce vere Iſraelita,*] hoc eſt, non ſolum nomine, ſed & re, ſeu proprietate & gratia filius Iſraelis, id eſt, Iacob patriarchæ, qui alio nomine appellatus eſt Iſrael: hoc eſt, Nathanael iſte non ſolum eſt filius Iacob ſecũdum carnem & nuncupationem, ſed etiam ſecundum fidem, ſapientiam, & virtutum ſublimitatem. Iſrael, interpretatur vir videns deum. Quoniam ergo Nathanael imitatus eſt beatiſsimum patriarcham Iacob, deum fideliter contemplando, myſteria Chriſti ſapienter intelligendo, & conuerſationem virtuoſam ducendo, merito dicitur vere & verus Iſraelita. Eſt autem & alius Iſraelita ſecundum carnis originem ſolum, vel ſecundam literam quæ occidit, de quo dicit Apoſtolus, Videte Iſrael ſecundum carnem. De vero autem & ſpirituali Iſraelita differuit, Pax ſuper illos, & ſuper Iſrael dei. Denique ſicut iuxta doctrinam Apoſtoli ad Romanos & Galatas, quidam ſunt filij Abrahæ ſecundum carnem, qui non reputantur

De diſcipulorum ſequela Chriſti.

Deut. 18.

Gene. 49.
Ibidem.
Geneſ. 22.
Deut. 18.
Actо. 3.
Lucæ. 24.

Ioan. 20.
Lucæ. 18.

Auguſt.

Eſa. 11.

Chryſoſt. Miche.

Geneſi. 32.

2. Cor. 3.
2. Cor. 10.
Galat. 6.
Roma. 6.
Galat. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in semine, qui non sunt digni vocari filij Abrahæ. quod verum est de filijs secundum carnem duntaxat, puta Iudæis incredulis & peruersis. Alij vero sunt filij Abrahæ spirituales, per fidei imitationem, qui dicuntur vere filij Abrahæ seu Abrahelitæ, quales sunt omnes gentiles electi tempore gratiæ. Sic quidam sunt filij Israel secundum carnem tantummodo, qui non sunt vere Israelitę. Alij autem secundum fidem & gratiam, qui sunt vere Israelitæ, videlicet omnes electi, deum fide formata ac lucida intuentes. Electi quoque Iudæi sunt filij Abrahæ & Iacob seu Israelis, secundum carnem & spiritualē imitationem. Inter quos vnus de præcipuis fuit felix iste Nathanael, cui tam singulare atque magnificum testimonium perhibuit filius dei. Vnde & subditur, [*In quo dolus non est.*] De Christo testati sunt Esaias & Petrus, quòd non est inuentus dolus in ore eius. Quantus ergo fuit iste Nathanael, quem Christus eisdem verbis laudauit, quibus ipse prophetico fuit ore laudatus, apostolicoq; laudandus? Nō itaque fuit fraus, simulatio, hypocrisis, circumuentio in isto Nathanael, sicut communiter in aliis scribis. Nouerat quippe sanctus Nathanael, quòd simulatores & callidi prouocant iram dei. Et quòd teste Esaia, fraudulenti vasa sint pessima. Imò quod iuxta Malachiam prophetam, Maledictus dolosus. Siquidem virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. [*Et dicit ei Nathanael, Vnde me nosti?*] non solum secundum faciem, sed insuper secundum interiora mea, & secundum cordis mei simplicitatem, atque propositum. Forte Nathanael putauit se nunquam visum à Iesu corporali intuitu, & forsan sic erat. Verum audiens Christum de sua interiori dispositione ea asserere, de quibus ipse conscius sibi fuit, miratus est, dicens, Vnde me nosti, id est, quis tibi hæc reuelauit de me? Nam quis scit quid agatur in homine, nisi spiritus eius, & deus, & illuminatus à deo? [*Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret,*] vt venires ad me, [*Cum esses sub ficu,*] vbi te Philippus inuenit alloquutusque fuit, dicēdo me esse Messiam à Mose & prophetis prænunciatum, [*Vidi*] id est, cognoui te, & secreta cordis tui perspexi. [*Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel,*] id est, ex istis signis agnosco, quòd sis Christus rex Israeliticæ plebis. Nam cordium secreta, & absentium verba nullo narrante cognoscere, eos quoque & facta eorum spiritualiter cernere tam perfecte, qui corporaliter non videtur, deo est proprium. Idcirco profiteor te filium dei, & regem Israel, id est, deum & hominē. Sciuit nanq; Nathanael quòd Christus non vidit eum sub ficu oculo corporali, nec verba eius atque Philippi audiuit auribus corporis: sciuit quoque quòd nemo nunciauit ea Christo, idcirco auditis verbis Christi, confessus est quòd esset filius dei. Quidam dicit quòd iste Nathanael, dicendo Iesum esse filium dei, intellexit hoc de filiatione adoptiua per gratiam excellentem, ita quòd diuinitatem Christi non videtur intellexisse. Item quòd dicendo, Tu es rex Israel, existimauit eum temporaliter regnaturum, sicut communiter opinantur Iudæi. Sed si Nathanael tam inconuenienter, imò & falsè sensisset de Christo, nequaquā meruisset audire à Christo, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. tunc enim fuisset carnalis Israelita, aliosque decipiens, docendo de Christo futuro, quòd esset purus homo, & rex temporaliter regnaturus. Fuit enim legis doctor. Denique cum fuerit valens legis doctor atque eximius, secundum Bedam, scrutabatur scripturas de Christo. Quoniam ergo prophetæ manifeste describunt Christi diuinitatem, vt cum ait Hieremias, Hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. in Hebræo autem habetur nomen domini tetragrammaton, quod non conuenit nisi vero deo. Et Esaias, Vocabitur (inquit) nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Describunt quoque primum Christi aduentum in omnimoda paupertate, dicente Zacharia, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, ipse pauper. Et Hieremia, Quare quasi colonus venturus es in terra? Hinc igitur non est verisimile, quòd Nathanael existimauit Messiam purum hominem, atque temporaliter regnaturum, sicut nunc somniant obtenebrati Iudæi. Argumentum autem illius quo arguit, quòd si Nathanael credidisset eum esse filium dei naturalem, non dixisset, Tu es Israel, sed totius mundi, non conuincit, nec apparentiam habet, præsertim cum in Esaia etiam deus secundum naturam deitatis frequenter dicatur rex Iacob seu Israel. Vnde in Esaia dicitur in persona Israelitici populi, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Quod ad literā dictū est de Christo filio dei. ¶ Quanuis enim sit omniū rex, tamen specialiter appellatur rex Israel. Primo, quoniam ex semine regum Israel natus. Secundo, quia populo illi specialiter promissus ac missus. Quemadmodum ait, Nō sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Ideo in Zacharia habetur, Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus, non ait, rex totius mundi, sed rex tuus. Et quid est, rex tuus, nisi rex Israel? [*Respondit Iesus & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu,*] secundum sensum iam explanatum, [*Credis*] me filium dei, & regem Israel. [*Maius his*] i. signum euidentius meæ diuinitatis, [*Videbis*] quàm sint duo signa prædicta, videlicet q̄ te vocaui vere Israelitam, dolo carētem: & quòd dixi me te vidisse sub ficu. Nam cæteris prophetis sæpe concessum est deo illustrante, quòd interiorem hominum dispositionem, actusque exteriores, certitudinaliter cognouerunt. Discipuli autem postea viderunt signa diuinitatis Christi multo maiora, vt erat suscitatio mortuorum, obscuratio solis tempore passionis, ingressus Christi in conclaue ianuis clausis, ascensio Saluatoris, & missio spiritus sancti. Specialiter vero subiungitur de vno signo maiori, [*Et dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis,*] videlicet tibi Nathanael & fratri tuo Philippo, [*Videbitis cælum apertum,*] non per scissuram aut diuisionem, vel aliquam corruptionem, cum corpora cælestia sint naturaliter incorruptibilia, sed per aliquam refulgentiam lucis, ob quam cælum quasi apertum apparet, vt in coruscatione: vel dicitur cælum apertum, propter exitum ciuium supernorum. [*Et angelos dei ascendentes & descendentes*] in corporibus assumptis, in quibus videri dicuntur, cum in propria natura incorporei, inuisibilésque consistant. [*Supra filium hominis,*] quasi ad eius famulatum parati. Sed vbi viderunt istud discipuli? Dicendū q̄ in ascēsione, quando cū Christo multi angeli ascenderūt, quorum duo astiterunt discipulis dicentes, Viri Galilæi, quid statis aspiciētes

Esaiæ. 53. 1. Petri. 2.
Iob. 36. Esaię. 32. Malac. 1. Psalm. 5.
1. Cori. 2.
Beda.
Hier. 35. Esaiæ. 9. Zacha. 9. Hiere. 14.
Esa. 33.
Zacha. 9. Matth. 15.
Matt. 9. Marc. 5. Lucæ. 7. Ioan. 11. Matth. 27. Lucę. 24. Marci. 16. Act. 1. Act. 2. Act. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A in cælum? Multa quoque fecit Christus miracula, & diuersæ circa ipsum visiones apparuerunt, quæ non sunt ab aliquo euangelistarum descripta. Circa præinducta monemur aduertere dispensationem sapientiæ dei in electione apostolorum, quomodo Christus sapientia patris, attingens à fine vsque in finem fortiter, & disponens vniuersa suauiter, potius elegit Petrum, Andream, Philippum, & alios idiotas in apostolos, quàm Nicodemum & Nathanael, qui erant doctores & legisperiti, ne prædicatio euãgelicæ legis videretur virtute humanæ sapientiæ, seu authoritate magnatũ inualuisse. Nam teste Apostolo, quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes. Item ne propter excellentiam suã viderentur ad gratiam apostolatus promoti. 1. Cor. 1. Sapien. 8. 1. Cor. 1.

¶ Explanatio 11. Cap. [*Et tertia die nuptiæ factæ sunt.*]

Articulus VII.

B  Hristi miraculum subinde describitur, quo cõuertit aquam in vinum, [*Et tertia die nuptiæ factæ sunt in Chana (villa) Galilææ.*] Quidam exponunt hanc tertiã diẽ, de die sequente vocationem Philippi & Nathanaelis. Sed obuiat, quod secũdũ patres sanctos communiter creditur, quòd Christus eodem die quo baptizat⁹ est, cõuertit aquam in vinum, anno vno elapso. Vocatio autẽ prædictorũ discipulorum facta est statim post reditum Christi à deserto, in quod fuit ingressus statim susceptο baptismo. Propterea alij sic exponunt, Tertia die, id est, die qui post dies prædictos tertio loco exprimitur. [*Et erat mater Iesu ibi,*] videlicet inuitata atque profecta ad nuptias istas. Hieronymus enim sentit quòd sponsus fuit Ioannes Euangelista, filius sororis beatissimæ virginis genitricisque Christi. Sicque mater Iesu iuit ad nuptias sui nepotis. [*Vocatus est autem*]. i. reuerenter inuitatus, [*Et Iesus & discipuli eius,*] qui iam cœperant eius magisterio adhærere, partim propter testimonium Ioannis Baptistæ, & partim propter sapientiam & sanctitatẽ, efficaciamque verborum domini Iesu, itemque propter signa eius occulta: quemadmodum in præcedẽti capitulo dictum est de Nathanaele, quòd credidit Iesum esse Christum filium dei, quoniam arcana sui cordis, & gesta, ac verba sua in absentia Christi patrata ac dicta, ipse Christus manifestauit ipsi Nathanael. [*Ad nuptias*] quibus Christus interesse dignatus est. Primo, vt laudabilem cõsuetudinem, quæ habet vim legis, qua consanguinei & vicini tendunt ad nuptias cognatorum ac vicinorum suorũ, approbaret. Secundo, vt demonstraret nuptias esse licitas atque diuinitus institutas, cuius contrarium Tartianus & Martianus hæretici affirmabant, d cẽtes, ꝙ essent malæ, & à diabolo traditæ. Tertio, vt occasione futuri defectus operaretur miraculum, ad propriæ maiestatis declarationem, & discipulorum suorum confirmationem. Quarto (vt dicitur) quatenus nepotem suum Ioannem à statu coniugali ad C statum sublimiorem vocaret: vnde & pro lege seruatur, vt vterque coniugum libere possit religionẽ intrare, matrimonio nondum cõsummato, videlicet ante coniũctionem maritalem. [*Et deficiente vino,*] vel quia totum fuerat epotatum, vel quia parum remansit, ita quòd mox vinum omnino deesset, & sponsus de inopia confundendus existeret, [*Dixit mater Iesu ad eum, Vinum non habent*] ad sufficientiam, sponsus & sponsa ad erogandum, & alij ad bibendum. Compassa est enim verecundiæ sponsi ac sponsæ, atque penuriæ, seu indigentiæ cõuescentium, pijssima, affectuosissima atque dulcissima virgo: & si illorũ corporali inopiæ condolebat & succurrebat, etiam non rogata: quanto magis nostræ spirituali indigentiæ compatietur, auxiliumque præbebit, si fuerit fideliter inuocata? quod vtique facit vbertim nondum petita. Porro, cum pudicissima ac prudẽtissima esset, paucissimis vsa est verbis, & in volũtate filij ac domini sui relinquens quid agere vellet, de cuius bonitate & charitate eatenus cõfidebat, quòd sciuit desideriuum suum ac precem nõ ab illo repelli posse. Quo docemur, causam & indigentiam nostram superioribus nostris simpliciter atque modeste insinuare, & in eorum potestate quid faciendum sit relinquere. [*Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier?*] Quoniam dura videtur ista responsio, Manicheus dixit, quòd Christus nõ fuit verus filius Mariæ, nec habens corpus verũ, sed phantasticũ. Quod si ita se haberet, non subderet Euangelista, Dicit mater eius ministris. Cur ergo loquitur ita? Nũquid, D quoniam verba Mariæ reprehensibilia erant, quam scimus nec mortaliter, nec venialiter vnquam peccasse? Non vtique. Den ique si reprehensibiliter est locuta, cur filius eius mox fecit, quod ipsa petiuit? Sed loquitur sic docẽs nos, ne habeamus affectum nimis carnalem & mollem ad carnales parẽtes. Exponitur autẽ locus iste dupliciter. Primo secundum Augustinum hoc modo, Quid mihi & tibi est mulier, id est, nihil commune est mihi & tibi, cuius virtute conueniat mihi miracula facere, quia istud cõuenit mihi ratione diuinæ naturæ, quã non sumpsi ex te. Ideo quantum ad hoc, videlicet ad facienda opera supernaturalia, nõ teneor tibi parere. [*Nondum venit hora mea*]. i. tempus persecutionis & passionis, in quo agam & patiar quę mihi conueniunt ratione naturæ ex te sumptæ, & tũc ero solicitus de te, cõmittendo te discipulo prædilecto. Sed ista expositio videtur satis obscura. Secundo ergo exponitur sic secundum Chrysostomũ, Quid mihi & tibi est mulier, id est, in isto quod petis à me fieri, non conuenis mecum quantũ ad determinatam horam faciendi miraculum, nec est tibi mecum cõmune scire horam huiusmodi. Nondum venit hora mea, id est, adhuc non est tempus faciendi miraculum, mutationis aquæ in vinum, seu alio modo supernaturaliter prouidendi de vino sufficienti. Virgo nanque beata secundũ Chrysostomũ, timens de futuro defectu vini & verecũdia sponsi, optauit vt Iesus prouideret de vino sufficiẽti, antequam vinum residuum ebiberetur. Christus vero sciuit hoc non expedire, quia tunc miraculum fuisset minus notum & gratum. Quoniam ergo voluit suam diuinitatẽ ostẽdere, discipulorúmque fidem roborare, expectauit quousque nihil de vino permansit: quo facto, mi- Matth. 4. Marc. 1. Lucæ. 4. Hierony. Ioan. 1. Augustin. Ioan. 16. Chrysost.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

raculum prouisionis de vino fuit magis gratum vescentibus, magis quoque manifestum præsentibus. Hæc expositio videtur aliquid ambiguitatis continere. Maria enim absolute dixit ad Iesum, vinum nõ habẽt. Vnde dubium est, si aliquid vini superfuit: propter quod videtur & sic exponi posse. Expositiones tamẽ prætactas nequaquã redarguo, Quid mihi & tibi est mulier? id est, quid ad nos duos qui pauperes sumus, & temporaliũ rerum solicitudinem nõ habemus, in tantum pertinet prouidere istis de vino? Nondum venit hora mea, id est, necdum impletum est tempus vt manifeste ac passim agam miracula. Quanuis enim Christus ante incarcerationem Ioannis Baptistæ prædicauit, baptizauit saltẽ suos apostolos, & alios per illos, atque miracula aliqua fecit: hoc tamen non fecit vbertim, manifeste & passim, sed raro & coram paucis. Propter quod Matthæus, Marcus & Lucas talia omiserũt, incipientes ab operibus Christi, & doctrinis post incarcerationẽ Ioannis inceptis, prout manifeste patet in Matthæo, & Marco & Luca. [*Dicit mater eius ministris,*] qui potum præbebant edentibus, [*Quodcunque dixerit vobis (filius meus Iesus) facite.*] Certissima equidem fuit amabilissima virgo, se tantũ amari ac honorari ab vnico pignore ventris sui, à dilecto suo, à dilecto vteri sui, à dilecto votorum suorum, à quo nũquam aliquid austeritatis vel repulsæ fuit experta, quod incunctãter ageret id quod ipsa suggessit. Nõ enim accepit verba eius quasi increpatorie dicta, quia & quòd ait, Mulier, nõ sonat dure secundũ idioma Hebræum, in quo omnis persona fœminei sexus mulier appellatur. [*Erant autem ibi lapideæ hydriæ,*] id est, vrnæ seu vasa pro receptione aquæ apta [*Secundum purificationem Iudæorum,*] id est, secundum consuetudinem, ritum seu obseruationem, quam habebant Iudæi in purificando, seu lauando seipsos & vtensilia sua: quoniã aliquam immunditiam incurrebant secundum legem, vel secundum seniorum suorum traditionem. Habebant enim consuetudinem ex traditione seniorum frequẽter lauandi manus, & vasa, ac cætera multa. Propter quod positæ erant ibi hydriæ, vt haberent aquam in promptu. Vnde apud Marcũ legitur, Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum. Et à foro venientes nisi baptizentur non comedũt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum, & æramentorum & lectorum. [*Capientes singulæ,*] id est, quælibet hydria capiebat [*Metretas,*] id est, mensuras decẽ sextariorũ [*Binas vel ternas.*] Secũdum Isidorũ metreta est mensura continens decẽ sextarios. Sextarius vero continet duas libras. [*Dicit eis (puta ministris) Iesus, implete hydrias aqua.*] Forsitan aliquid aquæ erat in hydriis, sed non erant repletæ, quia fortasis aliquid inde fuit sublatũ, pro lotione vasorum vel discumbentiũ. [*Et impleuerunt eas vsque ad summum*] earum, ita quòd plus capere non valebant, [*Et dicit eis Iesus, haurite,*] id est, vinum de hydriis sumite [*Nunc,*] quoniã diuina virtute iam in instãti cõuersa est aqua in vinũ, [*Et ferte,*] id est, de vino isto portate [*Architriclino.*] Triclinium est locus, seu domus sublimata, secũdum Bedam, trino discumbẽtium ordine distincta, videlicet in quo sunt tres ordines mensarũ. Architriclinus vero nominatur principalis inter cõuiuas, vel dispẽsator ac ordinator cõuiuij. Iuxta Chrysostomum, voluit Christus vt ei primo vinũ istud præberetur gustandum. Primo, quia vnusquisque honorandus est secundum exigẽtiam gradus atque officij sui. Secundo, quoniam Architriclini iudicio magis credebatur ab omnibus. Tertio, quia fortasis Architriclinus propter curam suam in dispositione conuiuij, parum comedit ac bibit, sicque propter sobrietatem suam, aptior fuit aliis ad iudicandum de valore vini. [*Et tulerunt*] ministri vinum ad Architriclinũ. [*Vt autem,*] id est, postquam [*Gustauit Architriclinus aquam vinũ factũ,*] id est, vinum in quod aqua fuit conuersa: ex aqua enim fuerat factum hoc vinum, quasi ex causa materiali, forma aquæ corrupta, [*Et non sciebat*] Architriclinus [*Vnde esset,*] id est, à quo adductum esset tam nobile vinum, [*Ministri autem sciebant (vnde esset) qui hauserant aquã*] in hydrias fusam atque in vinũ mutatam. [*Vocat sponsum Architriclinus (vt arguat eum) & dicit ei, Omnis homo primum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est.*] Dittributio ista nõ est intelligenda simpliciter de vniuersis hominibus, quia nec omnis homo habet vinum, nec omnis homo habens vinũ ponit illud ante alios, nec omnis qui ponit ante alios vinum bonum ponit bibentibus inebriatis vinum deterius. Est ergo distributio accommoda & sermo secũdum consuetudinẽ loquens, vt sit sensus, Omnis homo ponẽs vinum ante alios, primum, id est, in principio potationis, & antequã aliud vinum ponat, bonum vinum ponit, dummodo humanè, prudenter & rationabiliter agat, id est, saporosum, & clarum vinũ ponit coràm bibentibus, ne reprehendatur ab illis de malitia vini. In principio enim epulationis sunt homines apti ad discernendum de vini valore. Et cum inebriati fuerint, conuiuantes, tunc omnis homo ponit id quod deterius est, id est, vilius vinum. Quia sensus gustus est viuacior in sobrio, quàm in ebrio. Si autẽ quis ponat vinũ deterius ante inebriatos, vt inordinatum lucrum sectetur, ebriosque decipiat, sumẽdo tantam pecuniam pro vino dẽteriori, sicut pro meliori, non excusaretur à culpa. Si vero sic faciat ad præcauendum ampliorẽ bibentium ebrietatem, nec quærat superfluum precium pro vino, nõ facit male. [*Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc,*] hoc est, contra laudabilem consuetudinem hoc fecisti, & meruisti redargui. Sic enim putauit Architriclinus. Vnde perpenditur quod vinum istud peroptimum fuit. Opera quippe Christi erant perfecta. Nam quos sanauit corporaliter, sanauit & spiritualiter. Et in cæteris actibus Christi fuit eminentia quædam, ita quòd terminabantur ad aliquid perfectius, quàm posit natura producere. Propterea hæc supernaturalis mutatio aquæ terminabatur ad vinum præualidũ. [*Hoc fecit initiũ signorũ Iesus,*] i. prædicta mutatio aquæ in vinũ fuit primũ miraculũ Christi, quod fecit in carne: factumq; est [*In Chana*] quæ est villa Galilææ, [*Et manifestauit*] i. aliis notificauit [*Gloriã suam*] i. excellẽtiã, vel omnipotentiã, seu diuinitatẽ suã in carne latentẽ. ¶ Quæritur, an mutatio aquæ in vinũ fuit primũ miraculũ factum à Saluatore. Et apparet primo quòd non, per ea quæ in Euãgelio Nazaræorum, & in libro de infantia Saluatoris scribuntur. Secũdo, nam Christus miraculose exiuit de vtero virginis. Dicitur quoque apparuisse tribus Magis in somnis, admonuissẽque eos vt per aliam viã

Matth. 4. Marci. 1. Lucæ. 3.
Marci. 7.
Isidorus.
Beda. Chrysost.
Deut. 32.
Lucæ. 2. Matth. 2.
Ioan. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A reuerterentur in terrã suã. Denique in præcedẽti capitulo patuit, quòd prædixit Petro prophetice, Tu vocaberis Cephas. Philippum quoque supernaturaliter intus attraxit vt sequeretur se. Et Nathanael cõfessus est Iesum esse filium dei, propter duo signa. Primo, quoniam secreta cordis sui cognouit. Secundo, quoniam absentis verba cognouit & dixit, Antequã Philippus vocaret te, cum esses sub arbore fici, vidi te: eíque prophetando prædixit, Videbitis angelos dei ascendentes & descendentes super filiũ hominis. quæ omnia erant supra naturam, & secundum Apostolũ, prophetiæ in signũ sunt infidelib⁹. 1. Cori. 14.
Ieiunauit quoque Saluator quadraginta diebus & noctibus, nihil prorsus manducãs. Sed & in Luca habetur, quòd Iesus cum esset annorũ duodecim, sedit in medio doctorũ interrogans illos & audiens, cũ tamen literas non didicerit. Et tam sapienter respondit, vt asserit Euangelista, Stupebant omnes super prudentia, & responsis eius. Ad hanc quæstionem dicendum, quod potestas faciendi miracula inerat Christo à principio suæ incarnationis. Cum aũt asserit euangelista Ioannes, prædictum opus fuisse initium signorũ domini Iesu, non est sic intelligendum, quòd Christus non habuit, nec egit aliquẽ actũ supernaturalẽ ante hoc signum: sed quòd non fecit in aliis rebus opera supernaturalia per seipsum immediate, quibus ratio miraculi proprie sumpti conueniat, videlicet prout miraculum dicit quid manifestatiuum. Miraculum quippe sic debet esse opus euidens, valens ad fidei cõfirmationẽ. Propter quod patet ad argumẽta solutio. Liber autẽ de infantia Saluatoris reprobatur in decreto Gelasij papæ, tanB quam ab hæreticis editus & cõfictus. Similiter Euangelium Nazaræorum inter falsa à doctoribus cõputatur. ¶ Circa moralisationem Euangelij huius multa pulcherrima posuit Augustinus, nec tanta dicta sunt, quin plura dici possint. Fit enim mẽtio in scripturis de multiplicibus nuptiis, scilicet carnalibus, quæ dum legitime fiunt, sacramentales dicũtur, & in ecclesia celebrãtur. Secundo, de nuptiis spiritualibus, quæ duplices sunt, videlicet verbi cum humana natura, quæ dicũtur nuptiæ incarnationis, celebratæq; sunt in vtero virginis. Vnde & dicitur, Ipse tãquã sponsus procedẽs de thalamo suo. Et item Christi cũ militãti ecclesia, quæ secundũ apostolũ est Christi sponsa, quæ dicuntur nuptiæ spiritualis cõiunctionis, celebranturq; in cubili conscientiæ purioris. Tertio, de nuptiis beatificæ fruitionis, quæ dicuntur æternales, & celebrantur in palatio maiestatis. Vnde habetur in Apocalypsi, Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt. Celebremus ergo spirituales nuptias in conscientia nostra, vniendo & intime copulãdo animas nostras verbo, seu filio dei, sponso animarum sanctarum, qui ait per Ozeam, Sponsabo te mihi in fide: vt animæ nostræ fœcundẽtur & imprægnentur cælesti semine, id est, lumine gratiæ copiosæ, quatenus indesinẽter producant fructus spirituales, seu actus virtuosos. Si hoc facim⁹, celebramus nuptias in Chana Galilææ, hoc est, in zelo transmigrationis, seu desiderio eundi, ac perueniẽdi ad nuptias æternales. Chana enim zelus, Galilæa autẽ transmigratio interpretatur. Debemus igitur zelum feruentem habere transmigrandi de via ad patriam, de exilio isto ad paradisum cælestem.
Psalm. 18. Ephe. 5. Apoc. 19. Ozeę. 2.
¶ Porro celebrãdo has nuptias, aderit mater Iesu dulcis & mitis Maria, tũc vocabimus magno feruore
C potius quàm oris clamore Iesum, nõ quasi absentẽ cũ ipse sit sponsus, sed quasi nondum perfecte præsentẽ, atque per speciẽ apparentem. Rogabimus itaque eum vt de his nuptiis imperfectis, interruptis & suspiriosis, perducat nos ad nuptias consummatas, continuas, gaudio plenas, vbi non est desideriũ boni futuri quo ad præmiũ essentiale, sed perfectissimus amor præsentis. O quàm libẽter, & quàm superlibenter celebrat Christus modo in anima deuota nuptias spirituales. Ipse nempe est qui ait per Salomonem in Prouerbiis, Delitiæ meæ esse cum filiis hominũ. Et in Apocalypsi, Ego sto ad ostiũ & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo, & ipse mecũ. Dicat ergo anima nostra Christo sponso cælesti illud Canticorum, Veniat dilectus meus in hortũ suũ, & comedat fructũ pomorũ suorum. Et illud, Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Poma ista sunt sancta desideria patriæ, feruidi motus in deum, contẽplationes synceræ cælestiũ, quibus certum est Christum præcipue delectari. Quemadmodum aũt in nuptiis illis corporalibus, deficiente vino dixit mater Iesu ad eũ, vinum nõ habent: sic in præmemoratis animę nuptiis, deficiẽte vino, hoc est, spirituali consolatione, deuotionis sapore, mystico intellectu, perfectionisque gratia, aduocata ac domina nostra intercedet pro nobis ad Christum, vt desideratam dulcedinis suæ præsentiam, cõsolationem internam, solidũ cibum, stabilem puritatem, nobis conferre dignetur. Si aũt fecerimus quod dixit virgo beata ministris, quod-
Proue. 8. Proue. 3. Canti. 5. Canti. 7.
D cunque inquiẽs dixerit vobis facite, tunc Iesus faciet nobis quicquid mater eius pro nobis rogauerit. Per sex quoque lapideas hydrias, intelligo sex principales animæ vires, quarum tres sunt in parte intellectiua, videlicet ratio, memoria, & voluntas: & tres in parte sensitiua, scilicet appetitus concupiscibilis, irascibilis, & virtus cogitatiua, quæ dicitur à Philosopho intellectus passiuus & ratio particularis. Aristote. Istæ quippe potentiæ sunt subiecta scientiæ, seu virtutum, idcirco implendæ sunt aquis scientiæ salutaris, & humore ac rore virtutum, vt omnes in suis actionibus ordinate se habeant, rationis censuram sequendo, ne passiones appetitus concupiscibilis & irascibilis rationi repugnent & præualeant, sed sensualitas rationis imperio semper subiaceat. Tunc Christus cõuertet has aquas in vinum, infundendo animæ septẽ dona spiritus sancti cũ exuberantia quadam, ita vt ratio & voluntas quæ sunt subiecta septem donorum, sint prompte ac delectabiliter mobiles à spiritu sancto, præsertim in actibus theologicarum virtutum, in ordine ad vltimum finem, qui est beatitudo supernaturalis. Tunc per donũ sapientiæ sortietur anima dulcem gustum in contemplatione diuinorum, & impellente eã amoris sancti feruore, faciet corde promptissimo, quicquid nouerit creatori placere, & pro eius reuerentia esse. Sic animalis homo fit spiritualis, introductus in cellam vinariam, atque inebriatus vino spiritus sancti, ita vt memoriam abundantiæ suauitatis dei eructet, dicens, quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Postremo post descriptionem miraculi præinducti, subdit Euangelista, [*Et crediderunt in eũ*] puta in Iesum, [*Discipuli eius,*] qui secum fuerunt vocati ad nuptias. Sed quoniã teste Philosopho, addiscẽ
Canti. 12. Psal. 144. Psalm. 30. Aristo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Esa.7. tem oportet credere, & Esaias testatur, Nisi crediderit is non intelligetis. constat quòd isti discipuli cre E
diderunt Christo, sed nõ tam perfecte vt postea, viso tanto miraculo. Firmiter nanque tũc crediderũt,
quod missus esset à deo, & veram doctrinam ac salutarem proponeret, atque diuina virtute operaretur,
in omnibus. An tamen credebant explicite quòd esset deus verus vnigenitus patris, certum non arbi-
tror. [*Post hæc,*] videlicet post nuptiarum in Chana factarum, & prædicti miraculi perpetrationem,
[*Descendit Capharnaum*] vrbem Galilææ metropolim atque maritimã [*Ipse & mater eius, & fratres eius,*]
hoc est, consanguinei & affines ex parte virgineæ genitricis. Non enim fuerunt filij Mariæ, vt dixit in-
Ioan.19. seliciſsimus ille Heluidius hæreticus, asserens Christo nato, matrẽ eius cognitã esse à Ioseph. Aliqui ve
ro dixerunt, quod erant filij Ioseph ex alia coniuge: sed probabilius est quòd etiam Ioseph virgo fuit.
Quia non decuit tantam virginem, nisi à sponso virgine, à pudiciſsimo atque castiſsimo viro custodiri.
Gene.13. Et item, cum Christus in cruce erectus non cõmendauit matrem suam iam prouectæ ætatis, nisi disci-
Genes.29. pulo virgini: verisimile est, quod iuuenculam nõ commisit custodiendã nisi virgineo viro. Dicuntur
Genesi.25. itaque fratres iuxta confuetudinem sacræ scripturæ, quæ sæpiſsime homines eiusdẽ genealogiæ nomi-
2.Reg.20. nat fratres. Sicut in Genesi Loth dicitur frater Abrahæ. Et Iacob dicitur frater Laban. Ismael quoque
Matth.4. corã cũctis fratribus suis fertur obiisse. Et Ioab dixit ad Amasam, salue mi frater. [*Et discipuli eius, ibi mã-*
Esaiæ.9. *serũt non multis diebus.*] Causa huius habitationis insinuatur in Matthæo quo scribitur, Relicta ciuitate
sua Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaũ in finibus Zabulon, & Nephthalim, vt implere F
tur quod dictũ est per Esaiam prophetam, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã &c.
Voluit quippe Saluator maiestatem suam paulatim manifestare, idcirco accesit ad vrbem suæ prouin-
ciæ principalem, vbi à pluribus audiretur ac noscetur. [*Et prope erat pascha,*] .i. paschalis solennitas,
[*Iudæorum, & ascendit Hierosolymam Iesus.*] Non dubium quin secum ascenderunt, qui cum eo Caphar-
naum intrauerũt, videlicet mater eius, fratres, atque discipuli. Cur ascendit Hierusalem? Primo, vt legẽ
Exod.32. impleret. Fuit enim præceptum in Exodo, vt omne masculinũ Iudæorum ter in anno appareret corã
domino in loco quo licuit sacrificia fieri, scilicet in festo Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum. Et
licet interdũ dispensabatur cum longe habitãtibus quantũ ad vltima duo festa, tamen in festiuitate pa-
Beda. schali maxime tenebantur Iudæi legis præceptum seruare. Secundo, vt dicit Beda, vt sacrificia offerret,
Leuit.25. & orationum vota persolueret, quemadmodũ lex præcepit. Tertio, vt futurorũ hæreticorũ, dicentium
Deut.16. legem Mosaicam à diabolo traditam, errorem destrueret. Quarto, vt nobis exemplũ daret cũ omni vi-
gilantia cordis & reuerẽtia obediendi diuinis præceptis. Hoc ipsum, quòd Christus filius dei deus in-
carnatus cum cæteris Hierosolymam tenderet in solennitate paschali, prædictum fuit per Zachariam
dicentem, Hæc dicit dominus exercituum, Vsquequo veniant populi, & vadant habitatores, vnusquis-
que ad alterum dicentes, Eamus & deprecemur faciem domini, vadam etiam ego, & venient populi
multi, ad quærendũ dominũ exercituum in Hierusalem. Hoc quod dicitur hic, vadam etiam ego, non
dicitur in persona Zachariæ prophetæ, sed dei per ipsum loquentis, vt patet diligenter intuenti seriem
textus. Ire autem non competit deo nisi ratione naturæ assumptæ, ideo in his verbis innuebat se domi- G
nus exercituum incarnandum. Et quoniam scripturæ veteris testamenti loquuntur de deo mittẽte, &
Matth.21. Christo mittẽdo seu misso, quasi de distinctis personis, patet quòd Moyses & prophetæ insinuauerũt
Marc.13. personalem esse distinctionẽ in simplici deitate. [*Et inuenit Iesus in templo,*] hoc est, in quodam anteriori
Lucæ.19. atrio templi, vbi vulgus orabat, & doctores docebant, non in atrio sacerdotum continente altare holo
caustorum. [*Vendentes boues & oues & columbas.*] Sacerdotes enim cũ essent auari, posuerũt in tẽplo mi-
nistros suos, vel alios, qui animalia immolatitia venderẽt, ne de longe venientes, possent se excusare ab
immolatione animalium, propter difficultatem adducendi ea secum ob prolixitatem itineris. Inuenit
quoque [*Et nummularios,*] id est, campsores quosdam sedentes in templo. Ne enim pauperes se excusa-
rent per hoc, quod non haberent pecuniam ad emenda animalia requisitam, posuerunt sacerdotes in
templo campsores, qui egenis sub cautione accommodarent pecuniam. [*Et cum feciſſet quasi flagellum de*
funiculis, omnes (venditores præfatos) eiecit de templo] minãdo & expellendo eos cum tali flagello, [*Oues quo-*
que & boues eiecit, & nummulariorũ effudit æs (id est, pecuniam) & mensas (super quas ponebantur pecuniæ) sub-
uertit. Et his qui columbas vendebãt, dixit, Auferte ista (animalia) hinc, & nolite facere domũ patris mei] cæle-
stis ac naturalis [*Domum negotiationis*] vendendo ibi animalia ista, quæ in foro solent venundari.
¶ Satis mirandum videtur, quomodo Christo hæc faciente, qui nondum miraculis multis coruscauit,
neque fama magna innotuit, nullus Iudæorũ præsumpsit resistere. Et respondendũ, quòd Iesus diui- H
na sua virtute potuit corda eorũ terrere, quos alloquebatur. Potuit quoq; ex vultu & oculis suis igneũ
splendidumque ac deiformẽ fulgorẽ, seu radios luciformes emittere, quo omnes videntes eũ timore cõ
cussi sunt. Corpus enim suũ fuit animæ suæ omnino subiectũ, ita quòd qualificabatur in vultu & cor
pore secundum imperium animæ. Sed & humanitas Christi erat instrumentũ animatum, coniunctũ,
ac proprium deitatis vnitæ, quæ operabatur per illam vt voluit. Et quid miramur, si nunc nondũ ca-
piendus & occidendus, eiecit omnes flagello, qui postmodũ mox capiendus & crucifigẽdus, solo ver-
Ioan.18. bo vniuersam cohortẽ armatam, & ministros furentes ac gladiis cinctos prostrauit in terram. Nihilo-
Origenes. minus secundum Origenem eiectio ista fuit magis miraculosa, quàm conuersio aquæ in vinum. Quo-
niam ibi inanimata subseruit materia, hic vero tot milium compescuntur ingenia. [*Recordati sunt vero*
Psal. 86. *discipuli eius, quia scriptum est (in Psalmo in persona Christi) Zelus domus tuæ*] id est magna affectio honoran-
di templum tuum, ô pater [*Comedit (id est spiritualiter absorbuit) me.*] Et etiam zelus iste fuit occasio occi-
sionis Christi, & ita comedit, id est, consumpsit, seu interfecit eum. Per hunc etenim zelum bis eiecit
vendentes de templo. Semel in primo anno suæ prædicationis, vnde nunc sermo. Et in die Palmarum
Lucæ.19. vt patet in Luca, per quod maxime offendit, odiumque incurrit sacerdotum, qui eum ex inuidia occi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A uidia occiderunt. Zelus proprie ſumptus eſt feruor quidam, ſeu intenſa affectio ex amore præcedens, per quem zelum homo conatur ea excludere, quæ conſecutionem boni optati impediunt. ¶ Quemadmodum autẽ amor eſt duplex, puta carnalis & ſpiritualis: ſic duplex eſt zelus, videlicet carnalis, de quo dicit Apoſtolus, Cum ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis vos? Et Pſalm. Neque zelaueris faciẽtes iniquitatem. Alter eſt zelus ſpiritualis, diuinus, & charitatiuus, quo nititur homo ea excludere, quæ diuino honori aut proximorum contrariantur ſaluti. De quo Helias, Zelo (inquit) zelatus ſum pro domino exercituum. Hoc zelo zelatus eſt Phinees, pugione perfodiens Zambri & Cosbi concumbentes, pro quo meruit pactum ſacerdotij ſempiterni. Hoc zelo accendi debemus, dei honorem, proximorum correctionem, iuſtitię obſeruationem cordialiter affectantes, atque impedimenta eorum pro viribus diſſipantes. Sed omnino oportet vt incipiat homo à ſemetipſo totis præcordiis deum amãs & omni poſſe honorans, & tunc idem optet, ac procuret ab aliis fieri. Nam & zelus animarum eſt ſacrificium acceptiſſimum deo. ¶ Pręterea ſecundum gloſam zelus iſte eſt feruor animi, quo mens abiecto humano timore, pro defenſione veritatis accenditur. Et ſecundum Auguſtinum, ille zelo domus dei comeditur, qui vniuerſa mala quæ videt in ea, ſtudet corrigere: quod ſi non poteſt, tolerat & gemit. Dum ergo diſcipuli viderunt Chriſtum exercuiſſe hunc zelum pro honore patris ſui, & emundatione domus ſuæ, ac populi correctione, attenderunt præfatam ſcripturam, intellexerúntque eam in hoc facto Chriſti impletam. [*Reſponderunt ergo Iudæi (incorrigibiles & ſuperbi) & dixerunt, Quod ſignum*] quale diuinum miraculum [*Oſtendis (nobis) quia hæc facis*] id eſt, per quod ſciamus tibi licitum eſſe hæc facere;

B tanquam dicerent, Electio iſta non ſpectat ad te, nec tuum eſt corrigere nos, & facta ſacerdotum, cum non habeas authoritatem, nec ſis ſacerdos, neque propheta. Et ſi dicis quòd imò tuum ſit hoc, oſtende ſignum, quo ſciamus tibi diuinitus commiſſam poteſtatem. Reſpondit Ieſus & dixit eis, [*ſoluite templum hoc,*] id eſt, mortem violẽtam mihi inferendo, ſoluetis, occidetis, diſipabitis, & à naturalibus iuncturis ſeparabitis corpus meum, quod eſt templum verbi in eo habitantis. In paſſione enim ſolutum eſt corpus Chriſti ab anima eius, & ſanguis à corpore, vniuerſáque membrorum compago præ nimia corporis diſtentione ſoluta eſt. Propter quod ait in Pſalm. Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Et rurſus, Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Porrò quod ait Saluator, ſoluite, nõ dicit ex hortando & licentiando, quaſi rem bonam ex parte facientium, quia maximum erat peccatum: ſed prę nunciando, quomodo dixit ad Iudam in cœna, Quod facis, fac citius. Dicitur autem corpus Chriſti & anima eius, ſeu tota ſua humanitas templum verbi & vnitæ deitatis. Primò, quoniam verbum fuit in eis per immediatam, perſonalémque vnionem, vnde ſecundum Apoſtolum, In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Secundò, quoniam habitauit in eis, per excellentiſſimam gratiam. Tertiò, quoniam habitauit in anima Chriſti, per fruitionem claram, ac beatificam. Quartò, quia ſicut

C in templo materiali orationes domino offeruntur, & ab ipſo exaudiuntur: ſic preces eccleſiæ porrigũtur deo in Chriſto, & per Chriſtum, per quem etiam exaudiuntur. [*Et in tribus diebus,*] id eſt, intra tres dies naturales, videlicet tertia die repente, [*Excitabo (id eſt, a morte ſuſcitabo) illud*] animam ei reuniendo. Diuinitas enim manſit ſemper vnita corpori & animæ Chriſti. His verbis oſtẽdit ſe Chriſtus eſſe deũ omnipotentem, cui omnia licent. Nam ſeipſum reſuſcitare à morte non competit niſi deo mortali natura induto. Merito autẽ peruerſis, induratis, inerediliſque Iudęis, datur ſignum obſcurum, rememoratiuum præteriti, ſicut & regi Achas eiúſque populo datum eſt ſignum futuræ incarnationis, vt in Eſaia habetur, Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ. [*Dicebant ergo Iudæi*] irridentes & redarguere cupientes verba chriſti, quæ carnaliter intellexerũt de templo illo lapideo, inanimato & manufacto. [*Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc*] ſecundũ, à Nehemia atque Zorobabel, prophetantibus Aggęo & Zacharia. Templum vero primum à Salomone conſtructũ intra ſeptem annos fuit completum. Verba vero prætacta non ſunt ſic intelligenda, quod Iudæi quadraginta & ſex annis continue fabricauerũt hoc tẽplum, ſed quia à tẽpore quo cœperunt vſq; ad templi conſummationẽ fluxerunt tot anni. Sed interim frequẽter retardabãtur, & ſæpe ceſſabant ad tẽpus ab ædificatione incœpta, propter gentiles vicinos, & prohibitionẽ regis, vt patet in libro Eſdrę. A primo ſiquidẽ anno cyri regis Perſarum, qui dedit Iudęis licẽtiam à Babylonia reuertendi, & templũ ędificandi, vſq; ad ſextum annũ Darij regis, quãdo cõſummatũ eſt templũ, legũtur 46. fluxiſſe, &

D tamen nõ eſt magna vis verificandi hęc verba Iudęorũ, qui multa falſa dixerunt, arguẽdo contra Chriſtũ. [*Et tu in tribus diebus excitabis*] ſolutũ, ſeu diſipatũ reparabis, [*illud?*] quaſi dicant, hoc tibi impoſsibile eſſet, cũ domus hæc ſit tanto tempore fabricata. Certum eſt, ſi Chriſtus aperte dixiſſet, in tribus diebus reſurgam, vel reſuſcitabo corpus meum, quòd non credidiſſent, ſed derifiſſent. [*Ille autem dicebat,*] id eſt, Ieſus prædicta verba intellexit, [*De templo corporis ſui,*] id eſt, de corpore proprio, quod fuit templum diuinitatis. Quod igitur ait Euangeliſta de tẽplo corporis ſui, ſumẽdũ eſt intrãſitiue, ſicut ad coloſſenſes dicit Apoſtolus, In expoliatione corporis carnis, hoc eſt, corporis quod eſt caro. Hęc verba domini Ieſu tenuerunt Iudęi memoriter, tanquam falſa prolata. Vnde & in nocte paſſionis, ſurgentes duo falſi teſtes dixerunt, Nos audiuimus eum dicentem, Poſſum deſtruere templum dei, & in tribus dieb' reędificare illud. [*Cũ ergo reſurrexiſſet a mortuis, recordati ſunt diſcipuli ei', quia hoc dicebat Ieſus*] de ſuctura ſolutione, paſſione, & reſuſcitatione corporis ſui. Recordati autẽ ſunt diſcipuli verborũ iſtorum, non ſtatim poſt reſurrectionẽ, quia nec ſtatim credebant eum reſurrexiſſe, ſed poſtquã apparuit eis, & aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Vnde etiam conſtat quòd diſcipuli non intellexerũt verba Chriſti, quæ ait, ſoluite templum hoc, &c. tũc quando protulit ea, ſed poſt reſurrectionẽ, vt dictũ eſt. [*Et crediderunt ſcripturæ*] prophetarũ loquẽtiũ de Chriſti paſſione & reſurrectiõe, [*Et ſermoni (præmemorato) quẽ dixit Ieſus,*] videlicet, ſoluite tẽplũ hoc. Quãuis diſcipuli ante reſurrectionẽ nõ intellexerũt

1.Cor.3. Pſalm.36. 3.Reg.19. Num.25. Auguſt. Pſalm.12. Ibidem. Ioan.13. Coloſ.2. Eſaiæ.7. 1.Eſdr.5. 3.Eſdr.2. Aggæi. Zacha.6. 3.Regũ.7. 1.Eſdr.4. coloſſ.1. Matth.26. Marc.14. Luc.24.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hæc verba,nec prophetarum eloquia,tamen credebant ea vera esse:sed post resurrectionem idem credebãt magis perfecte,tanquã notitiam verborum sortiti.[*Cum autem esset Hierosolymis in pascha(videlicet) in die festo*]paschali.Nõ solũ die vno,seu vltimo festiuitatis paschalis quæ septẽ durauit diebus,sed forte toto tempore illo,vel pluribus diebus ibi fuit.[*Multi crediderunt in nomine eius,*]id est,in ipso per nomen nominans designato,credentes quòd esset Christus,vel saltem vir sãctus atque propheta:non tamen crediderunt,nec suspicabantur quod esset filius dei naturalis,verúsque deus,nisi forte ante agnouissent per scripturas,quod Christus in lege promissus esset deus.Causa credulitatis subiungitur,[*Vidẽtes signa eius quæ faciebat,*]tempore isto,quæ non sunt in speciali descripta,nisi quod eiecit vendentes in templo,&c.Fecit tamen magna miracula,propter quod Nicodemus dixit ad eum, Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis,nisi deus fuerit cum eo.Supernaturalis quippe doctrina,supernaturalibus argumẽtis,seu diuinis miraculis fuerat comprobanda,vt tam certa sit fidei veritas,quam certum est,deũ falsitatis non esse confirmatorem,cooperatorem vel assertorem.[*Ipse autem Iesus nõ credebat semetipsum eis.*]Hoc quo ad superficiem literæ sonat,ac si Iesus dominus virtutum,cui potestatẽ omnis carnis dedit pater,timuisset aliquid mali sibi posse ab istis inferri.Sed certum est,quod non timuit hoc, nec eos qui corpus occidunt.Augustinus ergo & Beda exponũt hoc modo.Quod ideo Iesus non credidit eis, quoniam nondum baptizati,& plena fide imbuti fuerunt,gerentes formam catechumenorum: quibus Christus dicitur seipsum non credere,quia non datur eis sacramentum corporis Christi. Hæc autem expositio videtur tendere ad moralitatem,& posset aliquis ei obiicere,quod discipuli Iesu necdũ fuerant baptizati,vt patet in sequenti capitulo,nec plene credentes saltem explicite.Lyra vero exponit,affirmans,quòd Iesus non se credidit eis,quia nõ reuelauit eis altiora mysteria fidei,eo quòd essent incapaces.Verum nec discipuli capaces iam fuerant mysteriorum sublimium,quibus infra ait Saluator, Multa habeo vobis dicere,sed non potestis portare modo.Et tamen Iesus credebat se eis.Apparet igitur quod possit literaliter sic exponi,Iesus non credebat,id est,non committebat semetipsum eis tanquam fidelibus,constantibúsque amicis,nec voluit conuersari inter eos quasi inter veros discipulos, quia nõ bene sensit de eis, nec ipsi habuerunt fidem formatam,aut stabilem,ideo non credebat se eis: non quia verebatur circumueniri vel pati ab eis,sed quoniam sciuit,quod non adhærerent sibi constãter,& nec cor eorum rectum fuerat cum ipso.Isti enim sic credebãt in Iesum,quemadmodum illi de quibus infra habetur,Ex principibus multi crediderunt in eum:sed propter pharisæos non confitebãtur.Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Tales autem non credunt vere atque salubriter.Sicut ait Saluator,Quomodo potestis vos credere,qui gloriam ab inuicem quæritis,& gloriam quæ à solo deo est non quæritis?Loquitur ergo Euangelista secundum communem modum loquendi,quo aliquis dicitur seipsum alteri credere, quoniam fidei illius se committit, certus de fidelitate vel amicitia eius.Si vero sumatur credere,prout est actus fidei,quæ est virtus theologica,sic christus non credidit,nec aliquis debet sic in purum hominẽ credere.¶Denique huic expositioni cõcordant sequentia,in quibus tangitur ratio quare Christus non credebat se illis,[*Eo quod ipse nosset omnes,*]id est,certitudinaliter cognosceret omnium corda,& per consequens corda istorum,sciens quanta essent eorũ interna defectio,[*Et quia opus,*]id est,necesse[*Ei non erat,vt quis testimonium perhiberet de homine,*]quocũq;,ad manifestãdũ Christo aliquid prius ei ignotũ:[*Ipse enim sciebat*]præsertim per sciẽtiã increatam,secundũ quod deus,& item per sciẽtiã infusam,vt homo,vel in verbo,[*Quid esset in homine*]hoc est,omnia interiora secretáq; hominis cuiuscunque,videlicet desideria,cogitationes,intentiones. Per quod innuit Euangelista diuinitatem Saluatoris,quia scripturæ testantur deo proprium esse vniuersorum cordium scire arcana.Nam licet Christus sciuerit illa etiam vt homo per scientiã concreatã vt dictum est,hoc tamen non fuit,nisi secundũ quod homo talis,vtpote habẽs humanitatẽ verbo hypostatica vnione cõiunctam.Hinc in libris Regum Salomõ loquitur,Tu domine solus nosti corda omnium hominũ.Et in Apocalypsi dominus protestatur.Scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutãs corda & renes.¶Nunc aliquid de moralitate huius euangelicæ lectionis tractãdũ est.Instante festo paschali Iudæorum,ascendit Iesus Hierosolymam,Sic & nos appropinquante pascha Christianorũ,qui sumus veri Iudei,nõ carne & litera,sed spiritu cõfitentes, ascendere debemus ecclesiã, toto tempore quadragesimali,præparando nos ad deuotam paschalis festiuitatis celebrationẽ,per opera pœnitentiæ, & exercitia deuotionis,atq; compũctionis internæ.Quotidie quoq; visitat Christus ecclesiã,quæ per Hierusalem designatur,& inuenit ibi vendentes oues & boues,id est,clericos tẽporalibus negotiis implicatos,sacerdotes,religiosos,atque prælatos,auaritiæ deditos,propria lucra, non Christi honorẽ & gregis dominici salutem quærentes.Quo contra dicit Apostolus,Nemo militãs deo implicat se secularibus negotiis.Demum colũbas vendunt,qui spiritualia bona pro tẽporalibus exhibent,qui nõ excutiunt manus suas ab omni munere.Contra quos ait Saluator,Gratis accepistis,gratis date.Omnes tales eiicit christus de templo.i.à corpore suo mystico,à consortio electorum separat eos,núc voto ac merito:postea vero separabit istos ab illis loco & præmio,sicut segregat pastor oues ab hœdis, quãdo hi ibunt in ignẽ æternũ,illi vero in paradisum cœlestẽ.Eiicit autem,flagellat,& punit eos christ⁹, flagello facto de funiculis.i.pœna quam merẽtur propriis vitiis,quę sunt funes seu vincula,quibus impi⁹ irretitur,ligatur,atque constringitur,ne deum sequatur,ne in viã vitę proficiscatur,sed dęmonis potestati,iugo & obsequio subditus maneat:prout ad Timotheũ ait Apostolus,Resipiscant à laqueis diaboli, à quo captiui tenẽtur ad ipsius voluntatẽ.De talib⁹ nempe funiculis Salomon loquitur in Prouerbiis, Iniquitates suæ capient impiũ,& funibus peccatorum suorum constringetur.Talibus funiculis se constringunt,& restem infernalis suspensionis sibimet textunt,quicũque in vitiis perseuerãt,qui adiiciũt ad peccandum,quorum iniquitates,sicut onus graue grauãtur super eos,qui non eleuant oculos suos

Ioan.3. Ioan.7. Ioan.10. Augustin. Beda. Ioan.3. Ioann.16. Psalm.77. Ioan.12. Ioan.3. Sapien.1. 3.Reg.8. Apoca.2. Psalm.7. 1.Timo.3. 2.Timo.2. Esaiæ.3. Matth.10. Matth.25. 2.Timo.2. Prouer.5. Eccles.3. Psalm.73.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vt videant cælũ. Quibus dictum eſt per Eſaiam, Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi funiculum plauſtri peccatum. ¶Poſſumus inſuper per templum intelligere animam rationalem, quæ capax eſt dei per cognitionem ac dilectionem, in qua habitat deus per fidem, charitatem, & gratiam. Hanc viſitat Chriſtus ſapientia patris, quum in animas ſanctas ſe transfert, ſtátque ad oſtium cordis & pulſat: ſed dum anima concupiſcentiis ſuperatur, dum iumentis inſipientibus comparatur beſtiales motus ſequendo, peccatis & paſsionibus ſeruiendo (à quo enim quis victus eſt, huius & ſeruus eſt) tunc vendit oues & boues, videlicet ſtultos, ac irrationabiles motus diabolo, cui talia ſeruiendo impẽdit, vt per hæc voluptates conſequatur, quas velut pretium pro fine intendit. Sed vtinam Chriſtus faciat nunc flagellum paternæ correctionis, omnéſque huiuſmodi motus & vitia expellat ab anima noſtra, corripiendo noſ temporaliter, vt reſipiſcamus, nec æternaliter pereamus. Quidam enim non corriguntur niſi flagellis, ſeu aduerſitatibus, qui quodammodo compelluntur intrare, & dicere poſſunt, Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. Sic conuerſus eſt Paulus. Præterea nõ faciam⁹ domũ dei, puta eccleſiam materialẽ, nec animam propriã, domum negotiationis, confabulationis, diſtractionis, ſecularia in eis tractando: ſed potius emundemus nos ab omni inquinamẽto animæ & ſpiritus, vt mente quieta, tranquilla ac pura Chriſtũ ſuſcipere, retinere, & poſsidere mereamur. Ipſe etenim dicit, Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper quietũ & humilẽ? Quemadmodũ aũt Iudęi à Chriſto correpti dixerunt, Qđ ſignum oſtendis quia hæc facis. quaſi dicant, Quis te conſtituit principẽ aut iudicẽ ſuper noſ? ſic multi impatientes, & inuerecũdi, duri atq; rebelles, & animoſi, dũ fraternaliter ad
B monentur, vel paternaliter arguuntur, aut iuſte corriguntur, indignando ſeu murmurando reſpõdent, Quod ſignũ oſtẽdis. i. quid ad te pertinet, & nunquid ego tibi cõmiſſus ſum? corrige temetipſum, nec ingeras te factis aut ſermonib⁹ meis. Tales vero miſerrimi ſunt obtenebrati, & vitioſi. Vnde in prouerbiis loquitur Salomõ, Viro, qui corripiẽtẽ dura ceruice cõtẽnit, repẽtin⁹ ei ſupueniet interit⁹. & alibi, Qui abiicit diſciplinã, deſpicit animam ſuã: qui autẽ acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.

Eſaiæ.5. Epheſ.3. 1.Cor.1. Sapien.7. Apo.3. Pſalm.48. 2.Petri.2. Luc.14. Pſalm.113. Actu.9. 2.Cor.7. Eſaiæ.66. Exod.2. Pro.26. Pro.15.

¶Expoſitio cap. III. [*Erat homo ex phariſæis Nicodemus nomine.*]
Articulus. VIII.

C EVangeliſta poſt hęc plenius proſequitur atque deſcribit doctrinam & prodigia Saluatoris, ea præſertim quæ ab aliis Euangeliſtis erant omiſſa. Et quia in fine præcedentis cap. dixit multos Iudæorum credidiſſe in nomine Ieſu, nũc ſpecialiter tractat de vno illorum, [*Erat homo*] rationabiliter agens, dignus nomine hominis, tanquam rationis iudiciũ, non ſenſualitatis impetũ ſequens. Optimum enim hominis eſt eſſe ſecundũ rationem, iuxta Dionyſiũ. [*Ex phariſæis*]. i. de ſecta & numero phariſęorũ, quorum ſecta fuit ſolennior: erátque homo iſte [*Nicodemus nomine,*] re & nomine phariſæus, hoc eſt, ab aliis diuiſus, tanquam veraciter religioſus in anima, ſicut nomen & habitus eius exterior prætendebant: ſicut nunc aliquis dicitur veraciter monachus, qui ſoli deo & ſibiipſi digne intendit, atq; ſynceriter vacat. Cęteri vero phariſæorum, vt cõmuniter, erant ſolo nomine, habitu & apparenti ſanctitate, ſeu ſimulata æquitate phariſæi, ſicut nũc ſunt multi clauſtrales ſolo nomine, apparatu & habitu monachi, religioſi, ac ſpirituales. [*Princeps iudæorum,*] id eſt, vnus de principalib⁹ doctoribus atq; rectoribus Iudaicæ plebis: quæ primo regebatur per iudices, deinde per reges, vſque ad captiuitatem Babylonicam: exinde per doctores & ſacerdotes, quorum multi fuerant phariſæi. Non tamen fuit hic Nicodemus ſummus princeps vel pontifex Iudæorũ. [*Hic venit ad Ieſum,*] cuius iam ſigna vidit, & documẽta audiuit, & ex vtroq; perpẽdit aliquid magnæ excellentiæ eſſe in Ieſu, cuius tantã poteſtatem & ſapientiam, tantã demum iuſtitiam, imperterritamq; conſtantiam fuit expertus, ita vt neminem metuens, & pro deo zelans, omnes vendentes in tẽplo expelleret, ſuámq; doctrinã confirmaret miraculis. Hinc Nicodemus zelo agnoſcendę veritatis & ſpiritualis profectus accẽſus, venit ad Ieſum, vt plenius doceretur ab eo. Venit autẽ [*Nocte,*] vel quia aliorũ phariſęorũ ac ſacerdotum offenſam incurrere formidauit. Quemadmodũ Gedeon nocte cõfregit ſtatuã Baal, timens ſuos conciues. & hic timor fuit imperfectionis, quẽ plena dilectio mittit foras.
D vel quia cũ eſſet nominatus doctor, ac magiſter in Iſraël, aliqualiter erubeſcebat publice ſe ſubmittere informationi Ieſu, qui ſciebatur literas nõ didiciſſe. Et hoc fuiſſet alicuius elationis. vel vt ſecrete, ſilẽter, ac libere loqueretur cũ Ieſu. Cõuenit quoque tẽpus cũ myſterio. nam quia in tenebris mentis quodãmodo fuit, imperfecte credendo in chriſtum, & ſpiritualiũ myſteriorum notitiã nõ habendo, recte aſſeritur nocte veniſſe: quẽadmodũ Maria Magdalena venit ad monumentũ cũ adhuc tenebræ eſſent, putans Chriſtũ nõ reſurrexiſſe. [*Et dixit ei, Rabbi, ſcim⁹ quia a deo veniſti*]. i. diuinit⁹ miſſus es in mundũ [*Magiſter*] veritatis, de quo magiſtro dicitur in Oſea, Tẽpus requirẽdi dñm cũ venerit, qui docebit nos iuſtitiã. Et per Ioẽlẽ, Exultate in dño deo veſtro, quia dedit vobis doctorẽ iuſtitię. Per quid vero Nicodem⁹ id ſcierat, ſubditur, [*Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cũ eo*] cooperándo, & gratiã miraculorũ pręſtando. Solus quippe omnipotẽs deus facit miracula proprie dicta tanquã principalis effector: ſerui autẽ ipſius faciũt ea ſolũ miniſterialiter: iuxta illud in Pſalmo, Benedictus domin⁹ de⁹ Iſraël, qui facit mirabilia ſolus. Porrò miraculũ proprie dictũ eſt effectus totã virtutẽ & legem naturæ creatæ excedẽs. Et talia erant aliqua Chriſti miracula, vt illuminatio cęci nati, ſuſcitatio mortuorum, eclipſis ſolis in plenilunio tempore paſsionis. Et iſta miracula ſunt certa, ac ſufficientia argumenta, quòd actor eorum ſit vera docens, & diuina virtute agens. Vnde ait infra, Si opera non feciſſem in eis, quæ nullus alius fecit, peccatũ non haberent. Aliqua vero miracula fieri poſſunt cooperatione dia-

Ioan.2. Diony. Ioan.2. Iudic.6. 1.Ioan.4. Ioan.7. Ioan.2. Oſeę.10. Ioëlis.2. Pſalm.71. Ioan.9. Matth.9. Marci.5. Luc.7. Ioan.11. Lucæ.23. Ioann. 15.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

2.Theſſ.2. boli,ſicut de Antichriſto dicit Apoſtolus,Cuius aduentus eſt ſecundum operationem Satanę in omni E
Exodi.7. ſeductione,virtute,in ſignis & prodigiis.quamuis autem talia ſint miracula quantum ad modum agen
di,non tamen excedunt facultatem totius naturæ creatæ, ſed per occultas naturalium rerum virtutes
aguntur:quemadmodum magi Pharaonis,Iamnes & Mambres proiecerũt virgas ſuas,quę mox in dra
Exodi.8. cones conuerſę ſunt.Produxerunt etiam ranas,& maleficiis ſuis conuerterunt aquam in ſanguinem,vt
Pſal.114. legitur in Exodo.Talia vero miracula etiam multa fecit chriſtus,conuertendo aquam in vinum,quod
Ioan.2. facit natura paulatim in vitibus,& illuminando cæcos,quod interdum fit arte medicinæ. Et iſta non
ſunt ſufficientia argumenta fidei & cooperationis diuinę,cum ſint bonis malíſque communia.Verun
tamen eo modo quo à Chriſto,& eius miniſtris peracta ſunt,ſunt vtique ſufficientia fidei argumenta.
Chriſtus enim fecit ea imperialiter & in inſtanti.Fideles quoque faciunt ea per inuocationem nominis
dei,cum execratione omnis communionis diaboli.Facit præterea deus quãdoque ſigna per reprobos
ſeu iniuſtos,quæ licet non probent,quod operatores huiuſmodi ſint boni,& deo accepti,probant ta-
men quòd vera ſit fides,qua inuocant deum,& vera doctrina, ad cuius confirmationem efficit deus ta
lia ſigna. Propter quod dicit Saluator apud Matthæum,Multi dicẽt mihi in die illa,Domine,domine,
nõne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dæmonia eiecimus.& virtutes multas fecimus?
Matth.7. & tunc confitebor illis,quia nunquam noui vos.Et quoniam Chriſtus nouit intentionem ac deſide-
rium Nicodemi,qui venit vt inſtrueretur,idcirco incipit eũ Chriſtus inſtruere.Et primo inſtruit eum F
de primo ſacramento nouę legis maximè neceſſario,videlicet de baptiſmo,quod eſt ſpiritualis regene
ratio,porta vitæ.[*Reſpondit Ieſus & dixit ei,Amen amen dico tibi.*]repetitio confirmationis indicium eſt
& prouocatio aduertentiæ diligentis,[*Niſi quis natus fuerit denuo,*]id eſt,regeneratus,videlicet per ſpiri-
tualem generationem eſſe gratiæ,charitatis & fidei,puta eſſe ſupernaturale ac deiforme adeptus,[*Non
poteſt videre*]oculis cordis clare,per ſpeciem[*Regnum dei,*]id eſt,patriam beatorum, ſeu deum regnantẽ
in cælis.Cum enim vltimus finis hominis,ſeu ipſa felicitas,quæ eſt viſio dei per ſpeciem,ſit ſupernatu
ralis,nullus poteſt ad eam pertingere per pura naturalia,ſed oportet naturam adiuuari ac perfici per fi
dem & gratiam,cæteráque dona ſpiritus ſancti.Quemadmodũ autem dicitur homo primo naſci,quã
do per generationem carnalem,ac naturalem parentũ producitur in eſſe naturali ſpecifico,contrahen
do à parentibus eſſe naturæ:ſic dicitur naſci denuo vel renaſci,quando per operationem diuinam ac-
quirit eſſe gratiæ,quod eſt eſſe diuinum,ſupernaturale & meritorium.Quia vt dicit Dionyſius,Sicut
intellectualis creatura ponitur in eſſe ſpecifico per naturam,per quam eſt apta ac potens ad operatio-
nes naturales:ſic per gratiã ponitur in eſſe diuino,per quod eſt idonea ad operãdum opera meritoria.
Epheſi.2. Si ſic accipimus,naſci denuo,tunc nunquam potuit aliquis ſaluari,niſi rurſus naſcendo.Omnes nanq;
nati ſunt filij iræ, contrahẽdo peccatum originale,ſecundum cõmunem legem: ſicque oportebat eos
intus renaſci,recipiendo gratiam reformantẽ & conferentem eſſe diuinũ.Verum quia Saluator ad lite
ram loquitur de regeneratione baptiſmatis,vt patet in ſubditis,idcirco quod dicit de regeneratione i- G
ſta,intelligendũ eſt pro tẽpore noui teſtamenti.Temporibus vero legis naturæ,& legis ſcriptæ fuerũt
alia contra originale peccatum remedia,ſcilicet circunciſio & fides parentũ. [*Dicit ad eum Nicodemus*]
arguens contra verba Chriſti,quæ male atque carnaliter intellexit,quia in lege aſſuetus non fuit ſpiri-
tualibus modis loquendi,[*Quomodo poteſt homo naſci,cum ſit (id eſt,quando eſt) ſenex.*] Chriſtus non dixit
ſimpliciter,niſi quis natus fuerit,non poteſt videre regnum dei,ſed niſi quis natus fuerit denuo. Sed
quia renaſci includit naſci,& Nicodemus non nouit niſi vnam natiuitatem,ideo ſic reſumit,Quomo-
do poteſt homo naſci cum ſit ſenex?Quod non eſt ſic intelligendum,quaſi ſecundum intentionẽ Ni
codemi infans vel iuuenis poſsit renaſci,ſed quoniam de ſeipſo ſolicit⁹ fuit & ipſe iam vetulus extitit,
idcirco ſic fatur,Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex?Et probat quod non poſsit, [*Nunquid
poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire & renaſci?*]præſertim cum matres communiter mortuæ ſint tẽ
pore ſenectutis natorum.[*Reſpondit Ieſus,*]ſoluendo inſtantiam Nicodemi,& exponẽdo verba quę di-
xit,[*Amen amen dico tibi,niſi quis renatus fuerit,*]id eſt,ſpiritualiter regeneratus in fonte baptiſmatis,[*Ex
aqua,*]quæ eſt materiale elementum corpus lauans,& diſpoſitiue regenerans,[*Et ſpiritu,*]ſancto,qui eſt
inuiſibilis actor intus mentem purificans,& efficiẽter regenerans gratiam influendo,quæ eſt res ſacra
menti,& cauſa formalis intrinſeca huius regenerationis.[*Non poteſt introire in regnum dei,*]quod eſt triũ
phans eccleſia,vita æterna,ſeu patria electorũ.Quod intelligendum eſt,dũmodo adſit facultas recipiẽ H
di ſacramentum baptiſmi,alias ſufficeret baptiſmus flaminis, id eſt,interior mundatio ſancti ſpiritus,
& baptiſmus ſanguinis,puta martyriũ cum voto ſeu deſiderio baptiſmi fluminis.In baptiſmo quippe
confirmamur chriſto,& ei incorporamur,quemadmodũ ad Romanos teſtatur Apoſtolus,Quicunq;
Roma.6. baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte ipſius baptizati ſumus. Cõſepulti enim ſumus cum illo per
baptiſmũ in mortem,vt quomodo reſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriã patris, ita nos in nouitate
vitæ ambulemus.Sed cum baptiſmus detur in nomine ſanctę trinitatis,à qua eſt effectus baptiſmi,ſeu
gratia ſacramẽtalis,cur potius dicit Saluator,Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, quàm ex aqua
& patre,vel ex aqua & filio? Dicendum,quòd baptiſmus eſt effectus præcipue liberalitatis ac pietatis
diuinæ.Liberalitas vero & pietas appropriantur ſpiritui ſancto,quemadmodum amor & bonitas. De
inde Chriſtus oſtendit ordinem ſpiritualis regenerationis, eámque à carnali generatione diſtinguit,
[*Quod natum eſt ex carne,caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu,ſpiritus eſt.*] Verba hæc intricata & difficili-
lia ſunt,& multipliciter intelligi poſſunt. Primò ſic,quod natum eſt ex carne.i.corpus filij propagatũ
ac natum ex ſemine patris,caro eſt:& quod natũ eſt ex ſpiritu.i.anima rationalis creata à deo, qui ſpi-
ritus appellatur,ſpiritus eſt.i.ſpiritualis ſubſtantia.Hoc tamen nõ ſic accipiendũ, quaſi corporalia nõ
Ioan.4. ſint immediate creata à deo:ſed in homine ſunt duæ partes,quarũ vna eſt caro à patre carnali contra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cta,alia eſt ſpiritus à patre ſpirituali producta.Iuxta hunc ſenſum dicit Apoſtolus ad Heb.Patres car- Hebr.12.
nis noſtræ habuimus eruditores,& reuerebamur eos:non multo magis obtẽperabimus patri ſpirituũ
& viuemus?Secundò ſic,quod natum eſt ex carne.i.à carnali parente,caro eſt,id eſt,res carnalis, non
habens niſi eſſe carnale ac naturale,virtute generationis carnalis,vnde vt talis non poteſt ſaluari.Et qđ
natum eſt ex ſpiritu,id eſt,ſpiritualiter regeneratum ac poſitum in eſſe ſpirituali,vitaq; gratiæ,ex aqua
& ſpiritu ſancto in baptiſmatis lauacro,ſpiritus eſt.i.ſpirituale efficitur,ſcilicet homo inuiſibiliter in- 1.Cor.6.
tus renatus & deo cõiunctus,cũ quo ſęcundũ Apoſtolũ vnus eſt ſpũs.Ex quo patet, ꝙ iſta regenera- 1.Ioan.5.
tio non ſit impoſsibilis,ſed neceſſaria,& à carnali generatione diſtincta:de qua ait Ioan.in ſua canon.
Omne quod natum eſt ex deo,vincit mũdũ.Hinc ſubdit Saluator,[*Non mireris*]eo modo quo hucuſq;
miratus es,videlicet admiratione incredulitatis,vel ex malo intellectu procedentis,vel animum oppri-
mentis,ac tædio afficiẽtis.Sic enim mirabatur Nicodemus,quaſi ſermo Chriſti impoſsibilitatẽ cõtine
ret.Poteſt tamen de doctrina Chriſti admiratio ordinata haberi,cum dicat Pſal.Mirabilia teſtimonia Pſalm.118.
tua.Non ergo inordinate mireris,[*Quia dixi tibi,oportet*]neceſsitate cõditionata,non abſoluta, videlicet
ſi debeatis ſaluari,[*Vos naſci denuo*]ſecundum modum nunc præoſtenſum.Inſuper Chriſtus oſtendit
ordinem ſpiritualis regenerationis per ſimile,[*ſpiritus(vtputa ſpirituſſan.)vbi vult ſpirat*].i. poteſtatiue ac
libere gratiam præſtat cui placuerit,ſicut fatetur Apoſt.Omnia operatur vnus atque idem ſpiritus,di
uidens ſingulis prout vult.Deus nanque operatur in creaturis,non neceſsitate naturæ,ſed liberrima vo 1.Cor.12.
lũtate,prout ad Ephe.ait Apoſt.Qui omnia operatur ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. [*Et vo-* Epheſ.1.
cem eius audiũ].i.verba ſacræ ſcripturæ diuinitus reuelatę.Vel vocem eius.i.internam allocutionem au- Pſalm.84.
dis,eo modo quo ait Pſalmographus,Audiã quid loquatur in me dominus deus.Eſt enim auditus inte
B rior,quo diuinitus inſtinctus percipitur,dũ ſentit ſe homo interius tangi,doceri,accendi,rapi,reſolui Oſeę.2.
& abſorberi.Vnde ait dominus per Oſeam,Ducam eum in ſolitudinem & loquar ad eor eius .Nunq
Nicodemus ſalubriter veniſſet ad Ieſum,niſi hanc vocẽ ſpũs ſancti internã audiſſet.[*ſed non ſcis vnde*
veniat]ſpiritus ſanctus.i.quomodo mentẽ eius vbi ſpirat & loquitur ingrediatur,non percipis, [*Aut*
quo vadit,]id eſt,qualiter recedat,ignoras.Vnde per Iob inducitur,Si venerit ad me,non videbo eum: Iob.9.
& ſi receſſerit à me,non intelligã.Imo nullus viator ſcit certitudinaliter abſq; reuelatione,an ſpũſſ.ſit
in ipſo per gratiã gratũ facientẽ,quia tũc ſciret ſe dignum amore.Ideo modo ſpirituſſ.imperceptibili-
ter venit,imꝑceptibiliterꝙ recedit.Vel ſic,vocẽ eiꝰ audis,ſed nõ ſcis vnde veniat vox iſta,aut quo va
dat ipſa.i.id à quo inſpirata eſt,ſcilicet principiũ eiꝰ,quod eſt ſpiritus ſanctus:id quoque ad qđ tẽdit,
videlicet æterna felicitas,quę eſt finis in quẽ tendit.ſeu ordinatur ſcriptura,ſunt tibi ignota,quoniam
ſola fide tenẽtur,nec poſſunt in hac vita ſecundũ eſſentiã ſciri,cũ tamen vox iſta ſenſibiliter percipia-
tur.[*Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu*].i.in homine ſpiritualiter renato,eſt aliquid ſcitum ac manifeſtũ,
videlicet ipſa perſona ſecundum ſe:& aliquid ignotum,quia intus inuiſibiliter reformatur,& de carna
C li ac perdito ſpiritualis & filius adoptiuus efficitur imperceptibili gratię infuſione.Quod enim aliquis
in baptiſmo ſic melioratur,ſola fide tenemus.Vel ſic,Sic eſt omnis qui natus eſt ſpiritu.i.in regenera-
tione hominis talis eſt aliquid euidens.ſ.aqua & forma verborũ,& aliquid abditũ,puta principium ef
fectiuum regenerationis,quod eſt ſpiritus ſanctus,& itẽ finis eius,quæ eſt beatitudo æterna.Iſtę expo
ſitiones procedũt ſecũdũ intẽtionẽ Aug.Chryſoſtomus vero exponit de vẽto,ita ꝙ ſecundũ eũ chri
ſtus inducit exẽplũ ſenſibile ad intelligẽtiã prædictorũ.Spiritus.i.vẽtus,de quo in Pſal.Flabit ſpiritus Pſal.147.
eius & fluẽt aquæ. Et rurſus,Et ſtetit ſpũs procellæ.vbi vult.i.in quod inclinatur,ſpirat.i.flat,& vocẽ Pſal.106.
.i.ſonum eius audis,ſed non ſcis vnde veniat,aut quo vadat vẽtus.i.certum locũ vbi flare incipiat vel
deſiſtat.Hæc expoſitio nõ videtur multũ cõueniens aliis.Primò & maxime,quoniã Chriſtus hoc lo-
co frequẽter per ſpiritũ intellexit ſpiritũ ſanctũ,vel ſpiritualẽ eſſentiã.Vnde nõ eſt veriſimile ꝙ nunc
in eodem loco nomine ſpiritus deſignet rẽ materialẽ,ſeu vẽtũ.Secũdo,quoniam vento nõ cõpetit pro
prie voluntas.Tertio,quoniã vento proprie non cõuenit vox,cũ ſit res inanimata,ſed ſonus.Quartò
quoniã ſcimus ꝙ ventus venit ab aquilone vel auſtro,& recte procedat,nõ tendẽs in partẽ oppoſitã.
Veruntamen iſta tria argumẽta ſolui poſſent,quia ſcriptura frequenter aſcribit voluntatem rebus in-
animatis,vt cum dicitur Ioſue,Quid ſibi volũt lapides iſti?Similiter vocem, vt cũ ad corin.dicit Apo Ioſue.3.
ſtolus,Quæ ſine anima ſunt vocem dantia. Item neſcimus determinatum principiũ,certumꝙ finem 1.Cor.14.
D vnde incipit & vbi deſinit ventus flare,quãuis ſciamus in generali quod ab aliqua parte plagæ auſtra-
lis vel alterius inchoetur.[*Reſpondit Nicodemus & dixit ei,Quomodo poſſunt hæc*]quæ de ſpirituali regene-
ratione,& ſpiritus libera ſpiratione differuiſti,[*Fieri?*]id eſt taliter ſe habere vt aſſeris.Nicodemus in li
terali ſenſu legis ac prophetarum inſtructus & vſitatus,ad ſpiritualem ac myſticum intellectum erigi
facile nõ valebat.Quoniam vſus eſt velut altera natura.Ideo ſatis audacter ſciſcitur,quomodo queant
hæc fieri. Chriſtus vero qui corda cognoſcit, cernens doctorem de ſuo magiſterio aliqualiter tumi- Prouer.8.
dum,ad humilitatem eum reducit,quatenus inſtrui mereatur.Quemadmodum enim ſuperbia execra
tionem diabolicam, ſic humilitas illuminationem diuinam mereꝛtur:propter quod Salomon proteſta-
tur,Vbi fuerit humilitas,ibi & ſapientia.[*Tu es magiſter in Iſrael(.i.doctor Iudæorum) & hæc*]de baptiſmo
prolata[*Ignoras,*]quæ tamẽ in lib.Moyſi & prophetarũ figuraliter & literaliter deſcribũtur.Ideóq; cũ
ſis legis doctor,deberes hæc ſcire,vel ſaltem facile intelligere.Doctoris quippe eſt myſteria & figuras
atque difficillima loca ſcripturarũ ſanctarũ cognoſcere.Baptiſmus autẽ Chriſti per tranſitũ maris ru- Exod.14.
bri, & per ablationes legales præfigurabatur,dicẽte Apoſtolo,Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nu- 2.Cor.10.
be & in mari. Prophetæ vero ad literã locuti ſunt de Chriſti baptiſmate,vt cum per Zacha.dicitur,In Zacha.13.
die illa erit fons patens domui Dauid,& habitantibus Hieruſalem in ablutionẽ peccatoris.de quo ac- Ioël.2.
cipi poteſt & illud Ioëlis,Fõs de domo domini egredietur,& irrigabit torrentẽ ſpinarũ,videlicet cor- Eze.47.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

da vitiosa, spinis ac tribulis spiritualibus plena. Hinc per Ezech. multa dicũtur de aquis redundantibus templi, quæ de aquis baptismatis exponũtur. Quod ergo ait Saluator, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? nõ dicit insultãdo, sed potius miserendo, eumq; humiliãdo, & ad meliora prouocando. Deinceps pandit Saluator, quam certa sit sua doctrina, propter quod ei humiliter est credendũ, [*Amen amẽ dico tibi, quia quod scimus,*] nos rex Messias, vnigenitus filius dei, dominus vniuersorũ, quod inquam scimus. i. clare cognouim⁹ ab æterno secũdũ quod deus. Eadẽ em est sapiẽtia, idẽque numero intellectus patris & filij, [*Loquimur*] nunc vobis Iudæis de sacramentis & documentis euangelicæ legis, [*Et quod vidimus*] oculo mentis, id est, certissime nouimus, [*Testamur,*] id est, firmiter affirmamus, hominibus prędicãdo. Potest quoque intelligi de scientia Christi creata, per quam omnia sciuit ab instanti incarnationis, quæ scit deus scientia visionis: sicque christus secundum quod homo, vidit in verbo, & itẽ per species concreatas, omnia quæ prędicauit. [*Et testimonium nostrum non accipitis,*] recte credendo atque humiliter meis sermonibus consentiendo. Quamuis enim quidam Iudęorum crediderunt, illi tamen cõparatione incredulorum fuerunt pauciss imi. Vnde per Oseam Christus prędixit, Recesserunt à me, & ego erudiui eos, & in me cogitauerunt malitiam. [*Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia credetis?*] Quæ sunt ista terrena quæ christus dixit Nicodemo atque Iudæis? Secundum Augu. & Bedam ista terrena non sunt aliqua dicta in isto cap. sed quod supra in præcedẽti capit. fertur Christus dixisse Iudęis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc enim differuit de proprio corpore adhuc corruptibili, terreno ac mixto: tanquam dicat, Si non creditis quod possim propriũ corpus diuina virtute suscitare à morte, quomodo credetis quod homines valeã ex aqua & spiritu sancto regenerare? Alij referunt ad baptismum, qui dici potest terrenus, quoniam visibiliter exhibetur in terra, in aqua visibili, sub sensibili forma verborũ. Est itaque sensus, Si terrena dixi, id est, de sensibilibus rebus loquutus sum vobis, videlicet de baptismo, & suscitatione corporis mei, & non creditis vera esse quæ dico, eo quod sint supra naturalem rationem. Quod ait, & nõ creditis, non est referendum ad Nicodemũ, sed ad Iudæos incredulos, quos Christus sub persona Nicodemi affatur, de quibus paulò antè loquutus est, Testimonium nostrum non accipitis. quomodo si dixero vobis cæleſtia, loquendo de inuisibilibus dei, de vnitate trinitatis, & trinitate vnitatis, de emanatione diuinarum personarũ ad intra, & immediata visione diuinæ essentiæ, de hierarchiis, aliisque secretis cælestibus, de quibus parum habetur in lege, ac prophetis, credetis? quasi dicat, difficulter, vel nequaquam crederetis, cum sint incomprehensibiliora & supernaturaliora prædictis terrenis. Necesse est ergo proprium intellectum authoritati christi subiicere, & his quæ rationẽ transcendunt, fidem prębere. Præsertim cum deus per sufficiẽtissima argumẽta ostẽderit Iesum esse Christum filium dei. Propterea dicit Apostolus ad corinthios, In captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi. Veruntamen quoniam quędam secreta atque cælestia ad Christũ pertinentia cunctis fidelibus sunt scienda, videlicet vnitas personæ dei & hominis in christo, mysterium dominicæ passionis, & amor dei ad genus humanũ, idcirco christus de talibus cõsequẽter instruit Nicodemum. [*Et nemo ascendit in cælum*] empyreum, quod est locus & mansio beatorum, sicut ecclesia fertur locus orantium. Nihilominus, sicut fideles orare possunt extra materialem ecclesiam, sic beati deum clare conspiciunt vbicunque extiterint. [*Nisi qui descendit de cælo*] humanam naturam assumendo, videlicet [*Filius hominis qui est in cælo.*] Verba hæc aquilina sicut in stylo simplicia atq; facilia sunt, sic in profunditate sensus prorsus cõprobantur altissima, difficilima, ni miũque diuina. Quid enim est quod ait, Nemo ascendit in cælum? &c. Nonne homines sancti à pœna & culpa purgati mox ascendunt in cælũ, dicẽte Apostolo ad Corinth. Scimus quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ędificationẽ habemus ex deo, domũ non manu factã, æternam in cælis. certũ est quod nunc quidam sanctorũ hominũ ascenderunt in cælum, non solũ quãtum ad ad animã, sed etiã quantum ad corpus, vt certũ est de virgine glorioſa, & de his qui cũ Christo surrexerunt, apparueruntque in sancta ciuitate ęq; plurimis, pie creditur à quibusdã. Sed pẽsemus quando Christus verba hęc protulit, vtiq; ante passionẽ quando loquebatur in Hierusalem cũ Nicodemo: quòd autẽ nullus electorũ introierit regnũ cælorũ ante Christi passionẽ, cognoscimus. Itaque quod ait, Nemo ascendit in cælum, verum est pro tempore illo sumẽdo verbum, ascendit, vt est præteriti tẽporis siue præsentis. Sed tunc quæstio oritur, quomodo verba sequentia verificentur. Subditur enim, Nisi filius hominis, ascendere quippe competit Christo ratione naturæ assumptæ, secũdum quam pro tunc nõdum ascendit. Non ergo excepisset seipsum, si prædicto modo sumpsisset hoc verbum, ascendit. Quæstio ista dupliciter soluitur. Primò, vt solus filius hominis ascendisse dicatur, quoniã solus propria potestate, iure, ac merito ascendebat. Alij vero virtute & merito Christi, cuius passione fuerũt ab originalis peccati absoluti reatu. Secundò, vt nomine Christi intelligatur nõ solũ Christi persona, sed & mysticum corpus ipsius, puta ecclesia patrum, quæ detinebatur in lymbo, cæteríque electi omnino mundati, de quibus specialiter ait, Veniam & assumam vos ad meipsum. Et iterum, Pater volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam. Iuxta hũc sensum dicit Saluator, Ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerũt fures sunt & latrones. Sic igitur lucet quomodo nemo ascendit in cęlũ, nisi qui descendit de cęlo. ¶ Sed quomodo incircũscriptus & incommutabilis filius dei de scẽdisse asseritur, qui locum non mutat, secundum quod deus? Responsio plana & facilis est. Quoniã sic descẽdit de cęlo, quomodo venit in mundum, vtpote non locum mutando, aut seipsum mouẽdo, sed nostrã naturam induendo, ac visibiliter apparẽdo. Mansit ergo vnde descendit. Porrò, quod subditur, filius hominis qui est in cælo: maiorẽ habet difficultatem. Si enim filius hominis descẽdit de cælo, videtur ante incarnationẽ fuisse in cęlo: sed filius hominis est homo, ergo ante incarnationem fuisset in cælo. Item si ita est, videtur quod Christus secum portauit corpus de cęlo. Adhuc autẽ quando

Ioan. 1. Osee. 7. Ioan. 3. 2. Cor. 10. Esaiæ. 56. Matth. 21. Marci. 11. Lucæ. 19. 1. Cor. 5. Matth. 27. Ioan. 14. Ioan. 17. Ioan. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Christus dixit verba hæc, erat cum Nicodemo in terra: quomodo ergo pro tunc fuit filius hominis in cælo, ita vt diceret de se stante in terra, filius hominis qui est in cælo? Et respondendū, quòd Christus hæc dixit, ad insinuandum vnitatem personæ vtriusq; naturæ in ipso. Tanta est enim vnio diuinæ naturæ seu verbi, atque humanæ in Christo, vt humana deo, & diuina homini vere cōueniāt. Sed pensandum quid propter quid dicatur. Dicendum ergo, quod Christus seu filius hominis fuit ante incarnationem in cælo, secūdum naturam diuinam, descenditque de cælo, non corpus cæleste secum ferendo, vt dixit Valentinus hæresiarcha, sed quia eadem est persona dei hominis in Christo. In talibus enī locutionibus, Iesus seu Christus vel filius hominis, semper supponit personam diuinam, increatam hypostasim, vtpote verbum æternū: ideo istæ sunt veræ, Iesus est æternus, immēsus, omnia implens: Christus est verus deus, immortalis, omnipotens: Deus est passus, occisus, sepultus. causa veritatis harum atque similium locutionū est vnitas personalis præfata, & suppositio increatæ hypostasis. Idcirco de puero qui natus est nobis, & filio qui datus est nobis, Esaias prędixit, quod vocaretur deus fortis, pater futuri seculi, &c. Vndq; de puero Iesu existente in vtero, iacente in præsepio, pendente ad vbera, verū fuit dicere, Iste puer creauit cælum & terram, & vbique est per essentiam, præsentiam atque potentiam. Ad quod insinuandum dicit Apostolus, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Iudas quoque apostolus in sua epistola, Iesus, inquit, populum suum saluans de Aegypto secundo, eos qui nō crediderūt perdidit. ¶ Porrò de Christi ascēsione prophetæ sufficiēter loquuti sunt, vt est illud in Psalmo, Psallite deo qui ascēdit super cælum cæli ad orientē. Et illud, Ascendit deus in iubilo. Itēque, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatē. Prædictis consonat illud Apostoli, Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos. ¶ Deinceps prędicit Saluator suam passionem in lege per serpentem æneum præfiguratam, [*Et sicut Moyses exaltauit,*] id est, in loco alto erexit, ac posuit serpentem æneum, id est, similitudinem serpētis factam de ære, [*In deserto*] Aegypti. Quomodo factum sit hoc, scriptum est in lib. Num. Cum enim tædere cœpisset populum Israël itineris, ac laboris, murmurantésque contra dominum ac Moysen dixissent, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, misit dominus in populum serpentes ignitos, à quibus cū multi occisi vel læsi fuissent, pœnituit populus, dixítq; dominū Moysi, Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. [*Ita exaltari (id est, in cruce leuari) oportet*] necessitate cōditionata, non absoluta. vel oportet, id est, decēs & vtile est. Christus enim oblatus est quia voluit, non quia necessitate fuit astrictus: oportuit tamen, quia præordinatū à deo, & vt implerentur scripturæ. [*Filium hominis.*] Sæpius nominat se Christus filiū hominis q̄ filiū dei, vt humilitatis præstaret exemplū. Ratio quoque finalis exaltationis christi in cruce & fructus dominicę passionis subiūgitur, [*Vt omnis qui credit in eum*] fide formata, ac operatoriā, i. charitati vnita & procedente in opus, dūmodo operandi opportunitas adsit. Charitas nanq; est forma, seu decor, atque perfectio fidei, propter q̄ fides charitati cōiuncta vocatur formata, [*Non pereat,*] incurrēdo mortē spiritualē, dānationemq; perpetuā. Sed quia nō sufficit liberari à malo, sed indigem⁹ apprehēdere bonū, subiungitur, [*sed habeat vitā æternā*]. i. ad beatificā dei visionē pertingat, quę nūc habetur in spe, sed post habetur in re, ab purā mentē habentibus, vt apud Matth. promittitur, Beati mundo corde, quoniā ipsi deū videbunt, de qua infra habetur, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verū deū. ¶ Eluceſcit igitur quòd serpens ille fuit figura Christi, & hoc propter causas diuersas. Primò, quoniam sicut serpēs ille habuit figuram serpentis & similitudinem venenati, nō autem naturam serpentis, nec veritatē veneni: sic Christus habuit similitudinem carnis peccati, & inter peccatores cōmuniter vixit, non tamen habuit culpam, nec communionē peccati cum impiis. Secundò, quoniā erectio illius serpentis figurauit suspensionem Christi in ligno. Tertiò, quia quemadmodum Iudæi corporaliter læsi intuendo illum serpentem sanabātur à morsu ignitorū serpentū: sic fideles fide intuendo christi passionem, seu Christum in cruce expāsum, sanātur ab omni ardore incētiui peccati, ab omni tētatione diaboli, ab omni pigritia. Animantur quoq; ad fortiter præliādum, ad patientiam veram, ad omnem virtutem, optātes sequi vestigia Christi. Vnde ad Hebræos monet Apostolus, Curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Tanto præterea dignior fructuosiórq; cōsistit erectio Christi in cruce, quàm serpētis illius: quāto melius est liberari à vulneribus animę quā corporis, & adipisci vitam æternam quàm temporalem.

D ¶ Postremò passio Christi vocatur exaltatio. Primò, quia in aëre eleuatus est Christus. Secundò, quia per suam passionem maximè honorauit deum patrem, obediendo ei vsque ad mortem. Propter quod ait, Ego non quæro gloriam meam, sed honorifico patrem meum. Tertiò, quia per suam passionē exaltauit genus humanum, reducendo illud ad regnum cælorum. Quartò, quoniam sua passione meruit sibiipsi accidentale præmium, omnis videlicet creaturæ prælationem, & corporis sui glorificationem: secundum quod dicit Apostolus ad Hebræos, Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et alibi, Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem: propter quod deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen. In libris Regum scriptum est, quod Ezechias fregit serpentem æneum, quem fecit Moyses, quod fecit Ezechias zelo diuini honoris, ad vitandam omnem speciem idololatriæ, quia (vt illic subiungitur) filij Israël vsque ad illud tēpus adolebant ei incensum.

Esaiæ. 9.
Lucæ. 2.
Hebræ. 13.
Iudæ. 1.
Num. 14.
Psalm. 67.
Psalm. 46.
Psalm. 67.
Epheſi. 4.
Numer. 21.
Esaiæ. 53.
Matth. 8.
Matth. 10.
Matth. 24. & 26.
Marc. 14.
Lucæ. 6. 9.
Lucæ. 12.
Psalm. 36.
Luc. 18. 21. & 22.
Matth. 5.
Ioan. 17.
Baruch. 5.
Esaiæ. 53.
Matth. 17.
Philip. 2.
Ioan. 8.
Hebræ. 2.
Philip. 2.
4. Reg. 18.

¶ Prosequutio præsentis capituli, ab eo loco, [*sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*] Artic. IX.

HVcusque descripta sunt verba Christi ad Nicodemum. Sed an verba sequentia vsq; ad id, Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, sint verba Christi ad Nicodemum, vel potius verba

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioannis Euangeliſtæ, exponentis & declarantis præinducta eloquia Saluatoris, certum non habeo: verumtamen quomodocunque dicatur ad hoc, ſenſus eſt idem. Dixit quippe Saluator in verbis immediate præhabitis, atque in articulo præcedenti expoſitis, quòd exaltari oportuerit filiũ hominis, hoc eſt, mori pro mundi ſalute: nunc oſtendit cauſam beneficii tanti, quæ non eſt meritum noſtrum, ſed gratuita dei dilectio. [*ſic enim deus dilexit mundum,*] id eſt, tam ardẽter deus pater dilexit genus humanum, præſertim homines prædeſtinatos, [*Vt filium ſuum vnigenitum,*] non adoptiuum, ſed naturalem, conſubſtantialem, & vnicum, [*Daret*] hominibus, in filij ſui incarnatione, ac paſsione. Dedit enim eum nobis, quẽadmodũ cecinit Eſaias, Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Et Apoſtolus, Proprio (inquit) filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum. Dedit ergo eum nobis in incarnatione, faciens eum filium noſtræ ſororis, videlicet ſacratiſsimæ virginis, fratrem noſtrum mediatorem, ac ſocium noſtrum. Qui enim ante incarnationẽ erat deus & dominus noſter, per incarnationẽ factꝰ eſt frater & ſocius noſter. Dedit quoque eum nobis in tota conuerſatione eius in ſeculo iſto. Nam quicquid Chriſtus fecit, prædicauit, & pertulit, ordinauit pater & etiam filius ad noſtram ſalutem, & nobis meritorium fuit, non ipſi Chriſto, quantum ad præmium eſſentiale: quia hoc habuit anima chriſti à primo ſuæ creationis inſtanti. Dedit etiam eum nobis in ſacramento altaris, quemadmodum infra teſtatur, Pater meus dat vobis panem verum. Poſtremò dedit eum nobis in paſsione, exponens filium ſuum dilectum tantis tormentis pro noſtra ſalute: quemadmodum Eſaias prænunciauit, Propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Et filius tempore paſsionis, Calicẽ, ait, quẽ dedit mihi pater, non bibã illũ? In paſsione enim creator noſter factus eſt ſaluator noſter: iudex noſter, factus eſt recõciliator noſter, aduocatus ac mediator. ¶ Sed quid retribuemus deo patri pro omnibus quæ retribuit nobis? Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Quid enim, quale vel quãtum bonũ dedit nobis? Nõne filium ſuum chariſsimũ, ſibi coæqualem & coimmenſum, quem ex proprio corde æternaliter genuit, quẽ ex ſua ſubſtãtia peperit, quẽ non minus diligit quàm ſeipſum? ¶ Porrò, ſecundum Philoſophum, diligere eſt alicui bonum velle. Vehementer ergo nos amat pater, quibus dedit hoc bonũ immẽſum. Quomodo etiã non omnia nobis cum illo donauit. Quid negabit petentibus, qui non petentibus dedit vnigenitum filium ſuũ? Hinc ait Ioannes in ſua epiſtola, In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit in mũdum, vt viuamus per eum. Et ne putemus nos propter merita noſtra à deo dilectos, adiecit, In hoc eſt charitas, non quaſi dilexerimus deum, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Hinc & Paulus ipſe ad Epheſios diſſeruit, Deꝰ qui diues eſt in miſericordia, propter nimiã charitatem ſuã, qua dilexit nos cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati. Non ergo contemnamus, neque negligamus noſipſos, non vilificemus animas noſtras, ſummæ trinitatis imagine inſignitas, rebus terrenis, caducis aut carnalibus inhærendo, ſed intentiſsima mente penſemus, quanti æſtimati ſimus à deo noſtro, quanta pro nobis fecit & paſſus eſt filius dei, quanta nunc dedit, quanta ſe daturum nobis promiſit: & dicamus deo corde feruenti cũ illuſtriſsimo Eſaia, Nomen tuũ & memoriale tuũ domine in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus meus in præcordiis meis. De mane vigilabo ad te. Et cum Pſal. Diligã te domine fortitudo mea. Ad hoc enim deus ſuã nobis dilectionẽ manifeſtauit, vt eũ reamaremus, eiúſq; amore ſuccẽſi ampliora beneficia perciperemus. ¶ Quadruplex nobis cauſa eſt amandi deũ. Prima, quoniã in ſe naturaliter bonus eſt. Secũda, quoniã prior dilexit nos. Tertia, quia iam multa nobis bona largitus eſt, videlicet bona naturæ & gratiæ. Quarta, quia maiora promiſit, præparauit, & dare paratus eſt. Nobilis anima, quæ ſuũ diligit creatorẽ, & tanto nobilior, quãto in eius amore feruẽtior. Illuſtriſsima creatura quę igne diuini amoris flammeſcens in dilectũ, ſuper omnia in deũ transformatur, & vnus cũ illo ſpiritus efficitur. Conuenientiſsime demum ait Euangeliſta, Sic deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: ad inſinuandum quod dilectio Dei eſt cauſa fontana omnium beneficiorum nobis diuinitus præſtitorum. Amor nanque ſecundum Theologos eſt primum donum, in quo omnia dona gratuita gratis donantur. Propter quod donum appropriatur ſpiritui ſancto, qui eſt amor patris & filij. ¶ Quæritur, ſi deus pater ſic diligit mundum, cur ſcriptum eſt in Ioanne, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, quia ſi quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. Et Iacobus in ſua fatetur Canonica, Si quis voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus Dei conſtituetur? Dicendum eſt, quòd in ſcripturis ſacris, mundus accipitur pro hominibus in terra degentibus, & hoc tripliciter. Primò, pro mundanis & vitioſis hominibus, de quibus Paulus ad Galatas teſtatur, Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. De hoc mundo ſcribit Ioannes in ſua Canonica, dicens, Ipſi de mundo ſunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Iſte eſt mundus pertinens ad maſſam perditionis. Secundò, accipitur mundus pro hominibus prædeſtinatis, in mundo iſto ſenſibili peregrinantibus. Huius mundi dicitur Chriſtus eſſe Saluator, quemadmodũ loquitur Paulus ad Corinthios, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. De quo mundo promiſſum eſt Abrahæ, Benedicentur in te omnes tribus terræ. Vnde ſecundum Apoſtolum ad Romanos quarto capitulo, Abraham factus eſt hæres mundi. Tertiò, ſumitur mundus indifferenter, pro quibuſcunque hominibus in terra viuentibus, electis & reprobis. Sic quoque accipi poteſt nunc, & in verbis immediate ſequentibus dicitur, Non miſit deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Deus enim (vt dicitur Sapientiæ vndecimo capitulo) diligit omnia quæ fecit, quanto magis rationalem creaturam? Vult enim omnes homines ſaluos fieri, voluntate antecedente: & ſecundum hoc diligit omnes, & quantum in ipſo eſt neminem vult perire. Sicque pro vniuerſorũ ſalute miſit pater filium ſuum, vt omnes conuertantur: & pro omnibus paſſus eſt Chriſtus, quantum ad ſufficientiam, ſed quantum ad efficaciam, pro ſolis electis ſuſtinuit omnia. Ideo Chriſtus paſsione inſtante dixit ad

1. Ioan. 4. Eſaiæ. 9. Roma. 8. Ioan. 6. Eſaiæ. 53. Ioan. 8. Pſalm. 115. Pſalm. 102. Roma. 8. 1. Ioan. 4. Epheſ. 2. Eſaiæ. 62. Pſalm. 17. 1. Ioan. 4. 1. Cor. 6. 1. Ioan. 4. 1. Ioan. 3. Iacob. 4. Galat. 1. 1. Ioan. 4. 1. cor. 5. Geneſi. 22. Rom. 4. Sapien. 11. 1. Timo. 2. 1. Petri. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A patrem, Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mundo, quia tui erant. Hæc diuersa acceptio mundi memoriter est tenenda, quoniam ad intelligentiam dicendorum necessaria est. Ioan.17.

¶Denique ad hunc finem dedit pater omnipotens filium, [*Vt omnis qui credit in eum,*] fide per dilectionem operante. Nam fides sine operibus mortua est. [*Non pereat,*] hoc est, non damnetur, [*Sed habeat vitam æternam,*] quæ est visio summæ Trinitatis per speciē. Vnde apud Marcum dicit Saluator, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et in Actibus apostolorum Paulus ait Iudæis, Per hunc vobis remissio peccatorū annuntiatur, ab omnibus à quibus nō potuistis in lege Moysi iustificari. Hinc legitur Christus in Euangelio sæpe dixisse, Fides tua te saluum fecit. Per fidem enim primo coniungitur anima Christo, & ei incorporatur ad cognoscendum, & recte sentiēdum de ipso, vt sit particeps meriti & gratię Christi. Primo siquidem vnitur homo deo per intellectum illuminatum lumine fidei, deinde per voluntatem siue affectum, diuina charitate formatum. Propter quod Abacuc in secundo capitulo dicit, Qui incredulus est, nō erit anima eius recta in semetipso. Iustus in sua fide viuet. Credimus autē in Christum secundum quod deus est, quia obiectum fidei est veritas prima & increata. ¶Consequēter declarat Euangelista, quòd missio filij Dei sit effectus paternæ atque diuinæ dilectionis ad nos, [*Non enim misit*] per incarnationem [*Deus*] pater [*Filium suum in mundum,*] hoc est, in terram Iudææ, seu inter homines. Deus, in hoc Euangelio frequenter accipitur personaliter, scilicet pro certa persona diuina: quandoque vero essentialiter, vt cum dicitur, Spiritus est deus. Nunc vero sumitur personaliter. [*Vt (filius) iudicet mundum,*] hoc est, homines, iudicio condemnationis, iustitiam exercendo, & pœnā infligendo, [*Sed vt saluetur mundus per ipsum,*] videlicet merito conuersationis & passionis Christi, cuius virtute & merito purgamur à culpa, & gratia adimplemur. Propter quod Petrus in Actibus apostolorum ait, Non est (inquit) aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat eos saluos fieri. Præterea cum Iacobus & Ioannes, cuius est hoc Euangelium, zelantes pro Christo, contra quosdam qui eum non receperunt, dixissent, Vis dicimus vt descendat ignis de cælo & consumat eos? Christus respondit, Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. ¶Videtur autem huic obuiare, quod infra ait Saluator, Nunc iudiciū est mundi. & alibi, In iudicium ego in hunc mundum veni. Esaias quoque ait, Non secundum visionem oculorum iudicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et sicut alij Euangelistæ testantur, Christus in primo suo aduentu dure & efficaciter redarguebat sacerdotes, scribas, ac pharisæos. Talis autem redargutio non fit sine iudicio, præsertim cum sæpe dixerit, Væ vobis. Et denuo, Publicani & meretrices præcedent vos in regno cælorum. Dicendum quòd duplex est Christi aduentus, videlicet, Primus, quo venit occulte, & in humilitate, vt iudicaretur, & liberaret. Secundus, erit manifestus & in maiestate, vt iudicet atque remuneret. De quo fertur in Psalmo, Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet. Iudicium quoque est duplex. Est enim iudicium discretionis, quo boni à malis secernuntur, maliq́ue vituperantur, & pretiosum à vili separatur voto aut merito. De quo Iob ait, Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? In hoc iudicio impij non resurgunt, quia non surgunt à ruina peccati ad gratiam, iudicando hoc modo seipsos. Istud iudicium fuit & fecit Christus in primo suo aduentu. Multipliciter enim discernit inter electos & reprobos, quosdam misericorditer vocando ad suum discipulatum & gratiam, quosdam iuste deserendo, qui non erant ex ouibus suis: de quibus & dixit, Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Aliud vero est iudicium remunerationis & condemnationis per pœnæ illationem. Hoc Christus non fecit in primo suo aduentu, sed in die iudicij faciet id communiter, & in morte singulorum faciet ipsum particulariter. Per has distinctiones faciliter concordantur authoritates, quæ repugnare videntur. [*Qui credit in eum*] perseueranter vsque ad finem, fide & opere manens fidelis, [*Non iudicatur*] iudicio reprobationis, sed approbationis, de quo dicit Apostolus, Qui iudicat me, dominus est. Vnde in Apocalypsi legitur, Esto fidelis vsq; ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ. [*Qui autem non credit, iam iudicatus est,*] hoc est, diuinitus reprobatus, de quo reprobationis iudicio Paulus testatur, Eos qui foris sunt dominus iudicabit. ¶Quæritur, quomodo infidelis iam iudicatus dicatur, cū adhuc viator existat, necdumq́ue oblatus sit tribunali iudicis Christi? Et respondēdum quod dicitur iā iudicatus tripliciter. Primo, quoniā pro iudicato & reprobato habetur. Secundo, quoniā habet in se causam damnationis adeo euidentē, vt non sit dignū discussionē de ipso peragere. Cū enim careat fide, certū quod nil meritorii habeat, sed mortali subiacet culpæ, dummodo sit adultus, præsertim cū dicat Apost. Quicquid nō est ex fide, peccatū est. Iuxta hunc modum loquēdi dicimus de homine agonizāte vel veneno infecto, quòd sit mortuus homo. Tertio, quia futura sunt deo quasi præsentia, qui omnia cōspicit atque præsentialiter cernit in ipso æternitatis momēto. Verum tamen in hora mortis iudicabitur, quantū ad remunerationē, seu pœnæ illationē, quantū ad animā, & in die nouissimo quantū ad corpus & animā, quando erit vnus eorum quibus dicetur, Ite maledicti in ignem æternū. Iudicantur insuper infideles post hanc vitam quo ad hoc quòd non omnes æqualē sortiuntur miseriā: sed vnusquisque iuxta mēsurā sui delicti, pœnis maioribus vel minoribꝰ deputetur. Causa autem cur iudicatus iā sit infidelis, subiūgitur, [*Quia non credit in nomine vnigeniti filij dei.*] hoc est, in ipso filio dei naturali & vnico, & per consequens mendacē facit deum patrem, secundum quod Ioannes habet, Qui non credit in filium, mendacē facit deum, quia nō credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo. ¶Istud si vniuersaliter atque simpliciter intelligatur, cōsequēs esset, quòd nemo vnquā saluatus est sine explicita fide Christi futuri, præsentis, vel missi: cuius cōtrariū tenēt doctores, adserētes quod ante Christi aduētū simplicibus sufficiebat implicita fides de Christo, cum obseruantia legis naturalis quo ad Gentiles, vel scripturæ quo ad Iudæos, qui secūdum quosdam tenebātur ad explicitā fidem de Christo in generali, ita quod sufficiebat credere esse vitam post hāc vitā, &

Iacob. 2. Marci.16. Act. 13. Matth.9. Marci.5. Marc.10. Lucæ.7. Lucæ.8. Lucę.18. Abacuc.2. Roma.1. Ioan.4. Act. 4. Ioan.12. Ioan.9. Esaiæ.11. Lucæ.6. Matth. 21. Matth. 25. Psal.46. Hiere. 15. Iob. 34. Psalm. 1. Matth.15. Matth.24. 1.Cor.4. Apoca.2. 1.Cor.15. Roma.14. Matth. 25. 1.Ioan.5.

quòd deus haberet prouidẽtiam atque iudicium actuum humanorũ, & ſaluti hominũ prouideret ſecũ E
dum modum ſibi placentem, & ab ipſo præordinatũ. Vnde Cornelius Centurio tali fide placuit deo.
Act. 10. Erat enim vir religioſus & bonus, cuius orationes & eleemoſynæ commemoratæ fuerunt coram deo,
& tamen nondum ſciuit determinate aliquid loqui de Chriſto. Et reſpondendũ, quòd ſi verba Euan
geliſtæ intelligantur de explicita fide filij dei, non erũt de omnibus hominibus intelligẽda, ſed de ma
ioribus, puta prophetis & patriarchis, & eruditis ab illis pro tempore legis ſcriptæ. Tempore autem
euangelicæ legis omnes tenentur ad explicitam fidem de Chriſto & Trinitate. Idcirco iam nemo valet
ſaluari, niſi explicita fide de vnigenito filio dei. [*Hoc eſt autem iudicium,*] hoc eſt, iſtud quod ſubditur,
Ioan. 1. eſt cauſa meritoria iudicij reprobationis infidelium, omniúmque peruerſorum, [*Quia lux,*] hoc eſt,
Miche. 7. Chriſtus lux vera illuminans omnem hominem qui illuminatur. De quo dicit Micheas propheta,
Hebr. 1. Quum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt. Et Apoſtolus dicit, Quum ſit ſplẽdor gloriæ, imò pa
1. Cor. 1. ter & filius, & ſpiritus ſanctus, ſunt vna lux. Lux ergo, videlicet verbũ, & ſapientia patris, [*Venit in mun-*
Baruch. 3. *dum,*] per incarnationis myſterium, & in terris viſa, atque cum hominibus cõuerſata eſt lux iſta, aſſum-
Matth. 5. pta humanitate velata. Chriſtus quoque ſecundum naturam adſumptam, eſt lux ineffabiliter clarior
apoſtolis, quibus dictum eſt, Vos eſtis lux mundi. [*Et dilexerunt homines*] pro maiori parte, non tamen
omnes ſimpliciter, [*Magis tenebras,*] hoc eſt, paſsiones, & vitia rationẽ obtenebrantia, atque ad infernа-
les tenebras perducentia [*Quam lucem,*] hoc eſt, Chriſtũ ſeu eius doctrinam, ac virtutum ſplendorẽ: de F
Iob. 24. qualibus ſcriptum eſt in Iob, Ipſi fuerunt rebelles lumini. ¶ Quicunque præfert concupiſcentiam ra-
tioni, carnalem voluptatem ſpirituali cõſolationi, bonum creatum, caducũ & variabile bono diuino,
æterno & infinito, iſte diligit tenebras magis quàm lucem. Et qui peccata commiſſa potius vult occul-
Prou. 28. tare & proſequi, quàm humiliter confiteri, præfert abſconſionem tenebrarum ſuarum manifeſtationi
luciſluæ confeſsionis. Ideo Salomon in Prouerbiis teſtatur, Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur:
Iob. 13. qui aũt confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam cõſequetur. Et ſanctus Iob, Vias (inquit) meas
in cõſpectu eiꝰ arguam, & ipſe erit ſaluator meus. [*Erant enim eorum mala opera,*] hoc eſt, vitioſa, ſicque
ex electione mali, & habitu vitioſo peccabant gloriantes in malis, ſuisque iniquitatibus firmiter adhæ-
rentes. ¶ Sed cum dicat Dionyſius, Nemo reſpiciens ad malum operatur, & nihil appetitur niſi bonũ,
quomodo poteſt quis plus diligere tenebras quàm lucem, ſeu vitiũ quàm virtutem? Et reſpondendũ,
quòd nemo reſpiciens ad malũ, operatur illud, hoc eſt, nõ perpetrat, nec appetit malũ, niſi ſub ratione
alicuius boni apparẽtis, vtpote delectabilis vel vtilis: propter quod Salomon ait, Via ſtulti recta in ocu
Prouer. 12. lis eius. [*Omnis enim qui male agit*] non ſolum ex infirmitate, vel ignorantia, ſed ex certa malitia, ſeu habi-
tu prauo [*Odit lucem*]. i. iuſtitiã, veramq; doctrinã, & etiam Chriſtũ aliquando, quẽ vellet nõ eſſe, vt poſ
ſit pœnas futuras euadere, [*Et non venit ad lucem,*] hoc eſt, ad peccatorũ ſuorum ſalutarẽ ac lucidã con-
feſsionem. Vel, non venit in publicum ex verecundia aut timore pœnarũ, [*Vt non arguantur*]. i. reprehẽ-
dantur, ſeu corrigantur à prælatis & iuſtis hominibus, [*Opera eius*] tenebroſa. ¶ Sed his contrariari vide-
Eſaię. 3. tur, quod adſerit Eſaias, Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt nec abſconderũt. Et obſtinato G
Hier. 3. populo loquitur Hiere. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Tales vtique te-
ſtante Salomone, Lętantur cũ malefecerint, & ſine vllo timore perpetrãt mala. Veniunt ergo ad publi-
Prou. 2. cum, & in præſentia hominũ peccare nõ erubeſcũt. Et reſpondendũ, ꝙ verba prędućta vniuerſaliter
Eccle. 8. vera ſunt, ſed de diuerſis generibus male agentiũ, diuerſimode verificãtur. Aliqui enim adeo mali ſunt,
vt reſpuant increpari, iuxta illud Amos, Odio habuerunt corripientem. iſti publice peccant, & ſæpe
peccaſſe ſe iactant. Alij ſunt hypocritæ, ſimulatores, & callidi, humana vituperia magis quàm diuinum
Epheſ. 15. iudicium formidantes, iſti peccant in abditis, dicente Apoſtolo, Quæ in occultis fiunt ab ipſis, turpe
Mich. 6. eſt dicere. Alij ſunt famuli dei, ſed imperfecti, nõ ambulãtes timorate, & ſatis ſolicite coram deo, ſed cũ
obſeruãtia debitorũ, ſeu præceptorũ contẽti: iſti multa venialia faciunt in ſecreto, quæ nequaquã face
rent prędentibus aliis, & interdum non veniunt ad lucem ex verecũdia, ne confundantur. Vnde quicũ-
que peccat, aliquo modo odit lucẽ, & refugit eam, loquẽdo de peccatis à quibus homo merito deno-
minatur peccator. Nihilominus ſunt aliqui viri virtuoſi tam feruentes & humiles, quòd ſemper parati
ſunt increpari, & cupiunt ſua peccata manifeſtare, correctionemque pati prõptiſsimi ſunt. [*Qui autem*
facit veritatẽ] doctrinæ & vitæ atq; iuſtitiæ, hoc eſt, qui vera loquitur, & eadem operatur, iuſtitiamque
ſectatur. Triplex enim eſt veritas, ſcilicet doctrinæ, vitæ, & iuſtitiæ, & quælibet harũ eſt ſuo modo fa-
cienda. [*Venit ad lucẽ.*] hoc eſt, apparere non erubeſcit, lucem ſapiẽtiæ ſequitur, & coram aliis exemplarẽ H
ſe exhibet, [*Vt manifeſtẽtur opera eius (ad gloriã dei, & ædificationẽ proximi) quia in deo ſunt facta*]. i. ſecũdũ vo
Ioan. 9. lũtatẽ dei, quæ nobis in ſcripturis declaratur. Iſtud præcipue verũ eſt de operibꝰ bonis, ad quæ aliquis
obligatur, quę nullã ſingularitatẽ prætendunt, & ſine nota vanitatis poſſunt manifeſtari. De his enim
ait Saluator, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem
Matth. 5. veſtrũ, qui in cælis eſt. ¶ Sed ſi omnis qui facit veritatẽ venit ad lucẽ vt manifeſtentur opera eius, quid
eſt quod aliqui de bonis actibus verecũdantur? Sunt enim nonnulli, qui ſi à ſuis cõſortibus inueniãtur
orare, cõfiteri, vel aliquid deuotionis peragere erubeſcũt, cupiẽtes latere, nõ tam ex humilitate, quã ex
humano rubore. Deniq; ſunt aliqui ſolitarij & incluſi, optimæ vitæ, qui nunquã in publicum veniũt,
Matth. 6. & multi ex vera humilitate abſcondunt bona quæ operãtur. Vnde & Chriſtus iubet in cubiculo. i. in
loco abſcõſo orare. Et rurſus, Videte (ait) ne iuſtitiã veſtrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab il-
lis. Dicendum ꝙ verba hæc euangelica veriſsima ſunt, atq; pulcherrima: ſed de diuerſis iuſtorũ generi
bus verificantur variis modis. Primo enim vniuerſaliter verum eſt, quòd quicunq; facit veritatẽ. i. me-
Lucæ. 12. ritorie operatur, venit ad lucẽ, quæ Chriſtus eſt, vt manifeſtentur à Chriſto opera eius in die iudicij,
quando laus erit vnicuique à deo, & vt Chriſtus confiteatur eum coram patre ſuo cęleſti. Rurſus qui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cunque ſic agit, venit ad lucem. i. ad rectæ rationis iudicium, vt manifeſtentur opera eius, pro loco, cauſa, & tẽpore, ſcilicet quando ratio dictat, & charitas exigit. Qui vero de actibus bonis non excedentibus cõmunem deuotionem verecundantur, ſunt homines puſilli & imperfecti, qui apprehendunt bonum honeſtũ ſub ratione rei turpis, inquantũ formidant propter bona opera derideri. Solitarij autem veniunt ad lucem interiorẽ, quanuis nõ veniunt ad humanos aſpectus. ¶ Porro, verba Saluatoris intelligenda ſunt quantum ad intentionem, videlicet, vt non oremus, nec bona agamus ad hunc finẽ, quatenus videamur & cõmendemur à proximis, ſed ad gloriam dei, propriamque ſalutem, & proximorũ ædificationem. Eluceſcit ex his quòd iuſtitia eſt regina audax, ſecura, fiducialis, iocunda, & victorioſa. Iniuſtitia vero cõtrario modo ſe habet. Propter quod ſcriptum eſt, Cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnata: ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſciẽtia. Hinc enim Iob ait, Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Nec diſſonat quod Salomon Prouerbiorum viceſimo octauo aſtruit, Fugit impius nemine perſequente, iuſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit. ideo dicit Apoſtolus, Vis non timere poteſtatem? fac bene, & habebis laudẽ ex ea. Propterea quoque ait Philoſophus, quòd qui bene ſe habent in diuinis, ſunt melioris fiduciæ. Audiamus vocẽ iuſti venientis ad lucem, & ſciemus quanta ſit ſecuræ mentis fiducia. Ecce apud Eſaiã ait vir iuſtus, Iuxta eſt qui iuſtificat me. Quis cõtradicit mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius me? Sapien. 7. Iob. 15. Proue. 28. Roma. 13. Eſa. 50.

B Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis eſt qui condemnet me? Tales fuerunt martyres ſancti, qui facientes veritatem legis & fidei Chriſtianæ, venerunt ad lucem, quoniam nõ erubuerunt Chriſtum eiusque ſermones, ſed confeſsi ſunt eum coram hominibus: ideo Chriſtus confitetur eos coram patre ſuo, ſicque manifeſtat eorum opera bona. Lucæ. 12. Marc. 8.

¶ Explanatio reſiduæ partis huius capitis, [*Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam.*]

Articulus x.

D Eſcripto ſermone quẽ habuit Chriſtus cum Nicodemo, aliquibus forſitan verbis ab Euãgeliſta adiectis, nunc conſequenter oſtenditur exordium vſus baptiſmatis euangelicæ legis, & quid Ioannes Baptiſta de Chriſto perhibuit, plenius edocetur, [*Poſt hæc,*] videlicet conſummato ſermone præſcripto, quem habuit ad Nicodemum Saluator, [*Venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam terram,*] hoc eſt, ad alia loca Iudææ. Poſtquam enim fuit in ciuitate Iudæorũ metropoli, puta Hieruſalem, vbi Nicodemum inſtruxit, proceſsit ad alia loca eiuſdem prouinciæ, vt ibi prædicaret. Sed cum Hieruſalem ſit principalis vrbs Iudææ, quidam dixerunt, quòd Chriſtus venit poſt prædicta in Iudæam non ſtatim & immediate, ſed poſtquam Galilæam intrauit, & illic demorabatur cum eis in domibus alienis, tanquã pauper & hoſpes, quia non habuit vbi caput reclinaret. [*Et baptizabat.*] ¶ Secũ Matth. 18. Lucæ. 9. Ioan. 4. Chryſoſt.

C dum Chryſoſtomum, Chriſtus in propria perſona non baptizauit: quia ſequẽti capite ſcribitur, Quãquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius. Dicitur tamen baptizaſſe, quia diſcipulis ſuis officium baptizandi cõmiſit, quẽadmodũ rex facere dicitur, quod facit per ſuos miniſtros. Dicit quoque Chryſoſtomus, quòd diſcipuli baptizabant non baptiſmate Chriſti, ſed Ioannis: quia ſecũdum poſitionem hãc baptiſma Chriſti nondum fuerat inſtitutum. Habet enim efficaciam à merito paſsionis dominicę, quæ tunc nondum erat peracta. Et apoſtolis dixit Chriſtus poſt reſurrectionem quando aſcendit, Ioannes baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Si autem Chriſtus propriis manibus non baptizauit apoſtolos, ergo nec aliquẽ alium. Sed melius videtur, vt cũ Auguſtino dicamus, quod Chriſtus primo per ſeipſum baptizauit, præſertim apoſtolos, alioſque diſcipulos ſuos: nec dubiũ quin proprio baptiſmate gratiã conferente baptizauerit. Inſtituit enim ſacramenta nouæ legis per ſeipſum, & exercuit ea, ſaltem quædam eorum: poſtmodum vero commiſit apoſtolis baptiſmatis ſui exercitiũ, & ipſe altioribus intendebat, videlicet doctrinæ & prædicationis officio. quod & apoſtoli poſt reſurrectionem ſæpe feciſſe leguntur, quando multos conuerterunt, ne per baptizãdi officium, quod ab inferioribus atque indoctioribus fieri potuit, à verbo prædicationis impedirentur. Vnde ad Corinthios Paulus teſtatur, Neminem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Caium, & Stephanæ domũ. Non enim Act. 1. Auguſtin. 1. Cor. 1.

D miſit me Chriſtus baptizare ſed euãgelizare. ¶ Nec obſtat quod ait Saluator apoſtolis, Docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Hoc quippe intelligẽdum eſt, quod baptizarent eas per ſe, vel per ſuos adiutores atque diſcipulos. ¶ Poſtremo quod obiicitur, de facili ſoluitur. Paſsio enim Chriſti hoc contulit futura, quod præſtat iam facta. Tota enim efficacia ac idoneitas meriti Chriſti fuit à perſona verbi præſentialiter, quæ æterna eſt & vnius poteſtatis ante paſsionem & poſtea. Quod vero apoſtolis dictũ eſt, Vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto, intelligitur de interiori perfuſione gratiæ ſpiritus ſancti, ſub ſigno viſibili. [*Erat autem Ioannes baptizans in Ennon (id eſt, loco ſic dicto) iuxta Salim*] vrbem ſitam prope Iordanem, [*Quia aquæ multæ erant illic,*] videlicet iuxta Salim. Erat enim ibi lacus ſecundum Bedam, & ideo fuit locus ad baptizandum conueniens. [*Et veniebant*] Iudæi ad Ioannem, [*Et baptizabantur ab eo. Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem*] ab Herode Tetrarcha, qui ad Herodiadis ſuggeſtionem incarcerauit Ioannem, vt Marcus refert. Per hoc innuit Euãgeliſta, quod omnia à ſe hucuſque deſcripta de actibus chriſti ſunt ab aliis euangeliſtis omiſſa, qui ſic loquuntur de chriſto, ac ſi poſt incarcerationem Ioannis incœpiſſet prædicare, & ſigna peragere. [*Facta eſt ergo quæſtio,*] hoc eſt, ex quo Chriſtus baptizabat per ſe & per ſuos apoſtolos, idcirco mota eſt quæſtio contentioſa ex indiſcreto zelo procedens [*Ex diſcipulis (id eſt, ab aliquibus de numero diſcipulorum) Ioannis (Baptiſtæ) cum Iudæis*] qui baptizabantur à Chriſto, [*De purificatione,*] hoc eſt, de baptiſmo, qui eſt lotio purgans. Baptiſmus autẽ Chriſti vere intus purificat, vnde actiua purificatio appellatur. Act. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Ista quæstio fuit cuius baptismus esset præstantior, Christi vel Ioannis. Ioannis nanque discipuli vo E
lentes magistrum suum præferre, dixerunt quod eius baptismus dignior esset. Iudæi autem baptizati à
Christo dixerunt oppositum, scientes quale testimonium perhibuisset Ioannes Christo, dicens, Ego
baptizo vos aqua, ille baptizabit vos spiritu sancto: & etiam quia Ioannes venientes ad se misit ad Ie-
Marc. 6. sum, vt baptizarentur ab eo, non autem misit Christus venientes ad se ad Ioannem. [*Et venerunt (discipuli Ioannis) ad Ioannem,*] vt quæstionem hanc solueret, propriique baptismi honorem defenderet, [*Et*
dixerunt ei,] dolentes & querulantes quòd honor magistri sui, & per consequens honor eorum minue
retur. [*Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem (sicut superius dictum est) cui testimonium perhibuisti,*] dicendo, Ec-
Marc. 1. ce agnus dei, [*Ecce hic baptizat (per se & suos discipulos) & omnes veniunt ad eum,*] hoc est, tam multi, vt pe-
ne nulli videantur qui te accedunt, quia & tu ipse mittis tuos ad eum: quasi dicant, Ibi frequentia, hic
paucitas: tilli honor impenditur, tu incipis paruipendi, & tu ipse es in causa, quia sic illũ verbis tuis ma-
Ioan. 2. gnificasti. ¶Isti discipuli Ioannis nondum perfecti fuerunt, sed aliquid inuidentiæ inerat eis ægre ferẽ
tibus quòd Christus & eius discipuli Ioanni & eius discipulis præferebantur. Vnde sæpe coniunxerũt
se pharisæis, quos nouerant æmulos Christi contra Iesum, sicut Matthæus habet, Accesserũt ad Iesum
Matth. 9. discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, tui autem discipuli non ieiu-
nant? Deinceps Ioannes Baptista benigne docet & corrigit suos discipulos, [*Respondit Ioannes, & dixit,*
Non potest homo accipere quicquam,] hoc est, nihil boni habere, vel acquirere potest, [*Nisi fuerit ei datum* F
1. Cor. 4. *de cælo,*] hoc est, à deo concessum, mediate vel immediate. Omnia etenim bona, cuncta dona naturæ,
2. Cor. 3. vniuersa munera gratiæ, à deo sublimi & benedicto fontaliter profluunt. Propter quod dicit Apostolus, Quid habes quod nõ accepisti? Et, Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex no-
Osee. 3. bis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et apud Ozeam loquitur deus, Perditio tua ex te, in me tantum-
modo auxilium tuum. Quanuis homo vniuersaliter ita sit, tamẽ Ioannes id dicit de semetipso: tanquã
dicat, Ego cum homo sim, potestatem baptizandi non habeo, nisi ex deo: ille cum deus sit, propria au-
thoritate baptizat: ideo mihi non derogatur, dum ille præ me honoratur, nec debetis hoc impatienter
accipere. [*Ipsi vos mihi testimonium perhibetis*] qui verba mea de Christo dicta audistis, [*Quod dixerim (au-*
dientibus vobis coram turba) Non sum ego Christus,] non sum filius naturalis, & vnicus, magnum mihi est
esse filium adoptiuum, non sum finis, sed via & medium ad finem deducens, nõ sum Saluator, sed ser-
uus gratia eius indigens, cui & dixi, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? sed quoniã missus sum
Ioan. 4. ante ipsum tanquam præcursor & præco, vt prædicando ac baptizando disponerem homines ad do-
Lucæ. 1. ctrinam gratiamq́; illius. De hoc superius multa iã dicta sunt. ¶Insuper ponit Ioannes Baptista copio-
sam differentiam, grandemq́ue distantiam inter Christum & se, & quia discipuli sui minus sublimiter
senserũt de Iesu, ideo Ioannes eius magnificentiã fidelissime atque clarissime pandit, nõ breui versicu
lo, sed longo sermone. [*Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gau-*
det (id est, intime, cordialiterque exultat) propter vocem sponsi] cui congratulatur. Hoc ad literam in homini-
bus ita est, spiritualiter quoque sic fuit inter Christum & eius præcursorem. Per sponsum ergo Ioan- G
nes intelligit Christum, cuius sponsa est ecclesia, quam sibi in incarnatiõe, baptismo & passione despõ
sauit, eam sibi incorporando, per gratiã fœcundando, spirituales filios ex ea generãdo. Cum enim spon
sus ex sponsa generet prolem, conuenit Christo procreare in baptismo filios spirituales per ecclesiam,
Ephes. 5. quasi per matrem fidelium, quæ virtute & gratia sui sponsi regenerat. Ioanni ergo non conueniebat
Apoc. 19. spiritualiter regenerare, sed ad regenerationem disponere. De hoc sponso & sponsa ait Apostolus ad
Apoc. 21. Ephes. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. & ideo Ioannes
Canti. 3. in Apocal. Venerũt (inquit) nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. & rursus, Vidi Hierusalem, id est,
ecclesiam à deo paratam quasi sponsam ornatam viro suo. De hoc sponso & sponsa cantatur canticum
canticorum. Habet autem Christus triplicem sponsam, videlicet vniuersalem, quæ est ecclesia omniũ
electorum, quam sibi ab origine mundi desponsare exorsus est per fidem & charitatem: sponsam par-
ticularem, quæ est anima sancta, quam sibi quotidie desponsat, quosdam ad se conuertendo per gra-
tiam: sponsam singularem, quæ est virgo beatissima, quam sibi desponsauit in vtero suæ matris. Verum
hæ duæ sponsæ continentur in prima, vt pars in toto, propter quod dici potest, quòd Christus nõ ha-
bet nisi vnam sponsam in terra, sicut & vnam duntaxat ecclesiam habere asseritur, quanuis sint multæ
particulares ecclesiæ non discordantes ab ecclesia vniuersali. Cum itaque sit filius dei sponsus noster
seu animarum nostrarum, constat, quòd fornicatur adulteriumq́ue cõmittit, qui magis adhæret rebus H
Psal. 72. terrenis, variabilibus, & caducis, quàm sibi: hoc est spirituale adulterium, de quo Psalmista loquitur
deo, Ecce qui elongant se à te peribunt. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. De quo scriptum est
apud Ozeam, Noli lætari Israel, quia fornicatus es à deo tuo. Magna plane nobilitas atque ineffabilis
dignitas animæ, imò totius ecclesiæ esse sponsam sui creatoris, cuius semine imprægnatur, videlicet
Galat. 5. lumine gratiæ cæliformis, vt sit fœcunda in fructibus spiritus sancti. De quibus ad Galatas dicit Apo-
stolus, Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, fides, modestia.
¶Denique, per amicum sponsi intelligit Ioannes seipsum, quem certum est in Christi amore ardentis
simum extitisse, qui stetit corporaliter iuxta Iesum circa Iordanem: spiritualiter quoque stetit tãquam
Lucæ. 7. in omni virtute erectus, in Christi charitate perfectus, nec ad dexterã, nec ad sinistrã deflectẽs animæ
gressus, quia non erat arundo vento agitata, audiuitq́ue verba sponsi cælestis, quæ non sunt in toto de-
scripta; nec dubium, quin in verbis Christi cordialissime delectabatur, ideo subditur, [*Hoc gaudiũ meũ*
impletum est] de assistentia & audientia qua sponso ecclesiæ astiti, eiusq́; vocem audiui, iam vehemẽter
lætatus sum, excellentiæ christi mentaliter congaudendo. Fuit autem Ioannes non solum spõsi huius
amicus, sed etiam paranymphus: quoniã inter Christum & homines fecit copulam spiritualem, spon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſam ſponſo coniungens. Sed ſi Ioannes ita dilexerat Chriſtũ, nónne mirum eſt quòd nunquam corporaliter ſceutus eſt eum, ſicut diſcipuli? præſertim cũ teſte diuino Dionyſio amor ſit virtus vnitiua: imò iſtud in tantũ diſplicuit Manichæis vt dicerent Ioannem eſſe damnatum. Et reſpondendum eſt, quòd amor Ioannis fuit veraciter ſpiritualis, idcirco in ſpirituali coniunctione quieuit contentusque fuit: per quod docemur de corporali coniunctione ſeu præſentia non debere curare, niſi ad ſpiritualẽ profectum fuerit opportunũ. Caro nempe (vt ait Saluator) non prodeſt, ſed ſpiritus eſt qui viuificat. Vnde Ioan. 6. apoſtolis in corporali præſentia Chriſti minus ordinate dilectionem habentibus profeſſus eſt Chriſtus, Expedit vobis vt ego vadã: ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Spiritualiter ergo amandus & contrectandus eſt non ſolum Chriſtus, ſed & quilibet proximus. Idcirco enim dicit Apoſtolus, Etſi nouimus ſecundum carnem Chriſtum, tamen iam nũc non nouimus. Itémque, Itaque nos iam neminem ſecundũ carnem nouimus. Deificata nanque & ſpiritualizata erat affectio ſancti Apoſtoli, cuius ſectemur veſtigia. ¶ Quæritur, cur & quomodo Ioannes qui ſuperius dixit ſe eſſe indignum ſoluere calciamenta Chriſti, nunc appellat ſe eius amicũ? Dicendum, quòd ibi loquebatur turbæ, quæ Chriſti maieſtatem non nouit: idcirco ſe ibi maxime humiliauit & chriſtum exaltauit. Nunc vero loquitur ſuis diſcipulis inuidia tactis, & inter Ieſum ac Ioannem auerſionem quandã facere cupientibus. Hinc Ioannes dicit ſe amicum illius, vt & diſcipulos ſuos

B ad chriſti prouocet charitatem: ſic & nos facere par eſt, dum ſentimus ſeminatorem diſcordiæ nos affari, dicendo verba inuidiæ prouocatiua, tunc ergo charitatiue loquamur de eo, inter quem & nos nititur ſeminare diſcordiam. Vterque autem ſermo Ioannis eſt verus, quia Ioannes quãtum ad id quod fuit per naturam & propriam fragilitatem, dignus non fuit ſoluere calciamenta chriſti: quantum vero ad id quod fuit per charitatem, & gratiam Saluatoris, erat præcipuus eius amicus, non minor quàm Euangeli. Ioannes. [*Illum oportet creſcere, me autem minui.*] Quando Ioannes hoc dixit, fuit chriſtus perfectæ quantitatis in corpore, & perfectæ ſanctitatis, ſapientiæ & gratiæ in anima, ſecundum diuinitatem vero in ſeipſo omnino incommutabilis permanet. Quod ergo ait Ioannes, Ipſum videlicet chriſtum oportet creſcere, ſic intelligendum eſt, quomodo deus dicitur magnificari & exaltari à nobis, non quod in ſeipſo maior fiat vel altior, ſed quod eius magnitudinem & ſublimitatem agnoſcimus, profitemur, laudamus: ſic chriſtus creuit quantum ad magnitudinem famæ & hominum æſtimationem. Ioannes vero minoratus eſt hoc modo, populus enim putauit Ioannem eſſe chriſtum, & Ieſum eſſe prophetam, non Meſsiam: ſed tempore procedente radiantibus ſignis documentisque Ieſu, & teſtimonio Ioannis cooperante, cœpit populus Ieſum tenere pro chriſto rege Meſsia, Ioannem vero pro vate, præcurſore, ac nuncio Ieſu Chriſti. Auguſtinus tangit alium ſenſum, referendo verba Ioannis ad paſsionem vtriuſque, vt Chriſtus dicatur creuiſſe, quia diſtentus in cruce, Ioannes vero minutus, quoniam decollatus: ſed quia diſcipuli Ioannis cõquerebantur de hoc quòd multi acceſſerunt Ieſum, &

C pauci Ioannem, poteſt ita intelligi, Illum oportet creſcere, acquirẽdo plures diſcipulos ſpiritualéſque filios in baptiſmo, me autem minui, quantum ad numerum diſcipulorum, quia nonnulli ex diſcipulis Ioannis adhæſerunt chriſto. Huius incrementi & decremẽti ponit Ioannes Baptiſta aliquas rationes. Primam tangit, dicendo, [*Qui deſurſum venit*] id eſt, chriſtus vnigenitus dei, cuius à ſummo cælo fuit Pſalm. 18. egreſsio, quantum ad diuinitatem, quoniam natus à patre æterno: & quantum ad humanitatem, quoniam ſupernaturaliter conceptus & natus ex virgine, ſpiritu ſancto corpus eius formante, [*Super omnes eſt,*] id eſt, omnibus creaturis ſublimior eſt, quantum ad vtranque ſuam naturam. Nam quo ad diuinã, cunctis præſtantior eſt in infinitum. Hæc ergo ratio excellentiæ chriſti ſumpta eſt ex parte ſuæ originis: ſecunda vero accipitur ex qualitate ſuæ ſapientiæ & doctrinæ. Vnde ſubiungitur, [*Qui de terra eſt*] id eſt, ex humanis parentibus viro & fœmina natus eſt, de terra eſt, quantum ad generationis originẽ, [*Et de terra loquitur*] id eſt, de inferioribus & terrenis tractat, quantum eſt ex parte ſuæ terrenæ originis. Nihilominus loquitur de diuinis atque cæleſtibus, ſiue per naturalem rationem ſicut philoſophi, Lucæ. 2. ſiue per gratiæ infuſionem, & ſupernaturalem illuminationem, quemadmodũ Prophetę & Apoſtoli, Lucæ. 1. ipſe quoque beatus Ioannes Baptiſta, quem certũ eſt hoc loco de cæleſtibus fari, imò de ſupercæleſtibus eloqui, ſcilicet de patre & filio. [*Qui de cælo venit*] humanam naturã aſſumendo & viſibiliter apparendo, ſupernaturaliq́ue modo naſcendo, [*Super omnes eſt*] perfectione naturæ, quo ad ſuam diuinitatẽ:

D & excellentia gratiæ, quo ad humanitatẽ aſſumptam. [*Et quod vidit & audiuit hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit.*] Hoc verbum præcurſoris alludit ei, quod ſupra Chriſtus dixit ad Nicodemum, Amẽ dico tibi, & quod ſcim⁹ loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimoniũ noſtrũ nõ accipitis: quod quomodo intelligendũ ſit, pauloante expoſitum eſt. Ea enim quæ Chriſtus docuit, vidit oculo intellectuali ſecũdũ vtranq; naturam: cognoſcendo videlicet omnia per ſcientiã increatã, vt deus, & per ſcientiã infuſam, vt homo. Denique vt homo audiuit auribus cordis à deo trinitate in primo inſtanti incarnationis quicquid deus ſibi reuelauit. Sed quomodo ſecũdum naturam diuinam audit aliquid à patre, cũ ipſe ſit ſermo patris? Dicẽdum, quòd filio dei idem eſt generari à patre & audire à patre. Naſcendo quippe à patre recepit plenitudinẽ deitatis, & per cõſequens ſapiẽtiã, omnemq́ue perfectionẽ à patre: idcirco dicitur audire à patre, non quaſi primo ſubſiſtens, & poſtea audiens, vel à patre diſtãs, ſed eandem ſapientiam atque eſſentiam recipiẽdo à patre, quam habet pater: audit ergo, id eſt, intellectualiter percipit à patre, quicquid intelligit pater. Sed quomodo dicit præcurſor de Chriſto, Teſtimoniũ eius Daniel. 7. nemo accipit? cum in Daniele ſcriptum ſit, Omnes populi, tribus & linguæ ſeruient ei. Itémque Pſal. Pſal. 21. Reminiſcentur & conuertentur ad dominum vniuerſæ familiæ gentium, ſed & quando Ioannes hæc dixit, habuit Chriſtus nonnullos diſcipulos, & ipſe quoque Baptiſta vtique teſtimonium chriſti accepit. Et reſpondendum, quod Ioannes hoc aſſerit, ad inſinuandum paucitatem Iudæorum in chriſtum

Supra huius capitis. b.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

credentium: iuxta quem modum dicit Apoſtolus, Omnes quæ ſua ſunt quærũt, nõ quæ Ieſu Chriſti. E
Sic etiam Micheas dicit, Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt. [*Qui autem acceperit eius*
Philip. 2. *teſtimonium*] verbis Chriſti credendo, [*ſignauit*] id eſt, conſiderauit, & ſuo actu monſtrauit ac indica-
Mich. 7. uit, [*Quia deus (pater ſeu trinitas) verax eſt*] in ſeipſo in verbis ſuis atque operibus, qui per diuerſa argu-
menta probauit quod Ieſus ſit Chriſtus filius dei, videlicet in baptiſmo per deſcẽſum ſpiritus ſancti in
forma columbæ, & per vocem qua dixit pater, Hic eſt filius meus dilectus. per miracula quoque in
1. Ioan. 5. Hieruſalem facta, de quibus confeſſus eſt Nicodemus, Nemo poteſt hæc ſigna facere, niſi fuerit deus
Marc. 1. cum eo. Verus etiam oſtenditur deus, quia in Ieſu impleuit quæcunque per Prophetas prænunciauit
Ioan. 1. de Chriſto. [*Quem enim miſit deus, verba dei loquitur.*] quãuis hoc verum ſit de ipſo Baptiſta, de quo dictũ
Matth. 17. eſt ſupra, Fuit homo miſſus à deo. atque apoſtolis, imõ vniuerſis prædicatoribus ſanctis, qui ſunt miſſi
Lucæ. 9. à deo, & verba dei hominibus prædicant: hoc tamen de Chriſto antonomatice dicitur, cũ ipſe ſit om-
Sup. eodẽ. nium miſſorũ atq; diuina loquentiũ ſummus. Præterea oſtendit Baptiſta excellentiã Chriſti ex parte
Ioan. 1. gratiæ ſibi conceſſæ. [*Non enim ad menſuram*] id eſt, ſecundum determinatum gradum, & particularem
perfectionem, [*Dat deus ſpiritum ſanctum*] id eſt, gratiam eius, ſupplendum eſt Chriſto homini, de quo
Ioan. 1. Ioannes nunc loquitur. Ex his autem quæ dicta ſunt in expoſitione primi cap. ſuper illud, Plenũ gra-
tiæ & veritatis, patet, quomodo gratia Chriſti ſit perfecta, ſumma & multiplex, nec iã reſumenda ſunt
illa: ſed quia præcurſor iam aſtruit quôd ſine menſura deus præſtitit gratiam Chriſto, oportet fateri,
quòd gratia Chriſti ſit aliquo modo infinita. Gratia autem Chriſti habitualis, nõ eſt ſecundũ eſſentiã
infinita, cũ ſit pura creatura, quæ nõ poteſt ſimpliciter eſſe infinita, ſed neceſſario eſt determinatæ per- F
fectionis & limitatæ capacitatis. Gratia vero vnionis in Chriſto eſt ſimpliciter infinita, cum nõ ſit quid
creatum, ſed ipſum verbum humanæ naturæ gratis vnitum: nihilominus gratia habitualis in Chriſto
eſt quodammodo infinita. Primo, quia idonea eſt ad omnes gratiarũ effectus. Secundo, quoniã maior
gratia nulli cõmunicari poteſt. Tertio, quia tota capacitas animę Chriſti repleta eſt gratia. Quarto, quo
Epheſ. 4. niam plena atque ſufficiens eſt aliis influere inceſſanter. Aliis vero datur gratia ſecundum aliquẽ gra-
dum & determinatã perfectionem, prout Apoſtolus dicit, Vnicuique noſtrũ data eſt gratia ſecundum
menſuram donationis Chriſti. Infinita eſt ergo gratia Chriſti, quoniam verbum tantam gratiã influxit
animæ Chriſti, quãtam capere potuit, eratque paratũ plus dare, ſi illa potuiſſet plus capere. Vnio enim
verbi cum humana natura, non eſt facta per gratiã habitualem intermediã, ſed gratia iſta conſecuta eſt
hypoſtaticam vnionem, tanquam effectus ipſius. Et quoniam vnio hypoſtatica ſeu perſonalis, eſt ſum
ma ac propinquiſſima, ideo ex ea deriuata eſt tanta gratia ad animam Chriſti, quòd tota eius capaci-
Coloſſ. 1. tas ſuit repleta. [*Pater enim diligit filium*] amore immenſo omni creaturę inexperto, ſuperæſtuanti ac ſu-
perdulciſſimo quantum ad filij diuinitatem. Propter quod dicit Apoſtolus ad Coloſſ. Gratias agimus
Sapien. 11. deo & patri, qui nos tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Cum autẽ dicitur, pater diligit filiũ, non
Marci. 9. eſt ſimpliciter accipiendum, cũ deus diligat cuncta quæ fecit: ſed innuitur, quòd incomparabilis ſit di- G
Ioan. 10. lectio patris ad filium: ſecundum quod apud Marcum ait pater, Hic eſt filius meus chariſsimus. Diligit
quoque pater filium ſecundũ naturam aſſumptã amore finito, ſed ſingulari & ampliori quàm to-
tum vniuerſum, quoniam maius bonũ dedit ei ſoli quã omnibus ſimul, videlicet perſonalẽ vnionẽ cũ
verbo. [*Et omnia dedit in manu eius*] id eſt, in poteſtate filij ſecundum vtranque eius naturam. Pater enim
dedit omnia in poteſtate filij, ſecundũ naturam eius diuinam, inquantum dedit eandem eſſentiã atque
potentiam quam habet pater. Dando equidem ipſi potentiam iſtam, dedit ei omniũ poteſtatem, ita ꝙ
filius eſt vniuerſorum dominus per authoritatem potens creare, annihilare, & quicquid voluerit face-
re. Denique ſecundũ aſſumptam humanitatẽ dedit omnia in manu eius, quoniam omni creaturę præ-
Matth. 28. poſuit Chriſtum, prout Matth. ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Vt enim Damaſce-
nus teſtatur, Dato Chriſto homini quod maius eſt, etiam datum eſt ei quod minus eſt. Quoniam ergo
datum eſt ei perſonale eſſe verbi, vt ſit filius naturalis, quia humanitas Chriſti ſubſiſtit in increato, per-
ſonalíque eſſe verbi, imõ ipſum verbum eſt perſona ſeu perſonalis ſubſiſtentia naturæ aſſumptæ, ideo
Ioan. 10. datum eſt ei omnibus creaturis præſidere ac dominari. Sed contra hoc videtur eſſe illud Apoſtoli ad
Hebræ. 2. Hebr. Nondum videmus omnia ei ſubiecta. Dicendum, quòd nondum ſunt omnia Chriſto homini
ſubiecta, quãtum ad ſuæ poteſtatis plenariam exequutionem & vniuerſalem manifeſtationẽ: ſed hoc
Eſa. 45. fiet in die iudicij, quando ad eum venient & confundẽtur omnes qui repugnant ei, vt Eſaias dicit. Per H
hoc itaque pater dedit omnia in manu filij ſecũdũ ſuam diuinitatem, quod genuit filium ſibi ęqualẽ,
omnipotens omnipotentem, vt qualis & quantus eſt pater, talis ac tantus ſit filius: ita quod dare, aliud
nõ ſit ꝙ generare. [*Qui credit in filiũ,*] fide formata, perſeueranti & operatoria, [*Habet vitam æternam*]. i.
1. Ioan. 5. beatitudinem ſempiternam, nunc in ſpe, in merito & in radice: non enim inaniter eam pręſtolatur, ſed
habet cauſam adipiſcendi eam, quæ eſt actio bona ex charitate procedens in adultis. In infantibus vero
ſufficit fides formata ſine opere proprio cum merito chriſti. [*Qui autem incredulus eſt filio dei, non vide-*
Eſaiæ. 26. *bit vitam æternam*]. i. diuina viſione priuabitur quantũ ad pœnã damni, quemadmodũ ſcriptũ eſt, Tol-
Eſaiæ. 27. latur impius ne videat gloriã dei. vnde & de Eſaia habetur, Qui incredulus eſt infideliter agit. Sed cum
vita æterna ſit viſio dei, quomodo infidelis dicitur non viſurus vitam æternam, quaſi fideles ſint eã vi-
ſuri? Et reſpondendum quod intellectus reflectitur ſuper proprium actũ, ideo ſancti in patria ſua bea
tificam viſionem vident, hoc eſt, cognoſcunt. Poteſt quoque per vitam ęternã intelligi beatitudo ob-
iectalis quæ eſt deus, quem increduli non videbunt per ſpeciem. [*Sed ira dei (id eſt, iuſta vindicta) manet*
Epheſ. 2. *ſuper eum,*] id eſt, ęternam damnationem incurret, quantum ad pœnam damni. Omnes quidem, teſte
Apoſtolo, naſcimur filij irę, ſed ira dei nõ manet ſuper electos atq; fideles. Super infideles vero in ſua
Apoca. 21. perfidia perſiſtentes ſine fine manebit: vnde in Apocalypſi inducitur, Timidis autem & incredulis &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A execratis, pars illorum erit in ſtagno ardenti igni & ſulphure. Ex præinductis verbis & factis Ioannis moraliter edocemur ne indigne feramus, dum alij nobis præferuntur, quibus maiores æſtimabamur, nec aliquid boni propriis viribus aſcribamus: quia non poteſt homo habere vel accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo. Patet quoque ex his quanta ſit certitudo fidei chriſtianæ, quæ data eſt ab vnigenito filio dei, qui non alia nobis narrauit quàm quæ vidit in patre & audiuit ab eo. Propterea Ioan. 19.
multo damnabilius eſt non recipere legem euangelicam, quàm fuit non credere legi Moſaicæ, prout ad Hebræos plenius docet Apoſtolus.

¶Elucidatio. Cap. 1111. [*Vt autem cognouit Ieſus quia audierunt phariſæi.*] Articulus XI.

HOc loco deſcribit Euangeliſta inæſtimabilem, prorſusque ineffabilem dignationem filij dei, quæ manifeſtatur in præſenti capitulo variis modis, videlicet quòd noſtræ prauitatis defectus, laboresque ſuſtinuit: quòd mulieri peccatrici tã pie, diffuſe ac dulciter loqui dignatus eſt, quòd ignorantes tã charitatiue inſtruxit, quòd pro conuerſione gentilium tanta prodigia fecit. Dicit igitur beatiſsimus Euangeliſta, [*Vt autem*] i. poſtquam [*Cognouit,*] hoc eſt, ſe cognoſcere demõſtrauit Ieſus, qui ſecundũ quod deus nouit omnia ab æterno, & vt homo talis cognouit omnia quæ fuerunt, ſunt vel erunt à primo inſtanti creationis
B animæ ſuæ: vel ſimpliciter, vt cognouit Ieſus, hoc eſt, ex aliorum relatu percepit, [*Quia audierunt phariſæi,*] à Iudæis, à Chriſto redeuntibus ſuſcepto eius baptiſmo, [*Quod Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat quam Ioannes*] id eſt, maiorem partem Iudæorum ſuo magiſterio ſubdit atque baptizat quàm fecit Ioannes Baptiſta. Fecit enim Chriſtus diſcipulos non per hoc duntaxat, quòd aliis foris verbũ dei propoſuerit, ſed quia eis intus gratiã aduertendi, cõſentiendi & obediendi infudit, idcirco ratio magiſtri ſibi præcipue competit: iuxta quod ait Matthæus, Nolite vocari Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter chriſtus. quanquã Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius. ¶Præcedenti capite dixit Euangeliſta, quod Ieſus baptizauit, quomodo ergo nunc dicit, quod non baptizauit? Et reſpondendũ quod Ieſus primo ad tempus baptizauit non quoſlibet, ſed ſuos diſcipulos propria manu: quo facto commiſit eis baptizandi officiũ, & ipſe vacabat doctrinæ, vt dictũ eſt ſupra: quod ergo nunc dicitur quod nõ baptizauit, referẽ dum eſt ad tẽpus ſequẽs. Auguſtinus, Beda & alii multi ſic ſoluũt, quod Ieſus baptizauit, & nõ baptizauit. Baptizauit nẽpe intus à culpa lauãdo, non baptizauit autẽ foris corpora aquis tingendo: verũ quia mox ſubditur, [*Sed diſcipuli eius,*] conſtat Euangeliſtam loqui hoc loco de exteriori baptiſmate. Diſcipuli enim non mundabant à culpa, niſi inſtrumentaliter. ideo prima ſolutio planior eſt: quæ tamen ab Matth. 13. Ioan. 3.
C intentione iſtorum non diſcrepat. [*Reliquit Iudæam*] id eſt, illam partẽ terræ promiſsionis, in qua habitauerunt tribus Iudæ & Beniamin atq; Leuitica. Ab eo tempore quo decẽ tribus à domo Dauid diuiſę Ioſue. 15.
ſunt, & vitulos aureos adorauerũt, cõſtituẽtes ſibi ſacerdotes de extremis populorũ, filij Leui venerũt & habitauerũt in regno Iudæ, vbi fuit tẽplũ & locus ſacrificiorũ, & cultus dei permanſit, vt patet in libris Regũ. Tota aũt prouincia illa vocabatur Iudæa à tribu Iuda, quoniam principalior fuit ac maior, 3. Reg. 12. 1. Para. 5.
ſicut & Iudas inter fratres ſuos fortiſsimus extitit, vt habetur in lib. Paralipomenon. Imò ante prædictã diuiſionẽ tota terra promiſsionis nominata fuit Iudæa, propter regiã excellentiã tribus Iudæ: iuxta Pſal. 13.
illud in Pſalmo, Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Cur Chriſtus reliquit Iudæam, nũquid timore phariſæorũ quos ſolo nutu deſtruere potuit? Non vtique: ſed propter alias rationes. Primo, cedẽs peruerſitati & rancori eorũ ex cõpaſsione, ne eũ perſequendo grauius peccarẽt. Secũdo, dans exemplum fugiẽdi perſequẽtes pro loco, cauſa & tẽpore, quãdo videlicet poti⁹ expedit fugere quàm manere. Vnde & alibi loquitur, Cũ perſecuti vos fuerint in vnã ciuitatẽ, fugite in aliã. Tertio, ad inſinuandum, quòd Matth. 20.
ingratis ſæpe ſubtrahẽdũ eſt verbũ dei propter indignitatẽ illorũ, & reuerentiam verbi diuini, ne vilipendatur. Propter quod Salomon dixit, Qui erudit deriſorẽ, ipſe ſibi iniuriã facit. Et denuo ait ſcriptura, Vbi nõ eſt auditus, nõ effundas ſermonẽ. Propter ſimilẽ cauſam Paulus & Barnabas reliquerũt Iu- Proue. 9. Eccle. 32.
D dęos, vt in Actibus apoſtolorũ habetur, Vobis oportebat primo loqui verbũ dei, ſed quia repuliſtis illud, cõuertimur ad Gẽtes. [*Et abiit iterũ in Galilæam*] de qua natus fuit, & à qua abiit primo in Hieruſalem. [*Oportebat autem eum tranſire per mediã Samariam,*] i. per terram Samariæ, quæ inter Iudæam & Galilæam ſita fuit, ſicque ex cõgruentia viæ oportuit, id eſt, conueniens fuit Ieſum ire per terram illã: ſed quòd non oportebat ex neceſsitate palã eſt. Poterat quippe dominus Ieſus ductu angelico ferri de loco ad locum: ſed nec tali famulatu indiguit, quoniam poterat dotem agilitatis aſſumere, & per eam in breuiſsima horula longiſsima ſpacia pertranſire, imò præter hos modos potuit propria poteſtate, puta virtute verbi, velocius moueri quàm corpora glorificata per dotem agilitatis. Porro in ſcripturis per Samariam quãdoque deſignatur principalis vrbs terræ illius, à qua tota prouincia appellatur Samaria: tamen vrbs illa cũ deſtructa fuiſſet & reparata, dicta fuit Sebaſte. Quandoque autem per Samariam ſignatur prouincia illa, vt nunc. [*Venit ergo Ieſus*] cum diſcipulis ſuis [*In ciuitatem*] Samariæ, [*Quæ dicitur Sichar,*] quæ in Geneſi dicitur Sichem. Iſtud dicit Euangeliſta per anticipationem, quia (vt infra habetur) Ieſus nondũ introiit ciuitatẽ, ſed foris permanſit, & poſtmodũ eſt ingreſſus: propter quod ſubditur, [*Iuxta prædium*]. i. agrum qui fuit extra & prope hanc vrbem, [*Quod (prædium) dedit Iacob (moriens) Ioſeph filio ſuo.*] Vnde in Geneſi ait ad Ioſeph, Do tibi partẽ vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. Vrbs iſta cecidit tribui Manaſſe filij Ioſeph. [*Erat autem ibi*] iuxta præ dium iſtud, [*Fons*] Iacob. i. puteus quẽ habuit Iacob, quãdo habitauit iuxta hũc locũ, quãdo videlicet à Ioan. 19. Gene. 40. Geneſ. 33. Gene. 35. Ibidem. Ioſue. 17. Gene. 35.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mesopotamia fuit regressus. [*Iesus autem fatigatus ex itinere*] id est, laboriosa viæ ambulatione, & secun E
dum Augustinum in epistola ad Dioscorũ, tanta fuit ab exordio incarnationis beatitudo animæ Chri-
sti, quòd nõ nisi diuina dispensatione dilatũ fuisset, prædictæ beatitudinis redundantia tanta fuisset in
Matth. 4. corpore Christi, quòd ipsum ab omni pœna & morte præseruasset. Omnis ergo corporalis defectus,
& passio corporis Christi fuit dispensationis diuinæ, non necessitatis humanæ. ¶ Esuriit igitur, sitiuit,
æstuauit & fatigatus est Iesus, nõ ex necessitate, sed propter multiplices causas. Primo, vt susceptæ car-
Matth. 11. nis, atque indutæ à se humanitatis veritatem demonstraret. Assumpsit enim humanam naturã, & inde-
trahibiles eius defectus, videlicet naturales motus passionũ, iram, timorem, tristitiam, secũdum Dama-
scenum. Secundo, vt sua fatigatione nobis requiem mereretur æternam, gratiam quoque copiosam in
seculo isto. Tertio, vt nos ad fortem atque æquanimem sanctorũ laborum & fatigationum tolerantiã
animaret, sicut & alibi loquitur, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos.
Neque enim pigritantibus & dormientibus, sed laborantibus, & in diuino obsequio corporaliter fati-
gatis, corde tamẽ infatigabilibus prouenit beatitudo cælestis: sic ergo fatigatus est Iesus ex itinere, quo
Psal. 108. modo dicit in Psalmo, Genua mea infirmata sunt à ieiunio. [*Sedit sic super fontem*] id est, iuxta puteum
repausauit. Propter diuersas causas quieuit iuxta puteum. Primo, quoniã sitiebat & bibere voluit. Se-
cundo, quia per fontem & aquam designantur fluenta sapientiæ Christi, quã ipse suis propinat electis:
Esaiæ. 12. iuxta illud Esaiæ, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Tertio, vt ex occasione loci mulie-
rẽ instrueret, imò sub persona mulieris Samaritanæ totã ecclesiã ex gẽtilitate conuersam. [*Hora autem
erat quasi sexta,*] ex quo sequi videtur, quod Iesus cœpit mane ambulare, vt & nos diluculo cõsurgamus F
Eccle. 39. ad dominum, quemadmodũ in Ecclesiastico habetur, Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo
Esa. 36. ad dominum, qui fecit illum. Et Esaias, De mane (inquit) vigilabo ad te. Verum vt Salomon in Prouer
Prou. 26. biis testatur, Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic pigri in lectulo suo. [*Venit mulier de Samaria*] id est,
de prouincia illa, non de ciuitate sic dicta. Venit enim de ciuitate Sichar, [*Haurire aquã. Dicit ei Iesus, Da
mihi bibere*] ex vrna tua. Christus enim ad literã corporaliter sitiebat, spiritualiter vero conuersionẽ fœ-
minæ huius, omniúmque animarũ sitiebat errantiũ, & vtique antè aduentum mulieris potuit Christus
aquæ præcipere vt vsq; ad os putei leuaretur, sicque potaret: sed noluit semper supernaturaliter agere,
voluitque ad tempus seipsum siti affligere propter commodum nostrũ. Petiit autem potũ à fœmina,
vt daret ei occasionem meriti copioſi. [*Discipuli autem eius abierant in ciuitatem (Sichar) vt cibos emerent,*]
& sic dominus maiestatis remansit, solusque sedit ad fontem, in quo eius humilitas commendatur: &
forte pro tunc pauci discipuli ibant cum eo, quia non apparet, quòd multi simul intrassent propter
escas emendas, præsertim cum certũ sit, q nõ emerunt cibaria delicata aut pretiosa. [*Dicit ergo ei mulier
Samaritana,*] admirans quod homo Iudæus petiisset potũ ab ea, [*Quomodo tu Iudæus cum sis.*] Hoc enim
perpendit ex habitu Christi, quoniam vestis eius fimbrias habuit ad modum Iudæorum, & etiam ex
Matth. 14. dispositione vultus & sermone. Vnde Matthæus, Quotquot (inquit) tangebant fimbriam vestimenti G
eius, salui fiebant. [*Bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana.*] Causam vero cur hoc non licuit Christo
Exod. 12. secundum æstimationem mulieris Euangelista subiecit, [*Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis*] id est,
communionem cum illis in cibis & potibus seu vtensilibus habere contemnunt. Iussit quippe domi-
nus filiis Israël vitare familiaritatem & societatem cum alienigenis. Iudæi vero maxime abhorrebant
Samaritanos, quoniam terram eorum occupabant, multasq; eis intulerunt molestias post reditum à
3. Esdr. 5. Babylone, vt patet in libro Esdræ. ¶ Sed cur Christus, qui venit legem implere, non soluere, petiit po-
Matth. 5. tum à fœmina infideli? Dicendum, quòd Christus non erat sub lege, sed dominus legis, ideo potestatẽ
habuit dispensandi. Venit autem legem implere, id est, perficere, non tamen semper seruauit cæremo-
nialia legis ad literam. [*Respondit Iesus & dicit ei, si scires donum dei*] id est, gratiam & misericordiam dei
quæ tibi nunc offertur per hoc, quòd filius dei petit potum à te. Nempe qui Christo aliquid dat, po-
tius recipit beneficium quàm impendat, quemadmodum magnũ esset pauperi, si rex peteret quicquã
paruum ab eo. [*Et si scires quis est qui dicit tibi, da mihi bibere,*] id est, si me agnosceres, si me esse deum &
hominem scires, [*Tu forsitan petisses ab eo,*] spiritualem refectionẽ. Forsitan dicit, ad insinuandum, quòd
omne opus meritorũ ex libertate procedit. vel ideo dicit, forsitan, vt det nobis formam sobrie nõ cer-
uicose loquendi, præsertim cum loquimur de actibus aliorum. [*Et dedisset tibi aquam viuam*] id est, gra-
tiam spiritus sancti, seu ipsum spiritũ sanctũ, qui dari tunc dicitur, cũ eius gratia gratum faciens menti H
infunditur: sicque redit in idem, siue per aquã intelligatur spiritus sanctus seu gratia eius. Quod autẽ
per aquam intelligatur spiritus sanctus, cõstat ex eo, sicut habetur infra, Qui credit in me, flumina de
Ioan. 7. vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Quod Euangelista exponẽs, hoc (inquit) dicebat de spiritu quẽ acceptu-
Deut. 7. ri erãt, credẽtes in eũ. ¶ Dicitur itaque spiritus sanctus seu gratia eius aqua, & aqua viua ad similitudi-
nem aquæ materialis, quemadmodum etiã dicitur ignis: iuxta illud Apostoli, Deus noster ignis cõsu-
Hebr. 12. mens est. Et alibi dicit Saluator, Ignem veni mittere in terram. Primo dicitur aqua, quoniam purgat à
Lucæ. 12. maculis culpæ & mundat atque purificat animam: de qua aqua accipi potest illud Ezechielis, Effun-
Ezec. 36. dam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Secundo, quia re
Psal. 1. frigerat ab æstu tentationis. Tertio, quia extinguit ignem libidinis. Quarto, quia fœcundat animam, vt
Hiere. 17. sit velut lignũ quod plantatum est secus decursus aquarum. Denique aqua viua vocatur quæ fluit &
scaturit atq; principio suæ emanationis cõtinuatur: sic gratia spiritus sancti agilis est, & fonti suæ ema-
Lucæ. 11. nationis, videlicet spiritu sancto semper coniungitur tanquam riuus ac radius eius. [*Dedisset (itaque) tibi
Eccle. 15. aquam viuam,*] spiritualiter viuificantem. Omnis enim qui petit accipit. de tali aqua in Ecclesiastico
Esaiæ. 55. legitur, Aqua sapientiæ salutaris potabit illum Et in Esaia scriptum est, Omnes sitientes venite ad a-
Apoc. 22. quas. Et in Apoc. quoque, Qui sitit veniat, & accipiat aquam vitæ gratis. [*Dicit ei mulier*] quæ verba

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Christi intellexit de aqua materiali,[*Domine.*] vidit enim in vultu & habitu Christi, quod esset valde veneranda persona, omni maturitate & probitate morum refulgens, ideo nominat eum dominum, nõdũm tamen putauit eum esse prophetam vel Christum aut deum.[*Neque in quo haurias habes*] id est, instrumentũ hauriendi non habes vt ego,[*Et puteus altus est*] id est, profundus, propter quod opus est hauritorio, quia cum manu nequit aqua educi. Frequẽter in scripturis ponitur altum pro profundo, vt Sapiens ait, Ab altitudine inferorum eduxit eos. & in Ecclesiastico, De altitudine ventris inferi liberasti me.[*Vnde ergo habes aquam viuam?*] quam possis mihi præstare si postularem: & probat quòd non possit, quia alium puteum vel fontem non posideret meliorem puteo isto: quod probat per hoc, ꝙ non maior est patriarcha Iacob,[*Nunquid tu maior es patre nostro Iacob?*] Reputabant enim Iudei & Samaritani Abrahã, Isaac & Iacob valde præcipuos extitisse. Vnde infra dicunt Iudæi ad Christum,[*Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui dedit,*] id est, fossum reliquit,[*Nobis puteum istum?*] ex quo patet, quòd fons, de quo fuit iam sermo, puteus erat.[*Et ipse (Iacob) ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius. Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac (& simili) sitiet iterum*] si diu vixerit, & ad tempus cõpetens à potu cessauerit.[*Qui autẽ biberit*] id est, spiritualiter sumpserit, & mente gustauerit,[*Ex aqua quam dabo ei*] id est gratiam spiritus sancti,[*Non sitiet in æternum.*] hoc dupliciter intelligi potest. Primò sic, Nõ sitiet in æternũ, id est, licet ad tempus sitim spiritualem sustineat, suspirando ad patriam, cupiendóque gratiam perfectiorem atque aliorum salutem, non tamen semper sic sitiet, sed veniet hora in qua replebitur bonis desideriũ eius, quia in die iudicij in anima & corpore glorificabitur, & tunc nõ deerit quod
B affectet hoc modo, vt scriptum est in Matthæo, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. quando? audi Psalmistam, Satiabor, ait, cum apparuerit gloria tua. Secundo sic, Non sitiet in æternum, hoc est, nunquam sitiet appetendo rem omnino absentem nequaquam adeptam. Habet enim virtualiter omne bonum; quoniam gratiam habendo habet deum gratiæ fontem & fœlicitatem æternã per inchoationem & cõtinentiam virtualem. Nam gratia est inchoatio gloriæ, & virtualiter cõtinet eam, sicut semen continet arborem. Iuxta quem sensum ait Psalm. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. ¶Sed his obuiare videtur quòd in Ecclesiast. Christus dei sapientia loquitur, Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Dicendum quod secundum primam expositionem istud nequaquam dissonat à prædictis, sed quantum ad secundam expositionem videtur repugnantia quædam. Sciendum ergo quod sitis in scripturis tripliciter sumitur. Primò, pro desiderio rei nequaquam adeptæ, sicque acquisitio temporalium rerum generat sitim, aliarum & plurium diuitiarum augendo cupiditatẽ. Secũdò, pro desiderio rei adeptæ, vt habeatur magis perfecte: sicq; sitit, qui gratiam recipit, quoniam deum & dona eius quæ habet imperfecte, desiderat perfectius possidere, pertingendo de fide & via ad speciem & patriam: æmulando quoque chari
C smata meliora in præsenti, secũdum doctrinam Apostoli. Tertiò, pro amore rei præsentis, cum exclusione fastidij: sic sancti in patria sitiunt deum, quemadmodum Petrus ait de Christo, in quẽ desiderãt angeli prospicere.[*Sed aqua,*] id est, gratia gratum faciens,[*Quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ*] id est, origo, formale principium atque meritoria ratio virtuosæ actionis, sanctæ contemplationis, ardentis desiderij,[*Salientis*] id est, animam ista terrena transilire facientis, pertingendo in vitam æternam. Quemadmodum enim natura est in nobis principium omnium naturaliũ operationum: sic gratia gratũ faciens est fons intrinsecus atque principium omnium actionum meritoriarum, faciens ipsam essentiam rationalis creaturæ deo acceptam, deiformẽ, deo supernaturaliter copulatam, & ad promerendum supernaturalem felicitatem idoneam.[*Dicit ad eum mulier,*] verba hæc mystica carnaliter intelligens, non enim erat solita audire huiusmodi,[*Domine da mihi hanc aquam,*] quæ omnem sitim æternaliter aufert, videlicet aquam corporalem de qua te loqui existimo,[*Vt non sitiam (corporaliter) neque veniam huc haurire.*] ꝙpter duplex cõmodum petiit fœmina aquam talem. Primo, vt à pœna sitis libera esset. Secundò, vt à labore hauriendi eriperetur. sic & nos spiritualẽ hanc aquam à Christo cordialiter iugitérque petamus, vt non sitiamus ista terrena, quæ appetitum nequeunt satiare: sed quo eorum amori & occupationi homo magis inuoluitur, eo à diuinorum contemplatione, dilectione, & vera quiete ac libertate amplius impeditur ac elõgatur: neque veniamus huc haurire, id est, in exterioribus atque carnalibus cõsolationes viles requirere, sed in domino sit tota delectatio nostra, vt cũ Hieremia dicere mereamur, Diẽ ho-
D minis nõ cõcupiui, tu scis. qui enim cor suũ ad exteriora effundit, qui humanas & seculares delectationes admittit, nequaquã dignus est gustare quàm dulcis est dominus. Talis enim nunquã efficitur vere spiritualis internus & deo suo familiaris atq; charissim⁹. Deniq;, quoniã mulier ista verba Christi capere nõ valebat, incipit christus eam inducere ad cognoscendum seipsum, vt cognito loquente, verba eius sciantur esse spiritualia ac diuina.[*Dicit ei Iesus, Vade voca virum tuũ & veni,*] huc simul cũ illo. quo modo dicit hoc christus qui est infallibilis veritas, & sapiẽtia patris? nouerat enim ꝙ mulier ista virum proprie dictum. i. virum legitimum non haberet. Sed hoc facile soluitur, vt sit sensus, Voca virũ tuum .i. eum qui putatur esse maritus tuus legitimus, quãuis sit adulter. sed nunquid intentio christi fuit vt mulier ista virũ suum adduceret, quid enim ille feciſſet adductus? Si autẽ dicatur, quòd voluit christ⁹ virum adduci, quatenus eũ instrueret, atq; cõuerteret, non infideliter dicitur. si vero dicatur ꝙ hoc nõ fuit intentio Christi, sed vt ex occasione huius verbi & ex respõsione mulieris christus eam cõuenientius arguat: respõdebo quod sic ait ad fœminã hanc, voca virũ tuum, quomodo ait in Genesi Abrahæ, Tolle filium tuum vnigenitum Isaac, & offer illum mihi in holocaustũ: quod dominus dixit, nõ vt sic fieret, sed vt tentaret, non quatenus ipse veritatẽ agnosceret sed alij. sic ergo nunc ait mulieri, voca virũ tuum.[*Respondit mulier & dixit, Non habeo virum. Respondit ei Iesus, Bene (id est, vere) dixisti, quia non habeo virũ*] .i. maritũ legitimũ.[*Quinque enim viros (legitimos) habuisti (successiue) & hunc quem habes*] modo. i. qui

Sapien. 16.
Eccle. 51.
Ioan. 8.
Genes. 29.
Psal. 102.
Matth. 5.
Psalm. 16.
Psalm. 35.
Eccle. 24.
1. Cor. 2.
1. Cor. 12.
1. Petri. 1.
Hiere. 17.
1. Petri. 2.
1. Cor. 2.
Genesi. 28.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iam putatur esse vir tuus legitimus,[*Non est tuus vir.*]Hoc videlicet,non habeo virum,vere dixisti. E
¶Posset hic disputatio lõga induci,quomodo intelligenda sint hæc.Mulier equidem ista fuit cũ adultero,quem tamen ipsa dixit esse suum maritum,& alij sic credebant,fuítque notoriũ in ciuitate Sichar quod mulier hæc fuit cũ viro isto,vt cõmuniter asserunt expositores. Dum ergo mulier dixit Christo, Non habeo virum,si per virũ intellexit virum legitimũ,publicauit propriũ crimen quod intẽdebat abscondere:si vero per virũ intellexit quemlibet masculũ,negauit quod erat notoriũ.Nõ ergo Christus dixisset,bene dixisti,non habeo virum. Ad hoc respondendum videtur,quod mulier more adulterarũ loquebatur sophistice,dicens,Non habeo virum,nomine viri intelligens virũ legitimum,& ergo verũ dicebat materialiter:sed nomine viri voluit Iesum intelligere quemlibet masculũ,vt ipsa continẽs crederetur,sicque mentiebatur formaliter,quoniã fallere satagebat,nec verebatur alieno veritatẽ abscondere,quem putauit secreta sua latere,móxque recedere.[*Dicit ei mulier,Domine video*]hoc est,ex reuelatione secretorũ meorum considero,[*Quia propheta es tu.*]¶Sed cum prophetia sit de futuris contingentibus,quomodo sequebatur Christum esse prophetam,quia præterita & præsentia occulta cognouit? Dicendum,quod licet prophetia propriissimè sumpta respiciat futurum contingens,est tamen,secundum Gregorium,etiam de præteritis & præsentibus diuina reuelatione patefactis.Mulier ista nũc cœpit cognoscere excellentiam Christi,videlicet quod esset propheta,sed nondum sciebat,quòd esset finis,impletor,ac dominus prophetarum:quoniã itaque vidit eum in diuinis illuminatum,proponit sibi quæstionẽ,vel potius obiicit sibi argumentũ ad probandũ errare Iudęos,qui dixerunt,quod in Hieru F
salẽ adorare oportet.[*Patres nostri*]videlicet Iacob & filij eius, & filij Israël egredientes ex Aegypto,
Genesi.33. [*In monte hoc,*]id est,in monte Garizim huic loco propinquo[*Adorauerunt,*]quãdo Iacob habitauit a-
Genesi.22. pud Sichem,quia in locis altis seu montibus orare & sacrificare solebant Iudęi & patres eorum, templo nondum constructo,secundum quod dominus dicit ad Abraham,Tolle Isaac & offer illum mihi super vnum montiũ quem monstrauero tibi.Sed & sex tribus Israël stabant in monte Garizim ad be-
Deute.3. nedicendum,& aliæ sex in monte Hebal ad maledicendũ,quemadmodum in Deuter.iusserat dominꝰ. Sed quomodo mulier ista nominat sanctos patriarchas patres suos,cum non esset de semine illorũ progenita?Samaritani quippe fuerunt natione Gentiles,quia Salmanasar rex Assyriorũ decem tribubus partim occisis,partímque captis ac translatis,posuit Medos in terra decem tribuum,qui cum deuorarentur à leonibus eo quòd deum Israël non colebant,misit eis rex Assyriorum vnum de sacerdotibus populi Israël,vt doceret eos legitima dei terræ Israël:quo facto,cœperunt colere dominum, recipientes duntaxat quinque libros Mosi,& idola sua non relinquẽtes.prout in libris Regum plenius recita-
4.Reg.18. tur. Dicendum quod mulier vocat illos suos seu Samaritanorũ patres, quia Samaritani sequebãtur cultũ & ritum illorũ in multis,& propter reuerentiam patriarcharum.[*Et vos(Iudæi)dicitis quia Hierosolymis est locus*]hoc est,templum in mõte Sion,[*Vbi adorare oportet*]id est,expeditius est quàm in mõte Gerizim.Iudæi autem non dixerunt quod oporteret de necessitate adorare in templo Hierusalem,quasi G
deus alibi non exaudiret,nam in synagogis suis orare consueuerunt:sed asserebant conuenientiorẽ locum orandi esse in Hierusalem:quod & verum fuit,quoniam deus specialiter elegit locũ illum pro cultu suo,præsertim ad sacrificãdum.[*Dicit ei Iesus,Mulier crede mihi*,]quẽ vides esse prophetã.Nisi enim
Esaiæ.44. credideritis non intelligetis,& accedentem ad deum necesse est credere.[*Quia veniet hora,quando neque*
Hebræ.11. *in monte hoc(Garizim)neque in Hierosolymis adorabitis patrem.*]Hoc intelligi potest dupliciter. Primò, q̃ conuersi ad christũ non adorarent patrem cælestem in prædictis locis eo modo quo ante,videlicet ęstimando quòd determinatio & distinctio locorum tam multũ prodessent ad effectum orationis obtinẽdum,sed spirituales effecti spiritualiter adorent,scientes quòd virtus & valor orationis nõ principaliter cõsistit in loco,sed animo.Secundo sic,veniet hora,&c.quod impletũ videtur tẽpore destructionis Hierusalem à Romanis,quia & tunc plurimi Samaritani crediderunt in Christũ,atque in ecclesiis adorare curabant.[*Vos(Samaritani)adoratis quod nescitis.*]Adorabant enim deũ omnium creatorẽ quem nesciebant,id est,male & falsè de ipso senserunt,putantes deũ esse corporeum,circũscriptum, & linea mentis corporalibus figuratum.Adorabant quoque & idola quę nescierunt,putantes aliquid diuinita
Psalm.95. tis illis inesse,quę plena fuerunt dęmoniis.[*Nos(Iudæi)adoramus*]quod scimus,id est,deum quem vere
Psalm.70. cognoscimus.Christus cognouit eum per speciem,cæteri per fidem.Notus enim in Iudęa deus.Cęteris enim nationibus ad diuersos errores ruentibus,remansit in populo Israëlitico vera cognitio dei. H
[*Quia salus ex Iudæis est,*]hoc est,ex populo Iudęorum Saluator mũdi incarnatus & ortus est:vel,salus ex Iudęis est,hoc est,saluatio gentiũ ex Iudęis depẽdet, puta à christi passione,& apostolorũ prędicatione.[*Sed venit hora, & nunc est,*]videlicet tempus euangelicę legis,[*Quando veri*]hoc est,fideles,syncери,atque deuoti,[*Adoratores adorabunt patrem*]id est,deũ trinum ac simplicẽ,cui dicimus, Pater noster
Matth.6. qui es in cælis.[*In spiritu*]hoc est,corde interno,in spirituali intellectu,in spiritu sancto,non solũ in locis determinatis,in grossa imaginatione,in proprio sensu,[*Et veritate*]id est,fide illuminata in vera iustitia ad dei honorem,& propter veram beatitudinem adipiscendã.Denique secundum Augustinum,patrẽ in veritate adorat,qui patrẽ æternum in nomine filij inuocat,hoc est deũ veraciter inuocare,id est
Psal.144. intus & ex corde vocare:quod quã salubre sit,pandit Psalmista dicendo,Prope est dominus omnibus inuocãtibus eũ in veritate.[*Nam & pater(cælestis)tales quærit*]id est,veros adoratores requirit & approbat.Vult enim nos esse tales,[*Qui adorent eum in spiritu & veritate,*]vt dictum est, cuius ratio subditur, [*Spiritus est deus*]id est,spiritualis,incorporalis & simplex essentia,vtpote actus purus,mẽs separata:est tamen honoratissimus intellectus,[*Et eos qui adorant eum*]adoratione latriæ,quæ soli deo debetur, [*In spiritu & veritate*]secundum sensum inductum,[*Oportet adorare,*]si debeant exaudiri.Actio quippe rationalis creaturæ per hoc cõplacet deo,quod per eã assimilatur atq; vnitur suo creatori.Per adoratio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A nem autem in ſpiritu & veritate factam, aſsimilatur & coniungitur deo. Per hanc enim ſimplificatur, & recte aſcendit in deum, tranſcendendo cuncta terrena, omnéſque diſtractiones, & ſeipſum pure eleuando in creatorem. Vnde oratio, dicitur aſcenſus mentis in deum. quaſi dicat Saluator, ſi deꝰ localis, corporalis, materialísve eſſet in propria natura, adorandus eſſet in determinatis locis duntaxat & rudibus phãtaſiis. Nunc verò cum ſit ſpiritus ſimpliciſsimus, in interiori adorandus eſt templo, vt anima rẽ deat ad ſeipſam, & collecta, atque in deum forti ſtabilitatè erecta inuocet deum, quẽadmodum in Eccleſiaſtico legitur, Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo tentans deũ. Hinc dicit Apoſtolus, Si orem lingua, mẽs mea ſine fructu eſt, quid ergo? orabo ſpiritu, orabo & mẽte. Itaq; non vaga & huc illucq; diſcurrẽte mẽte imploranda eſt gratia dei, vt omni cuſtodia cuſtodiat orãs cor ſuũ, occaſiones euagationum vitando, & cũ feruore incipiendo, quod nõ eſt modice laborioſum: ſecundũ quod Abbas Agathon dixit, Non eſt labor ſicut orare deum. Porrò Saluator dicẽdo, veri adoratores, innuit eſſe quoſdam adoratores falſos, videlicet qui vel male ſentiunt de deo, ſicut hæretici, vel propter humana præconia, ſeu carnalia commoda, aut temporalia lucra orant, ſicut hypocritæ, vel deum quem orando honorare videntur peſsimis moribus inhonorant. de quibus deus ait per Eſaiam, Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum lõge eſt à me, propter quod in vanũ colunt me. iſti nõ exaudiũtur. Qui enim declinat aurem ſuam ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. [*Dicit ei mulier, ſcio*] ex communi fama vel authoritate ſcripturę, [*Quia Meßias venit*] id eſt, mox vẽturus eſt, [*Qui dicitur Chriſtus.*] Samaritani nanq; nouerant, vt in Geneſi prædictum eſt, Non auferetur ſceptrum de Iuda, &
B dux de fœmoribus eius, donec veniat qui mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Quoniam ergo viderunt iam regnum à ſemine Iudæ ablatum, atque Herodi Aſcalonitæ alienigenæ datum, poterant ſcire quòd tẽpus aduentus Meſsiæ inſtaret, & hoc erat tunc publica fama apud Iudęos, vnde miſerunt ad Ioãnem ſciſcitantes, an eſſet Chriſtus. [*Cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia*] id eſt, certificabit nos de quęſtionibus vniuerſis, & cæteris ad ſalutem ſpectantibus, quaſi diceret mulier iſta, Tunc pleniùs inſtruemur de omnibus iſtis. Omnes autem Iudæi & cæteri de Chriſto aliquid loqui ſcientes, expectabant eum, quaſi ſapientiſsimum magiſtrum, ſummúmque prophetam. [*Dicit ei Ieſus,*] dominus inæſtimabilis dignationis, [*Ego ſum (Chriſtus) qui loquor tecum.*] quoniã enim Ieſus vidit hanc fœminam de cognitione diuinorum ſolicitam, reuelauit ei ſeipſum. [*Et continuo venerunt diſcipuli eius*] redeũtes de ciuitate Sichar, in qua emerant eſcas, vt venientes manducarẽt cum Ieſu ſupra puteum, vt opinor, prout ſolent pauperes facere. [*Et mirabantur quia cum muliere loquebatur.*] Nihil mali ſuſpicabantur, ſed mirabãtur vel magnitudinem dignatiõis Chriſti, quòd cũ muliere infideli tã familiariter cõferebat, vel quia cõſuetudinem loquendi cum mulieribus ſeorſum ac priuatim non habebat. [*Nemo tamen (ex diſcipulis) dixit,*] Chriſto [*Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?*] Propter reuerentiam enim magiſtri ſui nil tale dixe
C runt, certi quòd non ſine ratione affatus fuit hanc fœminam. [*Reliquit ergo hydriam ſuam mulier*] ad puteum. Præ admiratione enim eorum quæ audiuit, & dilectione quam concepit ad Chriſtum, qui eã tã dignanter ac dulciter fuerat allocutus, quod Iudæi non feciſſent: præ deſiderio quoque ſalutis populi ſui, oblita eſt aquã corporalem ſecũ deferre, aqua ſapientiæ deguſtata. [*Et abyt in ciuitatem (Sichar) & dicit illis hominibus*] ſuis conciuibus, [*Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcũque feci*] hoc eſt, opera mea præcipua: vel mulier dicit hoc per hyperbolẽ, ſeu exceſſum, ad innuendũ quòd chriſtus dixit ſibi multa occulta de ſuo ſtatu. Homines enim in admiratione magna poſiti & amore accenſi frequenter per exceſſum loquuntur, non intẽdentes aliquid falſi aſſerere, ſed rei magnitudinem aperire. [*Nunquid ipſe eſt Chriſtus?*] tanquã dicat, videtur per tantũ miraculũ quod fic. ¶ Mulier iſta impleuit quod ad
monet Petrus dicendo, Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrũ illam adminiſtrantes. & talẽtũ ſibi conceſſum ſtuduit fructuoſe expendere. Ad literã quoque reliquit hydriã ſuam, quia intendebat ſtatim reuerti, & plenius informari. ſic & nos dũ illuminationẽ & gratiã Chriſti experimur, hydriam noſtram, id eſt, ventris curam, voluptatẽ, omnémq; terræ ſubſtantiam paruipendere vel abiectare debemus, alióſque ad ſimilem gratiã pro poſſe adducere. Vnicuiq; enim mãdauit deus de proximo ſuo, quẽ admodũ in Eccleſiaſtico legitur. [*Et exierunt de ciuitate*] habitatores eius, nouitate rei permoti, & ad credendum diſpoſiti, [*Et venerunt ad eum:*] ſic & nos ſalutaribus exhortationibus acquieſcere par eſt, quo
niã egeſtas & ignominia ei, q deſerit diſciplinã, vt ſcribitur in Prouerb. [*Interea*] id eſt, inter hæc, vtpo
D te inter receſſum mulieris, & Samaritanorũ acceſſum, [*Rogabant eum diſcipuli eius dicẽtes, Rabbi, manduca.*] cõpatiebantur enim fatigationi ſui magiſtri, & propriæ fami conſulere quæſierunt. Ipſi nanque eſuriebant, & quia non præſumebãt comedere niſi magiſtro iubente, incipiente, & eſcam benedicente, idcirco rogabãt vt mãducaret. [*Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare*] id eſt, ſpirituali alimonia animã meam reficere, ſcilicet opere virtuoſo, quod mentem alit atque delectat: quemadmodũ ſcriptũ eſt, Cibabit illũ pane vitæ & intellectus. [*Quem vos neſcitis,*] qui nondum cognoſcitis myſteria mea. [*Dicebant ergo diſcipuli,*] verba magiſtri de materiali cibo intelligẽtes, [*Adinuicem.*] quia ex reuerentia quam habebãt ad magiſtrum ſuum, non audebant faciliter alloqui eum. [*Nunquid aliquis attulit ei manducare?*] Nouerant ſiquidem quod nihil alimenti attulit ſecum. Non mirũ quod mulier non intellexit verba chriſti de aqua, cum diſcipuli non intellexerint verba eius de eſca. [*Dicit eis Ieſus*] ſeipſum exponẽs plane & cito, non per ambages atque circuitum quo loquutus fuit ad fœminam. Diſcipulis enim tanquam familiaribus patefecit myſteria, cæteris tanquam extraneis loquebatur obſcurius. [*Meus cibus,*] præcipuus, id eſt, in quo magis quàm in corporali cibo delector & recreor, [*Eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me*] .i. facere opera deo patri placentia, [*Vt perficiam opus eius,*] ſingulare & maximũ, id eſt, hominũ conuerſioni intendam, atque humani generis liberationẽ cõſummem, de quo opere ait infra Saluator, Opus conſummaui quod dediſti mihi vt facerem. ¶ Hic docuit nos Chriſtus ſuo exemplo, vt ſpiri-

Pſalm. 10. Eccle. 18. 1. Cor. 14. Prouer. 4. Eſaiæ. 29. Matth. 15. Marc. 7. Prouer. 28. Gene. 49. Ioan. 1. 1. Petri. 4. Eccle. 17. Prouer. 13. Eccle. 15. Ioan. 17.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tualem refectionem aliorum proprię corporali refectioni præferamus, potiúsque eſcam cordis q̃ cor- E
poris requiramus. Loquitur autẽ ſcriptura de cibo multiplici, vtpote de cibo ſeu pane beatorũ regnan
tium, qui eſt ipſa diuinitas vel eius fruitio, qua dulciſsime atque firmiſsimè ſuſtentãtur comprehenſo-
Luc.22. res. Vnde in Luca loquitur Chriſtus diſcipulis, Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno. Et alibi ſcriptum eſt, Beatus qui manducabit panem in re-
Lucæ.14. gno dei. Secũdò, de cibo ſacramentali: iuxta illud, Caro mea vere eſt cibus. Tertiò, de cibo internę con
Ioan.6. punctionis, vt eſt illud, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Itémq;, Cibabis nos pane la-
Pſalm. 41. chrymarum. Quartò, de pane bonæ ac meritoriæ operationis, vt habetur in Eccleſiaſtico, Ante obitũ
Pſalm.79. tuum operare iuſtitiam, quoniã non eſt apud inferos inuenire cibos. Quintò, de pane corporalis refe-
Eccle.14. ctionis. Deinde oſtendit Chriſtus per ſimile, quod iam adfuit tempus prædictæ operationis, videlicet conuerſionis hominum, [*Nónne vos dicitis, quatuor menſes*] lunares, quibus vtuntur Iudęi in cõputando, [*Sunt*] id eſt, reſtant, [*Et meſſis venit*] id eſt, antequam corporalis vſualíſque meſsis ſeu frugum collectio impleatur. [*Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia iã albæ ſunt ad meſſem.*] Si adhuc quatuor menſes reſtabant ad meſſem, palam quod verba iſta nõ poſsint de corporali meſſe intelligi. Eſt igitur ſenſus, Leuate oculos veſtros mentales. i. corda conſiderando erigite, & videte regiones, id eſt, habitatores terræ interiori viſu aſpicite, quia iã albę ſunt ad meſſem, id eſt, tempus eſt vt congregentur in horreum meum, & perducantur ad fidẽ. Nunc enim venit tempus miſerationis & gratiæ: poteſt autẽ F
ſpecialiter referri ad Samaritanos Chriſto propinquantes, qui diſpoſiti erãt ad fidei receptionem, quaſi dicat Saluator, Iſtos Samaritanos coniunctosque peccatores oculo compaſsionis aſpicite, & magis curate vt eorum cõuerſioni quàm corporali comeſtioni intendam. Dicitur vero collectio hominum meſſis, per ſimilitudinem: quemadmodũ enim in meſſe colliguntur fructus terræ in areã, ſic electi congregantur intra eccleſiam. Inſuper aduertẽdum, q̃ ſcriptura loquitur de duplici meſſe ſpirituali. Vna, qua
Matth. 9. homines ſpiritualiter cõgregãtur per fidẽ & gratiã intra eccleſiam militantem. Vnde in Matthęo habetur, Rogate dominum meſsis, vt mittat operarios in meſſem ſuã. Alia eſt meſsis, qua electi colliguntur
Matth.13. per glorioſam reſurrectionem intra eccleſiam triumphantẽ ac patriã, de qua ait Chriſtus in Matthæo, Meſſores ſunt angeli, meſsis vero cõſummatio mundi. ¶ Deinceps ſubditur de mercede meſſorum prima meſsis, videlicet de præmio doctorum & prædicatorũ, [*Et qui metit,*] hoc eſt, falce ſeu verbo prædicationis homines ad fidem gratiámque inducit, [*Mercedem accipit,*] vtpote gloriã regni cæleſtis, præmium eſſentiale, quod eſt viſio dei, atque aureolam quę martyribus, virginibus, & doctoribus eſt promiſſa, [*Et cõgregat fructũ*] hoc eſt ſpirituales filios ſua prædicatione conuerſos, [*In vitam æternam,*] quia ad eam finaliter dirigit eos. Vel cõgregat fructum, hoc eſt, meritum copioſum, pertingens in vitã æternam, quæ eſt finis & præmium. Omnium quippe diuinarum perfectionũ altiſsima eſt dei cooperatorem exiſtere, in reductione hominum ad ſuum principium, finémque vltimum, ſecundum Dionyſiũ:
Daniel.11. de quorũ præmio ſcriptũ eſt in Daniele, Qui multos erudiunt ad iuſtitiã, fulgebũt quaſi ſtellæ in perpetuas ęternitates. [*Vt & qui ſeminat*]. i. chorus ſanctorũ patriarcharũ, & veterũ prophetarũ, qui primo ceperunt verbũ dei in cordibus hominũ ſeminare, atq; principia fidei tradere. In qualibet enim facultate ſeminat, qui dat prima principia, ſecundum Originem. [*ſimul gaudeat (. i. cum electis & a ſe conuerſis in cælo lætetur) & qui metit*]. i. chorus Apoſtolorum & prædicatorũ, qui homines ad fidẽ diſpoſitos ex doctrina patriarcharum ac prophetarum, ad fidem catholicã & chriſti gratiam ſuis ſermonibus perduxerunt, etiam cũ patriarchis in cælo exultent. [*In hoc enim (hoc eſt, in facto iſto ſpiritualis meſsis) eſt verbum verum*] hoc eſt, verificatur, & locum habet illud commune prouerbium, quo vtebantur Iudæi, dicendo, [*Quia (hoc eſt, quòd) alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit.*] Hoc dicebant de meſſe corporali, quãdo alius ſeminauit, ſed alius fructum collegit: quod & in ſpirituali meſſe interdum contingit, vt dictũ eſt: non tamẽ ſemper fit ita, imò ſicut in corporali meſſe ſæpe idem eſt ſeminator & meſſor, ſeu fructus p ceptor: ſic in meſſe ſpirituali frequenter idem eſt qui ſeminat, inchoando cognitionem fidei Chriſtianæ in aliquo, & qui metit perducẽdo eum ad plenam conuerſionẽ. Sic enim gloriatur Apoſtolus Pau
Roma.15. lus ad Romanos ſe prædicaſſe Chriſtum, vbi ante non fuit annunciatus, ne ſuper alienum fundamentum fabricare videretur. Sed quantum ad Iudæos, qui Moyſen & prophetas receperunt, & quantum ad Samaritanos Moyſen recipientes, tenet verbum Chriſti, quia in illis priores ſancti ſeminauerunt, apoſtoli vero meſſuerunt. [*Ego miſi vos metere*] hoc eſt, ad fidẽ colligere, [*Quod non laboraſtis,*] hoc eſt, po H
pulum Iudæorum quem veſtris prædicationibus, ſcripturis, & laboribus non diſpoſuiſtis ad fidei recęptionem. [*Alij laborauerunt*] hoc eſt, prædicti ſeminatores patriarchę, ac vates non ſine labore, populũ Iudęorũ ad Chriſti receptionem prępararuerũt, prænunciando eius aduentum, docendo vnius dei cultum, & vitia populi extirpando. [*Et vos in labores eorum introiſtis,*] hoc eſt, populũ ab illis ſanctis prępara
Actu.2. tũ, cultũ, & doctum conuertiſtis: quod dictum eſt pro toto tempore quo apoſtoli in Iudæa prędicauerunt. Non enim tot milia Iudæorum conuertiſſent, & ſpiritualiter poſſediſſent, niſi per ſcripturas prophetarum ac patriarcharum diſpoſiti fuiſſent ad Chriſtianæ fidei ſuſceptionem. Vnde & Petrus in die pentecoſtes, allegando Ioëlem, conuertit tria milia Iudęorũ. ¶ Poſtremò, quamuis prædicatio Apoſtolorum fuit meſsio, reſpectu prędicationis præcedentium patrum, fuit tamẽ ſemen & ſeminatio per cõ
parationẽ ad fidẽ, & opera meritoria auditorũ, & etiam quo ad propriam remunerationem in patria:
2.Cor.9. ſecũdum quod dicit Apoſtolus, Qui ſeminat in benedictionib⁹, de benedictionibus metet vitam ęternam. [*Ex ciuitate autem illa*] nomine Sichar, [*Multi crediderunt in eum Samaritanorum (credentes quod eſſet Chriſtus) propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci:*] quod nõ potuit fieri virtute humana. [*Cũ veniſſent ergo ad illũ Samaritani, rogauerũt eũ, vt ibi maneret*] in Sichar. cupiebãt enĩ pleni⁹ informari de fide à chriſto. [*Et mãſit ibi duos dies.*] ¶ cur chriſt⁹ qui cœpit facere & docere, ibi ſic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A manſit inter Samaritanos tam diu, cum dixerit alibi, In ciuitates Samaritanorum ne intraueritis? Dicendum, quòd Chriſtus legiſlator non fuit ſub lege hac generali. Cœpit autem facere & docere, ea quę ad præcepta ſpectant moralia. Item, quod modicum eſt, pro nihilo reputatur. chriſtus vero non fuit multum cum Samaritanis. [*Et multo plures (ex Samaritanis) crediderunt, propter ſermonem eius*] tanquam ob cauſam perſuaſoriam ad fidem aliquo modo inducentem. Erat enim docens ſicut poteſtatem habēs, quia diffuſa eſt gratia in labiis eius. Propter ſapientiam igitur relucentem in verbis Chriſti, & efficaciſsimā eloquentiam eius crediderunt in eum. Nunquam enim ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquebatur. [*Et mulieri (Samaritanæ) dicebant, quia iam non propter tuam loquelam,*] id eſt, teſtimoniū oris tui [*Credimus*] tanquam propter cauſam ſolam ſiue præcipuam. Nihilominus crediderunt etiam propter teſtimoniū eius, ſed non propter hoc ſolum aut principaliter. [*Ipſi enim audiuimus*] id eſt, audiendo verba eius ſapiē tiſsima conſiderauimus, [*Et ſcimus,*] id eſt, certe cognoſcimus. Quamuis enim maior ſit certitudo euidentiæ in ſcientia quàm in fide, tamen maior eſt certitudo adhęrentiæ in fide quā in ſciētia. Fides quoque innititur certiori fundamento, videlicet increatæ & incommutabili veritati: ſcientia autem naturali rationi, quæ frequenter decipitur. [*Quia hic eſt vere Saluator mundi*] hoc eſt, vniuerſalis redemptor totius generis humani. Nouerant enim Samaritani ex libris Moſi, humanum genus à paradiſo expulſum propter originale peccatum, à quo liberari indigebat per Chriſtum. [*Poſt duos autem dies*] quibus manſit cum Samaritanis in ciuitate Sichar, [*Exyt inde,*] quia iam roborati erant in fide, [*Et abyt in Galilæam.*]

Aliqui tamen dicunt, quòd diuertit à Nazareth in qua erat conceptus, nutritus, ac demoratus. Voluē
B runt enim eum conciues ſui præcipitare, vt dicit Lucas. Vnde ſubiungitur, [*Ipſe enim Ieſus teſtimoniū perhibuit, quia propheta in ſua patria honorem non habet.*] quaſi dicat Euāgeliſta, Ideo receſsit à Nazareth, quia ſpreuerunt eum contribules ipſius. Alij vero affirmant oppoſitum, & quod ait, Non eſt propheta ſine honore, referunt ad tempus prēteritū, quando habitatores Nazareth ſpreuerant eum, quoniam nondū viderant ſigna eius, quę poſtmodum in Hieruſalem conſpexerunt, ſicut patebit. ¶Porrò quod dicit, Non eſt propheta, &c. Marcus plenius recitat hoc modo, Non eſt propheta ſine honore, niſi in domo ſua, in cognatione ſua, & in patria ſua. Quod nō eſt intelligendum pro omni tempore & ſingulis compatriotis. Interdum enim propheta ſeu alius quicunque excellens, à ſuis cōpatriotis cōtemnitur, & interdum ab eis honoratur, vt patet de Eſaia, quem Hieroſolymitæ tempore Ezechiæ honorauerunt, tēpore vero Manaſſes ſpreuerunt & occiderunt. Sed hoc vniuerſaliter verum eſt, quod conterranei atq; conciues com muniter proniores ſunt ad contēnendum prophetam, ſeu alium eminētem inter eos natum, & conuerſatū, quā extranei, quod certum eſt oriri ex ſuperbia atque inuidia: quoniā homines male ferre poſſunt, ꝙ cōpares ſui eis prę ferantur, & concipiunt excellentiā illorum quaſi minoratiuā pro prię dignitatis, ita ꝙ comparatione illorū viliores videntur & minus reputantur, de quo dolēt, & ad de
C trahendū aut perſequendū prouocantur. Compatriotę quoque melius ſciunt mutuam imperfectionē quàm alij, & vbertim conuertunt oculū mentis ad conſiderandū alios, ſecundū id quod erant tempore pueritiæ, vel quando eos non excellebāt. Sed vera charitas exigit, vt de perfectione & gratia compatriotarum, domeſticorum, & vicinorū, amplius gaudeamus, eóſque, imò deum in eis, puta in donis ſuis veneremur. [*Cum ergo veniſſet (Ieſus) in Galilæam (patriam ſuam) exceperunt eum*] Galilæi cū honore, cuius ratio ſubditur, [*Cum omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto,*] videlicet multa & magna miracula quæ fecit in Hieruſalem in feſto paſchali, vt dictū eſt in Ioanne. Propter quæ credidit Nicodemus & dixit, Nemo poteſt hęc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo. Quomodo autē Galilęi viderunt hęc ſigna, ſubiungitur, [*Et ipſi enim (Galilæi) venerunt ad diem feſtum*] paſchę, quando Ieſus operatus eſt illa. Tenebātur enim prę cipue in ſolēnitate paſchali oblationem facere in templo Hieruſalem. [*Venit ergo Ieſus iterum in Chana (villa) Galilææ*] prouincię, [*Vbi fecit aquam vinum,*] vt dictū eſt ſecundo capite. Secūdum Auguſt. & Bedam Galilęi acceperunt Ieſum cum honore quodā ſuperficiali, non ex dilectione vel fide, ſed curioſitate, propter ſigna prædicta: alij tamen aliter ſentiunt.

Act. 1. Matth. 10. Act. 1. Matth. 7. Pſalm. 44. Ioan. 7. Fides prīmæ veritati adhęret. Geneſis 1. Lucæ. 4. Matth. 13. Mar. 6. 4. Reg. 20. Ioan. 2.

¶Proſequutio huius capitis, [*Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur.*]
Articulus duodecimus.

D [*Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.*] In hac enim ciuitate, quæ fuit
E metropolis Galilææ, habitauit Regulus iſte cum filio ſuo febricitāte. Denique ſecundum Bedam, Regulus iſte vocatur diminutiue quaſi paruus rex. Chryſoſtomus vero dicit, quod non erat paruus rex, ſed Regulus nominatur, quoniam regiæ ſtirpis erat: alij dicūt quòd vocatur Regulus, quia officialis erat Cæſaris, deputatus ad cuſtodiam vrbis Capharnaum, quos ſequitur quidam, reprobans dictum Bedæ per hoc quod Romani volentes frangere ſuperbiam Iudæorum, abſtulerunt eis regiam dignitatem, ita quòd pro tunc nullus rex fuit in Iudæa. Sed iſtud non videtur reſolutum. Herodes enim ſub quo natus eſt Ieſus qui occidit infantes, rex fuit, vt dicitur in Matthæo. Similiter Herodes qui decollauit Ioannem, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, dicitur rex apud Matthæum & Marcum, & tamen regnauerunt in Iudæa. Quemadmodum ergo nominati ſunt reges, ſic iſte Regulus dici poſſet. Abſtulerunt autem Romani regiam dignitatem à Iudæis, quantum ad hoc, quod nullus de ſemine eorum regnauit, ſed alienigenæ. Romani quoque iuſſerūt, vt ſine eorū conſenſu nullus aſſumeret nomē regis, propter quod infra habetur, Omnis qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Quicquid autem horum dicatur, certum eſt, quod regulus iſte fuit excellens perſona, vnus de principalioribus terræ. [*Hic (regulus) cū audiret quod Ieſus aduenīret a Iudæa (per Samariā) in Galilæā.*] Iā enim famoſus factꝰ fuit Ieſus ꝓpter miracula ſua, & ꝓpter baptiſmū, quo per ſe & ꝙ diſcipulos baptizauit, itēq; ꝓpter Ioānis Baptiſtę

Beda. Chryſoſt. Matth. 2. Matth. 14. Marc. 6. Ioann. 19.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

M 1.3. stificationem,ideo fama eius præcurrebat eum.Vnde in Matthæo legitur,Quia abiit opinio eius in to E
tam Syriam,quæ vtique fuit grande regnum.[*Abyit ad eum(in Chana Galilææ,vbi repperit Christum)& ro
gabat eum,vt descenderet*] in Capharnaum, quæ fuit in situ basiori q̃ Chana,[*Et sanaret filium eius*] quẽ
H oræ.1. putauit non posse sanari à Christo,nisi corporaliter præsente.Nõdum enim agnouit Iesum esse verũ
I . .102. deũ,vbique prẽsentẽ,& quod angeli sancti eius essent ministri,quorũ ministerio potuit omnes ẽgros
M t h.8. curare:quod cognouit venerabilis ille Cẽturio,qui dicebat,Domine,nõ sum dignꝰ vt intres sub tectũ
meum,sed tãtũ dic verbo,& sanabitur puer meus,&c.[*Incipiebat enim mori.*]Hoc dicit Euangelista.Pri
mo,ad insinuãdũ,cur regulus tãtũ festinauit ad Iesum,eúmq; tam obnixe deprecabatur.Secũdo,ad o-
stendendũ miraculi magnitudinẽ,quia eiusdem potentiæ est mortuũ suscitare,& letali infirmitate la-
Beda. borantẽ seu agonizantem sanare.[*Dixit ergo Iesus ad eum,Nisi signa(.i.miracula diuinæ potentiæ ostensiua)&
prodigia*]hoc est,miracula aliquid in longum & posterum indicantia,secundum Bedam.Vel potius mi
racula,virtutem diuinam procul à sensu positam signantia,[*Videritis,non creditis*] me esse omnipotentẽ
filium dei,qui corporaliter absens,secundum diuinitatem omnia impleo,& cuncta vbiq; facere queo.
Hiere.23. Occasione huius verbi Augustinus dicit,quod regulus iste accesit ad Christum,non credens,sed ten
Gregor. tans,volens experiri,quis,aut qualis esset, & quantum posset. Gregorius vero dicit oppositum,puta
quod credidit, alias filio suo non peteret sospitatem.Cur ergo dicitur ei,Nisi signa videritis non credi
tis?Respondet Gregorius,quod aliquid credidit,scilicet Iesum posse ægrum sanare,& aliquid non cre F
didit,scilicet quod absens posset hoc facere. ¶Porrò,secundum Theophilum, regulus iste interfuit
nuptiis,in quibus aquam mutauit in vinum,ideo credidit Iesum posse agonizanti succurrere. Hoc ta-
men non apparet aliis probabile,quoniam nuptiæ illæ pauperum erant,nam & vinum defuit ibi,& se-
Iosue.2. cundum Hieronymum,Ioannes euangelista extitit sponsus.Regulus autẽ iste potens valde prẽcipuus
Hieronymus. fuit in populo:vnde potius reor quòd illud miraculum factũ in nuptiis percepit auditu, propterea cõ
cepit fiduciam orandi pro salute filij sui.¶Denique cum dicat Apostolus,Iudæi signa quærunt, Iesus
1.Cor.1. nunc ait,Nisi signa & prodigia videritis,nõ creditis.idcirco author scholasticæ historiæ dicit, quod re
gulus iste creditur fuisse de plebe & semine Iudęorum:quod alij non concedunt.[*Dicit ad eum regulus,
Domine descende priusquam moriatur filius meus.*]Imperfectio fidei reguli eluescit,non tantum in hoc q̃
corporalem christi prẽsentiam credidit necessariam,sed etiã quia non cogitauit vel credidit,quòd pos
set suscitare defunctum:nempe sic orat,Descende priusquã moriatur filius meus,quasi putet q̃ mor-
tuum etiam descendendo ad eum,suscitare non posset.[*Dixit ei Iesus,Vade,filius tuus viuit*] vita naturali
& conuenienti,id est,in hoc momento,me operante atque secundum corpus absente sanatus est.[*Cre
didit homo sermoni quem dixit ei Iesus,& ibat*]ad filium suũ.Iam merito regulus appellatur homo,id est,
vtens ratione,ac rationabiliter agens,dum credit Christo,& voci eius obedit,eundo non solum gressi
bus corporis,sed & mentis profectu proficiscens,videlicet ab imperfecta fide,ad fidem perfectam.
[*Iam autem eo descendente,serui occurrerunt ei,& nunciauerunt ei dicentes,quia filius eius viueret,*]id est,incolu G
mis esset.¶Tribus de causis obuiauerunt serui hi regulo. Primò,vt bonum nuncium apportando eũ
2.Reg.18. lętificarent,quem tristissimum putauerunt:serui quippe optantes amari à dominis suis,libenter annũ
ciant læta ac prospera:sicut patet de Chusi & Achimaas,qui exercitu Dauid prævalente,& Absolone
Origenes. occiso,cupiebant regi Dauid hoc nunciare.Secundo,vt veritatem rei domino suo intimãtes,eum ab i-
tineris labore releuarent.Tertiò,secundum Origenem, quoniam filio iam sanato putabant præsentiã
Christi superfluam,quem cum regulo putabant venturum.[*Interrogabat autem(regulus)horam ab eis(vi-
delicet seruis sibi occurrentibus)in qua melius habuerat*]filius eius. Hoc quæsiuit,vt certior fieret de veritate
miraculi,ne forte filius suus à casu,vel naturali causa esset sanatus.Tamẽ,si ante sciuit quòd filius suus
letaliter infirmabatur,scire potuit,quòd non valuit naturaliter reparari. Idcirco forte horã quæsiuit,
vt alios præsertim domesticos suos solidaret in fide.[*Et dixerunt ei,Quia heri hora septima reliquit eum(su
bito & perfecte)febris*]mortifera,intantum quod postea nullum signum pristinæ infirmitatis in ipso ap
Matth.6. paruit:sicut socrus Petri febricitans,à Christo sanata,mox surrexit,atque ad mẽsam ministrauit,quod
in febricitantibus sanatis naturaliter non cõtingit.[*Cognouit ergo pater*]filij iam sanati,videlicet regulus,
cuius proprium nomen non explicatur.Regulus nempe est nomen officij vel dignitatis,non personę.
[*Quia illa hora(videlicet septima)erat,in qua dixit ei Iesus,Filius tuus viuit.Et credidit ipse(Iesum esse Christum fi
lium dei)& domus(id est,familia)eius tota,*]seu omnes sibi cohabitantes.Ex consideratione enim horę co H
gnouerunt quòd Iesus etiam corporaliter absens,supernaturaliter operari curaréque posit,& nõ qua
litercunque,sed excellentissimo modo,vtpote solo verbo,nutu,atq; imperio,quod non conuenit purę
creaturę.¶Veruntamen,non videtur quibusdã quod explicite credidit Iesum esse filium dei naturalẽ
deum verum,deũ & hominẽ.Ad talem enim credulitatem homines tunc nondum tenebantur com-
Matth.15. muniter:sed sicut centurio stetit sub cruce viso terræmotu & his quæ fiebãt,& quia Iesus sic clamans
expirasset,credebat,Vere(inquiens)hic filius dei erat,sic credidit regulus iste.credebant nanque,quod
Iesus esset sanctus homo,magnus propheta,saluator mundi,filius dei:& hoc totũ sic erat,sed vltra nõ
determinabant an esset filius naturalis vel adoptiuus.Quidam præterea putauerunt quod regulus iste
fuit ille Centurio,cuius puerum christus in capharnaum curasse describitur.Sed nõ est sic existiman
dũ.Primò,quoniã puer Centurionis laborat paralysi,iste filius febribus tabescebat.Secũdo,quoniã il-
Matth.8. le fuit seruus secundum Lucam,iste filius fuit secundum Ioãnem. Tertiò,quoniam centurio rogauit
Luc.7. Iesum in capharnaum existentem secundũ Matthęũ,Regulus vero rogauit eum in Chana. Quartò,
quia Regulo tanquam defectuoso in fide dicitur,Nisi signa videritis non creditis. centurionis autem
fides excellentissimè cõmendatur, christo dicente,Non inueni tantã fidẽ in Israël. Quinto,quia cen
turio christi maiestatẽ intelligẽs,dixit,Domine nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ.Regulus ecõ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A trario ait, Domine deſcende priuſquã moriatur filius meus. Sexto, quia ad ſeruum Centurionis ire paratus fuit Saluator dicendo, Ego veniã & curabo eum: ad filium vero Reguli ire non acquieuit. Quoniam ergo filius dei venit in mundum oſtendere nobis viam aſcendendi in cælum per veram humilitatem, idcirco obtulit ſe paratum proficiſci ad famulum Centurionis, ad filium vero Reguli ire nõ voluit: non vtiq; ex contemptu perſonæ, ſed vt doceat nos, ꝙ alia ſunt iudicia dei, atque alia iudicia hominum: & vt potius penſemus in hominibus naturam qua ad dei imaginẽ facti ſunt, quàm accidentalia bona, quibus in hoc mundo præfulgent: item ne dedignemur abiectas viſitare perſonas, & vt agno ſcamus, quòd tanto quis à deo plus reputatur & ſublimatur, quanto ab hominibus magis deſpicitur. Hinc ſcriptũ eſt, Quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt ante deum. De hoc multa conſcripta ſunt in canonica Iacobi, quorum hoc vnum eſt, Nónne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide? Lucæ. 16. Et illud, Si perſonas accipitis, peccatum operamini. Veruntamen ſecularis poteſtas aſpernanda non Iacobi. 2. eſt, ſed honoranda, dicente Apoſtolo, Non eſt poteſtas niſi à deo, & qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Vnde quantum ad exteriorem reuerentiam magis honorare oportet prælatos ac principes, rectores & officiales, quam perſonas priuatas ac inopes: ſed quantum ad reuerentiam interiorem Secularis
B cæteris paribus, poſſumus plus honorare, hoc eſt, reputare ac beatificare abiectos, egenos & ſimplices, quam ſublimes, quia ſimiliores ſunt Chriſto, & eorum eſt regnum cęlorum. Præterea, de moralitate huius euangelicæ lectionis multa dici poſſent, & plurima dicta ſunt: nec opus eſt ea quæ ab aliis pleniſsime dicta ſunt, huic loco inſerere atque repetere, ſed breuem tangam moralitatem, quę videtur Roma. 13. congruenter poſſe aptari. Itaque per Regulũ deſignatur ſpiritus rationalis ſeu intellectus, qui in regno animæ præſidet, omnéſque potentias dirigit & gubernat: qui potius dicitur Regulus quam rex, quia in ordine intellectualium eſſentiarum tenet infimum locum, intantum vt naturaliter ſit vnibilis corpori. Vnde, ſecundum philoſophos, ſicut ſe habet materia prima in genere entium, ſic anima rationalis in ordine intellectualium ſubſtantiarum. Filius huius Reguli, eſt ſpeculatiuus intuitus diuinorũ, qui eſt velut verbum, proléſque mentis, qui infirmatur in Capharnaũ. i. in ſenſualitate & carne mortali multipliciter obfuſcatur, impeditur, interrumpitur, deficit, langueſcit, quoniam deprimit terrena habitatio ſenſum multa cogitantem. Et ſecundum Apoſtolum, inuenitur alia lex in membris noſtris Sapien. 9.
legi mentis repugnans, intantum quod actus interioris hominis propter ardorẽ ſenſualis concupiſcẽ- Roma. 7.
tiæ, cæteráſque paſsiones quaſi febricitet. Accedat ergo Regulus iſte humili, affectuoſa, iugíq; prece 1. Corin. 3.
ad Chriſtum, dei ſapientiã & virtutem, vt filium ſuum à prædictis incõmodis curet, auferendo ab anima obſtacula contemplationis cęleſtium, impedimenta amoris feruidi diuinorum, omnémque inſtabi
C litatem & paſsionum inordinationem ac impetum, quatenus reuelata facie gloriã domini ſpeculetur. Et vtique, cum intellectualitas noſtra ſit naturaliter tam imperfecta, obſcura, atque fallibilis, indigemus continuo, clementiſsimóque diuinæ bonitatis ſuccurſu, quatenus nec ad momentum relinquamur à deo & gratiæ eius influxu, ab illuſtratione diuinæ ſapientiæ, ab inflammatione ignis ſpiritus ſancti, à conſeruatione poteſtatis ſupremæ: alias intellectus noſter errabit, voluntas frigeſcet, memoria quoque nutabit, & pleni erimus calamitate, paſsionibus, diſtractionibus & peccatis. Qui iſta intelligit Galat. 6.
ac perpendit nequaquam gloriatur in ſeipſo, non de ſeipſo præſumit, aliis ſe non præfert, pẽſans illud Apoſtoli, Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. & quod apud Hieremiam legitur, Scio Hiere. 10.
domine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Petat ergo Regulus iſte ſeu intellectus noſter, vt ipſemet Chriſtus deſcendat ad ſanandum filium ſuum, videlicet actum intellectualem: quoniam peccata auferre, gratiam dare, in voluntatem directe immediatéque agere, ſolius eſt dei. Nec curet ſi ſibi dicatur à Chriſto, niſi ſigna videritis, non creditis: quoniam fides quamuis ſufficiens ſit, tamen per experientiam diuinæ miſerationis & gratiæ, per euidentiam diuinæ præſentiæ, roboratur atque perficitur. Non ergo ſufficiat intellectui noſtro præſentia angeli, imò nec ſola diuina præſentia Chriſti, ſed corporalem eius acquirat præſentiam in ſacramento: quatenus corpus & ſanguinem dei propter ſe incarnati deuotiſsime amplectatur, epuletur, contineat. Dicat igitur nõ ex incredulitate, ſed feruida dilectione, quę inquieta eſt, donec adſit dilectus, Domine, deſcẽde pri
D uſquã moriatur filius meus, hoc eſt, antequã actus intellectiuus à ſenſualitate vincatur, tẽtationibus ſuperetur, & antequã amoroſa contẽplatio diuinorũ in interioribus extinguatur. Oremus itaq; chriſtũ, vt per ſacramẽti exhibitionẽ introeat ſpiritũ noſtrũ, omnẽq; effectũ ſuperdignitiſsimi ſacramenti illuc Exod. 33.
diffundat. Deniq;, Moyſes nõ contẽtus de ducatu angelico, ipſius dei perſonalẽ requirebat præſentiã, dicẽs, Si nõ tu ipſe præcedes nos, ne educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire poterimꝰ inueniſſe nos Eſaiæ. 64.
gratiã in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcũ? Sic & Eſaias clamauit, Vtinam diſrũperes cælos & deſcenderes. ¶ Porro, cũ Chriſtus viderit ſpiritũ noſtrũ tã frequenter inſtantérq; precantẽ, dicet per effectũ, Vade, filius tuus viuit, hoc eſt, exaudita eſt deprecatio tua: quo facto, tota domus ſpiritus noſtri, videlicet omnia interiora animæ, cogitationes & affectiones, credent virtuoſe agẽdo, quoniã rationis imperio omnia ſubiicientur, & deo obedient. Quod autẽ in fine huius capituli ſubditur, [*Hoc iterũ ſecundum ſignum fecit Ieſus, cum veniſſet a Iudæa in Galilæã,*] nõ eſt intelligendũ, ꝙ hucuſq; non fecit niſi duo miracula, quia (vt dictũ eſt) in Hieruſalẽ multa fecit miracula, ſed ꝙ iſtud fuit ſecũdũ ſignum quantũ ad miracula facta in Galilęa. & ſecũdũ Bedã, ideo Euãgeliſta hoc dicit, vt oſtẽdat, ꝙ ea quę ſupra deſcripſit, alii Euãgeliſtę omiſerũt. Et ſicut regulus ſolicitus fuit Chriſtũq; acceſsit, & inſtãter petiit pro ſui carnalis filii corporali ſalute: ſic omnis prętatus ſolicitus eſſe, chriſtũ accedere, eũq; feruẽter ac iugiter deprecari debet, ꝓ gregis ſibi cõmiſsi ſpirituali ſanitate. Prętera, multi vſq; in hodiernum diẽ ſunt, qui licet habeant fidẽ informẽ & mortuã, nõ tamẽ credũt, loquẽdo de fide formata & viua, ſeu operatoria, niſi ſigna & ꝓdigia viderĩt. ſ. vltionẽ diuinę iuſtitię in aliquibꝰ impiis, vel aliqd ſimile.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Expositio v. Cap. [*Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.*] Articulus xiii. E

NVnc rursum Euangelista commemorat signum magnificum à Christo peractum, ab aliis Euangelistis omissum, & de indiscreto zelo Iudæorum: quomodo etiam Christus occasione huius prodigij, magna & profunda ad Iudæos locutus est. [*Post hæc*] quę in præcedenti capitulo gesta narrantur, [*Erat dies festus Iudæorum.*] Non exprimitur quæ fuit ista festiuitas, sed certum est, quod fuit vna de festiuitatibus Iudæorum præcipuis: & communiter dicitur, quod erat solennitas pentecostes, videlicet festum nouorum, quando domino offerebantur primitiæ frugũ. [*Et ascendit Iesus Hierosolymam*] quæ erat altior situ Galilęa. Ideo christus eundo illuc à Galilęa ascendit. Iuit igitur vt lęgẽ Mosaicã approbaret, & impleret, humilitatísq; & obedientiæ exemplũ nobis relinqueret, salutaribus documentis atque miraculis populum Iudęorũ, ad quẽ fuerat specialiter missus, conuerteret. Dictum est enim ꝙ Iudęi secundũ præceptũ legis tenebantur in tribus præcipuis festis coram domino apparere, hostiámq; offerre in loco diuini cultus diuinitus præelecto, qui fuit Hierusalem à tẽpore Dauid, vel cõstructionis tẽpli. [*Est autem Hierosolymis probatica (id est, ouinaria seu ouina) piscina, quæ cognominatur (hebraice) Bethsaida*]. i. domus ouium vel pecorũ. Hæc enim piscina prope templũ fuit, in qua colligebantur aquæ pluuiales, vt hostiæ tẽpli quæ cõmuniter erant de ouibus, lauarentur in ea, antequã immolarentur in tẽplo corã domino: probatica autẽ dicitur à probaton græce, quod latine dicitur ouis. [*Quinque porticus habens*] in gyro, videlicet quędã ędificia per quæ Nathinæi accedebant ad aquã causa lauãdi hostias offerendas, quæ etiã iacebant in porticibus istis, quousque essent lotæ. Circunsepta itaq; fuit piscina tã multis porticibus, vt ministri per plura loca haberent accessum ad aquam, & loca illa sufficerent ad continendũ hostias domino immolãdas. [*In his (porticibus) iacebat multitudo magna languentium*] diuersis infirmitatibus tabescẽtiũ, vtpote [*Cæcorum, claudorum, aridorũ (seu contractorum) expectantium aquæ motum*] ab angelo fiendũ, infirmitatis curatiuum. [*Angelus autem domini descendebat secundum tempus*]. i. determinatis temporibus, tamẽ incertis & interruptis [*In piscinam, & mouebatur aqua*] ab angelo motu forti ac turbulento, ita quod certum fuit motũ illum ab angelo factũ, non à vento, vel causa naturali: & quoniã hora angelicæ descensionis fuit incerta, ideo languidi iacebant ibi continuo quasi semper parati, & optantes se inuicẽ pręuenire in ingressu piscinę: cuius ratio subinfertur, [*Et qui prior descendebat in piscinam post motionẽ aquæ.*] piscina dici potest, vel ipsa aqua, vel receptaculum aquę. [*Sanus fiebat, a quacunque detinebatur infirmitate*] efficienter & principaliter à deo, cui soli cõpetit à qualibet inualitudine propria virtute liberare, instrumentaliter vero ab angelo, dispositiue ab aqua, quæ ex descensu motionéq; angeli quandã sortiebatur efficaciã ad curandũ. Sed cur dominus tantã reuerentiã & virtutẽ contulit huic aquæ? Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ propter lignũ dominicæ crucis, quod in ea natasse, & circa passionẽ enatasse affirmãt. Alij dicunt, ꝙ ad præfigurandã virtutẽ baptismatis Christi tunc propinquantis, in quo omnis qui descenderit ab omni peccato purgatur. Quidã vero dicunt, quod propter dignitatẽ legalium hostiarum, quæ ibi lauabantur, & præsertim inquantũ hostiæ illę immolationẽ Christi in cruce præfigurabant, per quã totum genus humanũ redemptũ est. Mihi videtur conuenienter dici, quod deus ex sua misericordia, propter prędictos infirmos ac inopes fecit hanc gratiã. Mystice, per piscinam intelligere possumus fontẽ baptismatis, vel sacramentũ confessionis, in qua omnia lauantur, vel quotidianũ baptismũ lachrymarũ sanctarũ. Per descensum vero angeli, operationẽ & influętiã Christi, qui est magni consilij angelus, & in quolibet trium prædictorũ principaliter operatur, vímq; curandi largitur, sed figura non adęquatur figurato. Idcirco Christus agit in baptismo & confessione non solũ sæpe, sed indesinenter quotidie: nec solũ curatur vnus, videlicet primus, sed omnis quicunque sacramẽta ista digne susceperit. [*Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.*] Species huius infirmitatis non explicatur, sed creditur fuisse paralysis, nam homo iste iacebat in lecto. [*Hunc cum vidisset Iesus*] oculo corporali, & cõpassionis affectu, [*Et cognouisset, quia iam multum tempus haberet*]. i. diu infirmatus fuisset: hoc enim Iesus in seipso à principio suæ incarnationis cognouit futurum, quod nũc vidit in præsenti. [*Dicit ei, Vis sanus fieri?*] Certum est, quod illa quęstio non processit ex ignorãtia, imò quicunque alius scire potuit, quod omnes ibi iacentes & aquæ motũ præstolantes, cupiebant sanari: sed quærit, vt in ęgro desiderium recipiendæ curationis prouocet: sicque dignior sit ad beneficium sanitatis sumendũ. Denique, specialiter hunc vnum affatur & curat, quia miserabilior fuit, & iã pro peccatis suis longissima molestia fuerat castigatus: ideo dominus qui vulnerauit, medetur: & qui percussit denuo sanat. Scriptũ est enim in Tobia, Cũ iratus fueris, misericordiam facies. Longanimiter ergo & patienter est sustinenda castigatio dei, imò omnis molestia corporis atque aduersitas: iuxta quod scriptum est in Iudith, Non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini: quasi serui qui corripiuntur ad emendationẽ, & nõ ad perditionem nostram euenisse credamus. [*Respondit ei languidus, Domine,*] vocat Iesum dominum, quasi venerabilem virum, sed aliud nihil sciuit de eo, [*Hominem (seruientem seu adiuuantem) non habeo, vt cum turbata*] id est, ab angelo vehementer concussa & mota, [*Fuerit aqua, mittat (id est, ante alios deferat) me in piscinam: dum enim venio ego,*] qui præ languore cito ire non valeo, [*Alius (languidus) ante me descendit (in aquam.) Dicit ei Iesus (cuius dicere est facere) Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. & statim sanus factus est homo.*] in quo ostenditur omnipotentia Christi, tam inueteratum languorem in instanti imperiose curãtis. Virtus nempe diuina cum sit infinita, operatur in instanti: quod naturæ non conuenit, quia in transmutationibus rerum de contrario in contrarium agit successiue. Vnde secundum Dionysium, Natura non

Ioan. 4.

Exod. 34.

Matth. 15.

Esaiæ. 9.

Deute. 32.

Tobiæ. 3.

Iudith. 8.

Dionysi⁹.

F

H

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tranſit à diſtanti in diſtans, niſi per media. [*Et ſuſtulit grabatum ſuum & ambulauit.*] Per languidum iſtũ ambulare non valentem, intelligitur piger & negligens mala conſuetudine preſſus, qui in delectatione vitioſa, & vſu peccati, quaſi in grabato iacet. Huic, imò & omni peccatori dicit Chriſtus quotidie, per admonitionem ſacræ ſcripturæ, vis ſanus fieri? Cum enim dominus ait per Ezech. Nolo mortem pec- Ezech. 18.
catoris, ſed vt conuertatur & viuat. Et per Zacha. Conuertemini ad me, & conuertar ad vos. Itémque Ezech. 33.
per Ioëlem, Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. quid aliud loquitur, niſi, vis Zachar. 1.
ſanus fieri? tanquam dicat, Ego ſum medicus animarum, fac quod in te eſt, acquieſce monitis meis, & Ioël. 2.
ſanabo te: ſurge à ruina peccati, tolle grabatum tuũ, id eſt, delectationẽ peccati, in qua quieſcis, aufer,
& porta ſuper te per cõpunctionem & ſatisfactionẽ, quatenus quantum glorificaſti te, in delitiiſque Apoc. 8.
fuiſti, tantum imponas tibi luctũ & afflictionem, exẽplo prophetę dicentis, Laboraui in gemitu meo, Pſalm. 6.
lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ. & ambula, regia via in diuinis prȩceptis, de quibus in lib. Pro- Prouer. 3.
uer. legitur, Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitę eius pacificę. Imò viã mandatorum dei percurre, Pſalm. 18.
implens illud Ioſue, Seruite domino corde perfecto atque veriſsimo: quãto enim animo promptiori Ioſue. 24.
ac feruentiori fecerimus opera dei, tanto amplius promeremur. [*Erat autem ſabbatum*] .i. quies & ceſſatio ab operibus ſeruilibus, [*in die illo,*] imò hæc dies fuit ſabbatum. i. dies ſeptima ac feſtiua. [*Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanus fuerat factus, Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.*] Si Iudæi putauerunt eum lectum ſuũ portare ſine ſpeciali dei cõmiſsione, & neceſsitate ſeu diſpẽſatione, excuſabiles erãt, tamen ad minus materialiter falſum locuti ſunt: labor enim exterior ad diuinũ honorem directe ordinatus, ſeu pertinens, licebat in ſabbato, quẽadmodũ ſacerdotes ſabbatis templũ ornabãt, hoſtias aptabant, ac immolabant. Baiulatio autem lecti ab iſto ſanato, fuit ad oſtẽſionẽ diuinæ potentiæ & gloriã Chriſti, velut ſi quis die dominica miraculoſe liberatus à carcere, deferat ad eccleſiam vincula ſua ad
glorificandũ deum. Fuit quoque ex diſpẽſatione ſummi diſpenſatoris, qui legẽ dedit, & ad ſpiritualẽ Exod. 20.
legis intelligentiã introduxit. Vnde ſubiungitur, Reſpondit eis iſte ſanatus, [*Qui me ſaluum fecit*] à pa-
B raly ſi, imò à labe peccati: quoniã Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, ſanauit in anima quos curauit in Deute. 32.
corpore. [*Ille mihi dixit, tolle grabatũ tuum & ambula*] .i. ea poteſtate, qua me miraculoſe curauit, eadẽ authoritate mihi prȩcepit quod facio. [*Interrogauerunt ergo eũ, quis eſt ille homo qui dixit tibi, tolle grabatũ tuum & ambula?*] tanquã dicant, oſtende nobis talẽ tam malũ, & legis contẽmptorẽ, vt culpã tuã puniamus
in eo. Iſti qui curatorẽ huius paralytici purũ hominem æſtimabant, homines erant eo modo quo di- 2. Corin. 3.
cit Apoſt. Cũ ſit inter vos zelus & cõtentio, nõne carnales eſtis & ſecundũ hominẽ ambulatis? [*Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet*] .i. nomẽ & famã Chriſti ignorauit, nec quicquã audiuit de eo, & forte oblitus fuit diſpoſitionis chriſti in vultu ac habitu, ita quod neque per circunloquutionẽ & ſigna indicare potuit quis nã eſſet. Quomodo Ochozias rex Iſraël cognouit Heliam, audito quod homo piloſus & zonã pelliceam circa renes habens famulis ſuis obuiaret, vt legitur in lib. Regũ. Ieſus enim ſtatim receſsit ab homine iſto, ſicut ſubiungitur, [*Ieſus autẽ declinauit a turba conſtituta in loco,*] vbi paralyticum iſtũ ſanauit, vel vbi turba eum de grabati baiulatione redarguit. Declinauit autem à turba erudiens nos, vt poſt perpetrationem excellentiũ operum, fugiamus humanum honorẽ, hominũque
C applauſum, amantes neſciri. Secundo, quia interdũ ad tẽpus diuertendũ eſt à calũniatoribus, & ingratis cedendum: item vt quietum locũ quæramus ad vacandum deo. In turba enim plurima occurrunt deuotionis ac puritatis obſtacula. & forte ad literam Chriſtus receſsit à turba, habens aliud ſalutare opus alibi expedire. [*Poſtea inuenit eum Ieſus in templo,*] ad quod ſanatus iſte conuenit vt deo ageret gratias: ſic & nos ſi Ieſum inuenire, & ab eo inueniri optamus, intremus templum eius materiale ac ſpirituale, viſitando eccleſiã, & redeundo ad propriam mentem, per contemplationẽ & vitæ noſtræ diſcuſ- Pſalm. 10.
ſionem, atque internã in omni virtute exercitationem, dominus enim in templo ſancto ſuo. [*Et dixit* Ioan. 8.
illi, Ecce ſanus factus es (mente & corpore) iam noli peccare,] id eſt, propoſitum habe cauendi omne peccatũ pro poſſe, [*Ne deterius tibi aliquid contingat*] id eſt, ne maior pœna tibi in præſenti vel æterna damnatio infligatur, quoniam recidiuantes atque ingrati grauiorem pœnã merentur. Ex quibus elicitur, quod æger iſte propter peccata ſua incidit languorem præfatum. Quomodo autẽ deus diuerſis de cauſis ho
mines nunc flagellat, infra deo præſtante dicetur, vbi de cæco nato agetur. [*Abyt ille homo & nunciauit* Ioann. 9.
Iudæis, quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.] dicũt aliqui quod malitioſe hoc fecit, tanquã ingratus: & hoc videtur ex eo quod Iudæi eum increpabant de lecti ſui portatione, & cum ſe excuſaſſet per cõmiſsionem ſui ſanatoris, Iudæi dixerunt, vbi eſt ille: ex quibus coniicere potuit quod Iudæi volebant culpam retorquere in illum: propter quod publicando Ieſum, expoſuit eũ calumniatorũ proſequutioni. Alii dicunt oppoſitũ. ſ. quod ſimplici animo hoc egit, ne eſſet ingratus, & vt Chriſtũ glorificaret: &
D probant per hoc, quod Ieſus ſanauit iſtum in mente ſicut in corpore, ideo non fuit tã improbus: ſed Lucæ. 17.
quicquid ſit de veritate rei, iſtud argumentũ facile ſolueretur per euangelicam veritatẽ, quia vt legitur in Luca, cũ Ieſus decem leproſos curaſſet, vnus duntaxat reuerſus eſt gratias agens, & alii facti fuerunt ingrati, propter quod Chriſtus dicebat, Nónne decẽ mundati ſunt, & nouẽ vbi ſunt? Nõ eſt inuentus qui rediret & daret gloriam deo, niſi hic alienigena. Nihilominus omnes illi etiã mente ſanati fuerũt, ſed rurſus in culpã prolapſi ſunt, & forte à ſacerdotibus ſubuerſi. ſic dici poſſet de iſto, potius tamen arbitror, quod nõ malitioſe, ſed bona intẽtione fecit quod dictũ eſt, putans Iudęos agnito actore miraculi meliorandos. [*Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum,*] detrahẽdo & cõminando, [*Quia hæc faciebat in ſabbato,*] ſcilicet, quod hominẽ curauit, & ei lectũ ferre prȩcepit. [*Ieſus autem reſpondit eis,*] oſtendens ſe nõ eſſe legis vel ſabbati tranſgreſſorẽ, ſed patri ęterno conformẽ in operãdo: quemadmodum Matth. 12. Marc. 2. Lucæ. 6. enim apud Matth. excuſat diſcipulos, ſabbato ſpicas euellentes & confricãtes, à tranſgreſsione ſabbati, per hoc quod Dauid ſimile fecit, ſic nũc excuſat à tranſgreſsione ſabbati, per hoc quod pater eodẽ 2. Reg. 21.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

modo operatur vt ipſe.[*Pater meus*] cęleſtis & naturalis,[*Vſque modo operatur,*]i.à principio mũdi vſq; E
in præſens,imò & vſque in ſempiternum indeſinenter agit in rebus,totum vniuerſum in eſſe conſer-
uando,gubernando,corrupta reſtaurando: agit quoque animas rationales quotidie creando, impios
1.Cori. 11. iuſtificando, purgatos ab omni reatu in cęlis beatificando, panem & vinum in corpus & ſanguinem
Chriſti tranſſubſtantiando,& alia ineffabilia iugiter operatur,præſertim in eccleſia triumphante,quę
Eccle. 43. ignoramus.Pauca quippe videmus operum eius,vt dicitur in Eccleſ.vbi & ſcribitur, Multa ſunt ab-
Gene.2. ſcondita maiora his.quod vero in Geneſi legitur,Requieuit deus ab omni opere,quod patrauit,intel
ligendũ eſt quantũ ad productionẽ nouarũ ſpecierũ entis.[*Et ego operor,*]ſicut & pater,imò eadẽ quæ
pater,quia indiuiſus ab illo in natura & opere.quemadmodũ ergo deus pater prædicta omnia operãs,
etiã ſabbato,nõ arguitur quaſi ſabbati violator:ita nec ego argui debeo,qui cõfractũ reſtauraui,& ad
demonſtrationẽ diuinę virtutis,eidẽ prȩcepi grabatũ baiulare.¶Ad intelligendũ hęc verba ſublimia,
oportet aduertere,ꝙ aliquid eſt cauſa alterius dupliciter.Primo,quantũ ad illius inceptionẽ,& quo ad
eſſe ipſius, ſed non quoad permanentiã eius:quemadmodũ homo generans eſt cauſa filii ſui,& arti-
fex cauſa ædificii .Vnde ſi pater vel artifex moriatur, nihilominus filius & ędificiũ permanent atque
ſubſiſtũt.In talibus ergo cauſatũ non depẽdet à ſua cauſa,quantũ ad permanentiã.Secũdo,vnũ eſt cau
ſa alterius,quantũ ad inceptionẽ & permanentiã eius,quemadmodũ ſol eſt cauſa luminis & diei, vn-
de ſi ad momentũ ſol deeſſet,dies deficeret,& hoc modo eſt deus cauſa rerũ:creaturæ enim plus depẽ F
dent à creatore,quã aliquid creatũ à cauſa creata:propterea,ſi deus relinqueret ens creatũ ſibiipſi,ſuæ
omnipotentię manutenentiã in ictu oculi ſubtrahendo,ſeu ſuſpendẽdo,mox vniuerſa mundanæ
machinæ fabrica in nihil decideret, atq; in ſeipſa annihilata deficeret, ſicut ex nihilo in eſſe ſurrexit. Et
hoc ipſum,ſi non mentitur Albertus, ſcripſit & docuit Ariſtoteles in epiſtola de principio vniuerſi.
Hinc quoque non ſolũ ſecundũ Platonẽ & Proclum,ſed etiã teſte principe theologorũ ſacratiſsimo
Dionyſi⁹. Dionyſio,Deus eſt cauſa rerũ,nõ ſolum quaſi nũc cauſans,ſed quaſi inceſſabiliter eas producẽs, pro-
pter inceſſantẽ ſuę cõſeruationis influentiã,indeſinentẽque illarũ dependentiã.Hinc igitur aſſerit fi-
lius dei,pater meus vſq; modo operatur.Non enim minoris potentiæ eſt creata manutenere in eſſe,&
totũ vniuerſum cõſeruare in nihilo(quia nihil eſt extra vniuerſum fulciens ipſum,niſi deus) quã eadẽ
produxiſſe,atque in nihilo collocaſſe.Hinc Proclus ſubtiliſsimus Platonicus, ſcripſit in elementatio-
ne ſua theologica,Totus mundus ab intellectu ſubſtantiã habet,& ſi perpetuus ſit,nõ propter hoc nõ
procedit ab intellectu,ſed & procedit ſemper,& conuerſus eſt ſemper,& perpetuus ſecundum eſſen-
tiam,& inſolubilis ſecundũ ordinem.Iudęi ergo ex verbis Chriſti iam præinductis,intelligẽtes quod
Ieſus comparaſſet ſe deo in virtute & operatione,dixiſſetque ſe eſſe naturalem filium dei, patri æqua-
lem,putauerunt eum blaſphemum, & fecerunt quod ſubditur, [*Propterea ergo (videlicet,quia æquauit ſe*
patri)magis quærebant eum interficere Iudæi,quia non ſolum ſoluebat ſabbatum,]ſecundũ falſam opinionẽ,[*Sed* G
& patrem ſuũ dicebat deum,æqualẽ ſe faciens(id eſt,eſſe dicens) deo,]patri. Sæpe in ſcripturis & etiã in cõmu-
ni modo loquẽdi,ſumitur facere pro dicere vel cogitare.Quoniã ergo ſecundũ legẽ grauior,grauiúſ-
que punienda fuit blaſphemia,quã tranſgreſsio ſabbati,ideo Iudæi quærebãt Ieſum quaſi blaſphemũ
occidere.Sed quia Iudæis viſum fuit,quod Ieſus derogauit honori diuino,ęquãdo ſe patri æterno,id-
circo Chriſtus oſtendit quod per hoc non derogauit patri.{*Reſpondit itaque Ieſus,& dixit eis,Amen amẽ*
dico vobis,non poteſt filius a ſe facere quicquam,niſi quod viderit patrem facientem.]Sed ex hoc Arrius & Eu-
nomius arguerunt,quod filius eſſet ex ſe infirmus,& per conſequens minor patre,& pura creatura.& ſa-
tis difficile apparet,quomodo ſit verus deus atq; omnipotens,quia à ſe non poteſt quicquã.ſed nõ
eſt impoſsibile iſta diſſoluere.Vt enim oſtẽderet Chriſtus ſe à patre eſſe,recepiſſe,& habere,quicquid
eſt & habet,ita dicit,Non poteſt filius à ſe facere quicquã,tanquam dicat,à meipſo non ſum, ſed eſſe
& poteſtatẽ accepi à patre.Itaque nõ poteſt à ſe,id eſt,virtute nõ accepta,vt in eo eſt,facere quicquã,
quia filius non habet niſi virtutẽ acceptã,hoc eſt,à patre ſibi cõmunicatam. ¶Deniq;, ſecundum Hi-
Hilarius. larium & Thomam in ſumma contra gent.quamuis filius non poteſt à ſe quicquã facere, poteſt tamẽ
per ſe omnia facere,vtpote propria virtute,quæ cũ ſit vna numero in patre,& filio, ac ſpiritu ſancto,
eſt cauſa quod quælibet diuina natura eſt cauſa omniũ rerum principalis atque omnipotens, & nulla
eſt inſtrumentalis reſpectu alterius.Quod vero adiecit,niſi quodviderit patrem facientem,non eſt ſic H
intelligendum,quaſi alia ſit viſio ſeu intellectualis cognitio filii,& alia patris:imò ſicut in patre & fi-
lio eſt vnus numero intellectus,ita & viſio vna.Nihilominus pater videt filium,eiuſque opera,& e-
contra,quoniã in vtroq; eſt plenitudo diuinitatis,quæ omnẽ perfectionẽ & actualitatẽ ſuperſimpliciſ
ſime,prorſusq; incõprehẽſibiliter cõprehendit.Neq; ſic enim filius videt patrẽ & opera eius,quaſi a-
liquid aliud ſit viſio illa quã filii deitas atq; eſſentia. Quemadmodũ ergo per eandem eſſentiam pater,
filiúſque ſubſiſtunt,& deus ſunt:ſic eadẽ viſione filius videt patrẽ & opera eius,pater quoque filiũ &
opera eius.Hæc eſt vna interpretatio huius loci:poteſt autẽ & ita exponi,Non poteſt filius à ſe facere
quicquã,niſi quod viderit patrẽ facientem.tãquam diceret, hoc quod filius videt facere patrem, hoc
etiam poteſt ipſe filius facere à ſe.i.per ſe,propriáq;(quamuis collata)virtute:alia vero nõ poteſt face-
re filius: & ſic Chriſtus per verba hæc probat ſe non poſſe peccare, quod ei impoſuerunt Iudæi. Si
enim filius nihil poteſt facere,niſi quod viderit patrẽ facientem:tunc proculdubio,ſicut pater non po
teſt peccare,ita nec filius.Poſtremo verba iſta intelligi poſſent de Chriſto,ſecundũ aſſumptam naturã,
ſecundũ quã certũ eſt,ꝙ nõ poteſt facere quicquã à ſe.Inſuper Chriſtus teſtatur,quod pater nõ eſt fa
ctor principalior nec vniuerſalior filio,& quod opera amborum ſunt indiuiſa, itaque pater & filius
ſunt vnus factor,creator & gubernator,non duo factores: per quod hęreſim Arrianorum confundit.
[*Quæcunque ille enim (videlicet pater) fecerit, (hæc eadem opera) & filius,*] ſecundum naturam diuinam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*similiter facit*].i.æque principaliter & authoritatiue,non inſtrumentaliter & miniſtratiue.Per hoc ergo quòd ait,quæcunque,oſtenditur,quòd operatio patris non extenditur vltra operationem filij,propterea filius eſt prima & vltima cauſa,prout in Apocalypſi loquitur, Ego ſum a, & o, primus & nouiſsimus,principium & finis.Vnde in Michea habetur,Et tu turris gregis nebuloſa,ad te veniat poteſtas prima regum filiæ Hieruſalem.vbi per poteſtatem primam ad literã intelligitur Chriſtus, qui teſte Apoſtolo eſt virtus & ſapiẽtia patris,portãs omnia verbo virtutis ſuæ.Hoc quoq; in Prouer. manifeſte oſtẽditur,vbi Sapiẽtia de deo effatur,Quãdo præparabat cælos aderam,quando appẽdebat fundamenta terræ,cũ eo eram cuncta cõponens.Per hoc aũt ꝙ ait,hæc,docet quod eadẽ numero ſunt opera patris & filij.Cũq; natura ſit operationis principiũ,ſequitur quòd patris & filij ſit vna natura:vna vtiq; numero,non genere vel ſpecie,quia diuina natura multiplicari non poteſt.Per hoc vero quod ſubditur,[*ſimiliter facit*,]patet quòd pater operatur per verbũ ſeu filiũ,non ſicut artifex per miniſtrũ vel inſtrumentum,ſed ſicut amicus per amicum,rex per regem,iudex per iudicem,non ſubalternatum, ſed comparẽ.[*Pater enim diligit filium.*]hoc ſupra ſcriptũ atque expoſitũ eſt,& nunc addi poteſt,quòd dilectio nõ eſt principiũ emanationis filij à patre,quia nõ procedit à patre per volũtatẽ,aut libere libertate cõtingẽtiæ,vel ad vtrunlibet,ſed naturali emanatione.Nihilominus pater diligit filiũ, vere & intenſiue,infinite,ſumendo dilectionem abſolute,ita quòd habet ſe quaſi concomitanter ad emanationem.

B ¶Denique multæ ſunt rationes dilectionis,quæ maxime & ſuperexcellenter inueniuntur inter patrẽ & filiũ,imò inter tres ſuperſublimes,æternas,increatas perſonas,hoc eſt,in ipſa trinitate, vna ſupereſſentiali,ſimpliciſsima deitate.Interdum enim dicimus quòd cognitio eſt cauſa dilectiõis, videlicet vt via ad dilectionem.Interdum quòd bonum eſt cauſa dilectionis tanquã obiectũ:interdum vero ſimilitudo appellatur cauſa amoris,ſed & communicatio eſt cauſa amoris:ſæpeque dicimus,quòd nihil ſic attendat amorem,quomodo ſi quis ſciat ſe amari ab alio.Cum ergo pater & filius ſe inuicem perfectiſſime comprehendant,& filius patri omnino ſimilimus ſit,vterque quoque infinitæ bonitatis & ſanctitatis exiſtat,paterque dederit filio totũ quod ſuum eſt,puta diuinam eſſentiam quã transfudit in eum, & filius tantum bonum à patre ſuſceperit,pater etiam ſciat ſe amari à filio immenſo amore,& econtra. hinc conſtat,quòd in diuinis perſonis ſit quomodolibet, omniformiterque pleniſsima rãtio mutuæ dilectionis,quæ cum ſit infiniti ardoris,& rei ſummæ præſentis,perfectiſsime quoque coniũctæ, palam quòd dilectio trium perſonarum ad inuicem ſit verè immenſæ dulcedinis,infinitæque pacis:& dulce,ſanctum,ac deiforme eſt, hoc nunc fideliter contemplari,ſyncere aſpicere,atque in contemplatione tã alta cordialiter affici,diuinæ beatitudini cõgratulari,à ſenſibilibus rapi, in diuitias gloriæ abſorberi.Beatus qui ſic guſtat quàm dulcis & felix eſt deus:beati mũdo corde,ſtudioſi & affectuoſi in obſequio dei,feruentes atque ſoliciti quomodo creatorem ſuum honorent,eumque ab aliis honorari conſpiciant.Maledictus vero qui facit opus dei negligenter,qui intimorate ambulat coram altiſsimo.

C [*Et omnia demonſtrat ei quæ ipſe fecit,*].i.deus pater dat filio notitiã omniũ operũ ſuorũ:generando enim filiũ,dat ei diuinã eſſentiam,& per cõſequens æternã & infinitã ſapientiã omniũ intuitiuã:ſic ergo pater demõſtrat filio,nõ quaſi ignoráti aut præexiſtẽti,& demũ inſtructo,ſed quaſi totũ ſuum eſſe,poſſe ac noſſe à patre ſuſcipienti.Quicquid enim patris eſt,cõmunicatũ eſt filio,& reſplendet in eo ſicut in naturali & plena imagine patris.Et quoniã filius propter nos inſtruẽdos ac redimẽdos homo factus fuit,& inter homines ſocialiter vixit,idcirco altitudinẽ ſapientiæ ſuæ aptauit,& proportionauit capacitati intelligẽtiæ noſtræ,loquẽdo nobis de rebus incõprehenſibilibus ac diuinis humano modo, quatenus ſic ea aliqualiter caperemus.Vnde de æternis loquitur nobis per verba tẽporalia,ſecundũ omnes differẽtias tẽporis,quia & ipſa æternitas cõprehendit ac cõtinet omne tempus, ſicque loquendo nunc ſubditur,[*Et maiora his demonſtrabit ei opera,*].i.mirabilia excellentiora ſignis quæ hucuſque in Hieruſalẽ feci:nã illuminatio cæci nati,& ſuſcitatio Lazari,maior fuit q̃ curatio paralytici.Cõuenientius tamen opera iſta maiora intelligũtur ſpiritualia miracula Chriſti in cõuerſione hominũ facta, ſecũdum quod maius dicitur impiũ iuſtificare,q̃ mundũ creare.Chriſtus enim quoſdã omnino mirabiliter cõuertit & ſibi attraxit,ſed & miracula facta in paſsione,in reſurrectione,aſcenſione, & ſpũſſ.miſsione, magna nimis fuerunt.Itaque per hoc quod ait,demõſtrabit,non datur intelligi,ꝙ filius ſecundũ diuinam naturam aliquid accipiat in futuro,imò nec ſecundũ humanam naturã hoc ei proprie cõpetebat,

D præſertim cum anima Chriſti à ſuæ cõditionis exordio plena fuerit ſapientia,virtute,& gratia:ſed loquitur ſic propter duo.Primo, quia (vt dictum eſt) æterna emanatio verbi ſeu receptio filij à patre, omne tempus includit.Secundo,quoniam in ſcripturis dicitur aliquid fieri,cum aliis innoteſcit: quoniã ergo poſtea innotuerunt Iudæis maiora opera Chriſti,quàm hucuſque,propterea dixit filius,quod pater demõſtraturus eſſet ſibi opera præclariora:vt ſit ſenſus,Maiora his demonſtrabit.i. ſe ei demonſtraſſe oſtẽdet opera,quãdo videlicet talia fiẽt,[*Vt vos miremini.*]ſi admiratio accipiatur ſecundum ſe, ſiſtẽdo in ea,tunc nõ fuit finis huiuſcemodi demonſtrationis,miraculorũque Chriſti,ſed cõſecuta eſt opera Chriſti:ſicque,vt,ponitur cõcomitãter,nõ cauſaliter,iuxta quẽ ſenſum dicit Apoſt. Mittet illis deus ſpiritum erroris vt credant mendacio.Et Pſal.Tibi ſoli peccaui,& malũ coram te feci, vt iuſt.in ſer.tuis.Si autẽ ſumatur miratio,prout inducit ad fidẽ,videlicet vt eſt via ad cõuerſionẽ, ſic poteſt dici finis mirabilium operum Chriſti,ſic tamen vt iſta miratio conuerſionem mirantis includat.Ad hoc quippe fecit Chriſtus miracula,vt Iudæi videndo,admirãdóque crederent. ¶Aduertendũ quoque ꝙ licet ea quæ dicta ſunt ab illo loco,pater diligit filiũ,accipi poſsint de filio etiã ſecundum humanitatẽ aſſumptã,ſecundũ quam pater notificauit ſeu demonſtrauit filio omnia opera ſua:quoniam quicquid deus cognoſcit ſcientia viſionis,videlicet omnia quæ vnquam fuerunt,ſunt vel erunt, cognoſcit & anima Chriſti:illud tamen,quæcunque ille fecerit,ſcilicet pater,hæc & filius ſimiliter facit,non conue

Apoca.26. Mich. 4. 1.Cor.1. Prouer.8. Ioan.3. 1.Petr.2. Matth. 5. Hier.48. Mich.6. Ioan.1. Baruch.3. Ioan.9. Ioan.1. 2.Theſſ.2. Pſal. 50.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nit Christo,nisi vt vero deo:imò per illud verbum aperte confunditur hæresis Arrij dicentis,quod filius sit pura creatura:sic enim pater feciſſet filium:si ergo quæcunque facit pater,fecit & filius, sequitur quod filius feciſſet seipsum,loquendo semper de filio secundum naturam suam superiorem. E

¶Prosequutio Cap.huius ab eo loco quo dicitur,[*sicut pater suscitat mortuos & viuificat.*] Artic. XIIII.

DIxit iam Christus paulò antè,quia quęcũque facit pater,facit similiter filius,& quod maiora pater opera demonstraret filio,quàm hucusque fecit filius coram Iudæis. Nunc Christus declarat hoc quasi exemplificando,[*sicut enim pater suscitat mortuos*] morte naturæ, & morte culpæ,hoc est,mortuos corporaliter per discessum animæ, & mortuos spiritualiter per amissionem charitatis & gratiæ,[*Et viuificat*]eos.Mortuos nanque corporaliter suscitat atque viuificat pater,animã corpori reuniendo,vt totum compositum habeat vitam naturæ, sicut & ante mortem habebat. Vnde in lib.Regum inducitur,Dominus mortificat & viuificat,deducit ad inferos & reducit.Deus enim habet imperiũ vitę & mortis.Mortuos vero spiritualiter, (de quibus ait Saluator apud Matthęum,Dimitte mortuos sepelire mortuos suos)suscitat,itémque viuificat pater culpã delendo, & gratiam restituẽdo: prout ad Ephes.Apostolus dicit,Cũ essemus mortui peccatis,cõuiuificauit nos Christo. [*sic & filium quos vult viuificat,*]nõ vtiq;alios,aut pauciores quàm pater,sed eosdem,& æque multos:quoniã operatio patris & filij ad extra est penitus indiuisa. Et idem dicendum est de spiritu sancto , de quo fatur Apostolus,Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus,diuidens singulis prout vult. Vnde de filio nũc dicitur,quos vult viuificat,ad insinuãdum,quòd filius agit sponte,imperialiter & propria authoritate, F tanquam verus deus.Secundum quod dicit Apostolus,Omnia operatur secundum propositum volũtatis suæ.Quod autẽ filius spiritualiter suscitet,claret ex verbo Apostoli,Surge qui dormis, & exurge à mortuis,& illuminabit te Christ⁹.Sed cũ de patre dictũ est,Sicut pater suscitat mortuos & viuificat; quare de filio nõ subditur,sic & filius quos vult viuificat? nisi quia suscitatio in viuificatione includitur.[*Neque enim pater iudicat quenquam , sed omne iudicium dedit filio.*]quomodo verũ est hoc:si enim indiuisa sunt opera patris ac filij,quemcunque iudicat filius, iudicat pater.Iterum quomodo pater non iudicat,sed filius,cum infra filius dicat,Ego non iudico quenquam,est qui quærat & iudicet, scilicet pater.& si pater non iudicat quenquam,quomodo verũ illud Iob,Absit à deo impietas,& omnipotente iniquitas:opus enim hominis reddet ei,& iuxta vias singulorum restituet.Denique quod cõuenit deo absolute secundum naturam diuinitatis,cõuenit cuilibet diuinæ personæ: iudicare autẽ homines vniuersos conuenit deo,secundum quod deus,videlicet secundum propriam naturã:aliter vane cõstituissent filios hominum,quod pro inconuenienti habet Psalmista,& contrariatur his quæ in lib.Iob cõtinentur,videlicet vniuersorum finem ipse considerat.Rursúsque,Omnipotens causas singulorũ intuebitur.Hinc quoque per Hieremiã asseritur,Domine deus fortissime,magnus cõsilio,& incõprehensibilis cogitatu:cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam,vt reddas vnicuiq; secundum vias suas, G & secundum fructũ adinuentionum suarũ. Verum omnia ista atque similia vna solutione soluũtur & concordantur.¶Oportet ergo aduertere,quod in iudicio quatuor cõsiderantur:Primo,authoritas iudicandi,seu iudiciaria potestas.Secundo,ipsa discretio boni à malo,videlicet interior approbatio boni atque interior detestatio mali:quantum ad hæc duo,iudicium conuenit toti trinitati, singulísque personis.Tertio,ipsa prolatio sententiæ sensibilis atque exterior: & quo ad hoc,pater non iudicat quenquam,sed solus filius secundum naturã assumptam,imò hoc modo deus trinitas iudicabit authoritatiue,per Christũ hominem executiue:iuxta illud Actuũ,Deus statuit diem in quo iudicaturus est orbẽ terræ in æquitate,in viro quẽ statuit. Tunc enim manifeste veniet deus noster , & non silebit,quando in die iudicij videbunt in quem transfixerunt. Quarto, consideratur in iudicio ipsa retributio pœnæ vel gloriæ:& sic quoq; soli deo principaliter secũdũ diuinã naturã iudiciũ cõuenit, præsertim quantũ ad gloriæ collationem.Porro,quod filius ait,Ego non iudico quenquam, intelligendũ est de iudicio retributionis,quantũ ad primum Christi aduentũ,in quo non venit iudicare,sed iudicari:sic ergo pater non iudicat quenquam.i.non profert iudicialem sententiã modo prætacto,sed omne iudiciũ.i. vniuersalem executionem iudicij dedit filio secundum naturam quã induit, sicut infra plenius ostẽditur:vnde habetur in Psal.Deus iudicium tuũ regi da.& iuxta Apostolũ,Omnes nos stare oportet ante tribunal Christi.Hunc autem honorem pater impendit filio incarnato,[*Vt omnes(intellectuales creaturæ)honorificent filium*]exhibendo ei cultum & adorationem latriæ soli deo debitam , [*sicut honorificant patrem*]impendendo ei latriæ cultum:sed & honoratio ista nõ cõuenit filio secundũ illam naturã qua conuenit ei prædicta executio iudicij,sed secundũ naturam qua consubstantialis & coæqualis est patri. Nihilominus pater dedit filio secundum naturam assumptam hoc iudicium , vt per hoc innotescat omnibus,quod homo ille est verus deus,sicque honorificetur sicut & pater. Vnde verbum istud consonat dicto Apostoli ad Phil.loquẽtis de filio secundũ naturã humanã, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem,propter quod & deus exaltauit illum,vt in nomine Iesu omne genu flectatur,cælestium,terrestrium,& infernorũ.Quæritur,si pater non iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio,quomodo verum est Iob,Quem posuit alium super terram, aut quẽ cõstituit super orbem,quem fabricatus est?Et respondendum,quod pater non sic constituit Christum iudicẽ, ac principem mundi,quasi ipse desierit habere prouidentiam rerũ:sed pater,seu deus trinitas est principalis prouisor,iudex & rex vniuersi.Christus vero secundum quod homo prælatus est omni creaturæ quasi minister dei, & executor.[*Qui non honorificat filium*]per latrię cultum.Est autem latria virtus, quæ deo cultũ & cæremoniam affert. [*Non honorificat patrem qui misit illum.*] Cũ vtriusque sit vna maiestas,& tanta dilectio,concordia,atque iustitiæ,ac sanctitatis conformitas,vel potius vnitas & identi-

1.Reg.2. Matth.8. Ephes.2. 1.Cor.12. Ephes.1. Ephes.5. Ioan.8. Iob.34. Iob.28. & 35. Hiere.25. Act.17. Psal.49. Ioan.19. Apoc.1. Psalm.17. 2.Cor.5. Philip.2. Iob.34. H

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tas,quòd qui vnum offendit,offendit & alium,præsertim cum sit amborũ vna volũtas. Præterea qui
non credit in filium,mendacẽ facit patrem,& spiritui gratiæ ingerit contumeliam, quia non credit in
testimoniũ quod testificati sunt pater & spiritus sanctus de Christo in baptismo & transfiguratiõe in Matth. 3.
diuersis miraculis & distributionibus gratiarum,in scripturis vtriusque testamenti,& in omni sancti- Lucæ.3.
tate & excellentia Christi.Honorificãdus est ergo filius interiori,exterioríq; latriæ cultu,videlicet re- Matth. 16.
uerentia cordiali,oratione,& laude,præceptorúmque obseruatione. Omnes itaque qui patrem filio Marc. 9.
asseruerunt maiorem,non honorificauerunt patrem,cuius filio dilecto ac vnico derogauerunt, cuius Lucæ.9.
contumelia redundat in patrem:præsertim cum hoc maxime ad commendationem bonitatis,potesta-
tis,& sapientiæ dei pertineat,quòd filium sibi prorsus æqualẽ producere & voluit & nouit & potuit,
quanuis(vt dixi)voluntas non præcesserit generationem verbi,quasi origo ipsius,sed potius concomitã-
ter se habet ad eam. Imò spiritus sanctus qui est amor,& emanatio volũtatis,nõ sic procedit à volũta-
te,quasi libere ad vtrumlibet effluat atq; spiretur. Sic enim nõ posset procedere, haberétque esse con-
tingens:sed procedit per modũ naturalis emanationis,secundũ quod voluntas patris ac filij est quædã
natura.Deinde filius dei ostendit quomodo spiritualis viuificatio fiat, [*Amen amen dico vobis,quia qui
verbum meum audit,*]non auribus corporis tantum,sed etiam cordis:de quibus dicitur alibi, Qui habet
aures audiendi,audiat.Itaque qui verbũ meũ audit,id est,sermonibus meis cõsentit,[*Et credit ei qui mi-*
B *sit me,*].i.patri cælesti,recipiendo testimonium quod ipse perhibet mihi,vel credendo ei fide formata,
hoc est,credẽdo in ipsum,[*Habet vitam æternam*]iam in spe & in merito,atque in dispositione propin- Matth. 13.
qua,& cito sortiturus ac possessurus est eam in re,in mercede,in actu.Hoc enim modo viatores dicũ-
tur beati,quanuis variis persecutionibus concutiãtur,prout scriptum est in Matth.Beati pauperes spi- Matth. 5.
ritu,beati qui lugent,beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiam.[*Et in iudicium non venit,*]id est, 1. Cor. 11.
iudiciũ damnationis non incurret,de quo fatetur Apostolus ad Corinthios,Si nosipsos diiudicarem⁹,
nõ vtique iudicaremur.Omnes tamẽ iudicabimur iudicio retributiõis.[*sed transeat à morte*] corporali,
quã omnes quasi debitũ soluunt propter originale peccatũ,[*In vitam*]gloriæ sempiternæ, cum fuerit
liber ab omni reatu:de qua dicit Apostolus,Vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Talis etiã Coloss. 3.
in præsenti transit per cordis salutarem immutationem,à morte culpæ ad vitam virtutis & gratiæ. Nã
& prudentia carnis mors est.Et si secũdũ carnem vixerimus,moriemur.Qui ergo carnalem prudentiã Roma. 8.
deserit,& verã sapientiã recipit,transit à morte in vitã. [*Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc* Galat. 4.
est,]vtpote tempus gratiæ,de quo dicit Apostolus,Cum venerit plenitudo tẽporis.Et Petrus in Actis, Act. 3.
Omnes(inquit)prophetæ annunciauerunt dies istos.[*Quando mortui,*]id est,peccatores vita gratiæ de 1. Tim. 5.
stituti,de qua morte Paulus testatur,Vidua quæ in delitus viuit,viuens mortua est.[*Audient*] exterio-
ri auditu [*Vocem eius*].i.prædicationẽ filij dei.Multi enim Iudæorum per verba Christi correcti atque
cõuersi fuerunt,præsertim post eius passionẽ & ascensionẽ.Quotidie quoque mortui seu iniusti au- Matth. 24.
C diẽdo verbũ Christi ab eius vicariis ac ministris,spiritualiter reuiuiscũt:sicut subiũgitur,[*Et qui audie-*
rint(verbũ Christi modo iam dicto) viuent,]vita gratiæ in via,& vita gloriæ in patria,dummodo perseuerẽt
vsque in finẽ:quoniã sola perseuerãtia coronatur.¶Et hoc sciendum, ꝙ nemo audit salubriter verbũ
dei,nisi Christus per inspirationẽ spiritus sancti cor eius tetigerit,& erudierit mentem eius, fundendo
radium sapiẽtiæ in intellectum ipsius,propter quod in Esaia scribitur,Erigit mane, mane erigit mihi Esaiæ. 50.
aurem,vt audiã quasi magistrum.Deus deus aperuit mihi aurem,ego autem non contradico. Secũdo,
exponi potest hic locus de particulari corporũ resurrectione,secundum quam Christus suscitauit fi- Lucæ. 7.
lium viduæ,filiũ archisynagogi,& Lazarum. ¶Sed tũc quæstio est,quomodo corporaliter mortui di- Lucæ. 8.
cantur audire vocem filij dei?quod enim nõ viuit,nõ vtique audit.Et respondendum,ꝙ dicuntur au- Matth. 14.
dire vocem Christi metaphorice,quoniam ad imperium Christi sic corpus extinctum & anima sepa- Marc. 6.
rata,quasi obediendo reassociantur,& componuntur:sicut obediunt qui realiter imperãtis eloquium Psal. 113.
audiunt,& tanquam iussionem Christi vere audissent.Sic quippe dicimus,quòd mare cognouit Chri Psal. 103.
stum,quando sub pedibus eius mansit indiuisum.Sic quoque ait Psal.Mare vidit & fugit,& sol cogno
uit occasum suũ.Insuper declaratur,ꝙ Christus ad vtranque hãc viuificationẽ idoneus sit tanquam
fons vitæ.[*Sicut enim pater habet vitam*]intellectualem,non vegetatiuam,sensitiuã, vel secundum locũ
D motiuam [*In semetipso.sic dedit,*]id est,generãdo communicauit naturali diffusione,seu originatione,nõ
libera ad vtrumlibet [*Et filio vitam,*]non solum similem,sed numero eandẽ,[*Habere in semetipso.*]Pater
nempe sic habet vitã in se,quod ipse est hæc vita,quæ etiã vita est in seipsa omnino perfecta, omnem Ioan. 14.
nobilitatem,beatitudinemq; viuendi cũ incomprehensibili simplicitate cõplectens, ita ꝙ est vita su-
peressentialis,fontana,superiucunda,& superbeatissima,vita vere purissima, viuacissima, prorsusque
superplenissima,omnis vitæ fontale principium, in quo est omnium bonorũ atque pulchrorum ac
desiderabiliũ superdiues possessio.Simili modo habet filius secũdũ diuinã naturã vitam in semetipso,
quoniam ipsa est vita,hæc,suntque pater & filius vna vita,quæ diuina est essentia, prout est actus pu-
rus:pater ergo generando cõmunicans filio diuinã essentiam,communicauit & dedit ei vitam,& sapiẽ
tiam.Cum ergo sit filius tam superexuberans fons vitæ,palã est,ꝙ possit viuificare quoscũque volue-
rit.[*Et potestatẽ dedit ei,& iudicium facere.*]Cũ filius à patre habeat quicquid habet, constat quòd filius
etiã vt deus habet à patre iudiciariã potestatẽ:sed de huius potestatis datione nõ est nunc sermo. Sub-
ditur enim,[*Quia filius hominis est,*]ergo intelligẽdũ de potestate subauthoritatis in iudicãdo, videlicet
potestate exequendi iudicium prolatione sententiæ,quæ potestas data est à tota trinitate Christo ho-
mini,quia filius hominis est:quod dupliciter intelligi potest.Primo sic,quia filius hominis est, id est,
merito suæ humiliationis,incarnationis,humanæ conuersationis,ac passionis. Christus enim per ista
meruit sibiipsi iudiciariam potestatem in exequẽdo.Nec obstat,quòd habuit ea ab instanti suæ incar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nationis, propter hypoſtaticam vnionem cum verbo: non enim eſt inconueniens aliquid alicui deberi E
& conuenire ob cauſas diuerſas: quemadmodum etiam corpori Chriſti debebatur, vel cõpetebat glo-
rificatio ratione beatitudinis animæ ſuæ, nihilominus per ſuam paſsionẽ promeruit eam, & ſæpe ora-
uit pro ea. Secundo ſic, quia filius hominis eſt, id eſt, propter conuenientiam quam habet ad exercen-
Exod. 33. dum iudicium ex parte humanitatis aſſumptæ. Decet enim iudicem ab omnibus iudicandis manifeſtè
Ioan. 1. videri, vt ſtent coram eo & loquantur pro ſe ſi poterint. Nulla autem diuina perſona ſecundum pro-
1. Ioan. 4. priam naturam apta eſt iudicare hoc modo: non enim videri poteſt manifeſte niſi à beatis, imò à quo-
Act. 10. cunque manifeſte videtur, beatus eſt. Cum ergo perſona filij ſit ſecũdum humanam naturam à bonis,
Pſal. 109. malisque viſibilis, ideo datum eſt ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Ideo Petrus loquitur in
Iob. 19. Actis apoſtolorũ, Ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex viuorum & mortuorũ. Et Dauid ait de Chri
ſto, Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Hoc S. Iob cognouit affuturum, cum dixit, Credo quod
redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo deum ſal-
uatorem meum. Videre enim in carne propria ipſum deum, non videtur proprie poſſe intelligi, niſi de
deo incarnato atque viſibili, præſertim cum ſanctus Iob ſubiecerit, Quem viſurus ſum ego ipſe, &
oculi mei cõſpecturi ſunt: quod de corporalibus oculis dictum videtur: quoniam Iob loquitur de ve-
ra corporum reſuſcitatione atque perfecta membrorum reparatione. Et ne Iudæi verbis iſtis præ admi-
ratione diſcrederent, addidit filius dei aliud mirabilius, quatenus mirabilia reddantur credibilia per
facta mirabiliora, [*Nolite mirari (admiratione inordinata, deiectiua, incredula) hoc,*] quod dixi mihi datam po F
teſtatem iudicandi, cum maiora acturus ſim, [*Quia veniet hora,*] videlicet dies iudicij, de qua alibi legi-
tur, De die illa & hora nemo ſcit. [*In qua omnes qui in monumentis ſunt,*] id eſt, omnes defuncti quantum
Matth. 24. ad corpus in ſepulcris locati, quãtum vero ad animã, in inferno, in lymbo, purgatorio, vel in cælo exi-
ſtentes: vnde dicuntur eſſe in monumentis ratione partis per ſynecdochen, quemadmodum Abraham
Gene. 15. dicitur ſepultus in ſpelunca duplici. Et Maria Magdalena, Tulerunt (inquit) dominum, id eſt, corpus
Ioan. 10. domini de monumento. [*Audient vocem eius*] id eſt, ad imperium Chriſti reſurgent, quemadmodũ per
Daniel. 11. Danielem prænunciatum eſt, Qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt. Eſaias quoque prædixit,
Eſaiæ. 16. Viuent mortui, interfectique mei reſurgẽt. Iſta eſt vox Chriſti, de qua dicit Apoſtolus, Quoniã ipſe
1. Theſſ. 4. dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba dei deſcẽdet de cælo. De qua apud Matthæum præ-
Matth. 25. dixit Saluator, Media nocte clamor factus eſt, ecce ſpõſus venit, exite obuiã ei. Qualiter vero, quanque
1. Cor. 15. celeriter fiet reſuſcitatio corporum, pandit Apoſtolus, In momẽto, in ictu oculi, in nouiſsima tuba. Ca
net enim tuba & mortui reſurgent incorrupti. Quomodo autem mortui dicantur audire, iam patuit.
[*Et procedent qui bona fecerunt (i. finaliter conſummati atque inuenti in operibus meritoriis) in reſurrectionem vi-
tæ,*] id eſt, felicem immutationem conſequentur. Omnes enim reſurgemus, ſed non omnes immutabi-
mur. Nam immutabuntur, qui mutabuntur in melius, adipiſcẽtes reſurrectionem pertingentem in vitã
Ibidem. glorioſam atque cæleſtem. [*Qui vero mala egerunt,*] id eſt, in iniquitatibus deprehẽſi, & in vitiis mortali- G
bus hinc ſublati, qui ſibi finem vltimum conſtituerunt in rebus caducis, adhærentes creaturæ potius
quàm creatori, procedent [*In reſurrectionem iudicij,*] id eſt, reſurrectionem habebũt damnoſam, ac miſe
1. Cor. 5. ram, pertingẽtem ad reprobatiõis iudicium: de quo dixit Apoſtolus, Eos qui foris ſunt deus iudicabit.
In quali enim diſpoſitione ſeu affectione anima recedet à corpore, in tali æternaliter permanet, & ſecũ
dum eam iudicatur, præmiumque æternũ ſortitur à deo: ſicut angeli apoſtatãtes inconuertibiliter ma-
nent in diſpoſitione illa mentali, ac vitioſa, in qua erant cum deiicerentur à cælo: propter quod afferit
Eſaiæ. 14. Damaſcenus, quod in angelis eſt caſus, hoc in hominibus eſt mors. Et Salomon in Eccleſiaſte, Si ecci-
Eccle. 11. derit lignum ad auſtrum aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Poſtremo per hoc
quod ait Euangeliſta vel potius Chriſtus per eum, Qui bona fecerunt, & qui mala egerunt, &c. patet
inſania æſtimantium fidem ſine operibus poſſe ſaluare. Nec tamen putandũ quòd illi duntaxat ſalua-
buntur qui opera charitatis vel ſaltem interiorem eius actum habuerunt: ſaluabũtur enim infantes ba-
Daniel. 11. ptizati & naturaliter ſtolidi baptiſmatis fonte renati. His vero, quæ de diſtinctione reſurgẽtium dicta
Ioan. 1. ſunt, conſonat illud Dan. Euigilabunt alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant ſemper.
Matth. 28. Quoniã ergo filius dei qui factus eſt caro, & frater noſter, aduocatus, propitiator & proximus noſter,
Hebr. 2. habet vitam fontalem, ſupereſſluentem & indefectibilem in ſemetipſo, accedamus ſemper ad eũ cum
1. Ioan. 2. plena fiducia, vt gratioſe viuificet nos, & de plenitudine torrentis ſuæ dulciſsimæ vitæ corda noſtra H
1. Theſ. 4. ſaltem perfundat, etſi nondum inebriet. ¶ Denique vox eius terribilis, quam omnes mortui audient,
Hebræ. 4. qua totus tinniet mundus, & tartarea clauſtra patebunt, iugiter inſonet auribus noſtræ mentis, & co-
gitemus quàm horrendum ſit incidere in manus dei viuentis, quàm metuendum erit illud iudicium,
quàm inæſtimabilis anguſtia impiorum,

¶ Explanatio reſiduæ partis huius Cap. [*Non poſſum ego à meipſo fa-
cere quicquam.*] Articulus XV.

MOdo multa magnifica perhibuit Chriſtus de ſemetipſo, videlicet quod pater nõ iudicat quẽ-
quã, ſed filius oẽs, & q̃ quos vult, viuificat, omnesq; in ſepulcris repoſitos ſuſcitabit: ne ergo
videatur maniter loqui, vel patri derogare, vel ſecundũ perſonarum acceptionẽ & inordina-
tam aliquam affectionem iudicare, refert omne bonũ ſuum ad deũ patrem, quaſi ad fontẽ deriuãtẽ, nõ
Iacob. 2. deriuatum: & dicit ſe omnia agere prout à patre accepit, cuius in omnibus quærit gloriã, promouetq;
honorẽ. Itaque ait, Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. hoc eſt, quod iam iſto cap. paulò antè
locutus eſt, Non poteſt filius à ſe facere quicquam. & quod nunc adiecit, [*Sed ſicut audio, iudico*] aliud

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A nihil eſt,q̃ quod ibi ſubiecit,niſi quod viderit patrem faciẽtem. Quæ verba iam ante ſatis prolixe tractata ſunt,& nunc breuiter perſtringã.Non poſſum à meipſo facere quicquam,id eſt,nil valeo virtute non accepta,ſecundum quod eſt in me,quia cum ſim à patre,nõ habeo poteſtatẽ niſi ab eo, ideo nihil poſſum niſi virtute mihi cõmunicata à patre:ſed ſicut audio,iudico,id eſt,ſecũdũ ſapientiã infallibilẽ mihi à patre per generationem æternã collatam,in iudicando procedo,idcirco errare nõ valeo : vnde ſubiungitur,[*Et iudicium meum iuſtum eſt.*]Iuſtus enim dominus,& iuſtitias dilexit,æquitatem vidit vultus eius.Itaque filio dei ſecundum naturam diuinam, idem eſt videre opera patris & audire à patre: per hoc enim q̃ pater generando transfundit in filiũ totam ſapientiã ſuam, filius videt patrẽ & opera eius.Audireq̃; dicitur à deo patre,cum tamen totũ ſit ibi ſuperſimpliciſsimo & ſuperineffabili modo. Poſſunt quoque iſta magis proprie,quãuis non magis literaliter exponi,de filio ſecũdũ naturã aſſumptam.ſic enim palam eſt,q̃ nõ poteſt facere quicquã à ſeipſo,ſicut nec cæteri homines. ſola equidem gratia differt humanitas Chriſti ab aliis,ſecundũ quod dicit Auguſtinus,Tolle gratiã,quid eſt ille homo niſi quod tu?ſicq̃ iudicat per executionẽ,[*ſicut audiuit,*]id eſt, ſicut per ſcientiam infuſam interiori auditu diuinitus didicit. Ait ergo, [*Iudicium meum iuſtum eſt(quoniam do vnicuique ſicut meretur) quia non quæro voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me.*]Nonne iuxta præinducta, patris & filij eſt vna voluntas,quomodo ergo filius quærit voluntatem patris,non ſuam?Et reſpondendum, quod
B ſicut in Chriſto eſt duplex natura,puta diuina & humana:ſic volũtas duplex in eo cõſiſtit. Quod ergo nũc aſſerit de voluntate ſua,intelligendũ eſt de voluntate ſua humana.Et quia humana natura conſtat ex intellectiuo,ac ſenſitiuo,ſeu anima rationali & parte ſenſitiua,propterea ponitur duplex volũtas hominis.Vna ſuperior,vtpote appetitus intellectiuus,qui proprie appellatur volũtas, & de hac intelligi poteſt,quòd filius nõ quærit voluntatẽ ſuã,quoniã iſtã volũtatẽ immobiliter à prĩcipio ſuę creationis ſubiecit volũtati diuinæ,& quoniã ordinauit eã,omnemq̃; actũ eius ad voluntatẽ diuinã & eius honorem,ſicut ad vltimum finem.Alia eſt voluntas hominis inferior, quæ dicitur appetitus naturalis & ſenſitiuus,quo Chriſtus abhorruit mortem:de qua volũtate accipi ſolet,quod ait in paſsione,Non mea voluntas fiat,ſed tua.& de iſta magis proprie accipi poteſt quod dictum eſt. [*Non quæro voluntatẽ meam,*]id eſt,aliquid priuati amoris,& ad ſe reflexæ affectionis.[*Sed voluntatem patris,*]id eſt,ea quæ placita ei ſunt.Vnde Apoſtolus dicit,quod Chriſtus non placuit ſibi,id eſt,in ſuiipſius complacentia non quieuit,ſecundum quod homo:nec quæſiuit beneplacitũ ſuæ volũtatis humanæ, inquantum humanæ,ſed vt deo ſubiectæ,& in omnibus ei conformatæ,quod non eſt aliud niſi quærere voluntatẽ dei. Imò ſic & nos quærere & implere poſſumus propriã voluntatem,non inquantum eſt noſtra , & ad ſe conuerſa,ſed vt eſt diuina charitate & lege euangelica informata. Neque enim opus eſt meritorium, niſi fuerit voluntarium:& quanto opus bonum ſit promptiori volũtate,tam eſt deo acceptius,& præmij amplioris , eo quòd deus reſpiciat affectum potius quam effectum. [*Si ergo teſtimonium perhibeo de*
C *meipſo,teſtimonium meum non eſt verum.*]Infra ait Saluator,cum ſibi dixiſſent Iudæi,Tu de teipſo teſtimonium perhibes,teſtimonium tuum non eſt verum. Et ſi ego(inquit)teſtimonium perhibeo de meipſo,teſtimonium meum verum eſt.quomodo ergo nunc ait, ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum?Et nonne ipſe eſt veritas, quæ nec fallit, nec fallitur?Secundum aſſumptã quoque humanitatem confirmatus fuit in bono,ita quòd mentiri non potuit,nec peccare.

¶Denique tẽpore paſsionis perhibuit de ſeipſo teſtimoniũ corã Caipha & Pilato, cum dixit,Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli.Itemq̃,Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundum,vt teſtimonium perhibeam veritati.Ad hoc quidam reſpõdent,quòd Chriſtus dixit interdum teſtimonium ſuũ de ſeipſo non eſſe verum,ad oſtendendum aſſumptæ carnis humanitatẽ : interdum vero dixit illud eſſe verũ ad inſinuandum ſui cum patre æqualitatẽ,ita quòd teſtimoniũ Chriſti de ſeipſo fuit verum,& non verũ.Verum quidem ſecundum diuinitatẽ , ſed nondum verum ſecundũ humanitatẽ.Quomodo autem hoc ſtare poſsit non video,niſi intelligatur, q̃ teſtimonium Chriſti de ſeipſo ſecundum humanitatẽ prolatum non eſt verũ,loquẽdo de humanitate eius ſeorſum ſecluſa de diuinitate & gratia.Sic enim fortaſſe potuiſſet eſſe erroneũ atque inefficax. Facilior ergo & aptior videtur eſſe expoſitio Chryſoſtomi ſic exponentis,Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo,teſtimonium meũ non eſt verum,ſecundum veſtram æſtimationem:quanuis ſecũdum exiſtentiã ſit veriſsimum, ac
D ſufficientiſsimum.[*Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimonium quod perhibet de me.*]per hunc alium intelligi poteſt pater , qui in baptiſmo teſtatus eſt , hic eſt filius meus dilectus. qui etiam per miracula Chriſti in nomine patris facta,teſtimonium præſtitit filio.De teſtimonio etenim patris ſcriptum eſt in epiſtola Petri,Accepit à deo patre honorem & gloriam , voce ad eum delapſa à magnifica gloria,Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi complacui , ipſum audite. Sed & ſpiritus ſanctus teſtimonium Chriſto perhibuit, iuxta illud Ioan. Spiritus enim qui teſtificatur , quoniam Chriſtus eſt veritas.Poteſt quoque per hunc aliũ intelligi Ioan.Bapt.qui fuit verus teſtis Chriſti,ſecũdum quod pater eius Zach.plenus ſpiritu ſancto prædixit,Tu puer propheta altiſsimi vocaberis. &c. de cuius teſtimoniis Chriſto exhibitis,iam multa præclara,pulcherrima atque ſublimia dicta ſunt, primo,tertioq̃ cap.[*Vos miſiſtis ad Ioannem Baptiſtam*]ſacerdotes & leuitas,vt interrogarent an eſſet Chriſtus.[*Et teſtimonium perhibuit veritati,*]videlicet mihi,qui ſum via,veritas & vita , dicens,Non ſum ego Chriſtus,& medius veſtrum ſtetit,cuius ego non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calciamenti eius, vt dictum eſt.Vel teſtimonium perhibuit veritati,id eſt,ei quod verum fuit,vel veritati propoſitionali,videlicet ſe eſſe vocẽ clamantis in deſerto,& Chriſti præconem , me vero eſſe Chriſtum, in ſpiritu ſancto baptizantẽ.[*Ego autem ab homine teſtimonium nõ accipio,*]id eſt,teſtimonium humanum non requiro,quaſi indigens illo,vel vt ex hoc mihi aliquid accreſcat,maioriſq̃ authoritatis exiſtam quantum

Pſal.10. Auguſtin. Pſal.61. Lucæ.22. Ioan.15. Ioan.7. Ioan.14. Matth 26. Ioan.18. Chryſoſt. Matth.3. 2.Petri.1. 1.Ioan.5. Lucę.1. Ioan.1. Ioan.14. Ioan.1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad me,ſicut homo indiget teſtimonio dei,[*ſed hæc dico(videlicet, quòd deus pater & Ioannes mihi teſtimonium præbuerunt)vt vos ſaluiſitis*]credendo in me per teſtificationem illorum.non enim ob ſuam indigẽ E
tiam,vel profectum,ſed propter noſtram ſalutem voluit Chriſtus teſtes habere, vt ſic crederemus in eum. ¶Inſuper Chriſtus oſtendit,quòd teſtimonium Ioannis fuit idoneũ, propter ipſius magnam perfectionẽ.[*Ille erat(per ſimilitudinẽ quandam)lucerna ardens & lucens.*]primo enim fuit ſimilis lucernæ, quoniã ſicut lucerna nõ eſt eſſentialiter lux,nec lucet per ſe,ſed per lumen conſtitutum in ea:ſic Ioannes non erat lux per eſſentiam,nec ſplẽdebat ex ſe,ſed ex participatione lucis diuinæ,videlicet per gratiam Chriſti ſibi infuſam,quæ fulſit per corpus Ioannis,in verbo & opere,ſicut lumen lucernæ fulget per cornua eius.Et ſicut lucerna cum lumine ſuo obfuſcatur ſuperueniente luce diei,ſic Chriſto verbis atque miraculis radiante cœpit obfuſcari Ioannes:ſecũdum quod ipſe prædixit,Illum oportet creſcere,me autem minui.Fuit quoque Ioannes lucerna ardẽs igne diuini amoris,ex quo cõgratulatus eſt excellentiæ Chriſti:ſicut ait,Amicus ſponſi qui ſtat & audit eũ,gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Arſit etiam Ioannes zelo iuſtitiæ,quo increpauit Herodem,& flamma dilectionis proximorum, habuitq́ue verba vehementer ignita,dicendo,Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.Fuit inſuper lucẽs radiis ſapientiæ, exemplari, & optima conuerſatione,prædicationeq́ue ſplendida:ſic & quilibet niti debet ad hoc,vt ſit lucerna ardens & lucens,quatenus & lumen gratiæ aptum in eo locũ inueniat, & ipſe in ſeipſo diuina charitate feruescat, atque in contẽplatione ſapientiæ fulgeat,proximos quoq; ad dei amorem,& veritatis notitiã, conetur inducere:ſicq; gratia animæ ſuæ redundet, manifeſtetur,ac emicet in vultus grauitate,in morum pro- F
bitate,in totius corporis greſſu,omniq́ue actu.Beati qui tales ſunt,à quibus plus diſto quàm oriens ab occaſu.[*Vos autẽ voluiſtis exultare(ſpiritualiter)ad horã(id eſt,ad tempus modicum)in luce eius,*]id eſt, in perfectione & gratia,& ſanctitate,& doctrina Ioannis,gaudẽdo de hoc,quòd habuiſtis tam ſapientẽ prophetam:ſed non diu durauit exultatio illa,quia cũ cœpit increpare vitia veſtra,dixiſtis, dæmonium habet,noluiſtisq; credere verbis eius,quibus mihi teſtimonium reddidit:& vt multi affirmant, Herodes etiam ad ſuggeſtionem Iudæorum,clauſit,ac decollauit Ioannem:vel ideo dicit Saluator, quòd Iudæi voluerunt ad horam exultare in luce Ioannis,quia parati fuerunt eum pro Chriſto recipere, & in principio multi eorum obedierunt Ioanni.[*Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne,*]id eſt , dignius teſtificatione Ioannis facta de me: & quod ſit teſtimonium iſtud maius ſubiungitur,[*Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiam ea,*]id eſt,miraculoſi effectus totã poteſtatem naturæ excedentes, quos pater facit per me,& vult eos perfici,id eſt,perfecte & excellentiſsimo modo fieri à me, [*Ipſa opera*] quæ ego facio,propria virtute,ſecundũ quod deus,& inquantum homo facio ea virtute patris, imò totius trinitatis,cuius eſt vna poteſtas,[*Teſtimonium perhibent de me,quia(id eſt,quod)pater me miſit,*]videlicet quod à deo veni,& recta ago & prædico.Sicut enim veritas naturalis ſcientiæ probatur per rationis diſcurſum,ex principiis per ſe notis:ſic ſupernaturalis veritas fidei demõſtratur per opera ſoli deo poſsibi- G
lia , qui cum ſit veritas, nunquam facit opera talia ad conformationem erroris: quoniam ergo talia multa fecit Ieſus,certum eſt,quòd à deo miſſus ſit,verúſque doctor conſiſtat. [*Et qui miſit me pater.*]
¶Duplex eſt miſsio filij dei. Vna inuiſibilis, qua pater à principio mundi miſit æternam ſapientiam ad mentes electorum,per hoc quòd illuminauit eas gratia ſuæ ſapientiæ increatæ,ac genitæ. Cũ enim in patre ſit authoritas quo ad filium, atque in filio ſubauthoritas quantum ad patrem, conuenit patrem mittere filium, etiam ſecundum diuinam naturam.Simili ratione, pater & filius mittunt ſpiritum ſanctum,quia in ipſis eſt authoritas,quo ad ſpiritum ſanctũ,& in ſpiritu ſancto ſubauthoritas ad patrem & filium,quaſi ad vnum principium,vnumq́ue ſpiratorem,ac fontem.De hac nempe ſpiritua li & inuiſibili miſsione verbi habetur in libro Sapiẽtiæ,Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ,vt mecum ſit & mecum laboret.Alia eſt miſsio filij dei temporalis atque viſibilis,quæ dicitur incarnatio eius.Nec dubiũ,quin Chriſtus in mundo conuerſans mittebatur à patre ad omnia loca & opera quæcunque acceſsit,aut fecit.Imò Chriſtus ſecundum quod deus miſit ſeipſum, ſecundum quod homo. [*Ipſe teſtimonium perhibuit de me.*] hoc ſpecialiter accipi poteſt de teſtimonio patris, quo in baptiſmo locutus eſt,hic eſt filius meus.Nihilominus à principio mundi perhibuit pater teſtimonium Chriſto per oraculã patriarcharum,per vaticinia prophetarum , per diuerſa ſacramẽta & geſta figuralia.Vnde ſecundum Auguſtinum,nulla ætas vacauit à prophetia de Chriſto . propter quod H
apud Lucã Zacharias diſſeruit,Erexit cornu ſalutis nobis,ſicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, prophetarum eius. Videtur autem Chriſtus ad literam loqui de teſtimonio vocis paternæ præfato.Loquitur enim nunc diſtinctim de triplici teſtimonio ſibi perhibito,vtpote Ioannis & operum ac patris. [*Neque vocem eius audiſtis vnquam.*] Quæritur, quomodo Saluator dicat Iudæos nunquam audiſſe vocem patris:ſupra enim capitulo tertio dixit ad Nicodemum , Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis,quod melius intelligitur de ſpiritu ſancto,quàm de vento:ſicut ergo Iudæi audierunt vocem ſpiritus ſancti,ſic & patris.Denique Ioannes ait, Ego vox clamantis in deſerto : ergo audiendo Ioannem , audierunt vocem patris. Sed & Chriſtus eſt verbum & ſermo patris. De quo ad Hebr.dicit Apoſtolus,Viuus eſt ſermo dei,efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti. Quod enim id de increato dei verbo dicatur,eluceſcit ex eo quod ſubditur , Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius,omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius,ad quem nobis ſermo. Itaque audiendo Chriſtum,audierunt verbum ſermonemq́ue patris,& per conſequens vocem ipſius.¶Præterea , ſacra ſcriptura nonne vox dei eſt?dicente Apoſtolo,Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata. Iudæi ergo audiendo eloquia prophetarum,ac Moyſi,audierunt vocem dei.Moyſes quoque ait in Deuteronomio, Probauimus hodie,quòd loquente deo cum homine vixerit homo,vocem eius audiuimus de medio

Ioan.1.
Ioan.3.
Ibidem.
Marc. 14.
Marc. 6.
Lucæ.3.
Matth.17.
Marc.6.
Ioan.1.
Sapien.9.
Galat.4.
Baruch.3.
Matth.3.
Auguſt.
Lucæ.1.
Ioan.3.
Ioan.1.
Titum.1.
Hebræ.4.
2.Tim.3.
Deut.4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ignis. Quidam expositores faciliter transeuntes dicũt, quod ideo Christus dixit istis peruersis incredu
lisque Iudæis, quòd nunquam audierunt vocem patris, quia non audierunt præinductũ testimonium
vobis paternæ de filio in baptismo, Hic est filius meus dilectus. Alij dicunt, ꝙ ideo Christus ait, neque Matth.3.
vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis, vt insinuet deum patrem esse omnino incor
poralem, ac insensibilem, ita quòd neque audiri potest, neque videri sensu corporeo, cum non habeat
os, linguam, & cætera instrumenta loquendi. Et quamuis per subiectam creaturã loquatur, tamen non
auditur vox eius, quasi ipse sit immediatus propriúsque formator huiusce modi vocis. Sed quia Salua-
tor duris, & perfidis loquebatur Iudæis, qui verba diuina tradita in scripturis non vere & spiritualiter
intellexerunt, videtur sic exponendum, neque vocem eius, id est, scripturas sacras mihi testimonium
perhibentes, à patre reuelatas, vnquam audistis, auribus cordis, sed grosse atquè carnaliter, id est, secun
dum literam quæ occidit, intellexistis eas. Iuxta hunc modum Moyses locutus est Iudæis in Deutero- 2.cor.3.
nomio, Vos vidistis vniuersa magnalia dei, & non dedit vobis dominus cor intelligens, & aures quæ Deute.29.
possent audire vsquè in præsentem diem. ¶Huic expositioni sequentia quoque consonant, vt patebit.
Neque speciem eius vidistis. hoc vno modo intelligi potest, quod non viderunt deum per speciem, id
est, diuinam essentiam, quomodo vident eum beati in patria. Secundò, quòd nec fide syncera, puráque
B mente contemplati sunt deum: qui enim ait se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est:
quomodo ergo patres & vates veteris testamenti speciem dei vidisse scribuntur? dicente patriarcha Ia 1.Ioãnis.2.
cob, Vidi dominum facie ad faciem. Et Esaias, Vidi (inquit) dominũ sedẽtem super solium excelsum. Genesi.32.
Daniel etiam perhibet se vidisse antiquum dierum, & cuius capilli erant sicut lana alba. Et respon- Esaiæ.6.
dum, quòd non viderunt deum in specie propria, sed aliena, in imaginatione formata, vel ab angelo in Daniel.7.
persona dei apparente assumpta, vel alio modo consimili. [*Et verbum eius (scilicet dei patris) non habetis
in vobis manens.*] Quod primo accipi potest de vnico filio patris, de quo dictum est, In principio erat
verbum: hoc isti increduli non habuerunt manens, id est, fixum, ac habitãs in cordibus suis per fidem Ioannis.1.
& charitatem: vnde Apostolus asserit Christum habitare per fidem in cordibus nostris, propter quod Ephesi.3.
dictum fuit superius, Et sui eum non receperunt. Secundo exponitur sic, & verbum eius non habetis Ioannis.1.
in vobis manens, hoc est, diuinis sermonibus & scripturis non obeditis, sed vacui estis à cognitione for
mata, & salutari memoria diuinorum verborum: quo contra ait Psalmista, In corde meo abscondi e- Psalm.118.
loquia tua, vt non peccem tibi. Quemadmodum enim impij quamuis subtiles dicuntur non cognos-
cere deum, quoniam non honorant eum vt deum, sed factis negant: sic peruersi & perfidi, quamuis in Titum.1.
scripturis promptissimi, dicuntur tamen non habere in se verbum dei, quoniam abutũtur. Tertiò sic,
Et verbum eius non habetis in vobis manens, id est, internam dei inspirationem non percipitis, neque
per reuelationem occultam filium dei cognoscitis. Omnibus enim expositionibus istis concordant se
C quentia. [*Quia quem misit ille,*] id est, mihi filio dei nisso à patre cælesti, [*Non creditis.*] Et quia Saluator
iam tetigit quòd vocem patris, id est, scripturas de Christo loquentes, non recte ac spiritualiter intel-
lexerunt, sed superficialiter, ac ruditer nimis, idcirco subiungit ac hortatur, [*Scrutamini (id est, solerter di-
scutite, inuestigate, aduertite) scripturas*] legis, ac prophetarum. Est ergo quędam scrutatio diuinorum bo- Actuũ.17.
na, discreta ac salutaris, non ex curiositate, præsumptione vel infidelitate quadam procedens, sed ex aui
ditate agnoscendæ veritatis, propter dei amorem atque honorem: de qua in Actibus apostolorum Lu Psalm.118.
cas testatur, de Thessalonicensibus loquens, Nobiliores ex eis susceperunt verbum dei cum omni aui
ditate, quotidie scrutãtes scripturas si hæc se ita haberent. Et Psalmista, Mirabilia testimonia tua, ideo
scrutata est ea anima mea. Alia est scrutatio curiosa & immoderata, qua quis difficilia vltra propriã ca Prouer.25.
pacitatem nititur discutere, incomprehensibilia capere, scripturas sacras proprio ingenio mensurare, ac Eccles.3.
iudicare: de qua Salomõ fassus est, Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Et in Ecclesiastico, Fortio Esaiæ.3.
ra te ne scrutatus fueris. [*Quia vos putatis in ipsis,*] id est, in notitia scripturarum, [*Vitam æternam habere,*]
id est, æternam beatitudinem promereri, ac adipisci: quod & ita fuisset, si eas vere & efficaciter intelle-
xissetis. Sed quia oppositum contigit, propter Iudæorum duritiam, aptissimè dixit Christus, quia puta
tis, id est, inaniter æstimatis, defraudati nanque estis spe vestra. [*Et illæ*] scripturæ [*sunt, quæ testimoniũ per
hibent de me.*] In libro etenim Moysi & prophetarum, non solum prænunciatur Christi aduentus, & in Esaiæ.9.
carnatio verbi, sed etiam determinatur tempus aduentus, locus natiuitatis, modus cõuersationis, & qua Gene.49.
D litas passionis, sed & resurrectio, & ascensio christi illic prænuntiatur. De eius enim aduentu, cecinit Daniel.9.
Esaias, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. De tempore vero aduentus Christi locutus est Ia
cob in Genesi, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Et Daniel, Septuagin
ta hebdomadæ abbreuiatæ, videlicet hebdomadæ annorum lunarium, sunt super populũ tuum, vt de-
leatur iniquitas, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Modus quoque aduẽ-
tus istius, videlicet quòd Christus venit, & conuersatus est cum hominibus in maxima paupertate & Baruch.3.
humilitate, descriptus fuit per Hieremiam, Quare quasi colonus vẽturus es in terra, & quasi viator de Hiere.14.
clinãs ad manendum? Et per Zachariã, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, ipse pauper. Itémque Psal- Zacha.9.
mista, Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. ¶Præterea, de loco natiuitatis per Micheam, Psalm.87.
Ettu Bethleem Effrata, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël. Modum quoque conceptio Miche.5.
nis Esaias deprompsit, Ecce virgo concipiet & pariet filium. Rursúsque, Ascendet (inquit) quasi vir- Esaiæ.7.
gultũ coram eo, & quasi radix de terrra sitienti. hoc est quod prophetauit Psalm. Descendet sicut plu Esaiæ.53.
uia in vellus, & sicut stillicidia stillãtia super terram. De passione vero & tempore passionis Daniel di Psalm.71.
xit, Post hebdomades 62. occidetur Christus. Et Esaias, Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, Daniel.9.
attritus est propter scelera nostra, & sicut ouis ad occisionem ducetur. Et summatim stringendo, vix Esaiæ.53.
aliquid in Euangelio continetur, quod non in veteri testamento inueniatur prędictum. Propter quod Rom.1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Psalm.33. ait Apostolus, se segregatum in euangelium, quod ante promisit deus per prophetas suos, in scripturis E
sanctis de filio suo. [*Et non vultis venire ad me*] per fidem & obediẽtiam: secundum quod Psalmista hor
Deuter.6. tatur, Accedite ad eũ & illuminamini. proprię ergo voluntatis obstinatio est causa perfidiæ Iudæorũ.
Matth.4. [*Vt vitam (spiritualem) habeatis*] in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriã. Et quia Christus iã mul-
ta de propria excellentia retulit, ne Iudæi eum de iactantia increparent, subintulit, [*claritatem ab hominibus non accipio,*] id est, humanam gloriam & laudem nõ requiro. Sed nónne christus prẹcipit sibi à no
bis seruiri? nõne iubet se adorari, omnibúsq; prẹferri? quomodo ergo non quærit claritatem ab homine? Et respõdendum, quia secundũ quod homo nõ quæsiuit, nec quærit ista propter se, vel ex priuato
amore, sed vt deus exigit ista, tanquam creator & princeps altissimus. Imò, vt homo vult honorari nõ
ex vanitate, sed zelo iustitiæ, secundum ordinationem voluntatis diuinæ: sicut etiã iustus prælatus quã
uis humilis, vult zelo iustitiẹ propter honorem dei, cuius vices gerit, vt debita sibi à subditis reuerentia
impendatur. Omnis autẽ rationalis creatura, bene disposita, finaliter quærit honorare deum per laudẽ
& obedientiã, ex syncero amore, & honorari à deo per vnionem cum ipso, & collocationẽ in suo cẹle
sti palatio. Si ergo Christus qui habet in vestimento & in fœmore suo scriptum, rex regum, &
Apoca.19. nus dominantiũ, nõ accepit ab hominibus claritatem, cur nos miseri vitiis tabidi, ad omne malum pro
cliues, vanitate seducimur, quærentes sciri, reputari, honorari, præesse? O dibilis coram deo & homini-
Eccles.10. bus est ista superba. Hinc ad Hebræos ait Apostolus, Christus proposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ F
Hebræ.12. cõfusione cõtempta. [*Sed cognoui vos (cognitione reprobationis) quia dilectionem dei*] gratuitam, ac meritoriã,
quæ est virtus theologica & infusa, de qua dicit Apostolus, Finis præcepti est charitas. de corde puro
1.Timo.1. & conscientia bona, & fide non ficta, [*Non habetis in vobis*] videlicet appetitu intellectiuo, seu volunta
te, quæ est charitatis subiectũ. Nihilominus naturalem dei dilectionem impij aliqui habent, nõ tamẽ
damnati. Sine dilectione autem dei gratuita nihil est meritorium, prout Paulus testatur, Si linguis an-
1.Cor.13. gelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Charitas est enim propria vi
ta animæ, sicut in prima sua Canonica docet Ioannes, Qui non diligit, manet in morte. [*Ego veni in no-*
1.Ioan.3. *mine patris mei,*] id est, patre meo, hoc est, secundum voluntatem & ordinationem patris ætterni, ad ho-
norem ipsius, cuius in omnibus dictis meis atque operibus beneplacitum impleo, gloriámq; requiro,
[*Et non accepistis me (per fidem, dilectionem, & obedientiam) si alius venerit (id est, quia & cum Antichristus*
venerit) in nomine suo,] hoc est, proprium honorem & gloriam quærens, non missus à deo, sed seipsum
2.Thess.2. inæstimabili mentis tumore extollens, supra omne quod dicitur aut colitur deus, [*Illum accipietis*] cre-
dendo quòd ipse sit Messias in lege promissus: in hunc enim errorem cadere meruistis, verum filium
dei spernendo. Itaque quod ait, si alius venerit, non dicitur dubitatiue, & quod addit, illum accipietis,
non dicitur ad Iudæos, quos Christus tunc præsentialiter alloquebatur, qui iam diu occubuerunt, nisi
sub persona illorum intelligendo communiter genus Iudaici populi, quod primo & maxime adhære-
bit Antichristo, donec per Enoch & Heliam conuertantur, & Antichristi falsitas detegatur. [*Quomodo* G
potestis vos credere (fide formata, viua & operatoria) qui gloriam ab inuicem accipitis,] cum affectu, & huma-
num fauorem, terrenum honorem, propriam laudem optatis, quæritis, & acceptatis, [*Et gloriam quæ a so-*
lo deo est (id est, veram atque æternam felicitatem) non quæritis?] virtuose viuendo. Constituistis enim vo-
bis finem in rebus caducis, & vanis, non in deo benedicto. Videmus enim multos ambitiosos & arro-
gantes, fidem habere, & contra infideles armari: non ergo loquitur Christus de fide informi & vacua,
sed formata. Eluescit autem ex his, quod vana gloria omne spirituale bonum impediat, & pestiferum
Psalm.52. valdéque graue crimen consistat, propter quod dicit Psalmista, Quoniam deus dissipauit ossa eorum,
Galat.1. qui hominibus placent. 1. placere desiderant, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Apostolus, Si
Matth.7. hominibus placerem, Christi seruus non essem. Omnis ambitiosus & animosus similis est viro stulto
qui ædificat domum suam supra arenam. Specialiter autẽ ambitiositas ista impedit Iudæos à fide Chri
sti. Quoniam enim scripturas prophetarum solum literaliter intelligunt, putant ꝙ Christus in primo
suo aduentu, omnia regna mundi eis subiiciet, sicque temporalem principatum, terrenum honorẽ, hu
Matth.11. manam exaltationem sperant, & cupiunt. Vnde in Iesum paupertatis & humilitatis magistrũ, omniúm-
que temporalium contemptorem credere noluerũt, & nolũt. Itaq; soli deo placere, & ei duntaxat dis-
plicere formidemus, & in solo deo sit gloriatio nostra. [*Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud pa-*
trem.] hoc ait Saluator, non ꝙ ipse nequaquam accusabit Iudæos, cũ ipse sit iudex & testis, qui alibi lo- H
quitur, Qui me erubuerit, hunc filius hominis erubescet coram patre & angelis. Vnde per Hieremiã
ait, Attende domine, & audi voces aduersariorũ meorum. Nunquid redditur pro bono malũ, quia fo-
Hiere.29. derũt foueam animæ mea? Nónne Christus accusauit Iudæos cũ dixit passione instante, Nunc autem
Lucæ.9. excusationem non habent de peccato suo, & oderũt me & patrem meum gratis. Per hoc quippe Chri
Hiere.18. stus eos accusat, quod propriis verbis & actibus, imò & vulnerum fuorũ cicatricibus, quas seruauit in
Infr.c.15. testimoniũ contra ingratos, ostẽdit eos damnatione dignissimos. Sed idcirco dicit, quòd nõ accusabit
eos, quia non ipse solus hoc faciet: propter quod subditur, [*Est qui vos accusat,*] id est, dãnatione dignos
affirmat in suis scripturis, [*Moyses in quo sperastis,*] hoc est, per cui⁹ legẽ saluari cõfiditis, sine meritis Chri
sti. Putãt enim Iudẹi obseruationem legis sufficere ad salutem. Multa autẽ sunt verba in libris Moysi,
quibus probantur Iudæi damnationẽ mereri. Quod vero Moyses accusaturus est eos, christus subiũ-
xit, [*si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.*] Si interrogaremus Iudẹos, an credant Moysi, con-
stantissime responderent, quòd imò, & tamen veritas hoc loco dicit cõtrarium. Simili modo si inter-
rogaremus hẹreticos, an credũt christo, firmissime dicerent, credimus, & tamen ita non est. Nunquid
Arrius, Eunomius, Fotinus, Sabellius, & similes eis, veram in deo Trinitatem personarum negantes,
crediderunt sermonibus Christi? Et tamen Iudæi atque hæretici putant se credere istis. ¶ Sed dicen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dum breuiter, quod Iudęi credunt Moysi secundum eũ intellectum, quo verba eius exponũt: & quo niam verba eius male intelligunt, ideo non credunt ei secundum veritatem, sed secundum ipsorum de ceptoriam opinionem. quemadmodum aliquis putat se videre colorem rubeum, cum videt album per nigrum. Quod vero christus ait, forsitan, non dicit dubitando, sed humanam libertatem insinuando, & sobrium modum loquendi docendo. [*De me enim ille scripsit.*] Multa nanque scripsit Moyses de chri sto, quædam verba aliorum narrando, quædam in propria persona prophetando, quædam figuraliter & occulte de mysteriis Christi, & passione eius per sacramenta & cærimonialia legis insinuando. Primo modo, scripsit de Christo in Genesi, cum recitat deum dixisse ad Abraham, In semine tuo benedi centur omnes gentes. Et quomodo Iacob dixit, Non auferetur sceptrũ de Iuda, &c. Itémque, Salutare tuum expectabo domine. Et in libro Numerorum recitando vaticinia Balaam. Secũdo modo, scripsit de Christo in Deuteronomio, Prophetam suscitabit vobis dominus, &c. Accusat quoque Iudæos ad iungens, Omnis qui non audierit prophetã illum, peribit de populo suo. Tertio modo, scripsit de chri sto in Exodo, atque Leuitico, loquens de ritu agni paschalis, & cæteris sacrificiis, per quæ passio Chri sti prefigurabatur. [*Si autem illius literis (id est, scripturis) non creditis*] quia nec intelligitis eas veraciter, [*Quo modo verbis meis credetis?*] Et hoc rursus vt cætera Christi eloquia indiget sano intellectu, quia sic sonat, quasi scripta, seu testimonia Moysi essent magis credibilia atque autentica, quàm verba Christi. Est igi tur sensus, Si illius literis non creditis, quem æstimatis maioris authoritatis esse quàm me, & ad quem maiorem affectum habetis, quomodo verbis meis credetis? quasi dicat, quia illi nõ creditis, mihi crede B re nõ potestis. Potest etiam absolute intelligi, vt dicat verba Moysi credibiliora quàm sua, quoniam e rant minus incomprehẽsibilia, difficilia, & supernaturalia quàm verba Christi, quę omnem penitus ra tionem transcendunt. Genesi. 22. Genes. 40. Nume. 23. & 24. Deut. 18. Exod. 21. Leuit. 12.

¶Expositio cap. VI. [*Post hæc abyit Iesus trans mare Tyberiadis.*]

Articulus XVI.

C Onsequenter narrat Euangelista grande miraculum, quo omnipotentia Chri sti magnifice noscitur demonstrata, eiúsque supernaturalis doctrina efficaciter roborata, vt supernaturalis assertio, supernaturali firmaretur argumento, [*Post hæc*] quæ in præcedenti capitulo dicta, gestáque feruntur [*Abyit Iesus*] à Hierusa lem & Iudæa. Abiit autẽ & nauigauit [*Trans mare Galilææ (quod est mare) Tyberia dis,*] id est, mare istud dicitur mare Galilææ à prouincia in qua situm est. Dici tur etiam mare Tyberiadis, ab vrbe nomine Tyberias, quæ sita est in litore hu ius maris. Abiit autem Iesus diuersis ex causis. Primò, secundum quod hic insi nuatur, cedens persecutioni Iudæorum, ne ante tempus præfixum ab eis occideretur. Secundò, cedens furori Herodis, vt enim in Matthæo legitur, Iesus audita decollatione Ioannis, fecit quæ iam refert E uangelista. Tertiò, vt discipuli sui post laborem paululum repausarent, quia vt scribitur in Marco, E rant qui ibant & redibant, & nec spacium manducandi habebant. Vnde Christus ait discipulis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. [*Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant si gna,*] hoc est, miraculosas curationes, [*Quæ faciebat super his (id est, in eis hominibus) qui infirmabantur.*] hæc fuit vna ratio, ob quã sequebãtur eũ: diuersi tamẽ diuersis de causis Christũ corporaliter sequebantur. Quidã vt aliquid reprehẽsiõis in verbis aut actibus eius inuenirẽt, quẽadmodũ pharisæi & scribę inuidiosi. Quidã vt instruerẽtur & vitã suã corrigerẽt, vt studiosi, ac pœnitẽtes. Quidam vt signa viderent & noua audirent, vt curiosi. Quidam vt curarentur. Quidam vt suis sanitatem acquirerent, sicut de Re gulo dictum est. Quidam vt corporaliter alerentur. Et quoniam dominus Iesus etiam secundum cor pus speciosus valde & eloquẽtissimus fuit, & optimæ habitudinis, verisimile est, quòd multi sequebã tur eum delectati specie & eloquentia eius. ¶Denique secundum Matthæum, prædicta multitudo de ciuitatibus secuta est Christum pedestris. Ex quo elicitur, quod egeni fuerunt pro maiori parte. Et vt Marcus testatur, cum cognouissent quod Iesus esset, de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præ uenerunt discipulos christi, in quo patet feruens eorum ad Christum affectio ac prompta deuotio, sal D tem quorundam. [*Subyit ergo in montem Iesus*] vt locus correspõderet locato. Christus enim propter san ctissimæ vitæ excellentiam, propter miraculorum eminentiam, propter contemplationis celsitudinẽ, propter charitatis omniúmque virtutum incomparabilem sublimitatem, mõs appellatur. De quo per Danielẽ asseritur, q̃ lapis abscisus sine manibus, creuit in montẽ magnum, impleuítque vniuersam fũ perficiẽ terrę. Mons ergo ascendit in montẽ, implẽs ad literã illud quod dicitur per Esaiam, Super mõ tem excelsum ascẽde tu qui euangelizas Syon. Ascẽdit ergo in montẽ, qui est locus orationi, contẽpla tiõi, instructionísq; aptus, vt & nos similiter faciam⁹ tẽpore opportuno. Opportunitas equidẽ loci, plu rimum confert ad deuotionem. Ascendit quoque in montem, docens nos suo exemplo terrena ista at que carnalia abiectare, & cælestia ac diuina toto affectu requirere, quatenus cum Apostolo quæ sur sum sunt quęramus, ac sapiamus, non quæ super terram: & quę retro sunt obliti, in anteriora extenda mus nosipsos, omnia sensibilia vana atque caduca arbitrantes vt stercora, vt super inuisibili deo ardẽ ti desiderio vniamur. [*Et ibi sedebat cum discipulis suis,*] docens eos, & latitudinem terræ quam con didit circunspiciens, magis autem habitatoribus terræ compatiens, essque auxiliari proponens. [*Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum,*] id est, de propinquo iam imminebat. Porrò, vt Beda ait, in ter decollationẽ Ioãnis & christi passionẽ, vni⁹ anni extitit spatiũ. Et sic istud fuit Pascha secũdũ circa q̃ decollat⁹ est Ioãnes, in quo christ⁹ nõ fuit in Hierusalẽ, cedẽs aduersariis suis. Nã sicut sępe obser- Matth. 14. Marc. 8. Ioſue. 4. Matth. 14. Marci. 8. Daniel. 2. Esaiæ. 40. Colloss. 3. Philip. 3. Beda. Galat. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uauit legalia, oſtendendo ſe hominem verum factum ſub lege, ſic interdum prætermiſit ea, oſtendens E
ſe verum deum ac legiſlatorem ſupra legem. Quia hic dicitur, Erat proximum paſcha, Euangelium iſtud legitur in medio quadrageſimæ propinquante paſchali ſolennitate. [*Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus,*] qui oculis vagus non fuit, ſed ſumme compoſitus: nec ſine ingenti cauſa circunſpexit, ſed in omnibus vniuerſæ maturitatis & probitatis dedit exemplum, [*Et vidiſſet quia multitudo maxima,*] videlicet quinque milia virorum, præter mulieres & pueros, [*Venit ad eum, dicit ad Philippum,*] qui primo omnium dicitur à chriſto ad Apoſtolatum vocatus, [*Vnde.*] nunc forte propter familiaritatem & charitatis oſtenſionem ſpecialiter dirigit ſermonem ad eum. Aliqui tamen affirmant, quòd Philippus cæteris diſcipulis rudior fuit, ideo magis indiguit informari. & hinc Chriſtus eum interrogat, non quaſi ignorãs, ſed informare intendens. Vnde [*Ememus panes vt manducent hi?*] nouerat Chriſtus non adeſſe pecuniam ad emendum tot panes ſufficientes, quoniam pauper fuit, & parum vel nihil ſecum detulit de argento, & auro. [*Hoc autem dicebat tentans eum,*] tentatione piæ probationis ordinatæ ad inſtructionem, qua tentauit & Abraham: non tentatione ſeductionis ordinatæ ad confuſionem, de qua Iacobus ait in ſua
Geneſi.22. Canonica, Nemo cum tentatur dicat, quia à deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt. De pri-
Iacobi.1. ma tentatione ſcriptum eſt in libro Sapientiæ, Deus tentauit iuſtos, & inuenit illos dignos ſe. In Deute-
Sapien.3. ronomio quoque dicitur, Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te dominus deus tuus, vt af-
Deuter.8. fligeret te atque tentaret. De ſecunda oramus, Et ne nos inducas in tentationem.

¶ Sed cum tentare ſit experimentum de tentato accipere, quomodo deus aliquem tentat qui de nul- F
Matth.6. lo accipit experimentum, quippe cum ei omnia antequam fiant, pateſcant? Et reſpondendum, quòd etiam in ſcripturis dicitur deus experiri ſeu aliqua facere ad experiendum, iuxta illud Iudicum, Dimiſit dominus chananæos, vt in ipſis experiretur Iſraëlem, vtrum cuſtodiret mandata domini, an non.
Iudicũ.3. Dicitur itaque deus ſumere experimentum, non vt ei aliquid innoteſcat, ſed vt tentatus agnoſcat ſeipſum, vel alij ad eius notitiam perducantur. Sic ergo tentauit Philippum, eius ignorantiam demonſtrando, non ſolum ad inſtructionem Philippi, ſed omnium diſcipulorum, quatenus miraculum magis oſtenderetur, & virtus Chriſti agnoſceretur. Perfectos autem tẽtat deus, vt eorum perfectio aliis pateat ad exemplum, vt Iob & Tobiam. Imperfectos vero, vt eorum imperfectio eis clareat ad propriam hu-
Iob.1. miliationem. [*Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus,*] ideo non ſciſcitabatur conſilium vel auxilium poſtu-
Tobiæ.2. lando. [*Reſpondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum*
Tobiæ .12. *quid accipiat,*] id eſt, paruum fruſtum manducet. tanquam diceret, Non habemus pretium ad emendum, nec poſſumus eis prouidere, idcirco remitte eos ad loca habitabilia vt ſibiipſis prouideant. [*Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Symonis Petri.*] Ad laudem Andreæ hoc pertinet, quod principis apoſtolorum extitit frater. vnde & Iudas in ſua Canonica vocat ſe fratrem Iacobi, tanquam dignioris, non ad iactantiam, ſed vt à fidelibus, quibus ſcripſit, diligẽtius audiretur. Quanti valoris fuerint iſti de
Matth.18. narij, non exprimitur. [*Eſt puer vnus hic:*] qui puer vocatur, non tam propter ætatis paruitatem, quam G
1.Cor.14. propter puritatem & innocentiam, ad quam puritiam obligamur chriſto dicente, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Vnde hortatur Apoſtolus, Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote.

¶ Denique in ſcripturis dicitur aliquis puer tripliciter. Primò, propter ſtoliditatem & inconſtantiam, Eſaia teſte, Puer centum annorum morietur, hoc eſt ſenex fatuus. Secundò, propter puritatem & innocentiam, vt ibi, Laudate pueri dominum. Tertiò, propter ætatem permodicam, ſecundum quod Lucas ait, Puer Ieſus proficiebat. [*Habens quinque panes hordeaceos.*] Ecce quali cibo vti ſolebat chriſtus cum ſuis diſcipulis. condemnata eſt ergo delitioſitas, guloſitas, atque carnalitas. [*Sed hæc quid ſunt inter tantos?*] id eſt, parum vel nihil proderunt multitudini tantæ. Ioannes qui vltimo ſcripſit euangelium atque hiſtoriam iſtam, in aliquibus videtur ab aliis Euangeliſtis diſcordare, ſed illa facilimè ſoluuntur, quia Ioannes magis determinate & particulariter recitat factum iſtud, quàm alij: ideo dicit dictum ab vno diſcipulo, puta Philippo vel Andrea, quod alij Euangeliſtæ ſcribunt à diſcipulis communiter dictum. Tota enim ſocietas fertur facere, pati vel dicere, quod facit, ſuſtinet, vel dicit pars eius. [*Dicit ergo Ieſus, Facite homines diſcumbere,*] id eſt, ad manducandum ordinate ſedere. vnde
Matth.14. in Marco habetur, quòd præcepit vt facerent eos accumbere, ſecundum contubernia ſua. [*Erat autem*
Marc.9. *fœnum multum in loco,*] & ſic locus mollior & aptior fuit ad ſedendum, atque veſcendum. Fuitque vi H
Lucæ.9. ride fœnum ſecundum Marcum: vnde per fœnum intelligitur recens herba, ſeu gramen terræ, qua-
Marci.6. le ſolet eſſe circa paſcha. [*Diſcubuerunt ergo viri,*] per quinquagenos & centenos, vt eſt in Marco, [*Numero quaſi quinque milia.*] hoc dicit Ioannes, quia fortaſsis erant paulo plures vel pauciores.
Marci.6. Alij tamen Euangeliſtæ ſimpliciter aſſerunt, quòd erant quinque milia, non curantes de tali exceſſu, vel defectu tantillo. Conſuetudo enim ſcripturæ eſt, vt ponendo notabilem quantitatem in magnitudine, vel multitudine, non curet de modico, quod forte ſuperfuit aut defuit. Sic enim in veteri teſtamento dicuntur homines tot vel tot annis vixiſſe, & raro vel nunquam fit mentio niſi de annis, cum tamen non ſit veriſimile, quod omnes illi vixerunt tot annis præciſe, quaſi eodem
Nume.1. die morientes quo nati fuerunt. ¶ Præterea, dicuntur viri omnes maſculini ſexus, à viginti annis & ſupra, valentes ad bella procedere. De mulieribus vero & paruulis, qui forſitan numerum virorum vicerunt, non fit mentio, quia ſecundum conſuetudinem legis, ſoli viri numerari conſueuerunt. [*Accepit ergo Ieſus panes*] quinque in ſanctas & venerabiles manus ſuas, organa vnitæ deitatis, [*Et cum gratias egiſſet,*] ſecundum quod homo, deo patri, vel ſummæ trinitati, à qua omne bonum ex tempore ſibi collatum accepit, [*Diſtribuit diſcumbentibus,*] id eſt, per diſcipulos anteponi præcepit turbis illic ſedentibus, non iam duntaxat quinque panes, ſed & illud quod & ipſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſua diuina poteſtate vel creando, vel multiplicando adiecit. [*similiter & ex piſcibus,*] duobus, iam multiplicatis vſque ad quãtitatem quaſi innumerabilium piſcium, diſtribuit per manum diſcipulorum diſcumbentibus, [*Quantum volebant,*] id eſt, optabant diſcumbentes, videlicet ſufficienter, vſque ad ſatietatem ipſorum. [*Vt autem impleti ſunt,*] id eſt, diſcumbentibus copioſe refectis ac ſaturatis, [*Dixit diſcipulis ſuis; Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta,*] id eſt, famem ſeu appetitum comedentiũ vicerunt, ita quòd amplius manducare non poterant, vel quæ ſuperauerunt, id eſt, ſuperfluxerũt edentibus, [*Ne pereant,*] ſed pauperibus remeantibus pro viatico conferantur. Vnde Chriſtus docuit hoc exemplo, reliquias alimẽtorum prudenter ſeruari, vtilitérque expendi. [*Collegerunt ergo (Apoſtoli præcipue) & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum,*] videlicet quilibet Apoſtolus cophinum ſuum, ſi tamen ſoli apoſtoli collegerunt: quod apparet, quia propter multitudinem manducantium diu occupati fuiſſent in circumeundo & congregando. Sapien. 8.

¶Sed nunquam increata dei ſapientia Chriſtus attingens à fine vſque ad finem, & in numero, menſura Sapien. 11.
ac pondere cuncta conſtituens, ſine alto myſterio ordinauit, vt duodecim cophini fragmentorum ſecundum duodenum numerum Apoſtolorum remanerent. Cum ergo ſic contigit, non plane à caſu, ſed eo moderante, quo operante facta eſt multiplicatio præmemorata. Palam eſt enim, quod per panẽ Prouer. 12.
deſignetur ſalutaris doctrina, ad cuius guſtum inuitat ſapientia dicens, Venite, comedite panem meũ.

B Per fragmenta autem panum, ſignantur participationes imperfectæ ipſius doctrinæ perfectæ. Perfecta verò doctrina conuenit Chriſto. Apoſtoli verò participando doctrinam Chriſti, quaſi & partes perfectæ doctrinæ, à fonte ſapientiæ collegerunt. Horum fragmentorum vaſa ſeu cophini, erant corda apoſtolorum, in quibus per totum mundum fragmenta ſapientiæ Chriſti tulerunt, diſperſerunt & communicauerunt: vnde ad præfigurandum tantum myſterium, impleti ſunt duodecim cophini fragmentorum, iuxta numerum beatiſsimorum apoſtolorum. Collegerunt ergo tantas reliquias [*Ex quinque panibus ordeaceis,*] id eſt, ex panibus in quos multiplicati fuerunt quinque panes prædicti, qui erant quaſi ſemina omnium panum antepoſitorum edentibus. Quinque enim panes non habuerunt immediate tanta fragmenta: apud Marcum adiungitur, Et ex piſcibus, ex quo perpenditur, quod etiam ex Marc. 6.
duobus piſcibus tanti cibi piſcium proceſſerunt, quòd diſcipuli Chriſti congregauerunt reliquias inde, quamuis non fiat plena narratio de hoc.

¶Sed quid biberunt hę turbæ? certum videtur, quòd ſi non habuerunt aliunde potum, quod Chriſtus dedit cibariis iſtis virtutem agendi quod efficit potus, ita quòd ſitim perpeſsi non ſunt. Opera nempe Chriſti ſummi opificis, perfecta fuerunt, quos ergo refecit perfecte refecit. [*Illi ergo homines cum vidiſſent,*] imo & manducando experti fuiſſent, [*Quod fecerat ſignum, dicebant, quia hic,*] tanti miraculi factor, [*Eſt vere propheta (non qualiſcunque, ſed) qui venturus eſt,*] id eſt, venturus eſſe prænunciatus eſt per alios prophetas, [*In mundum*] hunc inferiorem ad ſaluandum eum, id eſt, ad homines redimendos. Non ergo ſolum confeſsi ſunt Ieſum eſſe prophetam, ſed veraciter eſſe ſummum illum pro-
C phetam, de cuius aduentu alij cecinerunt, de quo & Moyſes dixit, Prophetam ſuſcitabit vobis dominus. Deuter. 32.

¶Quæritur an Chriſtus fuit propheta? videtur quòd nõ, quia vt homo, erat præ vniuerſis electis excellentiſsimus comprehenſor, comprehenſoribus autem ſeu beatis in patria non conuenit ratio prophetiæ, propter perfectionem eorum. Prophetia enim, vt Thomas & multi ſecum teſtantur, imperfectionem comprehendit. Et reſpondendum, quod Chriſtus fuit vere & verus propheta, quia ſecundum aliquid fuit viator & hominum conuerſator, prædicens eis, cum quibus conuerſabatur, futura contingentia atque præſentia eis ignota. Propheta enim dicitur quaſi procul videns, id eſt, ea agnoſcens atque annuncians his inter quos habet vitam communem, quæ procul ſunt ab aliorum notitia, puta futura vel præſentia, quæ in præſentia vel quæ in abſentia horum quibus loquitur fiunt, vt ſi quis in Epiſcopatu Leodienſi conſiſtens, dicat illic præſentibus quæ fiunt in Aſia domino reuelante. Quamuis autem de⁹ & beati talia ſciant atque denuncient, non tamen prophetæ dicendi ſunt, quoniam cum hominibus cõmunem non habent conuerſationem, quamuis vere intellectualis cognitio Chriſti fuit perfecta, non proprie prophetalis: tamen ſecundum notitiam imaginatiuæ potentiæ habuit conueniẽtiam cum prophetis, quia in imaginatione animæ Chriſti formari poterant formæ ſenſibiles, per quas occulta atque futura repræſentabantur animæ ſuæ, vt viatrici, ſecundum partem ſuam inferiorem. Poſtremò, de mo-
D ralitate huius euangelicæ lectionis tanta ab expoſitoribus dicta ſunt, vt non videatur opus aliquid addere, nec illa repetere. Sed quoniã ſcriptura eſt veluti infinita abyſſus, atque inexhauſibile pelagus, ita quòd de eius expoſitione præſertim morali, tanta dici non poſsint, quin in infinitum plura dici præualeant, nunc aliquid moralitatis tangendum eſt. ¶In primis ergo, quod Ieſus facto ad Iudæos ſermone, & illis non credentibus abiit trans mare Galilææ, hoc figuraliter ſignat, quòd Iudæis in ſua prauitate atque perfidia obſtinatis tranſiit Ieſus ad gentes, illas per apoſtolorum prædicationem vocando ad fidem. Per locum enim deſertum, quem Ieſus ingreſſus eſt per mare, ſignificatur gentilitas olim à deo relicta, ſterilis, & vitioſa. De qua Eſaias prædixit, Lætabitur deſerta & inuia. Et rurſus, Multi filij deſertę magis quàm eius quæ habet virum. Mar. 1. Eſaiæ. 35. Eſaiæ. 54.

¶Porrò, per mare figuratur abundantia perfecutionum, atque amaritudo paſsionis chriſti. Vnde ait in Pſalmo, Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Itémque, Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam. Per mare ergo, hoc eſt, per paſsionem Chriſtus tranſiuit ad gẽtes. Et cõuenienter per mare Galilæę, quę interpretatur trãſmigratio, quia per paſsionem migrauit à ſynagoga, deſpõſando ſibi Eccleſiã ex gentilitate conuerſam. Nã ante paſsionem iuſsit Chriſtus apoſtolis, In viã gentiũ ne abieritis, ſed ite ad oues quę perierunt domus Iſraël. Ad has quippe & ipſe primo ac ſpeciali Pſalm. 87. Pſalm. 68. Matth. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ter missus fuit, secundum quod profitetur, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. E
Matth.15. Post passionem autem mandauit discipulis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium
Marci.16. omni creaturæ, & docete omnes gentes. Cum itaque Iesus hoc modo ad gentes processisset, secuta est eum maxima multitudo, quia innumerabiles gentes ad fidem conuersæ sunt, Christi vestigia imitãtes, atque per fidem, dilectionem, & opera bona, post ipsum euntes, tendendo de via ad patriam, de exilio ad paradisum, de terra ad cælum. & hoc quia viderunt signa quæ fecit dominus Iesus, per suos Apostolos, cæteróque discipulos, in his qui infirmabantur, quos spiritualiter corporalitérque curauit. Innumerabilia nanque miracula fecerunt prædicatores Christi inter gentes. Nam & per contactum sudariorũ Pauli sanabantur ægri, per superpositionẽ baculi Petri ac vestium Euangelistę Ioannis suscitabãtur
Actu.19. defuncti. Propter quod dicitur in Marco, Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante &
Marc.16. sermonem confirmante sequentibus signis. Subiit ergo in montem Iesus, hoc est, in die ascensionis, dato apostolis præcepto prædicandi Gentibus, Eritis (inquiens) mihi testes vsque ad vltimum terræ. Tũc ascendit super omnes cælos, quemadmodum in Actibus plenius edocetur. Et Psalmista prædixit, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. Et, Psallite domino qui ascendit super cælum cæli ad orien-
Actu.1. tem. A summo etenim cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius, & ibi sedebat ad
Psalm. 67. & 18. dexteram patris, cum discipulis suis, id est, vniuersis beatis angelis, animabúsq; glorificatis. Omnes nãque ciues regni cælestis, tam angeli quàm animæ glorioſæ purgantur, illuminantur, & perficiuntur à
Dionysi⁹. Christo etiam secundum naturam assumptam, secundum diuinum Dionysium: merito ergo nuncupantur discipuli eius. Tunc denique [*sublcuauit Iesus oculos*] suæ inexcogitabilis pietatis, [*Et vidit quia multitudo maxima venit ad eum,*] quia in omnibus finibus terræ innumerabiles gentes cõuertebantur ad F
ipsum. Vnde & Paulus in Epistola ad Colossenses testatur, euangelium suo tempore esse prędicatum
colloss.1. in omni creatura quæ sub cælo est.
Matth.5. ¶Cumque vidisset eos spirituali alimonia indigẽtes, & iustitiam esurientes, dedit atque proposuit eis quinque panes, animam viatricem dulciter atque fortissime reficientes. Primus panis est ipsa superbenedicta diuinitas, quæ sicut comprehensores alit per speciem, reficitque indesinenter per suiipsius suauissimam fruitionem: sic alit viatores per fidem, & roborat per contemplationem, ac futurorum gaudiorum piissimam prælibationem. Secundus panis, est corpus Saluatoris sub speciebus sacramẽtalibus tectum, panis viuus, verúsque cibus, de quo infra plenissimus erit sermo, de quo ait Apostolus, Panis
1.Cor.10. quem sumimus, nónne communicatio corporis domini est? Hunc itaque panem, qui est viaticum nostrum, Christiani tanto ardentius cupiunt, quanto deuotiores ac sanctiores extiterint. Tertius panis, est diuina scriptura canonica vtriusque testamenti: de quo in Ecclesiastico legitur, Cibauit illum pa-
Eccle.15. ne vitæ & intellectus. Et alio loco, Sapientiam omnium antiquorum exquirit sapiens, & in prophetis
Eccle.39. vacabit. Hic panis adeo dulcis est, vt hominem studiosum faciat omnem corporalem cibum, atque carnales delicias fastidire ac aspernari. Quamobrem dicit Hieronymus, Ama studia scripturarum, & G
Roma.15. ventris delicias non amabis. & Apostolus, Quæcunque (inquit) scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Hinc nempe in libro
1.Mac.2. Machabæorum Ionathas fassus est, Nos nullo horum indigemus, habentes solatio sanctos libros, qui in manibus nostris sunt. Quartus panis, est gratia gratum faciens, cum spiritualibus bonis sibi inseparabiliter annexis, quæ sunt tres virtutes theologicæ, septem dona spiritus sancti, cæteraéque virtutes infusæ, & fructus spiritus, quibus anima spiritualiter impinguatur, armatur, fœcundatur, inuincibiliſque efficitur. Vnde secundum Apostolum, Optimũ est gratia stabiliri cor. & pœnitens ait, Percussus sum
Hebræ. 13. vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Hic panis gratiæ in anima no-
Psalm.101. stra spiritualem vitam incitat, deiformem similitudinem præstat, atque ad omne bonum facit idoneũ. Ideo incessanter orare debemus dominum pro gratiæ incremento, quia quo illa magis in mente perficitur, tanto ad omnes operationes meritorias reddimur fortiores atque proniores, ita vt laborem vix sentiamus. Quintus panis est promissio futurorum bonorum, qui facit nos agiles, & animo infatigabiles in cultu diuino, scientes quod non sunt cõdignæ passiones ad mercedem nobis promissam, pa-
Roma.18. ratam, mox dandam. De hoc pane dicit Archiapostolus in sua canonica, Videntes Iesum exultabitis
1.Petri.1. lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes fructum fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Et H
Matth.13. ipse Saluator, Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ioannes quoque in sua Epistola, Cha-
1.Ioan.3. rissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Quicunque manducat hunc panem, considerando futura at-
Psalm. 118. que cœlestia præmia mente peruigili ac profunda, non succumbit laboribus, non deficit in aduersis, non frangitur prosperis, nec quærit laudes humanas, non pigrescit, sed viam mandatorum non solum ambulat, sed percurrit.

¶Præterea, prædictis quinque panibus adduntur duo pisces suauem gustum præstantes. Primus
Psalm.53. piscis est actualis experientia diuinæ dulcedinis, qua gustata desipit omnis caro: ad quam hortatur
2.cor.1. Propheta, Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Vnde & Paulus testatur ad Corinthios,
Psalm.39. Sicut abundant passiones christi in nobis, ita per christum abundat consolatio nostra. Et Psalmista, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Secundus piscis est absorptio, resolutio, seu salutaris illa defectio mentis in deo, de
Hiere.20. qua loquitur Hieremias, Factus est sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans, & defeci, fer-
Psalm.72. re non sustinens. Itémque Psalmographus, Defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei, & pars
canti.5. mea deus in æternum. Sponsa quoque in Canticis, Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Hunc piscem gustamus, dum anima nostra supra se rapta, atque in diuitias creatoris expansa, ac

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dilatata, reuerberatur: præ affectu dissoluitur à seipsa, omnibúsq; creatis alienatur, & in solo deo sensificatur. Dum ergo fideles his panibus ac piscibus fuerint satiati à Christo supra fœnum, hoc est, in carne ista mortali, de qua Esaias effatur, Omnis caro fœnum. dicunt, quia hic est vere proheta, impletor & finis, ac dominus prophetarum, qui venturus est in mundum, ecclesiam suam vsque ad finem seculi spiritualiter visitando, & in fine seculorum visibiliter descendendo, & viuos ac mortuos iudicando. Ex huiuscemodi enim refectione interna certissime noscunt, laudant, ac diligunt clementiam atque potentiam Saluatoris. Quemadmodum dicit Propheta, Duo hæc audiui, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia. Esaiæ. 40. Psalm. 51.

¶ Prosecutio explanationis huius Cap. ab eo loco quo dicitur, [*Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent vt raperent & facerent eum regem.*] Artic. XVII.

B PAndit deinceps glorioſiſsimus Euangelista effectum præinducti miraculi quinque panum, duorumque piscium, & cætera signa ac documenta Christi describit, [*Iesus autem cum cognouisset,*] id est, se cognoscere demonstrasset. Omnia quippe vt deus cognouit à principio æternitatis. Omnia quoque vt homo cognouit ab exordio incarnationis. Sed dicitur aliquid quasi de nouo cognouisse, quando per effectum aliquem demonstrauit se hoc ipsum agnoscere. [*Quia venturi essent*] illi quos tam miraculose pauit de quinque panibus, piscibusque duobus, [*Vt raperent & facerent eum regem.*] Cur ait, raperent, quasi violentiam illaturi? puto quod ideo, quoniam Iesum præsumebant, quem nouerant humilitatem ac paupertatem docere, nõ debere acquiescere eis in accipiendo dominium. Propterea decreuerunt eum quamuis nolentem ac renitentem facere regem. vel ideo dicit, vt raperent, quoniam cum ingenti tumultu, affectu & gaudio, voluerunt eum sibi in regem præficere. ¶ Sed quomodo hoc audebant, cum Romani quibus erant subiecti, iam sub periculo mortis prohibuissent, ne aliqua plebs assumeret sibi regem præter Imperatorem, vel sine Romanorum consensu? Et etiam quia Iudæi isti Iesum regem facere volentes, sciebant, quod principes sacerdotum, scribæ ac pharisei, oderunt iam Christum, & ægre acciperent, quod aliqua pars Iudæorum præficeret eum sibi in principem. Dicendum quod isti viso prescripto miraculo multiplicationis panum ac piscium, confessi fuerunt Iesum esse præcipuum illum prophetam ab aliis prænunciatum, quod esset Saluator mundi. Sicque considerabant quod esset Chri
C stus in lege promissus, & per consequens regnaturus, atque hæreditarius rex Israël. Quemadmodũ per Hieremiam fuit prædictum, Ecce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et per Esaiam, Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Matth. 8. Lucæ. 9. Ioann. 19. Hiere. 23 Esaiæ. 9.

Voluerunt ergo scripturas illas implere, & Iesum super se temporaliter, corporaliterque regnare, errantes in hoc, quod putabant scripturas illas de temporali, carnalique regno intelligendas, quasi primus aduentus Messiæ promissus esset in maiestate & gloria, vt dominaretur, & non potius in omnimoda abiectione, paupertate, & humilitate occideretur. ¶ Quæritur, cum Christus etiam secundum naturam assumptam fuerit rex & sacerdos à principio incarnationis, tanquam omni creaturæ prælatus, atque inter deum & homines mediator constitutus, incipiens ex vtero virgineæ genitricis seipsum offerre pro nobis, quomodo voluerunt eum facere regem? Dicendum quod à principio fuit rex authoritate ac potestate, sed voluerunt eum facere regem, quantum ad vsum seu executionẽ potestatis. Denique voluerunt eum facere regem specialiter, propter tria quæ considerauerunt in ipso, & specialiter spectant ac requirunt ad regem. Primo, quia viderunt eum pium, compassiuum ac liberalem, sicut in satiatione sua fuerunt experti. Secundo, quia viderunt eum valde sapientem in omnibus. Tertio, quia viderunt eum potentem supra naturam, sicque credebant se defendendos ab ipso. Idcirco nec Romanos nec pontifices proprios attenderunt. [*Fugit (id est, festinanter ascendit) iterum in montem*]
D in quem primo ascendit, vt dictum est, & à quo descendit, occurrendo turbæ quam pauit, [*Ipse solus,*] vt nemo sciret vbi esset, & vt quietius oraret: non quod multitudo potuit eius contemplationem impedire, vel solitudo iuuare, sed vt nos suo informaret exemplo, videlicet vt post occupationem quamuis diuinam cum aliis habitam, festinemus solitarium locum expetere, illicque nosipsos recolligere, venialia commissa abstergere, contemplationi & orationi vacare. Ascendit etenim Christus in montem orare, secundum Matthæum & Marcum. Præterea, quod Christus promouendus in regem fugit, quæsitus vero ad crucifigendum paratum se obtulit, confundit superbiam, ambitionem, mollitiem nostram: ipse enim idcirco hæc fecit, vt doceat ~~nos honores~~, prælationésque fugere, aduersa autem æquanimiter ~~sustinere~~ sustinere. Sed heu pauci videntur, qui non mallent præesse quam subesse, iubere quam obedire, honorari quam sperni, qui ingerunt semetipsos non vocati à deo, tanquam Aaron. Pauci aduersitatibus gaudent magis quam prosperis. In istis nondum extinctus est amor priuatus, nondum veraciter & perfecte se diligunt, nondum vtuntur hoc mundo velut exilio, hac vita vt via, præsentibus in ordine ad futura. Veruntamen scimus teste Apostolo, Quia qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. [*Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare.*] hoc quod iam hic recitatur de nauigatione discipulorum, in aliquibus differre videtur à nauigatione, quam alii Euangelistæ describunt post miraculum panum. Hic enim habetur, quod discipuli eius descenderunt ad mare, quasi proprio motu hoc facientes: sed apud Matthæum legitur, quod Christus iusit eos ingredi nauim. Et apud Marcum, quod coegit eos ad Matth. 14. Marci. 6. Matth. 14. Marci. 6. Galat. 5. Hebr. 5. Esaiæ. 40. Psalm. 51.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc. Itémque hic dicitur, quod Ieſus & diſcipuli venerunt Capharnaum: ibi vero habetur quod venerunt in terram Geneſar, ſiue Genezareth. Rurſuſque hic dicitur, quod cum diſcipuli voluiſſent Ieſum in nauim accipere, ſtatim fuit nauis ad terram: ibi autem, quod introiit nauim. Ob hæc dicit Chryſoſtomus, quod non ſit eadem res geſta, de qua loquuntur Matthęus & Ioannes, quamuis in multis conueniant. Auguſtinus vero dicit oppoſitum, & hoc verius puto, vt patet ex circunſtantia euangelicæ narrationis. Rationes vero Chryſoſtomi ſoluerentur dicendo ad primam, quod quamuis diſcipuli inuite ſeparabantur à Chriſto, libenter tamen ſecundum rationem obediebant, & ergo deſcenderunt ad nauim ſecundum imperium Chriſti. Ad ſecundam dicendum, quod Geneſar quandoque eſt nomen ciuitatis, & quandoque regionis, in qua, vel iuxta quam eſt ciuitas Capharnaum ſita. Sicque veniendo Capharnaum, venerunt & Genezareth, id eſt, in illam prouinciam. Vel dicendum, quod primo applicuerunt Capharnaum, poſtea Geneſar. Ad tertiam dicendum, quod quamuis Ioannes dicat nauem ſtatim fuiſſe ad terram, non tamen negat Ieſum nauem intraſſe. ſecundum hanc ergo poſitionem exponenda eſt litera hæc, vt dictis Matthæi ac Marci concordet. [*Et cum aſcendiſſent (diſcipuli) nauem (iuxta præceptum Chriſti) venerunt trans mare Tyberiadis (prædictum) in Capharnaum.*] hoc ſecundum Bedam dicitur per anticipationem, vnde infra recitat Euangeliſta ordinem facti, quomodo illuc venerunt, [*Et tenebræ iam factæ erant,*] id eſt, principium noctis, [*Et non venerat ad eos Ieſus,*] videlicet ad diſcipulos ſuos in nauem. Vnde ſecundum Matthæum veſpere facto, fuit adhuc Ieſus ſolus in monte. Et ſecundum Marcum, cum ſero factum eſſet, fuit nauicula in medio mari. Sic ſpiritualiter, dum Chriſtus qui eſt lux vera non adeſt, tenebræ adſunt, caligo ignorantię & peccati, tribulatio, atque tentatio. [*Mare autem vento magno flante,*] & aquas agitante ſeu commouente, [*Exurgebat*] intumeſcentibus fluctibus eius intantum, quod nauis iactabatur in fluctibus. Pariformiter abſente auxilio atque præſentia Chriſti, motus vitioſi inſurgunt in nobis. [*Cum remigaſſent ergo (diſcipuli) quaſi ſtadia vigintiquinque aut triginta.*] cauſa remigrationis ſecundum alios Euangeliſtas fuit, quoniam ventus fuit eis contrarius, propterea non poterant procedere, ſed nitebantur ad Chriſtum redire. Sic viri deuoti, dum tempeſtatibus perſequutionum, variiſque tribulationibus agitantur, conuertuntur & reuertuntur ad Chriſtũ, vt eius gratioſa præſentia conſolentur, dicentes cum Pſalmiſta, Vſquequo domine obliuiſceris me in finem, vſquequo auertis faciem tuam à me? Vnde & in Iona habetur, Cum anguſtiaretur in me ſpiritus meus, domini recordatus ſum. Stadium dicitur octaua pars miliaris. [*Vident Ieſum ambulantem ſuper mare, circa quartam vigiliam noctis,*] videlicet in vltima noctis parte, propinquante aurora. Ex quo patet, quod diſcipuli tota pene nocte in labore & periculo erant. Ambulauit autem Ieſus ſuper mare, per dotem agilitatis ſecundum Hugonem, quod communiter non tenetur: ſed quod diuina virtute ſic inceſſit, grauitate ſui corporis non agente in aquam eam diuidendo, ſicut diuina virtute ignis interdum non agit ſuo calore in corpus humanum, vt patet in Daniele, de tribus pueris, & aliis multis in nouo teſtamento. [*Et proximum naui fieri,*] id eſt, appropinquare nauiculæ. Sic vtique quando in maximis tribulationibus ſumus, ita vt vix de euaſione ſperemus, ſi ſuſpiramus ad Ieſum, mox experimur piiſſimum eius occurſum, fitque próximus naui, id eſt, eccleſiæ aduerſitatibus laboranti: propter quod dicit Apoſtolus, Fidelis deus qui non patietur vos tentari vltra id quod poteſtis. Vnde orat Propheta, Cum deficiet virtus mea, ne derelinquas me. Inconcuſsibiliter ergo ſperemus in eo, dicentes cum ſancto Iob, Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Imò in tribulatione deus præcipue adeſt, quamuis non ſentiatur, ſed quaſi abſcondat ſe, aſpiciens noſtrum certamen. Dum ergo affligimur, impugnamur, tentamur, penſemus deum præſentem, & noſtrum conflictum conſiderãtem, ſicque animemur, viriliter militantes, & de ſubſidio dei certiſsime confidentes, ſcientes verum eſſe quod ait Pſalmiſta, Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. [*Et timuerunt*] propter nouitatem rei, & quia putabãt eſſe phantaſma, ſecundum alios Euangeliſtas. Timebant enim ne forte eſſet ſpiritus malignus in ſpecie Chriſti, & ne læderentur, aut mergerentur ab eo: vnde & præ timore exclamauerunt, deum inuocando. [*Ille autem dixit eis, ego ſum,*] qui videor eſſe, videlicet magiſter quem quæritis, quem amatis, qui poſſum ſuccurrere, [*Nolite timere*] inordinato timore, nimis timendo propriæ pelli, & de illuſione phantaſtica. Sed eſt timor diuinus ac ſalutaris, quo timemus culpam incidere, deum offendere, gloria ſpoliari: de quo ait ſcriptura, Qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari, & beatus homo qui ſemper eſt pauidus. [*Voluerunt ergo cum diſcipuli accipere in nauem.*] Amor eſt enim virtus vnitiua, ideo magiſtro ſuo chariſsimo cupiebant corporaliter quoque adeſſe. Cum autem dixerat Chriſtus, ego ſum, ſtatim poſt hoc, non tamen immediate, iuſsit tempeſtatem ceſſare. Omittit hoc loco Ioannes, quod alii Euangeliſtæ ſcripſerunt, videlicet quod cum Ieſus dixiſſet, Ego ſum, Petrus dixit, Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. Cui reſpondit, Veni. Cum vero Petrus tenderet ſuper aquas, videns ventum validum, timuit: & cum mergi cœpiſſet, clamauit, Domine ſalua me. Dixítque Ieſus, Modicæ fidei quare dubitaſti? & apprehendens manum Petri, intrauit cum eo nauiculam, & protinus ventus ceſſauit. [*Et ſtatim fuit nauis ad terram,*] id eſt, iuxta Capharnaum, [*Ad quam ibant*] nauigio, non pedeſtres. Chriſto enim nauem ingreſſo, nauis diuina virtute, ductu forte angelico, in breuiſsimo, & quaſi imperceptibili temporis ſpacio peruenit ad litus.

¶ Sic itaque fecit Chriſtus quatuor magna miracula vno tempore. Primum, quod ipſe ſuper vndas inceſsit. Secundum, quod eius virtute Petrus ſimiliter fecit. Tertium, quod tempeſtatem tam ſubito fecit quieſcere. Quartum, quod nauem tam repente fecit ad litus pertingere. Sic ſpiritualiter dat Chriſtus famulis ſuis electis virtutem ambulandi atque calcandi ſuper aquas tribulationum præſentium, & vincendi cuncta aduerſa, ita vt omne gaudium exiſtiment, cum in diuerſas tentationes

E

F

G

H

Chryſoſt. Auguſtin.

Matth. 13. Marc. 6. Beda.

Matth. 13. Marc. 6.

1. Ioan. 1.

Pſalm. 12. Ionæ. 2.

Daniel. 3.

1. Cori. 10. Pſalm. 70. Iob. 13.

Pſalm. 90.

Matth. 14. Marc. 6.

Eccle. 1. Proue. 28.

Matth. 14.

Iacobi. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A inciderint. Cum vero Ieſus ingreditur nauem, hoc eſt eccleſiam, ſeu corda fidelium, ſtatim cum inſperata celeritate eſt nauis ad terram optatam, quia tunc ſubito conſolantur, & patriam contemplantur, eamque deſiderio ſancto introeunt, habentes ~~conuerſationem~~ in cælis, qui paulò antè fluctuabant in imis: eſtque hæc mutatio dexteræ excelſi, qui vulnerat & medetur, & tunc, & quomodo ei placuerit. [*Altera die poſt (miraculum panum) turba quæſtabat trans mare Tyberiadis*,] hoc eſt, ex oppoſito vrbis Capharnaum, circa locum quo die præcedenti à Chriſto paſta fuit. Rediit enim ad illum locum vt quæreret & regem faceret Ieſum. [*Vidit quia nauicula alia non erat ibi niſi vna*,] id eſt, die præcedenti non fuit ibi niſi vna nauis, in qua nauigauerunt diſcipuli, [*Et quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus nauim*] præfatam, quæ ſola extitit ibi, [*Sed ſoli diſcipuli eius abiſſent*] in illa naui. [*Aliæ verò ſuperuenerunt naues a Tyberiade (vrbe prædicta) iuxta locum, (id eſt, vſque ad locum) vbi manducauerunt panem*] turba quinque milium virorum, [*Gratias agentes*] domino, qui eos tam mirabiliter pauit. Iſtæ naues venerunt poſtea, ſcilicet poſt receſſum diſcipulorum. [*Cum ergo vidiſſet turba, quia Ieſus non eſſet ibi*] hoc eſt, in loco manducationis iam dictæ, [*Neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas (illas quæ ſuperuenerunt) & venerunt Capharnaum, quærentes Ieſum. Et cum inueniſſent eum*] trans mare in Ca-

B pharnaum vel prope, [*Dixerunt ei (cum admiratione) Rabbi, quando huc veniſti?*] id eſt, quando & quomodo tranſuadaſti hoc mare ſine nauigio, vel per quem modum veniſti ad locum hunc, cum ſciamus te non intraſſe cum diſcipulis tuis vnicam illam nauiculam? [*Reſpondit eis Ieſus,*] nõ ad interrogationem eorum, vel quia indigni erant audire tantum myſterium, vel quia nõ credidiſſent, vel quia non fuit eis neceſſe hoc ſcire. Idcirco primo redarguit carnalitatem eorum, & deinceps moralem doctrinam propoſuit, [*Et dixit, Amen amen dico vobis, quærius me, non quia vidiſtis ſigna*,] id eſt, non propter ſpiritualem rationem, non ex admiratione ſyncera, ac vera dilectione mirabilium operum dei, [*ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis*,] hoc eſt, ex affectu carnali, & auiditate alimoniæ corporalis, cupientes frequentius ſatiari à me ſine veſtro labore.

¶ Dominus Ieſus ſcrutans corda & renes, diſcretor intentionum, vidit interiorem imperfectionem iſtorum, qui voluerunt eum regem facere propter corporalia commoda, vt otioſam, delitioſámque ſub eius dominio agerent vitam, putantes quod ſemper poſſet eos vſque ad ſatietatem nutrire ſine ipſorum ſolicitudine ac labore, qui ſemel tam mirabiliter pauerat ipſos, ideo eum quærebant, atque redargui meruerunt. Non eſt tamen putandum, quod omnes fuerint tales, quia nonnulli ex deuotione, piiſque cauſis eum comitabantur. [*Operamini*,] hoc eſt, operando acquirite & adipiſci ſtudete. [*Non (ſolum vel principaliter) cibum qui perit*,] hoc eſt, eſcam corpoream, quæ in ſubſtantiam alimenti tranſmutatur, amittendo propriam formã, ſicque corrumpitur, [*Sed qui permanet in vitam æter-*

C *nam*,] id eſt, manducantem confortat, in ipſoque permanet, quouſque perducatur ad patriam, [*Quem*] cibum ſpiritualem animas vitaliter reficientem, [*Filius hominis dabit vobis*.] Cibus iſte intelligi poteſt ipſum verbum incarnatum, vel corpus ~~dominicum, vel~~ actio virtuoſa, & quicquid ſpiritualiter alit mentem, perducens eam ad vitam beam. Primo enim quærendum eſt regnum dei & iuſtitia eius: & deinde licitum eſt cum moderata ~~ſolicitudine ac labore honeſto, quærere~~ ſuſtentaculum vitæ, eſcam, potum, veſtitum & domum, præſertim cum dicat Apoſtolus, Qui non laborat non manducet. Et Pſalmiſta, Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Huic vero quod nunc loquitur Chriſtus, Operamini non cibum qui perit, concordat quod ait apud Matthæum, Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Et aliud nihil intendit per hæc, niſi vt tanto ſolicitiores ſimus pro interna refectione, ſpirituali conformatione, gratioſa pinguedine animæ quam corporis: ~~quanto præſtantior eſt immortalis~~ anima ſumma trinitatis imagine decorata, vili iſto ac corruptibili corpore. Et quanto maius damnum imminet, ſi anima negligatur, quam ſi corpus maceretur.

Matth.6. 2.Theſſ.2. Pſalm.127. Matth.6.

¶ Denique ſicut peccatores non contentantur qualicunque alimento, ſed delicatiſſima fercula quærunt: ſic nos ſi veri religioſi ſumus, non debemus inferiorum virtutum actionibus animas noſtras tantum vel præſertim reficere, ſed nobiliſimarum virtutum epulas deguſtare, inſiſtendo præcipue

D actibus fidei, ſpei, & charitatis, deinde actibus latriæ, aliarumque virtutum cardinalium. Sed ad talia nemo idoneus eſt, niſi per virtutes morales fuerint in eo paſsiones reformatæ, vitiaque extincta. [*Hunc enim*] cibum ſpiritualem, [*Pater ſignauit deus*,] hoc eſt, deus pater præcipue requirendum oſtendit. Vel, hunc filium hominis pater ſignauit deus, id eſt, hominibus per incarnationis myſterium demonſtrauit, quatenus cibum ſpiritualem nobis conferret. Signauit quoque pater filium ſuum in baptiſmo, Hic eſt, inquiens, filius meus dilectus. & per columbam, atque per alia teſtimonia, quibus probatur Ieſus eſſe Chriſtus filius dei. [*Dixerunt ergo ad eum Iudæi, Quid faciemus vt operemur opera dei?*] id eſt, quid agendo erimus deo obedientes, ſeu opera ei placentia exequentes, vt prædictum panem ſpiritualem conſequi mereamur? [*Reſpondit Ieſus & dixit eis, Hoc eſt opus dei*,] hoc eſt, actio placita deo, & donum ipſius, quo panis iſte acquiritur, [*Vt credatis in eum quem miſit ille*,] id eſt, credere in me Ieſum Chriſtum miſſum à deo patre ſeu trinitate. Sumuntur itaque hoc loco facere & operari, multum late atque communiter, prout omnem actum interiorem & exteriorem includunt, ita quod interior fidei actus, vocetur opus & factio dei, quoniam donum ipſius eſt, qui fidem ipſam infundit, & omnia opera noſtra ~~operatur~~ in nobis. [*Dixerunt ergo ei, Quod tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi?*] hoc eſt, quod miraculum tam præclarum ac ſingulare operaris, vt illo cõ ſpecto, credamus tibi tanquam regi Meſsiæ, & Chriſto filio dei? [*Quid operaris?*] id eſt, nil tale facis propter quod dignum ſit tibi ſic credere. ¶ Superius dictum eſt, quod crediderunt in Ieſum, viſo miraculo quinque panum: quomodo ergo nunc reprehenduntur de incredulitate? Et reſpondendum,

Pſalm.76. Iob.5. Deuter.32. Philip.3. Pſalm.7. Matth.3. Ioannis.1. Eſaiæ.25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod loquuntur ſicut homines paſsionati, qui ſecundum omnem ventum mutãtur: vnde ſatiati quaſi blandiendo dixerunt, Hic eſt vere prophęta, qui venturus eſt in mundum. nunc vero increpati dicunt, Quid operaris? Imperfecta ergo atque inſtabilis fuit fides eorum de Chriſto: & forte quæ dicta ſunt de credentibus, & iſtis, non ſunt referenda ad eoſdem. In tanta enim turba erant diuerſi, diuerſimode ſentientes. Quod autem Chriſtus nil operetur comparatione Moyſi probant, [*Patres noſtri mãna manducauerunt in deſerto, ſcriptum eſt*] in Pſalmo: quantum ad ſenſum, [*Panem de cælo dedit eis manducare,*] tanquam dicerent, Tu nos ſemel ſatiaſti multiplicando panes hordeaceos: ſed quid eſt hoc reſpectu cibationis patrum noſtrorum egredientium de Aegypto? qui quadraginta annis refecti ſunt pane cęli ſub Moyſi principatu, ſecundum quod Exodi ſextodecimo dominus dixit, Ecce ego pluam vobis panes de cęlo. [*Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis,*] hoc eſt, patribus veſtris, [*Panem de cælo.*] ¶ Hoc tripliciter verum eſt. Primo, quoniam Moyſes non dedit eis hunc panem, ſed deus omnipotens miniſterio angelorum formauit, dedit ac pluit manna. Secundo, quoniam panis ille non deſcendit de cælo proprie dicto, videlicet de cælo empyreo, ſydereo, ſeu aliquo orbe cęleſti, altioris naturæ præ elementis, ſed de cælo aëreo. Tertio, quoniam manna non fuit panis verus, ſed figuralis ac typicus. Sed ſciendum, quod verum quandoque diſtinguitur contra fictum ſeu falſum, & ſic fuit verus panis. Quandoque autem contra figuratiuum, ſic non erat verus panis, ſed typicus, præfigurans panem cęleſtem ac ſpiritualem, qui datur nobis in ſacramento, de quo ſubditur, [*Sed pater meus dat nobis*] quantum in ſe eſt, hoc eſt, paratum ad dandum ſe exhibet, [*Panem de cælo verum,*] non figuralem tantum. Et quis ſit panis ille ſubiungitur, [*Panis enim dei,*] hoc eſt, à deo patre datus, {*Eſt (ille) qui deſcendit de cælo,*] id eſt, vnigenitus filius dei, ſeu verbum incarnatum, [*Et dat vitam (gratiæ) mundo,*] hoc eſt, hominibus in ipſum credentibus. Ipſe igitur Chriſtus eſt verus panis mentem reficiens, tam ratione ſuæ diuinitatis, per quam reficit angelos, & gratiam cauſat in nobis, quam ratione ſuæ humanitatis, cuius virtute & merito omne ſpirituale bonum conſequimur, quaſi per cauſam mediatam ac inſtrumentalem: quia de plenitudine eius omnes accipimus, gratiam pro gratia, vt dictum eſt primo capitulo. Denique, panis iſte deſcendit de cælo empyreo, in quo deus ſpecialiter habitare cenſetur, non locum mutando, ſed noſtram naturam induendo, ſęque hominibus viſibiliter oſtendẽdo. Et quoniam anima Chriſti fuit creata à deo, & corpus eius immediate formatum à ſpiritu ſancto, poteſt dici quod etiam ſecundum aſſumptam humanitatem deſcendit de cælo, ſecundum ſenſum expoſitum. [*Dixerunt ergo ad eum, (carnales Iudæi) Domine, ſemper da nobis panem hunc.*] Non petierunt panem cæleſtem, de quo Chriſtus loquebatur, ſed corporalem, de quo eum loqui putabant. Optabant enim corporaliter refici pane meliori quam fuerat manna. Et ſicut mulier Samaritana non intellexit Chriſtum loquentem de aqua ſpirituali, ſed dixit, Domine, da mihi hanc aquam, vt non veniam huc haurire nec ſitiam: ſic iſti non intellexerunt Chriſtum loquentem de pane ſpirituali, ſed dixerunt, da nobis ſemper hunc panem, videlicet vt ſine labore & cura tam optimo pane veſcerentur. [*Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis vitæ,*] hoc eſt, conferens vitam gratiæ in via, & vitam glorię in patria. Nec ſolum conſeruo ac roboro vitam iſtam, ſicut cibus corporeus conſeruat atque fortificat vitam naturæ præſentem, ſed etiam cauſo vitam hanc ſpiritualem cum deeſt, quod cibus corporalis non valet efficere, quantum ad vitam naturæ. [*Qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternum.*] Huic ſimile eſt quod ſupra dixit Saluator, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non ſitiet in æternum. quod illic prolixe, diuerſiſque modis expoſitum eſt: quibus perlectis, patet intellectus loci præſentis. Qui enim venit ad Chriſtum per charitatem & gratiam, non eſuriet poſt hanc vitam, quoniam ſatiabitur ſatietate æterna, cum viderit deum per ſpeciem: nec ſitiet in æternum, quamuis ad tempus ſitiat durante vita præſenti, in qua beati ſunt qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. In futuro enim ſeculo inceſſanter potabitur torrente voluptatis dei, vbi fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. ¶ Quomodo autem intelligi poſsit quantum ad vitam præſentem, quod ſcilicet veniens ad Chriſtum & credens in ipſum non ſitiat neque eſuriat in præſenti, & quomodo hoc non diſcordet ab eo, quod in Eccleſiaſtico inducitur, Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. eluceſcit ex dictis in expoſitione quarti capituli.

¶ Deinde Chriſtus oſtendit, quod quantum in ſe fuit, ipſe obtulit panem vitę Iudæis, ſed ipſi propter ſuam incredulitatem eum non guſtauerunt, [*Sed dixi vobis, quia (id eſt, quod) & vidiſtis*] me oculo corporali ſecundum quod homo ſum, [*Et non credidiſtis*] verbis meis, nec in me, quod ſim vnigenitus filius dei, & Chriſtus vobis promiſſus. Obtuli ergo vobis hunc panem, oſtendendo vobis meipſum, ſed non manducaſtis, quia non credidiſtis: qui enim credit manducat. Sed ne putaremus omnes Iudæos deſerendos, vel propter illorum incredulitatem, miſericordiam dei euacuandam, declarat quibus dandus ſit panis iſte vitalis atque viuificus, [*Omne (genus humanum) quod dat mihi pater,*] id eſt, quos pater per inſpirationem internam inclinat ad me. Vel quos ab æterno elegit, ac prędeſtinauit in me, vtpote quos decreuit per meam incarnationem ac paſsionem ſaluare, [*Ad me veniet,*] nunc per fidem & gratiam, in futuro autem per beatificam viſionem, imò & per localem ſui exultationem vſque ad cælum empyreum. De his nempe dicit Apoſtolus ad Epheſios, Deus elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. Et in Pſalmo ait pater ad filium, Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. [*Et eum qui venit ad me*] per mentis ſuæ conuerſionem, fidem & charitatem, vel qui facit quod in ſe eſt, quamuis nondum gratiam habeat, [*Non eiiciam foras,*] id eſt, non ſeparabo eum à grege electorum meorum, nec à pietate mea eum excludam, ſed incorporabitur mihi. Et ſi pater meus dedit eum mihi modo prætacto, finaliter ſaluus erit. Non enim eſt Chriſtus perſonarum acceptor, ſed in omni gente qui timet eum & operatur iuſtitiam acce-

Pſalm. 77. & 104.
Exod. 16.
Ioann. 1.
Ioann. 4.
Ioann. 4.
1. Ioann. 3.
Matth. 5.
Pſalm. 35.
Pſalm. 4.
Eccle. 24.
Roma. 8.
Ephe. 2.
Pſalm. 21.
Act. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ptus eſt illi. Ecce quanta eſt miſericordia Saluatoris. Nullum ~~quantumcunque abiectum vel impium~~ deſpicit, aut relinquet, ſi conuertatur ad ipſum, faciendo quod in ſe eſt. Cuius ratio ſubditur, [*Quia deſcendi de cælo*] humanam naturam aſſumendo, vt dictum eſt plenius, [*Non vt faciam voluntatem meam,*] id eſt, propriũ beneplacitum, [*ſed voluntatem eius qui miſit me,*] puta patris cæleſtis. ¶ Quomodo intelligendum eſt hoc? Nonne patris & filij ſecundum naturam diuinam, eſt vna numero voluntas, ſicut & vna eſſentia? Quod enim dicitur abſolute, in tribus perſonis non numeratur, ſed voluntas Chriſti humana, ſuit diuinæ voluntati inflexibiliter ſubiecta, vnita, & conformata, non ſolum propter beatificam fruitionem animæ Chriſti, ſed inſuper propter hypoſtaticam humanæ naturæ vnionem cum verbo. Et reſpondendũ, quòd Chriſtus loquitur de volũtate ſua humana, quæ licet fuerit deo ſemper cõformis, non tamen Chriſtus fecit eam inquantum fuit ſua, ſed inquantum erat voluntati paternæ ſubiecta. Idcirco formaliter dicitur voluntatem patris feciſſe, quoniam illa fuit ratio ob quam fecit quod ſuæ voluntati humanæ complacuit. Vnde Chriſtus loqui videtur ſecundũ generalem modũ loquẽdi, ſecundum quem aliquis ſubditus vel amicus dicit de ſuo prælato vel dilecto, Non facio quod mihi placet, ſed quod illi: quanuis quicquid placuerit illi, ſibi quoque ſumme complaceat. ¶ Quæritur, cũ deus ſit ſua voluntas, quomodo poteſt quis facere voluntatem dei, cum nullus poſsit facere deum? Et reſpondendũ, quòd voluntatẽ dei dicimur facere, dum eius præceptis paremus, vel conſiliis acquieſcimus. Frequenter enim ſumitur voluntas pro ſigno voluntatis, videlicet pro præcepto vel conſilio, vel pro re volita.

B ¶ Denique, verbis iſtis incomparabilis nobis commendatur humilitas Chriſti, qui cum ſit verus deus, patri æqualis, tam humiliter aſſerit ſe veniſſe, non vt propriam impleat voluntatem, ſed patris. Confunditur ergo & condẽnatur ſuperbia noſtra, ~~rebellio noſtra, duritia noſtra, qui ad~~ murmurandũ, repugnandũ, & tumeſcendũ, tam proni conſiſtimus. Contẽplemur igitur efficaciterque ſectemur caput noſtrũ, propriam voluntatem penitus abnegantes, ſecundum quod ipſe alibi docet, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Quo enim ſyncere propter deum propriam voluntatem magis relinquimus, frangimus, abnegamus, eo amplius deus ſeipſum ingerit nobis, ita quòd eum poſsidere incipimus, & noſtris deſideriis acquieſcit, offerens ſe copioſiſsime mentibus noſtris. Vnde Eſaias inducit, Si glorificaueris dominum, dum nõ inuenitur voluntas tua, tunc delectaberis ſuper domino, & ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ, ait dominus. Hanc abnegationem efficit vera charitas dei, quoniam amor, ſecundum Dionyſium, non ſinit amantẽ eſſe ſuiipſius, ſed amati. [*Hæc eſt autem voluntas (hoc eſt, res placens ac volita) eius qui miſit me patris, vt omne quod dedit mihi*] modo iam explanato [*Non perdam ex eo,*] hoc eſt, nullum electorum perire permittam: quia etſi ad tempus errauerit, finaliter perire non valet. Propter quod fertur in Pſalmo, Cum ceciderit

C non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam. Rurſuſque, Impulſus euerſus ſum vt caderem, & dominus ſuſcepit me. [*ſed reſuſcitem illud in nouiſsimo die,*] hoc eſt, in die iudicij vniuerſalis. De quo ſanctus Iob ait, In nouiſsimo die de terra ſurrectur' ſum. Omnes quippe reſurgemus: nec dubiũ quin per omnipotentiam Chriſti in momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba, ſecundum Apoſtolum. Dies autem iudicij appellatur nouiſsimus, quia ex tunc motus cœli ceſſabit, & per conſequens tempus, qđ eſt menſura motus cœleſtis. Tempore aũt ceſſante, ceſſabunt dies & nox proprie ſumpti. [*Hæc eſt enim voluntas patris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt filium (per contemplationem fidelem) & credit in eum*] per fidem formatam. Loquitur autem de viſione ænigmatica, non de viſione clara per ſpeciem. Viſio enim dei per ſpeciem fidem excludit. De viſione vero iſta obſcura dicit Apoſtolus, Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate. Et, Nunc cognoſco ex parte. [*Habeat vitam æternam,*] pro mercede in patria, id eſt, claram notitiam dei. Viſio enim per ſpeciem eſt tota merces. Patet ergo quòd voluntas patris eſt ſalus, conſeruatio, atque redemptio noſtra. Vnde etiam proteſtatur Apoſtolus, Hæc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. ſed quia vita iſta æterna, eſt ſubiectiue in anima, idcirco de corporis glorificatione adiecit, [*Et ego reſuſcitabo eum*] hoc eſt, de morte naturæ ſeu ſomno mortis ipſum excitabo, corpus reſolutum, in cineréſque redactum redintegrando, eique animam copulando, vt beatitudo animæ mox redundet in corpus, & vtrumque pariter glorificetur. [*Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet, Ego*

D *ſum panis qui de cælo deſcendi, & dicebant, Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit, quia deſcendi de cælo?*] Iſti Iudæi increduli multipliciter errauerunt. Primo, quia murmurabant, in quo imitati ſunt patres ſuos, qui deum grauiſsime offendiſſe legũtur, murmurando contra eum in ſolitudine. Verba enim quæ iſti intelligere propria ſubtilitate non poterant, debebant humiliter inueſtigaſſe ac didiciſſe, nec debuerunt ambigere de veritate loquentis, cuius in tantis miraculis experti erant ſanctitatem atque potentiam, aſsiſtentiamque diuinã. Secundo, quia putabãt Ieſum naturali ordine ex commixtione viri ac fœminæ natum. Et ergo putabãt quòd Ioſeph eſſet pater eius carnalis. Mariam quoque à viro cognitam reputabant. Tertio, quoniam æſtimabant Ieſum eſſe purum hominem, idcirco non deſcendiſſe de cælo, quia natus in terra ex homine. [*Reſpondit ergo Ieſus & dixit, Nolite murmurare inuicem,*] quoniam grande peccatum eſt. Itaque nolite murmurare quaſi aliquid falſi dixerim. Nec tamen mirum ſi murmuratis: & vtriuſque ratio ſubditur, ſcilicet quòd verba Chriſti nullam falſitatem continebant, & quòd mirum non fuit murmurare Iudæos, [*Nemo poteſt venire ad me,*] id eſt, non ſolum non venit, ſed nec poteſt venire ad me interiori acceſſu per fidem & charitatem, [*Niſi pater qui miſit me traxerit eum,*] hoc eſt, per ſuam charitatẽ & pietatem inclinauerit atque perduxerit mentem eius ad me, infundendo ei fidem & gratiam, quibus mihi ſpiritualiter vniatur & incorporetur. Non eſt enim volentis neque currentis, ſed dei miſerentis, cuius donum eſt omne bonum quod ineſt nobis. ¶ Tractus iſte interior eſt, non violentus neque coactus, ſed amoro-

Lucę.9.
Eſaiæ.58.
Diony.
Pſal.36.
Pſal.117.
Iob.19.
1.Cor.15.
1.Cor.13.
1.Theſ.4.
Exod.15.
Exod.19.
Exod.17.
Nume.16.
Roma.9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sus atque spontaneus, ex diuina charitate procedens. Deus nanque mouet vnumquodque secundum E
propriam suam naturam. Rationalem ergo creaturam conuertit & mouet ad Christum intellectualiter, sponte ac libere. Denique tractus iste, inter charitatem trahentis & vnionem tracti, cum ipso est
Rõnalis creatura libere mouetur. medius, sine quo tractu nihil possumus: quia cum Christus sit finis noster, seu terminus supernaturalis, non possumus ad ipsum moueri siue pertingere, nisi aliunde trahamur, puta à patre cælesti, imò à
Sapien.9. tota trinitate, cuius indiuisa sunt opera, sicut nec terra potest ascendere, nisi ab alio eleuetur. Et cũ homo sit grauis, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & potestas eius infirma, quia non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: via quoque longa, periculosa atque difficilis, nam & arcta est via, angustaque porta, quæ ducit ad vitam, patet quòd maxime indigemus hoc tractu: ideo semper dicamus cum sponsa, Trahe me post te. ¶ Præterea, tractus iste ex diuina, vt dictum
2. Cor.3. Matth.7. Canti.1. est, charitate procedens, iuxta illud Hieremiæ, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: tripliciter fit. Quosdam etenim trahit deus flagellis, quæ tamen ex dilectione infliguntur, domino cõ
Hiere.31. Apoca.3. Oseæ.11. testante, Ego quos amo, arguo & castigo. Propter quod ait Oseas, In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Isti funiculi sunt pœnalitates originale peccatum sequentes, quibus affligimur, & ad deum cõuerti monemur. Quosdam vero trahit deus beneficiis, vt eum qui dixit, Cantabo domino
Psal.12. Psal.115. qui tribuit mihi bona. Et, Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Esaiam quoque audi dicentem, Miserationũ domini recordabor. Laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis
Esa.63. Hebr.11. dominus, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Quosdam vero trahit promissis, vt F
Psal.118. qui contemplatione præmiorũ cælestium cõuertuntur, quemadmodum de Mose dicit Apostolus ad Hebræos, quòd aspexit in remunerationẽ. Et Psalmista, Inclinaui (inquit) cor meum, ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. ¶ Aliqui insuper trahuntur solo amore dilecti: à quibusdam additur quintus modus trahendi, qui est per occultam virtutem spiritus sancti, & inspirationem internam. Sed iste modus generalis est omnibus præinductis, quoniam sine occulto influxu, siue instinctu spiritus sancti, nec flagellis, nec donis, neq; promissis, nec aliquo alio modo traheremur ad Christum. Illa autem tractio qua trahimur ad deum, solo eius amore præstãtior est atque diuinior, imò omnino deifica est, quia per eam ad deum conuertimur, eúmque diligimus, honoramus, exquirimus, quoniam in seipso naturaliter atque totaliter bon⁹, sanctus, summus, perfectus. Vnde hoc ipsum,
Leuit.19. ad filios spectat charissimos. [*Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.*] Quid est hoc? Nónne & eos quos pater non trahit suscitaturus est filius? Cur ergo quasi pro præmio spondet tracto, quòd suscitabit
1.Cor.15. eum in die nouissimo? Et respondendum iuxta Apostolum, quod omnes vtique resurgemus, sed non omnes immutabimur. Nunc ergo loquitur Christus de suscitatione beatæ immutationis, hoc est glorificationis in carne: quoniam anima propter naturalem inclinationẽ ad corpus, non est perfecte beata, donec corpori glorificando reuniatur: vel potius glorificato fuerit copulata. ¶ Insuper, probat Christus testimonio prophetarum, quòd multi sint patre trahente conuertendi ad ipsum, [*Est scriptum in*
Psal.71. Daniel.7. Matth.22. *prophetis, (id est, in libris eorum) Erunt (tempore gratiæ,) omnes (homines) docibiles dei,*] id est, apti doceri, vel docti à deo. Sic tamen, vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum: quomodo alibi dicitur, Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Et item in Daniele, Omnes gentes, tribus & linguæ seruient ei: cum tamen cõparatione aliorum pauci sint qui Christo veraciter seruiũt, sicut sunt pauci electi. Vnde ad insinuandum, quòd post incarnationem filij dei, per prædicationem euangelij, essent incomparabiliter plures diuinitus illustrandi atque ad Christum conuertendi, quàm ante, dicta sunt verba præallegata, & quod nunc Christus allegat, Erunt omnes docibiles dei. ¶ Quocirca sciendum, quòd Christus, Apostoli, & Euangelistæ frequenter allegant scripturas veteris testamẽti, potius
I quantum ad sensum, quàm quo ad formam verborum. Vnde quod dicitur nunc, Erunt omnes docibiles dei, inuenitur non solum in vno propheta, sed in multis, quantum ad sensum, quãuis in nullo inue-
Esaiæ.11. Esaiæ.54. Hiere.31. niatur quo ad formam sermonis. Scriptum est enim in Esaia, Repleta est terra scientia domini, quasi aquę maris operientes. Et rursus, Ponam omnes filios tuos doctos à domino. Hieremias quoque, Omnes à maiore eorum vsque ad minorem cognoscent me. [*Omnis (homo viator) qui audiuit (auribus cordis) à patre,*] intus loquente, id est, diuinum instinctum aduertit, [*Et didicit*] per inspirationem internam,
Psal.84. Psal.93. id est, quem pater docuit de his quæ spectant ad fidem, qualis fuit qui ait, Audiam quid loquatur in me dominus deus, [*Venit ad me*] per fidem & operationem, per charitatem & obedientiam. Ideo dicit H
propheta, Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Non ergo ad conuersionem hominis sufficit vox prædicatoris, nisi fuerit deus interius instruens.

Thomas Aqui. ¶ Denique, Thomas in summa contra Gentiles, redarguit Originem dicentem, quòd deus dicitur causa bonorum nostrorum solum, quia est causa habituum infusorum, per quos meritorie operamur, videlicet, gratiæ habitualis, fidei, spei & charitatis. Dicit itaque Thomas, quòd etiam quandoque deus
Esaiæ.26. Philipp.2. est proxima causa actionum nostrarum interiorum, Esaia testante, qui ait, Domine dabis pacem nobis. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et item Apostolus, Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Hoc est ex sua pietate voluntaria, voluntatéque pia, non meritis vestris. Dicit insuper Thomas, quod semper acquiescimus actuali inspirationi, quæ nobis à deo infunditur. Et fundatur hoc verbum Thomæ in authoritate Augustini, dicentis, Gratia quæ occulte humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo corde duro respuitur, quoniam ideo datur,
Thomas Aqui. Augustinus. vt duritia cordis penitus auferatur. Ad propositum igitur, Omnis qui audiuit, didicitque à patre, hoc est, actualem illustrationem immediate à deo percepit, venit per consensum ad Christum, quoniam omnis talis veraciter acquiescit, non tamen omnis talis saluatur, sed qui prædestinatus est finaliter perseuerans. Sed ne ex verbis inductis aliquis æstimaret deum patrem esse oculo carnis visibilem, vel intel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A lectu comprehensibilem,addidit Christus,[*Non quia patrem(æternum) vidit quisquam*] hominum,oculo corporali,vel etiam intellectuali,loquendo de visione comprehensionis perfectæ, quia sic solus deus comprehendit seipsum,immensus immensum.Loquendo autem de visione dei per speciem quã habent sancti in patria, sic nullus purus viator vidit deum visione fixa ac cæliformi, quanuis Moses & Paulus credantur deum in hac vita vidisse per speciem in raptu quodam,non diu durante. De hoc dictum est plenius primo capitulo,super illud,Deum nemo vidit vnquam.Sed quoniam Christus hæc proferens homo fuit,ne Iudæi putarent eum non vidisse patrem,subiecit,[*Nisi is qui est à deo,*] hoc est, Sup. ca. 1.
filius natus à patre,vel missus à deo trinitate.Filius enim inquantum homo, missus ac originatus est à seipso secundum quod deus.[*Hic vidit patrem,*]visione perfectæ comprehensionis, inquantũ est deus, & item visione beatificæ fruitionis,secundum quod homo ab incarnationis exordio.Ex hoc sequi videtur,quòd Christus non loquitur de visione corporali,quia sic nec ipse videt patrem. ¶Porro per hoc quod ait,Nisi is qui est à patre,non excluditur spiritus sanctus,quin & ipse comprehendat patrẽ, cum dicat Apostolus,quòd spiritus scrutatur profunda dei.At quæ dei sunt,nemo nouit nisi spiritus eius.[*Amen amen dico vobis,qui credit in me,*]fide charitate ornata,[*Habet(nunc) vitam æternam*] in spe,in 1.Cor. 2.
merito,in radice,in dispositione propinqua.Habet enim causam meritoriam,spemque idoneam ingrediendi vitam æternam,seu obtinendi beatificam diuinæ essentiæ visionem.Vel habet vitam gratię realiter in præsenti.Qui enim credit in Christum, habet Christum. Et vtique Christus est vita æterna,
B quemadmodum contestatur,Ego sum via,veritas,& vita.Ioannes quoque in prima sua ait Canonica, Ioan.14.
Hic est verus deus & vita æterna.[*Ego sum panis vitæ*]substantialiter atque causaliter.Panis sum omnia 1. Ioan.5.
pascens,non tamen in quenquam conuertor,aut mutor, sed fideliter manducantem conuerto in me: sum etiam panis vitæ,quia sumentibus digne do vitam gratiæ in præsenti, & vitam gloriæ in futuro. De hoc verbo superius dicta sunt plura.Deinde inanem gloriationem Iudæorum de manna præsumẽtium Christus euacuat,[*Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.*] Palam est, quòd mortui sunt morte naturæ.Sed quia mox subditur,[*Hic est panis de cælo descendens, vt si quis manducauerit ex ipso,non moriatur,*]certum est,quòd loquitur de morte culpæ.Hoc enim Christus adiecit, distinguendo inter panem vitæ quem ipse dat,& manna.Sed nunquid omnes patres Iudæorum, qui manna edebant,mortui sunt morte culpæ?Non vtique.Quia nec Moses,nec Aaron,nec Iosue,nec cæteri iu- Nume. 21.
sti illius exercitus.Loquitur ergo Saluator de patribus Iudæorum, quorum vestigia isti sectabantur, Sapien. 16.
puta incredulis seu peruersis,qui dixerunt, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.Illis quippe. fuit panis ille insipidus.Iustis vero optime sapiebat, quemadmodum in libro Sapientiæ scribitur, Panem de cælo præstitisti eis,omne delectamentum in se habentem,& omnis saporis suauitatem : ad quod enim quisque volebat,conuertebatur.De illis vero carnalibus tantum, non carnalibus simul & spiritualibus patribus loquitur Christus Iudæis alio loco, Murmuratores filij murmuratorum, im-
C plete mensuram patrum vestrorum.Subditur ergo de pane vero vitali,non figurali duntaxat, quanuis Matth.23.
& panis vitæ quem dat Christus sit aliquo modo figuratiuus illius panis cælestis in patria, de quo in Luca habetur,Beatus qui manducabit panem in regno dei.[*Hic*]panis vitæ,de quo dictum est, vtpote Lucæ.14.
verbum incarnatum,vel corpus dominicum,[*Est panis de cælo descendens.*] Verbum enim descendit per incarnationem,& noui effectus productionem.Corpus autem descendit, quia virtute spiritus sancti formatum,non quia de cælo allatum. Descendens inquam ad hoc,[*Vt si quis manducauerit ex ipso*]manducatione sacramentali & spirituali simul,vel spiritualiter duntaxat:de quibus in sequenti articulo ple- Apoc.20.
nius dicam,deo præstante,[*Non moriatur*]morte culpæ in præsenti, vel morte damnationis æternæ in futuro,quæ est mors secunda.

¶Elucidatio residuæ partis huius Cap.ab eo loco quo dicitur, [*Ego sum panis viuus,qui de cælo descendi.*] Articulus. XVIII.

SAcramentum Eucharistiæ instituit Christus dupliciter.Primo,verbo,seu assertione. Secundo,facto,seu consecratione.De prima autem institutione nunc agitur. Et quoniam sacramen-
D tum istud incomprehensibilissimum,vtilissimumq́; consistit,idcirco ad excludendum omnẽ Sacramẽtũ eucharistiæ cur Christus instituerit.
errorem ac dubitationem, Christus apertissime tractat de sacramento hoc ipso. [*Ego sum panis viuus,*] quia secundum naturam diuinam essentialiter vita sum,viuens in meipso, & vitam gratiæ, vitamque gloriæ causo in aliis,omnes electos reficiens & confortans.Porro,secundum naturam assumptam sum panis viuus,quoniam propter vnionem cum verbo habeo plenitudinem omnium gratiarum, & gloriam perfectissimæ fruitionis in deo,atque per corpus & sanguinem meum fidelium animas alo ac poto,gratiam illis præstando,per modum causæ instrumentalis ac meritoriæ.Humanitas etenim Christi,est instrumentum animarum coniunctum ac proprium verbi,per quod & cuius virtute ac merito omnia diuina nobis præstantur gratiarum charismata:sicut & corpus nostrum est instrumentum animatum,vnitum,& proprium animæ rationalis, per quod anima agit & effluit. [*Qui de cælo descendi,*] per incarnationis mysterium,& noui effectus productionem,non per localem descensum, vt dictum est sæpius.[*Si quis manducauerit,*]non sacramentaliter tantum,sed sacramentaliter & spiritualiter, vel ad minus spiritualiter,cum proposito manducandi sacramẽtaliter,cum fuerit opportunũ,[*Ex hoc pane, viuet in æternum,*]vita spirituali,quæ nunc in ipso inchoatur, & virtute sacramenti perficitur, atque in patria consummatur.Nunc enim viuit bene agendo per gratiam,& in futuro viuet,deum videndo per gloriæ lumen,dummodo finaliter perseueret in huius manducationis effectu.Viuet itaque in æternũ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quantum est ex parte sacramenti, quod tantæ efficaciæ est, vt possit vitam æternam influere. ¶ Cum E
quilibet communicans recipiat panem istum totum ac integrum, non partem duntaxat, cur ait, si quis
manducauerit ex hoc pane, & non potius, si quis manducauerit hunc panem? Dicendum, quod ad
insinuandum quod panis iste inconsumptibilis est, nunquam deficiens.

In sacramento Eucharistiæ quæ sint.

¶ Præterea, ad intelligendum omnia quæ de isto sacramento iã asseruntur, oportet scire, quod in sacra
mento altaris sunt tria. Primum est sacramentum tantum, videlicet species panis & vini post conse-
crationem. Secundum, est res & sacramentum, videlicet corpus & sanguis Christi. Tertium, est res
tantum, vtpote gratia sacramentalis, vel vnitas corporis mystici. Species itaque panis & vini dicun-
tur sacramentum, quoniam rei sacræ sunt signum, videlicet corporis & sanguinis Christi: corpus ve-
ro est sacramentum respectu sui effectus, qui est gratia, vel respectu sui signati, quod est corpus my-
sticum, puta ecclesia. Cum igitur aliquis accipit corpus & sanguinem sub speciebus sacramentalibus,
& non participat sacramenti huius effectum, scilicet gratiam, atque ecclesiæ incorporationem, pro-
pter suam incapacitatem, indignitatem, & prauitatem, quia ponit obicem gratiæ, dicitur manduca-
re sacramentaliter tantũ. Cum vero sumendo sacramẽtum, recipit eius salutarem effectum, manduc-
cat sacramentaliter & spiritualiter: dum autem sortitur effectum præfatum, nec tamen suscipit sacra-
mentum, manducat spiritualiter solum. [*Et panis quem ego dabo*] per meipsum in cœna, hoc sacramen-
tum instituendo, discipulisque tradendo, & in ara crucis panem hunc patri offerendo, & deinceps per
meos ministros, videlicet sacerdotes, quibus conuenit sacramentum istud consecrare, atque porri-
gere aliis, [*Caro mea est,*] quæ alit mentem fidelium, tum quia verbo vnita, tum quoniam gratiis ple- F
na per redundantiam, & quia diuinitatis gratiam creantis est instrumentum, itémque merito suæ actio-
nis ac passionis, [*Pro mundi vita,*] id est, pro spirituali viuificatione hominum viatorum in mundo de-
gentium. Ad hunc enim finem vt à morte culpæ ac miseriæ eriperemur, vitamque gratiæ & gloriæ cõ
sequeremur, dedit Christus corpus suum in cruce in precium, & in sacramento in edulium, atque re-
medium. Quotidie quoque dat panem istum pro vita nostra, hoc est, ad hoc vt in vita gratiæ robore-
mur, ac perficiamur. Veruntamen non est sic intelligendum quod ait, pro mundi vita, quod per rece-
ptionem huius sacramenti vita gratiæ in homine inchoetur, imò qui sine vita gratię ad hoc sacramen-
1. Cori. 12. tum accederet, amplius moreretur in anima, reusque fieret corporis domini. Cum enim sacramentum
istud sit cibus spiritualis, ideo sicut cibus corporalis non datur, nec prodest, nisi viuenti vita naturæ:
sic cibus hic spiritualis non conuenit, nec proficit, nisi viuenti vita gratiæ. [*Litigabant ergo,*] id est,
verbis contendebant, [*Iudæi*] hæc ab ore Christi audientes, & carnaliter ac ruditer capientes, [*Ad
inuicem dicentes,*] ex infidelitate, inordinata admiratione, [*Quomodo potest hic,*] quem tenemus pro puro
homine & filio Ioseph, [*Carnem suam nobis dare ad manducandum?*] quasi dicant, Hoc impossibile est at-
que inutile. Christus vero testatur hoc esse non solum inutile, sed insuper necessarium ad salutem ip-
sorum. [*Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis,*] in sacramento G
sacramentaliter & spiritualiter, vel spiritualiter ad minus, per fidem & votum accedendo, gratiamque
Col. 1. Christi participando: [*Et biberitis eius sanguinem*] modo prædicto, [*Non habebitis vitam*] spiritualem [*In
vobis*] sed carebitis gratia in præsenti, & gloria in futuro. Quemadmodũ enim membra corporis na-
turalis moriuntur ac pereunt, nisi capiti connectantur, & ab eo motum sensumque participent: sic
homines ex quibus quasi ex membris constituitur mysticum corpus Christi, vita gratię destituuntur,
nisi capiti, quod est Christus, per sacram communionem nectantur, recipiendo ab illo vitam spiritua-
lem, & motum meritorium.

¶ Præterea sicut corpus sine corporeo cibo non sustentatur, nec permanet in vita naturali: sic anima
sine hoc cibo viuifico non persistit in vita gratiæ spirituali. Sed verba inducta intelligenda non sunt
quasi sanguis Christi seorsum sumendus sit à vulgo communicante. In primitiua tamen ecclesia hoc
fiebat, sed nunc ordinatum est aliter propter effusionis periculum. Sanguinem ergo Christi accipit po
pulus spiritualiter, & etiam aliquo modo realiter, quia in sacramento corporis continetur & sanguis,
sicut econtra. Licet enim transsubstantiatio panis directe terminetur ad carnem Saluatoris, & conuer-
sio vini ad sanguinem eius, ex naturali tamẽ cõcomitantia sub vtraque specie sunt quatuor. Quia sub
specie panis est corpus Christi, vi conuersionis: anima vero, sanguis, & verbum sunt ibi ex naturali se- H
quela, cum non sunt separata ab inuicem. Pariformiter sub specie vini est sanguis directe, puta ex vi cõ
uersionis: caro autem, anima & verbum concomitantur. [*Qui manducat meam carnem, & bibit meum san
guinem,*] nõ sacramentaliter tantum, sicut iam dictum est, [*Habet vitam æternam.*] quoniam habet me-
ipsum, & habet vitam gratiæ, quæ virtute huius sacramenti continuatur, donec ad vitam gloriæ sempi
ternæ pertingat. Futuram quoque beatitudinẽ iam habet in spe, virtute & gratia huius sacramenti. [*Et
ego resuscitabo eum in nouissimo die,*] vt me deum & hominem videat oculis carnis & cordis per propriam
speciem, quem nunc cernit per fidem. Carnalibus enim oculis videbimus Christum in humanitate,
mentalibus vero in diuinitate. [*Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*] Hoc ait Saluator ne
putaretur parabolice loqui more consueto, ita quod carnem suam diceret panem, quia signaretur per
panem, & esset sub forma panis solum sicut in signo. vel propter aliquam proprietatem cum pane ci-
bus diceretur, quomodo dicit Apostolus, Petra erat Christus, quoniam figurauit Christũ. Et Esaias,
Vere fœnum est populus, propter conuenientiam quandam. Et infra ait de seipso Saluator, Ego sum
1. Cor. 10. vitis vera. Ad insinuandum ergo quod caro sua fit vere & substantialiter sub specie panis, veracitẽr-
Esaiæ. 40. que sumatur à communicante: sanguis quoque ipsius vere sub specie panis contineatur & recipiatur,
Infra. ca. 15 adiecit, caro mea, id est, corpus. Sumitur enim nunc caro, non prout ossa excludit, sed pro toto corpo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A re,neruos,venas ac ossa habente:vere est cibus animæ,non corporis,quia non visibiliter, nec corporaliter sumitur,quamuis verum corpus sumatur.Et potius dicit caro quam corpus, quia nunc loquitur de corpore suo inquantum est alimonia spiritus,caro autem magis dicit quid comestibile, quam corpus: & sanguis meus vere est potus refrigerans,rigans,inebrians mentem,non ventrem.¶Omnia quippe sacramenta nouæ legis ordinantur ad spiritualem vitam. Spiritualis autem vita per baptismum acquiritur,quia baptismus est regeneratio spiritualis, & per confirmationem augetur. Oportet ergo vt per aliquod sacramentum nutriatur,& hoc est eucharistia, quæ est spirituale alimentum huius vitæ. Cibum autem oportet realiter addi, atque vniri cibato, idcirco in sacramento hoc Christus realiter continetur, substantialiterque communicanti vnitur.Et simile est de sanguine, qui est potus. ¶Præterea quoniam sacramentum istud est cibus,ideo quicquid operatur cibus materialis in corpore manducantis,hoc agit hic cibus materialis in anima digne recipientis. Quemadmodum ergo cibus corporeus naturalem vitam sustentat,confortat, ad perfectionem deducit, deperditum reparat,delectat,impinguat:sic cibus iste viuificus vitam spiritualem ac deiformem in anima fulcit,roborat,perficit,amissa bona restaurat, exhilarat,& impinguat,diuitias gratiæ accumulando in anima. Vnde effectus sacramenti istius sunt collatio gratiæ,adeptio gloriæ,remissio peccati mortalis ac venialium,diminutio pœnæ, mitigatio fomitis, præseruatio à malis futuris, secundum quod dicit Chrysostomus, Sicut leo-
B nes flammam spirantes,sic ab illa mensa discedimus terribiles facti diabolo. Voluit quoque Christus in hoc sacramento veraciter contineri ac suscipi, ad ostendendum perfectum feruorem suæ incomprehensibilis charitatis ad nos,& propter nostram vtilitatem: quia ex reali præsentia atque immediata vnione Christi nobiscum, consequimur maxima bona, sicut subiungitur,[*Qui manducat meam carnem,*]sacramentaliter, & spiritualiter, [*Et bibit meum sanguinem*]eo modo, [*In me manet,*]per charitatem & gratiam,& mihi incorporatur.Talis vtique habitat in adiutorio altissimi,& protectione dei cœli commoratur. [*Et ego in eo*] permaneo, per salutares huius sacramenti effectus, per gratiosam custodiam, per inhabitationem benignam. Nam & per eadem dona quibus deus ad nos conuerti & in nobis esse ac habitare quasi in templo asseritur, inquantum ea infundit atque conseruat, nos quoque ad eum redimus,& in ipso subsistimus ac manemus. Palam est, quod speciebus sacramentalibus iam cõsumptis, desinat Christus esse in communicante per præsentiam carnis & sanguinis: permanet tamen in eo per præsentiam suæ diuinitatis, & per affectus sacramenti prætactos. Communicans ergo manet in Christo, sicut membrum in capite,recipiendo influentiam eius, & Christus manet in illo,sicut caput in membro, influendo in illud.Ecce quanta beatitudo,dignitas, & gloria deuotorum, qui tam præstantissimo alimento vescuntur, & Christo tam intime copulantur, tantisque gratiæ donis deificis adimplentur, quanta denique est dilectio,dignatio,liberalitas & misericordia Christi veri dei,qui nobis pauperculis & indignis sic præstat, sic vnit, sic ingerit semetipsum. Nónne veraciter demon- Prou.8.
C strat, quod deliciæ eius sunt esse cum filijs hominum? Et quam paratus est dare nobis omnem gratiam suam,quibus tam ineffabiliter præstat seipsum.Non ergo simus ingrati tanto benefactori,& tam incomprehensibilibus beneficiis eius:sed feruido animo, solicita mente, reuerentíque corde ei ministremus,ad eius mensam nos præparemus,ad eius manfionem in nobis nos dignificemus,venialia cuncta pro posse vitando,mentem ad Christum frequenter erigendo, cordis custodiæ iugiter insistendo. Tunc enim poterimus fructum multiplicem huius sacramenti percipere,eiúsque dulcedinem mirabiliter degustare,quod aliter non contingit. Quamuis enim venialia & distractio improuisa,sacramenti huius principales effectus non impediant,impediunt tamen experimentalem gustum suauitatis ipsius. Dicamus ergo mente intenta ac grata cum Propheta,Benedic anima mea domino,& noli obliuisci om Psal. 102.
nes retributiones eius:imò totum psalmum,in quo continetur iste vel siculus, quia præcipue applicabilis est ad regratiandum Christo pro beneficiis istis. [*Sicut misit me viuens pater,*] id est pater æternus, omnis vitæ fontale principium,qui est substantialiter sua vita, [*Et ego viuo propter patrem.*] Hoc præcipuè intelligendum est de Christo secundum naturam assumptam,vt sit sensus, Et ego viuo propter patrem, id est vitam meam refero ad patrem, videlicet ad honorem & gloriam eius, sicut ad superiorem & vltimum finem. Imò sic christus retulit vitam suam ad totam trinitatem,quæ est omnis creatæ naturæ vltimus finis. Potest quoque exponi de Christo secundum naturam diuinam hoc modo,
D Viuo propter patrem,id est à patre vitam accepi, non aliam, sed eandem quam possidet ipse. [*Et qui manducat me,*] sacramentaliter ac spiritualiter, [*Et ipse viuet,*] per charitatem & gratiam, [*Propter me,*]id est ad honorem & gloriam meam ordinabit vitam suam, quemadmodum ait Apostolus, Om- 1.Cori.10.
ne quodcunque facitis in verbo vel opere, in gloriam dei facite. Vel, viuet propter me, id est à me Col.3.
spiritualis vitæ augmentum recipiet, & viuificabitur quotidie magis perfecte. In hoc enim sacramento continetur fons gratiæ, qui communicantem perfundit, atque viuificat,nisi obicem ponat.
[*Hic est panis*] supersubstantialis. [*Qui de cælo*] summo, [*Descendit,*] in quo patet nobilitas ac desiderabilitas eius. Quomodo autem christo secundum vtranque naturam conueniat esse panem, & descendisse de cælo, iam dictum est sæpius. [*Non sicut manducauerunt patres vestri manna,*] id est, panis iste præstantior & efficacior est quàm manna, cum sit verus cibus, non figuratiuus, gratiam Exod. 19.
conferens,non promittens. Manna autem fuit figura huius panis,nec contulit gratiam,sed præsignauit. Per hoc enim quod omne delectamentum continebat,figurauit, quòd sacramentum Eucharistiæ omnem spiritualem dulcedinem,virtutem,& gratiam cõtineret. [*Et mortui sunt.*] Omnes enim illi qui manna comederũt,mortui sunt morte naturali ac corporali:sed quidam eorum quib⁹ isti increduli Iudæi similes erant,mortui sunt morte culpæ.[*Qui manducat hunc panẽ*] digne, cũ debita reuerentia & de- Matth. 26.
uotione,in memoriam dominicæ passionis atque eximiæ charitatis christi, diiudicans corpus domini.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Inſtituit enim Chriſtus hoc ſacramentum in memoriam ſuæ amariſsimæ paſsionis & ardentiſsimæ
1.Petr.2. dilectionis, quatenus toties ſuæ dilectionis nos flamma accenderet, & ad eius ſectanda veſtigia pro- E
nos efficeret, quoties ſacramentum iſtud ſuperdigniſsimum angelis adorandum ſuſciperemus.[*Viuet in æternum*]in anima, per ſpiritualem virtutem & gratiam huius panis, imò & tandem viuet vita beata ac mortali in corpore & anima ſuſcitatus, atque feliciter immutatus à Chriſto.[*Hæc verba*] præinducta, [*Dixit Ieſus in ſynagoga, docens in Capharnaum*,] metropoli Galilææ. ¶ Poteſt autem per ſynagogam intelligi, vel congregatio Iudæorum, vel domus in qua ad audiendum atque orandum conſluxerant. Quamuis enim Iudæi non poterant immolare, niſi in templo Hieruſalem, in ſingulis tamen vrbibus habebant domum vel ſynagogam, in qua conuenerunt ad audiendum verbum dei, & lectionem legis ac prophetarum, & ad deprecandum dominum. Docuit ergo Chriſtus in ciuitate præcipua, in loco patenti, in populo magno, quaſi non timens reprehendi, nec falſa annuncians. Vnde in paſsione reſpondit, Ego palam loquutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagogis, &c. Omnis enim qui
Ioan.18. facit veritatem, venit ad lucem.[*Multi ergo audientes ex diſcipulis eius*,]id eſt, multi diſcipulorum Chri-
Ioan.3. ſti audientes Chriſtum tam alta & incomprehenſibilia de ſeipſo, & corporis ſui edulio, ac ſanguinis poculo prædicantem,[*Dixerunt, Durus*]id eſt, ad intelligendum difficilis, & rationi vel veritati contrarius[*Eſt hic ſermo*,] ille præcipue, quo dixit, Panis quem ego dabo, caro mea eſt, &c.[*Quis poteſt eum audire?*]cum ſonet tam male. Quaſi dicant, Blaſphemare videtur, & obdurandæ ſunt aures. Verba ſiquidem Chriſti de comeſtione ſuæ carnis, potuque ſanguinis carnaliter intelligebant, putantes quod ſic promitteret ſe daturum ſuum corpus ad manducandum, ſanguinemque ad potandum, quomodo F
alii cibi ac potus apponuntur.[*Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum*]id eſt, in luce propriæ notitiæ, abſque exteriori perceptione, [*Quia murmurarent de hoc*,] quod dixit ſe panem viuum deſcendentem de cælo, vel de hoc, quod dixit ſe præſtiturum carnem ſuam ad manducandum,[*Diſcipuli eius*,]non veri ac humiles, ſed ſuperbi, [*Dixit eis, Hoc vos ſcandalizat*,]hoc eſt, ad ruinam peccati, ad murmurationem, perfidiamque inducit, non ex parte mei, ſed ex veſtra imperfectione. Fuit ergo ibi ſcandalum paſsiuum, non actiuum. [*Si ergo videritis filium hominis aſcendentem*,] in corpore glorificato,[*Vbi erat prius*]id eſt, ad cælum, in quo fuit ante incarnationem, non ſecundum naturam humanam, ſed diuinam. Vnde, ad inſinuandum vnitatem perſonæ vtriuſque naturę in Chriſto, dicitur filius hominis fuiſſe in cælo, antequam deſcendit in virginem. His verbis Chriſtus euacuauit atque diſſoluit ſcandalum diſcipulorum. ¶ Per hoc enim quod prædixit ſe in conſpectu ipſorum, ſi ſecum manerent, aſcenſurum in cælum, patere potuit, quod deſcendit de cælo, & quod non daret corpus ſuum ad manducandum carnaliter, eo modo quo aliæ carnes eduntur, non ſine earum diuiſione, laceratione, & conſumptione, quoniam naturale eſt vnumquodque redire ad locum ſuæ originis: imò ſecundū philoſophos, vnumquodque conuertitur ad id à quo proceſsit. Caro quoque ſic comeſta non potuiſſet aſcendere. [*Spiritus*]id eſt, ſpiritualis intellectus verborum, quæ dixi de manducatione corporis mei,[*Eſt qui viuificat*] animam G
vita gratiæ:[*Caro autem*] carnaliter intellecta, & per ſe[*Non prodeſt quicquam*]communicanti, imò qui verba inducta carnaliter accipit, & carnem non niſi ſacramentaliter edit, non ſolum non viuificatur, ſed animæ mortem illabitur. ¶ Veruntamen verba prætacta ad literam, non myſtice intelligenda ſunt de vero corpore Chriſti, ſed ipſum verum corpus ſpiritualiter contemplandum eſt, atque ſumendum, quoniam modus quo eſt in ſacramento, eſt ſupernaturalis & incorporalis. Hinc quoque
2.Cor.3. dicit Apoſtolus, Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Quemadmodum ergo ſcientia ſine charitate non prodeſt, ſed obeſt, cum inflet, non quia in ſe mala, ſed propter abuſum habentis: & ſicut cor-
Iacobi.3. pus naturale ſine anima mortuū eſt: ſic caro ſine ſpiritu non prodeſt quicquam, etiam nec caro Chriſti; quia ſine gratia ſpiritus ſancti, & ſpirituali intellectu, non confert quicquam, ſed communicantem damnationi facit obnoxium, eo quod carnem tam ſanctam ſumat indigne, non ſpiritualiter ac diſcrete. Verum, ſicut ſcientia maxime prodeſt ſi adſit dilectio, ſic caro Chriſti adiuncto ſpiritu: ſic etiam caro Apoſtolorum prædicando & diſcurrendo profuit nobis, operante ſpiritu ſancto. Vnde quod ait, ſpiritus eſt qui viuificat, accipi poteſt de ſpiritu ſancto ſeu gratia eius.[*Verba quæ ego loquutus ſum vobis*,]de corpore & ſanguine meo, [*Spiritus & vita ſunt*,] id eſt, ſpiritualem intellectum requirunt, quantum ad modum intelligendi, ſicque viuificant mentem per gratiam, & ſapientiæ lucem. Corpus quippe Chriſti eſt in ſacramento per modum incorporalem ac indiuiſibilem, quoniam H
non eſt ibi ſicut in loco, vel per propriam dimenſionem, ſed per dimenſionem panis, quamuis propriæ dimenſiones eius ſint ibi concomitanter, ſicut & cætera quædam accidentia Chriſti, quia non minus ſplendet in manibus ſacerdotis, quam in throno maieſtatis.[*Sed ſunt quidam ex vobis*]diſcipulis meis,[*Qui non credunt*]verbis quæ dixi, cum tamen tot, tantiſq; teſtimoniis ſcire poſsint me eſſe Chriſtum, & per conſequens, falſa docere non poſſe. Et quia non credunt, non ſunt veri diſcipuli. Addi-
Ariſtote. ſcentem enim oportet credere, Nec valent verba prædicta ſpiritualiter intelligere, cum Eſaias teſte-
Eſaiæ.7. tur, Niſi credideritis, non intelligetis.[*Sciebat enim ab initio*]æternitatis, & à principio incarnationis[*Ieſus, qui eſſent credentes*,] futuri, [*Et quis traditurus eum eſſet.*] Ieſus, ſecundum quod deus, nouit ab æterno per ſcientiam increatam omnia occulta, contingentiáque futura: ſecundum naturam vero aſſumptam ſciuit huiuſmodi per ſcientiam infuſam, ab exordio incarnationis. Iſta ſunt verba Ioannis Euangeliſtæ, qui conſequenter recitat verba Chriſti, [*Et dicebat Ieſus*] auditoribus ſuis, [*Propterea*,]
2.Theſſ.3. id eſt, quia futura agnoſco, & quoſdam veſtros credere præuidebam,[*Dixi vobis, quia nemo poteſt ve-*
1.Tim.2. *nire ad me*] id eſt, per fidem conuerti ad me, [*Niſi fuerit ei datum à patre meo.*] Non enim omnium eſt
Act.31. fides, & nouit dominus qui ſunt eius. Atque vt Lucas profitetur in Actibus, Crediderunt quotquot
Iacobi.1. præordinati erant ad vitam æternam. Hoc enim dixit Chriſtus ſuperius quantum ad ſenſum, Nemo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A (inquiẽs) potest venire adme, nisi pater qui misit me traxerit eũ. Omne etenim donum optimum, & omne datum perfectum, est descendens à patre luminum. ¶ Sed dicit aliquis, Si nemo potest venire nisi deus dederit, ergo qui non venit per impotentiam, excusatur. Deus nanque vltra vires nil exigit. Et respondendum, quod à nobis ipsis nil possumus, & tamen possumus quicquid deus præcepit nobis, quia secundum Philosophum, id dicimur posse per nos, quod possumus per amicos. Quoniã ergo deus, quãtum in se est, paratus est opem impendere, imò & gratiam influit, dummodo fecerit homo quod in se est, ideo per impotentiam nõ excusamur, sed possumus quod iubemur. [*Ex hoc,*] id est, istis auditis, præsertim ob id quod dixerat Christus, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. [*Multi discipulorum eius,*] non duodecim apostoli, nec septuagintaduo discipuli, [*Abierunt*] mente per infidelitatem & apostasiam, & corpore per localem recessum, [*Retro*] Satanam, non post Iesum, nolentes intellectum suum subiicere incõprehensibilibus testimoniis Christi ac fidei. Quo contra dicit Apostolus, In captiuitatẽ redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. [*Et iam cum eo non ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim (apostolos) Nunquid & vos vultis abire?*] Non quasi ignorans scisciatur, sed vt illorum fides manifestaretur, nobisque imitanda proponeretur, & vt ostendat quod coacta obsequia non acceptat. [*Respondit ergo ei Symon Petrus*] pro omnibus, quia feruentior ac principalior cæteris, vnde & solito feruore nũc respõdit pro sociis, [*Domine, ad quem ibimus?*] hoc est, si te relinquimus, alium tibi similem, verúmque saluatorem inuenire nequaquam valebimus. Tu sufficis nobis, propter quem cuncta reliquimus. [*Verba vitæ æternæ habes,*] id est, doctrina tua cælestis est, & obedientes tibi ad vitam æternam perducit. Non enim temporalia bona, vt Moyses & prophetæ, sed æterna promittis. In his verbis ostenditur vera & feruida charitas Petri ad Christum, à quo nullatenus voluit separari. Amor nempe nectit amantem amato, tanto inseparabilius, validius atque intimius, quo fuerit maior. Propter qđ ait Paulus, Quis nos separabit à charitate Christi? [*Et nos credimus,*] fidè formata, quamuis nondum perfecta & stabilita, [*Et cognouimus,*] per donum intellectus, quod inest omnibus fidem formatam habentibus, & per illud perspicit anima ea quæ fidei sunt, videns per aliquam rationem qua fides ostẽditur esse à deo, quod vera sint quæ asserit fides. & congrue ait, credimus & cognouimus, quoniam credere præcedit intelligere. [*Quia tu es Christus*] spirituali oleo, id est, gratiarum plenitudine vnctus, quantum ad naturam assumptam, in regem & sacerdotem altissimum, [*Filius dei*] non adoptiuus, sed naturalis. Hoc frequenter confessus est Petrus, & in verbis istis tangitur duplex natura, vnitásque personæ in Christo. Verum quia responsio Petri quãtum ad Iudam claudicauit, de quo tamen Petrus nil mali præsumpsit, ideo subditur, [*Respondit eis Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi*] id est, præ cæteris ad gratiam apostolatus vocaui, [*Et vnus ex vobis diabolus est?*] non per essentiam, sed mutationem, hoc est, diabolicus propter malitiam, sicut Ioannes Baptista dictus est angelus. Et alio loco Saluator vocat diabolum hominem, dicens, Inimicus homo hoc fecit. [*Dicebat autem de Iuda Symonis Ischariotæ.*] Fuit enim oriundus de vico nomine Ischarioth. Ista sunt verba Ioannis Euangelistæ, non Christi. Christus enim expressit Iudam, quia occultus fuit, & ne diffamatus fieret peior. Vel potius, vt per eius proditionem implerentur scripturæ prophetarum de traditione Christi à suo discipulo. [*Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.*] Implicite ergo Christus admonuit Iudam, qui sibi de propria prauitate conscius fuit.

Iacobi.1.
2. cor. 10.
Matt. 19.
Roma. 8.
Malac. 3.
Marci. 1.
Matth. 13.
Augustin.

¶ Circa hunc locum aliqua dicunt Augustinus & Beda, quæ sicut non audeo reprobare, ita nec approbare, quamuis aliqui reprobent ea. Dicunt ergo, quòd Christus elegit Iudam, vt per eius proditionem compleret nostram salutem: non tamen excusatur Iudas à culpa, quia non ideo tradidit, quia electus, sed quia traditurus fuit, electus est. Quemadmodum enim iniqui male vtuntur beneficiis dei, sic deus bene vtitur maleficiis hominum, & sic Christus bene vsus est malitia Iudæ. Ego puto quod Christus elegit Iudam ad apostolatum, vt videns tantam pietatem Christi, pœniteret, & apostolicum officium digne prosequeretur. Sed quoniam Christus nouit aliter esse futurum, sustinuit Iudam propter melius, scilicet vt per eum impleretur prophetia de christi proditione. Tanta quippe est bonitas dei seu christi, quod non sustineret neque permitteret malum, nisi posset & vellet inde elicere bonum. Prædicta autem assertio Augustini & Bedæ fundatur in hoc, quod dicũt Iudam à principio suæ vocationis malum fuisse, & in malitia perstitisse, cuius oppositum tenet & probat Lyra, quia distributio bonorum pertinet ad iustitiam commutatiuam, secundum Philosophum, vtpote vt melioribus maior honor impendatur. Non ergo Iudas vocatus fuisset ad apostolatum, nisi tunc dignus fuisset, vel iustificatus à christo: sicut Matthæus, vt esset dignus tanto honore. Quicquid autem sit de veritate assertionis Augustini & Bedę, tamen ratio ista nil obtinet. Primò, quoniam apostolatus, sicut & prophetia, pertinet ad gratias gratis datas, quæ sæpe impiissimis dantur. Vnde de facientibus miracula multa, & prophetantibus in nomine christi, dicturus est christus, discedite à me, quoniam nunquam noui vos. Et Balaam perseueranti in malo datus est spiritus prophetię. Rursus, quoniam communicatio bonorum à deo liberrima est, sine præuiis meritis, idcirco non proprie pertinet ad iustitiam commutatiuam, imo nec ad iustitiam. ¶ Insuper quidam imponit Bedæ, quòd dicat Iudam non esse electum ad apostolatum, sed ad proditionem. Diligenter ergo inspiciens verba Bedæ super Ioannem, inueni aliter. Dicit enim Beda quod vndecim erant electi, vt in apostolica dignitate perseuerarent, & per eos fides prædicaretur vbique: per quod Beda dat intelligere, quod Iudas non fuit electus, vt in apostolica dignitate maneret, sed non negat eum ad apostolatum fuisse electum, imò si Beda hoc diceret, satis male sonaret, quia apud Matthæum Iudas Ischarioth vocatur apostolus, & in Marco legitur, quod christus vocauit eum cum aliis vndecim, fecítque eũ apostolum, committens ei sicut & aliis prædicationis atque curationis officium. In Actis quoque loquitur Petrus de Iuda, Connume

Beda.
Matth. 7.
Nume. 23. 24.
Matth. 10.
Marci. 3.
Acto. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ratus est (inquit) in nobis, & sortitus est sortem ministerii huius. Et post pauca leguntur apostoli exo- E
Chrysost. rasse, vt deus ostenderet quis inter Matthiam & Ioseph acciperet sortem apostolatus, de quo præuari-
Matth. 22. catus est Iudas. Vere igitur electus fuit in apostolum. Chrysostomus vero dicit, quòd Iudas tempore
suæ vocationis fuit bonus. ¶ Quæritur, cum in scripturis communiter electi accipiantur pro prædesti
natis, iuxta illud, Multi vocati, pauci vero electi: quomodo Christus dicit se elegisse duodecim, quorũ
vnus fuit præscitus? Et respondendum, quòd in scripturis interdum electi dicuntur ad aliquam gratiã
1. Reg. 9. & 10. particularem gratis datam, vel etiam gratum facientem ad tempus durantem promoti. Vnde Saul vo-
Psalm. 77. catur electus. Et in psalmo cantamus, Electos Israël impediuit. Et Salomon appellatus est amabilis do
2. Reg. 12. mino. In Esaia quoque dominus ait de Cyro rege Persarum, viro gentili atque damnato, Elegi te, &
Esaiæ. 45. non cognouisti me. ¶ Postremò, omnino certum est, quòd Iudas fuit malus tunc, cũ Christus hęc ver
ba de eo pronunciauit. Et forte ex tunc permansit in malo, quousque prodito Christo suspendit seip-
sum. Nos ergo cũm beatissimo principe apostolorum certissime credentes & cognoscentes, quòd Ie-
Matth. 27. sus est Christus filius dei, dicamus semper ad Iesum, Domine verba vitæ æternę habes, non me permit
tas abire à te. Integerrima itaque, deuotáque fide suscipiamus corpus & sanguinem saluatoris, in quo
est salus, vita, & resurrectio nostra.

¶ Declaratio cap VII. [*Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam.*] F

Articulus. XIX.

Ioannis. 6. QVid post mirabilem pastionem quinque milium virorum de quinque panibus
duobúsque piscibus, & cætera documenta Christi in precedenti recitata cap. ge
stũ sit, pandit Euangelista, [*Post hæc autem*] quæ in cap. præcedẽti descripta sunt,
[*Ambulabat Iesus in Galilæam*] i. per diuersa loca huius prouinciæ, prædicando
in synagogis Galilæorum. Sermonẽ quippe immediate præhabitum fecit in sy
nagoga Capharnaum metropolis Galilææ, & inde egrediens perãbulabat vrbes
& villas Galilææ, faciendo diuersa miracula, plurimáque docendo, quæ iste E-
uangelista omisit, quia ab aliis tribus Euangelistis nouit esse sufficienter conscri
pta. [*Non enim volebat in Iudæam*] i. in terram duarum tribuum, scilicet Iudæ & Beniamin, vbi sacerdo
tes, scribæ, ac pharisęi æmuli Christi communiter habitabant, [*Ambulare*] passim ac publicè, [*Quia quæ
rebant eum Iudæi interficere.*] Idcirco declinauit ab eis, non quasi mortem, vel eos qui corpus occidũt for
midans, cum fuerit in omni virtute perfectus, & solo nutu omnes aduersarios suos occidere potens;
sed vt daret exemplum sæpe pro causa, loco & tempore fugiendi persequutores, cedendo furori eo-
rum, ne grauius peccent, vel bono communi inferant nocumentum. Noluit autem Christus in omni-
bus supernaturali modo procedere, ne putaretur incarnatio eius phantastica, & ne viri religiosi sine G
magna causa quærant miraculosum effectum à deo, sed in aliquibus processit, & habuit se modo hu-
mano, vt sciatur veraciter homo factus, & vt nos faciamus quod in nostra situm est potestate, non tẽ-
Ioannis. 1. tantes deum. [*Erat autem in proximo*] id est, de propinquo imminebat, [*Dies festus Iudæorum*] videli-
Deuter. 6. cet, [*Scænophegia,*] id est, festiuitas tabernaculorum, quæ septem diebus durauit. Hanc celebrauerunt
Eccles. 8. Iudæi in Hierusalem decima die mensis septimi, in memoriam, quòd post egressum de Aegypto ha-
Esaiæ. 7. bitauerunt in deserto in vmbraculis, tentoriis, tabernaculis seu papilionibus per annos quadragin-
Matth. 4. ta. De hac festiuitate præcepit Moyses in Deuteronomio. [*Dixerunt autem ad eum fratres eius,*]
1. Cor. 10. id est, consobrini siue affines. Non enim erant, secundum Bedam, filij Ioseph ex alia coniuge, qui cre-
Exod. 13. ditur virgo mansisse, vt purissimæ ac pudicissimæ virginis esset custos, atque minister condignus: sed
Deute. 19. erant cognati domini Iesu, non tamen de numero eorum quos Christus iam ad apostolatum vocauit,
Beda. quia post pauca subiungitur, quòd isti fratres eius non credebant in eum, apostoli autem credebant.
[*Transi hinc, & vade in Iudæam,*] præsertim in Hierusalem Iudææ regionis metropolim, [*Vt & discipu-
li tui*] quos habes in Iudæa, vel nunc ascensuri sunt in Hierusalem, [*Videant opera tua*] id est, miracula
[*Quæ tu facis.*] Habuit enim Christus in diuersis locis quosdam discipulos, qui eum corporaliter nõ se-
quebantur, & de illis iam agitur. [*Nemo quippe in occulto quid*] id est, aliquid magnum, seu opus miraculo
sum, [*Facit, & quærit ipse in palam esse*] i. talia operando desiderat apparere, & in manifesto corã aliis o- H
Marci. 5. perari. Miracula enim ordinantur ad declarationem diuinæ potentiæ, atque ad conuersionem viden-
Lucæ. 8. tium, ideo in manifesto agenda sunt. Hæc sunt verba hominum adhuc carnalium, humanã laudem a-
mantium, qui sic de omnibus iudicant, quales ipsi intra se sunt. Vani enim & ambitiosi arbitrantur fa-
cile alios omnes eis esse conformes. Cæterum verba istorum vniuersaliter vera non sunt, quia non so-
lum Christus suscitauit filium archisynagogi occulte, multísque à se curatis præcepit ne publicarent
ipsum, sed Helias quoque & Helisæus suscitauerunt pueros defunctos in cubiculo. [*si hæc facis,*] quæ
tibi suggerimus, eundo Hierusalem versus, illícque signa agendo in festiuitate iam imminente, coram
omnibus qui ibi nunc confluent, [*Manifestas teipsum mundo,*] id est, hominibus potentiam tuam ostẽdis,
& quòd sis Christus opere monstras. Quod autem verba prædicta inordinata fuerunt innuit Euange
lista, subdendo, [*Non enim fratres eius*] iam dicti, [*Credebant in eum,*] quia non est propheta sine hono-
re, nisi in domo sua & in cognatione sua. Vnde & isti dubitabant, an miracula Iesu essent vera mira
cula, facta virtute diuina. Vel si hoc crediderunt, non tamen tenuerunt eum pro Christo vnigenito
dei, veróque deo, sed pro homine puro & propheta. [*Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum,*] id est,
tempus manifestandi meipsum, eo modo quo vos desideratis, videlicet ad capiendum honorẽ, ac glo-
Matth. 20. riã ab hominibus, quia non veni ministrari, sed ministrare, & ad dominãdũ in mũdo, [*Nondũ aduenit,*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Primus enim Christi aduentus vsque ad passionem debuit esse occultus, & in abiectione ac humilitate, vt iudicaretur, nõ in omnimoda manifestatione, vt quasi rex regum ab omnibus honoraretur: quoniam si sic, tunc vtique nemo ausus fuisset iudicare, siue occidere eum. Sed post passionem fuit tempus glorificationis, manifestationis, dominationisq; suæ: quia extunc per prædicationẽ & signa apostolorum, aliorúmque prædicatorum, cœpit Christus suam maiestatem ostendere, & vbique regnare, vt omnes agnoscerent & adorarent sublimitatem ipsius. Ideo itaque dicit, Tempus meum nondum aduenit. Nouit enim Christus intentionem fratrum suorum, quod non inuitarent eum ad ascendendũ Hierusalem versus, & ad signa illic agenda ex deuotione, sed vanitate, vt scilicet ipse Iesus eorum cognatus, & ipsi propter eum, tanquam cognati eius humanam laudem, fauorem, & commodum, ex perpetratione miraculorum consequerentur. ¶ Potest quoque ita exponi, Tempus meum, id est, hora eundi ad Iudęam & prædicandi, & faciendi illic miracula, nondum aduenit, quoniam à deo pręordinatum non est, vt in principio huius festiuitatis ibi sim, sed in medietate ipsius aduenią, [*Tempus autem vestrum semper est paratum.*] Tempus dicitur bonum & malum, paratum & imparatum, propter ea quæ sunt, vel fiunt in tempore. Vnde ait Saluator, Sufficit diei malitia sua. Et Apostolus, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et tamen rursus dicit Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: & vtique tempus acceptabile, ac salutare non est malum: nihilominus, vnum & idem tempus di- Matth.26. Ephes.5. 1.Cor.6.

B citur malum, propter mala pœnæ & culpæ, quæ sunt vel fiunt in eo: & acceptabile propter misericordiam dei, & cæteta dona gratiæ, operáque virtutum quæ fiunt in ipso. Simili modo dixit Saluator, tempus fratrum suorum esse semper paratum, quoniam quod quærebant, videlicet laus vana & fauor humanus, ac commodum temporale, quotidie inueniuntur, exhibentur, & acquiruntur. Vel ideo dicit, tẽpus suum nõdum veniſſe, sed tempus illorum semper esse paratum, quoniam habuit multos insidiatores: illi vero sine periculo aduersariorum ascendere poterant. Et huic consonant verba sequentia, [*Non potest mundus*] id est, homines mundani vobis similes in peccatis, [*Odisse vos.*] Odium enim ex dissimilitudine oritur, & amor ex conformitate, ideo mali & seculares se inuicem amant carnali & cęco amore. Veruntamen similitudo est causa odij indirecte, siue per accidens, inquãtũ vnus similiũ impedit alium à cõsequutione rei optatæ. Propter quod figuli inuicẽ litigant, & homines eiusdẽ officij sibiinuicem inuidẽt. Vnus quoque multum eruditus, conatur deprimere aliũ sibi similem. Hinc inter superbos semper sunt iurgia, & inter iracũdos discordiæ. Mundus ergo persequitur mũdum: imò vnus peruersus odit atque interimit alium. Sed verum est quod Christus núc loquitur, quoniã mundanus homo secundum q̃ talis, non potest directe odio habere, ac detestari similem sibi, quia affectu & opere sunt cõcordes: tamen indirecte & per accidens contingit oppositum, secundum quod vnus secularis cõcipit aliũ quasi suo voto vel studio contrarium, aut nociuum. Prouer.13.

¶ Denique, cum in diuinis scripturis dicitur, Hominem malum non posse corrigi vel facere bonum, & hominem bonum non posse peruerti, vel face-

C re malum, intelligendum est de hominibus bonis & malis formaliter, hoc est, secũdum quod tales sunt, non materialiter, quia personæ tales cum sint liberi arbitrij possunt mutari, durãte statu vitę presentis. In talibus quoq; loquutionibus frequenter accipitur impossibile pro difficili, quemadmodum peccatum in spiritum sanctum dicitur nõ posse remitti. Et Hieremias ait, Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere. Et Christus in Euangelio, Nõ potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Certúmque est hoc de hominibus dici. Sic verisimè dicimus, impossibile est superbum deo placere, homicidam saluari, iracundum à spiritu sancto inhabitari: sed & pœnæ quæ talibus determinãtur, intelligendæ sunt sub conditione, videlicet nisi pœniteãt, vel per modum cõminationis, vel quia frequenter sic accidit. Secundum hunc itaq; sensum dicit nũc Christus fratribus istis mundanis, Non potest mundus odisse vos. Hic dicit Ioannes in sua epistola, Nolite mirari si odit vos mundus. hoc dicit de iustis. De impiis vero adiecit, Ipsi de mũdo sunt, & de mundo loquũtur, & mũdus eos audit. Merito ergo amicitia huius mũdi inimica est deo, intantum quod deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. [*Me autem odit mundus,*] id est, homines vitiosi, præsertim principes sacerdotum cum suis fautoribus, quibus grauis fuit Christus ad videndum, [*Quia ego testimonium perhibeo de illo, quia*] id est, quod [*Opera eius mala sunt*]. i. peccata eorum aperte redarguo. Veritas autem odium parit. Propter quod Salomon loquitur, Ambulans recto itinere, & ti- Ecclc.1. Hiere.13. Matth.13. Marc.3. Lucæ.13. Hiere.13. Matth.7. 1.Ioan.3. 1.Ioã.4. Iacob.4. Psalm.52. Sapien.2.

D mens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. Et denuo ait, Non amat pestilens eum qui se corripit, De talibus scribit Amos, Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt. Proue.14. Amos.5.

Hæc fuit prima atque præcipua causa odij & persequutionis Iudęorum in Christum, quia increpauit prauitates eorum. [*Vos autem ascendite ad diem festum hunc,*] hoc est, ad principium solẽnitatis præfatæ secundum legem: [*Ego autem non ascendam ad diem festum istum,*] id est, ad exordium festiuitatis istius, sed postea veniam. Itaque non ascendam, eundo vobiscum, & publice veniendo, [*Quia tempus meum nondũ impletum est,*] secundum sensum expositum. [*Hæc cum dixisset*] ipse mansit in Galilæa. [*Vt autem,*] id est, postquam [*Ascenderunt fratres eius,*] ad Hierusalem, [*Tunc & ipse ascendit*] post paucos dies, quia (vt cito patebit) ipse venit in templum quarta die festiuitatis prædictæ. Fratres vero ipsius interfuerunt primo festiuitatis huius diei. [*Non manifeste, sed quasi in occulto,*] quia, vt dictum est, adhoc declinauit à suorum aduersariorum aspectu, vt daret exemplum aliquando fugiẽdi persequentes, & ne daret illis incitamẽtum amplioris rancoris. Venit itaque non manifeste, vel quia sine magno comitatu processit, vel quia per rara itinera iuit, vel quia conspici noluit: per quod dedit exemplum, vt interdum humiliter lateamus, atque occulte agamus bona quæ agimus, ne alij contra nos prouocentur. [*Iudæi ergo quærebant eum in die festo*] in Hierusalem, quoniam solitus fuit ibi adesse in præcipuis festis, [*Et dicebant, Vbi est ille?*] famosus, qui omnibus notus est, quia in omnibus singularis, in pulchritudine vultus, in habitu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dine corporis,in rectitudine æquitatis,in doctrina,in eloquentia, in miraculis. Hinc ergo non exprimunt nomen ipsius,& forte quòd quidam eorum ex contemptu,vt mali, quidam vero ex reuerentia, E
vt credentes,hoc fecerunt.[*Et murmur multus,*]id est,magna contentio & ingens confabulatio,[*Erat de eo in turba,*]sicut de absentibus magnæ reputationis esse solet:cuius ratio subditur, [*Quidam enim dicebant,quia bonus est,*]id est,vera docens,& iuste viuens.Nullus tamen eorum æstimauit eum essentialiter bonum,tanquam verum deum.[*Alij autem dicebant,Non*]est bonus,[*Sed seducit turbas*] per simulatam iustitiam,falsa miracula,pestiferámque doctrinam. [*Nemo tamen*] istorum [*Palam loquebatur de illo,*] aliquid diffiniẽdo de bonitate vel prauitate ipsius in audiẽtia publica,[*Propter metum Iudæorum.*]Istud dupliciter potest intelligi.Si enim quod ait,propter metũ Iudæorum,intelligatur de Iudæis,qui quærebant Christum occidere,tunc id quod dictum est,Nemo palam loquebatur de eo,intelligendum erit duntaxat de his qui dixerunt de Iesu,quia bonus est. Illi enim ne offenderent,tacuerunt. Si vero ꝙ ait,propter metum Iudæorum,accipiatur simpliciter de Iudæis,inter quos multi etiam magni, atque potentes fuerunt,qui bene senserunt de Iesu,tunc quod dictum est, Nemo palam loquebatur de eo, intelligendum erit de omnibus qui murmurauerunt & loquebantur de Iesu, dicentes, Vbi est ille? Nam aliqui male sentientes de Iesu,non audebant coram omnibus Iudæis detrahere ei. [*Iam autem die festo mediante*]id est prædicta festiuitate tabernaculorum septem diebus durante,iam pro mediã parte elapsa,videlicet quarta die eius.Sumitur ergo in isto capitulo dies festus,non pro vno die duntaxat,sed totalitate dierum solennitatis istius. [*Ascendit Iesus in templum*]Hierosolymitanum,[*Et docebat.*]Superius dixit Euangelista,quòd noluit Iesus in Iudæam transire,quia quærebant eũ Iudęi occidere.Quo modo ergo nunc refert eum templum coram vniuersis intrasse manentibus Iudæis in voluntate tã impia?Et respondendum,quod propter prædictam causam distulit Christus quandoque intrare Iudæã, non ex timore,vt dictum est,non tamen semper,vt instruat prædicatores,ne gregi sibi commisso subtrahant verbum salutis in necessitatis articulo : itémque,vt declaret Iudæos nil posse contra ipsum,nisi quantum ipse permiserit.Docuit ergo Iesus in templo,introducendo documenta legis,ac prophetarũ, & illa perfecit per propria documenta.[Et *mirabantur*]Iudęi,[*Dicentes, Quomodo hic literas scit*]id est,scripturas legis,ac prophetarum,[*Cum non didicerit?*]eas ab homine. Audierunt nanque excellentissima documenta Christi,testimoniis scripturarum firmata:& patuit eis quòd Iesus nõ frequentauit,neque ab hominibus instructus fuit,ideo mirabãtur.Admiratio quippe consurgit,cum aliquid noui apparet cuius causa nescitur.Istud vero nouum,atque insolitum fuit,& nescierũt quod Iesus esset ille de quo E-
Esaiæ.11. saias propheta prædixit,Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus,spiritus consilij & fortitudinis,&c.Latuit eos quòd Iesus esset deus & homo,in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scien-
Colloss.2. tiæ absconditi,qui secundum naturam assumptam accepit à deo trinitate omnium præsentium,præteritorum,ac futurorum plenam scientiam,ab incarnationis principio.Veruntamen,admiratio horũ partim rudis fuit & increpabilis.Cum enim vidissent plura signa per Iesum fieri, quàm fecerũt prophetę, debebant attendere,quòd qui prophetas docuit per inspiratione interna,docuisset & Iesum Christũ. G
Matth.13. Simile huic est,quod Matthæus & Marcus referunt dixisse Iudæos,Vnde huic sapientia & virtutes.
Marci.6. Nónne hic est filius fabri?[*Respondit eis Iesus, & dixit,Mea doctrina nõ est mea,sed eius qui misit me.*]Iuxta dialecticos nulla propositio verior est,quàm in qua idẽ prędicatur de seipso,& nulla falsior quàm in qua idem de seipso negatur.Quomodo ergo ait,Mea doctrina non est mea?Si enim sic est, ergo doctrina Christi non fuit Christi,& cõtraria simul stabũt.Dicendũ,quòd doctrina Christi fuit aliquo modo sua,& aliquo modo non fuit sua.Est igitur sensus,Mea doctrina,hoc est,prędicatio euãgelica,quę est mea,tanquam loquentis,ac recipientis,non est mea,tanquã à seipso eam habentis.Christus enim nõ solum secundum naturam assumptam,sed insuper secũdum naturã diuinam accepit à patre quicquid habet & est,puta essentiã atque scientiã.Vel sic,Mea doctrina,quę est mea tanquã docentis,non est mea
Augustin. per studiũ instructionis humanę,quia per infusionẽ eã accepi.Augustinus & Beda vidẽtur subtiliorẽ
Beda. tangere intellectũ,tamen obscurũ & pia interpretatione egentẽ.Pro quo sciendũ,quod sicut Christus
1.Cor.1. dicitur verbũ & sermo patris quo omnia loquitur: sic dici potest doctrina patris, quia per ipsum instruit omnes.Itaq; ait,Mea doctrina,hoc est,sapiẽtia quę ego sum,nõ est mea,hoc est,à meipso:sed eius qui misit me.Spatris,tanquã primi ęterníque fontis atq; datoris.Sic quilibet nostrum cõsiderans se ex se nihil habere,sed totũ quod habet vel est,diuinitus recepisse,dicere potest ac debet,Mea anima,mea H
virtus,mea scientia,non est mea,sed creatoris mei.Vnde secũdũ Augustinũ,Doctrinã appellat hic Christus,non doctrinã volubilẽ & sonorã,sed essentialẽ,seu increatã scientiã.Istã expositionẽ nõ arbitror
Augustin. literalẽ,quia secundũ eã Christus nõ directe soluisset quęstionem Iudęorũ dicentiũ,quomodo hic literas scit?[*Si quis voluerit*]voluntate efficaci,procedẽte in opus cũ potest,[*Voluntatem eius facere*]hoc est deo patri obedire eius pręcepta seruãdo,atque in me vnicum filiũ eius credẽdo:passionésque propriã voluntatem,ac vitia,rectum iudicium impedientia abiiciendo,[*Cognoscet*]per donum intellectus, per experientiam quandam,& item per admirabilem certitudinem ex diuina illustratione manentem,[*De doctrina*]hoc est,euangelica disciplina quam doceo,[*Vtrum ex deo sit*]id est,an vera & mihi à patre collata consistat, [*An ego a meipso loquar*,] hoc est, ex proprio corde eam confingam, & non missus à deo,sed meipsum ingerens,prædicem.Per fidem enim peruenitur ad intellectum, iuxta illud E-
Esaię.7. faiæ,Nisi credideritis , non intelligetis . & per obedientiam peruenitur ad gustum,per opera quoque ad illuminationem.Qui ergo voluntatem dei facit modo prætacto ,meretur dono intellectus impleri ad cognoscendum ea quę fidei sunt:meretur quoque supernaturaliter consolari,ineffabilitérque delectari in domino,& certificari ab ipso,per quę sit in omni veritate fidei prorsus certissimus,ita vt nihil ei videatur rationabilius,certius,pulchrius,assertionibus fidei benedictę.Talis quoque certissimè scit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quod in Christiana lege maxime condemnatur omne pactum cum dæmone, omnis operatio magicæ artis, omnis simulatio atque calliditas. Sicque cognoscit miracula à Christianis vberrime facta, non esse facta ope diabolica, artéque magica, aut circumuentione & calliditate humana, sed potestate diuina, quæ fallam doctrinam miraculis non confirmat. ¶ Denique talis scit, quàm sancta, perfecta, simplex, & pura sit Christiana religio, in qua omnia ad priuati amoris plenam extirpationem, & ad diuini amoris perfectionem, per ordinatissima media ordinantur: scit etiam quàm virtuosi fuerunt patres, qui fecerunt miracula, quàm patientes, casti & humiles, quàm charitatiui, contemplatiui, veraces, atque pacifici. Ex quibus cognoscunt, quòd diuina sit Christi doctrina. Hinc ergo viri interni, virtuosi, & contemplatiui, sunt in fide certissimi atque immobiles. [*Qui a seipso loquitur*] hoc est, proprias adinuentiones, non veritates desuper reuelatas docet & prædicat, [*Gloriam propriam quærit.*] Operatur enim ex amore priuato, non diuino, & vanus est, ac superbus. Tales fuerunt hæretici, & malarum legum doctores, vt Mahumetus, qui licet dixerint se quærere dei honorem, tamen mentiti sunt, nam quæsierunt seipsos, cupientes ab hominibus honorari. Vel sic, Qui à semetipso loquitur, hoc est, ex proprio spiritu, non ex inspiratione diuina, propriam gloriam quærit, quamuis prædicet vera, ac sancta. Tales sunt modo innumerabiles, qui quærunt videri, reputari, promoueri, præesse, & ad hæc obtinenda, laborant studendo, docendo, & multa specietenus bona agẽdo. Est enim qui nequiter se humiliat, & interiora eius

B plena sunt dolo. Veruntamen, tales primo & maxime fallunt seipsos. [*Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum,*] hoc est, ego & qui mea sectantur vestigia, qui quærimus gloriam dei patris, [*Hic verax est*] veritate doctrinæ & vitæ, quia deo instruẽte profatur, [*Et iniustitia*] hoc est, mala intẽtio, seu peccatum reprehensione dignum [*In illo non est.*] Hoc certum est quãtum ad Christum, sed quantum ad famulos eius non est sic intelligendũ, quòd sint omnino à culpa immunes, sed sunt sine peccato mortali. Et quãtum ad hoc, quòd gloriam dei quærunt, iniustitia carent. Soli enim deo debetur honor & gloria: idcirco, qui quærit gloriam propriam, furtum committit, subripiẽs deo quod eius est. Per hęc ergo probat Christus suam doctrinam esse à deo. Non enim quæsiuit gloriam propriam inordinate, sed totius pau-

pertatis & humilitatis præbuit se in exemplum, nemini blandiens, neminem palpans, sed vsque ad mortem pro iustitia certãs, ita quod verissime dicere potuit illud beati Iob, vigesimoseptimo capitulo, Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationẽ quam cœpi tenere, nõ deseram. Sed quia Iudæi obiecerunt Christo, quòd legem Moysi non seruaret, dictum est enim quinto capitulo, quòd persequebantur Christum, eo quòd paralyticum curasset in sabbato, ideo subdit, [*Nonne Moyses dedit vobis legem?*] tanquam minister dei, non sicut principalis legislator, quomodo Christus dedit nobis euãgelicam legem, [*Et nemo ex vobis facit*] hoc est, obseruat [*Legem*] in omnibus. Hoc asserit Christus cordium iudex & cognitor, vel quia in turba quam alloquebatur, nullus fuit iustus, legísque factor, vel

C quia tam pauci fuerunt, quòd comparatione aliorum quasi nulli videbantur. Per hoc innuit Christus, quod digni nõ erant eum arguere de sabbati transgressione, quamuis sic fuisset: quia qui in maioribus vel paribus culpis sunt, non habent faciem alios increpandi, præsertim si ex officio eis non incumbat. Charitas enim debet esse ordinata, vt vnusquisque in primis corrigat semetipsum, deinde & proximũ. [*Quid me quæritis interficere?*] quod est contra legem, quæ prohibet innocentes occidi. Hoc Christus dixit, vt ostenderet se illorum machinationes cognoscere, & vt eos ad emendationem induceret, non tamen vt mortem imminentem euaderet. [*Respondit ei turba*] multitudo illa turbata, [*Et dixit, Dæmonium habes*] hoc est, quasi insensatus & malitiosus loqueris, malum suspicando de nobis. [*Quis*] nostrum [*Te quærit interficere?*] quasi dicant, Nullus. Et vtrunque mentiti sunt, imponentes filio dei insaniam, atque mendacium. Nam in principio huius capituli dixit Euangelista, quod Iudæi quærebant Iesum occidere. Et quid tam irrationabile, vt Christo, qui est sapientia & veritas patris, qui & dæmones expulit verbo, regnúmque diaboli dissipauit, idololatriam destruendo, imponere tantam dementiam & falsitatem. [*Respondit Iesus & dixit eis, Vnum opus feci.*] Non vnum duntaxat, quoniam omnia facta Sup. cap. 5.

sunt per me. Pater quoque meus vsque modo operatur, & ego operor: sed vnum opus feci, cuius occasione contra me murmuratis, mihíque legis transgressionem imponitis. Opus istud est curatio paralytici, cui iussit Iesus ferre grabatum suum & ambulare, quod factum est sabbato, quemadmodum dictum est quinto capitulo. [*Et omnes miramini*] admiratione turbante, ex malitia procedente. Mirami

D ni (inquam) quod ego qui videor religiosus & zelum dei me habere ostendo, hoc feci in sabbato. Qui enim odit alium, facta illius faciliter interpretatur in peius, & ea quæ vel in se bona sunt, vel modice culpabilia, adeo magnipendit, ac reprobat, vt apud se miretur quòd ille talia operatur. Hoc modo Manichæus atque Montanus mirabantur, quod deus legis & prophetarum præcepit plebi Israël spoliare Aegyptum. In verbis istis commendatur nobis ineffabilis patientia, mansuetudo, atque tranquillitas Christi, qui ad tantam contumeliam tam benigne, mititérque respondit. Discamus ergo Christi exemplo iniurias verborum æquanimiter ferre, aduersa tranquillo animo sustinere, non reddere malum pro malo, nec vinci à malo, sed vincere malũ in bono. Ideo nempe dicit Psalmista, Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersum me. Et Salomon in Prouerbiis, Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Alibi quoque hortatur, Ne dicas, reddam malum pro malo, expecta dominum & liberabit te. Et ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei. ¶ Denique, induratis istis Iudæis, qui tam faciliter proruperunt in verba contumelioſa atque blasphema, assimilantur homines passionati, vitiosi, & impatientes: qui licet foris aliquid boni agere videantur, intus tamen languoribꝰ animæ pleni sunt, præcipuè morbo qui dicitur, noli me tangere: vnde cum parũ pulsantur, tangũtur, vel exercitãtur, euomunt quo replẽtur. Prorũpunt enim in verba malitię & nequitiæ, in verba fœtida, pũgitiua, & inordinatissima. [*Propterea*] hoc est ad pfigurãdũ opa mea, qui spũaliter cir

Ecclesi. 19.

1. Tim. 1.

Ecclesi. 30.

Psalm. 38.

Prouer. 26.

Prouer. 20.

Prouer. 24.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cuncido,[*Moyses*]deo iubente[*Dedit*,]hoc eſt,in ſcriptis redegit,atque propoſuit,[*Vobis circunciſionem*] E
hoc eſt,præceptum circunciſionis maſculorum in præputio,dicens,Maſculus cuius præputij caro cir
Ge.17.21. cunciſa non eſt,delebitur anima illa de populo ſuo.[*Non quia ex Moyſe eſt*]hoc eſt,circunciſio origina-
Acto.7. liter data ac iuſſa non eſt Moyſi,[*Sed ex patribus*]hoc eſt,patriarchis data eſt primo. Primò enim data
Rom.15. eſt Abrahæ,vt patet in Geneſi,deinde Iſaac,Iacob,& duodecim patriarchis. Propter quod ad Roma-
nos teſtatur Apoſtolus,Dico Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis,ad confirmandas pro-
miſsiones patrum. Hoc chriſtus adiecit,ad declarandum magnitudinem precepti circunciſionis.[*Et in
ſabbato*]hoc eſt,ſeptima die quæ celebris eſt [*Circunciditis hominem*]infantem. Præceptum equidem fuit
vt infans octauo die circuncideretur. Dum ergo naſcebatur in ſabbato,circuncidebatur ſabbato ſubſe-
Leuiti.12. quenti.[*Si circunciſionem accipit homo in ſabbato*,]imò quia ſic eſt,[*Vt non ſoluatur lex Moyſi*,] hoc eſt,abſ-
que tranſgreſsione præcepti de celebratione ſabbati per Moyſen dati,[*Mihi indignamini,quia totum ho-
minem*,]hoc eſt,paralyticum illum in corpore & anima,[*Sanum feci in ſabbato?*]quaſi dicat, Hoc valde
abſurdum eſt,cum maior atque vtilior ſit curatio totius hominis quàm circunciſio corporis. Sed & cu
ratio illa miraculosè facta ſolo verbo,ſine labore,magis confert ad gloriã dei quàm circunciſio. In hoc
verbo Saluatoris quo dicit,Totum hominẽ ſanum feci,ſundatur illud dictum commune,quòd Chri-
ſtus ſanauit in anima,quos curauit in corpore. Dei nanque perfecta ſunt opera,& iniquis potius obeſt
ſoſpitas carnis quàm proſit,dum exhibent membra ſua arma iniquitatis peccato.[*Nolite iudicare ſecun-* F
dum faciem]ſuperficialiter,ſecundum ſolam apparentiam,ſecundum ſigna incerta,ſecũdum ſenſum ex
teriorem. Tale nanque iudicium ſæpius fallit.[*Sed iuſtum iudicium iudicate*,]hoc eſt,iudicando diſcerne-
te,ac proferte,iudicando ſecundum rationem informatam prudentia,regulatam iuſtitia,procedentem
ſecundum ordinem iuris,& veritatem rei diligenter penſantem.

¶Præcipit ergo Chriſtus vt iudicemus eo modo quo Eſaias prædixit de ipſo,Non ſecundum viſionẽ
Eſaiæ.11. (inquit) oculorum iudicabit,neque ſecũdum auditum aurium audiet,ſed iudicabit in iuſtitia. Quod
Matth.7. igitur in Matthæo ait Saluator,Nolite iudicare vt non iudicemini,dictum eſt de iudicio inordinato,vi
delicet vſurpatorio,ſuſpicioſo,peruerſo.¶Denique,ad rectitudinem ſeu veritatem iudicij multa exi-
guntur. Primò,vt procedat ex lumine rationis,non ex impetu paſsionis. De hoc multa dicuntur in li-
Iob.15. bro Iob, vt eſt iſtud, Nunquid ſapiens reſpondebit,quaſi in ventum loquẽs,& implebit ardore ſtoma
Iob.18. chum ſuum? Et illud, Quid perdis in furore animam tuã? Et, Reſpondete abſque contentione. Paſsio-
Iob.6. nes quippe actum rationis impediunt. Secundò,vt ſit ſine perſonarum acceptione,quẽadmodũ Moy-
Deute.8. ſes loquitur in Deuteronomio,Dixi principib' & iudicibus,quod iuſtum eſt iudicate,ſiue peregrinus
ſit ille,ſiue ciuis,nulla erit diſtantia,ita paruum audietis vt magnũ,nec accipietis cuiuſquam perſonam.
Oportet ergo priuati amoris affectionem,amorem,odiúmque abiicere,ne iudex ſit partialis. Tertiò,vt
Exod.23. clamori vel fauori plurimorum non cedatur: iuxta illud Exodi,Ne ſequaris turbam ad faciendum ma
lum,nec in iudicio acquieſcas ſententiæ plurimorum,vt à vero deuies. Quartò,vt cauſa ignota ſeu du G
bia debite inquiratur,prout Iob ait,Cauſam quam ignorabam,diligẽtiſsime inueſtigabam. Quinto,ne
propter timorem æquitas deſeratur. Propter quod ſcriptũ eſt,Noli quærere fieri iudex,niſi valeas vir
Iob.29. tute irrumpere iniquitates,ne forte extimeſcas faciem potentis. Sexto,ne in iudicãdo plus quàm opor-
Eccle.7. tet vel decet iudicans alicui compatiatur,ſecundum quod dominus præcipit in Exodo, Pauperis non
miſereberis in iudicio. Et rurſus,Non declinabis in iudicio pauperis. In Leuitico quoque,Non cõſide
Exod.23. res perſonam pauperis,nec honores vultum potẽtis. Septimo,ne dona accipiant,iuxta illud Exodi,Nõ
Leuiti.19. accipias munera,quæ excæcant etiam prudentes,& ſubuertunt verba iuſtorũ. Octauo,ne preces admit
Exod.23. tãtur in præiudiciũ aduerſarię partis. Nono,vt altera pars audiatur,& quilibet æquanimiter ſuam cauſam proponere permittatur,iuxta quod legitur in Actis apoſtolorum, Non eſt conſuetudo Romanis
Acto.25. damnare aliquem hominẽ,priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores,loc ũque defendẽ
di accipiat ad abluenda crimina. Decimo,ne pœna excedat menſuram culpę. Propter quod Moyſes di
Deute.25. cit,Iuxta menſurã culpæ,erit quantitas plagarũ. Vndecimo,vt iudicium ordinetur ad bonũ eius qui iu
dicatur. His itaq; obſeruatis,erit iudicium verum,veritate iuſtitiæ,& doctrinæ,hoc eſt,æquũ & ſapiẽ
Matth.7. tiale. De hac materia multa iam dixi Matthæi ſeptimo,& ad Romanos ſecundo,idcirco celerius atq; fa
Roma.2. cilius tranſeo.[*Dicebant ergo*,]videlicet,quoniam Ieſus dixit,Quid me quæritis interficere? [*Quidam ex
Hieroſolymis*,]hoc eſt,ciues Hieruſalemqui,melius quàm alij nouerãt machinationem ſacerdotum,ſcri H
barum,ac phariſæorum,qui maxime morabantur in Hieruſalem contra Ieſum,[*Nonne hic eſt quem quæ
runt interficere?*]tanquam dicerent,Vtique iſte eſt,[*Ecce palam loquitur*]contra illos dicẽdo,Nemo ex vo
bis facit legem. Et quid me quæritis interficere? ſicque impoſuit eis grauiſsima crimina in templo co-
ram omni frequentia plebis.[*Et nihil ei dicunt.*]quod videtur procedere,vel ex timore,quaſi timẽtes Ie
ſum,vel ex ſcientia,quaſi ſcientes nunc eum eſſe chriſtum: ideo addunt,[*Nunquid vere cognouerunt prin
cipes*,]hoc eſt,principales in populo,ſcilicet ſacerdotes,ſcribæ,phariſæi,ac ſeniores,præſertim pontifi-
ces,[*Quia hic eſt Chriſtus?*]quaſi dicant,Hoc apparet ex eo quòd ſilent. Iſti ciues ignorabant Ieſum eſſe
tantæ potentiæ,quòd ſine eius virtute ac permiſsione nemo loqui poteſt,aut agere quicquam. Idcirco
quod principes tacuerunt,retulerunt ad eorum ſcientiam,cum potius referendum fuerit ad Chriſti di
ſpenſationem,ac ordinationem,qui quando voluit,ſeu permiſit,perſequutionem ſuſtinuit. Iſta tamen
dixerunt dubitando,non affirmando. Vnde mox arguunt ad oppoſitum,[*Sed & hunc ſcimus*] hoc eſt,
cognoſcimus,[*Vnde ſit*]hoc eſt,de qua progenie,& de quo loco,videlicet,à Nazareth Galilææ: [*Chri
ſtus autem cum venerit nemo ſcit*] hoc eſt,ſciet,[*Vnde ſit.*]Quomodo verum eſt hoc,cum vulgatum fuerit
apud Iudæos Chriſtum naſciturum de tribu Iuda,per Dauid in Bethleem? Dicendũ,quod Iudęi pro
pter diuerſa loca ſcripturæ ambigui erant de qualitate aduentus Chriſti. & forte ꝙ ideo,quia non in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tellexerunt ex ſcripturis, quòd in Chriſto eſſet duplex natura, puta diuina & humana, idcirco non poterant concordare ſcripturas. ¶ Porrò quod aiunt, Chriſtus cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. habere poterant ex eo quod ſcriptum eſt apud Eſaiam, Generationem eius quis enarrabit? Et Malachias, Quis (inquit) poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans. Hieremias quoque ait decimoquarto capitulo, Quare venturus es, quaſi vir vagus? Et item, Quare venturus, quaſi colonus in terra? Verum eſt ergo quod nemo ſcit, hoc eſt, comprehendere poteſt vnde ſit Chriſtus, id eſt, æternam atque diuinam eius originem: ſed nec generatio eius de virgine comprehendi poteſt à nobis, quantum ad modum eius. Quis enim capere queat, qualiter de clauſo dulciſsimæ virginis vtero exiit verum corpus Chriſti? [*Clamabat ergo*] ex magno affectu ſalutis Iudæorum & voce ſonora, ſicut Eſaias prædixit, Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Quod ſanctus Hieronymus exponit de Chriſto ad literam. [*Ieſus in templo docens & dicens.*] Eſaiæ. 58.

¶ Quomodo nunc dicitur Ieſus clamaſſe, cum in Eſaia ſit prophetatũ de eo, Non clamabit, nec audietur foris vox eius? Et reſpondendum, hoc dictum eſſe de immoderata ſeu paſſionata vociferatione, de qua dicit Apoſtolus, Omnis clamor, & amaritudo, & indignatio, tollatur à vobis. Porro, de ordinato Chriſti clamore ſertur in Pſalmis, Deus meus clamabo per diem, & non exaudies. Et laboraui clamãs, raucæ factæ ſunt fauces meæ. [*Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis.*] Infra ait Chriſtus Iudeis, Neque me ſcitis. Et in Matthæo, Nemo nouit filium, niſi pater, neque patrẽ quis nouit, niſi filius. Quomodo ergo nũc aſſerit, Et me ſcitis? Reſponſio plana eſt, quoniam aliquo modo nouerant eum, videlicet ſecundum ſenſitiuam cognitionem; & quantum ex illa intellectualiter elicere poterant. Nouerant eum ſecundum ſuam humanitatem quodammodo, ſed multum imperfecte. Putabant quippe, quòd naturali ordine genitus eſſet, & in eſſe creato ſubſiſteret. Et vnde ſim ſcitis, hoc eſt, ortum & patriam meam. Hoc loquutus eſt Chriſtus, quantum ad id quod dixerunt Iudæi, Hunc ſcimus vnde ſit. Sed quantum ad id quod dixerunt, Chriſtus cum venerit, nemo ſcit vnde ſit, reſpondit, [*Et a meipſo non veni,*] hoc eſt, originem à vobis ignotam habeo, quia à patre per generationem æternam egreſſus ſum, & ille me miſit.

¶ Denique quod ait, à meipſo non veni, ſi ſic intelligatur, propria voluntate non veni, verũ erit de chriſto ſecundum quod homo, quia voluntas eius humana, non fuit cauſa quòd venit in mundum per incarnationem, ſed in incarnatione voluntas illa creata eſt, voluntas vero patris fuit cauſa huius aduẽtus: Chriſtus autem vt deus habet eandem numero voluntatem cum patre, idcirco quod ait, A meipſo nõ veni, non eſt accipiendum de Chriſto ſecundum naturam diuinam, niſi in hoc ſenſu, A meipſo nõ veni, hoc eſt, à patre voluntatem & poteſtatem accepi, per quam veni in mundum, aſſumendo naturã humanam. Nihilominus Chriſtus vt deus propria voluntate venit, ac poteſtate: imò & miſit ſeipſum ſecundum quod homo eſt. [*ſed eſt verus qui miſit me,*] hoc eſt, Deus pater, qui eſt ſubſtantialiter verus veritate eſſentiæ in ſeipſo, & verax in verbis, atque operibus, [*Quem vos neſcitis.*] Certum eſt quòd Iudæi
C non ſciebant deum patrem per ſpeciem ſicut beati in patria, nec per comprehẽſionem plenariam, quia ſic non cognoſcitur deus, niſi ab intellectu infinitæ virtutis & capacitatis, videlicet à ſeipſo duntaxat.

¶ Sed quæritio eſt, an ſciebant eum per fidem? Et reſpondendum, quod non omnes Iudæi habuerunt explicitam fidem de ſuperbenedicta Trinitate, idcirco nec patrem nouerunt per fidem explicite. Nouerunt tamen eum ſecundum eſſe abſolutum, inquantum eſt deus, per fidem, vel etiam per naturalem rationem. Si vero loquamur de notitia formata non informi, ſic mali Iudæi non nouerant eũ, ſicut nec cæteri impij, quantumcunque ſubtiles & eruditi. Qui enim ſe dicit noſſe deum, & mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt. [*Ego autem ſcio eum,*] quia vt deus comprehendo eum plenarie. Secundum naturam 1. Ioan. 2.
vero aſſumptam, vidi eum per ſpeciem ab incarnationis principio, clariúſque quàm aliquis beatorum. [*Et ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax.*] quod impoſsibile eſt, cum veritas non poſsit mẽtiri, nec creator creaturis in vitiis conformari. [*Sed ſcio eum,*] ſcientia increata, ſeu comprehẽſiua & creata, vel fruitiua, [*Quia ab ipſo ſum,*] hoc eſt, ab eo accepi eſſe, & idem numero, non diuerſum, per generationem æternam, [*Et ipſe me miſit,*] per incarnationis myſterium, hoc eſt, me incarnari, hominibúſque apparere, mundúmq; ſaluare conſtituit. Scientia autem comprehenſionis perfectæ competit filio, ratione generationis diuinæ. Scientia vero infuſa, fruitiua, & in genere notitiæ creatæ, ſummè perfecta, conuenit Chriſto, ratione miſsionis præfatæ. Quoniam enim miſſus eſt ad ſaluandum genus humanum,
D data eſt ei omnimoda plenitudo gratiæ atque ſcientiæ inditæ. [*Quærebant ergo*] principes & fautores eorum [*Eum apprehendere,*] hoc eſt, capere ad occidendum, non amplecti ad perfruendum: de qua apprehenſione loquitur ſponſa in Canticis, Quis mihi det te fratrem meum, vt inueniam te foris & deoſculer, ac apprehendam te? Nos quoque quia non poſſumus Ieſum comprehendere, ſtudeamus ſaltem apprehendere eum, hoc eſt, per fidem & charitatem attingere eum, eíque intime quantum fieri poteſt vniri. ¶ Cur voluerunt apprehendere eum? Primò, quia tam dure ac iuſte corripuit eos. Secundò, quia tam magna aſſeruit de ſeipſo. [*Et nemo miſit in illum manus*] violentas, [*Quia nondum venerat hora eius,*] hoc eſt, tempus ſuæ paſsionis in quo mori decreuit, non antea, nec poſtea. Hoc quòd nondum venit hora eius, fuit cauſa, ſignum, non efficiens quod non capiebatur: diuina vero voluntas atque potentia, erat cauſa efficiens quòd captus non fuit, quia refrenauit malitiam Iudæorum, non permittens eam in actum procedere. ¶ Præterea quia in Euangelio ſæpius legitur, Nondum venit hora eius, vel aliquid ſimile, quidam hæreticorum dicere auſi ſunt, quòd Ieſus natus eſt ſub certo fato, vel cõ Ioan. 2.
ſtellatione, cuius virtute fecit quæ fecit. Sed quàm falſum ſit hoc, non oportet probare, cum certum ſit ipſum ſupernaturaliter eſſe conceptum ac natum. [*De turba autem multi crediderunt in eũ*] q̃ eſſet Meſſias, [*Et dicebat, Chriſtus cũ venerit, nũquid plura ſigna faciet, quã quæ hic facit?*] Ex quo hi qui iſta dixerũt, erãt credẽtes in Ieſum, videtur ſic exponẽdũ, chriſtus cũ venerit, hoc eſt, ſi ponatur ſecũdũ aliorũ ęſtimatio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem,quod Christus nondum aduenit,tamen cum,etsi venerit prout illi expectant,nõ faciet plura mi- E
racula quàm efficit iste:ideo est credendum ꝙ sit Christus,in cuius aduentu dixerunt prophetæ mul-
Esaiæ.35. ta signa esse faciẽda.Vnde habetur apud Esaiã,Ecce deus vester veniet,& saluabit vos. Tunc aperien-
tur oculi cæcorũ,& aures surdorũ patebunt,tunc saliet sicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mu-
torum. Nullus quippe ante aduentũ Christi tanta fecit miracula sicut Christus,& omnes qui post eũ
fecerunt vera miracula,non nisi in nomine eius ea fecerunt,imò qui scire desiderat quàm innumerabi
lia,præclara & glorioſa prodigia operatus est Christus, aliorum trium euãgelistarum euangelia legat.
Verum,quoniã fides istorum non fuit multũ perfecta,idcirco quod aiunt, Christus cum venerit,nun
quid plura signa faciet?intelligi potest per modum cuiusdã inquisitionis. Quantitas enim miraculorũ
fiendorum à christo in eius aduentu,non fuit in scripturis determinata,ideo inquirebãt inter se,an ne
plura signa fierẽt in Christi aduẽtu,quàm quę viderũt à Iesu produci.[*Audierunt pharisæi*]prę cipui ę-
muli Christi[*Turbã*]credentium[*Murmurantem*]hoc est,suppressa voce dicentẽ,[*De illo hæc*]bona.Non
enim audebant palam cõfiteri magnificẽtiam Iesu,timore phariſęorum,scribarum atque pontificum.

¶Prosequutio huius cap.ab illo loco quo dicitur,[*Miserunt principes & phari*
sæi ministros, vt apprehenderent eum,&c.] Art. x x.

F
T miserunt principes & pharisæi ministros,vt apprehenderent eũ.]Pharisæi liuore cõtra Christum ac-
E censi,ac tabefacti,audito quòd turbę confiterentur,glorificarẽntque Iesum,asserendo,quod es-
set Christus,& plurima faceret signa,timuerunt ꝙ reciperẽt Iesum pro rege Messia,idcirco col
locuti sunt cum principibus sacerdotũ,vel principalioribus Iudæorũ de occisione christi.Et inito pa
cto,miserunt ministros,vt caperent Iesum.Aliqui dicunt,quod personaliter hoc facere nõ audebant,
timore turbę credentis,sed miserunt legatos viros periculis se tradentes,& quod legati isti fuerunt Gẽ
tiles.Verum ex consequentibus magis apparet,móxq; patebit,quòd fuerunt Iudæi.[*Dixit ergo eis,*]vi-
delicet,ministris ad se capiendum missis,[*Iesus,Adhuc modicum*]tempus[*Vobiscum sum*]hoc est,non diu
ero,nec conuersabor sensibiliter inter vos,[*Et vado*]hoc est,tempore hoc pauco expleto,ibo per pas-
sionem,resurrectiõnem & ascensionem,[*Ad eum qui me misit,*]hoc est,ad patrem cælestem,vt sedeam
ad dexteram eius.Tanquam diceret,Iam nunc non apprehendar à vobis,quia non volo, eo quod tem
pus meum nondum aduenerit:sed adhuc parumper ambulabo in populo ad docendum eum,& ad cõ
plenda opera quæ pater dedit mihi vt faciam ea:quo facto,facietis,me permittente,quod nunc facere
cupitis,sed non potestis me prohibente.Hæc omnia(vtpote modicum manere in mundo,ire ad patrẽ
& capi)conueniunt christo secundum naturam assumptam.Nempe secundum diuinitatẽ manet æter-
naliter in patre,non recedens neq; reuertens ad eum,& totũ mundum inuariabiliter implet,permanẽs
vbiq; & in omnibus,per essentiã,præsentiam atq; potentiam.[*Quæretis me, & nõ inuenietis.*]Hoc à diuer G
sis variis modis exponitur.Primò sic,Quæretis me,post resurrectionem,hoc est,ad me conuertemini
per fidem in die Pentecostes,vel postea,quando videritis per apostolos tanta mirabilia fieri in nomine
meo.Vnde in Actibus apostolorũ habetur,Compuncti sunt corde,& dixerũt,Quid faciemus viri fra
tres?Iuxta hunc sensum infra loquitur Christus,Cum exaltaueritis filium hominis,tunc cognoscetis,
quia ego sum,& non inuenietis me,prẽsentia corporali,atq; sensibili sicut modo.Secũdo sic,Quęretis
Acto.2. me,hoc est,auxiliũ meũ implorabitis,& nõ inuenietis me ad libitũ vestrum,tẽpore destructionis Hie
Ioan.8. rusalẽ à Romanis.Tunc enim(vt dicitur)multi Iudęorum nouerũt se vastari à Tito propter occisionẽ
Christi,& tunc Christum habere liberatorem optabant,sed nõ obtinuerũt.¶Ista expositio modici est
valoris,cum sit incerta.Beda vero exponit sic, Quòd quęsierunt Iesum post resurrectionẽ,quando vi
derunt tot milia cõuerti ad Christum,sed non inuenerũt eum spiritualiter,quoniam magnitudinem
Beda. sui peccati,quo christũ occiderũt,pensantes,nõ vere pœnituerũt,sed barathrum desperationis incide
Ioan.11. rũt.Videtur autẽ sic conuenienter posse exponi,Quęretis me,ante passionem,& post hanc vicẽ ad ca
Ioan.1. piendũ,& nõ inuenietis me corporaliter vsq; ad tempus.Vt enim infra habetur,Principes dederũt prę
ceptum,vt si quis sciret vbinam esset Iesus,indicaret.Ex quo elicitur,quod sæpe quæsierunt eũ ad ca-
piendum,sed non inuenerũt.[*Et vbi ego sum*]nunc secundũ diuinitatem,videlicet in summo cęlo,in si
nu patris. Vel, vbi sum,hoc est,vbi post passionẽ mox ibo & ero,videlicet ad dexteram dei,[*Vos non po* H
testis venire]propter peccata vestra,vel propria potestate:tamen per gratiam meam,si pœnitentiam ve-
rã egeritis,venietis illuc,& eritis mecum.[*Dixerunt ergo Iudæi,*] hoc est,ministri prædicti,& alij forte
qui aderant,[*Ad semetipsos*].i. vnus ad alium,non intelligentes verba prædicta,sed inter se cõquirẽtes,
quomodo essent intelligenda,[*Quo hic iturus est,quia nõ inueniemus eũ?*]Christus aperte dixit,Vado ad eũ
qui me misit,& tamen non intellexerunt quod prædixit se iturũ ad patrẽ cælestem.[*Nunquid in dispersionem Gentiũ iturus est,*]hoc est,ad Gentes vbique dispersas,& per sectas ac loca diuisas.Sic enim contẽ
ptibiliter loquebantur de Gentibus,quos multum spernebant propter peccata eorum,& dilectionem
suã,ac patrum suorum.[*Et docturus Gentes?*]videlicet corporaliter recessurus à Iudæa,& cõgregaturus
multos discipulos ex Gẽtibus.[*Quis est,*]hoc est,quomodo intelligendus est[*Hic sermo,quem dixit,Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego,vos non potestis venire?*]¶Hoc forsitan repetebant ad innuendũ,
quod secundũ eorum ęstimationẽ verba Christi nõ erant intelligẽda de recessu eius ad Gẽtes,quoniã
per verbũ de prẽsenti dixit,Vbi ego sum,vos nõ potestis venire.Ignorabãt itaq; quid notauit per hoc.
[*In nouissimo autem die magno,*]hoc est,multum celebri[*Festiuitatis*]tabernaculorum durantis septem die
Leui.23. bus,vt dictũ est.Primus enim & vltimus dies huius festiuitatis fuerant celebriores.[*Stabat Iesus,*]tanq;
Nume.29. confirmatus in bono,erectus in omni virtute,& paratus ferre subsidiũ cunctis ad ipsum confugienti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Abus. Poteſt quoque per ſuam ſtationẽ, diuinitatis ipſius inuariabilitas deſignari. [*Et clamabat,*] affectuo
ſe, eloquentiſsime, ac ſecure prædicando, [*Si quis ſitit*] hoc eſt, ſpiritualia bona deſiderat, gratiam cupit,
fluenta doctrinæ, aquã ſapientiæ appetit. De qua ſiti ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, Animæ veſtræ ſi- Eccle. vlt.
tiunt vehementer. Apud Eſaiam quoque ait, Omnes ſitientes venite ad aquas. [*Veniat ad me*] non cor- Eſaiæ. 55.
porali greſſu duntaxat, ſed & mentis humili præparatione, faciendo quod in ſe eſt, fide quoque nõ hę
ſitanti, & oratione conſtanti. Vnde ſcriptum eſt in Iacobo, Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet
à deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Ideo ſubditur,
[*Et bibat,*] hoc eſt, deſideratam gratiã hauriat, ſpiritualiter recreetur, & refrigeretur à me. Omnis quip
pe qui petit, accipit. Propter quod in Apocalyſi dicitur, Qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vi Iacob. 1.
tæ gratis. Quicunque ergo mœſtificatus indiget conſolatione, qui fatigatus indiget confortatione, qui Lucæ. 11.
tribulatus indiget ſubuentione, recurrat integra fide, ac humili mente ad Chriſtum, non ceſſans ſpe- Apoc. vlt.
rare in eo, & procul dubio auxilium ſortietur. Ipſe enim veriſsime ait, Venite ad me omnes qui labo-
ratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. [*Qui credit in me,*] fide formata, ac plena. Loquitur autem Chri Matth. 11.
ſtus ad literam de his, qui ſuo magiſterio ſtabiliter adhærebant vſq; ad paſsionẽ & Pentecoſten, ſicut
patebit. [*Sicut dicit ſcriptura,*] in Prouerb. quantum ad ſenſum, non quantum ad formam verborũ. Iſta Prouer. 5.
allegatio refertur ad ſequentia, [*Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*] ¶ Quomodo autem intelligen-
B dum ſit hoc, Euangeliſta ſubiecit, nec debemus anticipare expoſitionem tanti interpretis, [*Hoc autem
dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.*] Eſt igitur ſenſus, Flumina aquæ viuæ, id eſt, dona
ſpiritus ſancti, fluenta doctrinæ cæleſtis, & gratiæ copioſæ ac multiformis, emanabunt de corde ipſius
ad alios. Vel de habitu & interiori actu ad opera exteriora. Itaque per flumina deſignantur dona ſpiri-
tus ſancti: per aquam viuam ipſe ſpiritus ſanctus. De quo dictum eſt, Qui biberit ex aqua quam ego Ioann. 4.
dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Per ventrem vero mens ipſa interna, in qua ha
bitat ſpiritus ſanctus per dona ſua: de huiuſmodi etenim ventre ait Salomon in Prouerbiis, Fili ſuſcipe Proue. 22.
ſapientiã, quæ pulchra tibi erit, cum ſuſceperis eam in ventre tuo. Et Eſaias, Venter (inquit) meus qua- Eſaiæ. 16.
ſi cythara ad Moab ſonabit. Ex mentibus ergo apoſtolorum & aliorum, qui cum eis in die Pẽtecoſtes Actu. 2.
ſpiritum ſanctum receperunt, fluxerunt prædicta flumina per euangelicam prædicationem ad totum 1. Petr. 4.
mundum: quoniam gratiam ſibi diuinitus communicatam in alios adminiſtrauerunt, ſicut optimi di-
ſpenſatores multiformis gratiæ dei. ¶ Prẽterea quod prædicta intelligẽda ſint de effuſione ſpiritus ſan
cti in ſigno viſibili ſuper apoſtolos, & cum eis conſiſtentes in die Pentecoſtes, pandit Euangeliſta
ſubdendo, [*Nondum enim*] quãdo Chriſtus hæc prædicauit, [*Erat ſpiritus ſanctus datus*] fidelibus, ſcilicet Act. 2.
in tanta plenitudine, támque euidenter, vt poſt reſurrectionem, quando Chriſtus dedit ſpiritum ſan-
ctum in ſigno viſibili. Primo, per inſufflationem ante aſcenſionem. Secundo, per ignearum apparitionẽ
linguarum in die Pentecoſtes. Fuit autẽ ſpiritus ſanctus datus à principio mundi vniuerſis electis, qm Ioan. 20.
nullus ſine gratia eius, ſine donis eius, ſine fide & charitate ſaluatus eſt, & ſancti patriarchæ atque pro- Act. 2.
C phetæ in magna copia gratiam ſpiritus ſancti ſortiti ſunt: quemadmodum Petrus dicit, Non voluntate
humana allata eſt aliquãdo prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Ni- 2. Petr. 1.
hilominus apoſtoli primitias ſpiritus ſancti receperunt, quia præ cæteris ſanctis antiquis exuberantius
euidentiuſque repleti ſunt ſpiritu ſancto, & de myſteriis Chriſti excellẽtiſsime illuſtrati. Porro quod Act. 2.
ſubditur aduertendum eſt diligenter. Cauſam enim cur ſpiritus ſanctus nondum datus fuit, hoc modo Roma. 8.
aſsignans adiunxit, [*Quia Ieſus nondum fuerat glorificatus,*] id eſt, à morte reſuſcitatus, atque in corpore
glorioſus effectus. In anima enim fuit glorificatus à principio incarnationis, præſertim quantũ ad par-
tem animæ ſuperiorem. ¶ Cur ergo ſpiritus ſanctus datus non eſt plene, & in ſigno viſibili ante Chri-
ſti reſurrectionem? Reſpõdet Chryſoſtomus, quoniam talis communicatio non debuit fieri, niſi per
Chriſti paſsionẽ humano genere reconciliato. Auguſtinus vero dicit, quod ideo, vt per tam copioſam
ſpiritus ſancti receptionem, certiſsime ſuſpiremus ad patriam, ad futuram reſurrectionem, ad beatam
immortalitatem. Cuius Chriſtus in ſeipſo monſtrauit exemplum, apparendo diſcipulis in vero corpo
re veraciter glorificato. Sed literalis, vt arbitror, ratio eſt, quoniam ad hoc datus eſt ſpiritus ſanctus tã
copioſe in ſigno viſibili, vt apoſtoli omni notitia ſcripturarũ, omnſque vſu linguarum impleti, Chri- Actu. 2.
ſti euangelium vbique & conſtantiſsime prædicarent. & item, vt per igneas linguas figuraretur, quod
D igneam legem eſſent prædicaturi, omniumque linguarum nationes docturi. Hæc autem agenda nõ e-
rant, niſi poſt reſurrectionem: nam ante reſurrectionem dictum eſt eis à Chriſto, In viam gentium ne
abieritis. Chriſtus etiam noluit ſuam maieſtatem tam euidenter oſtendere ante paſsionem, vt poſtea, Matth. 10.
ne ſua paſsio impediretur. Poteſt quoque alia ratio addi, quia nõ decuit membra tanta gratia decorari,
niſi capite totaliter glorificato, omnſque gratia accidentalis præmii adornato. [*Ex illa ergo turba eum au
diſſent hos ſermones eius*] qui erant pulcherrimi, atque vehemẽter notabiles, [*Dicebant (quidam) Hic eſt ve
re propheta.*] Secundum Lyram, per prophetam intellexerunt prophetam illum antonomatice dictum,
de quo Moyſes ſcripſit, Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de fratribus veſtris, tanquam me. Sed
cum hoc dictum ſit de Chriſto ad literam, & Euangeliſta nunc ſubdat, [*Alij dicebant, Hic eſt Chriſtus,*]
ſequitur quod illi per prophetam non intellexerunt Chriſtum dominum prohetarum, ſed propheta Deut. 18.
ſimpliciter, quem vocabant vere prophetam, id eſt, diuinitus illuminatum. Qui autem dixerunt, Hic
eſt Chriſtus, melius conſiderauerunt verba & opera Ieſu. Qui vero dixerunt, hic eſt vere propheta, er
rauerunt, ſi prophetam ſumpſerunt in ſpecie, diſtinguendo prophetam contra dominum prophetarũ
Chriſtum Ieſum, qui fuit propheta, & comprehenſor, Saluator, & finis prophetarum. [*Quidam autem*]
increduli, volentes probare teſtimonio ſcripturarũ quod Ieſus non eſſet Chriſtus, [*Dicebant, Nunquid
à Galilæa venit Chriſtus?*] quaſi dicat, A prouincia Galilææ Chriſtus non eſt deſcenſurus, naſciturus, ſeu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aduenturus. [*Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid & de Bethleem castello,*] id est, modica vrbe, vel ca E
stello, id est, domo [*Vbi erat*] id est, habitauit & ortus est, [*Dauid, venit Christus?*] Christum nasciturũ es-
Psalm. 131. se de semine Dauid prænunciatum fuit in Psalmo, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et
Hiere. 25. apud Hieremiam, Suscitabo Dauid germen iustum. Apud Esaiam quoque, Egredietur virga de radice
Esaiæ. 10. Iesse, &c. Certum est enim, quod Christus non descendit de stirpe Iesse, nisi per Dauid. Præterea &
Mich. 5. Christus nasceretur in Bethleem, per Micheam prædictum erat, Et tu Bethleem Ephrata, ex te mihi
egredietur qui sit dominator in Israël. Quoniam ergo nouerant Iesum nutritũ in Nazareth vrbe Ga-
lilææ, putabant quod ibi natus fuisset, & per consequens Christus. [*Dissensio itaque facta est in turba pro-*
pter eum] diuersis diuersa sentientibus atq; dicentibus. [*Quidam autem ex ipsis voluerunt apprehendere eum,*]
putantes quod nec propheta, nec Christus esset, sed seductor. Erant enim obstinati & pessimi, lumini-
que rebelles, [*sed nemo misit super illum manus,*] quia voluit Christus, & eorum prauitatem represit. [*Ve-*
Iob. 24. *nerunt ergo ministri*] qui missi erant, vt caperẽt Iesum, [*Ad pontifices & pharisæos*] à quibus fuerant mis-
si, [*Et dixerunt eis (id est, ministris) illi, Quare non adduxistis eum (captum & vinctum?) Responderunt ministri,*
Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur] id est, tanta est sapientia atque facundia oris sui, tam prõ-
Iob. 36. pte, ordinate, & doctrinaliter loquitur, quod nemo ei similis fuit. Nec mirum, cum ipse sit vnicum dei
Ioann. 1. verbum quod non laborat in verbo. Hinc ait Psalmista, Diffusa est gratia in labijs tuis. Et in Luca le-
Psalm. 44. gitur, Omnes mirabantur in verbis gratiæ quę procedebant de ore eius. [*Responderunt pharisæi, Nunquid*
Lucæ. 4. *& vos seducti estis?*] id est, decepti estis, putantes propter pulchritudinem verborum eius, quod sit pro- F
pheta, aut Christus. Aliqui dicunt quod isti ministri, quamuis mala intentione accesserunt ad Chri-
stum, tamen audiendo efficacissimam prædicationem ipsius, immutati fuerunt à malo proposito, inci
pientes aliqualiter bene sentire de eo. Vnde pharisæi hoc attendẽtes, voluerũt eos à fide Christi pror-
sus auertere, adiicientes, [*Nunquid aliquis ex principibus,*] id est, sacerdotibus & scribis, per quos tunc re
gebantur Iudæi, & doctores, & cæteris doctiores fuerunt, [*Credidit in eum, aut ex pharisæis?*] qui cæteris
religiosiores videbantur: tanquam dicãt, Nullus ex doctis & magnis atque deuotis credit ei. [*Sed turba*
hæc (currens post eum) quæ non nouit legem (id est, vulgus indoctum & ignobile) maledicti sunt] id est, miserabi-
liter fallitur, facile credens propter insipientiam suam & ruditatem. Totũ mentiuntur pharisæi, quẽ-
admodum moris est inuidorum, quos in tantum excæcat inuidia, vt siue per vera, siue per falsa nõ ces-
Ioann. 1. sent auertere alios ab eo quem odiunt. Nam & aliqui ex principibus crediderunt in Iesum, scilicet,
Ioann. 3. Nicodemus & Nathanael legis doctor. Infra quoque legitur quod multi ex principibus crediderunt
Ioann. 12. in Iesum, sed & deuotissimi Iudæorum iam crediderunt in Iesum: Pharisæi quoque pleni erant hy-
pocrisi, auaritia, ambitione, inuidia. Turba quoque non fuit maledicta, sed prælecta, quemadmodum
fatur Apostolus, Quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit
1. Cori. 4. deus, vt confundat fortia. Hoc ipse Saluator perpendens exultauit spiritu sancto, vt apud Lucam intro
ducitur, & ait, Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudẽ- G
Lucæ. 19. tibus, & reuelasti ea paruulis. Et Psalmista, Testimonium (inquit) domini fidele, sapientiam præstans
Matth. 11. paruulis. Quanto ergo quis minus de seipso præsumit, quanto minus in propria subtilitate & scientia
gloriatur, quanto minus alios vilipendit, tanto copiosius meretur illuminari à Christo. Hinc quoque
simplices & fœminæ sunt frequenter deuotiores quam multum literati viri, quia quo minus habent
de excellentia in naturalibus, eo humiliores sunt, & per consequens pleniores sunt vera sapientia, illa
videlicet, quæ est primum donum spiritus sancti, & intima deuotione. Vnde Salomon ait, Cum sim-
Prouer. 3. plicibus sermocinatio dei. [*Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit nocte ad eum (puta ad Iesum, vt dictum est)*
Ioann. 3. *qui erat vnus ex ipsis*] id est, de numero principum & pharisæorũ, vt patuit, [*Nunquid lex nostra iudicat,*]
Ibidem. hoc est, iudicandum per approbationem vel condemnationẽ docet [*Hominem, nisi audierit ab ipso prius*]
id est, verba de ore eius audierit, [*Et cognouerit (per certitudinem) quid faciat?*] Vbertim enim in lege præce
ptum fuit, vt causa iudicandi inuestigaretur, audiretur, discuteretúrq;, & vt ipse qui causam habuit sta
ret coram senioribus, sacerdotibus vel iudicibus (quorum fuit iudicare) audiretúrque ab eis, ficque o-
pera eius vere cognoscerent: hocque Nicodemus inseruit, ne incaute damnarent Iesum, vel aliquem
ab ipso auerterent, & induceret eos ad diligentem aduertentiam, atque præsentialem audientiam Chri
sti, confidens eos si hoc facerent conuertendos ad Christum, sicut ipse iam fuit cõuersus ad eum, cu-
ius tantam expertus fuit virtutem, sapientiam eminentiámque in sermone. [*Responderunt pharisæi, & di-* H
xerunt ei (vtpote Nicodemo) Nunquid & tu Galilæus es?] id est, à Iesu Galilæo deceptus, discipulúsque il-
lius effectus. [*Scrutare scripturas,*] id est, tu qui legis doctor es, scripturas Mosi & prophetarum diligẽ-
ter inquire per actualem considerationem, quas nosti per habitualem notitiam, [*Et vide,*] id est, si hoc
feceris, ex scripturis oculo interiori videbis, [*Quia propheta a Galilæa,*] id est, à tã vili terra & plebe [*Non*
surgit,] id est, non nascitur, non procedit, non ascendit. Mirabilis cæcitas pharisæorum, qui sic loquun
tur acti deus eligeret gentem propter locum, & non potius locum propter gentem: & quod asserunt à
3. Reg. 19. Galilæa non resurrexisse prophetam, patet falsum, de Helisæo propheta & Delbora prophetissa. To-
Iudicũ. 4. bias quoque (quem constat fuisse de Galilæa) prophetico spiritu fulsit, imò deus frequenter in viliori-
bus locis efficit opera magis præclara. vnde & Nazareth ciuitatulam Galilęę elegit pro loco cõceptio-
nis & educationis. Bethleem quoque ciuitatulam Iudeæ pro loco natiuitatis, non Romam caput mũ-
di, neque Hierusalem Iudææ metropolim, ne exaltatio Iesu ac diuulgatio fidei Christianæ ascriberetur potentiæ ciuium, vel eminentiæ loci, aut alicui causæ naturali, sed in omnibus agnoscatur operata diuinitas, cuius virtute & cooperatione scimus inualuisse fidem catholicam, Christianamque legem. [*Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.*] Nam propter prædictas dissensiones solutum est eorũ concilium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Elucidatio Cap. v 1 1. [*Iesus autem perrexit in montem Olueti.*]

Articulus x x 1.



Vid post facta ac documenta in precedenti capitulo recitata egerit atque docuerit Christus, Euangelista explanat, [*Iesus autem perrexit in montem Olueti,*] qui propter oliuas illic nascentes & abundantes sic dictus est. Apud Lucam habetur, Iesus exiens noctibus morabatur in monte qui dicitur Olueti. Apud Matthęũ vero & Marcum legitur, quod egressus à Hierusalem abiit in Bethaniam, cum duodecim. Quod ergo nunc dicitur perrexisse in montem Olueti, intelligendum est, vel quia intrauit domum Marthæ in Bethania, quæ fuit iuxta præfati montis radices, vel quia ad tempus morabatur in monte hoc, vacando orationi in loco quieto & separato, non quod indigeret huiusmodi adminiculo, sed vt cũctis fidelibus, & præsertim prædicatoribus daret exemplum quærendi locum solitarium, orationi contẽplationíque aptũ, post prædicationem, vt ibi recolligerent semetipsos, & quæ in strepitu populi minus rectè egissent discuterent atque corrigerent: idem quoque facerent ante prædicationem, quoniam ordinatus modus prædicandi consistit, primo per orationem ad deum recurrere pro illustratione sapientiæ suæ, & omnium vanitatum & imperfectionum euitatione, vt quod orando hauserunt, prædicando diffundant. [*Et diluculo iterum venit in templum,*] quia vt alibi ait, in his quæ patris sui erant oportuit eum esse, in quo patet zelus suæ dilectionis quem habuit ad salutem Iudæorum, quemadmodum ait, Hierusalem Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. [*Et omnis populus venit ad eum*] maxime vulgus. Iam enim celeberrima fuit fama Iesu in doctrina & eloquentia, in sanctitate, in signis, [*Et sedens (in templo) docebat eos. Adducunt autem scribæ,*] qui doctiores fuerunt, [*Et pharisæi,*] qui videbantur religiosiores: vnde & isti cum fuerint vani, nomen scientiæ & sanctitatis affectantes, specialiter Christo inuiderunt, eo quod in sapientia & sanctitate eos excederet, non solum secundum veritatem, sed & secundum populi reputationem. Amatores etenim excellentię ac laudis humanæ inuident iugiter his qui eis excellentiores vel pares videntur, timentes ne sibi præferantur. Adducunt itaque [*Mulierem in adulterio deprehensam.*] Cur non adduxerunt adulterum, cum eandem pœnam meruerit? Dicunt aliqui, vt facerent populo ęstimationem, quod fuit discipulus Iesu. sed hoc est magis in contrarium. Cum enim studuerint Christum diffamare, si inuenissent aliquem discipulorum eius in tãto facinore, illum maxime publicassent, & produxissent in medium, quatenus crimẽ discipuli in magistrum redundaret. Quemadmodum enim filius sapiens est gloria patris, sic bonus discipulus est honor magistri. Forsitã ergo adulter euasit manus eorum, vel muneribus eos placauit. Sed potius reor, quod ideo fœminam adduxerunt, non virum, quia optabant vt Iesus parceret delinquenti, iudicando vt dimitteretur adulterans, sicque accusarent eum de legis transgressione, quoniã lex iussit huiusmodi lapidare. Consuetudinarium est iudicibus, fœminis magis compati, faciliusque indulgere quam viris, quia & cæteris paribus minus peccant in eodem genere culpæ quam viri, cum sit in eis fragilitas maior, carnalitas fortior, intellectus debilior. propter quod mulier nomine carnis frequenter exprimitur in scripturis. [*Et statuerunt eam in medio (templi vel populi coram Christo) & dixerunt, Magister,*] blande & reuerenter fraudulento corde loquuntur, vt Iesus minus caueat se ab eis: magistrumque nominant, cuius noluerũt esse discipuli. Tales sunt multi vulpini obseruatores deo odibiles, à quibus tũc magis cauendum est, dum amplius se humiliant, arrident, & applicant: vnde scriptũ est, Ne credas inimico tuo in æternum, quoniam septem doli in corde eius. [*Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio,*] id est, inuenta in crimine, propter quod excusationi locus non patet. [*In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare,*] id est, iactibus saxorum occidere. [*Tu ergo,*] qui in aliquibus non seruas legẽ, quasi vim dispensandi habens, & dominus legis, [*Quid dicis*] esse agendum cum ista nepharia? [*Hæc autem dicebant tentantes eum,*] id est, intentione fallendi, experiri volentes quid diceret, vt possent accusare eum. Proposuerunt enim sibi quæstionem, cuius responsio pro vtraque parte increpabilis videbatur, quia si respõdisset quod dimitteretur, accusarẽt eum de Mosaicę legis destructione. Si vero iudicasset quod occideretur, obiicerent ei, quod contra propriam faceret prædicationem, qua in omnibus misericordiam docuit, non rigorem iustitiæ: magis tamẽ optabant, quod iudicaret eam dimitti, quia sic grauius videretur redarguẽdus. [*Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.*] Per hoc designauit quatuor. Primo, quod ad mulierẽ peccatricem inclinauit suam clementiam. Secundo, quod à malitiosis accusatoribus auertit suæ pietatis respectum, quasi detestans eorum calliditatem. Tertio, quod sententia non sit subito & improuise promenda, sed cum deliberatione matura. Quarto, quod iudiciũ præferendum sit secundum scripta, vel primo scribendum, deinde publicandum, quod in pluribus locis ac populis obseruatur. Quid autem scripserit non refert Euangelista: sed aliqui dicunt, secundũ quod tactum est, quod scripsit, id quod postea protulit. Alii dicunt, quod scripsit eorum peccata, vt propria peccata videntes erubescerent. Quidam affirmant, quod scripsit hæc verba, terra iudicat terram, id est peccator peccatorem. [*Cum autem perseuerarent (in studio decipiendi) interroganies eum (quid iudicaret) erexit se,*] non corporaliter tantum, sed & spiritualiter ab humili taciturnitate ad magnæ authoritatis sublime ac iudiciale eloquium. Porro, si Christus à deo iudex omnium constitutus, tam morosus fuit ad iudicandum de alio etiam in manifestis, cur nos tam proni sumus ad iudicandum de aliis etiam non commissis & subditis, & hoc in causis incertis paruísque rebus? [*Et dixit eis, qui sine peccato (mortali) est vestrum.*] Sine venialibus enim nemo est, nisi forte ad horulam. Propter venialia quoque nõ fit homo ad iudicandum seu puniendum magnos excessus indignus. [*Primus in illam lapidem mittat*]. i. si imò vultis

Ioan. 7.
Lucæ. 21.
Matth. 21.
Marci. 11.
Ibidem.
Ioann. 1.
Lucæ. 2.
Lucæ. 13.
Proue. 10.
Prouer. 15.
Iob. 9.
Leuit. 20.
Exod. 12.
Leuit. 20.
Act. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt ſecundum legis rigorem puniatur, puniatur ſecundũ congruũ ordinem iuris. Decet enim iuſtitiam E
à iuſtis exequutioni mandari. Si igitur aliquis veſtrum eſt, qui legem tranſgreſſus non eſt, ab illo præ-
uaricatrix legis debitam pœnam recipiat. ¶ O ineffabilis prudentiæ reſponſionem, ex ore æternæ ſapiẽ
tiæ profluentem, in qua vtique reſponſione ſic temperata eſt iuſtitia per miſericordiam & econtra, q̃
nullatenus potuit iudicans reprehendi. Quod enim dixit, qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam
lapidẽ mittat, ad iuſtitiam pertinebat: quod vero per talem ſententiã peccatricem de manu illorũ eri-
1. Cor. 1. puit, miſericordiæ fuit. O q̃ facillime ſapientia dei Chriſtus dominus laqueos ſibi expanſos diſſoluit,
Proue. 21. ſecundũ quod Salomon ait, Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum.
[*Et iterum ſe inclinans ſcribebat*] in terra. reiteratio facti confirmationis extat indicium, ſerioſitatiſq̃ ſi-
gnum. An vero ſecundo ſcripſit idem quod primo, non penitus certum eſt. Et aliqui dicunt, quod pri
mo ſcripſit ſententiã. Secundo, ſcribarum ac phariſęorũ peccata, vt conſiderantes propria criminia de-
ſiſterent à lapidatione adulteræ, atque ſeipſos corrigerent. Dicitur quoq; quod non ſcripſit omnia hęc
quaſi per ſingula verba, ſed aliquem tractum ſeu figurã depinxit in terra, in qua illi viderunt ſua pec-
cata repræſentata quaſi in ſigno. ¶ Queritur, quomodo Ieſus ſcripſit in terra, cum fuerit in templo pa-
uimentum habente? Et reſpondendũ, quòd terra frequenter accipitur pro quacunque re terreſtri, in
qua elementum terræ prædominatur, quemadmodũ olim homini dictum eſt, Terra es. Si ergo ſuper
Gene. 2. lapides ſcripſit, quomodo ſcripſit in tam dura materia? Dici poteſt, quod materia ceſſit ei, vel quod ali
quid humoris ac pulueris ſuperiacuit pauimento, in quibus ſcripſit. Secundũ Bedam, ideo Chriſtus ſe
F rurſus inclinauit & ſcripſit, vt vultũ ab illis ſua reſponſione confuſis diuertendo, daret eis exeundi li-
bertatem. Denique iuxta Bedã, per hoc q̃ Chriſtus ante prolationem ſentẽtiæ, & ſtatim poſt eam ſcri
pſit in terra, docemur, vt antequã fratrem vel proximũ iudicemus, & poſtquã eum corripimus, ad noſ-
ipſos mentis oculũ conuertamus, diſcutiẽdo conſcientias proprias, ne forte in ſimilibus, vel grauioribꝰ
vitiis ſimus culpabiles. [*Audientes autem ſcribæ & phariſæi (ſententiam Chriſti,) vnus poſt alium exibant*] de
templo: nam voce Saluatoris velut telo quodam percuſſa, confuſa, & victa erant corda eorũ agnoſcen-
tium propria ſcelera. ideo verecundia quadam perfuſi cũ ſe inuicem aſpexiſſent deiecto capite egre-
diebantur. [*Et remanſit ſolus, & mulier in medio ſtans.*] Quomodo ſolus remanſit, cum nec diſcipuli eius,
nec populus videatur egreſſus, niſi cum eo vel poſt eum? Dicendũ, quod manſit ſolus, id eſt, ſine præ-
dictis inſidiatoribus, & mulier in medio ſtans, quia incerta fuit adhuc quid Ieſus iudicaret de ea. [*Erigens autem ſe Ieſus,*] per quam erectionem ſuæ pietatis deſignatur reſpectus, [*Dixit ei,*] interrogando, nõ
Pſal. 144. ex ignorantia, ſed vt ad verba mulieris conuenientius reſpõderet, [*Mulier, vbi ſunt qui te accuſabant? Ne-
mo te condemnauit?*]. i. lapidandã determinauit? [*Quæ dixit, Nemo domine,*] quia confuſi abierunt, qui eam
Lucæ. 19. accuſauerunt. [*Dixit autem Ieſus,*] cuius miſerationes ſuper omnia opera eius, qui venit quęrere & ſaluũ
Pſalm. 83. facere quod perierat, [*Nec ego te condemnabo*]. i. lapidandã dictabo: & ſi pœnitentiã egeris, non te con-
demnabo in hora mortis tuæ, nec in die iudicij. [*Vade*] non ſolum corporaliter recedendo, ſed à priſti- G
Tobiæ. 4. nis malis te elongando, ſtatũ immutando, de virtute in virtutẽ eundo, [*Et amplius noli peccare*]. i. pecca-
to non conſentias, ſed firmũ propoſitũ non peccandi habeto. Vnde ait alibi Saluator, Non veni vocare
Matth. 9. iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiã, Itaque quod dixit, nec ego te condẽnabo, miſericordiæ fuit: quod
vero adiecit amplius, noli peccare, fuit iuſtitiæ. Dimiſit ergo Saluator piiſsimus mulieri huic pœnam
Lucæ. 23. & culpã, ſicut & latroni in cruce. Veruntamen iſta forma abſoluendi non eſt ad imitationẽ trahenda,
ſed ſatisfactio imponenda eſt cõfitenti ſecundũ exigentiam culpæ. Chriſtus autẽ habuit poteſtatẽ ex-
cellentiæ in ſacramẽtis, potuitque ſine exteriori ſatisfactione tantæ contritionis gratiã peccatrici huic
infundere, quod ſufficiebat ad remiſsionem culpæ pœnęq;. Et forte præuidit, quod mulier tam effica-
citer emendatura fuit vitã ſuam, quod non oportuit ei ſpecialem ſatisfactionẽ imponere. [*Iterum ergo
loquutus eſt eis,*] puta diſcipulis, populo & cunctis qui aderãt, [*Ego ſum lux mundi.*] Hoc Chriſtus adiecit
ad oſtendendũ, quod ſua abſolutio, qua abſoluit adulteram, fuit idonea, eo quod ipſe ſit lux mũdi in-
tus purgans, illuminans atq; perficiens. ¶ Denique Chriſtus, ſecundũ quod deus, eſt lux increata, ęter-
Ioann. 3. na, infinita, ſupereſſentialis, fontana, omnem mentẽ creatam intus illuſtrans lumine naturę, gratiæ, vel
Ioan. 1. gloriæ. Secundũ naturã quoque aſſumptam eſt lux mundi. i. hominum vniuerſorũ, lux inquam par-
Baruch. 3. ticipata non ſubſtantialiter, ſed propter plenitudinẽ gratiæ, ſapientiæ & ſanctitatis ſibi infuſæ, de cuius
Matth. 5. plenitudine accipiendo illuminamur ab eo. Illuminauit autẽ mundũ docendo, conuerſando, miracula H
faciendo. Apoſtolis quoque ait Saluator, Vos eſtis lux mundi. ſed illi erant lumina particularia & mi-
niſterialia ſeu inſtrumentalia, quoniam vnuſquiſque eorũ aliquã partem hominũ illuſtrauit, tanquã
miniſter ſummæ lucis. Chriſtus vero eſt lumen vniuerſale ac principale, tamen vt homo fuit lumẽ in-
ſtrumentale: ſed aliter, quam cæteri ſancti, quia humanitas Chriſti eſt inſtrumẽtũ diuinitatis propriũ
& coniunctũ, quemadmodũ caro eſt inſtrumentũ animæ eam informantis: alii autẽ ſancti ſunt inſtru
mẽta ſeparata diuinitatis atque cõmunia, ſicut ſecuris eſt inſtrumentũ artificis. [*Qui ſequitur me*] per fi-
1. Ioan. 2. dem, dilectionẽ, & operum exhibitionẽ, quod ad omnem pertinet Chriſtianũ: iuxta illud, Qui ſe dicit
Epheſ. 5. in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Et Paulus ad Epheſ. Imitatores dei e-
Pſalm. 34. ſtote, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. [*Non ambulat*]. i. non conuerſatur, nec vi
uit, nec oblectatur, [*In tenebris*] ignorantiæ & peccati: de quibus tenebris habetur in Pſalmo, Fiant viæ
illorũ tenebrę & lubricũ. Hinc itaque via, id eſt, conuerſatio impiorũ dicitur tenebroſa, via autẽ iuſto
Prouer. 5. rum clara & luminoſa, ſecundũ quod Salomõ aſſerit, Via impiorũ tenebroſa, neſciunt vbi corruũt: iu-
Pſalm. 35. ſtorum autẽ ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem. [*Sed habebit*] pro
prędmio huius imitationis [*Lumen vitæ*]. i. lumen glorię ſempiternę in patria, de quo canit Pſal. In lumi-
ne videbimus lumen. Habebit quoque in patria pro obiecto & præmio obiectali lumen increatum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſanctam & ſuperbenedictam trinitatem, quæ eſt origo omnis vitæ naturalis, gratioſæ & glorioſę. ¶ Inſuper qui Chriſtum ſequitur nunc, habet vitæ lumen, videlicet Chriſtũ, per fidem, ſpem & dilectionẽ, quem in patria habiturus eſt per ſpeciẽ, id eſt, per claram viſionem, tentionem & fruitionẽ, quæ ſunt tres dotes animæ correſpondentes tribus virtutibus theologicis. His nanque virtutibus & dotibus habemus, tenemus & poſsidemus deũ in præſenti & in futuro: quoniã deus ſublimis & benedictus, tam bonus, amoroſus & liberalis conſiſtit, ꝙ præſtando nobis dona ſua præſtat ſeipſum, ita vt fiducialiter, veraciterque dicamus, deus noſter, & deus meus. Itaque qui non ſequitur Chriſtũ, currit, & pertinget ad tenebras gehennæ: qui vero ſequitur eum, currit atque peruenıet ad lumen vitæ, claritatemque patriæ: quẽadmodũ Eſaias promiſit, Nõ erit tibi ſol amplius ad lucendũ per diem, ſed erit tibi dominus Eſaiæ. 6.
in lucẽ ſempiternã. Quoniã Chriſtus hoc loco aſſeruit, Ego ſum lux mundi, Manichæi dixerũt, quod Chriſtus eſſet ſol iſte viſibilis. quod quam ſtultũ ſit, non oportet probare. ¶ Poſtremo ſciendũ, quod cum ratione luminis ſit manifeſtare ſeu clarificare, iuxta illud Apoſtoli, Omnia quę arguuntur, à lumine manifeſtantur: idcirco lumen ſeu lux proprie dicitur in ſpiritualibus ac diuinis, quoniã manifeſtatio maxime ſpectat ad intellectũ, in quo eſt veritatis inſpectio. Hinc ergo deus dicitur lux per eſſentiã, Epheſ. 5.
quia ab ipſo omnis deriuatur cognitio, & nulla creatura eſt lux ſecundũ perfectam lucis proprietatẽ ac rationẽ, ſed ſolus deus. Omnis enim creatura habet aliquid tenebroſitatis, defectibilitatis & imper-
B fectionis admixtum, cum ſit dependens, finita & indigens: Deus vero glorioſus & fortis ſic lumen eſt, vt non ſit in eo aliquid nõ luciditatis ſeu imperfectionis vel ignobilitatis. Propter quod ait Ioan. in prima ſua cano. Deus lux eſt, & tenebræ non ſunt in eo vllæ. [*Dixerunt ergo ei phariſæi.*] Iam dictũ eſt, quod ſcri. & phari. qui adulterã adduxerunt egreſsi ſunt. Iſti igitur phariſæi, de quibus nunc agitur, alij fuerunt ab illis. [*Tu de teipſo teſtimonium perhibes*] laudando tuã perſonã ſublimi præconio, quaſi nullus ꝓpheta vel patriarcha commendauit ſeipſum, [*Teſtimonium tuum non eſt verum*]. i. ratum & efficax, ſed increpabile & ſuſpectum, cum homo non ſit bonus iudex ſuiipſius: nec morale eſt, laudare ſeipſum, cũ Salomon proteſtetur, Laudet alienus, & non os tuum, extraneus & non labia tua. vnde Apoſtolus, Nõ qui ſeipſum commendat ille probatus eſt. Idcirco cum Paulus cõmendaſſet quodammodo ſemetipſum, ſubiunxit, Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui commendari. Sed cum hæc ita ſe habeant, quomodo ſaluatur ꝙ Chriſtus (cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio) recõmendauit ſeipſum? Et reſpõdendũ ꝙ nõ ſolũ Chriſtus, ſed & multi ſanctorũ Chriſti vtriuſque teſtamẽti teſtimonium perhibuerunt de ſe, & laudauerunt ſeipſos, non propter laudẽ humanã & gloriam vanã, ſed ad dei honorem, & aliorum inſtructionem. Sic nanque prophetæ ſcribunt reuelationes ſibi diuinitus factas, & quomodo deus vel angeli eis loquuti ſunt. Et tale teſtimoniũ efficax fuit, quia ex multis aliis patuit verum eſſe quod aſſeruerunt, videlicet ex ſanctitate conuerſionis & miraculis, ex affectu impletionis, aliiſq; diuerſis indiciis certis: & ita nõ ipſi duntaxat, ſed & deus perhibuit teſtimoniũ eis. Proue. 27. 1. Cori. 10. 2. Cori. 12.
C Simili modo teſtimonium Chriſti de ſeipſo efficaciſsimum fuit, quia ex eminentia ſuæ ſapientiæ, ex magnis ac infinitis ſuis prodigiis, ex ſanctimonia vitæ, multíſque aliis patuit eum eſſe virum ſanctum & iuſtum, omni fide digniſsimum. Authoritates vero præmemoratæ intelligendæ ſunt ſecundum cõmunem curſum, & de his quibus aliunde teſtimonium ſiue præconium non perhibetur: itémque de laude ad ſeipſum non ad dei honorem, proximorumque vtilitatem relata. Talis etenim laus procedit ex vanitate, non ex charitate. ¶ Præterea ratio cur teſtimoniũ & præconiũ à ſeipſo prolatum non eſt idoneum, hæc eſt, quoniam cognitio hominis de ſeipſo eſt ſępe incerta & fallax propter inordinatũ atque priuatum affectum ad ſe, propter quod homo in multis complacet ſibi, in quibus diſplicet aliis. Et quamuis cognitio ſui ſit aliquando certa, tamen iudicium ex affectu præfato frequenter peruertitur: iuxta illud, Amor & odium peruertunt iudicium. Illud ergo iudiciũ firmum eſt, quod ex certitu- Eccle. 9.
dine notitiæ & rectitudine affectionis emanat. Chriſtus autẽ virtus & ſapientia patris perfecte cogno- 1. Corin. 1.
uit, & iuſte amauit ſeipſum in omnibus: ideo teſtimoniũ ſuũ de ſe extitit firmum, propter quod ſubditur, [*Reſpondit Ieſus & dixit eis, Etſi (id eſt, quamuis vel quia) ego teſtimonium perhibeo (id eſt, do) de meipſo, verum eſt teſtimoniũ meũ, quia ſcio*] ſcientia increata cõprehẽſiue, atq; creata apprehẽſiue, [*Vnde (i. à quo) veni,*] vtpote deũ patrẽ à quo natus ſum ab æterno, & à quo ſum miſſus in tẽpore, [*Et quo vado*]. i. eundẽ patrem ad quẽ cito reuertar, aſcendẽdo ad cælum: & per conſequens cognoſco meipſum, nec inor-
D dinate ad meipſum afficior, quia cognitio iſta non eſt informis, nuda & defectuoſa. Dum enim principium rei & finis eius cognoſcitur, ipſa quoque cognoſcitur. ¶ Oportet ſcire, quod Chriſtus ſecundum vtranque naturam exiuit & venit à patre, ita quod pater ſecundũ vtranque naturam eſt principiũ Chriſti, origo, & fons: ſed reuerti ad patrem tanquam ad finem non competit Chriſto, niſi ſecundum naturam humanã, qua minor eſt patre, & diſtabat ab ipſo quantũ ad corporis paſsibilitatem, rediitq; ad eum à quo ſecundum diuinitatem nuſquam receſsit. Nihilominus vnigenitus filius ſecundum diuinitatem quoque ad patrem conuertitur per contemplationem ac dilectionẽ, ſed non per dependẽtiam: ſicque conuertitur ad patrem, tanquã ad obiectum ęquale, non tanquã ad finem ſuperiorem: ſed ipſe & pater ac ſpiritus ſanctus ſunt vnus finis, in quem ordinanda ſunt omnia, quoniã omnia propter ſeipſum operatus eſt dominus, vt Salomon ait. [*Vos autem neſcitis vnde venio*] patrem à quo æternaliter Proue. 16.
gignor, & per incarnationem miſſus ſum, imò continuo mittor, quoniã quicquid ago, ex eius inſpiratione inclinationéque ago. Fuit quippe anima Chriſti donis ſpiritus ſancti ſumme repleta, per quæ in omni actione mouebatur à deo, [*Aut quo vado*]. i. terminum ad quem tendo neſcitis, videlicet patrẽ, ſeu corporis glorificationem, & ſeſsionem ad dexteram patris, regnationémque in cælis. Idcirco non poteſtis bene iudicare de me, cum non agnoſcatis me quem purũ hominẽ æſtimatis: propterea ſequitur, [*Vos ſecundum carnem iudicatis*]. i, ſecundũ ea quæ foris apparẽt, ſecundũ ſenſum carnalẽ & vitioſum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

affectum, non ſecundum rectam rationem, & ſpiritus ſancti directionem. vnde ſuperius dixit, Nolite
Ioann. 7. Eſaiæ. 53. ſecundum faciem iudicare. Quoniam enim viderunt Ieſum hominibus ſimilem foris, quantũ ad corporis veritatem, paſsibilitatẽ, cæteroſque indetrahibiles defectus, putabant quod eſſet homo purus, neque liceret ſibi de ſe teſtimonium ferre. [*Ego non iudico quenquam.*] Quid eſt hoc? Nónne dicendo, Ego ſum lux mundi, iudicauit ſeipſum iudicio approbationis & diſcretionis? Itémque dicendo, Vos ſecundum carnem iudicatis, iudicauit phariſæos iudicio reprobationis ſeu redargutionis? Superius quoque
Ioann. 5. dixit Saluator, Pater nõ iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Sed horum ſolutio aliqua-
Ioann. 3. liter patet ex his quæ dicta ſunt ſuper illud, Non enim miſit pater filium ſuum in mundum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. In primo enim ſuo aduentu non exercuit Chriſtus iudicium condemnationis & remunerationis, ſed diſcretionis & increpationis ordinatæ, ad emendationẽ, non ad pœnam. Itaque ait, [*Ego non iudico quenquam*] in primo meo aduentu, iudicio finalis reproba tionis ac remunerationis, quia hoc fiet in ſecũdo aduentu. Quidam exponunt ſic, ego non iudico quẽquam, eo modo quo vos ô phariſæi, puta ſecundum carnem. Quod autem Chriſtus aliquo modo iudicauerit, conſtat ex eo quod ſubditur, [*Et ſi, (id eſt, quamuis & quia) iudico ego,*] id eſt, ſententiam diffinitiuam profero de meipſo ac aliis, id eſt, quamuis iudicium diſcretionis enuncio inter bonos & malos diſcernendo, [*Iudicium meum (tale) verum eſt (id eſt, rectum & efficax) quia non ſum ſolus,*] id eſt, ſine te ſte, & coniudicante, [*ſed ego (ſum teſtans ac iudicans) & qui me miſit pater,*] id eſt, deus pater mecum, & in me eſt mihi conteſtans, atque coniudicans. In trinitate enim non eſt ſolitudo, quoniam vnaquæque perſona eſt in alia circuminſeſsibiliter, & inſeparabiliter, & opera trinitatis ſunt indiuiſa. Omne quoque quod egit Chriſtus ſecundum naturam aſſumptam, egit virtute dei patris imò totius trinitatis operantis per ipſum. Sic ergo deus pater approbauit, & conteſtabatur verum eſſe quicquid filius in humanitate iudicauit: propter quod filius in iudicando non fuit ſolus, nec ſine teſte & coniudicante. Ex his Chriſtus oſtendit authoritate legis, & per locum à maiori, quod teſtimonium ſuum fuit idoneũ. [*Et in lege veſtra,*] id eſt, à vobis per Moſen data [*Scriptum eſt, quia duorũ hominum teſtimonium verum eſt,*]
Deut. 19. id eſt, verum reputatur, & firmitatem ſortitur. Hoc ſumptũ eſt ex eo quod Moſes ait, In ore duorum
Matth. 12. vel trium teſtium ſtabit omne verbum. In rebus enim requirenda eſt certitudo ſecundum qualitatem
2. Cori. 13. materiæ ſubiectæ, ſecundum Ariſtotelem & Boetium. Vnde in actibus humanis vbi non eſt certitu-
Hebr. 10. do demonſtratiua, ſufficit vt ſint duo teſtes. Quamuis enim duo mentiri poſsint in teſtificando, hoc
3. Reg. 21. tamen non contingit de facili & frequenter: propterea quod ait, duorum hominum teſtimonium verum eſt, non eſt ſic intelligendum quod ſit ſemper verum, ſed quia reputatur idoneum. Neque enim
Daniel. 13. verum fuit teſtimonium duorum filiorum Belial, ad quorum teſtimonium lapidatus eſt Naboth, neque duorum ſenum contra Suſannam, neque duorum qui in paſsione contra Chriſtum teſtati ſunt di
Matth. 3. centes, Nos audiuimus eum dicẽtem, Poſſum deſtruere templum dei. [*Ego ſum qui teſtimonium perhibeo*
Matth. 17. *de meipſo*] ego inquiens, ſum lux mundi, [*Et teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater,*] qui in baptiſmo
Marci. 1. & transfiguratione dixit de me, Hic eſt filius meus dilectus, & per opera miraculoſa in nomine eius fa
Marci. 9. cta teſtimonium perhibet mihi. Itémque per prophetarũ ſcripturas, & aliis pluribus modis. [*Dicebant*
Lucæ. 3. *ergo ei, Vbi eſt pater tuus?*] Putabant Ieſum loqui de patre carnali, ideo ex cõtemptu eum irriſione interrogant, vbi nam ſit, quaſi dicat. Tu ſcis, quod pater tuus ſit tecum, & nos non videmus eum hoc loco, ne ergo videaris mentitus, dic vbi nunc ſit. Sed quoniam malitioſe & infideliter quæſierunt, ideo dominus non reſpondit eis directe ad interrogatum, præſertim, quoniam deteriores facti fuiſſent ex reſponſione aperta, ſicut infra patebit. [*Reſpondit Ieſus, Neque me ſcitis,*] id eſt, non vere & intellectualiter me cognoſcitis, præcipue ſecundum diuinitatem, nec etiam ſecundum humanitatem vt à verbo aſſum
Ioann. 7. ptam. quia putatis me purum hominem ex carnali commixtione progenitum, & vitiis ſubiacentem ad inſtar cæterorum. Nouerunt tamen Chriſtum quantum ad phyſigonomiam, ſeu facialem notitiam, ſicut ſuperius dixit, & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, ſed hæc erat omnino incompleta notitia. [*Neque patrem meum.*] quamuis enim Iudæi noſcerent patrem per fidem ſecundum rationem deitatis, vel quo ad id quod eſt deus, non tamen ſecundum proprietatem paternitatis, hoc eſt, ſub ratione relatiua. Non enim habuerunt hi expreſſam fidem de trinitate. & quoniam pater & filius ſunt correlatiua, quorum vnum per aliud diffinitur atque cognoſcitur, idcirco qui neſcit filium, neſcit & patrem, & viceuerſa. [*Si me ſciretis*] fidei ac interiori notitia ſentiendo de me quia ſim filius dei ac virginis, [*Forſitan & patrem meum ſciretis*] eodem modo quo me. Cognitio nanque vnius correlatiui dependet ex cognitione alterius, quoniam per ſe inuicem diffiniuntur: ſicut dum dicimus, pater eſt res habens filium, vel qui de ſua ſubſtantia genuit filium. Filius quoque eſt res habens patrem, vel ex ſubſtantia patris genitus.

¶ Quod ait, forſitan, non dicitur dubitatiue, ſed ad deſignandum arbitrii libertatem in credendo, & vt diſcamus ſobrie, non pertinaciter loqui. Imò hæc dictio, forſitan, ſæpe ponitur in ſcripturis increpatiIob. 37. ue, non dubitatiue, vt cum dicitur in Iob, Tu forſitan cum deo fabricatus es cælos. Hi ergo Iudæi nullam diuinam perſonam nouerunt ſecundum eſſe relatiuum, ſed ſecundum eſſe abſolutum, quoniã noPſalm. 37. uerant deum per fidem, qui eſt ſubſtantialiter quælibet diuina perſona, ac trinitas tota: propter quod fertur in Pſalmo, Notus in Iudæa deus. [*Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio.*] Gazophylacium aliquando ſumitur pro arca, in qua oblationes pro miniſtrorum templi ſuſtentatione, ac templi reformatione ponebantur. Aliquando vero, pro loco vel ædificio, in quo fuit repoſitorium tale, ſic modo accipitur. [*Docens in templo,*] quod eſt aptus locus pro cultu, operéque diuino. [*Et nemo (aduerſariorum) apprehendit eum,*] quamuis hoc ſæpe propoſuiſſent, [*Quia necdum venerat hora eius,*] id eſt, tempus paſsioni dominicæ præordinatum, ante quod Ieſus noluit comprehendi. Sicut enim oblatus eſt, quia voluit: ſic ante prædictum tempus captus non eſt, quoniam noluit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Expositio sequentis partis huius Cap. [*Ego vado & quæretis me.*]

Articulus XXII.

Ixit iterum eis Iesus, [*Ego vado,*] id est, per passionem, resurrectionem, & ascensionem reuertor ad patrem, secundum naturam assumptam, cui competit ire atque redire, [*Et quæretis me,*] id est, sæpe ante tempus passioni præfixum quæretis me capere & occidere. Vel, quæretis. i. nomen meum, & fidem Christianam quæretis extinguere, secundũ quod dictum est à Hieremia in persona vestra, Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra. vel quæretis me .i. me in membris meis persequuturi estis post passionem, tribulando apostolos, cæterósque primitiuæ ecclesiæ filios: vnde & Paulo persequenti loquutus est Iesus, Quid me persequeris? [*Et in peccato vestro moriemini*] formaliter, id est, peccatum vestrũ contra me erit mors animæ vestræ, quia mortale fuit, & causa damnationis vestræ. vel in peccato vestro moriemini, morte corporali .i. vsque in finem perseuerabitis in peccatis, tanquam indurati in malo. vel in peccato vestro moriemini, id est, propter peccata vestræ perfidiæ & persequutionis in me occidemini à Romanis, quemadmodum factum est tempore Titi & Vespasiani. [*Quo ego vado,*] puta ad patriam, patrisque dexteram, sessurus in throno gloriæ eius, [*Vos non potestis venire*] quandiu estis tales quales nũc estis. Peccata enim vestra separant inter deũ & vos, & ipsa prohibent bonum à vobis. [*Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, ego vado, quo vos non potestis venire?*] .i. tã stulte loquitur, vt verisimile sit, quod occidet seipsum. Ecce quãta peruersitas atque insania. Quid enim consequentiæ habet, vadit quo nos non possumus eum sequi, ergo interficiet se? imò interficientem se poterant sequi, inferendo sibiipsis mortem nephariam. Passionati enim & inuidi omnia interpretantur in peius. [*Et dixerat eis, vos deorsum estis,*] id est, de massa originali peccato infecta, de semine libidinoso, de conuersatione terrena, & infimis rebus inhæretis. vel deorsum estis, id est, ex diabolo nati, non per creationem vel susceptionem naturæ ab illo, sed per imitationem suæ malitiæ. Vnde prima Ioannis dicitur, Qui peccat, ex diabolo est, Et per Sapientem, Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Ipse nempe est pater super omnes filios superbiæ. [*Ego de supernis sum,*] id est, natus à deo patre, & per incarnationis mysterium descendi à summo cælo. Corpus quoque meum supernaturaliter à spiritu sancto formatum est ex purissimis virginis sanctę sanguinibus. [*Vos de mundo hoc estis,*] id est, de numero hominum mundanorum, de generatione malorũ, & pertinetis ad corpus diaboli, de quo mundo Iacobus dicit, Amicitia huius mundi inimica est deo. Et Ioãnes, Mundus (inquit) totus in maligno positus est. Nouerat enim Christus, quod hi pertinebant ad vasa iræ, non ad numerum electorum, secũdũ quod infra testatur, Ego scio quos elegerim. [*Ego non sum de hoc mundo,*] id est, ad secularium hominum societatẽ non pertineo, nec aliquid mundanæ vanitatis aut prauitatis in me habeo. Denique Christus secundum quod deus non est de mundo, sumendo mũdum pro toto vniuerso creato, cum non sit pars eius, sed conditor: sed & secundum humanitatem verbo vnitam, nõ est de mundo, id est, aliqua naturali virtute conceptus & genitus, sed de spiritu sancto. Cæteri quoque electi non sunt de mundo, ita quod ad mundanorum ac reproborum non pertinent sortem: secundum quod infra loquitur Christus, Quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. [*Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris,*] id est, quia ad reprobos pertinetis dixi, quia in peccatis finaliter perseuerabitis atque peribitis: quod dictum est quantum ad certitudinem prædestinationis, per quam non aufertur libertas hominibus,] vnde ne omnẽ spẽ eis auferret, conditionalem adiecit, [*Si enim non credideritis,*] fide per dilectionẽ operante, [*Quia ego sum*] qui verum plenumque esse habeo, id est, deus verus, cuius principium ac propriũ nomen est esse: vel quia est, qui olim dixit ad Mosen, Ego sum qui sum: hæc dices filiis Israël, Qui est, misit me ad vos. Deus nanque est vnum esse ideale ac separatum, in quo est omnis plenitudo, perfectio, nobilitásq; essendi. [*Moriemini in peccato vestro,*] quoniam sine fide impossibile est placere deo. Vel sic, Si non credideritis, quia ego sum, quem me esse dico, videlicet Christus vobis promissus, moriemini in peccatis vestris, quemadmodũ Moses ait, Omnis qui nõ audierit prophetam illũ exterminabitur de populo suo. [*Dicebant ergo ei, Tu quis es?*] id est, cuius authoritatis, qualis & quantus, vt in te credamus? Non enim omni spiritui est credendum. Et qui cito credit, leuis est corde, fallitúrque frequẽter. [*Dixit eis Iesus, Principium, qui & loquor vobis*] .i. ego sum primum vniuersorum principium secundum naturam diuinam, tanquã creator omnipotẽs, qui cum patre & spiritu sancto sum vnum principiũ, vnus creator, vnusq; finis omnium rerũ, qui loquor in Apocal. Ego sum alpha & o, primus & nouissimus, principiũ & finis, qui loquor vobis per humanitatem assumptã. Quamuis enim pater sit principiũ filii, filius quoq; principium spiritus sancti, sumendo principiũ personaliter: pater tamen, filius & spiritus sanctus, sunt vnũ principium totius creaturæ, sumendo principium essentialiter seu absolute: quia in tribus personis est vna natura, quæ est operationis origo, & vna potentia quæ elicit actũ. His verbis ostendit Christus aperte suam veram diuinitatẽ. Et quia ratione diuinitatis competit Christo iudiciaria potestas, ac iudicare per authoritatẽ: ratione vero assumptæ humanitatis per sententiæ prolationem, seu iudiciariæ potestatis exequutionẽ, ideo addit, [*Multa habeo de vobis loqui*] opera vestra increpando & publicando [*Et iudicare*] vosipsos reprobando, nisi conuersi fueritis ad me. Hoc erit in die iudicii, quando omnes stabunt ante tribunal Christi, qui tunc illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, atque de omni verbo otioso exiget rationem, nil indiscussum relinquens. Verũtamen an omnia ista fient vocali alloquutione, vel mentali duntaxat, extat incertum. Per hoc autem quod ait, multa habeo de vobis iudicare, insinuat quod iudicium distulit vsque ad secundum aduentũ, quia in primo venit saluare, non reprobare, seu condemnare. ¶Denique, quoniã paulò antè iam dixit, Ego non iudi-

D Esaiæ 53.

Hiere. 11.

Act. 9.

Hiere. 3.

B

I. Ioan. 3. Sapien. 2.

Iacob. 4. I. Ioann. 5.

Ioann. 13.

C

Ioan. 36.

Galat. 5. Psal. 101. Exod. 3. Hebrę. 11.

Deut. 18.

D

I. Ioan. 4. Eccle. 19. Apoc. 1. Apoca. 22.

Roma. 14. I. Cor. 4. Matth. 12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

co quenquam :nunc vero asseruit,multa habeo de vobis iudicare,ne Iudæi obiicerent,Verba tua sibi- E
inuicem contraria sunt,& mendosa,subdidit,[*sed qui me misit(videlicet pater æternus)verax est*] in seipso
tãquam essentialiter veritas exemplaris prima ac pura,verax quoque in verbis & promissis,[*Et ego quæ*
audiui ab eo,]hoc est,veritatẽ quam ab ipso accepi,[*Hæc loquor in mundo,*].i.hominibus prædico:idcirco
non mentior. Audire autem magis proprie competit Christo secundũ humanitatẽ,quam diuinitatem.
Nam vt homo audiuit à patre,id est,ex interna patris inspiratione,aure cordis percepit,aduertit,ac di-
dicit quicquid scit:Est enim loquutio interior quæ interiori auditu percipitur,qua deus & angeli lo-
Zacha.1. quuntur hominibus.vnde & Zacharias ait,Angelus qui loquebatur in me,egrediebatur.Nihilominus
audire competit Christo secũdũ diuinitatem immaterialiter,& vere incõprehensibiliter:sic enim au-
dire filii,est per generationem à patre accipere totam sapientiam patris. [*Et non cognouerunt(Iudæi)quia*
1.Corin.2. *patrem eius dicebat deum,*] sumendo deum personaliter,nõ essentialiter. per quod Euangelista declarat
ruditatem & cæcitatem illorũ.Carnales enim erant & animales,nõ percipientes ea quę dei sunt.[*Dixit*
ergo eis Iesus,] hoc est,illos quos nouit conuertendos ad se. In hac enim turba fuerunt nonnulli electi,
quibus prædixit ordinem conuersionis eorum.[*Cum exaltaueritis filium hominis*].i,postquã erexeritis &
Matth.27. confixeritis me in patibulo crucis,[*Tunc cognoscetis,quia ego sum*]Christus filius dei.Mox enim dũ chri
Luc.23. stus spiritum tradidisset,visis mirabilibus quæ tempore suæ suspensionis fiebant in cælo & in terra ab
Marci.15. hora sexta vsque nonam,multi compuncti sunt corde,& confitebantur Iesum fuisse verũ& sanctum. F
Lucæ.23. Vnde legitur in Luca, Omnis turba eorum qui aderant viso terræmotu,& his quæ fiebant, percutiẽ-
Actu.2. tes pectora sua reuertebantur.similiter in die pentecostes, & postea multa milia Iudæorum per prædi-
Actu.4. cationem apostolorũ conuersa sunt, intantum quod etiam multa turba sacerdotum obediebat fidei.
[*Et à meipso facio nihil*].i.nil penitus ago,nisi per virtutem mihi à patre collatam,à quo habeo quicquid
sum,& habeo secundũ vtranque naturam.[*sed sicut me docuit pater(id est,secundum sapientiam mihi à patre*
communicatam)hæc loquor]quæ loquor. ¶ Doceri autem magis conuenit Christo inquantũ est homo,
quam secundũ diuinitatis naturam,quamuis & secundũ hanc aliquo modo sibi conueniat.Filius enim
dei,qui ad hoc nostrã assumpsit naturã, & inter nos conuersari dignatus est, vt nos ad superbenedictæ
Baruch.5. trinitatis cognitionem perduceret:iuxta illud,Scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum,
1.Ioann.5. vt cognoscamus deũ verũ.diuina & incõprehẽsibilia,quæ in sua puritate capere nõ valemus,dignatus
est nobis exprimere modo humano,nobis proportionato, & cõtemperato, sicq; emanationes diuina-
rum personarum ad intra,æternas ac simplicissimas referauit per verba præteriti,præsentis, futuriq́ue
temporis,quæ tamen aliquam imperfectionẽ includunt ac innuunt in eo cui attribuuntur:sed dũ talia
ad deum transferimus,debemus omnino auferre ab eis quicquid imperfectionis includunt. Itaque dũ
filius secundũ naturã diuinã dicit se audisse,vel quod pater docuit eum:nõ debemus putare quod filius
sit aliquid aliud quam sapientia ipsius, vel quod sit secundum se quasi insipiens & indoctus, vel ante
fuerit genitus,& postea doctus:sed ideo pater dicitur eum docuisse,quoniam generando eum, cõmu- G
nicauit omnem ei sapientiã suam,quæ est vna numero in tribus personis .Verũ in omnibus locutioni-
bus talibus cauendũ est , ne aliquid potentialitatis aut dependentiæ existimetur esse in filio vel spiritu
sancto,quoniã vnaquæque diuina hypostasis est actus purus ensq́ue simpliciter perfectũ, & emanatio
quæ est in deo,non est nisi effluxio lucis a luce,actus ab actu,& dei à deo : in qua nullo modo nõ esse
præcedit esse,sed est ibi processio entis perfecti ab ente perfecto.[*Et qui me misit,mecum est.*]Pater enim
inseparabiliter est in filio secundum vtranque eius naturam.Est quippe in filio secundum quod filius
est deus per identitatem essentiæ:sed inquantum est homo,est pater in eo per specialissimã inhabita-
tionem & singularissimam gratiam,ac inseparabilem gratiæ vnionem, atque beatificam fruitionẽ.[*Et*
non reliquit me solum,]quoniã inseparabiliter adest mihi:cuius causa vel potius signũ subiungitur,[*Quia*
Ioan.5. *ego quæ placita sunt ei facio semper.*]Filius etenim dei secundũ naturam diuinã,fecit indesinenter quæ cõ-
Philipp.2. placent patri à principio mundi,quoniã operatio patris ac filij à dextera est indiuisa, estq́ue amborum
Esaiæ.53. vna voluntas atque potestas,vnde quicquid facit vnus,facit & alius,& summe cõplacet alteri:propter
quod supra locutus est Christus,Pater meus vsque modo operatur,& ego operor. ¶ Porro,secundũ
naturam assumptã fecit filius à principio incarnationis quæ complacent patri,quia obediẽtissimus fuit
Psalm.39. voluntati diuinæ, & in nullo discordabat voluntas humana à diuina in Christo : propter quod ait in
Ioann.14. Psal.In capite libri scriptum est de me vt facerẽ voluntatem tuam deus meus,volui & legẽ tuã in me- H
Philipp.2. dio cordis mei . Et infra testatur,Sicut mandatum dedit mihi pater,sic facio. Factus est enim obediẽs
vsque ad mortem,secundũ Apostolum . Et quoniã incarnatio verbi ordinata fuit ad humani generis
redemptionem,fecit Christus iugiter quæ sunt placita patri,quoniã totum quod gessit ad nostrã salu-
Esaiæ.42. tem,secundũ patris prædispositionẽ affectuosissime ordinauit . Hinc pater ait per Esaiam de Christo,
Ecce seruus meus suscipiam eum,electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea,dedi spiritum meum
super eum.¶Hoc quoque sciendũ,quod filius dei secundũ naturam diuinã agit, non facit æternaliter
quæ placita sunt patri,quia cum patre spirat spiritum sanctum,contemplatur & amat patrẽ amore de-
bito,diligítque spiritum sanctũ amore gratuito,secundũ Richardũ. Quomodocũque autẽ accipiatur
quod ait Saluator,Ego quæ placita sunt ei facio semper,certũ est,quod factio ista non est causa à prio
re,hoc est,causa agens principaliter seu meritorie, q̃ pater est cum filio,nec eum solũ reliquit.Nã pa-
ter est cum filio æternaliter,ante omnem factionem seu operationẽ ad extra , loquendo de filio secũ-
Matth.7. dum naturã diuinam.Secundũ naturam vero humanã,inseparabiliter vnitus fuit Christus patri totiq́;
Marci.1. supergloriosissimæ trinitati,ante omnem operationẽ ac meritũ eius,loquendo de prioritate naturę,nõ
temporis. Itaque factio beneplaciti patris est causa à posteriori , vel signum quod pater est cum filio,
nec eum solum reliquit.Concordia nanque in opere vnionis & amoris exat indiciũ. [*Hæc*]tam pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A funda pulchra ac diuina[*Illo loquente, multi (Iudæorum audientium ea) crediderunt in eum.*]Erat enim docens sicut potestatem habens vniuscuiusque magister, qui nō solum aures impleuit, intellectúmque excitauit, sed etiam gratiam intelligendi infundere potuit, & infudit.[*Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos.*]Superius dixi, quòd licet secundum Augustinum distinctio sit inter credere in Christum, & credere Christo, tamen Euangelista Ioannes talem distinctionem non obseruat. Cū enim dixisset, multi crediderunt in eum, de eisdem protinus addidit. Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos.[*si vos manseritis in sermone meo,*]id est, perseueratēr credideritis, sperauēritis, dilexeritis, atque feceritis quę prædico, iubeo, vel consulo,[*Vere (non ficte) discipuli mei eritis*]mihi acquiescendo ac obediendo. Verum Ioan.14.
enim discipulum oportet acquiescere ac parere.[*Et cognoscetis veritatem*]id est me qui sum via, veritas, & vita cognoscetis in futuro per speciem, quem nunc cognoscitis per fidem. Perseuerantia quippe me Ioan.14.
retur hoc præmium seu coronam. vnde infra promittit Iesus, Manifestabo ei meipsum. Nunc enim co 1.Cor.14.
gnoscimus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Vel, cognoscetis veritatem, id est ea quæ spectant ad fidem, videlicet testimonia scripturæ, atque præcepta legis diuinæ, quæ nunc per fidē
aliqualiter cognoscere incepistis, in processu temporis plenius cognoscetis per dona spiritus sancti, & merito iustæ conuersationis, quæ specialem à deo illuminationem merentur, quemadmodum scriptū est, Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. vel cognoscetis verita Eccle.1.
B tem, id est, quæ cognoscitis in via imperfectè, fidéque fide, cognoscetis in patria perfectè, claráque specie, vtpote superbenedictam trinitatem, verbi incarnationem, & cætera quæ sola nunc fide cognoscuntur: propter quod dicit Apostolus, Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus 1.Cor.13.
sum.[*Et veritas,*]id est, formata seu charitatiua cognitio veritatis sub fide cadentis nunc,[*Liberabit (id est liberos faciet) vos*]à seruitute peccati ac dęmonis, & in resurrectione liberabit à seruitute pœnæ & mortalitatis, quando, vt ait Apostolus, ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, & immutabūtur electi. Hinc Salomon ait, Per fidem purgātur peccata. & deus in Psalmo, Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Quid enim est purgari à vitiis, & defendi à deo, nisi à seruitute peccati & diaboli liberari? Ista veritas, id est, veritatis notitia, liberat per modū causæ formalis informantis ac meritorię, sicut scientia liberat ab ignorantia: veritas autem quæ Christus est liberat tanquam causa efficiens, gratiam influens. Nihilominus Christus vt homo, liberat vt causa meritoria extrinseca: sed cognitio veritatis, vt causa meritoria intrinseca seu inhærens. ¶ Veruntamē est seruitus charitatis, à qua nulla redimitur creatura, quoniam veræ libertati non derogat, imò deo seruire regnare est. Et sicut dixit beatissima Agatha, Summa ingenuitas est seruitus christi. His auditis Iudęi qui de generis sui nobilitate tumebāt indignati sunt,[*Et responderunt ei, Semen Abrahæ sumus,*]id est, filij tanti támque liberi patriarchæ,[*Et nemini seruiuimus vnquam.*]secundum expositores communiter falsum dicunt, quoniā patres eorum seruierunt in Aegypto, in Babylone, & in propria terra diuersis nationibus, vt patet in libro Iudicum. Iu Roma.8. Proue.15. Ioan.14.
C dæi quoque qui ista dixerunt, seruierunt: nec curò eos mendacio excusare, qui Christo summæ ve- Exod.3. Num.16.
ritati contradixerunt: tamen quia Christus non redarguit eos in hoc quod asserebant, nemini seruiuimus vnquam, possit forsitan dici, quod loquebātur de seruitute naturali. Quòd enim nationibus ser Deut.4.
uierunt, fuit propter peccata eorum.[*Quomodo tu dicis nobis, liberi eritis?*]Hoc enim Christus dixit, quantum ad sensum, dicendo, veritas liberabit vos. tanquam dicerent, in verbo tuo supponitur, quòd simus serui, quod ita non est. Carnales nempe putabant Iesum de temporali & exteriori libertate profari. Ideo Iesus exponit eis de qua loquutus sit libertate, prout recitat Euangelista: [*Respondit eis Iesus, Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum*]mortale. De veniali nanque non loquitur, quoniam charitatis libertatem non tollit.[*Seruus est peccati*].i. peccato subiicitur, à vitio vincitur, secūdum impetum prauę inclinationis mouetur, quasi ab extraneo, quemadmodum seruus mouetur à domino cui subiicitur. 4.Reg.25.
Vnde Petrus asserit, Iniqui serui sunt corruptionis. A quo enim quis victus est, huius & seruus est. Et 2.Petri.2.
Apost. hortatur, Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Deni Roma.5.
q; seruiēdo peccatis seruitur diabolo, & ab eo quasi à domino peccator ligatur, agitatur ac regitur: ideo dicit Apostolus, Resipiscant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatē. De huiusmo 2.Tim.2.
di liberatione loquut⁹ est Esaias, Iugū oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrū exactoris eius supera Esaiæ.9.
sti. ¶ Est ergo beata & appetenda libertas, qua ab huiuscemodi vinculis liberamur: de quibus & Salo-
D mon fassus est, Iniquitates suæ capient impium, & vinculis peccatorum suorum constringetur. Est Prouer.5.
quoque infelix libertas, quæ est vera ac miserabilis seruitus, per quàm à vinculis legis diuinæ, & iugo sanctæ obedientiæ nosipsos eruimus, sicut cantatur in Psalmo in persona impiorum, Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum: & in Hieremia dominus ait populo Iudæorum, A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. [*Seruus autem* Psalm.2.
non manet in domo in æternum, filius manet in æternum.]Hoc frequēter sic est in hominib⁹, quod seruus cō Hiere.2.
ductitius nō manet in domo domini sui toto tēpore vitę suę. Et quāuis interdum permaneat, nō tamē habet ius naturale ad hoc. Filius vero manet in domo parentum quādiu viuit si velit, quoniā habet ius naturale ad hoc, & post mortem parentum possidet domum. sed iste non est sensus à christo intentus. ¶ Est igitur intellectus, Seruus autem seruitute peccati, non manet in domo, id est, in ecclesia militanti, de qua dicitur, Scias quomodo oporteat te cōuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei viui, columna 1.Tim.3.
& firmamentum veritatis in æternum: quoniam licet modo ad tempus mali commisceantur bonis in ecclesia, finaliter tamen præsertim in die iudicij separabuntur ab inuicem loco & præmio, quando hi ibunt in suppliciū æternum, illi vero in vitam æternam. Nunc quoq;, qui in peccato mortali est, quandiu huiusmodi est, non manet spiritualiter in ecclesia, quia per charitatem non vnitur membris ecclesiæ, nec ad mystici corporis pertinet actualiter vnitatē, si tamen est de numero electorum pertinet ad Matth.25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

myſticum corpus Chriſti,ſecundum prædeſtinationem diuinam,& conuertetur, æternalitérque ma- E
nebit in domo dei. Nam antequam moriatur incorporabitur Chriſto atque eccleſię,& ſic pertinet ad
triumphantis eccleſię perpetuam manſionem. ¶Denique ſeruus ſeruitute timoris pure ſeruilis,nõ ma
net in domo ſeu congregatione electorum filiorum in æternum,niſi ad ſeruitutem amoris ſe transfe-
rat. Talis enim non eſt in charitate,nec aliquid promeretur,quamuis quæ agit ex genere bona ſint. Fi-
lius manet in æternum. Certum eſt quod Chriſtus dei filius naturalis & vnicus maneat in domo eccle
Matth. 28. ſiæ triumphantis æternum. Militanti quippe ſpopondit,Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſ-
que ad conſummationem ſeculi. Et ad Hebręos Apoſtolus dicit,Chriſtus tanquam filius in domo ſua,
Hebræ.3. quæ domus ſumus nos. Poteſt ergo vniuerſaliter accipi,vt ſit ſenſus,Filius enim quicunque à ſeruitute
peccati liber,& alienus,qui ſpiritum adoptionis accipit, in quo clamat, abba pater, manet in domo ec
Roma.8. cleſiæ in æternum,quia per fidem& charitatem,quibus nunc manet in eccleſia militanti, perueniet ad
viſionem & fruitionem,per quas ſine fine manebit in eccleſia triumphanti. ¶Eſt autem & ſeruus ſer-
uitute charitatis,qui manet in domo in æternum, cui dicitur, Euge ſerue bone intra in gaudium do-
Matth.25. mini tui.& eſt filius ſola vocatione & nomine,qui non manet in domo in æternum:iuxta illud,Filij re
Lucæ.16. gni eiicientur in tenebras exteriores.& illud,Filios enutriui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me. [*ſi*
Matth.8. *ergo filius*]dei naturalis,qui ſolus eſt inter mortuos liber,& libere potuit dicere, Venit ad me princeps
Eſaiæ.1. mundi huius,&in me non habet quicquam,[*Vos liberauerit*]à ſeruitute peccati,non corruptibilibus au- F
Pſal.87. ro & argento,ſed precioſo ſanguine ſuo,[*Vere liberi eritis,*]id eſt,ab omni violẽta atque extranea domi
Ioan.41. natione immunes,& ſoli deo per charitatem ſubiecti,imò & filio naturali per gratiam adoptionis con
1.Petri.1. formes,quoniam filiatio adoptiua naturalis filiationis eſt ſimilitudo. Hæc libertas in prędeſtinatis nũc
Roma.8. inchoatur per receſſum à corruptione peccati,& in futuro perficietur atque complebitur,quando na-
tura humana perfecte reformabitur, ablatis ab ea vniuerſis malis,pœnis, ac miſeriis propter originale
Eccle.40. peccatum inductis,quæ vtique ſunt graue iugum,de quo habetur in Eccleſiaſtico,Occupatio magna
creata eſt hominibus,& iugum graue ſuper omnes filios Adam,à die exitus de ventre matris eorum,vſ
que in diem ſepulturæ in matrem omnium. In reſurrectione ergo futura conſequentur electi merito
Chriſti perfectam in anima & corpore integritatem,libertatem,& incorruptionem,quæ facit proxi-
Sapiẽ.6. mum eſſe deo,vt Sapiens ait. Propter quod etiam dicit Apoſtolus,Saluatorem expectamus,qui refor-
Philip.3. mabit corpus humilitatis noſtræ. ¶ Sed ſi vere liberi erunt quos filius dei liberauit, ergo omnes li-
Roma.5. beri erimus,quia pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. Et reſpondendum,quod Chriſtus liberauit om-
2.Cor.5. nes ſufficienter,id eſt,quãtum in ſe eſt:ſolos vero prædeſtinatos liberauit efficaciter:propter quod ait,
Ioan.10. Animam meam pono pro ouibus meis. Hi enim finaliter cõſequuntur fructum, virtutem ac meritum
dominicæ paſsionis, ſicque veraciter liberi fiunt. Veruntamen iſta libertas non aufert fidelibus ſerui-
Roma.13. tutem exteriorẽ & ſubiectionem corporalẽ ſub principibus terræ:ideo enim iubet Apoſtolus, Cui tri
Ephe.6. butum,tributum:cui vectigal,vectigal. Itémque,Serui ſubditi eſtote dominis carnalibus cum omni ti- G
Ioan.2. more. [*Scio quia filij (carnales) Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere.*]Superius dixit Euangeliſta,q̃ mul-
ti crediderunt in Ieſum,& quod Ieſus locutus eſt eis,Si manſeritis in ſermone meo,veri diſcipuli mei
eritis,& cætera nunc commemorata:quomodo ergo nunc ait ad eos,quæritis me interficere? Dicendũ
quod inter prædictos credentes erant aliqui non credentes,ad quos ſermo iſte dirigitur. Sępe enim ſcri
ptura loquitur quaſi ad eoſdem,& tamen ad diuerſos referri oportet,ſicut ait Apoſt. In omnibus diui
1.Cor.1. tes facti eſtis in illo,ita quòd nihil vobis deſit in vlla gratia. poſt pauca quaſi eiſdem locutus eſt, Cũ ſit
inter vos zelus & cõtentio,nõne carnales eſtis? ſed hoc refertur ad alios. Simili modo ait Pſalmiſta,Cũ
1.Cor.3. occideret eos,quęrebãt eum,& reuertebantur,& diluculo veniebant ad eũ. qui enim occidebantur nõ
Pſalm.77. reuertebantur diluculo. Ideo vero quęritis me interficere,[*Quia ſermo meus non capit in vobis,*]id eſt,cor
da veſtra nõ apprehendit,conuertẽdo illa ad me,nec operatur in vobis propter veſtram malitiam,qui
meam prędicationẽ humiliter nõ auditis,neq; reuerenter ſuſcipitis. Beati quorum mẽtes capit & fura
tur ſermo diuinus,trãsferẽdo animas audientiũ extra ſe vſq; in deũ. [*Ego quod vidi apud patrem meum lo
quor*].i. veritatẽ quã in patre cognoui,quẽ videndo omnia æternaliter video,vobis annuntio:vel,quod
vidi apud patrem.i. meipſum qui ſum verbũ quod erat in principio apud deũ,prędico vobis. Quęlibet
Ioan.1. diuina nępe perſona conſpicit nõ ſolum in ſe,ſed etiam in alia ſeipſam,& cũcta creata & creabilia. [*Et
vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum*].i. mala quæ diabolo ſuggerẽte concepiſtis,[*Facitis*]nõ reſiſtẽdo dia H
bolicis tẽtamẽtis. Quãuis ergo iniqui nõ aduertãt ſe à diabolo agitari,tentari ſeu inclinari,dicuntur ta
men in diabolo mala videre,quoniam interiori oculo inſpiciunt & approbant,quę diabolus ſuggerit,
proponens ea cũ aliqua perſuaſione ſub ſpecie boni,intantum,vt homo ſępe exiſtimet talia non à dia-
bolo,ſed ab angelo inſpirata. [*Reſponderunt & dixerunt ei,Pater noſter Abraham eſt.*]quaſi dicãt,faciẽdo o-
pera patris tam ſancti non erramus, nec increpari meremur,ſed potius tu,qui nobis improperas,q̃ o-
pera facimus quę ſcimus facta ab illo. [*Dicit eis Ieſus,Si filij Abrahæ eſtis,*]ſecundũ perfectã rationẽ,ꝓprie
tatemq́; filij,cuius eſt patri aſsimilari.i. ſi filij Abrahę eſtis,nõ ſolũ carnales per ſeminis propagationẽ,
ſed inſuper ſpirituales per morũ mutationem,[*Opera Abrahæ facite,*]mãſuete,patiẽter, charitatiue atq;
humiliter cõuerſando vt Abraham,qui teſtimonio libri Geneſeos,probatur fuiſſe valde mãſuetus,pa
tiẽs,charitatiuus & humilis. Maxime tamen Saluator intendit hortari Iudęos ad imitandum fidẽ,& o-
Rom.4. bedientiã Abrahę,qui teſte Apoſtolo,contra ſpem in ſpem credidit,& non hęſitauit in fide,& vſque
Gene.22. ad amãtiſsimi innocẽtiſq; filij occiſionẽ paruit deo. [*Nunc autem quæritis me interficere hominem,qui verita
tem locutus ſum vobis,quam audiui a deo:hoc (id eſt,ſimile huic) Abrahã non fecit,*]nõ enĩ voluit ex malitia ali
quẽ innocentẽ vel nũtium dei vera prędicãtẽ occidere:ſed hoſpitalis fuit,& plenus operibꝰ charitatis.
[*Vos facitis opera patris veſtri*].i. opera vitioſa dæmoni placita,cuius malitiam imitamini,quaſi filij eius.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non ſumus, vnum patrem habemus deum.*]hoc dixerunt de fornicatione ſpirituali. ſ. idololatria, per quam anima ſponſa verbi ſeparatur à ſponſo cæleſti, vnde dominus loquitur Moſi, Populꝰ iſte fornicabitur poſt deos alienos. Et in Ozea habetur, Fornicati ſunt à deo ſuo. Oſeæ. 64.
Videtes ergo Iudæi, quod Ieſus loquebatur eis de alio patre, quàm patre carnali, videlicet de patre qui propter operis qualitatem aſſeritur pater, voluerunt oſtendere quod eſſent filij dei, non dæmonis. Itaque dicunt, [*Nos ex fornicatione*]. i. ex idololatria [*Non ſumus nati*]loquendo de natiuitate, quæ in operũ imitatione conſiſtit, vt poſsimus dici filij diaboli, cui idololatræ ſeruiunt, vnde & filij eius dicũtur. [*Vnum patrem habemus deum*]creatorẽ, & prouiſorem noſtrum, cuius legem cærimoniáſque ſeruamus, de quo Moſes teſtatur, Nũquid nõ ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creauit te? Deũ igitur no Deuter. 32.
minant patrem, non ſolum ratione creationis, ſed propter ſpecialem prouidentiam, qua gubernauit populum Iſraël tanquam electum & peculiarem, & propter cultum latriæ quem ei ſoli impẽderunt: propter quod in Eſaia inducitur, Et nunc domine pater noſter es, nos vero lutum. Et in Hieremia dominꝰ Eſaiæ. 64.
conteſtatur, Factus ſum Iſraëli pater, & Effraim primogenitus meus. [*Dixit ergo eis Ieſus, Si deus pater veſter eſſet*]eo modo quo dicitis. ſ. per cultum ei placentem ex charitate procedentem, & operum imitatio Hiere. 31.
nem, quomodo fuit pater ſanctorum patriarcharum ac prophetarũ, [*Diligeretis vtique me*] quem ex odio vultis occidere, [*Ego enim ex deo proceſſi & veni.*]Si loquamur de deo perſonaliter, tũc Chriſtus pro
B ceſsit ex deo. i. ex patre per generationem æternam manauit: iuxta illud Micheæ, Egreſſus eſt à princi- Miche. 5.
pio à diebus æternitatis. Et in Pſalmo, Ex vtero ante luciferum genui te. & veni ab eo, id eſt, per incarnationis myſterium deſcendi in mũdum miſſus à patre. Si vero loquamur de deo eſſentialiter ſicut loquebantur iſti Iudæi, qui trinitatis notitia caruerunt, tunc Chriſtus ſecũdum naturam aſſumptam proceſsit ex deo trinitate per animæ ſuæ creationem, & corporis ſupernaturalem informationem, & venit tanquã miniſter illius, de quo deus ait, Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & ſub- Eſaiæ. 5.
limis erit valde. [*Neque enim a meipſo veni*]. i. ppria voluntate dũtaxat, vel volũtate humana tanq̃ cauſa
prima ac principali. Nihilominus Chriſtus ſecũdũ quod deus miſit ſeipſum ſecũdũ quod homo. Incarnatio enim facta eſt tota trinitate. Incarnatio autẽ eſt miſsio filij. hoc ſuperius dictũ eſt plenius. [*Sed ille me miſit.*]Qui autem diligit patrem, diligit filium, & qui amat mittentem ac dominum, amat miſſum atque miniſtrum. quoniam ergo Iudęi non dilexerunt Chriſtum dei filium legatum & ſeruum, palã, quod nec patrem vel deũ dilexerunt. [*Quare loquelam meam non cognoſcitis?*]id eſt, cur nõ intelligitis ver- Ioan. 7.
ba mea? Cur ex qualitate prædicationis meę, ex profunditate & efficacia eloquij mei non attenditis, q̃ vere ſim miſſus à deo, & loquẽs verba illius? Solet enim homo cognoſci ex verbis ſuis, & quoniam nũquam loquutus eſt homo ſicut Ieſus, debebant auditores illius loquelam eius penſare, quod non eſſet niſi diuina ac regis Meſsiæ. Hoc Chriſtus interrogauit increpando Iudæos, móxque reſpondet inſtruẽ
C do eos, [*Quia non poteſtis audire ſermonem meum,*]id eſt, idcirco non intelligitis verba mea, quoniam propter rancorem & diſplicentiam quam concepiſtis aduerſum me, eo quod increpem vitia veſtra, ſic obcæcati, induratíque eſtis, quod non poteſtis æquanimiter audire, & recte iudicare verba mea, ſed ſtatim dum loquor, paſsiones oriuntur in vobis, & induratur cor veſtrum, ne humiliter penſet quæ prędico. Qui enim odit alium odio magno, quicquid agit vel loquitur ille, diſplicet odiẽti. Propter quod
legitur in Michęa, Nunquid veſtrũ eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum? Et Sapiens ait, Excęca Miche. 3.
uit eos malitia eorũ. Deinde Chriſtus aperte oſtẽdit, quid per patrem Iudęorũ perũerſorum intellexe Sapien. 2.
rit, [*Vos ex patre diabolo eſtis;*]non per creationem vel generationem, vt Manichæi mentiti ſunt, ſed per malitiæ imitationem. Diabolus enim eſt pater ſuper omnes filios ſuperbiæ, vt dicitur in Iob: Iudæi au- Iob. 41.
tem valde põpoſi fuerunt, præſertim propter generis dignitatem, & quia præ cæteris gentibus legem à deo acceperũt: vnde alios populos reputauerũt pro nihilo. Similiter diabolꝰ eſt pater ſup̃ omnes filios inuidię. Inſidia nempe diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum, & imitãtur eũ qui ſunt ex parte illius.
[*Et deſideria patris veſtri vultis facere,*]id eſt, malas affectiones diaboli quas habet in ſe, quas etiam ingerit Sapient. 2.
vobis, vultis perducere ad effectũ, perſequendo & occidendo me, cæteráque peccata patiãdo, quę Apoſtolus vocat opera carnis, vt ſunt furta, adulteria, blaſphemia, cõtentiones, iræ, rixæ, æmulationes atque ſimilia, quę ad Galatas Paulus enumerat: de quibus ait Ioannes in prima ſua canonica, In hoc apparuit Galat. 5.
filiꝰ dei, vt diſſoluat opera diaboli. Deinde Chriſtus declarat mala diaboli, & oſtẽdit quare & qualiter 1. Ioan. 3.
D Iudęi imitati ſunt illũ, [*Ille (puta diabolus primus ſeu lucifer) homicida erat,*]id eſt, ſpiritualis occiſor interi
oris hominis. ſ. animarũ primorum parẽtum, [*Ab initio,*]id eſt, à principio operum ſex dierum, videli- Eſaiæ. 14.
cet à tempore formationis Adæ & Euæ: quia vt patet in Gen. ſerpens, hoc eſt, diabolus, per ſerpentem Geneſis. 3.
decepit Euam, & per illam induxit Adam ad inobedientiam, ſicque vterque eorũ peccauit mortaliter, Ibidem.
& tota poſteritas infecta eſt, & quodammodo interfecta operãte diabolo. ¶ Eſt enim homo exterior, & homo interior, dicente Apoſtolo, Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus
eſt renouatur de die in diẽ. Si ergo homicida eſt, qui vile & corruptibile corpus occidit, auferẽdo vitã 2. Cor. 4.
naturæ, quanto amplius homicida cenſendus eſt, qui animam immortalem, nobilem, dei imagine refulgentẽ interficit, auferẽdo vitã gratię? Vnde quicũq; prauo exemplo, vel ſuggeſtione peſtifera, aut alio
modo hominẽ inducit ad peccatũ mortale, homicida vocatur, preſertim cũ anima ſit principalior pars hominis, per quã ponitur homo in ſpecie, viuificatur, gubernatur, & à brutis diſtinguitur. ¶ Pręterea
eluceſcit ex his, quod toties homicidiũ facimus, manúſque ſacrilegas in noſipſos iniicimꝰ, quoties peccamus mortaliter, quia tot letalia vulnera animabus noſtris infligimus. Nec ſolum homicidã vocat ſcriptura, qui corpus interimit, animámve occidit, ſed etiã vt ait Ioannes in ſua canonica, Omnis qui odit
fratrem ſuum homicida eſt ¶ Deinde ponit aliud malũ diaboli, [*Et in veritate nõ ſtetit,*]id eſt in veritate
iuſtitię, in recta ratione, in vera obedientia non permanſit. Statim enim vt creatus eſt, cernens ſe tantæ 1. Ioan. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

excellentiæ & decoris præ aliis angelis, intumuit, aliósque quos potuit sibi attraxit, & contra creatorẽ E
Esaiæ. 14. se erigens, In cælum (inquit) conscendam, supra astra cæli exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Fuit equidem creatus in magna perfectione & dignitate, in maxima sapiẽtia, in naturali iustitia, imo & in gratia secũdũ opinionẽ probabilẽ, & per cõsequens in charitate: sed non stetit in his, victus propria elatione ex consideratione eminentiæ suæ, & quia præ cunctis angelorum ordinibus eminebat, sed non vidit deum per speciem, aliter fuisset cõfirmatus in bono. No
Ezech. 28. uit tamen deum esse vnum ac trinum, non naturali ingenio, sed per fidem secundum quosdam. Fuerũt enim angeli omnes creati in fide, secundum Thomam. Hinc per Ezechielem apostatæ angelo dicitur, Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in delitiis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in mõte sancto dei. Eleuatum est cor tuum in decore tuo, repleta sunt interiora tua iniquitate, & eieci te de monte sancto dei, & perdidi ô Cherub de medio lapidum ignitorum, & in terram proieci te. De casu quoque angelorum scribitur Iudæ primo, & secunda Petri. [*Quia veritas*] iustitiæ, id est, æquitas seu vera notitia, per approbationem virtutis, & veritatis ipsius amorem, [*Non est in eo,*] id est, diabolo, & à satellitibus eius à momento quo peccauerunt. A veritate enim auersi sunt sponte, & falsitati iniquitatis inhæserunt. Fuit tamen & est in eis veritas naturæ, quoniam naturaliter mali non sunt, & teste sancto atque diuino Dionysio, naturalia in dæmonibus integra permanserunt: propter quod veram cognitionem etiá ve- F
2. Cor. 11. hementer profundam habent de deo, & creaturis, sed omnibus bonis abutuntur, & veritatem secundũ
2. Cor. 2. se non amant: quin potius conuertunt eam ad hominum seductionem, quia & si bona veráque dicant, propterea dicunt, vt tandem mala & falsa ingerendo seducant: transfigurant quippe se in angelos lucis: ideóque egemus gratia discretionis spirituum, ne ignoremus cogitationes & machinationes eorum. [*Cum loquitur (diabolus) mendacium, ex propriis loquitur,*] id est, ex malis habitibus atque nequitiis, quibus in se plenus est, & quos primus inuenit, concepit, & in alios genuit. A deo nanque sortitus est esse & intelligere, sed peccatum propria voluntate incepit, nõ aliunde inductus ad malum, vt dæmones inferio
Esaiæ. 14. res, & primi parentes, [*Quia mendax est.*] mentitus est enim dicendo, Similis ero altissimo. Itémque dicẽ
Gene. 3. do ad mulierem, Nequaquam moriemini: sed eritis sicut dij, sciẽtes & bonum & malum. [*Et pater eius*]
Psalm. 26. .i. primus inuentor & actor mendacij. Mentita est autem iniquitas sibi, & ipsa ad falsitatem angelos hominésque induxit. Quemadmodũ vero triplex est veritas, vtpote vitæ, iustitiæ, doctrinæ: sic est triplex mendacium triformi veritati oppositũ, scilicet mendaciũ prauæ actionis, iniustitia, & error, omniúmq; mendaciorum istorũ pater extat diabolus primus. Manichæi ponentes duo principia rerum, videlicet deum lucis, & deũ tenebrarũ, dixerunt, quod diabolus esset mendax, & pater eius, id est, creator diaboli etiam esset mendax, sed ita intelligendũ nõ est verbum Euãgelistæ. [*Ego autem quia veritatem dico,*] vera docendo, & vestra facinora veraciter arguendo, [*Non creditis mihi.*] in quo patet, quod sitis ex patre diabolo, qui in veritate non stetit, & mendãcia ex propriis loquitur, cui & consentitis. G

¶Explanatio residuæ partis, [*Quis ex vobis arguet me de peccato?*] Articulus. XXIII.

Ioan. 9. Vperius redarguit Christus Iudęorum incredulitatem & vitia, eo quòd sibi non crediderint, S neque obedire voluerint. Nunc ostendit se fide dignum, eo quòd culpam non habeat, [*Quis ex vobis (ô scribæ & pharisæi, & sacerdotes) arguet me (veraciter) de peccato?*] quocũque, magno vel paruo, mortali vel veniali, originali vel personali. Frequenter vtique arguerunt Iesum de peccato dicentes, quòd sabbatum violaret, & de seipso mendosum testimonium perhiberet, sed mendaciter id
Sapien. 7. fecerunt. Innuit ergo Saluator vitam suam fuisse prorsus irreprehensibilem, séque omni peccato carere. Christus enim secundum naturam diuinam essentialiter sanctus est, virtus virtutum, & puritas infinita, tanquam candor lucis æternæ, & speculum sine macula maiestatis paternæ.

¶Porrò, secundum naturam assumptam confirmatus fuit in bono ab incarnationis exordio, non solũ propter beatificam animæ suæ fruitionem in deo, sed multo amplius propter hypostaticam vnionem cum verbo, propter quàm habuit omnium diuinorum charismatum plenitudinem, gratiámque tam H perfectam, quòd maior creaturæ communicari non potest. Vnde secundum vtrãque naturam dici potest sanctus sanctorum, quia & sanctitas eius creata omnium creaturarum sanctitatem simul sumptam excedit: propter quod de ipso legitur apud Esaiam, Iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in o-
Esaiæ. 53. re eius. Decuit autem Christum vt hominem esse sine omni peccato, nõ solum propter vnionem cum
Iob. 13. verbo, sed insuper quia saluator, mediator, & aduocatus totius generis humani. Si enim & ipse peccatum haberet, non esset idoneus omnes deo reconciliare, & per seipsum immediate ad deum accedere,
Iudic. 11. Hebræ. 9. sed mediatore egeret. Idem quoque decuit propter priuilegium sacerdotij eius. Fuit enim primus & summus sacerdos, cuius hostia & obsequium non fuissent deo perfecte accepta, & ad satisfaciendum
1. Ioan. 2. idonea, si & ipse subiacuisset peccato: propter quod Apostolus, Talis decebat vt esset nobis põtifex sanHebræ. 7. ctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. [*Si (pro quia) veritatem di-*
Eccle. 6. *co,*] euangelicã legem prædicando, & vestra piacula increpando, futura atq; secreta elucidando, [*Quare (vos) non creditis mihi?*] quasi dicat, in hoc irrationabiliter facitis, cum scriptum sit, Cum videris seniatũ statim euigila ad illum. sicut autem leuitatis est statim credere indifferenter, sic duritiæ est nõ credere
Matth. 3. dũ sufficientia signa veritatis apparẽt. Quãuis vero doctrina christi fuerit omnino insolita atq; incõ-
Ioan. 1. prehensibilis, propter quod nec faciliter recipienda fuit, tamen tanta, támque euidentissima argumẽta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A patuerunt,quòd ipſe eſſet verus Chriſtus,verus magiſter & ſanctus,puta teſtimonium Ioannis Baptiſtæ,vaticinia prophetarum,miracula Chriſti,diſcipulorúmque eius,cõſtantia eius pro veritatis defenſione,& zelus iuſtitię,quòd inexcuſabiles erant Iudæi de ſua perfidia.[*Qui eſt ex deo*]per prędeſtinationem æternam,per gratiæ reformationem,per bonitatis diuinæ imitationem,[*Verba dei audit,*]non ſolum auribus corporis,ſed etiam mentis,id eſt,verba diuina libenter audit,memoriter tenet,diligenter adimplet : quemadmodum ait Pſalmiſta, In corde meo abſcondi eloquia tua,vt non peccem tibi. Et rurſus,Bonum mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti. Hinc ſcriptum eſt,Ego manſuetus ad audiendum verbum dei. & iterum,Sit omnis homo velox ad audiendum.[*Propterea vos non auditis*]verba dei auribus interioribus,id eſt,humiliter,reuerenter,& affectuoſe non recipitis verba diuina quę loquor,[*Quia ex deo non eſtis*]modo prætacto. Omnes quidem,imò & omnia ſunt ex deo,tanquam ex cauſa efficienti,exemplari atque finali, dicente Apoſtolo,Ex ipſo,per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. ſed non omnes ſunt ex deo per ſpiritualem reformationem,per gratiæ conſeruationem, per diuinam electionem. Qui enim ſic eſt ex deo,manet in eo,ſecundum quod ait Ioannes in ſua Canonica, Qui natus eſt ex deo,non peccat,quoniam ſemen dei manet in eo. ¶Denique,vnuſquiſque libenter audit loqui de re quam diligit. Qui ergo diligit deum,& vitam beatam,verba dei libenter audit & affectuoſe conſeruat: & in hoc ſalus noſtra conſiſtit,ſecundum quod ait Saluator, Beati qui audiunt verbum dei,& Lucæ.13.

B cuſtodiunt illud. Debemus ergo verba ſacra cum magna attentione,intima affectione,humili reuerentia legere,audire,proferre,tanquã epiſtolas nobis diuinitus miſſas. ¶In his verbis dedit nobis Saluator ſaluberrimum documentum,maximam conſolationem,grandémque pœnitendi occaſionem. Dicẽdo enim,qui eſt ex deo,&c. inter bonos & malos,electos,reprobóſque diſtinxit. Fidelibus quoque & timoratis,qui licet certitudinaliter neſciant an ſint digni amore vel odio,contulit magnam ſpem confidendi,quòd ſint in ſtatu ſalutis & filij dei,quia experiuntur ſe verba dei libenter audire,frequenter reuoluere & cuſtodire,propter quod probabiliter ſcire poſſunt,quod ſint in charitate & gratia,ſecũdũ quod ait Apoſtolus, Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd filij dei ſumus ¶Prætereà ex verbis his datur vnicuique noſtrum aperta & prompta occaſio diſcutiendi ſeipſum an ad eum pertineat. Dum enim audimus Chriſtum dixiſſe,qui ex deo eſt,verba dei audit. protinus admonemur noſipſos inueſtigare,& ſolicite indagare,an verba dei audimus amando & obediendo.

¶Poſtremò,quàm diligenter & indeſinenter conſeruanda ſint verba dei, patet ex eo quod Moſes ſcripſit, Erunt verba domini in corde tuo,& narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere,& dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos,ſcribésque ea in volumine,& oſtiis domus tuæ. [*Reſponderunt igitur Iudæi & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos,quia Samaritanus es tu(id eſt,hæreticus quidam) & dæmonium habes?*]cuius reuelatione & adiutorio dicis & facis alta ac mira,quæ alij te facere & dicere putant virtute

C diuina? ¶Samaritani erant natione gentiles,ſed cõuerſatione ſemiiudæi,quoniam libros Moſis receperunt,& ſe circunciderunt. Nouerant autem iſti Iudæi quod Ieſus eſſet natione Iudæus,ſed ex contemptu appellabant eum Samaritanum,id eſt,in parte legis obſeruatorem,& in parte tranſgreſſorem: ſicq; reputabant eum hæreticum: velut ſi nunc alicui diceremus, Huſita es tu.

¶Secundum Gregorium, Chriſtus non negauit ſe eſſe Samaritanum: ſed hoc verum eſt, quantum ad nominis interpretationem : non tamen admiſit ſe eſſe Samaritanum eo modo quo Iudæi ſibi id impoſuerunt. Samaritanus quippe interpretatur cuſtos. Chriſtus vero eſt cuſtos electorum ſuorum, de quo Pſalmiſta teſtatur, Cuſtodiens paruulos dominus. Et Eſaias, Cuſtos quid de nocte? Dixerunt quoque Chriſtum habere dæmonium,non quod eſſet obſeſſus & amẽs,ſed quod haberet occultum fœdus cũ aliquo dæmone,imò cum ſummo diabolo,puta Beelzebub,ſecundum quod alibi dixiſſe leguntur, In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dęmonia. Hoc ergo peruerſi dixerunt,quoniam aliter ſaluare non poterant,quomodo tot mirabilia facere,tótque ſecreta &, futura reſerare,& tam ſubtilia ac profunda docere,non inſtructus ab homine poſſet,niſi quòd vel à deo vel à diabolo hæc haberet. Noluerunt autem credere,quòd haberet ea à deo propter nimiam diſplicẽtiam atque inuidiam quam cõceperunt in eum,ideo omnia talia deputabant diabolo,quẽadmodum magi & arreptitij atque phytones mira aliqua & occulta operantur ac pandunt. Sed in hoc eluceſcit Iudæorum intoleranda peruerſitas.

D Nam multa miracula Chriſti omnem naturalem poteſtatem tranſcenderunt, & tota doctrina & conuerſatio eius repugnabant diabolo: propter quod ſubditur,[*Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo*]co operatorem & familiarem. Omnia tamen dæmonia mihi ſubiecta ſunt.[*Sed honorifico patrem meum,*]id eſt,verbo & opere,in omnibus exhibeo honorem,cultum & obediẽtiam deo patri,ſecundũ quod homo ſum: ex quo patet ſanctitas vitæ meæ,& quod cum dæmonibus non concordo,ſed eorum cultum deſtruo,idololatriam reprobo,vitia damno,hominesque ad deum conuerto,vt eum in omnibus totò corde diligant ac honorent.[*Et vos inhonoraſtis me,*]id eſt,contempſiſtis,& falſa mihi impoſuiſtis,opera dei aſcribentes diabolo,& in hoc peccauerunt in ſpiritum ſanctum. ¶Ecce quàm patienter & manſuete filius dei tanta accepta iniuria reſpondebat,quia(vt Petrus teſtatur)cum malediceretur,non maledicebat. Diſcamus & nos eius exemplo non reddere malum pro malo,nõ vinci à proprio animo,nõ paſsionari. Hoc facit facile,qui non quærit propriam laudem,gloriámque mũdanam,qui priuatum extinxit amorem,& gaudet aduerſis. Nempe vt ait S. Hierony. qui non quærit gloriam,non ſentit contumeliã. Magnum eſt de nullo gaudere,niſi per quod promouemur apud deum: de nullo quoq; dolere, niſi per quod à deo abducimur. Et ne Iudæi dicerent Chriſto,inaniter te excuſas,adiecit,[*Ego non quæro gloriam meã:*]ſimile eſt quod ſupra ait, Claritatẽ ab hominibus nõ accipio. qđ quomodo verũ ſit,illic diligenter tractatũ eſt. certum eſt enim,quod Chriſtus iubet ſe adorari,honorari,ſuiſq; verbis in o-

Lucæ.3. Marci.1. Pſalm.119. Eccleſi.5. Iacobi.1. Roma.8. 1.Ioan.3. Lucæ.13. Eccleſi.9. Roma.8. Deuter.6. Pſal.114. Eſaiæ.21. Matth.12. Lucæ.11. 1.Petri.2. 1.Petri.3. Ioan.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mnibus obediri. trium enim personarum vna est gloria. Verum Christus, secundum quod homo, non E
quæsiuit gloriam secularem, mundanum honorem, vel aliquam vanitatem, sicut opinabantur Iudæi.
Incomparabiliter igitur minus spectat ad nos vilissimos peccatores quærere gloriam propriam, velle
dominari, præesse, glorificari: vnde ex animo dicamus cum Apostolo, Soli deo honor & gloria. [*Est qui*
1. Tim. 1. *quærat & iudicet,*] id est, deus pater vel trinitas requiret à vobis quòd non glorificastis me tanquam ve-
Ioannis. 5. rum filium dei, & de hoc iudicabit vos iudicio condemnationis. Pater enim requirit & vult filium su-
Deuter. 7. um glorificari ab omnibus. Idcirco qui non honorificat filium, non honorificat patrem. Vnde in Da-
niele scriptum est, quòd antiquus dierum, videlicet pater æternus dedit ei potestatem, honorem, & re-
Ioannis. 5. gnum. Superius dixit Saluator, Pater non iudicat quenquam, quomodo ergo nunc ait de patre, est qui
quærat & iudicet? Respondendum quod in iudicio duo considerantur, videlicet ipsa discretio boni à
malo, & prolatio sententiæ. Quantum ad primum iudicat pater seu trinitas tantum per authoritatem:
Ibidem. quantum ad secundum iudicat Christus secundum naturam assumptam, vt dictum est plenius supra.
[*Amen amen (id est, vere vere) dico vobis,*] ingeminat amen, ad ampliorem certitudinem, [*Si quis sermonem*
meum seruauerit] per fidem & charitatem, id est, verbis meis fideliter obedierit, [*Mortem non videbit in æ-*
ternum,] id est, nunquam experietur seu sentiet mortem spiritualem, quia nec in præsenti priuabitur vi-
ta gratiæ, nec in futuro vita gloriæ, & nec pœnam sensus nec pœnam damni in inferno habebit. Iusti e-
Sapien. 5. nim in perpetum viuent, vt Sapiens ait. Videre in scripturis ad omnes sensus refertur, & ad sensitiuam F
atque intellectiuam notitiam. Vnde nunc sumitur pro gustare vel experiri seu pati: sic quoque accipi-
Psalm. 15. tur in Psalmo, quod dicitur, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Denique (vt habetur in
Lucæ. 8. Luca) semen est verbum dei. Quemadmodum ergo in corporalibus rebus, qui semen custodit in terra,
pertingit ad fructum seminis huius, qui est vita æterna: propter quod Salomon admonet, Serua mãda-
ta & legem quasi pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eam. [*Dixe-*
Prouer. 7. *runt ergo ei Iudæi*] carnales, præinducta verba de morte naturali ac corporali intelligentes, [*Nunc cogno-*
uimus, quia dæmonium habes,] id est, tam insensate, támque manifeste mendaciter loqueris, quòd qui pau-
lò antè opinabamur te dæmonium habere, illóque instigãte stultissime loqui, nunc certi simus de hoc.
Et hoc probant, [*Abraham mortuus est,*] morte corporali, cum esset centum septuagintaquinque annorum, sepelierúntque eum Isaac & Ismaël filij eius, vt in Genesi dicitur, [*Et prophetæ*] mortui sunt, quasi
Genesi. 25. dicant, tam sanctus patriarcha, beatissimí que prophetæ, qui sermones dei impleuerunt, mortui sunt,
Matth. 13. [*Et tu (filius fabri ac pauperis fœminæ) dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum?*]
Marci. 6. tanquam dicant, intolerabilis est præsumptio tua, quia sic loqueris ac si verba tua essent amplioris efficaciæ, quàm verba dei, & tibi obedientes beatiores essent Abraham ac prophetis, cæterísque dei mi-
nistris, qui non obstante obseruatione diuinorum verborum defuncti nosc untur. [*Nunquid tu maior,*]
id est, sanctior, [*Es patre nostro Abraham?*] qui amicus dei vocatus est, sicut per Esaiam dominus loqui-
tur, Semen Abraham amici mei. quasi dicant, nequaquam. Loquũtur ergo de spirituali magnitudine, G
quæ præsertim in sapientia & virtute consistit. Vnde in spiritualibus idem est esse maiorem & melio-
rem: ideo deus, in quo nulla est quantitas, maior est omnibus rebus in infinitum. Mira cæcitas Iudæo-
rum. Experimentaliter enim constabat, quòd Iesus in gratia prophetiæ, in altitudine sapientiæ, in effi-
cacia miraculorum, in conuersatione spiritualium operum excesit Abraham patriarcham, sed omnia
ista ascripserunt diabolo, cum tamen nec diabolo constent futura pure contingentia, cordiúmque se-
creta, sed soli deo, quæ Christus vbertim prædixit ac reserauit. Vnde per Esaiam dominus ait, Quæ vẽ-
tura sunt annunciate, & sciemus quia dij estis vos. [*Et prophetæ mortui sunt,*] id est, quomodo tu qui
Esaiæ. 15. inferior es Abraham & prophetis defunctis, citóque moriturus, aliis immortalitatẽ promittere audes?
[*Quem teipsum facis?*] id est, qualem vel quantum affirmas & reputas te, quem videmus esse hominem
mortalem similem nobis? quasi dicat, Multum inaniter magnificas teipsum. [*Respondit Iesus*] excusando
se de tanto facinore, [*Si ego glorifico,*] id est, glorioſum seu magnum dico [*Meipsum*] inordinate atque car-
naliter, non sub ordine sapientiæ dei, secundum quod mihi imponitis, [*Gloria mea*] i. dignitas quã mi-
hi ascribo, [*Nihil est,*] id est, nullius reputationis, vana & falsa. Christus vtique dicẽdo, Ego sum lux mũ-
di, & multa similia, glorificauit se, sed non inordinate, prout Iudæi ei impoſuerũt, idcirco respõdet ad
intentionem ipsorũ. [*Est pater meus (cælestis) qui glorificat,*] id est, glorioſum ostẽdit [*Me,*] dicendo, Hic est
Matth. 3. filius meus dilectus, & per opera miraculosa, prophetarũ quoque eloquia. Denique, pater glorificauit, H
Mar. 1. id est, beatum fecit Christũ secundum naturam assumptam, cõferendo animæ eius beatificam fruitio-
Lucæ. 3. nẽ. Nec mirũ si filius asserat se glorificari à patre, cum infra filius dicat ad patrem, Ego te glorificaui su-
Matth. 17. per terram. Et in libro Regum deus loquutus est, Qui glorificauerit me, clarificabo eum. [*Quem (id est,*
Lucæ. 9. *de quo patre meo) vos dicitis quia deus noster est,*] per creationem & per dilectionem, & honorationẽ nostrã
Ioan. 17. ad eum. Quamuis enim Iudæi trinitatis mysterium ignorantes, non dixerint deum patrem esse deum
1. Reg. 2. ipsorum, loquendo de patre secundum quod pater, tamen id quod est pater, videlicet deum absolute
acceptum, dixerunt esse deum suum. [*Et non cognouistis eum,*] quoniam patrem non cognouerunt secũ-
dum proprietatem relatiuam, & propriam patris rationem: nec deum cognouerunt cognitione for-
mata, sed informi, non enim obedierunt eius præceptis, ideo factis eum negabant. Quemadmodum de
1. Tim. 1. impiis dicit Apostolus, Cõfitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi.
1. Ioan. 3. Vnde Ioã. ait in sua epistola, In hoc scimus, quoniam cognouimus deum, si mandata eius obseruamus.
1. Cor. 1. De tali formata notitia dicit Apostolus, Si quis ignorat, ignorabitur. Porrò, de cognitione informi ait,
Rom. 1. Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogi-
tationibus suis. [*Ego autem noui eum*] secundum vtranque meam naturam, quia vt deus cognosco eum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A per comprehenſionem perfecta m,& vt homo cognoſco eum notitia beatæ fruitionis per ſpeciem. Tali nempe notitia nouit anima Chriſti deum patrem ſeu trinitatem indeſinenter in ſomno & vigilia: quia per ſomnum,aliáſque corporales occupationes,actiones,& paſsiones, non impediebatur anima chriſti ab interiori cognitione ac dilectione dei,ſed iugiter erat in actu.[*Et ſermonem eius ſeruo*]memoriter & obedienter,ſecundum naturam humanam. Non enim negligentia vel obliuio locum habebat in Chriſto.[*Et ſi dixero,quia non ſcio eum*]id eſt,quod patrem non cognoſco,quod impoſsibile eſt me dicere,ſicut impoſsibile eſt me mentiri,[*Ero ſimilis vobis mendax*,] qui multa mendacia fingitis contra me:[*Sed ſcio eum,& ſermonem eius ſeruo*,]vt dictum eſt. Paulo ante dixerunt Iudæi, Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham? ad hoc Chriſtus modò reſpondet,[*Abraham pater veſter*]ſecundum carnalem propagationẽ, non ſecundum fidei atque virtutum paritatem,[*Exultauit*]id eſt,ſpiritualiter lętabatur,[*Vt videret*,]id eſt,de hoc quod viſurus erat[*Diem meum*,]id eſt,tempus aduentus mei ſeu incarnationis. Facta enim ſibi promiſsione,quod Chriſtum in ſpiritu cerneret,eiúſque myſteria noſceret,cordialiter exultauit.[*Vidit (id eſt,per ſpiritum prophetiæ cognouit) diem*]aduentus mei,vel me tunc venturum. Cognouit enim filium dei in fine ſeculorum incarnandum,cum dictum eſt ei,In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Nec dubium quin ipſe,aliſque prophetæ & patriarchæ,multa nouerunt per reuelationem diuinam de Chriſto,eiuſque aduentu atque myſteriis,quæ non ſunt deſcripta. An tamen Gene.22. Actu.3.

B Abraham nouit determinate tempus aduentus Chriſti(vt Daniel qui determinauit hebdomadas dominicæ paſsionis) certum non habeo. Poteſt quoque intelligi de die æternitatis Chriſti,quæ dies aliud non eſt niſi ipſa æternitas,ſeu deus æternus. Huius diei beatificam viſionem in claritate patriæ electorum deus promiſit Abrahæ,Ego(inquiens)protector tuus & merces tua magna nimis. Hanc diem vidit Abraham in via per fidem,tendebat ad eum per ſpem,exultauit in eius præſtolatione per charitatem. Hinc quoque dicit Apoſtolus,Expectabat Abraham fundamenta habentem ciuitatem,cuius artifex & conditor deus. ¶Sed his obuiare videtur,quod Chriſtus alibi ait diſcipulis ſuis,Multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ vos videtis,& non viderunt. Hoc enim apparet tam benedictum de Abraham,ſicut de aliis prophetiis ac iuſtis. Et reſpondendum, quod Chriſtus loquitur ibi de viſione intellectuali coniuncta viſioni exteriori,quemadmodum plenius demonſtraui ſuper Matthæum. Sic autem Abraham non vidit diem & opera Chriſti,ſeu Chriſtum in carne,nec alij prophetæ ante Chriſti incarnationem defuncti.[*Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes,& Abraham vidiſti?*]Chriſtus dixit quod Abraham vidit diem ſuum,& ipſi ſic repetunt,Abraham vidiſti? quia qua ratione verificaretur vnum,verificaretur & reliquum. quaſi dicant,Si Abraham vidit diem tuum,ergo contemporanei extitiſtis,& vos inuicem conſpexiſtis,quod patet falſum,cum nondum ſortitus ſis annos quinquaginta. Potius autem dixerunt, Abraham vidiſti, quàm Abraham vidit te,quaſi magnum eſſet Ieſu vidiſſe Abraham patriarcham, & non econtra, reputantes Abraham multo maiorem Ieſu. Daniel.9. Gene.14. Hebræ.11. Matth.13.

C ¶Quæritur cur nominauerunt annos quinquaginta,cum Ieſus multo iunior eſſet. Aliqui dicunt, q à caſu,quia ſic occurrebat eis. Alij dicunt,quòd propter reuerentiam iubilei,qui fuit quinquageſimus annus. quaſi dicant,necdum attigiſti vnum iubileum,& Abraham vidiſti,qui pene per duo milia annorum dormiuit cum patribus ſuis. Quidam dicunt,quòd Chriſtus propter ieiunia & labores, & propter nimiam maturitatem videbatur multo ſenior,quàm fuit. Vnde ait in Pſalmo, Genua mea infirmata ſunt à ieiunio,& caro mea immutata eſt propter oleum. Ego opinor,quod ideo tantum excremẽtum annorum expreſſerunt,vt inſinuarent,quàm plane ac facile poſſent falſificare verbũ Chriſti. quaſi dicant,Dato,quod haberés multo plures annos quàm habes,nihilominus falſum eſſet, quòd dixiſti Abraham te vidiſſe. ¶Errauerunt autem iſti obtenebrati Iudęi dupliciter. Primò,quod verbum Chriſti de corporali viſione intellexerunt. Secundò,quòd ſolum in Chriſto humanam natiuitatem penſabant,putantes,quòd nequaquam fuiſſet prior ſua matre. Huius ſecundi falſitatem reprobat Chriſtus,[*Dixit eis Ieſus, Amen,amen dico vobis.*]Mitis humilíſque magiſter ſemper patienter cum tranquillitate reſpondet,non commotus illorum iniuriis. Hoc enim præcipue pertinet ad prædicatorem ſiue doctorem verbi dei,quia vt Salomon loquitur,Doctrina viri per patientiam noſcitur. Et,Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Propterea apud Gregorium,Tanto conuincitur quiſque minus doctus, quãto minus patiens.[*Antequam Abraham fieret*]id eſt,crearetur,quãtum ad animam,vel generaretur quantum ad totum compoſitum[*Ego ſum*]in natura diuinitatis æternaliter,inuariabilitérque ſubſiſto. Pſalm.108. Matth.11. Proue.19.

D ¶Porrò dicendo,ego ſum,oſtendit ſuam æternitatem,quæ nec prætéritum habet,neque futurum: ſed omne tẽpus ambit,includit,excedit. Ipſe eſt qui olim locutus eſt Moſi,Ego ſum qui ſum. Vnde ad Hebræos legitur,Ieſus heri & hodie,ipſe & in ſecula. Ipſe nanque eſt ſapiẽtia quæ in Eccleſiaſtico profitetur,Ego ex ore altiſsimi prodiui,primogenita ante omnem creaturam.[*Tulerunt ergo lapides vt iacerẽt in eum*]obruendo eum lapidibus tanquam blaſphemum. Lex quippe præcepit blaſphemos lapidari. [*Ieſus autem abſcondit ſe*,]non retro maceriam ſeu columnã,ſed abſcondit ſe,id eſt diuina poteſtate præbuit ſe inuiſibilem Iudæis: nõ diſcipulis ſuis,quia ſecuti ſunt eum. Poteſt autem abſconſio iſta dupliciter intelligi. Primò,quod percuſsit eos cæcitate quę dicitur auriſia,qua aliquid non videtur,cum tamẽ alia videantur: vel ſi videtur,non tamen cognoſcitur: qua percuſsi fuerunt Sodomitæ,& Syri ad inſtãtiam Heliſæi,vt legitur in Geneſi,& in libris Regũ. Secundò,quòd Ieſus diuina virtute fecit, ne color corporis ſui immutaret viſum Iudæorum: imò hoc potuit virtute animæ ſuę quę habuit perfectũ dominiũ ſupra propriũ corpus. Nam & animę beatorũ corporibus glorificatis vnitæ facere poſſunt propria corpora viſibilia vni,& inuiſibilia alteri. corpora enim huiuſmodi ſunt in pleniſsima obedientia animarũ deo fruentiũ.[*Et exiuit de templo*]Hieruſalẽ. Exiuit autẽ pergendo per medium illorum,quemadmodum tranſiit per medium ciuium ſuorum cum præcipitare volentium,vt Lucas recitat. Noluit Exod.3. Hebræ.13. 1.Cor.1. Eccle.24. Gene.19. 2.Reg.6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lucæ. 4. Ioan. 2. Ioan. 7. enim adhuc occidi, quoniam nondum venit hora quam propriæ passioni præuidit, præfixit, elegit. per E quod dedit exemplum fidelibus, quòd sæpe possunt se persecutoribus suis occultare, quãdo videlicet fides aliorum non periclitatur, nec grande scandalum oritur pusillorum, nec iustitia ipsa extinguitur.

¶Explanatio cap. IX. [*Et præteriens Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate.*]

Articulus XXIIII.

Ioan. 8. QVia in superiori capitulo multa incomprehensibilia ac diuina Christus de seipso asseruit, quæ Iudæi non intelligentes voluerunt eum quasi blasphemum lapidare, idcirco non in conuenienter recitatur miraculũ omnino diuinum, quod naturali virtute effici nequit, quatenus per hoc confirmetur supernaturalis doctrina iam præinducta. Præmissæ enim correspondere & proportionari debent conclusioni, propterea supernaturalis veritas fidei per supernaturalia argumenta, hoc est, per opera miraculosa ostenditur. [*Et præteriens Iesus*] hoc est, locum circa templum pertransiens, [*Vidit*] diligenti intuitu oculi corporalis, pio quoque respectu diuinę miserationis, [*Hominem cæcum a natiuitate*] nomine Cedonium, qui postea cum Maria Magdalena, Martha, Maximino, & Lazaro, à Iudæa expulsus est, sicut habetur in legenda Mariæ Magdalenæ. Cæcus autem à natiuitate non potest de coloribus iudicare: quia orbatus à natiuitate aliquo sensu, caret notitia sensibilium illius sensu. ex quo concludit Aristoteles quòd nostra notitia intellectiua non est concreata, sed à sensu originata, atque ex præuia cognitione sensitiua causata. F

¶Mystice, quando Iudæi increduli Christum repulerunt, eius discipulos atque apostolos à suis finibus expellendo, conuersus est Iesus, & oculo pietatis aspexit populum gentilem penitus cæcũ, & in tenebris natum ac enutritũ, eúmque per apostolorũ prædicationem & gratiæ infusionem edocuit: propter quod Paulus & Barnabas dicunt Iudęis, Vobis oportebat primum loqui verbũ dei, sed quoniam repulistis illud, ecce conuertimur ad Gentes, sic enim præcepit nobis dominus. In Esaia quoque dominus ad Christum ait, Dedi te in lucẽ gentiũ, vt aperires oculos cæcorum. [*Et interrogauerunt eum discipuli sui.*] Ex quo viderunt Iesum diligenter intueri hunc cæcum, quasi aliquid circa eum esset acturus, scisciitati sunt magistrum discipuli, [*Rabbi, quis peccauit, hic (cæcus) an parentes eius? vt,*] hoc est, propter quod peccatum [*Cæcus nasceretur.*] Discipuli isti præsupponebant quod pœna non infligitur rationali creaturæ nisi propter culpam, cum pœna sit præmium culpæ. & hoc aliquo modo verum est, quia nisi originale peccatum præcessisset, sequentes pœnæ hominibus inflictę non essent: non tamen omnis pœna propter originale peccatum inducitur, quasi in vindictam illius, nec propter actuale peccatum patientis, sed & propter alias causas, vt iam dicetur. ¶Videtur autem discipuli interrogasse, ac si putassent hominem antequam nasceretur peccasse, quemadmodum Platonici & Origenes dixerunt animas hominum simul creatas à principio mundi in cælo, illícque peccasse, & ob id corporibus quasi carceribus al G ligatas in vltionem peccatorum vitæ alterius seculi. Sed hoc discipuli non putabant, neque à Christo hoc didicerunt, sed cum essent rudes & simplices, simpliciter quęsierunt. ¶Potest tamen eorum inquisitio colorari dupliciter. Primò, vt intelligantur quæsisse de peccato originali ipsius cæci. Secundò, vt intelligantur interrogasse de peccato eius futuro, videlicet, an deus vniuersa prænoscens, fecerit eum cę cum propter iniquitates eius futuras. Est nanque quorundam opinio, quod deus interdum dat præmium ante meritum futurum. ¶Considerandum vero, quod punitio consistit in subtractione alicuius boni, & inflictione mali. Bonum autem est duplex, & malum similiter. Est enim bonũ spirituale ad animam pertinens, scilicet, gratia, virtus & dona spiritus sancti. Aliud est bonum corporale, vt sanitas, diuitiæ. Vnus ergo non punitur propter peccatum alterius in priuatione spiritualium bonorum, & inflictione oppositorum malorum, sed in priuatione corporalium bonorum: cuius ratio est, quoniam vnus punitur propter peccatum alterius, inquantum est aliquid eius, ita quod pœna eius redundat in illum propter quem punitur. Sicut punitur populus propter regem, & filius propter parentes. Quem-
2. Reg. 24. admodum in libris Regum & in Paralipomenon legitur populus Iudæorum percussus, propter nu-
1. Paral. 21. merationem factam seu fieri iussam à Dauid. Vnus autem non est aliquid alterius, quantum ad animã,
Ezech. 18. quoniam anima simplex est, & immediate à deo creatur atque infunditur. Vnde per Ezechielem dominus loquitur, Omnes animæ meæ sunt, sicut anima filij, sic anima patris. Sed quantum ad corpus filius H est aliquid parentum, tanquam de eorum semine natus, & populus est aliquid principis. Ideo propter peccatum vnius, alter quandoque punitur, vel in corpore per infirmitatem, vel in membris per monstruositatem. Quandoque enim nascuntur filij monstruosi propter peccata parentum, qui in filiis talibus affliguntur ac puniuntur, vel in exterioribus bonis, vel in subditis. ¶Per hanc distinctionem concordantur scripturæ, quæ prima facie videntur contrariæ: illæ enim quæ asserunt filios puniri propter parentes, intelligendæ sunt de punitione in corporalibus bonis, quæ subtrahuntur, & corporalibus malis quæ infliguntur: vt cum Moyses ait in Exodo, Dominator domine, qui reddis iniquitatem patrum
Exod. 20. filiis, ac nepotib⁹ in tertiam & quartam generationem Et apud Hieremiam, Domine deus qui facis mi-
Exod. 34. sericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorũ post eos. ¶ Porrò authoritates
Hiere. 32. quæ dicunt oppositum, intelliguntur de punitione in spiritualibus bonis. Talis enim punitio non ordinaretur ad bonum puniti, vt per Ezechielem inducitur, Filius non portabit iniquitatem patris, & pa-
Ezech. 18. ter non portabit iniquitatem filij. Hinc apud eundem dominus increpat filios Israël, dicens, Patres co-
Ibidem. mederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. [*Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius,*] peccato de quo vos inquiritis. i. tale crimen non commiserunt, propter quod iste natus est
3. Reg. 18. cæcus. Non ergo vult Christus dicere, ꝙ nullatenus peccauerunt, quoniam Salomone testante, Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A est homo super terram qui faciat bonum,& non peccet.Et Iacobus,In multis(inquit) offendimus o- Iacobi.3.
mnes. sed intentioni discipulorum respondit,qui de certo peccato interrogauerunt. [*Sed vt manifestentur opera dei in illo,*] id est,ideo natus est cæcus,vt miraculosa opera à me in eo fiãt,ad manifestatio
nem diuinæ potentiæ,atque ad gloriam creatoris.Ponit autem Saluator plurale pro singulari,quia per
opera dei designat supernaturalem illuminationem cæci istius.Vel potest pluraliter accipi,intelligen-
do per opera dei omnia quæ ad illuminationem huius cæci concurrebant,videlicet linitionem oculo-
rum eius ex sputo,& c. ¶Denique secundum doctores,sex modis flagellat dominus hominem. Pri-
mò,propter meritorum augmentum,& ad virtutis probationem seu manifestationem, quemadmodũ
Iob & Tobiam,secundum quod Iob ait,Probauit me dominus quasi aurum,quod per ignem transit. Iob.2.
Et Tobias dicit,Quia acceptus eras deo,necesse fuit vt tentatio probaret te. Secundò,propter virtutũ Tobiæ.2.
spiritualiũmque bonorum custodiam,ne propter superbiam amittantur,vt Paulus qui profitetur,Ne Iob.32.
magnitudo reuelationum extollat me,datus est mihi angelus satanæ. Tertiò,vt virtus diuina manife- Tobiæ.12.
stetur ad gloriam creatoris,vt hunc cæcum & Lazarum,qui ideo obiit,vt à Christo ad gloriam dei su 2.Cori.12.
scitaretur,sicut infra Saluator testatur,Infirmitas hæc non est ad mortem,sed pro gloria dei,vt clarifi- Ioann.11.
cetur filius hominis per eam. Quartò,propter peccata:vt per pœnam inflictam purgentur,expientur, Ioann.5.
seu dimittantur,vt paralyticum,de quo dictum est quinto cap.& Mariam sororem Mosi,filios quoq; Num.12.
B Israël in deserto,vt aliqui dicunt. Quintò,propter nimia scelera, vt futura atque æterna pœna in præ- 1.Mach.9.
senti quodammodo inchoetur,vt Antiochum,& Herodem,Sodomitas,Dathan,& Abiron, & Cho- Matth.2.
re.Sextò,propter diuini consilij dispositionem,ad satisfaciendum pro aliis,sicut Christum,iuxta illud Gene.19.
Esaiæ,Propter scelus populi mei percussi eum. [*Me oportet*] non aliqua coactione,sed magna vtilitate Num.16.
atque immobili complacentia,& propter inuariabilem dispositionem ordinationis diuinæ,à qua de- Esaiæ.53.
uiare nõ possum,[*Operari opera eius qui me misit,*]hoc est,opera dei patris,quæ per me fieri decreuit,quę
ordinantur vel pertinent ad humani generis liberationem,videlicet signa per quæ homines sciunt me
esse filium dei, & cõuertuntur ad me, cætera quoque opera sancta & virtuosa,quæ pro nostra salute
Christus fecit docendo,orando,discurrendo.Opera autem miraculosa sunt opera patris vel trinitatis,
tanquã principalis actoris,de quo cantatur,Benedictus dominus deus Israël, qui facit mirabilia solus.
& sunt opera christi hominis,tanquam instrumentaliter exequẽtis.Vnde infra ait,Pater in me manẽs,
ipse facit opera.[*Donec dies est,*]hoc est,quandiu in mundo visibiliter maneo, cum hominibus cõuer- Psalm.71.
sando.Quemadmodũ enim sol materialis sua præsentia causat diem,& sua absentia noctem:sic Chri- Ioann.14.
stus præsentialiter existẽdo in mundo in humanitate assumpta,tanquã sol intelligentię sólque iustitię
fecit diem specialis gratiæ spiritualẽ,de quo die loquitur Esaias,In die illa erit germen domini in glo- Esaiæ.4.
ria & magnificentia.Et Zacharias,In die illa applicabuntur gentes multæ ad dominum.dies iste præser Zacha.2.
tim consistit in cordibus diuino lumine illustratis:durauítque à Christi natiuitate vsque ad eius ascẽ-
C sionem.¶ Verũ,quoniam Christus etiam post ascensionem operabatur opus nostræ salutis mittendo Act.2.
paracletum,& per apostolos faciẽdo miracula,imò per eos cæterósque discipulos atque vicarios suos,
multos illuminando,& conuertẽdo,quod & nũc agit, & vsq; ad seculi finem facturus est:ideo potest
hoc modo exponi,Me oportet operari opera eius qui me misit,hoc est miseris subuenire,peccatores
conuertere,infirma sanare,debilia confortare,electos custodire,donec dies est,hoc est,durante tempo
re gratiæ seu vita præsente sub euangelica lege:de quo tẽpore per Esaiam dominus asserit, Tempore
accepto audiui te, & in die salutis adiuui te.Et Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc Esaiæ.49.
dies salutis.[*Venit*].i.incessabiliter appropinquat,[*Nox*].i.finis vitæ præsentis,vel hora iudicii,[*Quando* 2.Cori.6.
nemo potest operari].i.meritorie agere,quoniam via finita est status. Cum ergo hæc vita sit via,& cursus
ad aliam vitam,nemo potest post hãc vitam mereri vel pœnitere.In hora quoque iudicii erit tempus Eccle.9.
præmiorum,non meritorũ.¶Non ergo indulta pœnitentiæ tempora negligamus, non diem aliquem
infructuose perdamus:sed iuxta Salomonis doctrinam,quodcunque potest manus nostra instanter o-
peremur,quoniam cito erit terminus vitæ istius.[*Quandiu in mundo sum*].i.inter homines corporaliter
viuo & ambulo,[*Lux sum mundi*]id est,hominum corda illustro,verbo prædicationis,exemplo cõuer-
sationis,signis diuinæ virtutis.¶Sed nõnne Saluator semper in mundo est,vel post ascensionem desijt
esse lux hominum?Non vtique,quoniam ipse ait apud Matthæum,Ecce ego vobiscum sum omnibus Matth.29.
D diebus,vsque ad consummationem seculi.Est autem Christus in hoc mundo inferiori, & cum fideli-
bus per maiestatem deitatis,per sacramentum proprii corporis&sanguinis,atque per spiritualem inha
bitationem,qua mentes deuotas per charitatẽ,& cætera gratię dona inhabitat.Denique post ascensio-
nem magis illuminauit mundum quam ante,tam apostolos,quam alios per apostolos.Dixit enim apo- Ioann.16.
stolis ante passionem,Expedit vobis vt ego vadam.Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.
Si autem abiero,mittam eum ad vos.Ante ascensionẽ quoque non illuminauit nisi Iudæos, & aliquas
gentes illis vicinas,post ascensionẽ vero vniuersum mundũ.Nihilominus quandiu fuit in mundo præ-
tacto,fuit lux mundi specialiter,vtpote per seipsum immediate homines illustrando.[*Hæc cum dixisset*
(Iesus) expuit in terram,& fecit lutum ex sputo(& terra seu puluere) & liniuit lutum super oculos eius].i.super
organum clausum huius cæci,[*Et dixit ei,Vade lauа(oculos)in natatoria*].i.piscina vel aqua,[*Syloe,quod(no
men Hebraicum)interpretatur missus.*]Syloe fons fuit oriens in pede montis Sion, descendensque in vallẽ
Iosaphat,cuius aqua in quodam stagno recepta atque collecta,non longe à monte Sion vocata est na-
tatoria Syloe,id est,piscina ex fonte illo collecta.¶Quærendũ est diligenter,cur Christus sapientia pa
tris,nihil sine legitima causa efficiens,qui potuit solo nutu,solo verbo, solo imperio cæco huic visum 1.Cor.1.
præstare,ita non fecit:sed iuxta ordinem explicatũ,expuendo fecit lutum, quo vnxit oculos cæci,quẽ
misit ad aquas Syloe ad lauandũ?Et respondendũ, quod non sine grandi mysterio, non sine mystica

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ratione id contigit, nempe per exteriora iſta quæ fecit, inſinuauit quo modo & ordine exterior oculus illuſtratur. Expuitio ergo in terram figurauit effuſionem diuinæ ſapientiæ ſuper corda humana. Quoniam per ſaliuam, qua guſtus cibos diiudicat, & lingua verba pronunciat, ſapientia deſignatur, quæ præſtat in rebus diuinis ſaporem, & linguam erudit ad loquendum quæ dei ſunt cum diſcretione rectiſsima, prout docet Apoſtolus, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. Lutum vero eſt cor humanum, quoniam ſenſus & cogitatio hominis proni ſunt in malum, & ad terrena iugiter inclinantur, niſi cor ipſum diuina gratia perfundatur ac eleuetur. Propter quod mentes peccatorum dicũtur carnales, non per eſſentiam, ſed inclinationem & hæſitationem. Præterea per linitionem luti iſtius ſuper oculos cæci, deſignatur vnctio ſpiritualis, qua verbum incarnatum, vel homo quicunque diuina ſapientia illuſtratus, docet intellectum fratris ſeu proximi ſui, applicando radium ſapientiæ dei ad certam perſonam: quo facto, iubetur homo ire, id eſt, à vitiis ad virtutes migrare, atque de virtute in virtutem procedere, ne infuſam ſapientiam perdat: & lauare oculos ſuos in natatoria Syloe .i. cor ſuum ab omni vitiorum caligine, atque ignorantiæ cæcitate in fonte ſapientiæ, ſcilicet Chriſto purgare, quatenus ſciat ſe ſine virtute & gratia Chriſti, & ſine dominicæ paſſionis merito nil poſſe: ſecundum quod infra teſtatur, Sine me nihil poteſtis facere. Chriſtus enim cum ſit ſapientia incarnata miſſa in mundũ, recte per natatoriam Syloe (quæ interpretatur miſſus) exprimitur. ¶ Poteſt quoque per natatoriã hãc fons lachrymarum ex vera compunctione vel patriæ deſiderio emanantium deſignari, in quibus anima ab omni macula purificatur: vel certe baptiſmus, quantum ad catechumenos bene inſtructos atq; contritos. ¶ Ad inſinuandum ergo quod iſta ad interioris oculi perfectam illuſtrationem requirũtur, fecit Chriſtus quæ dicta ſunt. Alii dicunt (vt Chryſoſtomus) quod fecit lutum, ad oſtendẽdum, quod ipſe ſit, qui in exordio mundi operatus eſt hominem de limo terræ. Saliuam quoq; emiſit, ad declarãdum quod virtus curatiua eſſet à diuinitate, quę eſt caput Chriſti hominis, tanquam à principali principio, & ab eius humanitate, quaſi ab inſtrumento. Saliua quippe fluit à capite, & caput Chriſti deus, ſecundum Apoſtolum. Chriſtus quoque ſecundum naturam aſſumptam caput eſt omnium electorũ, ſicque per expuitionem ſaliuæ deſcendentis à capite ſignatur, quod poteſtas ſanatiua eſſet à diuinitate & Chriſti humanitate, ſicut oſtenſum eſt. Oculos quoque cæci liniuit, oſtendens ſe humanorũ corporum formatorem & reformatorem, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ. Iuſsit autem cæcum ſic luto linitum ire ad natatoriã Syloe, vt obediendo aliquid mereretur, eiuſque fides & obedientia notificaretur, & ipſum miraculũ amplius diuulgaretur. [*Abiit ergo,*] cæcus natus, [*Et lauit*] oculos ſuos in natatoria Syloe, lutum abſtergendo ab oculis. in quo cõmẽdatur fides, ac obedientia eius, [*Et venit videns.*] nam obediendo Chriſto in ipſa piſcina viſum recepit: quo ſignificatur, quod qui deo obedit, copioſius illuſtrari meretur. [*Itaque vicini (cæci iſtius) & qui viderant eum prius*] antequã viſum recepit, [*Quia mendicus erat*]. i. ideo eum ſiequẽter inſpexerant, qm more debilium ſedit in publico, eleemoſynã à prætergredientibus poſtulando. [*Dicebant, Nonne hic eſt qui ſedebat*] in loco pauperum, [*Et mendicabat?*] quaſi dicant, Vtique. ex longa enim experimentalíque notitia certi erant de hoc. [*Alij dicebant, quia hic eſt.*] iſti conſenſerunt iudicio vicinorũ. [*Alij autem (dicebant) nequaquam (id eſt, non eſt ſic) ſed ſimilis eſt eius.*] hoc dixerunt duplici ratione. Primò, quoniam poſſibilius reputabant, duos eſſe in omni diſpoſitione corporali ſimillimos, ita vt diſcerni nõ poſſent, quã cæcum à natiuitate viſum recepiſſe. Secundò, quia & cæcus iſte in vultu aliqualiter fuit mutatus propter oculorũ apertionem, oculíſque vicinã alterationem & relaxationẽ. [*Ille vero,*] quia ſeipſum optime nouit, quantũ ad identitatẽ perſonæ [*Dicebat, quia ego ſum. (voluit enim ſuum curatorẽ magnificare atque honorare) dicebant ergo ei, Quomodo ergo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit, Ille homo qui dicitur Ieſus.*] Nõdum agnouit hic cæcus Chriſti diuinitatem, ſed humanitatẽ, eiúſque nomen ex aliorum relatu didicerat. [*Lutum fecit,*] nõ dicit, quomodo, vtpote ex ſputo & terra, quia ſorte nõ ſciuit hoc, quia nec vidit illud. [*Et vnxit oculos meos (videlicet pellẽ extrinſecus) & dixit mihi, vade ad natatoriam Syloe, & laua oculos. & abij, & laui, & video*] poſtquã illi obediẽdo, oculos aquis rigaui. [*Dixerunt ei, Vbi eſt ille?*] Hoc ſorte quærebãt, vt traderent Ieſum phariſæis & ſcribis, eo quod ſabbato hæc egiſſet. [*Ait, neſcio.*] Ieſus nanque receſsit à loco illo, antequam cæcus illuſtratus reuerſus fuit, nec audiuit quo abiſſet, nec ſciuit quod Ieſus per diuinitatis immẽſitatem eſſet vbique. [*Adducunt eum ad phariſæos qui cæcus fuerat,*] vt ipſi tanquam maiores ac religioſiores iudicarẽt de opere iſto, remque diligentius examinarent. Vel vt Ieſum de violatione ſabbati corã phariſæis accuſarent. Vel vt placerent phariſæis à quibus nouerant Ieſum odiri. [*Erat autem ſabbatum (videlicet ſeptima dies feſtiua) quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.*] Hoc inſerit Euangeliſta, vt pandat cauſam adductionis cæci ad phariſæos, & diſſenſionis phariſæorũ adinuicẽ. [*Iterum ergo interrogabant eum phariſæi, quomodo vidiſſet,*] vt poſſent aliquam calumniãdi occaſionẽ ex verbis cæci illuminati elicere. [*Ille autem dixit eis, lutum poſuit mihi ſuper oculos, & laui oculos,*] in præfata piſcina, [*Et video. Dicebant ergo ex phariſæis quidam*] indurati & excæcati, feſtucam in aliis, non trabem in ſeipſis penſantes, atque ex beneficiis dei peiores effecti, [*Non eſt hic homo à deo*] per vitæ bonitatem, hoc eſt ſecundũ dei beneplacitũ nõ operatur, neque à deo miſſus eſt, nec eius adiutorio, ſed dæmonis agit ſubſidio, [*Qui ſabbatum non cuſtodit.*] ¶ Mentiti ſunt, dicendo quod Chriſtus ſabbatũ violauit, faciendo quę dicta ſunt. Quoniã opera exteriora ad diuinæ maieſtatis honorem & declarationẽ directe pertinentia, licita erant in ſabbato, vtpote occidere & excoriare pecora immolanda, templũ ornare, atque ſimilia. Factura autem luti, & vnctio oculorũ prædicta, ordinabantur directe ad gloriam dei, eiúſque omnipotentię ſublimitatẽ declarandã, itémque ad glorificationẽ filij ſui, vt Chriſtus eſſe ſciretur. ¶ Præterea, Chriſtus cum eſſet dominus ſabbati, & legiſlator, non tenebatur ad literalẽ ſabbati obſeruationẽ. De hoc dicta ſunt plura quinto capitulo. [*Alij dicebant*] qui magis veritati propinquabãt, minúſque Chri-

Col. 4.
Gene. 8.
Pſalm. 83.
1. Cori. 1.
Ioann. 15.
Chryſoſt.
Gene. 1.
Epheſ. 5.
Philip. 3.
Lucæ. 6.
Matth. 12.
Marci. 2.
Pſalm. 83.
Ioann. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Astо inuidebãt,[*Quomodo potest homo peccator*]legis transgressor,& sabbati violator[*Hæc signa facere?*]quę facit iste,sanando paralyticum,natúmque cæcũ. Isti videntur melius intellexisse præceptũ de sabbati custoditione,quã illi,quia non reputabant Iesum peccatorem.[*Et schisma erat inter eos,*]videlicet inter phariſæos,hoc est,diuisi atque discordes erant,diuersa loquendo ac sentiẽdo de Iesu. Huic qđ dictũ est,Quomodo potest homo peccator hęc signa facere,cõsonat quod christo locutus est Nicodemus, Scimus quia à deo venisti magister.Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis,nisi fuerit deus cũ illo. Ioan.3.
¶Quæritur ergo,an vera sint hæc?& apparet quod non, quoniam operatio miraculorum pertinet ad gratias gratis datas,quæ bonis malísque cõmunes sunt.Christus quoque affirmat apud Matthæum septimo capitulo,Multi(inquiens)dicent mihi in illa die,Domine domine,nõne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo signa multa fecimus?& tunc(inquit)confitebor illis,quia nõ noui vos. Discedite à me operarii iniquitatis.Oppositum vero arguitur, quia si miracula fieri possunt à malis, perit firmitas fidei Christianæ,quæ miraculis præsertim innititur:quod enim à malo homine fieri valet,nõ videtur sufficiens fidei argumentum.Rursus miracula fiunt diuina virtute.Deus enim preces malorũ non audit,faciendo prodigia ad eorum instantiam.¶Respondendũ,quod miracula proprie dicta sunt effectus totam virtutem creatam excedentes.Vnde à solo deo fiunt.Idcirco,id ad cuius confirmationẽ fit tale miraculum semper est verum,cum deus non sit confirmator erroris,nec testis falsitatis.Miracu Matth.12.
B la vero diuinitus facta quandoque fiunt ad testificandũ de veritate doctrinæ,& tunc illa doctrina immobiliter vera est,à quocunque doceatur, vel quantumque peruersus sit doctor: non tamen consequens est, quod docens sit iustus, vel deo placens,sicque per malos prędicatores frequẽter sunt facta quædam miracula ad fidei confirmationẽ,exaudiuitque deus precem illorum,nõ propter illorũ merita,sed propter ecclesiæ vtilitatem,& ad insinuandũ efficaciã fidei Christianæ: cuius tanta est virtus,vt per eam fiant miracula iam à malis.Interdum vero miracula fiunt,ad testificandum de bonitate docẽtis,& tunc doctor huiusmodi veraciter bonus & iustus est.Miracula autẽ Christi facta sunt à deo, propter vtrũque,videlicet ad ostendendũ quod vera sit eius doctrina,& quod ipse sit verus Christus sanctus sanctorum,& iustus in omnibus.Imò si quis dixerit, quod miracula Christi facta sint ad fuæ doctrinæ confirmationẽ,sequitur quod etiam facta sint ad suę sanctitatis testimoniũ.Docuit enim se esse Christum,sanctũ & iustũ,omni peccato carentem,quã doctrinam deus nequaquã miraculis cõfirmasset,nisi ita fuisset.Sed hoc in aliis nõ sequitur,qui non propriã,sed Christi legem prædicant & doctrinam.Siue ergo à bonis,siue à malis fiant proprie sumpta miracula, demõstratur fidei veritas, tanquã a deo data,atque firmata.Verum,quoniam ad credendum multum cõfert iustitia asserentis, idcirco decentius est miracula fieri à iustis quã impiis, quod & ita fit.[*Dicunt ergo cæco(sed nunc videnti)iterũ pharisæi,Tu quid dicis de eo,qui aperuit oculos tuos?*].i.Quale testimoniũ perhibes illuminatori tuo. Aliqui dicunt hanc quæstionẽ factam ab illis qui dixerũt, non est hic homo à deo,qui sabbatũ non custodit, ad Psal. 144. Deut.32.
C hoc vt vel terrẽdo,vel circumueniẽdo inducerent cæcũ ad proferendũ aliquid mali de Iesu.Vel vt cęcum ex sua responsione arguerent,atque de synagoga eicerent.Hoc asserit Augustinus & Beda.Theophilus autẽ & alii dicũt,quod facta sit à fautoribus Christi,dicẽtibus, Quomodo potest peccator hęc signa facere?Quoniã verisimile erat,quod cæcus bona de suo curatore cõtestaretur.Potius tamẽ videtur facta ab ambabus in se discordantibus partibus,qui cum inter se discordarent, recurrebant ad testimoniũ eius qui expertus fuit Christi potentiam,si forte ex eius responsione possent aliquã inenire cõcordiam.[*Ille autem dixit,quia propheta est.*]putauit enim quod Iesus fuisset solum propheta,nõ finis & dominus prophetarũ:simpliciter tamen credidit eum esse Christum,quoniam firmiter tenuit, qp esset homo iustus & verax,& per consequens talis,qualẽ ipse esse perhibuit.¶Sed contra hoc videtur,quia quos Christus sanauit in corpore,curauit in anima:ergo & cæcum istũ à tali errore curauit. Dicendũ, quod cæcus pro tunc nõ tenebatur ad explicitam fidem de hoc,quod Iesus esset Christus.Vnde prędictus error excusabatur à culpa,maxime quia non fuit per absolutã affirmationẽ.Quidam dicit quod cæcus iste dicẽdo de Iesu,propheta est,nomine prophetæ intellexit Christum,ita quod cæcus asseruit Iesum esse Christũ.Sed huic obuiat,quod post pauca cæcus hic ait de Iesu, Si peccator est, nescio.Si autẽ tenuisset eum pro Christo,sciuisset,quod nõ esset peccator.Istud tamẽ satis faciliter sólui potest. Nõ tamen dicendũ est,quod nomine prophetæ intellexerit Christũ,quia nõ fuit consuetudo Iudæis
D in communi modo loquendi,per prophetã intelligere Christum.[*Non crediderunt ergo Iudæi,*]quidam de quibus dictum est,quod dixerunt istum similẽ esse cæco nato.Vel phariſæi opera Christi calumniantes,[*Quia cæcus fuisset(à natiuitate)& vidisset*]beneficio Christi,[*Donec vocauerunt parentes eius,& interrogauerunt eos,dicentes,Hic est filius vester,quem vos dicitis(id est,de quo affirmatis) quia cæcus natus est,quomodo ergo nunc videt?*]¶Tria inquirũt.Primo,an iste sit filius eorum.Secũdo,an cęcus à natiuitate.Tertio, qualiter visum recepit,si natus est cæcus.Et quia ad duo prima poterant parentes sine periculo respõdere,nõ autem ad tertium:idcirco respõdent ad duo hæc,quẽadmodũ subditur,[*Responderunt eis parentes eius,& dixerunt,Scimus quia hic est filius noster(de prole cuius sit,certior est mater quã pater)& quia cæcus natus est:quomodo autem nunc videat,nescimus (id est,modum & ordinem facti ignoramus) aut quis eius aperuit oculos,*]hoc est,authorem tanti prodigii.[*Nos nescimus,ipsum interrogate,ætatem habet*]id est,annos discretionis[*Ipse de se loquatur(quoniam nemo certior eo.)Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos,*] hoc est, principales Iudæos,videlicet phariſæos,scribas & sacerdotes,inordinato & carnali timore, ex quo & mentiti sunt,& opera Christi pia atque præclara maluerunt tacere,quam à Iudæis persecutionem sufferre.Vnde non excusantur à culpa.Causa timoris subiungitur [*Iam enim conspirauerant Iudæi(principales de quibus iam dixi) vt si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret,*] id est, quicunque diceret Iesum esse Christum,excluderetur à populo Iudæorum,tanquam excommunicatus & perfidus,quod Ioann.12.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erat tunc grande opprobrium. [*Propterea,*] scilicet ne de synagoga expellerentur [*Parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate.*] Et in hoc multum errabant, magisq; dilexerunt gloriã hominũ quã E
diuinam. Nónne salubrius eis fuisset à Christo recipi, qui propter se expulsos clementer recepit, quam in synagoga manere, in qua erant æmuli filii dei? [*Vocauerunt ergo (pharisæi) rursus hominem qui fuerat cæcus.*] Inuidia enim non quiescit, sed indefesso animo molitur malũ ei quem odit, & qui veritatem nitũ
tur obruere, variis, exquisitis, falsisimisque cautelis vtuntur. [*Et dixerunt ei, da gloriam deo,*] hoc est, deũ honora nobis religiosis consentiendo, & tuam curationẽ non huic Iesu, quasi diuina potestate agenti
Sapien.2. ascribendo, sed ꝙ aliquo modo visum recepisti. [*Nos scimus, quia hic homo peccator est*] .i. assiduus in pec
cato, seductor plebis, & simulator, magicis artibus vtens, nec diuina virtute te illuminauit. Ecce quomodo malitia excæcauit eos, & quam studiose satagebant decipere cæcũ istum: quasi dicãt, ex quo nos do
cti & religiosi hoc scimus, tu simplex & idiota non debes cõtradicere nobis. [*Dixit ergo*] ille cæcus, nõdũ in anima perfecte de Christo illustratus, [*Si peccator est nescio*] .i. dubius sum vel incertus, an aliquo
fuerit interdũ peccato saltem veniali obstrictus, quemadmodũ cæteri prophetarũ. Nemo enim mun-
Iob.15. dus à sorde, & iustus septies cadit in die. Alii exponunt sic, Si peccator est, nescio. i. ego non scio verũ
Prouer.2. esse, quod vos dicitis vobis esse notoriũ, vtpote quod sit peccator, quin potius oppositũ sentio. Cæcus iste non dubitauit de sanctitate Iesu, quẽ dixit esse prophetã: sed an fuit prorsus ab omni culpa immunis, non sciuit, quoniã nondũ sciuit eum esse Christũ filiũ dei. [*Vnum scio, quia cæcus cum essem (paulo ante) nunc video. (securus & imperterritus fuit hic cæcus) Dixerũt ergo illi, Quid fecit tibi, quomodo aperuit tibi oculos?*] Hoc rursus quærebant insidiose, vt possent aliquid reprehensionis elicere, tantúmq; miraculum obfuscare: timebant enim si miraculum istud diuulgaretur, ꝙ propter nouitatem & magnitudinẽ eius, multi acciperent Iesum pro Christo. [*Respondit eis, Dixi vobis iam*] quid fecerit mihi, & quomodo dederit mihi visum, [*Quid iterum vultis audire?*] quasi dicat, nõ bono animo quæritis, quatenus cognita veritate credatis in illum: sed vt aliquam obiectionẽ fingatis. Ideo subditur, [*Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?*] cuius ego iam discipulus fieri cupio: tanquã dicat, Scio quod nõ Magna fuit cõstantia huius cæci, qui tam pertinenter atque audacter respondit pro suo benefactore. Nec dubium, quin Christus hanc ei concesserit constantiam. [*Maledixerunt ergo*] .i. malum imprecati sunt. [*Ei (videlicet cæco huic pharisæi) & dixerunt, Tu discipulus illius sis.*] Hoc nariat Euangelista secundũ intentionem illorum, qui reputabant discipulatum sub magisterio Iesu esse miseriã, seductionem, & perditionẽ: cum secundum veritatem fuerit benedictio, salus, & gratia magna. [*Nos autem Moysi discipuli sumus.*] Nec hoc vere locuti
Exod.20. sunt, quoniã mandatum dei, de honoratione parentũ per Moysen datum, per suam traditionẽ irritum
Deut.5. fecerũt, vt probat Christus apud Matthæũ. Scriptũ quoq; Moysi nõ vere exposuerũt: propter quod su-
Matth.15. pra dixit eis Saluat. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. [*Nos scimus*] autho-
Matth.7. ritate scripturæ, [*Quia Moysi loquutus est deus*] per angelũ in persona dei loquẽtẽ. Vnde in Exodo scriptũ
Ephes.6. est, Loquebatur dominus cum Mose facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. [*Hunc* G
1.Petr.2. *autem (Iesum) nescimus vnde sit.*] Paulo ante locuti sunt pharisæi isti incredulj, Non est hic homo à deo.
Matth.13. Et, Nos scimus, quia hic homo peccator est. Opinabantur ergo se scire quod non esset à deo: patriam
Ioann.5. quoque eius & genus nouerunt, vnde supe ius locuti sunt Nicodemo, Scrutare scripturas & vide, quia
Exod.3. à Galilæa propheta non surgit. Quomodo ergo nunc dicunt, Hunc nescimus vnde sit, præsertim cum
Ioan.3. putarent eum à diabolo esse, & magicis artibus inhærere? Dicendũ quod ex magno contemptu sic loquebantur, ad insinuandum vilitatem Iesu, tanquam dicerent, velut inuentitium hunc reputamus, cum ignoremus eum à deo missum. vel dicendũ, ꝙ loquebantur; sicut homines passionati, & ideo mirũ nõ est, si verba eorum sint falsa, atque adinuicẽ repugnantia [*Respondit ille homo (mente & corpore illustratus) & dixit eis*] increpando eorũ duritiam, perfidiámque reprobãdo, [*In hoc enim mirabile est*] .i. in eo quod dicam patet mirabile esse, [*Quia (.i. quod) vos nescitis vnde sit*] .i. quod Iesus iste à deo sit. Deinceps ponit, in quo patet ꝙ miraculosa sit ignorantia pharisæorũ, [*Et aperuit oculos meos*] .i. per quod aperuit oculos meos à natiuitate clausos & cæcos, merito agnoscetis eum esse à deo, cum hoc sit supernaturalis effectus, soli deo possibilis, qui & fecit istum effectũ in testimoniũ veritatis sanctitatísque Iesu: & mirũ quod non attenditis hoc, cum consuetum semper fuerit populo Iudæorum signa quærere, illísq; credere. Propter quod dicit Apostolus, Iudæi signa quærunt. [*Scimus autem quia peccatores deus non audit.*]
1.Cor.1. Omnia verba cæci hic introducta vno modo exponunt determinate, ad probandũ suum propositum, H
& sic vera sunt. Alio modo exponuntur cõmuniter, sicq; secundũ Augustinum sunt verba cæci nondũ perfecte interius illustrati. Vnde nec vera sunt absolute. Primo sic, Scimus autẽ ex scripturis, quia peccatores in vitiis permanentes deus non audit, propter preces eorum faciendo miracula, ad testimoniũ bonitatis ipsorum: tamen, vt dictum est, interdum per malos fiunt vera miracula. Nam & ad instantiã Alexandri Magni, legitur deus maxima fecisse miracula. ¶ Denique, licet quis sit in statu salutis, raro tamen vel nunq; facit miracula modo prædicto, nisi sit vir heroicus & perfectus. Vnde per peccatores intelligi possunt insipientes, animales, & imperfecti, quamuis sint pœnitentes. propterea subditur, [*Sed si quis dei cultor est*] .i. deo deuotus per interiores latriæ actus, [*Et voluntatem eius facit,*] diuinis præceptis & admonitionibus obediendo in omnibus, [*Hunc exaudit*] faciendo ad precem eis miracula, pro testimonio virtutis talis cultoris. Sic autem maxime exaudiuit deus Iesum, sicut cæcus subiungit, [*A seculo non est auditum*] .i. nunquã contigit, vel perceptũ est, [*Quia aperuit quis oculos cæci nati.*] In nulla enim scriptura hoc legitur factũ, nisi hoc loco. Ex his infert cęcus suum intentũ, [*Nisi esset hic à deo*] quasi missus ab illo, eiusque gratia iuuaretur, [*Non poterat facere quicquam*] .i. aliquid tale quale facit in me. ¶ Pro se-
1.Tim.1. cunda explanatione huius scripturæ, sciendũ, quod aliquis dicitur peccator multipliciter. Primò, quia
1.Cori.4. aliquando magna peccata commisit, quãuis postea perfectus & virtuosus sit factus: sic Paulus vocat se

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A peccatorem,dicendo,Venit Ieſus peccatores ſaluos facere, quorum ego primus ſum : nihilominus de ſeipſo fatetur,Nihil mihi conſcius ſum.Secundò,quia de peccatis ſuis nõ ſatisfecit,quamuis pœniteat. Sic publicanus peccator fuit,cum dixit,Deus propitius eſto mihi peccatori. Tunc enim dimiſſa erant Lucæ.19. ei peccata,quantum ad culpam.Tertiò,quoniam in peccatis mortalibus eſt, habet tamen propoſitum ſe emendandi, habétque ſæpe motum attritionis,quãuis non habet veram contritionẽ. Quartò,quia in vitiis iacet,nec pœnitet:ſed in prauo manet propoſito & effectu.Itaq; quod ait,Scimus quia peccatores deus non audit,verũ eſt de peccatoribus quarto modo,vtpote quod non exaudiuntur ad vtilitatem,quandiu ſunt tales,ideo enim Sapiens dicit,Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem,oratio eius Proue.28. erit execrabilis.Et apud Eſaiam dominus loquitur,Cum multiplicaueritis preces,non exaudiã:manus Eſaiæ.1. enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.Et pene innumerabilia ſunt loca ſcripturæ,hoc idem teſtantia.vt cũ in libro Prouerbiorũ dominus aſſerit,Tunc inuocabunt me,&non exaudiam:mane cõſurgent ad me, Prouer. 1. & non inuenient me.Nihilominus verum eſt,quod dominus ait per Ezechielem, In quacunque hora Ezech. 18. peccator ingemuerit,omnium iniquitatum eius non recordabor.Eluceſcit ergo quod peccatorẽ ſecũ do modo dictũ,videlicet pœnitentẽ exaudiat dominus, dummodo deo ſalubriter & inſtanter pro ſeipſo orauerit:ſed de peccatore tertio modo,maior eſt difficultas,an exaudiatur in ſpiritualibus bonis. Et dicendũ,quod non exauditur de condigno,ſed de congruo,maxime ſi faciat quod in ſe eſt. Certũ

B eſt autẽ,quod qui in peccato mortali eſt,non poteſt aliquid promereri, ſeu de condigno exaudiri,niſi miſericorditer præueniatur à deo gratiam gratũ facientem infundente:qua adepta,habet homo motũ contritionis,meritoriæ actionis,& dignæ atque idoneæ orationis.[*Sed ſi quis dei cultor eſt, & voluntatẽ eius facit*].i.ſigna diuinæ voluntatis implet,videlicet præcepta & hortamenta,[*Hunc exaudit*]ad vtilitatem,quãuis non ſemper ad libitum:imò quandoq; negando quod poſtulatur,dat meliora ac viciniora ſaluti.Hinc ſcriptũ eſt,Si diluculo conſurrexeris ad deũ,&omnipotentẽ fueris deprecatus,ſi mundus & rectus inceſſeris,ſtatim euigilabit ad te.Itémque,Deus non proiiciet ſimplicem, nec porriget manũ Iob.8. ſuam malignis.Si ergo à deo exaudiri optamus,ſi aliquã ſpecialem gratiã adipiſci appetimus,non contradicat operatio orationi, nec oſtendamus per opera iniqua nos amare id quod per orationẽ dicimus nos odire:ſed faciamus quod in nobis eſt,laborem debitũ continuámque diligentiã apponendo,& effectum effectui confirmando,tunc deus protinus aderit, noſtrúmque imperfectũ ſupplebit, optatam Iob.11. perfectionẽ virtutũ præſtando.Ideo quippe in Iob legitur, Si iniquitatẽ quæ eſt in manu tua abſtuleris,tunc leuare poteris faciem tuã.Et in Pſalmo,Voluntatẽ timentium ſe faciet,& deprecationem eorũ Pſal.144. exaudiet,& ſaluos faciet eos.[*Reſponderunt(phariſæi)& dixerunt ei,In peccatis natus es totus*].i.in originali peccato quantũ ad animam,&in ſpeciali pœna peccati quantũ ad corpus,videlicet in cæcitate tibi cõgenita,ſicq; innuebant eum cæcum natũ propter peccatum parentũ, vel propriũ:cuius contrariũ dixit Saluator.¶Monſtruoſitas autẽ prolis,quamuis interdũ ſit propter culpã parentum, vel vnius eorum,

C cõmuniter tamen procedit ex cauſa naturali,puta ex diſproportione materiæ,ſuperfluitate,vel prauitate,aut ex debilitate virtutis formatiuę in ſemine.Sicq; monſtruoſitas eſt à caſu quo ad naturã creatã, ſed quo ad diuinã prouidentiam eſt ordinata.Quandoque enim(vt dictũ eſt) ordinatur ad manifeſtationem diuinæ potentiæ in opere miraculoſo.Semper quoque valet ad ampliorẽ declarationẽ naturalis perfectionis in rebus eiuſdẽ ſpeciei non mõſtruoſis,in qua perfectione repræſentatur diuina ſapiẽtia,atque potentia,quoniã oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt. ¶ Sed cum originale peccatũ ſit vnum,quomodo pluraliter dicunt,In peccatis natus es totus?Et reſpondendũ,quod originale peccatũ formaliter ſeu eſſentialiter vnum eſt,ſcilicet carentia originalis iuſtitiæ debitæ ineſſe,ſecundũ Anſelmum:materialiter autẽ eſt multa,quoniam multas animæ vires inficit, & alia peccata virtualiter cõtinet,præcipue vero propter quatuor vulnera animæ ex originali peccato inflicta,ſecundũ Bedam,quæ ſunt ignorantia exiſtens in ratione,malitia exiſtens in volũtate,concupiſcentia,quæ eſt in appetitu cõcupiſcibili,ſumendo concupiſcentiã pro pronitate ad concupiſcendũ inordinate,& infirmitas quę eſt in iraſcibili.Hæ enim quatuor vires animæ ſunt ſubiecta virtutũ.[*Et tu doces nos,*] hoc eſt, cum ſis tam vilis,præſumptuoſum eſt nimis,quod per modũ docentis & redarguentis alloqueris nos, qui ſeniores & maiores ſumus in populo.Solent enim ſuperiores ac doctiores inferiorũ informationem deſpicere. Veruntamen veraciter ſapientes & docti diligenter atque humiliter penſant quæ eis dicuntur, infor-

D marique appetunt,nec propter dicentis prauitatẽ contẽnunt quod prædicatur.Quoniam veritas propter ſeipſam digna eſt acceptione.Ideo Salomon ait, Argue ſapientem, & diliget te:doce iuſtũ, & feſtinabit accipere.[*Et eiecerunt eum foras*].i.ex templo & ſynagoga , ſeu populo expulerunt, & tanquã excommunicatũ habuerunt.Et ſicut paulo ante neſcientes benedixerunt eum verbis,dicendo, Tu diſcipulus illius ſis,ſic modo ignorantes benedicunt eum factis,expellendo eũ à ſynagoga ſatanæ.Quos enim ipſi expellebant crudeliter,Chriſtus recepit clementer.[*Audiuit Ieſus,*]à narrantibus,quod tamẽ antequã fieret nouit futurum,& dum fiebat inſpexit, & antequã ſibi recitaretur, ſciuit iam accidiſſe, [*Quia eiecerunt eum foras*].i.quod phariſæi cæcum à ſynagoga ſequeſtrauerunt. [*Et cum inueniſſet eum,*] ſecundũ Bedam, Ieſus quæſiuit eum,[*Dixit ei*]iam inuento,[*Tu credis in filium dei?*] Nõ quaſi ignorans id quærit, ſed vt cæcum ad perfectiorẽ ſui agnitionẽ promoueat.Quãto enim quis magis opprimitur propter veritatẽ,tanto apud deum meretur ampliorẽ exaltationem & gratiã. Cæcus iſte nondũ determinate credebat in filium dei,ſed paratus fuit ad hoc.Ideo interrogatur à Chriſto,quia qui boni propoſiti ſunt,merentur gratiã dei auxiliatricem,per quam deducantur in executionẽ ſalubrem.[*Reſpondit ille(cæcus)Quis eſt (ô)domine(filius dei,quod quæro)vt credam in eum?*]Nondũ enim cognouit Ieſum ſecundum faciem,quoniam cæcus ab eo receſſit,& nondũ ad eum reuerſus fuit:& ſi cognouiſſet eum ſecũ dum faciem,non tamen ſciuiſſet quod eſſet filius dei,quia vt dictum eſt,tenuit eum pro propheta.[*Et*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dixit ei Iesus, Et vidisti eum (nunc ad me accedendo) & qui loquitur tecum ipse est,] id est, ego ipse quem nunc E
inspexisti oculo corporali, qui præsentialiter tecum loquor, sum filius dei. [*At ille ait, Credo domine*] in
filium dei. His nempe verbis auditis cognouit, quod is qui eum alloquebatur fuit Iesus oculorũ suorũ
apertor, & quia tenuit eum pro vero propheta, iustóque viro, credidit omnia verba eius esse vera. Id-
circo, cum audisset ab ore eius quod esset filius dei, mox credidit, sciens deũ esse cum illo, cui credebat.
[*Et prouidens adorauit eum.*] Si credidit explicite, quod esset filius dei naturalis, adorauit eum adoratione
latriæ. Si vero credidit quod esset filius dei per gratiam singularem, adorauit eum adoratione duliæ.
Pauciſsimi autem discipulorum habebant explicitam fixámque fidem, de hoc quod Christus esset dei
vnigenitus, verúsque deus: sic tamen dispositi erant, quod mox fidem talem reciperent. [*Dicit ei Iesus,*
Ioann. 12. *In iudicium ego in hunc mundum veni*] .i. ad faciendum iudiciũ discretionis, hoc est, discretionẽ iudicia-
lem inter electos ac reprobos: de quo iudicio infra habetur, Nunc iudicium est mundi. In primo ergo
Ioann. 3. suo aduentu venit Christus discernere inter electos ac præscitos: illos gratioſe & pie conuertendo, hos
Ioann. 8. iuste deserendo. In secundo autẽ aduentu veniet facere iudicium retributionis: de quo dixit, Non
misit deus filium suum vt iudicet mundum. Et, Ego non iudico quenquam, [*Vt qui non vident*] .i. sim-
plices & indocti, quales fuerunt discipuli Christi, & cæcus iste [*Videant*] .i. spiritualiter illuminentur à
me, méque lucem mundi fidei oculis contemplẽtur: [*Et qui vident*] .i. scribæ & pharisæi, cæteríque in
Lucæ. 2. propriis oculis sapientes, literati, ac prouidi, [*Cæci fiant*] .i. lumine fidei cæteríſque donis gratiæ spiritus F
Matth. 11. sancti priuentur, & grauius quam ante obtenebrentur, propter eorũ superbiam atque demerita. Huic
Lucæ. 10. verbo Christi consonat quòd Symeon iustus prædixisse legitur, Ecce positus est hic in ruinam & re-
surrectionem multorum in Israël. Christus quoque alio loco ait concorditer istis, Confitebor tibi pa-
Matth. 9. ter, quoniã abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Possunt quoq; per
Lucæ. 19. non videntes intelligi peccatores vitiis offuscati, sed prædestinati, vt Matthæus, Zachæus, Magdalena,
Lucæ. 7. qui per Christum illustrati sunt corde. Per videntes vero, hi quos inflauit superbia intantũ, vt Christi
prædicationẽ deridere præsumpserint. Tertiò, & cõmunius, per nõ videntes intelligũtur Gẽtiles, vnius
veri dei agnitione carẽtes. Per videtes vero, Iudæi diuina lege instructi. In Christi autẽ aduẽtu & dein-
ceps cœpit populus Iudæorum excæcari, atque gentilitas illustrari, præsertim post passionẽ apostolis
vbique docentibus. Propter quod Christus dixit Iudæis, Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur gẽ-
Act. 2. ti facienti fructus eius. Hinc in Esaia ait Christus, Et nunc hæc dicit dominus, formãs me ex vtero ser-
Matth. 21. uum sibi, vt reducam Iacob ad eũ, & Israël non congregabitur. & dixit dominus mihi, Parũ est, vt sis
Esaiæ. 49. mihi ad suscitandas tribus Iacob, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.
[*Et audierunt ex pharisæis qui cum ipso erant,*] hoc est, aliqui pharisæorũ existentium cum Iesu, quando
hæc protulit, [*Et dixerunt ei (ex superbia murmurando,) Nunquid & nos cæci sumus?*] ea cæcitate, quã dicis
futuram quibusdam videntibus. Hoc est, Nunquid & nos cor excęcatũ habemus? Suspicabãtur enim
pharisæi, quod verum fuit, videlicet quod Iesus more solito tetigit eos. [*Dixit eis Iesus, Si cæci essetis*] hoc G
est, si similiter agnosceretis insipientiam, iniquitatésque vestras, & me doctorẽ iustitiæ audiretis, [*Non*
haberetis peccatum,] quoniã vestrum imperfectũ confitendo, mereremini indulgentiã, & gratiam iusti-
ficantem: [*Nunc vero dicitis, quia (id est, quod) videmus*] hoc est, quia vosipsos iactatis doctos ac sapientes,
[*Peccatum vestrum manet*] in vobis insanabile atque damnandum. Vel sic, Si cæci essetis, habendo igno-
rantiam inuincibilem, non haberetis peccatum: quoniam talis ignorantia omnino excusat à culpa. Vel,
si cæci essetis cæcitate, seu ignorantia facti. Ignorantia vero iuris affectata non excusat, sed auget pec-
catum. Ignorantia vero quæ contigit ex negligentia quadam, excusat à tanto, non à toto. Plus igitur
peccat, qui scripturas cognoscit, quam alius cæteris paribus, vtpote si ignorãtia alterius excusabilis est
in tanto, vel in parte. Propter quod Iacobus protestatur, Scienti bonum & non facienti, peccatum est
Iacobi. 2. illi. Et Petrus in secunda sua Canonica, Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitio-
2. Petr. 2. nem retrorsum reuerti. ¶ Denique, seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapula-
Lucæ. 12. bit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

¶ Elucidatio Cap. x. [*Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouiũ.*] Arti. x xv.

Ioann. 9.  Vemadmodum in fine præcedentis capituli patuit, pharisæi iactabant se esse vi H
dentes, hoc est, eruditos & dignos aliorũ rectores, non tamen credebãt in Chri
stum, sed eum negabant: idcirco Saluator in exordio huius capituli pandit erro
rem ac falsitatem illorũ per quandã parabolã, quam ipsemet post pauca partim
exponit. Ait ergo, [*Amen amen dico vobis*] ô elati pharisæi,] *Qui non intrat per ostiũ*
in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.] Hoc totum in corporalibus
rebus ita se habet. Sed ista exponẽda sunt spiritualiter secundũ sensum à Chri-
sto intentũ. In locutione quippe parabolica, qualis est ista, sensus principalis
ac literalis non est qui immediate per verba significatur, sed qui per ipsas res vocibus designatas insi-
nuatur. Est igitur intellectus, Qui nõ intrat spirituali seu corporali introitu per ostium. i. ordinate per
Christũ, videlicet secundũ christi voluntatẽ, licite ac honeste, vel per fidẽ catholicã, atque indiuiduã
charitatẽ, in ouile ouiũ, hoc est, sibiipsi assumit honorẽ, non vocatus à deo, tanquã Aaron. idcirco ascẽ
Hebrę. 5. dere dicitur. i. superbe intrare per ambitionẽ propriã, per aliorum intrusionẽ, per simoniacã prauitatẽ,
Lucæ. 9. per corruptã & non canonicã electionem, non sequens Christi vestigia: de quo ad Hebræos dicit Apo
Hebrę. 3. stolus, quòd nõ semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eũ, Tu es sacerdos
Psal. 109. inæternum. ille fur est & latro: furem appellamus, qui rapit aliena. Indignus ergo prælatus, qui per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Christum non intrat ad præsidendum fidelibus. Vel, quicunque deceptor fallúsque doctor credentiũ
est fur, quoniam populum dei subtrahit deo: quoniam suo pestifero documento, seu prauo exemplo,
ac aliis modis auertit fideles à deo, & subiugat eos sibi, atque in suum commodum redigit eos, bona
eorum consumendo, eorum seruitute vtendo, & ipsos tanquam mancipia possidendo: quemadmodũ
de his pharisæis loquitur Christus, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos vi- Matth. 23.
duarum. Huiusmodi itaque ascensor ouilis & ouium doctor, seu indignus prælatus, & rector gregem
sibi conformat, & maximum damnum infert Christo, cuius prædilectam substantiam, pro qua ipse
sanguinem fudit taliter dissipat. Vnde in Ecclesiastico legitur, Secundum iudicem populi, sic & mini-
stri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hieremias quoque, Quoniam (inquit) Eccle. 10.
stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. Hiere. 10.
¶ Denique talis etiam dicitur latro, quoniam gregem fidelium spiritualiter strangulat, vitam gratię suf
focando in eis, atque diaboli deuorationibus eos exponendo, imò ad mortem æternam ducendo. Indu
cit enim eos ad vitia, quibus occiditur anima gratiam amittendo, & dæmonum dentes incurrẽdo. Ad- 1. Petr. 5.
uersarius enim noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. [*Qui autem intrat
(præfatum ouile) per ostium*] id est, per Christum, videlicet ordinate, charitatiue, humiliter, non quærens
præesse vel dominari, sed prodesse & auxiliari, non quærens vti propria libertate, sed pro aliorum salu
B te infatigabiliter laborare, [*Pastor est ouium,*] hoc est, fidelium re & nomine, quoniam verbo & opere
pascit, confortat, & recreat eos. Tales pastores deus promisit apud Hieremiam, Dabo vobis pastores Hiere. 3.
iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Ad hanc veram pastoralem perfectionem horta-
tur princeps Apostolorum in prima sua epistola, dicens, Seniores obsecro pascite qui in vobis est gre- 1. Petr. 5.
gem dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundum deum: non turpis lucri gratia, neque vt do-
minantes in cleris, sed forma gregis facti & ex animo. [*Huic (tam fructuoso pastori) ostiarius aperit,*] id est,
spiritus sanctus diuinas veritates reuelat, modum regiminis manifestat, & de omnibus necessariis in- Ioann. 16.
struit. Vnde de ipso infra habetur, Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatẽ. Ip-
se igitur spiritus sanctus admittit, vel potius introducit timoratum, ac diligentem pastorẽ in sanctua- 1. Tim. 3.
rium sapientiæ sempiternæ. vt discat, & sciat, quomodo oporteat se conuersari in domo dei, & illic dat Psalm. 30.
ei gustare multitudinem dulcedinis suæ, ita vt rediens ad gregem dominicum sibi cõmissum, eructet Psalm. 44.
illis memoriam abundantię suauitatis diuinæ, sicque de plenitudine sibi collata illuminat & accendit
corda suorum. ¶ Hac apertione spiritus sancti maxima indiget omnis pastor, & tanto amplius, quanto
pluribus præest. Cum enim nemo suiipsius possit operari salutem, sine speciali, atque continuo auxi-
lio spiritus sancti, quomodo poterit suam & aliorum operari salutẽ sine ingenti, singulari, iugíque ope
paracleti? ¶ Propterea oportet pastorem frequenter nimis ad deum recurrere, eius auxilium cum hu-
mili prostratione requirere, vt in omnibus dirigatur, moueatur, & reguletur ab ipso, itémque vt spiri-
C tus sanctus corda subditorum docibilia faciat, tangat, gubernet. Væ ergo dissolutis & intimoratis præ-
latis, qui se ad exteriora imprudenter effundunt, qui non ponderant quam graue onus ipsis impositũ Lucæ. 11.
sit, neque prægogitant, quam Christo pro se sustque ouibus tribuant rationem. Isti non pensant illud
Sapientiæ, Iudicium durissimũ in his qui præsunt fiet. Ideo bene ait Chrysostomus, Quis est qui desi Hebræ. 13.
derat prælationem & curam animarum, nisi qui non timet iudicium dei? [*Et oues vocem eius audiunt*] id 1. Petr. 4.
est, electi subditi qui sunt oues, per prædestinationem æternam talis pastoris doctrinam suscipiunt, ac
sequuntur. Humiliter enim & deuote audiunt & obseruant verbum sui prælati tanquam vicarii Chri
sti: quemadmodum Apostolus in suis epistolis sæpius gloriatur in domino de suis discipulis, seu popu Roma. 5.
lis à se conuersis, quod suam prædestinationem cum omni attentione & reuerentia perceperũt, quod Philipp. 5.
vtique oportet omnem subditum diligenter implere. Quoniam prælatis loquitur Christus apud Lu- 2. Cori. 9.
cam, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit me spernit. [*Et proprias oues vocat nominatim,*] id est, sin 2. Cori. 18.
gulos subditorum suorum determinate cognoscit, ad meliora hortatur, ad felicitatem inuitat, omniũ Philip. 3.
mores pensando, quid singulis expediat perpendendo, cunctis familiariter condescendendo, vnicuiq; 2. Thess. 1.
secundum propriam capacitatem, ac indigentiam prouidendo, subueniendo & influendo, quemadmo Lucæ. 10.
dum Salomon admonet in libro Prouerbiorum, Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque gre- Proue. 27.
ges considera. Quemadmodum enim medicus corporum dispositiones, complexiones, atque morbo-
D rum diuersitates in languido pensat, quatenus vnicuique medicamentum suæ dispositioni ac morbo
proportionatum apponat: quod enim vni prodesset, obesset alteri: sic prælatus & pastor, cum sit medi
cus animarum, attendere debet inclinationes, motus, & studia singulorum, sic vnumquemque à malo
retrahere, & ad virtutes prouehere per media aptiora, quod non est parũ difficile: propter quod con-
uenienter ait Gregorius, Ars artium est regimen animarũ, & magna valde perfectio, exercitatio, vn- Deut. 1.
ctio, discretio exigitur ad bonum prælatum: vnde in Deuteronomio loquitur Moyses, Date ex vobis
sapientes & gnaros, quorum cõuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponam eos vobis principes. Psalm. 40.
[*Et educit eas*] de via ad patriam, de carne ad spiritũ. Educit insuper eas ad pascua alimoniæ spiritualis, Eccle. 15.
ad panem vitę & intellectus, ad panem sacramentalem, ad diuinorum contemplationẽ. [*Et cum proprias
oues emiserit*]. i. prædicto modo eduxerit, atque de tenebris ignorantiæ & peccati in lucem veritatis, ac
splendorem virtutum transtulerit, [*Ante eas vadit*]. i. in via dei ipsas exemplariter præit, & in virtuosa
conuersatione antecedit, faciendo quod docet, & non verbo duntaxat, sed opere quoque viam mon-
strando: quemadmodũ ad Timotheum Paulus ait, Ego exemplum fideliũ in verbo, in cõuersatione, 1. Timo. 4.
in charitate, profectus tuus manifestus sit omnibus: hæc enim faciens, teipsum saluum facies, & eos
qui te audiunt. Denique cum prælatus sit quasi signum ad quod omnium subditorum oculi dirigun-
tur, ideo nihil tantum ædificat subditos, vel tantum confert ad omnem profectum virtutum, vt bona

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Deut.16. & irreprehenſibilis vita paſtoris. Frequens nanque occurſus & quotidianus aſpectus in habitum ver- E
Eſaiæ. 42. titur atque in cordibus ſubditorum veram in virtutibus conſtantiam operatur. Oportet ergo prælatum
Iacobi.2. tum in virtute & ſapientia ſtabilem eſſe, ne paſſionibus agitetur, ne perſonarum acceptor ſit, ne vnum
præ alio palpet, vel tribulet, ne priuato amore vel odio corrumpatur, ſed deum ſemper præ oculis habeat, iugiter formidet, ne per ſuam imperfectionem aut iniuſtitiam aliquem ex ſibi commiſſis ſcandalizet. Prælatus quippe eſt iudex & caput, ſiue principium gregis ſui. Iudex autẽ ſecundũ Philoſophũ,
Proue. 11. debet eſſe quaſi animata iuſtitia, viuáque lex, nuſquam ab æquitatis tramite deuians. Primũ quoque in
omni ordine eſt menſura, & regula poſteriorum. Menſurã vero & regulã neceſſe eſt eſſe vniformẽ ac
ſimplicẽ, aliter nõ poſſent alia per eam menſurari, ac regulari. Sit ergo prælatus vniformis, fixus & ſim
Hebræ. 13. plex, non ſimulator & callidus, ſed mitis & humilis. [*Et oues illum ſequuntur*] tanquam ducẽ pradignũ, id eſt operibus illius ſe conformant, eiuſque verbis obtemperant, quemadmodũ ad Hebr. docet Apoſtolus, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis. Ipſi enim peruigilant, tãquã rationẽ pro animabus veſtris reddituri. Bonus ergo paſtor bonas efficit oues, ouiúmq; vitia & defectus maxime accidunt ex
negligentia atque inſufficientia præſidentis. Propter quod maximum dei donũ eſt, habere virtuoſum
prælatum. Vnde videmus, quod in veteri teſtamento tempore iudicũ & regũ, quando iudex vel rex bo
nus fuit, populus Iſraël domino miniſtrauit: ſed rege vel iudice impie conuerſante, populus quoque
cõmuniter vixit inique, inſiſtendo frequẽter idololatriæ. [*Quia ſciunt vocem eius*] .i. doctrinã eius per ap- F
probationẽ cognoſcunt. [*Alienum autem*] .i. ſeductorẽ, peſtiferũque doctorẽ, ſchiſmaticum, ſiue hæreticum, vel impium Chriſtianũ [*Non ſequuntur*] .i. eius doctrinis non acquieſcunt, nec opera ſequuntur,
Pſalm.17. [*ſed fugiunt ab eo*] .i. animo illum deteſtantur, vel etiã interdũ corpore ſe elongant ab ipſo, ne cum per-
Eccle. 13. uerſo peruertãtur. Qui enim tetigerit picem, inquinatur. Et Apoſtolus, Exite (inquit) de medio illorũ,
2. Cor. 6. & immundũ ne tetigeritis. [*Quia non nouerunt*] per approbationẽ & imitationẽ, [*Vocem alienorum*] .i. verba fallacium. Totũ hoc intelligendũ eſt de ouibus, non ſolum ſecundũ præſentem iuſtitiam, ſed & ſe-
Leuit. 11. cundũ prædeſtinationẽ diuinã, & de auditu ſeu figura vel cognitione finali. Certũ eſt enim, quod multi electi ad tempus errant, & hæreticorũ vel aliorum deceptorũ doctrinas aduertunt, ſed finaliter pœ-
Matth. 24. nitent, & in Chriſti ſermone diem claudunt extremum. Similiter multi præſciti ad tempus verba bo-
Hebræ. 13. norum aduertunt paſtorum, & alienorum vocem abhorrent, ſed non perſeuerant vſque in finem, nec
Ibidem. implent illud Apoſtoli, Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Et, Optimũ eſt gratia ſtabiliri cor.
Vel loquitur Chriſtus de ouibus formaliter, hoc eſt, inquantũ ſunt oues, non materialiter. Formaliter
Matth. 7. enim de eis loquendo non errant, quemadmodũ arbor bona non poteſt facere fructus malos. [*Hoc pro*
Marci. 4. *uerbium*] .i. ſimilitudinem iſtam vel ſermonem hunc parabolicum [*Dixit eis Ieſus. Illi autem (phariſæi) non*
Lucæ. 6. *cognouerunt quid loqueretur eis,*] quid per verba prædicta ſignificaret. Certi enim fuerunt, quod intentio
eius finalis non erat de pecoribus. [*Dixit ergo eis iterum Ieſus,*] qui nouit ignorantiã illorũ. Expoſuit ergo prouerbium iſtud pro parte. Expoſitio nanque non intelligentibus eſt neceſſaria. [*Amen amen dico* G
vobis, quia ego ſum oſtium ouium] hoc eſt, porta ſecundum proprietatem quandam, per quã electi intrant
Ioan. 14. in ſocietatem eccleſiæ militantis, & deinceps ad conſortiũ eccleſiæ triumphantis. Chriſtus quoque eſt
Epheſ. 2. oſtium per quod intramus ad patrem, nunc per fidem & gratiam, tunc vero per ſpeciẽ. propter quod
Hebræ. 13. ait, Ego ſum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrẽ, niſi per me. Itémq; Apoſtolus, Per ipſum, inquit,
Act. 2. acceſſum habemus ad patrem. Et rurſus, Per ipſum offeramus hoſtiã laudis deo ſemper. Chriſtus eſt
Proue. 18. oſtium, quia per eius baptiſmum, per eius paſſionem & gratiam, per eius auxilium incorporamur eccle
Act. 10. ſiç, ad patriam deuenimus, deo immediate vnimur. Propterea Petrus teſtatur, Neque enim datũ eſt ho
Hiere. 11. minibus aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat eos ſaluos fieri. Dicitur autem Chriſtus oſtium per ſi
Apoc. 5. militudinem quandã, quomodo dicitur, agnus, leo, petra, lucerna. [*Omnes quotquot venerunt, fures ſunt &*
1. Cori. 10. *latrones.*] Non abſolute de omnibus loquitur Chriſtus, quia ſuperius laudauit Ioannem Baptiſtam &
Ioann. 5. Moſen: ſed de quibuſdam pſeudoprophetis, qui non longe ante Chriſti aduentum venerunt, quales
Apoca. 11. fuerunt Theodas & Iudas Galilæus, de quibus ſcribitur in Actibus apoſtolorum. Vel de omnibus qui
Ioan. 5. ſine Chriſto (hoc eſt, ſine dei verbo) venerunt, non miſsi à deo, ſed proprio ſenſu ſe ingerentes: de qui-
Ioann. 9. bus dominus ait per Hieremiam, Ipſi currebant, & ego non miſi eos. [*Sed non audierunt eos oues*] .i. fina-
Actu. 5. liter ipſis non conſenſerunt, quamuis forte ad tempus deceptæ ſint. Ego ſum oſtium, ſicut nunc dictũ
Hiere. 22. eſt, [*Per me ſi quis introierit*] .i. qui ſecundũ doctrinam & vitã meã conuerſatus fuerit, qui per fidẽ & gra- H
tiam meam congregationi fidelium ſe iunxerit, ſi quis mihi intima charitate inhæſerit, [*ſaluabitur*] hoc
Act. 15. eſt, æternam beatitudinem conſequetur, nuncque à peccatis purgabitur: aliter Chriſtus non eſſet ſalua-
tor. Vnde in Actis Petrus diſſeruit, Per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. [*Et ingre-*
Deut. 6. *dietur, & egredietur*] .i. in latitudine charitatis, & ſpiritus libertate verſabitur, quia lex chriſti, eſt lex a-
2. Cor. 3. moris: & vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Itaque ingredietur, redeundo ad propriam conſcientiã, exa-
minando ſeipſum, atque interioribus virtutũ theologicarũ actibus inſiſtendo, & egredietur de habitu
Galat. 6. virtuoſo in opus meritoriũ, de cognitione ad operationem, de via ad patriam. Egredietur quoque ad
Philipp. 2. proximos illis miſericorditer condeſcendendo, conſulendo, ſubueniendo: quemadmodũ dicit Apoſt.
Threno. 3. Alter alterius onera portate E. Nõ quæ ſua ſunt ſinguli conſiderãtes, ſed quæ aliorũ. Egredietur de-
Philipp. 3. mum quotidie, leuando ſe ſuper ſe, vt ſit conuerſatio ſua in cælis, omnibúſque terrenis ac ſenſibilibus
rebus tranſcenſis, ſola cæleſtia, ſpiritualia & æterna contempletur, amet, recogitet, omnia arbitrans vt
ſtercora, propter eminentem ſcientiã Chriſti. [*Et paſcua*] .i. ſpiritualia alimenta copioſe [*Inuenit*] in præ-
Deut. 32. ſenti & in futuro. Nunc enim quotidie reficitur corpore & ſanguine Saluatoris, incremento virtutũ,
Pſalm. 36. cõſolatione interna, riuis ſapiẽtię, cęteríſq; donis & chariſmatibus ſpiritus ſancti. His bonis anima ſe-
Eſaiæ. 64. ipſam diligenter cuſtodiens, vt ſponſo ſuo cæleſti ſe incontaminatam exhibeat, feliciter impinguatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & confortatur,ita vt cibum faſtidiat corporalem,omnémque conſolationem carnalem & ſecularem. 1.cor.2.
Porrò in patria inueniet paſcua illa vberrima,quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor homi Ephe.1.
nis aſcenderunt,vbi deus eſt omnia in omnibus,omnéſque beati de eius fruitione contentantur,& ſu-
perdulciſsime ſatiantur.[*Fur non venit*]id eſt,ſeductor,indignúſve paſtor non accedit fideles,[*Niſi vt furetur*]hoc eſt,oues chriſti ſubtrahat chriſto,& officium ſibi indebitũ præſumptuoſe vſurpet.Quã-
uis enim dicat ſe hoc non intendere,tamen male agendo,& debita omittendo hoc facit.[*Et mactet,& perdat*]id eſt,ſpiritualiter occidat,atque ad ſempiternum perducat interitum.Tales ſunt negligẽtes pre-
lati,carnales,auari & ambitioſi,quibus dominus ait per Ezechielem,Væ paſtoribus,qui paſcebant ſe- Ezech.34.
metipſos:lac comedebatis,& lana operiebamini,gregem autem meum nõ paſcebatis. Ego dominus re-
quiram gregem meum de manibus eorum.[*Ego veni*]in mundum per incarnationem, & in publicũm Eſaiæ.51.
per prædicationem,[*Vt(oues)vitam(gratiæ)habeant(in præſenti)& abundantius habeant*]id eſt,plenam feli- Eſaiæ.35.
citatem,ſeu vitã gloriæ ſortiantur in patria,de qua abũdantia,abundantíque gloria cecinit Eſaias,Gau Eſaiæ.61.
diũ & lætitia inuenietur in ea,gratiarúmque actio & vox laudis.Itémque,Lętitia ſempiterna ſuper ca-
pita eorum,gaudium & lætitiam obtinebunt,& fugiet dolor & gemitus.

B ¶Profecutio huius capituli, [*Ego ſum paſtor bonus.*] Artic. XXVI.

LOquutus fuit iã dominus Ieſus in præcedenti lectione de paſtore in generali,nunc tractat de paſtore in ſpeciali,videlicet de ſeipſo,[*Ego ſum paſtor bonus.*]Secundum vtranque ſuam natu-
ram eſt chriſtus paſtor,& paſtor bonus.Secundum diuinitatem quippe paſcit,non ſolum in
telectuales creaturas ſpirituali alimẽto,ſed & omnia animata.Hæc inferiora paſcit corporeo nutrimẽ
to,quemadmodum ait Pſalmiſta,Oculi omnium in te ſperant domine,& tu das eſcam illorum in tem Pſal.144.
pore opportuno. Aperis tu manũ tuam,& imples omne animal benedictione.Rurſúſque,Qui dat iu- Matth.6.
mentis eſcam ipſorum.Hinc ait Saluator,Reſpicite volatilia cæli,quoniam non ſerunt,neque metunt, Eze.34.
& pater veſter cæleſtis paſcit ea. Quòd vero chriſtus vt deus ſit hominũ paſtor in ſpiritualibus eſcis,
conſtat ex eo,quod ait apud Ezechielem,Ego ipſe paſcam oues meas.Sic quoque eſt chriſtus paſtor eſ
ſentialiter bonus,& pura infinitáque bonitas.Secundum naturam vero aſſumptam,eſt paſtor inſtrumẽ
talis,per excellentiſsimam diuinæ bonitatis participationem bonus. Eſt igitur paſtor bonus, quoniam
iuſte & charitatiue,ac ſaluberrime alit fideles,ſanctitatis exemplo,ſapientiæ verbo, oratione,& ſignis.
Denique tam affectuoſus,liberalíſque paſtor eſt, vt ſeipſum pręſtet in cibum,per quem conſequimur
vitam æternam.Eſt autem Chriſtus paſtor ſummus,iuxta illud Petri,cum apparuerit princeps paſto- 1.Petri.5.
rum,percipietis immarceſsibilem gloriæ coronam.Eſt quoque paſtor maximus,ſecundum illud Pau- Hebræ.13.
C li ad Hebræos,Deus pacis,qui eduxit de mortuis paſtorem magnum dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum,aptet vos in omni bono.Eſt etiam paſtor vnicus,ſumme ſingularis & potẽtiſsimus,cui nullus ad Eze.34.
uerſarius valet reſiſtere:de quo deus per Ezechielem ait,Suſcitabo ſuper gregem meum paſtorem vnũ,
qui paſcat eum,Dauid ſeruum meum,id eſt,Chriſtum.Paſcit itaque Chriſtus ſuos electos in vita præ Pſalm.41.
ſenti,pane lachrymarum,pane euchariſtiæ,pane iuſtitię,ſeu obedientiæ,de quo dictum eſt ante,Meus Ioan.6.
cibus eſt,vt faciam voluntatem patris,qui miſit me.¶Deinde Chriſtus diſtinguit inter bonum & ma- Ioan.6.
lum paſtorem,[*Bonus paſtor,*]qui ex charitate præeſt & fouet ſibi commiſſos,vt eorum cooperetur ſa- Matth.26.
luti & ſimul cum illis ſaluetur,[*Animam ſuam*]id eſt,vitam animalem,naturalem,ſeu corporalẽ.[*Dat*] Ioan.4.
id eſt,morti exponit[*Pro ouibus ſuis*]id eſt,pro defenſione atque ſalute gregis ſibi commiſſi,imò cuiuſli
bet eorum in certo caſu,videlicet quãdo gregi imminet ſalutis periculum,vt ſi hæretici vel pagani,aut
tyranni irrumpant eccleſiam,conantes Chriſtianã plebem à fide vel ęquitate auertere,& nemo ſit qui
poſsit populum dei confirmare in fide,vel æquitate,ſi paſtor abierit.Cum enim anima ſit præſtantior
vita corporali & corpore,debet prælatus qui paſtor eſt animarum,pro ſalute ſui gregis ad mortem eſ-
ſe paratus.Si autẽ ſola tẽporalia ſubditorum quærantur ab aduerſariis,non oportet vt exponat ſe mor
ti.Talis paſtor fuit Paulus qui dixit,Ego ipſe libenter impendam,& ſuperimpendar pro animabus ve
ſtris.Nec ſolum paſtor,ſed & quilibet Chriſtianus tenetur in caſu animam ſuã pro quocunque proxi
mo ponere,vtpote ſi proximus aliter peccatũ mortale non poſsit euadere.Quilibet enim tenetur plus 2.Cor.12.
D diligere animã proximi quàm propriam pellem.Vnde apud Ioãnem ſcriptum eſt,In hoc apparuit cha
ritas dei,quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere. Si 1.Ioan.3.
iſta eſt ratio veri,ſeu boni paſtoris,nullus prælationẽ ſeu curam animarũ præſumat optare vel adipiſci,
niſi ſe tãtę perfectionis inueniat.[*Mercenarius autem, & (pro id eſt) qui nõ eſt paſtor*]verus,& ex conſequen
ti,nec paſtor:itaque mercenarius.i.falſus paſtor qui temporalis vtilitatis intuitu,ſeu proprij lucri affec-
tu,qui propter diuitias,atque delicias,vel mũdi honores ac vanitates facit ea,quæ facit in paſtorali of-
ficio,non ſyncero amore animarũ proprij gregis ad obtinẽdã vitam ęternã,[*Cuius non ſunt oues propria*]
id eſt,ad quem non pertinent per dilectionem & debitam ſolicitudinẽ, quia non quærit principaliter
atq; finaliter bonum ouium ſuarum,ſed proprium emolumentum,carnaléque commodum,vitã lau-
tam,quietam & mollem,[*Videt*]id eſt,conſiderat,percipit vel corporaliter conſpicit, [*Lupum venientẽ*]
id eſt,hæreticum,tyrannum,perſequutorem,vel ſeductorem,qui quęrit animas falſa doctrina infice-
re,vel corpora violenter occidere,aut gregẽ ad peccata inducere.De talibus equidem lupis dicit Salua
tor, Attendite à falſis prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium,intrinſecus autẽ ſunt lupi ra
paces.Perſequutores vero & tyranni,potentes & diuites huius mũdi ſunt lupi aperti.[*Et dimittit oues,*] Matth.7.
i.gregi ſuo debitum auxiliũ nõ impendit,nec aduerſariis ouium debito ordine ſe opponit, illos excõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

municando,& improbando eorum falsam doctrinam, irrationabilissimúmque errorem monstrando, [*Et fugit,*]vel locum mutando,vel solatium subtrahendo,quod valde absurdum est. Si enim non potest oues à corporali læsione vel damni illatione protegere,debet tamen eas ad patientiam animare exẽplis sanctorum,qui multo grauiora perpessi sunt,consolari,futuræ vitæ beatitudinem commemorare, sicque subditos suos ab interiori læsione ac morte eripere,atque in omnibus seipsum illis fortitudinis exemplum præbere.[*Et lupus(iam dictus)rapit,*]id est,suę voluntati ac malignitati subdit,[*Et dispergit*]id est,ab ecclesiastica vnitate,charitate,atque iustitia diuidit,[*Oues:*]si tamen sint oues per prædestinationem,tandem reuertuntur,nec pereunt. Hinc per Ezechielem dominus loquitur, Dispersæ sunt oues meæ,eo quòd non esset pastor. Et Salomon profitetur,, Vbi non est gubernator,populus corruet.[*Mercenarius autem fugit(modis præfatis)quia mercenarius est,*]id est,ea ratione competit sibi imminente periculo fugere,quoniam temporalia commoda,non spiritualia subditorum lucra seu emolumenta requirit, [*Et non pertinet ad eum de ouibus,*]id est,ordinatum affectum,debitámque diligentiam non habet ad eas. Pertinet vtique ad eum de ouibus,quoniam eas pascere obligatur,& ratio de eis ab ipso requiretur:sed non pertinet ad eum de ouibus,id est,pertinenter se non habet ad eas. Pertinet ergo ad eum de ouibus secundum iustitiam dei,sed non pertinet quantum ad debitam curam. His itaque verbis docet Saluator,quòd pastor habere debet fortem ac stabilem mansionem cum ouibus suis, vt protegat eas ab occursu hostili,metuẽs ne eo absente lupus,id est,hostis inuisibilis siue visibilis dispergat & rapiat oues, vidénsque lupum venientem,clamitet contra eum,& quicquid valet pro gregis facit custodia. Hinc contra indignos,mercenarióque pastores,contra negligentes,carnales,ac pigros prælatos scribitur apud Esaiam,Speculatores cæci,canes muti,non valentes latrare,videntes vana,& dormitẽtes. Zacharias quoque ait,O pastor & idolum,derelinquens gregem,brachium eius ariditate siccabitur.Oportet ergo prælatum vehementer esse solicitum,vt sit seruus fidelis & prudens, quem constituit dominus super familiam suam.Est enim custos eorum,pro quorum salute vnigenitus filius dei verus deus incarnatus atque occisus est : idcirco non minus solerter,affectuose, atque solicite custodire debet animas sibi commissorum,quàm sanguinem Christi,si illum in propria specie haberet aliquo vase inclusum. Vnde in Actis Paulus hortatur prẽlatos, Attendite vobis & vniuerso gregi,in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam dei,quam acquisiuit sanguine suo.Nõ igitur intumescat prælatus superbia,sed ornetur atque immobilitetur iustitia,imò tanto extet humilior,quanto ampliori indiget gratia ac misericordia dei,tantóque iustior sit,quanto expressius dei similitudinem gerit,& locum ipsius supplet.Hinc in Deuteronomio Moses præcepit, Nõ eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos,neque declinet in partem dexteram vel sinistram.

Ezech.34. Pꝛoue.11. Esaiæ.56. Zacha.11. Lucæ.12. Matth.24. Actu.20. Deute.17.

¶Præterea qualis debet esse pastor,docet Gregorius in pastorali,dicendo, Oportet vt solicite metiri se studeat,quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur,sub cuius æstimatione populus grex vocatur.Sit ergo prælatus cogitatione mundus,actione præcipuus,discretus in silentio,vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus,bene agentibus per humilitatem socius,contra delinquentium vitia per iustitiæ zelum erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens,exteriorũ prouidentiã interiorũ solicitudine non relinquẽs.Hucusq; Gregorius.De indigno demum pastore ait in homilia,Mercenarius est,qui locum prẽlationis in ecclesia tenet,sed lucrum animarum non quærit,terrenis commodis inhiat,honore prælationis gaudet, impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur.

¶Postremò,prælatus sic debet esse mitis,non iracundus,vt tamen non sit remissus,sed strenuus: pensans illud Apostoli ad Ephesios,Patres,nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini. ¶ Sciendum quoque, quòd secundum Augustinum tunc ministri ecclesiæ seu pastores fugere possunt,quando eorum duntaxat personæ quæruntur,vel eorum locum ac ministerium alij possunt supplere,quibus non est causa rationabilis fugiendi.Cum autem omnium commune extat periculum,seu generalis persequutio, clericorum videlicet & laicorum, vel singulariter laicorum seu subditorum,nec est qui plebi remanenti sufficienter ministret, nullo modo debent ministri ecclesiæ fugere,nec illos deserere qui indigent ipsis.Præterea docet Saluator proprietates boni pastoris sibi inesse,[*Ego sum pastor bonus,*]sicut nunc dictum atque expositum est, & consequenter exponitur.[*Et cognosco meas,*]id est,oues electas,quarum nomina scripta habeo in libro vitæ. Vnde ad Mosen loquitur,Noui te ex nomine.[*Et cognoscunt,*]id est,cognoscendo sequuntur[*Me,*]mihíque per charitatem obediunt[*Meæ,*]id est,oues electæ.obediunt enim antequam moriantur,quamuis interdum diu rebelles sint.Palam omnino est,quòd Christus secundum vtranque naturam cognoscit oues suas duplici cognitione,vtpote contemplatiua,de qua fatur Apostolus,Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, de qua etiam in Ecclesiastico legitur, Domino deo antequam crearentur omnia sunt cognita. Et item cognitione operatiua seu approbatiua, qua prouidet suis de omnibus necessariis ad salutem, de qua cognitione Paulus testatur, Si quis diligit deum, hic cognitus est ab illo.[*sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem.*] ¶ Verba ista dupliciter exponuntur. Primò,vt in eis determinetur modus, quo Christus cognoscit oues suas, atque ab eis cognoscitur. Erítque sensus, sicut nouit me pater, notitia amorosa & approbatiua,& sicut æqualiter ego agnosco patrem,eodem modo, imò & eadem numero notitia,secundũ quod deus sum.Sic enim triũ personarũ est vna notitia. subaudiendum est, sic ego cognosco oues meas per amorem & approbationem : & cognoscor ab eis, quoniam gratæ sunt mihi, & obedientes. Hoc loco dictio, sicut, dicit similitudinem aliqualem, non veram æqualitatem. Filius enim vt deus cognoscit patrem,& à patre cognoscitur, notitia comprehensiua, æterna & infinita, quæ nulli est communicabilis creaturæ : iuxta illud, Nemo nouit filium ni-

Apoc.21. Exod.33. Hebræ.4. Eccles.23. 1.Cor.8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A si pater, neque patrem quis nouit nisi filius. Filius quoque vt homo nouit patrem beatificæ fruitionis notitia, quæ nõ competit viatoribus. Amor etiam electorum ad Christum non est æqualis amori Christi ad eos, nec mutuæ dilectioni patris ac filij. Designat ergo similitudinem quandam: iuxta quem modum ait Ioannes in sua canonica, Sicut pater est, & nos sumus in hoc mundo. Paulus quoque, Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et item Saluator apud Mattheum, Estote perfecti sicut pater vester cęlestis perfectus est. Secundò exponitur, sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: quod ideo dico, vt pateat ex quo fonte procedit, quòd oues cognosco & diligo. Ex amore enim mutuo patris & filij factum est, vt filius pro hominibus moreretur: ideo subditur, [*Et animam meam pono,*] id est, pœnis mortis expono: vel animam, id est, vitam corporalem pono in ara crucis pro ouibus meis, vt à morte peccati ac inferi liberentur. Vnde Esaias dicit, Tradidit in mortem animam suam. Et Hieremias ait, Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum meorum. In his vero & similibus verbis per animã suã intelligit Christus se totum, perfectumque hominem, quemadmodum dicit Apostolus, In fide viuo filij dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Denique Christus non ait, Animam meam pono pro omnibus, sed pro ouibus meis, puta electis, nam licet Christus pro omnibus passus sit & satisfecit sufficienter, non tamen efficienter, quia in solis electis passio Christi fructificat, per consecutionem sui finalis effectus, qui est salus æterna. Hinc Christus dixit in cœna discipulis, Hic est calix sanguinis

B mei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et in Esaia scriptum est, Ipse peccata multorum tulit. Ait igitur filius dei, Sicut nouit me pater, &c. hoc est, moriendo pro ouibus ostendo quantum patrem ouésque diligo, quia pro patris honore & gloria homines redimo. Et, Maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. [*Et alias oues habeo,*] hoc est, multi gentilium ad me pertinent, mesque sunt secundum prædestinationem æternam, quamuis secundum præsentem iustitiam necdum sint oues, sed hœdi ac lupi: de quibus alibi ait Christus, Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham in regno cælorum. [*Quæ non sunt ex hoc ouili,*] id est, de synagoga seu numero Iudæorum, [*Et illas oportet me,*] non per coactionem, sed immobile beneplacitum, [*Adducere,*] id est, per apostolicam prædicationem, & spiritus sancti illustrationem ad fidem colligere, & de erroribus variis in quibus errauerunt ad catholicam veritatem atque ecclesiasticam vnitatẽ perducere. Errabant enim alienati à vero pastore, & luporum dentibus patuerunt. Propter quod in prima sua canonica asserit Petrus, Eratis aliquando sicut oues errantes, sed cõuersi estis ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Et Esaias, Omnes (inquit) nos quasi oues errantes, vnusquisque in viam suam declinauit. [*Et vocem meam,*] id est, euangelicam legem atque internam alloquutionem, [*Audient*] credendo & obediendo, iuxta illud in Psalmo, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et Paulus, Notum (inquit) sit vobis quia Gentibus missum est hoc salutare dei, & ipsi audient. Hoc Christus præinductis verbis adiecit, ne pro so-

C lis Iudæis crederetur passurus vel missus, eo quòd alibi dixerit, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. [*Et fiet vnum ouile,*] id est, vna ecclesia seu vna fidelium congregatio ex electis Iudæis atque conuersis gentilibus constans: quæ dicitur vna, propter fidei, spei, charitatísque vnitatem. Ipsa enim est vnum mysticum corpus Christi: quod ab vno capite, scilicet Christo gubernatur, vno spiritu sancto viuificatur, vna lege regulatur, vno fonte purificatur, vno pane reficitur, ab vno patre regeneratur, ad vnam patriam proficiscitur. Huic ouili prælati præsident, hoc dæmones obsident, angeli protegunt, Christus triumphat.

¶Christus ergo ex duobus populis nunc fecit vnam ecclesiam: propter quod dicitur lapis angularis, quoniam sicut in lapide anguli vniuntur deo parietes, sic in Christo tanquam in capite coniuncti sunt duo populi: propter quod Paulus ait, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Et apud Zachariam prædictum est, Ipse ædificauit templum domino, & consilium pacis erit inter duos illos, puta Iudæos & gentes. Hinc gentibus conuersis loquitur Paulus, Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Et post pauca, Ipso (inquit) summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei, in spiritu sancto. [*Et (fiet) vnus pastor,*] id est, christus qui fuit pastor Iudæorum solum, fiet pastor Iudæorum ac Gentium. Et qui multos atque diuersos habuerunt pasto-

D res, vel potius dissipatores, quantum ad gentes, quæ seruierunt dæmonibus, conuertantur ac sortientur vnum verum ac summum pastorem, videlicet Christum, de quo per Zachariam dominus dicit, Framea suscitare super pastorem meum. Et Micheas ait, Ipse stabit & pascet in fortitudine domini. christus autem est solus & vnicus pastor, eo modo quo ait, Nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester Christus. Nam alij non sunt pastores vel magistri, nisi sub christo & eius vicariis. ¶Porrò quod ait, Fiet vnus pastor, non est factum nec fit per mutationem in Christo factam, sed in ouibus, quæ feliciter immutatæ ad Christum conuersæ sunt. Sic enim deus dicitur factus, non quasi in seipso mutatus, sed propter nouam habitudinem nostri ad eum, iuxta illud in Psalmo, Domine refugium factus es nobis. Et quamuis præhabita verba Christi nunc aliqua liter sint impleta, tamen in fine seculi plenius implebuntur, quando detecta Antichristi perfidia, totus mundus, paucissimis Antichristi ministris exceptis, conuerteretur ad Christum. Tunc enim idololatria penitus destruetur, & omnes Iudæi fidem Christianam amplectentur. [*Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam pro ouibus meis.*] Palam quòd dilectio patris ad filium secundũ eius diuinitatẽ sit æterna, nec aliquid eius causa est, vel eã præcesit. Similiter dilectio patris ad filium secundũ eius humanitatem præcesit omne opus ac meritum christi hominis. Ob id ergo quod christus animam suam pro ouibus dedit in passione pater non diligit eum, quasi illa oblatio seu passio sit causa me

Matth.11. 1.Ioan.4. 1.Cor.13. Matth.5. Esaiæ.53. Hiere.12. Galat.2. 1.Petr.2. Psalm.26. Matth.26. Esaiæ.53. Ioan.15. Matth.8. Esaiæ.53. Psalm.17. Actu.28. Matth.15. Acto.15. Zacha.6. Ephe.2. Ibidem. Deut.32. Zacha.13. Miche.3. Matth.23. Psalm.93. Ioan.1. Psalm.91.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ritoria,ob quam filium diligit primo pater:imò nec nos diligit deus propter merita noſtra, quaſi meri E
ta dilectionem præceſſerint,ſed dilectio dei,qua à deo præuenti ſumus,eſt cauſa omnis boni in nobis.
Itaque quod Chriſtus animam ſuam poſuit,eſt cauſa à poſteriori,id eſt,ſignum oſtenſiuum dilectio-
nis patris ad filium ſecundum eius humanitatem,quia & pater ex ſua dilectione præſtitit Chriſto ho-
mini affectum atque conſtantiam moriendi pro nobis.Secundum hunc ſenſum infra ait Saluator, Ip-
Ioan.16. ſe pater amat vos,quia vos me amaſtis,propterea me ſecundum naturam aſſumptam pater diligit,imò
& tota trinitas,id eſt,diligere ſe oſtẽdit,quia ego pono animam meam,id eſt,paſſioni expono,vel à cor
pore proprio ſeparo:non interficiendo meipſum,ſed ſpõte moriendo,& aduerſarios meos non prohi-
bendo,[*Vt iterum ſumam eam,*]id eſt,corpori meo eam tertia die reuniam. [*Nemo tollit,*] id eſt,tempore
Matth.27. paſſionis auferet eam à me,quaſi ab impotente & mori nolente.Nihilominus Iudæi & milites intule-
runt Chriſto mortem,& ex vulneribus quę ei inflixerunt,conſecuta eſt ſeparatio animæ Chriſti à cor
pore eius:ſed hoc non fecerunt,niſi Chriſto volente & permittente,qui vnico nutu potuit eos proſter
nere atque occidere,ſicut in paſſione dicendo,Ego ſum,proiecit eos retrorſum,& ceciderunt in terrã.
Hinc ſcriptum eſt,Oblatus eſt,quia ipſe voluit,& non aperuit os ſuum.Ideo ſubditur, [*Sed ego pono eã*
Ioan.19. *a meipſo,*]id eſt,à corpore meo eam tolli permitto.Non enim ſeparata fuit anima Chriſti vnquam à ver
Eſaiæ.53. bo,nec etiam in hora mortis Chriſti ablata eſt anima eius à corpore ſuo,propter vim tormẽtorum,ex
neceſsitate,ſed ex chriſti voluntate.Potuit enim non obſtante doloris vehementia animam ſuam cor- F
pore continere quandiu volebat. Vnde ad oſtendendum,quàm poteſtatiue ac ſponte ſpiritum tradi=
Matth.15. dit in ipſo momento mortis,quo alij taliter cruciati vix halitum trahere valent,ipſe magna voce clama
Pſalm.23. uit,Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Quod penſans Centurio non eſſe naturale, dixit,
Lucæ.23. Vere hic filius dei fuit.[*Poteſtatem habeo ponendi eam,*]id eſt,animam meam modis præfatis paſſionibus
exponendi atque à corpore ſeparandi, [*Et poteſtatem habeo iterum ſumendi eam*]in reſurrectione reaſſo-
ciando eam cum corpore.Hæc poteſtas competit Chriſto ſecundum naturam diuinam. Ipſe enim vt
deus,ſuſcitauit ſeipſum à morte vt hominem.Prætera oportet agnoſcere, quia ſecundum Damaſce-
num,id quod verbum aſſumpſit,nunquam depoſuit. Idcirco in triduo mortis erant corpus & anima
chriſti verbo vnita,non tamen verbum fuit tunc homo,quia fuerũt à ſe inuicem ſeparata, corpus eius
& anima.Quamuis ergo chriſtus,vt deus,potuit animam & corpus ſuum à verbo ſeparare atque de-
ponere,ſecundum potentiam ſuam abſolutam : non tamen ſecundum potentiam ordinatam: quia nõ
conueniebat ſapientiæ & iuſtitiæ verbi,vt naturam ſemel aſſumptam deponeret.[*Hoc mandatum,*]vide
licet vt ponam animam meam pro ouibus,[*Accepi a patre meo,*]qui per meam paſſionem & obedien-
tiam decreuit redimere mundum.Pater autem præcepit chriſto ſecundum quod homo eſt diuinam
voluntatem & præordinationem circa humani generis liberationẽ implere.Propter quod ait inferius,
Ioan.14. Sicut mandatum dedit mihi pater,ſic facio.Et Apoſtolus,Proprio(inquit) filio non pepercit,ſed pro
Roma.8. omnib⁹ nobis tradidit illũ.Et Petrus ait Iudæis,Hũc definito cõſilio & ſciẽtia dei traditũ interemiſtis. G
Actu.2. ¶Sed cum paſſio ſeu mors ſit pœna debita culpæ,quomodo iuſtus pater voluit innocentem filium o-
Eſaiæ.52. mni culpa carentem pati tantum ſupplicium?Dicendum,quod pœna non ſolum pro culpa infligitur,
ſed pro aliis quoque cauſis diuerſis vult deus hominem pati,vt dictum eſt plenius præcedenti capitu-
lo.[*Diſſentio iterum facta eſt inter Iudæos propter hos ſermones,*]chriſti altos,& inſolitos. Quomodo autem
facta ſit iſta diſcordia ſubditur,[*Dicebant autem multi ex ipſis,*]penit⁹ excæcati & indurati,ex beneficiis,
ſignis ac ſermonibus chriſti deteriores effecti,[*Dæmonium habet,*]id eſt,arreptitius & obſeſſus eſt, ſic-
q́ue inſpiratione diaboli loquitur iſta profunda & rara,[*Et inſanit,*]id eſt,amens eſt,non compos pro-
priæ mentis,[*Quid eum auditis?*]quaſi dicant,Fallimini eum audiendo.Ecce quid ſapientia dei & ſanct⁹
1.cor.1. ſanctorum tolerauit pro nobis.Imponitur ei amentia,cuius ſapientiæ non eſt numerus: imponitur ei
Pſal.146. quoque dęmoniaca obſeſsio,in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,qui peccatũ non
col.2. fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius:nec legitur chriſtus hic reſpondiſſe.Diſcamus ergo verborum
Eſaiæ.53. iniurias,detractiones,irriſiones,ſubſannationes æquanimiter ferre.[*Alij*]veritati propinquiores, qui
forte poſt paſſionem ad chriſtum conuerſi ſunt, [*Dicebant,hæc verba,*]tam docta,ordinata ac moralia,
Ioan.9. [*Non ſunt dæmonium habentis*]id eſt,hominis obſeſsi & inſani.quod probant, [*Nunquid dæmonium poteſt*
Exod.7. *cæcorum oculos aperire?*]eorum videlicet qui connaturale lumen non habent in oculis, qualium chri-
ſtus aperuit oculos,quorum vnus fuit cæcus ſic natus.Quàm vero mira atque ſtupenda fieri poſsint à H
dæmone,etiam quaſi in imperceptibili tempore,patet in operibus magorum Pharaonis:ſed quæ totã
facultatem & legem naturæ tranſcendunt,facere nequeunt dæmones.cum enim ſint agiles & ſubtiliſ-
ſimi,poſſunt celerrime naturalia,actiua & paſſiua applicare,ad inuicem proportionare, ſicq́ue produci
Iob.1. tur effectus mirabilis his qui cauſam & modum operationis ignorant.Denique ſicut Iob ait,Operan-
te ſatan ignis deſcendit de cælo,deuorauitque oues & pueros cuſtodientes. Poſſunt igitur dæmones
quorundam cæcorum oculos aperire,eorum vtique qui interdum arte medicinæ curantur. Sed tales
cæci non ſunt penitus naturali viſus lumine deſtituti,vnde de talibus modo non agitur.

¶Explanatio reſiduæ partis cap. x. [*Facta ſunt autem encenia in Hieroſolymis.*] Articulus XXVII.

Ioan.8.9.
Ioan.10.9. O Mnia quæ in iſto capitulo,duobúſque præcedentibus de chriſto narrantur,in Hieruſa-
lem contigiſſe videntur : vbi cum chriſtus cæco nato viſum dediſſet,multúmque ad Iu-
dæos habuiſſet ſermonem ac diſputationem , [*Facta ſunt encenia,*] hoc eſt, ſolennia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A dedicationis templi,[*in Hierosolymis.*]Vrbem Hierusalem Salomon appellauit Hierosolymam.[*Et hyems erat*,] ex quo patet,quod nunc agitur de solēnitate dedicationis ordinata à Iuda Machabæo & fratribus eius. Triplex quippe fuit ordinata dedicatio templi. Prima à Salomone in autumno decima die Septembris. Secunda à Neemia atque Zorobabel,sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno in vere duo decima die Martij. Tertia à Iuda Machabæo,qui templum secundum ab Antiocho prophanatū,mundauit,consecrauit,& dedicauit,hoc est,diuino vsui applicauit tempore hyemis,quartadecima die Septembris. Dicit quoque pluraliter encenia,quoniam octo diebus durauit solēnitas ista. Vnde scriptum est,Statuit Iudas & fratres eius,vt agatur dies dedicationis ab anno in annum per octo dies.[*Et ambulabat Iesus in templo*,]hoc est,in quadam parte pertinente ad templi integritatem,videlicet,[*In porticu Salomonis*,]id est,in ambulatorio facto ad similitudinem oratorij, in quo Salomon orauit in primo templo, ab ipso constructo. Hæc enim porticus non fuit eadem cum illa, quæ fuit tempore Salomonis, quoniam illam cum templo combusserunt Chaldæi, sed alia similis, propter quod antiquum nomen retinuit. In hac itaque porticu, in qua & populus orare solebat, ambulabat Iesus, de quo canta mus,Dominus in templo sancto suo. Simili modo, si anima nostra quæ est templum spiritus sancti agat encenia,id est,commemorationem & inuocationem consecrationis suæ,qua in fonte baptismi dedicata & consecrata est deo,eo modo quo monet Apostolus,Expoliate vos veterem hominem cum actibus suis,

B & renouamini spiritu mentis vestræ.ambulabit Iesus in intellectu animæ, qui est porticus veri Salomonis,vtpote Christi,quia in intellectu est oratio interior,quo anima inuocat Iesum. Ambulat autem Iesus in anima,dum in latitudine charitatis familiariter conuersatur & operatur in ea, sicut per Mosen loquitur,Quia inhabitabo & ambulabo in eis. Denique,deus immensus & incommutabilis pergit nobiscum,quando custodit introitum & exitum nostrum,quemadmodum ait ad Dauid,Fui tecum in omnibus,vbicūque ambulasti Et Iosue,Noli timere,quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris.[*Circundederunt ergo eum Iudæi.*]quòd isti circundatores fuerunt obstinati,infideles & reprobi,statim patebit in textu. Ideo circundederunt Iesum mala intētione,vt aliquid raperent de ore eius,quo eum accusarent. Vnde cum multitudine & impetu accesserunt, vt inducerent Iesum ad incautam responsionem,quasi circumuētum atque turbatum. Hinc ait in Psalmo, Circundederunt me canes multi. Et,Circundederunt me sicut apes.[*Et dixerunt ei*,]quasi veritatem sci re optantes & adulantes,cum tamen insidiandi quærerent occasionem,[*Quousque animā nostram tollis?*] id est,corda nostra affligis,& in suspenso tenes,imò à nobis quodammodo aufers,dum iugiter occupā tur circa te,considerando & inquirendo an sis Christus. Desiderium enim noscendæ veritatis cruciat mentem,quousque ad illam pertingat.[*Si tu es Christus dic nobis palam.*] Iudæi isti carnales præstolabantur, & posteri eorum hucusque expectant Christum in primo suo aduentu sic futurum,quòd esset rex potentissimus & mundi monarcha,atque omnia regna subiecturus Iudæis, allegantes illud E-

C saiæ Ge is & regnum quod non seruierit tibi,peribit. Et illud Danielis,Omnes populi,tribus, & linguæ seruient ei. illud quoque Zachariæ prophetæ, Potestas eius à mari vsque ad mare. Cui consonat illud Psalmistę,Et dominabitur à mari vsque ad mare,& à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Si ergo Iesus aperte dixisset se esse Christum,statim accusassent eum Iudæi, vt apparet apud Pilatum, tanquam aduersarium Cæsaris & Romanorum,qui tunc mundi monarchiam tenebant. Si vero diceret quòd non,apponerent ei,q̄ propriis contradiceret verbis. Frequenter enim insinuauit se esse Christum:sed Christus sapientia patris,corda vniuersorum conspiciens,& intentionum discretor,secundū Apostolum,sic temperat responsionem,quod eorum machinationem facillime demolitur.[*Loquor vobis*,]multa de meipso,quòd sim Saluator mundi & filius dei, aliáque diuersa,ex quibus sequitur quòd sim Christus,[*Et non creditis mihi*,]sed dæmoniacum me vocatis.[*opera quæ ego facio in nomine patris mei*,] id est,diuina miracula,omnem creatam potestatem excedentia,quæ facio secundum deum, & deū patrem inuocando,[*Hæc testimonium perhibent de me*]hoc est,manifestant quod sim missus à deo, & quod deus operetur per me,atque talis sim,qualem me esse affirmo. Christi nempe miracula fiebant ad suæ confirmationem doctrinæ, & ad testificationem sanctitatis suæ præcipuæ: tanquam diceret, Vos quæritis an sim Christus, quasi parati credere soli verbo quod loquor, sed ego ad opera vos remitto, quæ firmiora sunt verbis: & quoniam operibus non creditis, patet quod nec verbis crederetis,

D sed animo calumniandi interrogatis. ideo subditur,[*Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis*,] id est, de numero electorum, videlicet pij, innocentes, & simplices. Non enim omnium est fides, sed electorum duntaxat, quamuis non omnes credentes sint electi. Omnes tamen viatores electi sunt credentes, quoniam sine fide impossibile est deo placere, & teste Esaia, Qui incredulus est,infideliter agit. propterea in Actis scripsit Lucas, Crediderunt quotquot præordinati erant in vitam æternam.

¶His verbis Christus ostendit se scire qui essent electi,& qui præsciti,secundum quod infra testatur, Ego scio quos elegerim. Ostēdit quoque,quòd non sit alicui salus nisi in ipso,videlicet per hoc quòd est ouis ipsius,per quod implicite significauit se esse Christū. Queritur,quomodo verum est,qđ veritas asserit,Vos nō creditis,quia non estis ex ouibus meis? Nā esse ouē christi,est esse prædestinatū, vel ex prędestinatiōe esse fide & actu fidelē:ergo nō esse ouē,est esse pręscitum seu reprobatū. Quāuis aut prædestinatio diuina sit omnis boni causa in anima,reprobatio tamen diuina non est causa malorū nostrorum:ergo non esse ouem Christi seu esse præscitum, non est causa non credendi. Dicendum, quòd prædestinatio non est ex meritis nostris,sed reprobatio est ex nostris demeritis:ideo reprobatio non est causa per se & immediata non credendi,sed propria culpa. Est tamen signum & causa per accidens non credendi,quemadmodū gubernatoris absentia,est causa submersionis.[*Oues meæ vocē meā au*

1.Mac.4. 3.Reg.8. 1.Esdr.6. Neem.12. 3.Esdr.7. 1.Mach.4. 4.Reg.25. Psalm.10. 1.Cor.3. collo.3. Leuit.26. Malac.3. Psal.120. 2.Reg.7. Iosue.10. Psalm.21. Psalm.117. Esaiæ.69. Daniel.7. Zacha.9. Psalm.71. Matth.26. Lucæ.3. 1.Cor.1. 1.Reg.16. Hebr.4. 2.The.3. Hebræ.11. Esaiæ.21. Actu.13. Ioan.13. Actu.4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diunt.]Si de ſolo corporali loqueretur auditu,iſti quoque Iudæi,quibus præſentialiter reſpondebat,o- E
ues fuiſſent.Loquitur ergo præcipue de interiore auditu,id eſt,obedientia & cõſenſu, vt ſit ſenſus,O-
ues meæ,id eſt,homines quorum corda per gratiam nutrio,atque multiplici ſpiritualis alimoniæ cibo
conforto : vocem meam audiunt, hoc eſt, verbis euangelicæ legis,vel inſpirationi internæ, quæ ver-
ba audiunt immediate à me vel à prædicatoribus meis,obediunt,ſaltem antequam de hoc ſeculo aufe-
Ioan.8. rantur.Qui enim ex deo eſt,verba dei audit.Et auris bona,cum omni concupiſcentia audiet ſapientiã.
Eccle.3. [*Et ego cognoſco eas*] cognitione dilectiua & approbatiua,de qua dicit Apoſtolus, Nouit dominus qui
2.Tim.2. ſunt eius.[*Et ſequuntur me,*] id eſt,vias à me tritas, vtpote per opera mea incedunt,diſcũt à me quia mi
Matth.11. tis ſum & humilis corde.Ambulãt in dilectione ad proximos ſuos,ſicut & ego eos dilexi,implent quod
Marc.12. dixi,Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam quotidie,& ſequatur me.Se
Ioan.15. quuntur inſuper Chriſtum tranſeundo de via ad patriam,vt vbi eſt Chriſtus,& illi ſint ſecum. [*Et ego*
Matth.16. *vitam æternam do eis,*]puta meipſum,& gratiam,atque opera meritoria,quibus ad futuram beatitudinẽ
Lucæ.9. perducentur,quam nunc habent in ſpe,in radice,& merito,habituri tunc eam in re & præmio,[*Et non*
Ioan.17. *peribunt in æternum,*]licet ad tẽpus variis perſecutionibus,tentationibus,atque moleſtiis fatigentur,quẽ
admodum ſcriptum eſt,Omnes qui volunt pie viuere in Chriſto,perſecutionem patientur. His enim
2.Tim.3. omnia cooperantur in bonum,& omnia quæcũque faciunt proſperantur.Fin aliter ergo ſaluantur, &
Roma.8. tanto pleniori beatitudine perfunduntur,feliciúſque requieſcent in patria, quanto nunc amplius vili- F
Pſalm.1. penduntur,tentantur,ac tribulantur:quod cernentes reprobi dicent in fine ſeculi illud Sapientię,Nos
Sapien.5. inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam,& finem ſine honore.Quomodo ergo computati ſunt
inter filios dei,&inter ſanctos ſors illorũ eſt?[*Et non rapiet eos quiſquam de manu mea*].i.nullus hoſtis,ſiue
viſibilis ſiue inuiſibilis,poterit electos meos mihi auferre,vel de poteſtate atq; cuſtodia mea per violẽ-
tiã tollere,auertẽdo eos finaliter à me,quãuis ad tempus poſsint ſeduci ac deuiare. De hoc multa intro
Rom.8. ducit Apoſtolus ad Romanos,Quis,inquit,accuſabit aduerſus electos dei? Et quis nos ſeparabit à cha
ritate Chriſti? Et certus ſum,quia neq; mors,neque vita,neque angeli,neque principatus,neque inſtã
tia,neque futura,neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu.Prę-
deſtinatio equidem includit omnia,quæ electis neceſſaria ſunt ad ſalutem.Ideo comprehendit auxilia
quibus indigent prædeſtinati ad hoc quòd nõ vincantur,neque à Chriſto finaliter ſeparentur: manus
Sapien.5. enim ſeu poteſtas Chriſti protegit eos,quemadmodum per ſapientem inducitur, Quoniã dextera ſua
teget,& brachio ſuo defendet illos.Quòd autem nullus valeat eos rapere de manu Chriſti,eſt quoniã
Chriſtus omnipotens eſt ſicut & pater,idcirco ei prævalere nullus poteſt:propter quod ſequitur,[*Pa-
ter meus quod dedit mihi*]id eſt,diuina eſſentia,& deitas vera,quam pater generando mihi cõmunicauit.
Pater enim totam diuinitatis plenitudinem transfundit in filium.[*Maius omnibus eſt*]hoc eſt,vniuerſa in
infinitum excedit:non quantitate corporea,ſed dignitate atque potentia,imò omni perfectione ſimpli
citer dicta.In ſpiritualibus nãque idem eſt eſſe maius,& eſſe melius,dignius ſiue perfectius.Pater ergo G
totum quod habet filio cõmunicauit,ſecundum quod infra filius proteſtatur,Omnia quęcunque ha-
Ioan.4. bet pater,mea ſunt.Superius quoque dixi,quod deus pater ſeu trinitas maius bonum dedit Chriſto,ſe
Ioan.10. cundum naturam aſſumptam,quàm toti vniuerſo,videlicet eſſe vnitum verbo hypoſtatica vnione,&
tantam habere gratiam,& charitatem,& fruitionẽ,quod maior creaturæ cõmunicari non poteſt.Nũc
Iob.23. tamen eſt ſermo de datione generationis æternæ,atque diuinæ eſſentiæ communicatione.[Et *nemo po-
teſt rapere,*]id eſt,nullus aduerſari⁹ valet oues violẽter auferre,[*De manu (id eſt,poteſtate) patris mei.*]de quo
Hiere.49. ſcriptum eſt,Cogitationẽ eius nemo auertere poteſt,& anima eius quodcũque voluit fecit. Vnde Hie
Deut.28. remias ait,Quis ſimilis mei,aut quis ſuſtinebit me,& quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Ipſe
Exod.33. eſt deus glorioſus & fortis,terribilis,atq; liberrimus,qui cuius vult miſeretur,& quẽ vult indurat. qui
Roma.9. ait per Eſaiam,Conſiliũ meum ſtabit,& omnis voluntas mea fiet.Ipſe eſt qui æterna ſuos cuſtodit vi-
Eſaiæ.46. gilia,&per angelos ac homines ſanctos plebẽ ſuã gubernat,qui vaſa miſericordię pręparauit in gloriã.
Pſalm.114. ¶Quamuis interea patris & filij ſit vna manus ſeu diuina & increata poteſtas,ob quam quæcunque fa
Ioan.5. cit pater,hæc & filius ſimiliter facit,tamen ipſe filius ſolet dici manus & brachium patris,quia per filiũ
Eſaiæ.51. omnia facit pater:nam in communi modo loquendi,ille dicitur manus alterius,per quem frequentius
Lucæ.11. operatur:ſic ſpiritus ſanctus aſſeritur digitus dei,quia per ſpiritum ſanctum indicantur ſeu reuelantur
diuina ſecreta.Hinc loco præſenti per manum patris,quidam intelligũt filium,de quo cecinit Eſaias, H
Eſaiæ.52. Parauit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium. Quod vero vtriuſque ſit vna
poteſtas ſeu omnipotentia,pandit adiiciens,[*Ego (ſecundum naturam verbi) & pater, vnum ſumus,*] hoc
eſt,ſubſtantialiter idem,& in perſonis diſtinct. dicendo, vnum, notatur eſſentiæ vnitas indiuidualis,
non generica ſiue ſpecifica,ſed mera naturæ identitas: per quod confunditur hæreſis Arrianorum,di-
centium,filium eſſe puram creaturam,& ſubſtantialiter à patre diſtinctum. Dicendo autem, ſumus,
inſinuat diſtinctionem perſonæ. Per quod reprobatur Sabelliana loquacitas, dicens, eãdem eſſe per
ſonam patris ac filij,vt deus dicatur pater ratione creationis, filius ratione incarnationis, ſpiritus ſan-
ctus ratione ſanctificationis, quia per gratiam ſanctificat rationalem creaturam. His auditis, [*Sustu-
Leuit.24. lerunt lapides Iudæi,*] lapidea corda habentes, [*Vt lapidarent eum,*] tanquam blaſphemum, quoniam
Rom.10. lex præcepit lapidari blaſphemos : æmulatores autem legis erant, & æmulationem dei habebant,
ſed non ſecundum ſcientiam: quoniam Chriſtus tot argumentis monſtrauit ſe eſſe deum, quòd ei
in hoc contradicendum non fuit, præſertim, quia prophetæ manifeſte prædixerunt Chriſtum deum
fore & hominem, ſicut vbertim oſtenſum eſt ante. [*Reſpondit eis Ieſus,*] non ex eorum apparatu
perterritus, ſed ipſorum inſaniam blande refrenans ac differens, [*Multa opera bona oſtendi vobis
ex patre meo,*] id eſt, coram vobis feci, docendo, atque miracula perpetrando, & ægros curando,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Propter quod eorum opus me lapidatis?*]id eſt,lapidum ictibus occidere vultis.Nam & iſtud documẽtum, quo dixit.Ego & pater vnum ſumus,fuit vtique bonum opus,quia articulus fidei.[*Reſpõderũt ei Iudæi,*] lapides habentes in manibus,& brachia ad proiiciendum in Ieſum extenta,[*De bono opere non lapidamus te.*]Quamuis enim nondum lapidare cœpiſſent Ieſum,tamen tam firmum propoſitum habuerunt hoc protinus faciendi,quòd iam ſe illum lapidare dixerunt.[*Sed de blaſphemia.*]Mentiuntur, quia quod ipſi blaſphemiam reputabant,fuit actus virtutis,& proteſtatio veritatis.Cur autem blaſphemaſſe dixerunt Ieſum,ſubiungitur,[*Et quia tu homo cum ſis,facis,*]id eſt,eſſe affirmas [*Teipſum deum,*] id eſt,dei filium, deo patri conſubſtantialem,Ego(inquiens)& pater vnum ſumus.Hoc verum fuit,ſed ipſi id falſum re putabant,ignorantes ſcripturas prophetarum,quæ duplicem in Chriſto docent eſſe naturam,Eſaia dicente,Puer natus eſt deus,& vocabitur admirabilis,deus,fortis,pater futuri ſeculi. Hieremia quoque, Hoc eſt nomen quod vocabunt eum,dominus iuſtus noſter.Iſti Iudæi conceſſerunt Ieſum opera bona facere,& tamen eſſe blaſphemum,quæ ſimul nequeunt ſtare. Si enim fuiſſet blaſphemus,deus eius doctrinam & conuerſationem non confirmaſſet & approbaſſet miraculis.[*Reſpondit eis Ieſus,*] oſtẽdens ſe nil mali dixiſſe,ſed illos errare,[*Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra,*]id eſt in libro Pſalmorum pertinente ad veteris legis ſcripturas? Eſaiæ.9. Hiere.23. Matth.9.

¶Lex quandoque accipitur ſolum pro quinque libris Moſi,vt cum ait Saluator,Oportet impleri om- Lucæ.24.
B nia quæ ſcripta ſunt de me in lege,& prophetis,& pſalmis.Quandoque vero accipitur pro pentateucho & libro pſalmorum,vt ibi,Lex & prophetæ vſque ad Ioannem.Interdum pro tota ſerie ſcriptura Ioan.1.
rum veteris teſtamenti,vt nunc.[*Quia ego dixi*]ad vos ô iudices & prophetæ,[*Dy eſtis*]non natura, ſed Pſalm.81.
gratia: non eſſentialiter,ſed participatiue.[*Si(pro quia)illos(homines)dixit*]deus verus per Pſalmiſtã,[*Deos*]per participationem & imitationem perfectionis diuinæ,ſicut ad Moſen loquitur in Exodo, Ecce Exod.6.
cõſtitui te deum Pharaonis.[*Ad quos ſermo dei factus eſt,*]videlicet patriarchas,prophetas,& iudices ſan Hebr.1.
ctos,de quibus ad Hebræos,Multiuarie multiſque modis olim deus loquens patribus in prophetis.Et Amos.5.
Amos,Nõ faciet dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas.Quòd enim iſti dij vocentur,patet ex eo quòd Moſes ait in Exodo,Diis non detrahas.Itémque,Dominus do Exod.22.
mus applicabitur ad deos,hoc eſt,ad iudices.[*Et non poteſt ſolui,*]id eſt,corrumpi ſeu falſificari,[*Scriptura.*]Cælum enim & terra tranſibunt,verba autem dei,puta ſcripturę,non tranſibunt,vt Chriſtus teſta Ibidem.
tur apud Lucam: qui denuo ait, Vnus apex,vel vnum iota non præteribit de lege,donec omnia fiant. Lucæ.21.
Propter quod ait Pſalmiſta,Initio cognoui de teſtimoniis tuis,quia in æternum fundaſti ea.[*Quem pater ſanctificauit,& miſit in mundum,vos dicitis,quia blaſphemas,*]hoc eſt,mihi quem pater æternus ſanctifi- Mar.5. Lucæ.16.
cauit,id eſt,ſanctum fecit,ſecundum quod homo ſum,implendo animam meam plenitudine gratiarũ, Pſalm.118.
donorum,atque virtutum,& ab omni culpa præſeruando:vel ſanctificauit,id eſt, ſubſtantialiter ſanctum genuit,ſecundum quod deus ſum,quoniam generando me,communicauit mihi eandem ſanctiC tatem quam habet ipſe,quæ eſt diuina eſſentia,puritas ſuperſplendidiſsima, fontana & infinita,& miſit in mundum,per humanæ naturæ aſſumptionem,viſibilem apparitionem,ac nouorum effectuũ pro Roma.8.
ductionem,quamuis ſecundum diuinitatem fuerim ante incarnationem in mundo,implens,cõſeruãs, & ambiens mundum: vos blaſphemi dicitis,quia blaſphemas,id eſt,quod dei eſt,puræ creaturæ aſcribis,[*Quia dixi filius dei ſum,*]naturalis & vnicus.Nam deum vocando patrem,declarauit ſe eſſe filium.tã Marci.1.
quam dicat,Si illi ad quos ſermo dei factus eſt,ſine blaſphemia dij feruntur:multũ erratis,qui mihi ſanc Lucæ.4.
cto dei,ſanctificato à patre,& ſpecialiter in mundum miſſo,imponitis crimen blaſphemiæ,eo quod di Ioan.1.
xi me eſſe filium dei,cum certum ſit me eſſe maiorem illis ad quos factus eſt ſermo dei, quoniam ego Eccleſi.1.
ſum verbum & ſermo dei,& de mea diuinitate ſunt loquuti prophetæ.¶Aduertendum,quod aliquid dicitur deus multipliciter.Primò,propter naturæ veritatem,ſic ſola trinitas eſt deus,de quo legitur,Vi Deuter.31.
dete quod ego ſim ſolus,& non ſit alius deus præter me.Secundo,propter ſanctitatis prerogatiuam & Pſalm. 46.
gratiæ eminentiam,quemadmodum ſcriptum eſt de apoſtolis, Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.Tertiò,propter mirabilium efficientiam,& potentiæ magnitudinem,ſicut ad Moſen dicitur,Conſtitui te deum Pharaonis.Quartò,propter ſapientiæ profunditatem,ſic homines contempla- Exod.17.
tiui,multũ eruditi,& de diuinis alte ſcribentes,dij dicũtur,vt Dionyſius,Hierotheus,cæteríque excel- Hierony.
lentes doctores.Quintò,propter hominum erroneam æſtimationem,qui idolis & dæmonibus diuini Pſalm.95.
D tatem aſcripſerunt,iuxta illud in Pſalmo,Omnes dij gentium dæmonia.Porrò philoſophi,intelligentiis,ſtellis,& orbibus,quos animatos ponebant diuinitatem participatam,attribuebant,propter ſimilitudinem cum perfectione diuina,in ſapientia,poteſtate,cauſalitate & gubernatione.Vnde Plato in Ti Plato.
mæo inducit ſummum deum loquentem ad illos,O dij deorum,quorum pater opifexque ego.Ariſto Ariſtotel.
teles quoque fatetur,quòd homo ſolus eſt deus vel beſtia:non vtique per eſſentiam,ſed imitationem, Auguſt.
hoc eſt,diuinus vel beſtialis.Veruntamen ſecundum Auguſtinum,ſacra ſcriptura non attribuit angelis nomen diuinitatis,ne detur hominibus idololatriæ occaſio.[*Si non facio opera patris mei,*]id eſt,opera 4.Reg.16.
miraculoſa ſoli diuinæ virtuti poſsibilia,ſicut ſunt cordium arcana reſerare,mortuos ſuſcitare,cæcum Ioan.9.
natum illuſtrare,[*Nolite credere mihi,*]dicenti quod ſim Chriſtus filius dei.Non enim omni ſpiritu eſt 1.Ioan.4.
credendum.Et qui cito credit,leuis eſt corde.Poſſunt autẽ per opera patris facta à Chriſto,intelligi ſan Eccle.19.
ctiſsima conuerſatio eius,qua ſemper patrem honorificauit,& eius placitum adimpleuit,inenarrabilis Ioan.8.
quoque patientia eius in omni aduerſitate.Hæc omnia proteſtantur,quòd vera ſint verba ipſius: quia ſecundum philoſophos operatio arguit formam,& qualis quiſque eſt,talia operatur & loquitur:propter quod ait Saluator,A fructibus eorum cognoſcetis eos.

¶Denique,in miraculis Chriſti duo mira & incõparabiliter digna penſantur.Primũ,quòd ea egit pro Matth.7.
pria poteſtate,ſolo imperio,in inſtanti vt ſæpius,quãuis interdum patrem inuocauerit, & mora aliqua

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioan.11. fuerit vſus,ad oſtendendum ſuæ incarnationis veritatem,& patris authoritatem.Secundum,quòd diſcipulis tradidit poteſtatem faciendi miracula,etiam maiora quàm ipſe per ſe in mundo conuerſans ef E

Matth.10. fecit.Hoc enim nequaquam humanæ,imò nec angelicæ eſt virtutis,dare aliis poteſtatem atque domi-

Ioan.17. nium quoddam ſuper naturas creatas,& vltra omnem naturalem rerũ facultatem,legem,ac ordinem. Dixit nempe Apoſtolis apud Matthæũ,Infirmos curate,mortuos ſuſcitate,dæmones eiicite.Hæc ſunt opera patris,imò totius trinitatis,cuius duntaxat eſt creaturis talem conferre virtutem.[*Si autem,(id eſt, quia) facio*]opera patris cæleſtis, [*Etſi mihi non vultis credere,*]quaſi propter reuerentiam perſonæ meæ,

Matth.7. vel propter nuda verba,[*Operibus credite,*]& mihi propter opera.Maius ergo ac certius eſt teſtimonium operis,quàm ſermonis,[*Vt cognoſcatis,*]nunc per donum intellectus,& in futuro per ſpeciem, [*Et credatis*]iam per fidem formatam,[*Quia in me eſt pater,*]per circuminſeſsionem, atque eſſentiæ identitatem, & maieſtatis æqualitatem ac vnitatem,[*Et ego(ſecundum quod deus ſum)in patre*] eodem modo,quo ipſe in me.Pater quoque & tota trinitas,eſt in filio ſecundum naturam humanam,per ſingularem & ſummam gratiæ inhabitationem,immobilem in bono conſeruationem, atque præcipuam familiaritatem: itémque filius ſecundum naturam hanc eſt in patre ſeu trinitate,per maximam dilectionem, beatiſsimam fruitionem,& plenam in bono confirmationem . [*Quærebant ergo(increduli iſti)eum apprehendere*] ad occidendum,de tam rationabili reſponſione non emendati nec perſuaſi,ſed peiores effecti.Non enim recipit ſtultus verba prudentiæ, & impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. F

Proue.18. [*Et exiuit de manibus eorum,*]tranſeundo per medium ipſorum,factus inuiſibilis eis, quemadmodum in

Lucæ.4. fine octaui capituli elucidatum eſt plenius.[*Et abiit trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes Baptiſta*

Ioan.8. *baptizans primum,*]id eſt,antequam ab Herode incarceraretur,vel primum, id eſt,priuſquam Chriſtus

Marc.6. & eius diſcipuli baptizauerunt,[*Et manſit(Ieſus)illic,*]id eſt,in loco illo,videlicet heremo,Iordani vici-

Ioan.3. ſias cum apoſtolis.[*Et multi(Iudæorum)venerunt ad eum,*]forſitan recordati verborum Ioannis,qui ibi dixit de Ieſu,Ecce agnus dei.(*Et dicebant,*)ad probandum,quod Ieſus eſſet maior Ioanne, & verus Meſ-

Ioan.1. xas, [*Quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum .*]Non enim fecit aliquod miraculum, ne populus haberet nimiam occaſionem reputandi, quòd Ioannes eſſet Meſsias, ſicque difficilius conuerterentur ad ipſum.

Eſaiæ.35. ¶Sed Chriſto reſeruata ſunt ſigna,quemadmodum Eſaias prædixit,Ecce deus veſter ipſe veniet,& ſaluabit vos.Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures ſurdorum patebunt.Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum.Ex hoc autem quod Ioannes(quo inter natos mulierum non ſurre-

Matth.10. xit maior)nullum operatus eſt ſignum, docemur non habere inanem ad miracula facienda affectum.

Lucæ.7. Non enim faciunt, ſed interdum oſtendunt ſanctitatem, vbertimque talis affectus ex quadam latenti naſcitur vanitate atque ſuperbia.Vnde quidam ſanctiſsimi patres,qui facillime poterant maxima operari miracula,vt Abbas paſtor & Syſois,omni modo refugiebant occaſionem huiuſmodi operũ, haud dubium,quin propter eximiam humilitatem.dixerunt quoque,[*Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de* G *illo,*]id eſt,vniuerſa quæ Ioannes Baptiſta de Ieſu iſto prædixit & docuit,[*Vera erant,*]id eſt,illa impleta videmus,vel mox implenda ſunt.Ex hoc arguebant,quòd Ioannes fuit verus propheta,& per conſequens ſtandum eſſe verbis eius de Ieſu,quod eſſet Meſsias,ſicque credebant:propter quod ſubditur, [*Et multi credebant in eum.*]Hoc intelligi poteſt dupliciter.Primò ſic,Multi,hoc eſt,omnes iſti venientes ad Ieſum,qui multi fuerunt,credebant in Ieſum.Secundò ſic,Multi,id eſt,magna pars iſtorum.Prima

Lucæ.1. tamen expoſitio videtur literę magis conſonare.Quamuis autem Ioannes nullum molitus eſt ſignum, tamen propter manifeſtam atque eximiam eius ſanctitatem,idoneũ reputabant teſtimonium eius,imò conceptio & natiuitas,totáq; inſuper conuerſatio eius mirabilis, ſupernaturaliſque fuit.

¶Declaratio cap. xi. [*Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania.*]

Artic. xxviii.

Ioan.10.  Abitum eſt in fine præcedentis capituli,quòd Ieſus relinquens Hieruſalem,& Iudæos,qui eum comprehendere & lapidare moliti ſunt,abiit trans Iordanem in locum quo baptizauit præcurſor.Cumque illic cum ſuis maneret diſcipulis, H contigit quod in huius capituli narratur exordio, [*Erat autem quidam languens (nomine) Lazarus (oriundus)a Bethania*]villa,inter quam & Hieruſalem medius fuit mons Olueti:oriundus inquam, [*De caſtello Mariæ(Magdalenæ) & Marthæ ſororis eius,*]quia in villa illa fuit caſtrum,in quo fœminæ iſtæ demorabantur cũ fratre ſuo.Solet autem languor accipi pro graui inuiſceratóque morbo:ex quo elici poteſt,quòd infirmitas Lazari naturaliter incurabilis fuit,quemadmodum rei exitus demonſtra-

Ioan.12. uit,erátque magnus honor Lazari,quòd talium ac tantarum extitit frater ſororum. ¶Deinde Euange-

Lucæ.7. liſta determinat,quæ fuit iſta Maria,[*Maria autem erat quæ vnxit dominum (Ieſum) vnguento,*] quod fudit ſuper caput & pedes ipſius,pro reuerentia & refrigerio & caloris atque laboris ipſius:qui propter noſtram ſalutem diſcurrebat per loca,prædicando,& ſigna agendo hyeme ac æſtate .[*Et exterſit pedes eius capillis ſuis.*] Nam lachrymis contritionis pedes Ieſu rigauit,eóſque crinibus ſuis ſiccauit.[*Cuius frater Lazarus infirmabatur.*]An iſta Maria ſit illa de qua ſcribit Lucas,quę ibi appellatur peccatrix,diſſen-

Lucæ.7. ſio eſt inter ſanctos.Hieronymus enĩ & chryſoſtomus dicũt quod nõ:Auguſtinus vero & Gregorius dicũt quòd imo:ſed de hoc tranſeo nunc,quia ſuper Matthæum capitulo viceſimo ſexto longã diſputationeminduxi de hoc, tenuíque cum Auguſtino & Gregorio, quod ſit eadem Maria, & quod bis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A vnxit Christum vnguento, semel in Galilæa, vel in Hierusalem secundum quosdam ex contritione, vt recitat Lucas: & semel in Bethania ex reuerentia & deuotione, quemadmodum sequenti patebit capitulo. [*Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes,*] per internuncium, [*Domine, ecce quem amas infirmatur.*] tanquam dicerent, Quomodo poteris sustinere, vt amicus tuus tam prædilectus laboret, vel quomodo poteris differre siue negare, quin ad eum curandum accedas? Non explicant quid affectent, sed ex verbis præhabitis sciunt Iesum considerare quid cupiant. Et quoniam de eius familiaritate ac amicitia præsumebant, arbitrantur sufficere vt causam insinuent: & talis insinuatio ponitur species orationis: sicut cum virgo benedicta dixit ad filium suum, vinum non habent. nec decuit eas personaliter ire ad Iesum, tum quoniam fœminæ erant, quas non decet discurrere, dummodo per alios queant sua negotia expedire: tum quoniam frater languidus indigebat earum consolatione, obsequio atque præsentia, nec ipsæ libenter recessissent à fratre tam charissimo, qui fuit strenuus ac nobilis miles, diues & iustus, ac Christi discipulus, eo modo quo Ioseph ab Arimathia & Nicodemus. Non dicunt cum Regulo, Domine, descende antequam moriatur, credentes quod absens posset curare: nec cum Centurione, Domine ne intres, sed tantum dic verbo: sed modum subueniendi Christo committunt, tanquam sapientiori. Ita & nos facere par est, cum à superioribus aliquid postulamus, videlicet vt modum exaudiendi committamus bonitati atque discretioni eorum, nisi forte ex hoc immineret perB culum. Porro si sorores istæ fuissent perfectæ in fide, sciuissent Christo cuncta constare, tanquam deo & homini, nec opportuisse ei nuncium mittere, (videntur quippe putasse quod Christum latuerit infirmitas Lazari) sed flexis genibus, clauso cubiculo, exorassent Iesum vniuersa cernentem dicentes, Domine, qui absconditorum es cognitor, ecce quem amas infirmatur. Nec mirum, si nondum talem fidem habuerunt, quia nec Apostoli habuerunt pro tunc huiusmodi fidem de Christo. Vtuntur demum verbo tam affectuoso ac blando, Ecce quem amas, vt Iesum ad misericordiam inclinarent, quę nouerant pietatis visceribus plenum. [*Audiens autem Iesus*] verba sororum per nuncium, [*Dixit eis,*] id est, per eundem nuncium respondit, mandauitque Mariæ & Marthæ, [*Infirmitas hæc non est ad mortem,*] solito modo durantem, vt ibi sistat, id est, principaliter non est ordinata ad vitæ extinctionem, quamuis per eam fuerit vita corporalis extincta. Infirmitas quippe dicitur esse ad mortem, non ideo solum, quoniam mortem inducit, sed quia ad mortem vsque ad futuram in fine seculi resurrectionem durantem operatur: iuxta illud beati Iob, Homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur cælum non euigilabit. [*sed pro gloria dei,*] id est, ad manifestationem diuinæ potentiæ ordinatur: vel pro gloria dei, id est, ad gloriosam seu miram resuscitationem defuncti soli deo possibilem, vt in illa declaretur excellentia dei, qui habet imperium vitæ ac mortis, [*Vt glorificetur,*] id est, gloriosus appareat verusque Christus esse noscatur ac honoretur, [*Filius dei per eam,*] tanquam per viam ac medium, & per reparationem eius, hoc est, per miraculosam resurrectionem morientis, tanquam per causam maC terialem, in qua potestas & veritas Iesu filii dei demonstrabatur. Suscitatio etenim Lazari adeo fuit miraculosa, quod non potuit esse, nisi à deo: idcirco deus qui per Iesum eam effecit, ostendit veram esse doctrinam Iesu, & per consequens quod esset Messias & filius dei naturalis, patri consubstantialis, sicut personaliter docuit. ¶ Primo dixit Iesus, quod infirmitas ista fuit pro gloria dei, moxque adiecit, vt glorificetur filius dei per eam: quibus vtique verbis duo ostendit. Primo, quod vna ac eadem sit gloria dei & filii dei. Secundo, quod filius dei sit deus. Et sicut huius Lazari languor fuit pro gloria dei, vt glorificaretur filius dei per eam: sic & infirmitas filii viduæ, ægritudo quoque filiæ Iairi fuerunt non ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificaretur filius dei per eas: magis tamen infirmitas Lazari quam illorum, quia per resuscitationem Lazari excellentius, latius, & euidentius clarificatus est Iesus. Fuit quippe suscitatio ista mirabilior quodammodo atque famosior: mirabilior, quoniam quatuor dies habuit Lazarus in monumento: alii duo eodem sunt die suscitati, quo morierebantur: quod certum est de filia Iairi, non tamen certum est de filio viduæ: item quoniam prodiit de sepulcro ligatus manus & pedes institis· fuit quoque famosior, propter dignitatem personæ defuncti, qui fuit notissimus & præclarus, & propter locum qui fuit vicinus Hierusalem, & propter multitudinem notabiliū Iudæorum qui aderant. [*Diligebat autem Iesus Martham (hospitam suam) & sororem eius Mariam*] discipulā suam præcipuam, [*Et Lazarum*] in exterioribus strenuum, interioribūsque deuotum. ¶ Nónne Iesus omD nes Iudæos præsertim electos dilexit? cur ergo dicitur hos tres amasse? Dicēdum primo, vt pateat sorores veraciter dixisse ad Iesum de Lazaro, domine ecce quem amas infirmatur. Secundo, vt insinuetur Christus non solum communiter vt cæteros, sed singulariter dilexisse tres istos. [*Vt ergo,*] id est, postquam Iesus [*Audiuit, quia Lazarus infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco prope Iordanem duobus diebus,*] quatenus ante suum aduentum in Bethaniam Lazarus moreretur, sepeliretur, & quatriduanus efficeretur, sicque miraculum gloriosius fieret, nec dæmoni ascribi valeret: obstinati quoque Iudæi inexcusabiles redderentur, & discipuli cæteríque electi roborarentur in fide, imò & plures Iudæorum viso tanto prodigio conuerterentur ad Christum, sicut & factum est. [*Deinde post hæc,*] scilicet tertio die, [*Dicit discipulis suis,*] id est, Apostolis, qui sibi inseparabiliter adhærebant: quemadmodum Lucas testatur, Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. [*Eamus in Iudæam,*] id est, in terram duarum tribuum Iudæ & Beniamin [*Iterum, (scilicet ad Bethaniam.) dicunt ei discipuli, Rabbi nunc*] ante paucos dies, [*Quærebant te Iudæi lapidare,*] nam lapides sumpserunt in manibus, vt dictum est in fine præcedentis capituli, [*Et tu iterum vadis illuc?*] quasi dicant, Incaute facis in hoc, & consulimus tibi oppositum. ¶ Multis de causis apostoli hoc dixerunt. Primo, quoniam magistrum suum, quem non satis spiritualiter, sed aliqualiter sensualiter dilexerunt, nequaquam mori volebant, nec eius corporali præsentia volebant priuari: vnde alio loco, cum passionem suam prædi-

Matth.26. Marci.14. Lucæ.23. Ioan.12. Ioann.2. Matth.27. Marci.15. Lucæ.27. Ioann.19. Ioann.3. Ioan.4. Lucæ.18. Matth.6. Heb.13. Deut.13. Eccle.39. Iob.14. Apoca.30. Lucæ.7. Lucæ.8. Lucæ.22. Ioann.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Matth. 16. xisset eis, Petrus cœpit increpare eum dicens, Domine, propitius esto tibi, nam hoc non erit. Secundo, E
Marci. 8. quoniam sibiipsis metuebant, ne cum magistro suo caperentur. Sed imperfecta fuit fides eorum. Si c-
nim nouissent Christum esse dei virtutem & sapientiam, atque ob id venisse, vt pro hominibus more-
1. Cori. 1. retur, sciuissent quod Iudæi ei inuito nil facere potuissent, præsertim cum iam toties elapsus fuerit ma
nus eorum, & quod tempore præordinato passurus esset, non fugiturus: item quod nullus eis posset no
Hiere. 20. cumentum inferre, quandiu protegerentur à Christo: quemadmodum ait Psalmista, Dominus prote-
ctor vitæ meæ, à quo trepidabo? Et Hieremias, Dominus mecum est, quasi bellator fortis, idcirco qui
me persequuntur, cadent & infirmi erunt. [*Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horæ diei?*] artificialis, prę
sertim tempore æquinoctiali, id est, secundum temporum variationem, & horarum diuturnarum di-
stinctionem atque successionem, variatur humana voluntas, & opera diuersificantur. tanquam dice-
ret, Quamuis hoc tunc volebant, tamen nunc aliter fiet, potéstque propositum esse mutatum. Iste est
modus loquendi prouerbialiter, vt cum de mutatione propositi seu nouitate effectus aliquid fari intē-
dimus, sic loquamur, Nónne duodecim sunt horæ diei? id est, quælibet hora suum habet opus atque
1. Corin. 1. propositum? Origenes & Augustinus aliter introducunt. Discipuli enim cum essent homines instru-
ctione indigentes, volebant dare consilium Christo, deo sapientiæ sempiternæ. ideo audiunt, Nónne
duodecim sunt horæ? hoc est, ego sum dies, vos quasi horæ diei, qui aliquid lucis sortiti estis à me, &
membra mea consistitis. Quemadmodum ergo horæ sequuntur diem, nō dies horas: sic vos meo con- F
silio acquiescere debetis, non ego vestro. [*Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi vi-
det. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.*] Hoc in exterioribus ad literam sic est. Qui
enim in die incedit, non pede impingit, quoniam solis conspicit claritatē: qui vero ambulat nocte, im-
pingit faciliter, quoniam lux solis non est in eo, id est, oculus eius illuminans. per quod Christus my-
stice innuit, quod is qui ambulat in luce iustitiæ, vel in puritate conscientiæ, non impingit opere vel
effectu, nec habet timere, sed esse debet securus: ~~quoniam nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur~~
Matth. 6. ~~iniquitas~~: nec deus deserit tales, quia & si aliquid patiuntur propter iustitiam, copiosa valde & infi-
Sapient. 3. nita est merces eorum, iuxta illud Sapientiæ, In paucis vexati, in multis bene disponentur. ideo formi-
dare non debent aduersarios, sed de diuina protectione & gratia esse securi. Qui autem ambulat in no
Sapient. 5. cte, id est, caligine ignorantiæ & peccati offendit, cadit, conteritur, quia lux gratiæ non est in eo, nec
sol intelligentiæ fulget animæ eius. Vel sic, Si quis ambulauerit in die, id est, mecum, qui sum dies spi-
Ioann. 8. ritualis illuminans mentē, non offendit, sed tutus est, quia lucem huius mūdi videt, id est, me, qui dixi,
Ego sum lux mundi. Qui enim corde aspicit ac sequitur Christum, non deuiat. Si autem ambulauerit
in nocte, id est, priuatione gratiæ atque præsentiæ meæ, offendit peccando, quia lux non est in eo, id
est, splendor gratiæ deest animæ eius. [*Hæc ait Iesus*] ad instruendum & confortandum discipulos pu-
sillanimes & indoctos. [*Et post hoc dicit eis*] causam itineris sui ad Iudæam, [*Lazarus amicus noster,*]
quoniam Lazarus tantum dilexit Iesum, quod omnes quoque discipulos eius amauit, [*Dormit dormi-* G
tatione mortis,] id est, defunctus est, & à mundi huius tumultu quiescit. Omnium hominum mors dor-
mitio dicitur, quoniam in die nouissimo tam mali quam boni suscitabuntur atque resurgent. Vnde in
3. Reg. 14. libro Regum & Paralipomenon etiam pessimi homines, vt Roboam, Achas dormisse cum patribus
1. Par. 12. suis scribuntur. Præcipue tamen mors iustorum vocatur somnus siue dormitio, quia in spe futuræ re-
4. Reg. 16. surrectionis & glorificationis dulciter conquiescunt. Sic igitur Iesus dixit Lazarum mortuum dormi
2. Par. 26. re, quoniam mox fuerat suscitandus ab ipso, obdormiuit quoque in domino. [*Sed vado*] ad Bethaniam.
Vado autem secundum formam humanitatis, qui ibi sum secundum essentiam deitatis, [*Vt à somno*]
mortis [*Exuscitem illum,*] qui facilius à morte resuscito, quam aliquis dormientem à somno. Hæc susci-
tatio conueniebat principaliter Christo virtute diuina. ¶ His verbis Christus dupliciter roborauit ac
lætificauit corda discipulorum. Primo, quoniam dixit se ire ad domum familiarium amicorum, vide-
licet Marthæ, Mariæ, ac Lazari, non ad Hierusalem, vbi præcipue morabantur æmuli eius. Secundo,
quoniam dixit se ire ad suscitandum defunctum, non ad disputandum cum scribis ac pharisæis. Iucū-
dum vero est videre tale ac tantum miraculum, maxime quando amicus resuscitatur. Verum discipu-
li verba Christi non intelligentes, necdum consenserunt ire versus Iudæam, sicut subditur, [*Dixerunt
ergo discipuli eius. Domine, si dormit (somno naturali) saluus erit,*] id est, conualescet, nec oportet te illuc
procedere, quia ab aliis potest à somno huiusmodi suscitari. Somnus autem frequenter est signum H
curationis, cum sit reformatio virium, ac releuamen naturæ: non tamen est certum indicium, nec sem-
per sic accidit. [*Dixit autem Iesus de morte eius,*] id est, nomine dormitionis mortem Lazari designauit.
[*Illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret,*] quod iret ad suscitandum Lazarum à somno: in
quo eluceſcit discipulorum simplicitas, qui putabant Christum tantum iter velle arripere, vt suscita-
ret dormientem à somno naturæ, nempe (vt dicitur) per dietam, vel circiter, distabat Bethania à lo-
co trans Iordanem, quo tunc extitit Iesus. Veruntamen arbitror, quod non æstimabant Iesum ob hanc
solam causam proficisci illuc: sed insuper, vt aliquid consolationis ac releuaminis impenderet ægro,
Leuit. 26. & vt sororum eius satisfaceret preci. ¶ Aduertendum, quod somnus in scriptura diuersis modis accipi-
Roma. 13. tur. Primo, pro somno naturæ, qui est exteriorum sensuum quædam clausura, quies & vacantia, si-
Ephes. 5. cut in Leuitico, Dormietis, & non erit qui exterreat. Secundo, pro dormitione peccati, iuxta illud A-
1. Thess. 4. postoli, Tempus est iam nos à somno surgere. Et rursum, Surge qui dormis. Tertio, pro somno mor-
Esaiæ. 56. tis. Vt ibi, Nolumus vos ignorare de dormientibus. Quarto, pro tempore ignauiæ seu negligentiæ, vt
Psal. 120. Esaias habet, Speculatores cæci videntes vana & dormientes, atque in Psalmo, Ecce non dormitabit,
1. Petr. 5. neque dormiet. quo contra admonet Petrus, Sobrii estote & vigilate. Abacuc quoque propheta, Super
Abacuc. 2. custodiam (inquit) meam stabo, & figam gradum meum, & contemplabor quid dicatur mihi, & quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A reſpondeam ad arguentem me. Quinto, pro quiete contemplationis, ſicut in Geneſi, Miſit dominus ſoporem in Adam. Et in Canticis, Ego dormio, & cor meum vigilat. Sexto, pro requie beatorũ. [*Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſte.*] Quare primo non dixit manifeſte? vt illorum ruditatem ac ſimplicitatem ad noſtram ædificationem oſtenderet, quatenus agnoſcamus quales fuerunt magiſtri & principes noſtri ſancti apoſtoli ante aduentum ſpiritus ſancti, & quales poſtea, ſicque ſolidemur in fide, ſcientes quod poſt dominicam paſsionem fuerint illuminat, prout Chriſtus eis ſpopondit. [*Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos,*] id eſt, propter fructum, quem confecuturi eſtis occaſione ſuæ mortis, videlicet ex ſua ſuſcitatione. Confirmati enim fuerunt in fide, viſo tanto miraculo. [*Vt credatis*] iam plenius quam ante. Sunt enim gradus in fide ſicut in charitate. [*Quoniam non eram ibi,*] ſecundum naturam aſſumptam, id eſt, idcirco credatis quia videtis me ſcire quod obiit, cum tamen non fuerim ibi, nec aliquis hoc mihi intimauit. Sorores enim nunciauerunt, quod infirmaretur, non quod obiiſſet. Vel quod ait, Quoniam nõ eram ibi, refertur ad illud quod dixit, Gaudeo, erítque ſenſus, Gaudeo propter vos, id eſt, ob veſtrum profectum & vtilitatẽ, vt credatis perfectius: & ideo gaudeo, quoniam nõ eram ibi, id eſt, Lazaro corporaliter non affui, dum infirmabatur: quoniam ſi ibi fuiſſem, curaſſem eum antequam mortem incurriſſet, propter inſtantiam ſuarum ſororum, & quia non decuiſſet amicum meum mori me (qui vita ſum) aſsiſtente. Si autem eum curaſſem, non fuiſſetis ſic ædificati in fide, ſicut nunc ædificamini. [*Dixit ergo Thomas qui (agnomine) dicitur Didymus.*] Sic enim dictus eſt ſecundum Bedam, quoniam diu hæſitauit in fide. Sed quo diutius dubitauit, eo poſt profundius credidit. [*Ad condiſcipulos (cæteros apoſtolos) Eamus & nos, & moriamur cum eo,*] id eſt, fideliter magiſtro noſtro vſque ad mortem adhęreamus: forte quod Thomas auiditate videdi tam glorioſum miraculũ animatus fuit, támque ſecure locutus. Hortabatur Thomas condiſcipulos ad commoriendum pro & cum Chriſto, quaſi paratus & potens ad hoc, non attendens propriam fragilitatem: & tamen ſi periculum moriendi ſibi occurriſſet, feciſſet quod fecit tempore paſsionis, quando relicto magiſtro fugit cum cæteris. Chryſoſtomus dicit Thomam hæc verba dixiſſe ex infirmitate & timore ſeu diffidentia quadam: tanquam diceret, Sicut ipſe exponit ſe periculo mortis eundo Iudæam verſus, ſic & nos cum ipſo tendamus, exponentes nos eidem diſcrimini, à quo veriſimiliter non euademus, ſed occidemur. Nondum penſauerunt apoſtoli potentiam Chriſti, quam toties erant experti. [*Venit itaque (cum diſcipulis) in Bethaniam, & inuenit eum,*] ſcilicet Lazarum, intelligendo per Lazarum corpus eius extinctum, quemadmodum Ieſus dicitur à ſepulchro ſublatus. Frequenter enim ponitur totum pro parte, & econtra. [*Quatuor dies iam in monumento habentem.*] Vnde primo die ſuæ mortis videtur ſepultus, quoniam infra vocatur quatridianus mortuus. Hoc Euangeliſta adiecit, ad certitudinem & commendationem miraculi, vt ſciamus, quod vere mortuus extitit, & quod nunquam antea ſimile factum eſt. Quamuis enim Helias & Heliſæus ſuſcitauerint mortuos, non tamen quatridianos. Valet quippe talis protractio temporis ad magnitudinem miraculi, quia quo corpus extinctum diutius ab anima permanet ſeparatum, eo indiſpoſitius eſt ad animæ informatiuam receptionem, quia putrefactioni, reſolutioni, ſeu corruptioni ſubiacet ampliori: anima vero rationalis, cum ſit nobiliſsima, naturaliter non vnitur niſi materiæ optime qualificatæ, videlicet nobilius complexionatæ, quàm aliorum mixtorum materiæ. [*Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam,*] id eſt, vicina ei, ſeu diſtans ab ea duntaxat [*Quaſi ſtadiis quindecim,*] quæ conſtituunt forte leucam, vno ſtadio dempto. Hoc addit Euangeliſta ad declarationem ſubſequentium, ſcilicet quod multi Iudæorum ad Mariam & Martham confluxerunt, & quod quidam eorum Lazari ſuſcitationem in Hieruſalem publicauerunt. Itémque quod pontifices tantum miraculum mox perceperunt, atque conſilium inierunt contra Ieſum. ¶ Bethania quæ interpretatur domus obedientiæ, tenet figuram eccleſiæ militantis, quæ nunc diuinis paret præceptis. Hieruſalem quæ interpretatur viſio pacis, ſignificat eccleſiam triumphantem, de qua ad Galatas dicit Apoſtolus. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Bethania igitur diſtat à Hieruſalem quindecim ſtadiis, id eſt, per quindecim gradus virtutum, de quibus tractant quindecim pſalmi graduales, pertingit viator ab eccleſia militante ad triumphantem. Prolixum eſſet hos gradus iam proſequi. Poſſunt quoque per quindecim ſtadia intelligi tres virtutes theologicæ, duodecimque morales, per quarum actus pertingimus à via ad patriam. Virtutum enim moralium opera non ſunt æternæ vitæ meritoria, niſi theologicarum virtutum actibus imperentur ac regulentur. Nam ſine fide impoſsibile eſt deo placere. Et charitas eſt forma virtutum, origo & finis, ac vita earum, intantum vt ſi linguis angelorum loquamur & hominum, omnémque habuerimus fidem, ita vt montes transferamus, corpora quoque dederimus ita vt ardeamus, charitatem vero non habuerimus, nil nobis proſint omnia illa. Rurſus per quindecim ſtadia intelligi poſſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, & octo beatitudines, quibus ad eccleſiam triumphantem perducimur. [*Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo,*] id eſt, de eius interitu. Multi conuenerant, quia de magna progenie fuerunt hæ fœminæ, & propter ſuam bonitatem amabantur à multis: vnde non ſolum cognati earum atque vicini, ſed multi quoque Hieroſolymitarum acceſſerant eas: & forte multo plures veniſſent ad ipſas, niſi tam familiares fuiſſent Chriſto, propter quod multorum indignationem incurrerunt. [*Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit.*] Ipſa equidem tanquam prudens matrona rexit domum, ideo aliquis præcurrens, & forte à Chriſto miſſus, primo indicauit ei Chriſti aduentum. Videtur enim fuiſſe nuncius ille bonus & credens, quia occulte intimauit Marthæ de Chriſti acceſſu, ſciens eum Iudæis odibilem, vnde nec eis indicauit. [*Occurrit illi,*] deuote propter tanti viri reuerentiam, & magnum amorem ad eum, nec aſſumpſit Mariam ſecum, ſed ſola profecta eſt, cupiens Ieſum ſingulariter alloqui & precari, & ne Iudæi domino aduerſantes, notarent aliquid de Chriſti præſen-

B C D

Gene. 2. Canti. 5. Ioann. 14. Ioan. 11. Ioann. 14. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Galat. 4. Hebræ. 11. 1. Cor. 13.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tia, sicque recederent. [*Maria autem domi sedebat,*] cum Iudæis consolantibus eam. ¶ Martha vitam signat actiuam, Maria contemplatiuam. Martha ergo Christo foris occurrit: quoniam actiuam vitam ducentes Christo obuiant in exterioribus prædictarum virtutum operibus, proximis ministrantes, & misericordiæ exercitiis intendentes, quemadmodum Petrus hortatur, Hospitales inuicem sine murmuratione. Contemplatiui vero domi residēt, quoniam in solitudine atque silentio vacant deo, tanto vtique purius, stabilius, dulcius & quietius, quanto ab omni strepitu secularium negotiorum, omnique tumultu hominum mundanorum fuerint remotiores, non loco tantum, sed etiam voto: ideo ait Psalmista, Abscondes eos in abscondito vultus tui, à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum. Et Esaias, In spe (inquit) & silentio erit fortitudo vestra. Nihilominus sicut patebit, Maria, cum euocasset eam Martha, exiuit obuiam Iesu, quoniam contemplatiui, quando eis iniungitur à prælatis, qui simul esse debent actiui & contemplatiui, quemadmodum Martha: vel quando ab indigentibus id rogantur, vel si non rogentur nec iubeantur, tamen conspiciunt proximorum necessitatem hoc ipsum exigere, tunc vtique contemplatione paulisper suspensa, opera vitæ exercent actiuæ, quamdiu ratio dictat, necessitas exigit, vel obedientia sancta requirit. [*Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hic,*] id est, in domo & apud lectum fratris mei, antequam obiit, [*Frater meus non fuisset mortuus.*] Certa sum enim, quod tantæ sis potestatis, quod potuisses eum curasse: tantæ quoque bonitatis, quod eum curasses. Quantum ad hoc, magna fuit fides beatissimæ Marthæ, præelectæ ab æterno matronæ ad hospitandum ac nutriendum filium dei incarnatum deum & hominem: sed quo ad hoc, fuit (vt apparet) fides eius incompleta, quod non nouit Iesum secundum diuinitatem suam fuisse præsentem, tantúmque potuisse & cognouisse absentem quantum præsentem, sicque fides Centurionis eius fidei præferretur, quoniam ille Christi diuinitatem perpendens credidit eum ministerio angelorum posse curare, quamuis corporaliter non adesset. Nec hoc absurdum putetur, quia de Centurione protestatus est Iesus, Non inueni tantam fidem in Israël. vnde & consequenter Martha alloquitur Christum, tanquam virum sanctum & virtuosum, deo charissimum, non quasi filium dei naturalem, verúmque deum, [*Sed & nunc scio*] per fidem certissimam, quantum ad hoc, & item per multam experientiam, quoniam tot miracula vidi, & percepi fieri per te, [*Quia quæcunque poposceris à deo, dabit tibi deus.*] Nam certa sum, quod nihil irrationabile petere potes, & quod deo omnia quantumcunque magna, difficilia, & supernaturalia, possibilia sint, imò facilima & æque facilia. Si habuisset Martha fidem explicitam de Christi diuinitate, æstimo quod dixisset, Quicquid iusseris, fiet. [*Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus.*] Non aperte dixit, nunc eum suscitabo, sed indeterminate ait, Resurget, vt occasione responsionis Marthæ aliquid de sua diuinitate assereret: non solum ad Marthæ, sed insuper ad omnium informationem fidelium. [*Dicit ei Martha,*] quæ verba prælata pensauit posse intelligi dupliciter, scilicet de resurrectione iam perpetranda, & de illa quæ fiet in die nouissimo, [*Scio*] ex tua frequenti prædicatione, & prophetarum doctrina, [*Quia resurget in resurrectione*] formaliter. Resurrectio nanque est causa formalis inhærens, per quam mortuus dicitur resurgens. Vel in resurrectione, hoc est, in numero resurgentium, [*In nouissimo die.*] Audiuit enim Martha, quod Iesus prædicauit generalem resurrectionem futuram. Vnde superius sæpius dixit de quocunque fideli & digne communicāti, Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ex doctrina quoque prophetarum idem agnouit: & etiam, quia in hoc sequebatur doctrinam Pharisęorum, non Saducæorum resurrectionem negantium, quam Pharisæi concedunt.

¶ Denique, scio, hoc loco significat credo. dupliciter nempe scientia sumitur. Primo, pro notitia naturali, quę humana ratione potest inueniri, seu cōprobari. Secundo, pro quacūq; agnitione, siue habeatur ex reuelatione, siue ex naturali ratione: sic modo accipitur. Et Iob, Scio (inquit) quod redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. [*Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio*]. i. causa resurrectionis omnium mortuorū, potens suscitare defunctos. Secundum vtranque naturam est Christus causaliter resurrectio. Secundū diuinā, quoniā diuina virtute fiet in die iudicii generaliter, & interim facta est particulariter resurrectio mortuorum. Secundum humanam naturam quoque, inquantum resurrectio Christi ponitur causa exemplaris nostræ resurrectionis. [*Et vita*] per essentiam, id est, in meipso secundum propriam naturam sum substantialiter purissima vita, infinita, simplicitérque perfecta, intellectualis, & incorporea. Sicut enim pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitā habere in semetipso: sum quoque fontalis origo, atque causale principium omnis vitæ, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Vnde dictum est, Vita erat lux hominum. Sic etiam Christus est vita nostra causaliter, quemadmodum ad Colossenses dicit Apostolus, Cum autem apparuerit Christus vita nostra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Et in Deuteronomio loquitur Moyses, Ipse dominus est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Cum ergo sim essentialiter viuens, ac vita fontana, possum mortuis vitam conferre. Quod enim est tale per essentiam, est causa eorum quæ sunt talia per participationem, secundum philosophorum doctrinam. [*Qui credit in me*] fide formata, quę tempore opportuno per dilectionem operatur, & vsque in finem perseuerat, [*Etiamsi mortuus fuerit,*] corpore, id est, quamuis contigerit eum de hoc seculo emigrare, sicut nunc Lazarus mortuus est, [*Viuet*] in anima vita gratiæ in purgatorio, quousque purgetur, & euolet, vitamque gloriæ fortiatur. vel si nihil purgandum habuerit, viuet mox vita gloriæ euolando à corpore ad patriam. Iusti enim in perpetuum viuent. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. ¶ Insuper, talis viuet tandem vita corporali & glorificata in corpore, quia non solum resurget, sed & immutabitur. Vel sic, Qui credit in me, fide formata ex prædestinatione causata, id est, tali fide qualem deus prædestinatis largitur, & ex prædestinatione se daturum dispositi: etiam si mortuus fuerit, id est, licet ad tempus in peccatum mortale

Pſalm. 30. Eſaiæ. 30.

1. Petr. 4.

Matth. 8. Lucæ. 7.

Matth. 10.

Ioann. 6.

Iob. 19.

Ioann. 5.

Ioann. 1. Col. 3. Deu. 30.

Galat. 5. Matth. 24.

Sapient. 5. Sapient. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A corruerit, per quod vita gratiæ tollitur, viuet, id est, per misericordiam meam pœnitebit, & pœnitendo vitam gratiæ recuperabit. [*Et omnis qui viuit*] in seculo isto vita naturæ, [*Et credit in me*] perseueranter, quod non est sine gratia gratum faciente, quæ est vita animæ, [*Non morietur in æternum,*] id est, finaliter non peribit, neque æternam damnationem (quæ est mors secunda) incurret, quamuis in seculo isto corporalem sustineat mortem. Iustorum enim animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormẽtum mortis. Vel, non morietur in æternum, id est, nunquam morietur, spiritualem vitam amittendo, dum in fide formata manserit constans. Iustus quippe in sua fide viuet, quousque ad speciem veniat. [*Credis hoc?*] O Martha. Ideo quærit quod nouit, vt illa confitendo maiorem gratiam mereatur. Ore enim cõfessio fit ad salutem, vt eus fides nobis innotescat, & in exemplum proponatur. [*Ait illi (Martha,) vtique domine,*] imò quicquid asseris credo, & iam fidem magis explicitam de te habeo ex hac tua instructione quã ante. Impossibile enim arbitror te posse falsum asserere. [*Ego credidi (iamdudum) quia, (id est, quod) tu es Christus,*] id est, rex Messias, & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, mundi saluator, vnctus à deo in regem & sacerdotem spirituali vnctione, seu omniũ diuinorum charismatum, plenitudine, iuxta illud in Psal. Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Christus quippe interpretatur vnctus. Saluator autem per excellẽtiam Christus vocatur, non ob corporalem vnctionẽ, sed spiritualem, de qua ait Esaias, Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Et Petrus in Actis, Vnxit eũ deus spiritu sancto & virtute. [*Filius dei*] paulò antè iam dictum est, quod Martha de Christi diuinitate non habuit fidem explicitam. Quod ergo nunc ait se credidisse, quod sit filius dei, non videtur intelligendum de filiatione naturali, sed communi, non determinando se ad hanc vel illam. Vel si de naturali filiatione accipiatur, referendum erit ad tempus huius informationis suæ à Iesu, in qua Christus suam diuinitatem explicauit dupliciter. Primo, per hoc quod ait, Qui credit in me. Cũ enim fides sit virtus theologica, habens deum pro proprio ac immediato obiecto, non credendum est in aliquem, nisi in verum deũ. Secundo, per hoc quod ait, Non morietur in æternũ, quibus verbis constituit nostram salutẽ in ipso. Salus vero hominũ nõ cõsistit, nisi in vero deo. Propter quod Hieremias, Maledictus (inquit) vir qui confidit in homine. Et iterum, Vere in domino deo nostro salus. Hinc quoque dominus protestatur per Oseam, Ego dominus deus tuus, & saluator non est præter me. Dicunt ergo nonnulli quod Martha prædicta verba attendens, atque Christo intus radiante intelligens, nunc explicite credidit, quod sit dei filius naturalis. [*Qui in hunc mundum venisti,*] per humanitatis assumptionem, visibilem apparitionem, & nouorum documentorum ac operum productionem. [*Et cum hæc dixit (Martha,) abiit,*] non sine commissione vel licentia Christi. Non enim à tam dilecto & reuerendo magistro se irreuerenter, vel ex abrupto auertit. Dixit itaque ei Iesus, Vade voca Mariam. tunc abiit, [*Et vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens, Magister adest, & vocat te,*] id est, vocari te iussit per me. ex quo constat, quod Iesus facit eam vocari, quamuis Ioannes gratia breuitatis non scripserit, sed his verbis intelligi dedit. ¶ Quæritur, si Martha loquebatur Mariæ dicendo, magister adest, quomodo C vocauit eam silentio? Dicendum, quod vocauit eam silentio, id est, voce submissa, & forte in aure prolata. vel primo vocauit eam aliquo nutu sine voce, & cũ ad eam veniisset, dixit ei verba præhabita, quę noluit ei alte proferre, propter Iudæos præsentes Christo insidiãtes, Magister adest, vtique magistrorum magister singularis, summus, vnicusque magister, qui solus intus informat propria potestate salubriter, de quo apud Esaiam legitur, Dominus deus aperuit mihi aurem, vt audiam eum quasi magistrum. Vnde in Matthæo loquitur, Neque vocemini magistri, vnus est enim magister vester Christus. Cur Iesus vocauit Mariam? Non dubium quin ad consolationem ipsius, & quoniam eam dilexit, & vt in præsentia eius ac Iudæorum fieret miraculum mox futurum. [*Illa vt audiit,*] se vocatam à magistro suo charissimo atque dulcissimo quem præ toto mundo amauit, [*Surrexit cito,*] tanquam obediens, feruidáque discipula, dans obedientiæ formam, vt cito & feruide obediamus. Nescit enim tarda molimina sancti spiritus gratia, teste Ambrosio. Vehementer quoque fuit gauisa audito Christi aduentu, præsertim quonim vidit sororem suam Martham æquanimiorem effectam, & gaudio quodam perfusam, & venit ad eum. ¶ Quotidie & indesinenter vocat nos Christus ad se, per sacram scripturã, per angelicam directionem, per pastorum exhortationem, per diuinum instinctum, dicens per Zachariam, Cõuertimini ad me, & conuertar ad vos. Faciamus ergo quod fecit Maria. Cito surgamus ab o-
D mni ignauia & torpore, à carnali affectu, vitiorúmque pondere, & veniamus ad Iesum, per morum nostrorum conuersionem, per diuinorum contemplationem, atque cælestium bonorum desiderium amorosum. [*Nondum enim venerat Iesus in castellum,*] videlicet domum Marthæ, [*sed erat adhuc in loco, vbi occurrerat ei Martha.*] Noluit enim se sine causa aduersariorum præsentare aspectibus, ne peccarent. [*Iudæi ergo qui erant cum eam domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum*] Lazari, [*Vt ploret ibi,*] & plorando oret pro anima fratris defuncti. Iudæi isti verba Marthæ non audierunt: propter quod æstimabant Mariam ex subita recordatione sui fratris dolore affectam, & ire ad tumulum, vt ibi per exteriorem lamentationem quæreret suæ desolationis internæ solatium, dilectóque fratri, quantum possibile fuit, coniungeretur. Dolor nanque interior per lachrymarum effusionem, & externam lamentationem mitigatur ac minoratur: quoniam intentio animæ ad plura diffunditur, & quod quasi violenter inclusum fuit, erumpit. [*Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum,*] oculis carnis ac fidei, [*Cecidit ad pedes eius.*] Hoc Martha fecisse non legitur: vnde probatur Maria fuisse feruentior, & maiorem ad Christum reuerentiam habuisse, cui vtique nihil in toto vniuerso putauit comparabile. Multum dilexit, quia multa ei peccata fuerunt dimissa, verámque à suo magistro didicit humilitatem, nec verecundata est se illi prosternere in conspectu aduersariorum illius. Quidam vero sunt, quorum humilitas modica est vel nulla, quo-

Apoca. 21.
Sapien. 3.
Roma. 1.
Roma. 10.
Psal. 96.
Psalm. 44.
Esaiæ. 61.
Hiere. 17.
Hiere. 3.
Oseæ. 13.
Esaiæ. 50.
Matth. 23.
Zacha. 23.
Lucæ. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

niam licet æquanimiter tolerent quod increpentur ſecrete, tamen ſi coram multis humiliantur, vel arguantur, impatientia agitantur. [*Et dixit, Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus.*] Hęc verba Martha quoque loquuta eſt, & nunc elucidata conſiſtunt. Forte Maria dixit alia, pluráque verba, quæ dixit & Martha, quæ Euangeliſta non recitat, eo quod ſemel deſcripta ſint. Communiter tamen tenetur, quod non dixit plura verba, propter doloris vehementiam de fratris interitu, & gaudij exuberantiam de Chriſti aduentu. Quemadmodum enim magnus dolor, ſic & magna lætitia verba abrumpit atque præſcindit: vel quoniam iacuit ſuper terram, non erat diſpoſita ad loquendum prolixe, quemadmodum Martha quæ ſtetit. [*Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, fremuit ſpiritu,*] id eſt, ex rationis iudicio, & poteſtate animæ impetum quendam affectuoſum, vel potius doloroſum & indignabundum emiſit, indignans peccato & actori peccati diabolo, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Indignabatur igitur contra diabolum, eo quod ſua perſuaſione induxit protoplaſtos parentes ad culpam, ſicque totam infecit poſteritatem, & genus humanum tot pœnis, miſeriiſque addixit, ita vt Lazarum quoque ſuum amicum mors ipſa, quæ eſt pœna peccati, proſtrauit. [*Et turbauit ſeipſum,*] id eſt vehementer commouit, & quodam dolore affecit ſuam ſenſualitatem, ex prædeliberato rationis iudicio atque voluntatis imperio. Hæ enim & ſimiles paſſiones fuerunt in inferiori parte animæ Chriſti, non ex ſubreptione, neceſsitate, vel infirmitate, nec aliquam imperfectionem cauſabant in Chriſto, actum rationis aliqualiter impediendo: ſed erant ibi ex præuio rationis iudicio & voluntatis decreto ſpontaneo propter rationabiles cauſas: propter quod erat actus virtuoſi ac meritorii, quia ex charitate, pietate atque iuſtitia proceſſerunt. Quemadmodum enim motus paſſionum ſunt vitia, niſi rationis cenſura per virtutes mortales regulentur, ita ſunt actus virtutum, ſi debite dirigantur. Notanter itaque ait Euangeliſta, quod Ieſus turbauit ſeipſum, ad inſinuandum, quod poteſtatiue, non ſolito modo aliorum orta fuit in ipſo turbatio talis. ¶ Infremuit ergo ſpiritu, & turbauit ſeipſum. Primò, ad inſinuandum veritatem humanæ naturæ in ipſo. Secundò, in exemplum, vt doceat nos cõtra vitia atque diabolũ fremere & moueri. Tertiò, vt formã cõpaſsionis præberet. Quartò, vt dilectionem ſuam ad Lazarum, eiuſque ſorores oſtenderet. Nam poſt pauca fleuit, vt ſequitur. Itaque fremitus iſte & turbatio nequaquã diminuebant pacem & tranquillitatem mentalem animæ chriſti: propterea, ſecundum Hieronymum, fuerunt potius propaſsiones quam paſsiones.

Sapient. 2. Gene. 3.

¶ Porrò, quod turbatio Chriſto conueniat, frequenter teſtatur Pſalmiſta, vt cum ait in perſona Chriſti, Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus. Sed his videtur obuiare quod Eſaias de Chriſto aſſerit, Non erit triſtis neque turbulentus. Et per Hieremiam ait, Ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens. Dicendũ quod talia intelligenda ſunt de inordinatis motibus paſsionum, videlicet immoderata turbatione & apparatu diſtorto, quæ in Chriſto totius manſuetudinis, modeſtię, ac probitatis exemplo nullatenus ſortita ſunt locum. [*Et dixit, Vbi poſuiſtis eum?*] id eſt, locum ſepulturæ mihi oſtendite. Non quaſi ignorans id ſciſcitatur, ſed vt ordinate ad perpetrationem procedat miraculi, atque humano modo ſe hominibus applicet. [*Dicunt ei*] ſorores Lazari, & etiam forſitan alii, [*Domine, veni & vide (ſepulchrum.) Et lachrymatus eſt Ieſus*] ex compaſsione ſororum, & aliis cauſis, vt dixi. Veruntamen ſecundum Hieronymum fleuit Ieſus Lazarum, non quia mortuus fuit, ſed quia ad huius vitæ ærumnas quæ ſine peccatis non agitur, fuerat reuocandus. ¶ Frequenter legitur Chriſtus planxiſſe, nuſquam vero riſiſſe, in quo leuitas noſtra & diſſolutio condemnatur. Vnde apud Lucam teſtatur, Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Et Eccleſiaſtes, Melior (inquit) eſt ira riſu, quia per triſtitiã vultus corrigitur animus delinquentis. Denique probabile reor, quod Ieſus amicus humanæ naturæ, non Lazarum tantum, ſed totius humani generis multiplicia mala deplanxit, præcipue mala culpæ, & futuram damnationem multorum. [*Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.*] quaſi dicant, multum, quem tam affectuoſe deplorat. Verum dixerunt, tamen in parte errabant, videlicet quoniam reputabant eum præcipue lachrymari propter mortem Lazari corporalem, quod ita non eſt. Nam illam poterat ſolo imperio impedire: imò gaudebat de ea, ſecundum quod ordinabatur ad gloriam dei, vt dictum eſt. [*Quidam autem ex ipſis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere, vt & hic non moreretur?*] hoc dixerunt præ admiratione, quaſi dicant, Videmus per experientiam, quod multum dilexit Lazarum, & dolet de eius interitu: ex quo apparet, quod ſi potuiſſet, eius mortem impediuiſſet. Et rurſus mirum, ſi hoc non potuit, qui potuit cæcum natum illuminare, quod nunquam legitur accidiſſe. Cur non dixerunt iſti Iudæi, Non poterat hic qui aperuit oculos cęci nati facere, vt & hic reſuſcitetur? Puto quod ideo, quoniam reputabant hoc impoſsibile, præſertim propter hoc, quod Lazarus tot diebus mortuus fuit. [*Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo,*] eadem ratione qua primo. ¶ Sciendum tamen quod, ſecundum Auguſtinum, per Lazarum mortuum, ſepultum & quatriduanum, figurantur peccatores grauiſsimi, habituati in malo & peſsima conſuetudine preſsi, qui de conſenſu venerunt in actum, & de actu in habitum, quo fepeliuntur in malo. Ad declarandum ergo quod tales raro ac difficillime emendantur, ipſe Chriſtus antequam Lazarum ſuſcitauit, multa fecit, quę difficultatem cauſæ oſtẽdunt. Fremuit quippe & turbauit ſeipſum, deinde lachrymas fudit, locum quæ fuit, denuo fremuit, lapidem iuſsit auferri, tuncque clamauit voce ſublimi. [*Venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca*] id eſt, cauerna & fouea magna pretioſe & artificioſe conſtructa, iuxta conſuetudinem Iudæorum, qui ſumptuoſiſsimas ſepulturas facere conſueuerunt, occaſione patriarcharum Abrahæ, Iſaac & Iacob, qui pro ſepultura ſua ac ſuorum adeo erant ſoliciti, vt patet in Geneſi. [*Et lapis (grandis) ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus, Tollite lapidem*] quatenus reſuſcitãdo pateat exitus. [*Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat, Domine, iã fœtet, quatriduanus enim eſt,*] id eſt, quatuor dies habet in monumento vel morte: ſicque cadauer ex reſolutione, exhalatione, & putrefa-

Ioann. 9.

Pſalm. 87. Eſaiæ. 42. Hiere. 17. Lucæ. 6. Eccle. 7. Gene. 25. Gene. 35. Gene. 49.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ctione, malum fundit odorẽ, quem nõ decet ſentiri à te magiſtro ac domino meo. Secundum Bedam Martha non dixit hæc verba ex incredulitate vel diffidentia reſuſcitationis ſui fratris. Theophilus vero dicit oppoſitum, quod ex verbis ſequentibus apparentiã habet. Subditur enim reſponſio Chriſti Marci. 9.
quodammodo increpatoria, [*Dicit ei Ieſus, Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam dei?*] quaſi dicat, Noli propter temporis diuturnitatem diffidere, quoniam omnia poſsibilia ſunt credenti. Dicendum ergo, quod licet Martha paulo ante crediderit, tamẽ videns apparatum rei tam admirandæ faciẽdæ, iamque præſentem, paſſa eſt aliquem motum hæſitationis præ admiratione, raritate, & inaudita talis miraculi nouitate, imò & præ vehementi deſiderio vt ſic fieret. Sic nempe accidere ſolet hominibus ex quadam debilitate rationis. Vnde & multum læta vix credũtur, & quotidie experimur, quod licet narrantibus magnam proſperitatem affuturam credamus, tamen cum in proximo eſt vt ſic eueniat, hæſitare incipimus. Dixit ergo Ieſus Marthæ, Nónne dixi tibi, quoniam ſi credideris firmiter videbis gloriam dei? id eſt, glorioſum & miraculoſum diuinæ poteſtatis effectum, videlicet fratris tui viuificationem, in quo diuina maieſtas agnoſcetur ac honorabitur. Hęc verba Chriſtus nõ legitur ſupra dixiſſe ad Martham, quantum ad formam verborum, tamen quo ad ſenſum protulit ea, dicendo, reſurget frater tuus, &c. Et poſt pauca, Credis hoc? Nos quoque ſi fide formata crediderimus perſeueranter, videbimus gloriam, id eſt, beatitudinem dei in patria, imò beatitudinẽ merito fidei ſortiemur.

B [*Tulerunt ergo lapidem (de monumento.) Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit.*] ¶ Cur oculos in cælos leuauit? Primò, vt oſtenderet ſe operari non arte magica, ſed ope diuina. Secundò, vt nobis formam daret 2. Par. 20.
orandi, videlicet vt oculos mentis eleuemus in deum per contemplationem & dilectionem, terrena & ſenſibilia relinquendo, ſortiſque conatu diuinis memoriter inſiſtendo. Vnde in Threnis dicitur, Le- Thre. 3.
uemus corda noſtra cum manibus ad deum in cælos. Tertiò, vt in orando, laudãdóque deum vtamur bonis induſtriis, ad acquirendam, conſeruandam ſeu inflammandam deuotionem conferẽtibus, vt ſunt tunſio pectoris, expanſio brachiorum, erectio oculorum: quæ tamen ſine rationabili cauſa fieri non debent in publico. Veruntamen eleuatio huiuſmodi oculorum nil contulit Chriſto ad mentis profectum ſeu erectionem in deum, quoniam anima Chriſti non profecit in talibus, ſed à principio ſuæ creationis vidit deum per ſpeciem. [*Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me,*] id eſt, rationem meam internam, ſeu deſiderium pro Lazari ſuſcitatione acceptaſti, & mihi reuelaſti, quod facturus ſis id quod opto. ¶ Non legitur hoc loco Ieſus oraſſe explicite, ſed quia ſe aſſerit exauditum, certum eſt, quod mẽ tali ſaltem prece deprecatus ſit patrem pro Lazaro ſuſcitando. Perhibet quoque ſe auditum, non quod effectus impletus eſt, ſed quoniam certificatus fuit de eius impletione. Et gratias agit patri, docens nos omnia bona deo cum humili ac feruenti gratiarum ~~actione~~ aſcribere: quod ſi fecerimus, beneficia ampliora ſuſcipiemus. Præterea palam eſt, quod gratias agere & orare conueniant Chriſto ſecundum naturam aſſumptam. ¶ Sed cum Chriſtus ſit vere omnipotens, tanquam verus deus, cur ſecundum quod homo patrem potius orauit, quam ſeipſum ſecundum quod deus eſt? Dicendum quod ideo, vt mon-

C ſtraret ſe à deo patre habere quicquid habet & eſt, & quod in patre ſit authoritas. Sed tũc rurſus quærendum eſt, quomodo Chriſtus orauit pro faciendis miraculis, ſecundum quod homo eſt, cum pater Ioan. 13.
omnia dederit in manu eius, vt dictũ eſt: & infra dicetur, dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis. Reſpõden- Ioann. 17.
dum, quod chriſto, etiam ſecundum aſſumptam humanitatem, datus eſt omnium creaturarum dominium & miraculorum poteſtas, ab incarnationis principio. Nihilominus poteſtas iſta fuit in Chriſto vt homo eſt, tanquam in cauſa inſtrumentali, & dependebat à virtute patris ſeu trinitatis, tanquam à cauſa principali ac conferenti: ideo patrem orauit, non quod poteſtate careret ipſe Chriſtus ſic orans, ſed quia virtus eius creata, virtute patris increata operabatur & permanebat, & quoniã vſus collatæ poteſtatis fuit ſecundum voluntatem & ordinationem patris ſeu trinitatis. [*Ego autem ſciebam, quoniam ſemper me audis,*] id eſt, quicquid ex deliberata ratione poſtulo fieri, facis: quoniam ratio & voluntas animæ meæ eſt diuinæ voluntati magis conformata, quam alicuius beatorum in patria, quorum preces non repelluntur. ¶ Sed contra id videtur quod ait in Pſalmo, Deus meus clamabo per diem & nõ ex- Pſalm. 21.
audies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi. Itémque, Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me? Reſpondendum, quod authoritates illæ atque conſimiles, loquuntur de orationibus Chriſti ſecundum naturalẽ appetitum, & ſub quadam conditione formatis, vt fuerunt ora-

D tiones Chriſti tempore paſsionis, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen quia in tali- Matth. 26.
bus precibus Chriſtus finaliter & abſolute ſubiecit ſuum inferiorem ac naturalem appetitum voluntati diuinæ, dicendo, Non quod ego volo, ſed quod tu: propterea tales orationes ſimpliciter loquendo ſunt exauditæ. Vnde Apoſtolus cum dixiſſet, quod Ieſus cum clamore valido & lachrymis preces fudit ad eum qui poſſet illum à morte ſaluum facere, mox adiecit, quod exauditus eſt pro ſua reueren tia. [*ſed propter populum qui circunſtat (id eſt, Iudæos præſentes) dixi*] tibi gratias quod exaudiſſes me, [*Vt cre-* Hebr. 5.
dant, quia tu me miſiſti,] id eſt, audiendo quod inuoco te, ſciant me non in principe dæmoniorũ ſeu magicis artibus operari, ſed tua virtute, & per conſequens quod ſim miſſus à te: verus in ſermone, & iuſtus in opere. [*Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare veni foras.*] ſimiliter legitur alibi dixiſſe, A- Pſal. 144.
doleſcens tibi dico ſurge. Et, Puella ſurge.

¶ Sed dum Chriſtus dicere cœpit, Lazare veni foras, nondum anima Lazari fuit corpori reunita. Cui Matth. 9.
ergo dixit, Lazare? Dicendũ, quod dicere Chriſti fuit facere. Vnde eodem momento reuixit, quo chri Lucæ. 7.
ſtus verbum finiuit, ideo reuiuiſcenti iuſsit prodire. [*Et ſtatim prodyit, (id eſt, foras exiit) qui fuerat mor-* Marci. 5.
tuus.] Virtus nempe diuina cum ſit immenſa, operatur in inſtanti. [*Ligatus pedes & manus inſtitis,*] hoc eſt, habens manus colligatas & pedes ſimiliter faſciis iuxta patriæ morem, [*Et facies illius ſudario erat ligata.*] Vnde patet eundem fuiſſe ſuſcitatum qui obiit. Quod autem ſic egrediebatur & ambulabat li-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gatus, fuit miraculum, præsertim si ligatio pedum fuerat stricta siue compressa. Potuit enim ligamen E
diuina virtute laxari. [*Dixit eis Iesus, Soluite eum,*] auferendo ligamina atque sudarium. [*Et sinite (eum) abire,*] hoc est, libere procedere, & opera vitæ exercere, vt ostendatur veraciter resuscitatus. Non expri-
mit Euangelista, quibus Iesus dixit, vt soluerent Lazarum, scilicet an fororibus eius, an Iudæis, vel di-
scipulis. Tamen secundum Augustinum, hoc dixit discipulis, ad figurãdum, quod sacerdotes qui sunt
Apostolorum successores, absoluunt confitentes, quos Christus intus per gratiam suscitauit à morte
peccati statim dum pœnitent. [*Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ*
1. Thess. 2. *fecit Iesus,*] in Lazari suscitatione, videlicet quomodo oculos erexit in cælum, & deo gratias retulit, La-
zarumque vocauit ac suscitauit, [*Crediderunt in eum:*] quoniam istud miraculum non potuit esse nisi di-
uina virtute, quæ doctrinæ & conuersationi Christi testimonium perhibebat in isto prodigio. Itaque
non omnes Iudæi qui aderant crediderunt, quia non omnium est fides: & quantacunque miracula fo-
ris fiant & ostendantur, nullus tamen ad fidem conuertitur, nisi deus tangat cor eius per inſtructionẽ
& operationem internam: quamuis possit quandam opinionem concipere de veritate, quæ miraculis
approbatur. [*Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.*] Hoc intelligi po-
test dupliciter. Primò sic, Quidam autem ex ipsis, id est, alii à prædictis credentibus, puta incredu li, qui
fuerunt de numero Iudæorum visitantium Mariam & Martham, abierunt eodem die ad pharisæos, &
dixerunt eis quæ fecit Iesus, mala intentione, vt solicitarent eos contra Iesum, & tantum miraculum F
offuscarent. Secundo sic, Quidam ex ipsis, id est, de numero credentium, abierunt ad Pharisæos, & di-
xerunt eis quæ fecit Iesus, bona intentione, quatenus pharisæi cognito miraculo cessarent persequi Ie
sum, & conuerterentur ad ipsum. Prima tamen expositio magis literalis videtur. Nemo itaque cõque-
Psal. 105. ratur, quod suo tempore non fiant vt olim multa miracula, quasi videre miracula sanctificet hominẽ:
quanta miracula viderunt obstinati Iudæi à Christo, & Iudas proditor, & tamẽ ex hoc obstinatiores ef
fecti sunt, sicut & patres eorũ in Aegypto viderũt maxima illa mirabilia Mosi, & tamẽ quid profuit eis?

¶Expositio sequentis partis huius Cap. XI. [*Collegerunt ergo pontifices & pharisæi consilium.*] Articulus XXIX.

C Reditur autem Lazarus suscitatus per quindenam ante dominicam passionem, seu diem pa-
rasceues, scilicet sexta feria ante dominicam in passione, quando & Euangeliũ de Lazari su-
scitatione legit Ecclesia: eodem quoque die nuntiatum fuit pharisæis hoc signũ, qui & ipsi in-
timauerunt pontificibus, statimque decreuerunt celebrare consilium contra Iesum. Vnde sequẽti die
fecerunt quod nunc recitat Euangelista, [*Collegerunt ergo*], id est, ob id quod audierunt Iesum suscitasse
Lazarum quatriduanum, [*Pontifices,*] qui authoritate & scientia eminebant, [*Et pharisæi (qui religiosiores*
putabantur) consilium,] hoc est, seipsos & cæteros cõsiliarios conuocauerunt in vnum, [*Et aiebant*] con- G
quirendo adinuicem, [*Quid facimus,*] hoc est, quid incumbit vel restat nobis ad agendum in tanto ne-
gotio? [*Quia hic homo*] quem ex contemptu & inuidia proprio nomine exprimere non volebant, [*Mul-*
ta signa facit (etiam plura quam Moses, Helias & Heliseus.) Si dimittimus eum sic] libere ire, prædicare, & ope
rari, [*Omnes credunt in eum.*] Isti perditissimi atque incorrigibiles homines, multo peiores quam patres
eorum in Aegypto, visis tot signis non consulebant de hoc, an credendum esset in Iesum, in quem na-
turalis ratio tot signis conuicta dictabat, & dictat credendum: sed quasi pro vero supponentes, quod
quicquid faceret Iesus, non tamen ei esset adhærendum. Tantam enim auersionem habuerũt ab eo, ob
quam non poterant recte iudicare de ipso. Sed ad hoc tendit eorum conquisitio, vt inueniant modum
prohibendi Iesum à solitis signis, siue interficiendo eum, siue includendo, & cætera. Dixerunt, Si dimit
timus eum sic, multa inconuenientia sequentur. Primo, quod omnes Iudæi credent in eum, propter
miracula. Secundo, quod [*Venient Romani*] contra genus nostrum, reputãtes nos Imperatori rebelles, eo
quod præter ipsius cõsensum populus noster acceperit Iesum hũc pro rege Messia: & in vltionem hu
ius rei, [*Tollent,*] id est, destruent [*Locum nostrum,*] id est, vrbem Hierusalem, templum, & reliquas vrbes
viculósque Iudææ, [*Et gentem,*] id est, populum Iudæorum nobis subiectum, de quorum numero su-
mus. Prohibuit enim senatus & Cæsar, ne aliqua gens aliquem principem regem vocaret, vel pro rege
susciperet sine eorum consensu. Et quoniam sancti prophetæ prædixerunt Christum fore regem, Iu- H
dæi qui Iesum pro Christo acceperant, tenuerunt eum pro rege. Timebant ergo pontifices & phari-
sæi, quod Romani percepto negocio isto, venirent contra eos: erantque Romani tunc tam præpoten-
Deut. 21. tes, quod nulla gens potuit eis resistere. [*Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius,*] id
est, summo sacerdotio fungens pro anno illo. Quamuis enim secũdum legem nõ haburt esse nisi vnus
summus sacerdos, qui toto tempore vitæ suæ præesset, eoque mortuo succederet alter: tamen Iudæi na
ti de genere sacerdotali, vel etiam alii quidam cum essent auari & ambitiosi, accesserunt ad principem
Num. 35. Romanum, & qui maiorem pecuniæ summam dedit, sacerdotium summum obtinuit, quousque alius
plura dando eum extrusit: vel vt alii astruunt, isti de genere sacerdotali inter se statuerunt, quod quo-
libet anno præesset vnus recens. [*Dixit eis.*] Nam quia maioris extitit authoritatis, securius loquebatur,
& attentius audiebatur, [*Vos nescitis quicquam,*] hoc est, nihil attenditis eorum quæ in isto negotio sunt
ponsanda, [*Nec cogitatis*] quod merito cogitaretis, [*Quia expedit vobis*] pro conseruatione vitæ præsentis,
& possessione terræ ac templi, [*Vt vnus moriatur homo pro populo, (id est, pro ereptione gentis nostræ de ma-*
nibus Romanorum) & non tota gens pereat,] hoc est, non vniuersum genus nostrum occidatur à Romano-
rum militibus. quasi dicat, Mirum quod tam segnes estis in considerando, quod non perpenditis, pro-
pter bonum reipublicæ, atque totiuis communitatis vtilitatem, occidendum esse hominem vnũ, qua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A liſcũque exiſtat & quicquid operetur. Conſiliũ huius pontificis multipliciter fuit erroneum. Non enim facienda ſunt mala, vt eueniant bona: nec interficiendus eſt innocens timore humani periculi, imò per talia, tota cõmunitas deum offendit, atque ab eo plagatur, & aduerſariorũ poteſtati ſubiicitur, quẽ admodum etiam contigit his Iudęis. Ideo enim Ieſum occiderunt, ne à Romanis vaſtarentur: ſed ideo ſunt vaſtati, quoniam Ieſum occiderunt, prout apud Danielem fuit prædictũ, Occidetur Chriſtus, & Daniel.9.
nõ erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & vſque in finẽ perſeuerabit deſolatio. [*Hoc autem,*] videlicet, expedit vobis vt vnus moriatur pro populo, &c. [*A ſemetipſo (id eſt, proprio ſpiritu) non dixit*] quantum ad verã & ſpiritualem ſignificationem horum verborum intentam à ſpiritu ſancto, qui Caiphæ linguam mouit ad proferendum hæc verba. Nihilominus Caiphas dixit hæc verba à ſeipſo, imò & à diabolo eum ad mala inſtigante, quantum ad ſignificationem intentam à Caipha, quæ nũc poſita eſt. Sic nempe verba hęc falſa fuerunt, & ipſe peccauit ea proferendo. Intendebat enim dare conſilium pro morte chriſti, dixitque vtilius eſſe occidere Ieſum, quàm incidere manus Romanorum. [*Sed cum eſſet pontifex anni illius (id eſt, ex dignitate ſui officij, non merito vitæ) prophetauit,*] hoc eſt, verba prophetica pronunciauit, quæ non erãt prophetica quo ad ſenſum à Caipha intentum, vel intellectum: ſed quo ad ſenſum quem verba iſta faciunt in animo audientis, ex vera, ſpirituali, ac propria ſignificatione, quæ competit eis ex intentione
B ſpiritus ſancti, cuius operatione prolata ſunt quo ad ſenſum hunc prophetalem ac verum, vtpote quòd expediens fuit Ieſum occidi pro ſalute Iudęorum, ne tota gens illa in æternum periret: imò mors chriſti tam meritoria fuit, quòd diluit quantum in ſe fuit etiam peccata eorum, qui eam Chriſto intulerũt. Pro omni etenim peccato ſatisfecit chriſtꝰ in cruce. Prophetauit igitur caiphas, hoc eſt, per verba prophetica ab ipſo non intellecta deſignauit his qui bene intelligunt verba prædicta, non conſilio ſecum collecto, quod intellexit verba Caiphæ ſecundum quod ipſemet intendebat. [*Quia (id eſt, quod) Ieſus moriturus erat pro gente,*] hoc eſt, Iudæorum ſalute, ad quos ſaluandos ſpecialiter miſſus fuit. ¶ Porrò, quod ſubditur, additum eſt à Ioanne, [*Et non tantum pro gente,*] hoc eſt, non ſolum pro æterna Iudæorum ſalute moriturus fuerat Ieſus, [*Sed (inſuper) vt filios dei,*] hoc eſt, prædeſtinatos quamuis iniquos, qui erant filij dei ſecundum prædeſtinationem diuinam, non ſecundum præſentem iuſtitiam, [*Qui erant diſperſi,*] id eſt, per varias ſectas & ritus perditionis diuiſi, atque à deo vndique elongati, per idololatriam, aliáque peccata, [*Congregaret*] ſpirituali collectione per prædicationem apoſtolorum, & ſancti ſpiritus illuſtrationem, [*In vnum,*] id eſt, ſub vna fide atque individua charitate, vel in vnum myſticum corpus, ſeu in vnum ouile eccleſiæ, vt eſſent vnius veri dei cultores. Vnde ſuperius dixerat chriſtus, Alias oues Ioan.10.
habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile. Sic communiter litera iſta exponitur. ¶ Sed quoniam Euangeliſta exponit verba Caiphæ non eo modo, quo Caiphas ea intellexit, ſed ſecundum ſenſum quem habent, inquantum prophetica ſunt, tanquam à ſpiritu ſancto
C prolata, hoc eſt, ſecũdum ſenſum, qui ex eis elici poteſt ex ipſa ordinatione verborum: ideo poſſunt alio modo exponi, erítque ſenſus, Ieſus moriturus erat pro gente. i. pro gentilũ redemptione, iuxta illud Eſaiæ, Ecce gentem quam neſciebas, vocabis. Et non tantũ pro gente hac, de qua deus ait ad Chriſtum per Eſaiam, Dedi te in lucẽ gentium: ſed vt filios dei, hoc eſt, electos Iudæos vnius dei cultores, qui erant diſperſi per mundum, habitantes non ſolum in Iudæa, ſed in cæteris gentium diuerſarũ pro uinciis. vnde in Actis apoſtolorum habetur, quod erant in Hieruſalem habitantes Iudęi, viri religioſi, ex omni natione, quæ ſub cælo eſt. Cõgregaret in vnum, id eſt, in eandem fidem Chriſtianam, atque eccleſiaſticam vnitatẽ. quod factum eſt quando Paulus & Barnabas in diuerſis prouinciis prædicabãt ſolis Iudæis, multósque conuerterunt ad fidem. cæteri quoque apoſtoli plurimos cõuerterunt Iudęorũ. Hinc Iacobus ait in exordio ſuæ epiſtolæ, Duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſalutem. Petrus quoque in principio primæ ſuæ canonicæ, Electis (inquit) aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ. De huiuſmodi ſpirituali Iudæorum congregatione multa vaticinati ſunt ſancti prophetæ, maxime Eſaias: quæ carnales Iudæi de corporali congregatione intelligunt, aſſerentes quod in aduentu Meſsiæ, vniuerſi Iudæi toto orbe terrarum diſperſi adducentur in terram promiſsionis & in Hieruſalem. ¶ Prætereà aduertendum, quòd licet Euangeliſta teſtante, Caiphas prophetauit, non tamen fuit, nec dici debet propheta. Ad rationem nanque prophetiæ maxime pertinet
D cognitio occultorum, iuxta illud Danielis, Intelligentia eſt opus in viſione. Caiphas vero (vt dictum eſt) non intellexit propheticum ſenſum verborum ſuorum. Quemadmodum ergo Pharao qui dixit prophetica verba, videlicet, Vidi ſeptem boues, &c. Et Nabuchodonoſor, qui vidit ſtatuam: Baltha- Daniel.10.
ſar quoque qui vidit articulos manus ſcribentis, non fuerunt prophetæ, quia non intellexerunt illa: Gene.41.
ſed Ioſeph & Daniel exponentes fuerunt prophetæ: ſic Caiphas non fuit propheta, ſed Ioannes E- Daniel.2.
uangeliſta, cui ſpiritus ſanctus reuelauit, quomodo Caiphas protulit illa. Et ſi dicatur quod prophetare eſt actus prophetæ, ergo Caiphas prophetans fuit propheta. dicendum, quod prophetare pro- Daniel.5. Geneſ.41.
prie ſumptum, videlicet pro cognitiua futurorum, occultorum, & contingentium prænuntiatione, eſt Daniel.2.
actus prophetæ. ¶ Denique in Eccleſiaſtico habetur, quod corpꝰ Heliſæi mortuum prophetauit: nũ- Daniel.5.
quid & illud cadauer fuit propheta? Quòd autem Caiphas non fuit propheta, non erat ex ſanctitatis
deſectu, vel ob ſuam malitiam: quoniam Balaam ariolus & malignus fuit verus propheta: ſed quia nõ Eccle.48.
intellexit ſenſum ſpiritus ſancti vt Balaam, qui ſciuit ſe loqui ex inſpiratione diuina, & illuminatione
angelica: iuxta quod ſcriptum eſt in libro Numerorum, Balaam irruente in ſe ſpiritu dei ait, haud du Num.2.2.
bium quin de ſeipſo, Dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum dei, qui viſionẽ Num.24.
omnipotentis intuitus eſt, qui cadit & ſic aperiuntur oculi eius. [*Ab illo ergo die cogitauerũt interficere eũ*]
citiꝰ quo valerẽt, ſed & ante hoc cogitauerũt, vt patuit. Nũc verò cõfirmati in ſuo propoſito põtificis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſui cõſilio,quod eis rationabile apparebat. Qui enim alium odit,facilius perſuadetur ad perſecutionẽ E
ipſius. Decreuerunt per diffinitiuam ſententiam,quod non quieſcerent,donec occiderent Ieſum. [*Ieſus ergo*] ſciens cogitationes illorũ,qui putabant Ieſum ſecreta eorum ignorare,[*Iam in palam,*] hoc eſt,
in locis manifeſtis per aliquot dies circiter octo,[*Non ambulabat apud Iudæos*] qui ſuam necẽ quærebãt,
[*Sed abyt in regionem iuxta deſertum,in ciuitatem quæ dicitur Effrem*] in qua etiam habitauerunt Iudæi, ſed
Ioan.12. non aduerſarii Chriſti,[*Et ibi morabatur cum diſcipulis ſuis,*] hoc eſt,apoſtolis paucis diebus,vt dictũ eſt.
Nam in principio ſequentis capituli fertur,quòd ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam. Núc quoque
Ioan.2. ſubiungitur,[*Proximum autem erat paſcha,*] hoc eſt,paſchalis feſtiuitas Iudæorum.
Ioan.7. ¶ Cur autem Ieſus aduerſarios ſuos fugiendo declinauit,dictum eſt ſæpius. Nondum enim venit hora
Origenes. eius,nec ſuam poteſtatem oſtendere voluit,ſed exemplum fugiendi præbere pro cauſa,loco,& tempo
re,prout frequenter expoſitum eſt. Dicit autem Origenes, quod ſicut honeſtum & iuſtum eſt gratia
veritatis,& pro Chriſti confeſsione mortem ſubire,quando ab aliquo requiritur cõfeſsio veritatis,vel
fidei,ſcilicet,an ſit Chriſtianus: ſic nullus debet ſe tentationi ingerere,propter propriæ virtutis inexpe
rientiam, & quoniam ignoratur rei euentus,itémque ne det alteri occaſionem peccandi.[*Proximum au
tem erat*].i.de propinquo imminebat[*Paſcha Iudæorum*].i.illa feſtiuitas in qua crucifixus eſt Chriſtus.
Leuit.23. [*Et aſcenderunt multi (Iudæorum) Hieroſolymam de regione*].i.tota terra Iudææ[*Ante paſcha,*] quia ſecundũ
legem tenebantur in ipſa feſtiuitate paſchali eſſe in Hieruſalem. Præuenerunt autem feſtiuitatem, [*Vt* F
Leuit.14. *ſanctificarent ſeipſos*] id eſt ad eſum agni paſchalis diſponerent ſe ſecundum legem. Nam immundi puri
ficabãt ſe raſurà pilorum,certis lotionibus,ieiuniis & quibuſdam oblationibus.[*Quærebant ergo Ieſum*]
Matth.21. quidam bona intentione,vt eius prædicationem audirent,quidam peruerſa, [*Et colloquebantur adinui-*
Marc.11. *cem in templo ſtantes,Quid putatis,*] cauſæ eſſe,[*Quia non venit in diem feſtum?*] more ſolito,vt in tanta mul-
Lucæ.19. titudine doceat atque miracula faciat. Certum eſt, quod Ieſus interfuit feſto paſchali vnde nunc agi-
tur: imo in die Palmarum,duobúſque diebus ſequentibus venit Hieruſalem,ſecundum quod alij E-
uangeliſtæ teſtantur. Quòd ergo Iudæi dicunt,quid putatis,quia non venit ad diem feſtum, ſic intel-
ligendum eſt,Quid putatis,quòd non acceſsit nunc cum aliis in Hieruſalem,vt feſto imminenti inter
ſit? Putabant enim Ieſum non eſſe venturum ad feſtiuitatem inſtantem, eo quòd nondum aduenit cũ
aliis. Cur autem mali quæſierunt Ieſum,ſubiungitur,[*Dederunt autem pontifices & phariſæi mandatum,*]
cui obediendum non fuit. Quamuis enim obediendum ſit malis prælatis,non tamen in malo: aliter in-
terfectores martyrum excuſarentur,qui ad imperia principum martyres occiderunt.[*Vt ſi quis cognoue*
Thren.4. *rit vbi ſit,indicet*] alicui ſacerdotum vel phariſæorum,vt pontifices & phariſæi[*Apprehendant (id eſt,capi
faciant) eum*] de quo locutus eſt Hieremias,Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris,cuius appre
henſus noſtrorum diſſoluit vincula peccatorum.

¶ Declaratio cap. XII. [*Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Be-* G
thaniam.] Articulus XXX.



Lucæ.13. EDiens Chriſtus ab vrbe Effrẽ,appropinquante hora ſuę paſsionis,acceſsit Hie
Matth.20. ruſalem verſus,vbi ſe paſſurum ſciuit,& ſæpe prædixit,Non capit(inquiẽs) pro
Marc.10 phetam perire extra Hieruſalem. Et,Ecce aſcendimus Hieroſolymam,& filius
Lucæ.18. hominis tradetur principibus ſacerdotum,&c. Rediens ergo non iam occulte,
ſed apertiſsime proceſsit,multa prodigia agens in via,decem leproſos curando,
cæcos illuminando. cúmque exiſſet de Hiericho,accidit quod nunc recitat Euã
geliſta,[*Ieſus ergo ante ſex dies paſchæ,*] id eſt,ſabbato ramis palmarum, quod fuit
ſex diebus ante primum diem feſtiuitatis paſchæ inſtantis. Incepit enim feſtiui-
tas paſchæ feria quinta ſequenti ad veſperas, durauítque diebus ſeptem.[*Venit Bethaniam vbi fuerat,*] id
Lucæ.17. eſt,pro tũc habitauit,præſensque fuit[*Lazarus*] paulò ante[*Mortuus,*] ſed nunc viuus. vel vbi fuerat La
zarus mortuus,& in loco quo obiit,[*Quem ſuſcitauit*] nouem diebus,vel circiter,ante reditum iſtum in
Bethaniam. Sufcitaſſe enim creditur Lazarum quidecim diebus ante diẽ paraſceues,in quo occiſus eſt.
Ioan.11. [*Fecerunt autem ei cœnam ibi,*] quia fortaſſe tarde intrauit. Ioannes non dicit à quibus,& in qua domo fa
cta ſit chriſto hæc cœna: ſed quoniam ſequitur,[*Martha miniſtrabat, & Lazarus vnus erat ex diſcumben-* H
tibus,] Origenes aſſeruit cœnam iſtam chriſto exhibitam in domo Marthæ,ab ipſa Martha ſororéque
Matth.29. eius,ac Lazaro: ſed hoc tenendum non eſt,quoniam apud Matthæum & Marcũ manifeſte deſcribitur
Marc.14. quod cœna præſens(in qua,ſicut patebit,Maria fudit vnguẽtum ſuper Ieſum) facta ſit in domo Symo
nis leproſi,qui tamen pro tunc non erat leproſus,ſed à chriſto ante curatus. Fecerunt ergo habitatores
Bethaniæ,ſcilicet Symon & eius familia cœnam ibi,id eſt,in domo Symonis,Ieſu,& Martha miniſtra
Ioan.11. bat. quãuis enim inuitata fuerat ad conueſcendũ,tamen propter reuerẽtiam magiſtri ſui, de quo dixit,
Ego credidi,quia tu es Chriſtus filius dei,maluit miniſtrare: & forte propter prudentiam ſuam rogata
fuit à Symone,vt diſponeret negotia domus ſuæ,quantum ad menſę prouiſionem. Eſt quoque cõſue-
tudo,vt amici interdum miniſtrent in domibus familiarium amicorum & conſanguineorum,præſer-
tim,dũ magni & multi hoſpites aſſunt.[*Lazarus vero vnus erat ex diſcũbẽtibus (id eſt,manducantibus) cũ eo*]
hoc eſt,cũ Ieſu. Sedit enim in eadẽ mẽſa cũ Chriſto,& forte ad latus eius,in ſignũ amoris,& præteriti
ſigni cõmendationem,aliorúmq; conſolationẽ. ¶ Voluit autẽ chriſtus primo introire Bethaniam ante
quã ingrederetur Hieruſalẽ,vt memoria ſuſcitationis Lazari renouaretur,& Iudęi vndiq; ad ipſum cõ-
fluerent,occaſione Lazari aſpiciendi: ficq; dominus Ieſus die ſequenti cum ſolenniſsima proceſsione
Zacha.9. vrbis ex omni parte vallatus intraret Hieruſalem,tanquam verus rex Iſraël,prout Zacharias prędixit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & infra clarebit. Item ad consolationē Mariæ, Marthę, ac Lazari, qui de eius recessu paulò antè nō mediocriter tristabantur. ¶ Prętereà, secundum Augustinum, in illa cœna interrogatus Lazarus à conuiuātibus de statu animarū post vitam præsentem, de pœnis inferni, de expectatione iustorū, omnia per ordinem diligenter narrauit. Per hoc quoque quòd Lazarus discumbebat, ostendebatur nō phantastice, sed veraciter resuscitatus. [*Maria ergo accepit libram*].i. vas talis mēsuræ. Per libram enim quantitas designatur vnguēti, vnde secūdum Matthæum & Marcum accepit alabastrū, id est, vas de alabastro formatum. Sumpsit ergo libra [*Vnguenti nardi*].i. expressi seu confecti de nardo. Nardus vero dicitur frutex, seu herba aromatica parua, spinosa, magnique odoris & calida, vnguenti inquā, [*pistici*], i. fidelis, puri, nō mixti, aut sophisticati. In Marco legitur, Nardi spicati. i. spicas habentis, de quibus extrahitur liquor aromaticus, efficitúrq; vnguentū. [*Pretiosi,*] nam valuit trecētos denarios secundum Marcum, [*Et vnxit (.i. vnguento isto perfudit, ac rigauit) pedes Iesu.*] secundum Matthęum & Marcū, Maria fudit vnguentū super caput Iesu recūbentis. Elucescit ergo, q̄ vnxit caput & pedes christi, qui nudo capite nudísq; pedibus legitur incessisse. Probabile est, quòd vnguentū hoc fuit subtile velut liquor, vel lachryma de re aromatica fluēs, quoniā indecens videretur vnguentum grossæ materiæ super caput hominis fundere. [*Et extersit capillis suis pedes eius.*] Creditur in primo pedes Christi lauisse & extersisse, ac postea vnguēto perfudisse. [*Domus impleta est ex odore vnguenti,*] in quo patet valor pretiositásq; vnguenti, liberalitas

B quoq;, reuerētia & deuotio Marię ad Iesum. Fuit quippe vnguentum istud refrigeratiuum, confortatiuum, ac odoriferum. ¶ Mystice, dum Iesus venit Bethaniam. i. ecclesiam, visitat corda fidelium per gratiæ infusionem clemēter intrando. Bethania autē quæ interpretatur domus obediētię, signat ecclesiā. Tunc mentes fideliū faciunt ei cœnam. i. simul cū christo manducant panē cœlestem, ac spiritualē, gustādo q̄ dulcis est dominus, qui est cibus atque interna refectio electorū, actib⁹ quoque iustitię insistēdo, de quo cibo ait Saluator, Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius qui misit me. Talia nanque opera Christum delectant. Propter quod ait in Apocalypsi, Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. In hoc conuiuio Martha ministrat, hoc est, anima christum intra se habens opera misericordię exercendo reuerenter obedit, & Christo deseruit: Lazarus vero, qui interpretatur adiutus à domino, hoc est, spiritus rationalis à morte peccati per gratiā susciatus, vnus est ex discumbentibus cum Iesu, qui nō vult mortem peccatoris, sed ouem perditam & inuētam imponit humeris suis gaudens. Vbi enim abundauit iniquitas, superabundat & gratia. Ideo talis in actibus virtuosis epulatur cū Christo. Tunc Maria, hoc est, anima cōtēplatiua charitatis feruore ignita, ac sanctę deuotionis dulcedine liquefacta & lachrymosa, accepit libram vnguenti pretiosi, hoc est, bonæ & exemplaris vitæ famam siue odorem, vnguens caput & pedes Christi, hoc est, Christum secundum diuinam atque humanam naturam sapienter contemplans, honorans, ac diligens, eiúsque mēbra ædificans, vt sit christi bonus odor in omni loco, & dicere possit cum sponsa, Cū esset rex in accubitu suo,

C nardus mea dedit odorem suum. Tunc demum tota domus, hoc est, vniuersa fratrum collectio, vel anima quæ est tēplum dei, impletur odore vnguenti istius: quoniā spirituali hilaritate perfundūtur gloriā tes in domino, gratias referendo, cantando, & psallendo deo in cordib⁹ suis semper. [*Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Ischariotis,*] hoc est, de vico nomine Scharioth oriundus, [*Qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentum non venit, (id est, venditum non est) trecentis denarys.*] In Marco leguntur discipuli cōmuniter murmurasse atque dixisse, Vt quid perditio ista? Potuit enim vnguentum istud vęnundari plus q̄ trecentis denariis. Sed maior quantitas non excludit minorem. Et consuetudo scripturæ est, imò & vsus loquētiū, vt toti communitati vel societati ascribatur, quod à parte eius cōmittitur. Vel si alij quoque discipuli murmurabant, nō eadē ratione murmurauerunt qua Iudas, sed ex pietate quadā, & cito cessabant à murmure, christi respōsione audita. Iudas vero suā malitiam palliauit pauperū cōpassione, subiūgēs. [*Et datum est egenis?*] hoc est, cur preciū vnguenti non est conseruatū, vt erogetur pauperibus? [*Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum,*] id est, veram curam & charitatē nō habebat ad pauperes, [*sed quia fur erat, & loculos (.i. repositoria) habens, ea quæ mittebantur,*] hoc est, eleemosynas quę christo dabantur ad sustentationem sui & discipulorū suorum, vel vt ipse illas vlterius distribueret in pauperum vsus. Multa quippe dabantur Christo ab auditoribus suis & fœminis religiosis: & quod Christo eiúsque discipulis superfluxit, fecit christus dari egenis, propter quod & inopes multi eū comitabā

D tur. christus quoque officiū procuratoris & dispensatoris cōmisit Iudę, tanquā minus spirituali & inferiori: nā & inter apostolos vltimus cōputatur. Talia ergo quæ sic mittebātur in sacculos, quos Iudas portauit, ipse [*Portabat,*] hoc est, in alios vsus cōuertit & occultauit, decimū (vt dicitur) nummum furādo. ¶ Quāuis autē aliqui dicant Iudā à principio suæ vocationis malū fuisse: probabilius tamē videtur dictū aliorum dicentium, quòd quando à Christo in apostolum promotus fuit, extitit bonus, sed post ea à tentatore victus, & in auaritiam est delectus. Nec puto quod Christus cōmisisset sibi prędicationis officium, nisi pro tunc dignus fuisset. Misit enim illum prædicare quemadmodum apostolos. Qui vero in vitiis iacet, peccat mortaliter, docēdo quæ non facit. Christus autem nulli præcepit facere quæ non licent. Peccatori vero dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? [*Dixit ergo Iesus,*] qui suam prædilectam Magdalenam frequenter excusauit fideliter atque benigne, [*Sine illam,*] hoc est, Marię non sis molestus, nec eā prohibeas facere, quod nūc facit, [*Vt in die sepulturæ meæ seruet illud*].i. quatenus tūc reseruet vnguentum, quod mihi sepulto superfunderet, si me tunc inueniret. Loquitur ergo Christus de vnguento simili, quod Maria secū portauit in die dominicæ resurrectionis, vt vngeret corpus Iesu, q̄ vnguentū tunc seruauit, nec in Christū illud expendit, quoniā tunc surrexit. Dicit ergo Christus Iudę vt permittat Mariam nunc facere, quod tunc faceret si valeret, quatenus tunc reseruet vnguentū, cuius si mile nunc effudit. Verba Euāgelistæ sunt intricata, sed quod iste sit sensus, patet ex eo quod scriptū

Matth. 26. Marc. 14. Ibidem. Matth. 26. Marc. 14. 1. Petri. 2. Ioan. 4. Apoc. 3. Ezech. 18. Matth. 12. Lucæ. 15. Rom. 5. 2. Cor. 2. Cant. 1. Sapien. 7. Ephe. 5. Matth. 26. Marci. 14. Psalm. 49. Marc. 16. Luc. 24. Ioan. 20.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Marci. 14. est apud Marcum, Præuenit vngere corpus meum in sepulturam. i. nunc fecit corpori meo quod face E
ret ei in monumento si posset. Vnde in Matthæo habetur, Mittens hæc mulier vnguentum hoc in cor
Matth. 26. pus meum, ad sepeliendum me fecit. Aliqui textus habent, Sinite illam, & sic Christus discipulos affa-
tur pluraliter: ex quo elicitur, quod non solus Iudas murmurauit, propter quod nunc pluraliter subdi
tur, [*Pauperes enim semper habebitis vobiscum,*] quãdiu estis in vita præsenti, & ita potestis eis quotidie be-
nefacere, atque id damni quod in huius vnguenti effusione perpessi sunt, eis recuperare: [*Me autem non
semper habebitis*] corporaliter, visibilitérque præsentem vt modo, idcirco non potest mihi quotidie fie-
ri, quod nunc factum est mihi. ¶ Veruntamen, Christus secundum suam diuinitatem omnibus adest,
imò in omnibus est per essentiam, potentiam atque præsentiam. In bonis quoque per gratiam: secun-
dum quoque naturam assumptam adest nobis iugiter, atque quotidie per sacramentalem præsentiam,
Matth. 28. secundum quod ait apud Matthæum, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consumma
tionem seculi. [*Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est,*] hoc est, plurimi Iudæorũ, præsertim eo-
rum qui in Hierusalem habitabant, vel illuc conuenerant ad diem solennem instantem. Hierusalem e-
nim prope Bethaniam fuit ad quindecim stadia, sicque faciliter perceperunt Iesum aduenisse, præser-
Matth. 21. Marci. 91. tim, quia secundum alios Euangelistas, magna quoque turba venit cum Iesu vsque ad Hierico, & vltra
Luc. 19. forte vsque ad Bethaniam. [*Et venerunt*] ex Hierusalem, locisque vicinis ad Iesum, vel ad Bethaniam, F
[*Non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent quem (Iesus) suscitauit*] à mortuis. Duplici ergo de cau-
sa venerunt. Vna propter Iesum, vt eius prædicationem audirent, eiúsque personam visitarent, & ope-
ra cernerent. Alia, propter Lazarum, vt tam mirabile factum experimentaliter intuerẽtur, atque de pœ
nis gehennę, & statu alterius vitæ aliqua scisciterentur vel docerentur. Homines quippe auide currunt
ad videndum mira & inconsueta. Erat autem mirabile valde, itémque iucundum cernere quatridua-
num mortuum resuscitatum, cum hominibus denuo conuersantem, manducantem, bibentem, loquen
tem, & cætera vitæ opera exercentem. Legitur tamẽ, quòd Lazarus post suam suscitationem non risit.
Augustinus dicit, quòd isti venerunt in Bethaniam ex curiositate, non charitate. Est tamen probabile,
quod multi eorum ex deuotione venerunt: quod ex duobus elicitur. Primò, quoniam statim subiungi
tur, quòd propter Lazarum multi credebant in Iesum. Secundò, quia sequenti die solennissime ac de-
uotissime perduxerunt Iesum in Hierusalem. [*Cogitauerunt autem,*] hoc est, cogitando decreuerunt. Co
gitare vero malum sine consensu, non est à deo malum: sed isti cogitationi malignæ adiecerunt consen
sum. cogitauerunt ergo [*Principes sacerdotum,*] qui videbantur regere populũ, sed subditos peruerterũt,
quia secundum iudicem populi, sic ministri eius, [*Vt & Lazarum interficerent:*] in quo patet eorum into
Eccles. 10. leranda peruersitas, summáque cæcitas. Primo, quòd illum voluerunt occidere, quem deus tam super-
naturaliter viuificauit. Secundò, quod putabant Iesum non posse suscitare occisum, quẽ suscitauit per
quatuor dies sepultum. Causa vero quare hoc statuerunt, annectitur, [*Quia multi propter illum abibant,*]
.i. multi Iudæorũ, & ex consideratione tanti miraculi, & ex visione sensibili Lazari, loco & voto, seu G
corpore & mẽte segregauerunt se à Iudæis incredulis, [*Et credebant in Iesum,*] quod esset Christus & fi-
lius dei. ¶ Hoc quippe miraculum fuit sufficiens testimoniũ quod vera esset prædicatio Christi. Ne er
go hi crederent, & vt tanti miraculi memoria sopiretur, voluerunt perimere Lazarum, quem deus ideo
suscitauit, vt homines fidem adhiberent domino Iesu. Sed non est sapientia, non est prudentia, non est
consilium contra dominum: & verum, atque in istis sacerdotum principibus constat impletũ, quod ait
Prouer. 12. Psal. 32. Psalmographus, Dominus dissipat cõsilia gentiũ, reprobat autẽ cogitationes populorũ, & reprobat cõ
silia principũ. cõsiliũ autem domini in æternum manet. ¶ Porro, qui cõtra iustitiam machinatur, & ve
ritatẽ opprimere nititur, quo profundius modos excogitat, studiosiúsque laborat, eo amplius præcipi-
tatur, & in falsitatis tenebras prauitátisq; abyssum demergitur. ¶ Quęritur, cũ superius dictũ sit, q̃ mul
ti Iudęorũ crediderũt in Iesum, propter natũ cæcũ, quem illustrauit, cur principes potius proposuerũt
interficere Lazarum, q̃ cęcum illum illuminatum. Dicendum quod propter causas diuersas. Primum,
Ioan. 9. quoniã miraculũ illud factũ in cęco, quodam palliationis colore diffamauerunt, eo quod factum fue
rit sabbato: hoc autẽ non poterant facere in Lazari suscitatione. Secundo, quoniam cęcum illũ, quasi vi
lem inopémque personam pharisęi eiecerunt de synagoga: Lazarus vero potẽs, diues, & nobilis fuit, id
circo eius suscitatio multo famosior erat, pluręsq; ad eũ ierũt. Tertio, qm̃ suscitatio ista miraculosior
fuit, quàm illuminatio illa, propter quod plures crediderunt in Iesum propter Lazarũ, q̃ propter cæcũ H
illũ. Et quãuis scriptũ non sit, q̃ principes sacerdotum cogitauerunt cæcum illum occidere, nõ est ta-
men incredibile, quod cogitauerũt hoc ipsum. Nullum tamẽ miraculum fecit illos sic furere, sicut suf
citatio Lazari: quoniã nulla tergiuersatione poterat negari, vel accusari. [*In crastinum,*] id est, die sequen
ti, seu die Palmarum [*Turba multa (non solum Iudæorum, sed & gentilium vt patebit) quæ venerat*] ad Hieru-
salẽ, [*Ad diem festum,*] hoc est, ad hoc, vt imminenti solẽnitati interesset paschali [*Cum audissent, quia ve-
nit Iesus Hierosolymã, acceperunt ramos palmarũ, & processerunt obuiam ei.*] Alij Euangelistæ testãtur, quod
Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. multi ex turba cędebãt ramos de arboribus, & sternebãt in via. Solus Ioãnes scribit, q̃ cũ ramis palma-
rũ in manibus obuiauerũt domino. Certũ est ergo quod vtrũq; fecerunt. Et ipsi quidẽ ad literam hoc
fecerũt ad reuerentiã saluatoris, diuina vero inspiratione ideo factum est, vt victoria Christi, qua mox
superaturus erat diabolũ, victurúsque mortẽ, & suos ex lymbo erepturus, præfiguraretur. Sic enim ob
uiati victoribus solitũ fuit. Rami quoq; palmarũ antiquitus dabãtur victoribus in pręliis pręualentib⁹.
[*Et clamabant, Osanna (id est, obsecro salua) benedictus (id est, sanctus & laudatus sit) qui venit in nomine domini,*]
.i. in deo, & secũdum voluntatem, prędordinationẽque dei: quẽadmodũ de Christo per prophetas præ
dixit. Isti solã Christi humanitatem nouerunt, sicque putabant esse purum hominẽ, sanctissimũ tamẽ
& mũdi saluatorẽ, ac regẽ Messiã: ideo dicunt eũ venire in nomine domini, id est, missum esse à deo, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſecundum deũ omnia facere,atque ad eius honorem venire.Et verũ fuit,quòd Chriſtus venit in nomi Ioan.5.
ne domini,quia & ipſe iã dixerat,Ego veni in nomine patris mei.imò ſecũdũ quod homo venit in no
mine cuiuſlibet diuinæ perſonæ.[*Rex Iſrael,*]id eſt,verus rector,& ſummus princeps Iſraëliticæ plebi
promiſſus,& nobis iam datus,de quo Eſaias prædixit,Super ſolium Dauid,& ſuper regnum eius ſede Eſaiæ.9.
bit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio & iuſtitia.Et Ozeas,Reuertentur filij Iſraël,& quærẽt Ozeæ.3.
dominum deum ſuum,& Dauid regem ſuum,id eſt,Meſsiam,vt omnes exponunt.Dauid ſi quidem tẽ
pore Ozeæ diu mortuus fuit.Prophetæ enim concorditer dixerunt Chriſtum fore regem Iudæorum.
Et quidam Iudęorum intellexerunt verba huiuſmodi prophetarũ carnaliter,de ſolo regno terreno,ac
temporali.Alij ſpiritualiter de regno veræ obediẽtię,quod inchoatur in via,& conſummatur ac perpe
tuatur in patria:ita quòd Chriſtus dando legem perfectam,ſuis ſpiritualiter præſideret,regnãdo in cor
de eorum per fidem & obedientiam nunc in via,deinceps transferret eos ad regnum cæleſtis paradiſi,
regnando in eis per glorię cõmunicationem.Hoc quippe dominus prænũciauit per Ezechielem,Salua Eze.34.
bo(inquiens)gregem meum,& ſuſcitabo ſuper eum paſtorem vnũ qui paſcat eum Dauid ſeruũ meũ.
Ego dominus ero eis in deum,& ſeruꝰ meus Dauid princeps eorũ.¶Prętereà quãuis prophetæ ſpecia
liter diſſeruerunt Chriſtum fore Iſraëlitici populi regem,nihilominus prænuntiauerunt eum omniũ
gentium regẽ eſſe venturũ,iuxta illud Zachariæ,Poteſtas eius à mari vſque ad mare,& à fluminibus vſ Zacha.9.
B que ad fines terræ.Et in Pſalmo,Adorabunt eum omnes reges,& omnes gẽtes ſeruient ei.¶Porrò,hãc Pſalm.71.
laudem turbæ Chriſto oblatam alij Euangeliſtæ plenius deſcripſerũt.Dicitur enim apud Lucã,Cũ ap
propinquaret Ieſus in deſcenſum montis Oliueti,cœperũt omnes turbę deſcendentiũ gaudẽtes lauda
re deum ſuper omnibus quas viderãt virtutibus,dicẽtes,Benedictus qui venit rex in nomine domini.
Pax in cælo,& gloria in excelſis.Ex quibꝰ verbis & cęteris quę Lucas pręmiſit probatur,quòd nõ ſolũ
turbę ex Hieruſalẽ & cęteris locis Chriſto obuiãtes,ſed multi quoq; eũ ſequẽtes,& cũ eo de Bethania Matth.21.
exeũtes cecinerũt canticũ iſtud.In Matthęo legũtur dixiſſe,Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit Marci.11.
in nomine domini.Oſanna in altiſsimis.Marcus vero ſic refert,Oſanna benedictꝰ qui venit in nomine
domini. Benedictũ qđ venit regnũ patris noſtri Dauid.Longũ eſſet omnia iſta exponere,ſed breuiter Pſalm.117.
perſtringendo,petierũt ſaluari à Chriſto ſalute illa quę habetur in altiſsimis,hoc eſt,in cælo.Pręſcrip-
ſit autẽ hanc laudẽ Pſalmiſta,dicẽdo,O domine ſaluum me fac,ô domine bene proſperare, benedictꝰ
qui venit in nomine domini.[*Et inuenit Ieſus,*]nõ à caſu,ſed per diſcipulos ſuos ſibi iuſsit adduci,[*Aſ-*
ſellum].i.pullum aſinę ſubiugalis,cui pullo tũc vſq; nullus hominũ ſedit,[*Et ſedit ſuper eũ,*]diſcipulis ve Matt.21.
ſtimẽta ſua ſupponentibus chriſto inſidẽti.Quomodo facta ſunt hęc,qui cupit plenius ſcire,aliorũ in Marc.11.
ſpiciat Euangeliſtarũ volumina.Ioannes enim talia prætermiſit,quia ab aliis nouit ſatis deſcripta.[*Sicut* Lucæ.19.
ſcriptũ eſt]per Zachariam quãtũ ad ſenſum,[*Noli timere*]carnali,humano,& inordinato timore, de quo Zacha.9.
ſcriptũ eſt in Eccleſiaſtico,Qui timet dominũ,nihil trepidabit.[*Filia Sion*].i.populus Iſraël.Prophetæ Eccle.34.
C enim nomine filię totã plebẽ ſoliti ſunt deſignare,quẽadmodũ Eſaias ait,Sede in puluere filia Babylõ. Eſaiæ.47.
Et Sophonias,Exulta in omni corde filia Hieruſalẽ.Sion vero eſt nomen montis,in quo erat templũ, Sopho.3.
ac regis palatiũ:vnde per Sion frequẽter totus Iudaicus populus explicatur.[*Ecce rex tuus venit ſuper pul*
lum aſinæ.]Noſtra tranſlatio habet,Exulta ſatis filia Sion,iubila filia Hieruſalem.Ecce rex tuus venit ti Zacha.9.
bi iuſtus & ſaluator,ipſe pauper,& aſcendens ſuper aſinam,& ſuper pullum filium aſinæ. Vnde apud
Matthæũ inducitur Ieſus vtrunq; animal inſediſſe, videlicet aſinam & pullũ ſucceſsiue.Hoc teſtimo-
nium prophetale Euangeliſta adiecit,vt fidem corroboret,eo quòd Chriſtus prophetarũ vaticinia ad-
impleuit:& item,vt innuat ꝙ ſacerdotes & ſcribę,qui erant eruditi in lege,ex hoc facto merito atten- 1.Cor.15.
diſſent Ieſum eſſe Chriſtũ.¶Prętereà quod turba præfata chriſto corporaliter ſemel exhibuit,nos de Cant.8.
bemus ei quotidie ſpiritualiter exhibere.Dum ergo cognoſcimus quod Ieſus Hieroſolymam venit,id
eſt,eccleſiã viſitat,quod vtiq; facit quotidie,debemus ramos palmarũ accipere,id eſt,florida opera cha 1.Cor.13.
ritatis dei,ac proximi. Palma enim eſt arbor æſtate ac hyeme florens.ideo charitatẽ(quæ nunquã exci
dit)figuraliter exprimit,de qua in cãticis ſponſa,Aquæ multę non poterũt extinguere charitatem,nec
flumina obruent eã.idcirco ęſtate & hyeme,hoc eſt,in proſperis atq; aduerſis permanet florens,& fru
ctus ſalutis producens,quẽadmodum ait Apoſtolus,Charitas patiens eſt,benigna eſt.ſicq; Chriſto ob Amos.4.
uiare corde deuoto,eius aduentum cordialiter ſuſpirando,eius pręſentiam amoroſe amplectendo,eiuſ Matth.21.
D q; voluntati in omnibus cũ congrua reuerentia obediendo,iuxta illud Amos, Præparare in occurſum Pſalm.17.
dei tui Iſraël.Tunc quoque debemus Chriſtũ orare & collaudare,dicentes,Oſanna in excelſis.Oratio
nanq; pręconiis mixta,efficaciſsima eſt ad impetrãdũ,prout fatetur Pſalmiſta,Laudãs inuocabo domi- Pſalm.102.
nũ,& ab inimicis meis ſaluus ero.Et eſt Chriſtus laudandus in omni loco propter ſuæ maieſtatis præ-
ſentiã atq; dominij vniuerſalitatẽ:propter qđ fertur in Pſalmo,Benedicite domino omnia opera eiꝰ,in
omni loco dominationis eius,itẽ in omnibꝰ horis,ꝓpter inceſſabilẽ fuę pietatis ſuper nos effuſionẽ,gra Tob.4.
tię influentiã,omniũq; rerum conſeruationẽ.Vnde Tobias filiũ hortatur,dicẽs,Omni tẽpore benedic Pſalm.33.
deo.Et in Pſalmo,Semꝑ laus eius in ore meo.In Eccleſiaſtico quoq;,Laudabo nomẽ tuũ aſsidue,& lau Eccle.51.
dabit vſq; ad mortẽ anima mea dominũ.Laudandus vero eſt chriſtꝰ rex immortalis,& verus deus,nõ
pigra irreuerẽtiq; mẽte,ſed corde ſyncero,ignito,ac ſtabilito,ſecũdũ illud Eccleſiaſtici, Et nũc in o- Ioſue.24.
mni corde & ore collaudate & benedicite nomẽ domini.Vnde vbertĩ ait ardẽtiſsimꝰ ille Pſalmiſta,cõ Eccle.30.
fitebor tibi domine in toto corde meo.Tũc Ieſus inueniens aſellum,i.humile mancipiũ,iugo legis di- Pſalm.9.
uinę ſubiectum, qđ dicere poteſt,Vt iumentũ factus ſum apud te,& ego ſemper tecũ,ſedebit ſuper il Pſalm.85.
lud.i.in omnibus diriget animã eius,omnémq; alienũ dominatorem excludet.[*Hæc nõ cognouerunt diſci-* Pſalm.110.
puli eius].i.cur chriſtꝰ aſellũ ſibi iuſsit adduci,& ſuper illũ ſedit,& ꝙ in hoc implebatur prophetia de Pſalm.137.
chriſto prædicta,non intellexerũt apoſtoli[*Primum*].i.ante paſsionẽ,&tunc qñ fiebant.Erãt enim ad- Pſalm.72.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

huc mirabiliter ſimplices,rudes,& ineruditi:nã(vt infra Ioannes de ſeipſo teſtatur)in die dominicæ re E
ſurrectionis nondum ſciuit quod oporteret Chriſtum à mortuis ſurgere,quod tamẽ Chriſtus ſibi &
coapoſtolis tam vbertim prædixit,& prophetatum edocuit. [*Sed quando glorificatus eſt Ieſus*].i.poſt re-
Ioan.20. ſurrectionem,quando corpus impaſsibile &glorificatum reſumpſit,[*Tunc recordati ſunt*].i.attenderũt,
non quod prius illud ſcierint,& poſt obliuioni tradiderint, rurſúsque penſauerint,ſed recordatio ſu-
mitur nunc extenſe,pro conſideratione.[*Quia hæc ſcripta erant de eo*]in Zacharia,vt dictum eſt.Tunc e-
nim aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, inſufflauitque in eos & dixit, Accipite ſpiritum
Zacha.9. ſanctũ.in die quoque pentecoſtes docuit eos ſpiritus veritatis de omnibus plene,ac euidenter.[*Et hæc*
Lucæ.24. *fecerunt ei*].i.tunc quoque recoluerũt,quod turba fecit Chriſto quę dicta ſunt,vt impleretur vaticiniũ
Ioan.29. Zachariæ.[*Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo,quando vocauit Lazarum de monumento,& ſuſci-*
Acto.2. *tauit eum a mortuis.*]Hæc turba conteſtabatur quod vidit,videlicet quod Lazarus vere mortuus fuit,at-
Ioan.41. que veraciter à Chriſto reſuſcitatus,[*propterea & obuiam venit ei turba*]non illa de qua iam dictum eſt,
Zacha.9. quæ interfuit ſuſcitationi Lazari, ſed illa quæ id percepit ab alia.Subditur enim,[*Qui audierunt eum fe-*
ciſſe hoc ſignum.]Hæc turba & illã fuerunt vna turba totalis,cuius partes turba dicuntur.Quidam enim
eorum qui occurrerunt Chriſto,affuerunt quando Lazarum ſuſcitauit,& alij nõ affuerunt,ſed ab illis
hoc didicerunt.ſicque ſimul obuiauerunt Saluatori,tanquam excellenti viro,mirabili,potentique ho-
mini,ac regi Meſsiæ. [*Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos*].i.adinuicem inuidentes gloriæ Chriſti,[*Vide* F
tis quia nihil proficimus].i.negligenter & pigre habemus nos in exequendo propoſitum noſtrum de in-
terfectione hominis huius,& non obtinemus quod proponebamus.Propoſuimus enim impedire con
uerſionem hominum ad ipſum,& oppoſitum contigit.ideo ſubdũt,[*Ecce mundus totus*] .i. magna pars
hominum in mundo viuentium[*Poſt eum abyt*].i. ei adhęret,credit,obſequitur.Vnde quòd dicunt,mũ
dus totus,accipiendum eſt per hyperbolem,quæ eſt figura habens locum cum aliquid dicitur per ex-
ceſſum,ad inſinuandũ magnitudinem rei,quemadmodum in Geneſi Pharao loquitur ad Ioſeph,Abſq
Gene.41. que tui oris imperio nemo mouebit manum vel pedem in omni terra Aegypti.¶Chryſoſtomus & a-
lij quidam exponunt hunc locum de phariſæis credentibus, alióſque à perſequutione chriſti detrahe-
re peroptãtibus,vt ſit ſenſus,Videtis quia nihil proficimus,id eſt,quicquid fecerimus,vel molimur cõ
tra Ieſum,nil prodeſt,nec eius magnificentiam impedire valemus,vt patet ad ſenſum: Nam ecce mun
dus totus poſt eum abiit.[*Erant autem gentiles quidam ex his qui aſcenderant(Hieruſalem) vt adorarent*]deum
Iſraël in quodam loco templi ad hoc deputato.Non enim ingredi poterant ipſum templum. Vnde in
Actis Iudæi leguntur Paulo impoſuiſſe,quod locum ſanctum violaſſet,gentiles inducẽdo in templũ.
Actu.22. [*In die feſto*]paſchæ,quia non ſolum templum à Salomone conſtructũ,ſed & illud quod ędificauit Zo
robabel,tantæ fuit famæ & excellentiæ,quòd gentiles ex diuerſis mundi partibus cõfluxerunt in Hie-
ruſalem,vt deum Iſraël adorarent in loco ad diuina ſacrificia atque obſequia præelecto,præſertim in
1.Eſdr.5. feſtiuitate paſchali.Hoc in libris Machabæorum plenius recitatur.Vnde in Actis apoſtolorum ſcrip- G
tum eſt,quomodo quidam eunuchus potens Cãdacis reginæ Aethiopum aſcendit adorare in Hieruſa
lem,qui cum rediret, ſedens in curru legenſque Eſaiam à Philippo diacono eſt conuerſus.Quidam er
2.Mac.3. go gentiles vnius dei cultores,quibus etiam ad ſalutem ſufficiebat fides chriſti venturi cum lege natu
Actu.7. rali,aſcenderunt cum Iudęis Hieruſalem verſus.[*Hi acceſſerunt ad Philippum(apoſtolum)qui erat (oriũdus)*
a Bethſaida]vrbe Galilææ,de qua ciuitate fuerũt Petrus & Andreas. ¶cur potius acceſſerunt Philippũ
Luc.6. quã aliũ apoſtolũ?Forte quòd maiorem cum eo habuerunt notitiam,vel ex circunſtantia loci poterãt
eum facilius alloqui:vel quia ſpecialem pietatem,ac manſuetudinem cõſiderauerunt in eo,propter qđ
affati ſunt eum prius atque audentius,[*Et rogabant eum,dicentes,Domine.*]Dominum vocant Philippum,
propter reuerentiã ſui magiſtri,& quia videbant quod eſſet honeſta,ac religioſa perſona, [*Volumus Ie-*
ſum videre.]Sedit enim Ieſus ſuper animal paruum,vndique turbis vallatus,ita quod ab vniuerſis nõ po
terat conſpici.Hi ergo quoniam famam operum chriſti audierunt,ipſum quoque actorem optabant
videre,eiúſque colloquio frui,vel verbis doceri.[*Venit Philippus & dicit Andreæ*]deſiderium gentiliũ,
in quo patet Philippi humilitas,quòd per ſe non pręſumpſit hæc Chriſto intimare,magna quoque re
uerentia quam habebat ad Chriſtum: & quia Philippus inferior quodammodo erat Andrea, mon-
Deut.7. ſtratur quòd inferiora per ſuperiora ad deũ ſint reducenda, vt ſit ordinatus proceſſus, inferiora quo
qꝫ ad ſuperiora per media. [*Andreas rurſum,& Philippus dixerunt Ieſu,*]vnus protulit verba,& alius cõ H
Matth.18. firmauit,ſeu annuit,vt in ore duorũ ſtaret firmum verbum. [*Ieſus autem reſpondit eis,dicens, Venit hora,*]
2.Cor.13. id eſt,iam partim adeſt, & cito plenius erit in paſsione,& poſt paſsionem,[*Vt clarificetur,*] id eſt,clarus
& magnus,verúſq; Chriſtus eſſe mõſtretur,ſeu agnoſcatur,ac per hoc in hominum cordibus clarifice
tur,exaltetur,ſeu honoretur,[*Filius hominis.*]vt enim poſt pauca ſubiũgitur,eadem hora qua chriſtus
hęc dixit,venit vox de cælo,dicens,Et clarificaui,& iterum clarificabo:quo facto dixit turba (in cuius
mente iá aliqualiter clarificatus fuit Ieſus)Angelus ei loquutus eſt.¶Porrò,in paſsione clarificatus eſt
Matth.27. in cordibus aſsiſtentiũ cruci,qui cum vidiſſent ſolis obſcurationẽ,terrę motum,& cætera quæ fiebãt,
Lucæ.23. percutientes pectora ſua reuertebãtur,quemadmodũ apud Lucam legitur.In reſurrectione autẽ clari
ficatus eſt Ieſus,id eſt,proprio corpore glorificatus,atque in aſcẽſione ſuper cælos eleuatus, ſecundũ
Actu.1. quod ait Apoſtolus,Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortẽ,propter quod & deus ex-
phil.2. altauit illũ. Deinde miſſo ſpiritu ſancto clarificatus eſt per apoſtolorum prædicationẽ,ac multa mira-
Actu.2. cula.Primo in Hieruſalẽ,vbi maxime inhonoratus extiterat,ita vt non eſſet ei ſpecies neq; decor.Dein
Eſaiæ 53. de in tota Iudæa,Galilęa,atque Samaria.Poſtremò,maxime clarificatus eſt per prędicationẽ apoſtolo
Eſaiæ.24. rũ in vniuerſo mundo,ſeu gentibus vniuerſis,quæ vbiq; terrarũ ad Chriſtũ conuerſi ſunt,prout per
Pſalm.2. Eſaiam prædictum fuit,A finibus terræ audiuimus laudes,gloriam iuſti.Et in Pſal. Reminiſcentur &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. De hac clarificatione exponit Augustinus verba inducta, ita quòd Christus his verbis conuersionem prædixit gentilium, quæ figurabatur per conuersionẽ horum paucorum gentilium, qui Christum videre optabant: de qua etiam clarificatione accipit Augustinus illud Psalmistæ, Exaltare super cælos deus, & super omnem terram gloria tua. Psalm. 56. Psal. 107.

¶Prosequutio huius cap. [*Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.*] Artic. xxxi.

X decreto æternæ sapientiæ summæ trinitatis debuit passio Christi eius glorificationem gẽtiũque conuersionem præcedere: quoniam Christus patri vsque ad mortem obediendo meruit sibiipsi præmium accidẽtale, videlicet corporis glorificationem, atque iudiciariam potestatem: omnibus quoque hominibus meruit non solum veniam culpæ, sed etiam conuersionis, iustificationisque gratiam: propter quod ait apud Lucam, Nónne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suam? Et iterum, Oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Porrò, quòd ita sit, Christus ostendit per aptum exemplum, [*Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram (i. seminatum) mortuum fuerit,*] id est, corruptum & resolutum, [*Ipsum solum manet,*] id est, fructum non affert, nec multiplicatur. Corruptio quippe vnius, generatio est alterius. propter hoc vnum non generatur ex alio, nisi illud primo corrumpatur. [*Si autem mortuum fuerit (id est, putrefactum in terram) multum fructum affert,*] quia generat spicam granis plenam. ¶ Per granum Christus seipsum signauit, qui ex cælesti area in hunc mũdum per incarnationem seminatus est, vnde de ipso habetur in Psalmo, Erit firmamentum in terra in summis montium. Translatio Hieronymi iuxta Hebræum sic continet, Erit memoriale triticum. Et Zacharias ait, Quid bonum domini, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum? Vult ergo Saluator asserere quod sicut granum non corruptum nequaquam fructificat, sic ipse non fructificaret in gentibus, illas per apostolos conuertendo ad fidem, nisi prius à Iudæis occideretur: quod per Esaiam manifeste inuenitur prædictum, quo scribitur, Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum, & voluntas domini manu eius dirigetur. Per semen longæuum intelligitur plebs fidelis credens in Christũ, quæ vsque in finem seculi perdurabit. Denique, per voluntatem domini designatur conuersio gentium, secundũ quod Thessalonicensibus scribit Apostolus, Hęc est voluntas dei, sanctificatio vestra. hæc in manu christi directa est, id est, ad bonum finem, atque salubrem effectũ producta, eo quòd posuit animam suam pro peccato generis humani delendo. [*Qui amat animam suam, perdet eam.*] ¶ De multiplici amore loquitur sacra scriptura. Primò, de vero, diuino, ac spirituali amore, qui fundatur in bono honesto: cuiusmodi sunt bona animæ, virtus, sapientia, gratia, beatitudo. De hoc amore dicit Apostolus, Si linguis angelorum loquar, &c. Et Petrus, Ante omnia (inquit) mutuam in vobis charitatem continuam habentes. Huic amori opponitur odium, quod est summum peccatum. Secundò, de amore carnali inordinato & seculari, qui fundatur in bono temporali, delectabili, vel vtili saltem apparenter, de quo amore dicit Apostolus alloquens Timotheum, In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes. Huic amori opponitur odium bonum, de quo Psalm. Perfecto (ait) odio oderam illos. Porrò, iuxta philosophum amare est alicui bonum velle. Dupliciter ergo intelligi potest præsens scriptura. Primò, Qui amat animam suam. i. qui vere ac spiritualiter diligit eam in seculo isto, bene volens sibiipsi, & cupiens perseueranter bona, honesta, spiritualia, ac diuina, perdet eã. i. in seculo isto exponet eam propter deum atque iustitiam aduersis, ac mortis periculis, prępónétque dura corpori delectabilibus mundi, incedẽs per arctam viam, nec timens eos qui corpus occidunt. Hęc est salutaris perditio, quæ est effectus sancti amoris, estque perditio ista suiipsi abnegatio, propriæ crucis portatio, & Christi imitatio: de quibus apud Matthæum ait Saluator, Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Secundò, Qui amat animam suam carnali & vitioso amore, ambulando in concupiscentiis propriis, & temporalibus potius quàm æternis inhærendo: perdet eam, id est, æternam damnationem incurret, & seipsum vera felicitate post hãc vitam priuabit, iuxta illud Ecclesiastici, Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Tales vere odiunt semetipsos, dicente scriptura, Qui diligit iniquitatem, odit animã suam. vult enim ei quæ nocent. De tahbus ait Iudas in sua canonica, Hi sunt in epulis suis conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circunferũtur, quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Huic autem secundę expositioni concordant sequentia, [*Et qui odit animam suam in hoc mundo*]. i. delectabila mundi & carnis ei subtrahit, eámque quotidie propter christum mortificat: & si occurrat articulus, pro fide & iustitia mortem amplectitur temporalem, [*In vitam æternam*] adipiscẽdam merito odij huius [*Custodit eam.*] de quo odio dicit Saluator apud Lucam, Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suum, & matrem, & fratres, & sorores, & vxorem, & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Fugiamus ergo delectabilia vitæ pręsentis, omnémque mundi honorem, famam & gloriam cordialiter aspernemur, crucifigentes, iuxta doctrinam Apostoli, carnẽ nostram cũ vitiis & concupiscentiis. [*Si quis mihi ministrat*] obediendo meis præceptis, vel acquiescendo consiliis euangelicis, [*Me sequatur,*] id est, patiendo aduersa, me æquanimiter, fortiter, atque stabiliter imitetur, nõ recedẽdo à via iustitiæ propter tormenta. Vnde admonet Petrus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exẽplum, vt sequamini vestigia ei'. Hoc est quod Ioãnes in sua docet epistola, qui se dicit manere in Christo, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Paul' quoq;, Omnes (inquit) qui volũt pie viuere in christo, pśequutionẽ patiẽtur. Quid tam iustum, decẽs & sanctum, quàm

B C D

Phil. 2. Lucæ. 24. Ibidem. Hebræ. 9. Psalm. 71. Zacha. 9. Esaiæ. 53. Thess. 4. 1. Cor. 13. 1. Petr. 4. 2. Tim. 3. Psalm. 128. Matth. 7. Matt. 10. Matth. 16. Luc. 9. Eccles. 18. Psal. 10. Galat. 5. 1. Petri. 2. 1. Ioan. 2. 1. Tim. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apoc.3. vt discipuli imitentur magistrum,serui dominum,membra quoque caput?[*Et vbi sum ego,*]inuiolabili E
ter secundum diuinam naturam,semper quoque post ascensionẽ,id est,in regno cælorum,in patria bea
Philip.1. torum,[*Illic & minister meus erit*]post vitæ præsentis occasum,& plenam satisfactionem,hic,vel in pur
gatorio factam.Vnde in Apoc.loquitur Christus,Qui vicerit,dabo illi sedere mecum in throno meo,
2.Tim.2. sicut & ego vici & sedi cũ patre meo in throno eius.Et Apostolus,Cupio(ait)dissolui & esse cũ Chri
sto.Hinc iterum dicit ad Timotheũ,Si cõmortui sumus & conuiuemus,si cõpatimur & conregnabi
Matth.24. mus.[*Si quis mihi ministrauerit*]perseueranter vsque in finem,declinando ab omni peccato mortali,iux
ta illud in Psalmo,Ambulans in via immaculata,hic mihi ministrabat.[*Honorificabit eum*].i.honorabilẽ
Psal.100. eum faciet,magnamque ei reuerentiam exhibebit,[*Pater meus qui est in cælis*].i.in cęlesti palatio,in ange
lorũ consortio,in cælestis paradisi delitiis cõstituet eum pater æternus,sed & diuinę essentiæ vniet ani
1.Ioan.3. mã eius,vt videat deum sicuti est clare per speciem.Sępe insuper deus exaltat seruos suos fideles in vi
1.Cor.13. ta pręsenti & post mortem.propter quod dicit propheta,Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui de⁹.
Psalm.138. Magna honorificatio filiorum adoptiuorum est esse cum filio naturali,cohæredésque christi.de quo
honore ait inferius,Pater quos dedisti mihi,volo vt vbi sum ego,& illi sint mecum, vt videãt claritatẽ
Ioan.17. meam.[*Nunc anima mea turbata est*]id est,vehementer mota,nõ tamen inordinate affecta. Turbatio ista
fuit in anima christi,quantum ad inferiorem eius partem & appetitum sensitiuum,non ex infirmitate,
sed pręuia rationis deliberatione,absque superioris partis animæ inquietudine:vnde nomine perturba F
tionis aliud nihil designatur,nisi ingẽs commotio appetitus sensitiui,instantem passionem naturaliter
abhorrentis,ex præuia imaginatione illius,ipsa ratione talem passionem imperante,ad insinuãdum ve
ritatem humanæ naturę in Christo.Talis quoque turbatio fuit meritoria nobis,sicut & cętęrę afflictio
nes,passionésque Christi,& item consolatoria,vtpote ne desperatione vel pusillanimitate frangamur,
dum necessitate,vel infirmitate turbamur.In nobis tamen turbatio solet mentis tranquillitatem aufer
re.Denique,quod turbatio nõ semper sonet in vitium,sed magnam motionem significet,patet ex hoc
Ioan.5. quòd inanimatis quoque solet ascribi, quemadmodum dictum est supra, Cum turbata fuerit aqua
Psalm.64. mittat me in piscinam.Et in Psal. Qui cõturbas profundũ maris.Qualiter vero turbatio & cæterę pas
Ioan.1. siones fuerint in Christo,dictum est in præcedenti capitulo.[Et *quid dicam*?]id est, ex turbatione præ
dicta sentio in me diuersos affectus,ex quibus diuersæ preces procedere possunt: ideo quæro quid di
cam,non quod ignorem quid dici expediat,vel præ angustia spiritus loqui non valeam:sed vt arduita
tem causæ,siue negotii pandam,quia secundum appetitum sensitiuum refugio mortẽ,sed secũdum ra
tionẽ & voluntatẽ desidero mori pro beatitudine mundi.Veruntamẽ appetitus animæ Christi nõ fue
runt sibi inuicẽ inordinate repugnãtes neq; cõtrarij.Inferior enim permittebatur naturaliter agere qđ
suum erat sub moderamine rationis.[*Pater saluifica me ex hac hora.*]¶Hoc exponi potest dupliciter.Pri
mo,vt sit ratio deliberatæ rationis quæ semper exaudiebatur in Christo,erítque sensus,Pater saluifica,
id est,saluum fac me,ex hac hora,id est,passione instante, & turbatione atque pauore præsenti:non vt G
nõ moriar,vel vt non turber & paueam,sed vt per acceleratam resurrectionem ab omnibus pœnis his
Psalm.11. liberer,simque impassibilis corpore & anima.Iuxta hunc sensum orat Christus frequenter in Psalmo,
vt cum ait,Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum,erue à framea deus animam meam, salua
Hiere.17. me ex ore leonis. Hieremias quoque,Confundantur(inquit)qui me persequuntur,& non confundar
ego,paueant illi & non paueam ego. Secundò exponitur,vt sit ratio animæ secundum sensitiuũ appeti
Matth.26. tum,secundum quem dixit,Transeat à me calix iste.Pater saluifica me ex hac hora,id est,à malis pœna
libus temporis nũc instantis,videlicet à morte & afflictionibus cæteris,quas naturaliter horreo. Verũ
quoniam Christus hoc absolute nõ petiit,sed simpliciter,hoc est,ex deliberata ratione & voluntate ra
tionali,diuinæ voluntati perfectissime subiecta & cõformata pati optauit,propterea subditur,[*Sed pro
pterea,*]id est,vt patiar ista pro tuo honore,hominúmque salute,[*Veni in hanc horam*].i.humanam natu
Esaiæ.53. ram assumpsi,& mortalis ac tẽporalis fieri volui,atque hucusq; peruenì,ducẽs vitam persequutionibus
Rom.8. atq; laboribus abundantem.Deinde subiũgitur,deliberatæ rationis petitio,[*Pater clarifica tuum nomen,*]
id est,teipsum manifesta,tuam bonitatẽ,maiestatem ac omnipotentiã per meam passionẽ declara.Vir
tute quippe & merito passionis christi pater totũ mundum illuminauit,suíque nominis notitiã genti
bus per apostolorũ doctrinã patefecit.¶Ex hoc enim quòd pater tradidit filiũ suum pro nobis in mor
tem,ostẽditur misericordia atq; dilectio eius ad nos,& item iustitia eius,quæ tanta est,quòd maluit v- H
nigenitum suũ occidi,quàm peccatum manere expiatũ,inultum,immune:sapientia quoque,quòd tam
admirabilem & conuenientissimũ modũ inuenit.Itaque mors Christi fuit clarificatio patris,imò pas
sio martyrũ clarificatio nominis est diuini,quoniam moriendo pro veritate deum honorant, & verũ
Ephe.1. ac iustũ ostendunt.Propter quod dicit Apostolus ad Ephesios,In omni fiducia magnificabitur Chri
Ioan.21. stus in corpore meo,siue per vitam,siue per mortẽ.Infra quoque de Petro habetur,Hoc autem dixit,
Matth.3. significans qua morte clarificaturus esset deum.[*Venit ergo vox de cælo,*]id est,in aëre formatus est ser
Marci.1. mo cælesti virtute,videlicet à deo ministerio angeli loquentis in persona dei patris, quemadmodum
Lucæ.3. in Christi baptismo & trãsfiguratione.Quę autem fuerit vox ista,subiungitur,[*Et clarificaui,& iterum*
Ioan.1. *clarificabo.*]hoc quidam exponunt de clarificatione filij à patre,vt sit sensus,Et clarificaui te ô vnigeni
Matth.17. te,& iterum clarificabo te:potéstque clarificatio ista exponi de Christo secundum vtranque suam na
Marci.9. turam,quia secundum diuinitatem pater clarificauit,id est,ab æterno clarum,glorioſumque genuit fi
Luc.9. lium quem produxit sibiipsi æqualem,cõmunicando ei eandem numero claritatẽ,quam habuit & ip-
Lucę.1. se:secundum humanitatẽ vero pater clarificauit,id est,clarũ fecit,ac propalauit Christum in omnibus
mirabilibus quæ circa eius humanitatẽ ostendit,prænunciando eius incarnationẽ per prophetas, an
nunciando eius conceptionẽ virgini sanctæ per angelũ,educendo eam de clauſo virginis vtero,& cæ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A tera miracula faciendo per Christum,in testimonium quod sit christus:& iterum clarificabo te,in pas
sione,per mirabilia quæ tunc fient,in resurrectione,ascensione,spiritus sancti missione, apostolorum
prædicatione,& miraculorum per eos eorumque sequaces perpetratione. Vnde in Actis loquitur Pe- Actu.3.
trus,Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum. sed quoniam Christus immediate ante
hæc verba orauit,dicendo, Pater clarifica tuum nomen, videtur clarificatio ista referenda ad patrem, Ioan.11.
qui dicendo,Et clarificaui,& iterum clarificabo,ostendit se exaudiuisse precē filii sui dilecti,qui pau-
lo ante asseruit,Ego sciebam,quoniam semper audis. Pater ergo clarificauit seipsum in filio & per fi-
lium,quoniam quicquid communicauit filio ab æterno per generationem diuinam,vel in tēpore per
miraculorum operationem,totum cessit ad clarificationem patris,cuius tota perfectio relucet in filio:
imò cum patris & filij sit vna substantia, eorum est vna clarificatio. Quod enim est ad gloriam vnius
diuinarum personarum,est ad gloriam singularum. Propter quod dicit Saluator, Qui non honorificat Ioann.5.
filium,non honorificat patrem qui misit illum. [*Turba ergo quæ stabat,*] ex quo patet, quod domino Ie-
su stante & verba ista loquente,populus quoq; substitit,& aspexit,atque aduertit, [*Et audierat vocem,*]
præfatam de cælo allatā, [*Dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant, Angelus ei loquutus est.*] Per turbā
intelliguntur rudiores,qui vocem prędictam nec intellexerunt,nec decernebant,sed sonum cōsusum 1. Reg. 12.
iudicauerunt: & forsitan existimabant quod tale aliquid factum esset miraculose, quale in libris Re-
B gum factum legitur,vbi habetur quod Samuele orante, dedit dominus voces & pluuias. Per alios in-
telliguntur subtiliores, qui vocem prædictam attendebant esse articulatam & significatiuam. Et quia
credebant eum esse regem Israël & Messiam,putabant angelum ei loquutum,quemadmodum in scri
pturis veteris testamenti leguntur angeli prophetas affati. ¶ Sed multum mirandum videtur,quod vo Chrysost.
cem prædictam non intellexerunt,quæ (vt arbitror) facta est in Hebræo idiomate. Chrysostomus au-
tem testatur circa hunc locum,quod aperta quidem & bene significatiua erat vox ista, sed cito ab eis
euolauit,quasi à grossioribus,carnalibus,& dsideiosis,& hi sonitum tantum retinuerunt. Alij vero, q
articulata vox erat nouerant,quid autem significaret ignorabant. sed nec verba hæc satisfaciunt dubi-
tationi meæ. Si enim vox ista in Hebræo facta est,intellexerunt eam Hebræi, quantum ad sensum su-
perficialem præsertim cum dubium nullum sit,quin vox ista multū fuerit altisona & distincta. Quo-
modo ergo turba dixit factum esse tonitruum,cum turba esset Hebrææ linguæ non ignara? Si aliquis
dicat,quod ideo dixit factum esse tonitruum,quoniam facta fuit vox magna tonitruo similis,quomo-
do Ioannes ait in Apoc. Audiui vocem quasi tonitrui magni. Et apud Iob inducitur, Cum vix paruā Apoc. 14.
stillam sermonum eius audierimus,quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Si inquam hoc Iob.26.
aliquis dicat,tunc turba ista non differebat ab aliis,quoniam vox angelorum assimilatur tonitruo. Pu-
to ergo,quod turba quæ dixit tonitruum factum,maxime fuit gentilis. Dictum est enim, quod multi
gentilium aderant. Hi enim,quoniam linguam Hebræam non intellexerunt,putabant factum esse to-
nitruum,sicut in passione Christo clamante,Heli heli lamazabathani:quidam audientes dixerunt,Ec- Psalm.21.
C ce Heliam vocati ste. Illi enim,secundum Hieronymum,fuerunt gentiles & ministri Pilati,qui linguā Matth.26.
Hebræam non intellexerunt perfecte, sed nomen Heliæ sæpe audierunt: propter quod Iesu dicente
Heli,putabant quod inuocaret Heliam. Sic isti prædicta verba nequaquam intelligentes,dixerunt fa-
ctum esse tonitruum. Alii vero,puta Iudæi,intellexerunt verba quantum ad sensum superficialē: quē-
admodum simplex clericus legens verba hæc,significationem eorum superficialiter concipit,sensum
tamen intentum atque latentem non intellexerunt:idcirco dixerunt, Angelus ei loquutus est: & hoc
verum fuit,quantum ad hoc quod immediatus formator vocis angelus fuit:sed quo ad hoc verū non
fuit,quod angelus in propria persona, vel tanquam superior loqui putabatur: putabant tamen, quod
vox illa aliquid magni notauit,ad declarandum quod Iesus esset verus rex Israël. [*Respondit Iesus & di-*
xit, Non propter me,] id est,non ad meam instructionem vel vtilitatem,aut necessitatem [*Hæc vox venit,*
sed propter vos,] id est,ad vestram informationem atque salutem. Christus nempe perfecte cognouit se- Ioann.9.
metipsum,nec eius beatitudo ex nostra conuersione augetur,sed populus ille & nos indigemus instru
ctione angelica,& conuersione mentis nostræ ad Christum. Nihilominus vox illa venit propter clari-
ficationem Christi,vt dictum est. [*Nunc iudicium est mundi.*] Superius dixit filius dei, Ego non iudico Ioan.8.
quenquam. Et,Non misit deus filium suum vt iudicet mundum:quæ intelligenda sunt de iudicio di- Ioann.3.
D scussionis,& reprobationis finalis seu condemnationis. Quod ergo iam asserit,Nunc iudicium est mū
di,accipiendum est de iudicio discretionis,vt sit sensus,Nunc,id est,tempore euangelicæ legis,& nūc
in præsenti atque post passionem meam,iudicium est mundi,id est,iudicialis discretio hominum agi-
tur,vtpote prædestinatorum clemens ad Christum conuersio,& reproborum iusta relictio. Ex tem- Roma.8.
pore enim prędicto deus maxime demōstrauit, qui essent electi,& qui præsciti,per hoc,quod aliqui-
bus magnam largitus est gratiam,aliósque deseruit,sicque iudicauit discretione prudenti inter electos
& reprobos,illos vocando,istos derelinquendo. [*Nunc,*] virtute passionis meæ,& per apostolorū præ-
dicationem,sancti spiritus illustrationem, [*Princeps huius mundi*] id est,diabolus, rector & dominus ho
minum mundanorum,qui à diabolo superantur,propter quod eius serui dicuntur:iuxta illud Petri,A
quo quisquam superatus est, huius & seruus est. Nec mirum si diabolus appelletur princeps mundi, 2.Petr.2.
cum de ipso dicat Apostolus, Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium. quæ verba male intel- 2.Cor.4.
ligentes Manichæi,dixerūt diabolum dominum esse substantiæ mundialis:secundum quod alibi spō- Matth.4.
det Christo,Hæc omnia dabo tibi,si procidens adoraueris me. Itaque nunc princeps huius mūdi [*Eii-* Matth.1.
cietur foras,] id est,à cordibus hominum expelletur,quia in toto mundo innumerabiles qui seruierunt Lucæ.4.
peccatis,idolis,siue dæmonibus,conuertentur ad me,& fient templum spiritus sancti,in quibus paulo
ante habitauit diabolus. Hoc statim post passionem spiritus sancti cœpit vehementer impleri. Primo, Act.6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in populo Iudæorum, quando ad prædicationem Petri tot milia Hebræorum conuertebantur, ita vt E
Psalm. 71. etiam multa sacerdotum turba obedierit euangelio, sicut in Actis scribit Lucas. Deinde in omni terra gentilium, quando cœpit copiosè impleri illud in Psalmo, Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Omnes gentes magnificabunt eum. Sed nónne per gratiam dei à principio mundi eiectus est diabolus à cordibus hominum electorum? Vtique. Quomodo ergo ait, nunc eiicietur, quasi ante eiectus nõ
Ioann. 7. fuerit? Dicendum quod ideo, quoniam tunc eiectus fuit à paucis, nunc vero cœpit ab innumerabiliũ cordibus eiici. Simili modo dictum est ante, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. [*Et ego si exaltatus fuero à terra,*] id est, in cruce leuatus. Quod ait, si, non est intelligendum dubitatiue, sed assertiue, sicut iã dixit de grano frumenti, si mortuũ fuerit, multũ fructũ affert. Et Amos di
Amos. 3. cit, Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit. Sic etiam ait Iob, Si contempsi iudicium subire cum seruo meo. quæ omnia certitudinaliter non dubitatiue dicuntur. [*Omnia*] genera hominum, id est, quosdam de omnibus, scilicet iuuenes & virgines, Iudæos & paganos, doctos & simplices, pauperes & diuites, &c. [*Traham ad meipsum,*] non violenter, sed amorose, id est, per fidem & charitatem conuertam eos ad me: christus enim moriendo satisfecit pro omnibus quantum fuit in ipso, & merito suæ passionis, infusa electis in toto mundo gratia, per quam audita euangelica prædicatione, ad chri
Esaiæ. 55. stum conuersi sunt, secundum quod Esaias prædixit, Gentes quæ non cognouerunt te, ad te current.
Psalm. 21. Et Psalmista, Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. ¶ Deinde ponuntur verba E- F
uangelistæ exponentis præinducta Christi verba, [*Hoc autem,*] videlicet si exaltatus fuero à terra, [*Dicebat, significans qua morte*] id est, quali modo seu genere mortis, [*Esset moriturus,*] quia per exaltationem intellexit suam crucifixionem. [*Respondit ei turba*] id est, pars turbæ, quæ non credidit, sed Christo se op
Ioan. 12. posuit. in turba nanque multi fuerunt, qui crediderunt, videlicet qui dixerunt, Benedictus qui venit in
Matth. 12. nomine domini rex Israël. aliqui quoque fuerunt ibi qui inuidebant gloriæ Christi, præsertim scribæ
Marci. 11. & pharisæi, ac fautores eorum. Hi ergo dixerunt, [*Nos audiuimus ex lege*] id est, ex scripturis veteris testa
Lucæ. 13. menti (sumunt enim legem pro libris Mosi & prophetarum) [*Quia Christus manet in æternum*] id est, immortaliter subsistit, & incorruptibiliter perseuerat. Cognouerunt ergo isti Iudæi aliquid de Christi
Daniel. 7. æternitate, de qua Daniel ait, Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnũ eius quod nõ
Psal. 109. corrumpetur. Et in Psalmo, Tu es sacerdos in æternum. Atque in Esaia, Multiplicabitur eius imperiũ,
Esaiæ. 2. & pacis non erit finis. [*Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?*] ¶ Christus non dicitur iam dixisse, oportet exaltari filium hominis: sed, ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham, &c. Cur ergo sic repetunt, Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Dicendum, quod isti Iudæi memoriter tenuerunt, quod Christus communiter appellauit se filium hominis, & paulo ante iam dixerat, Venit hora vt clarificetur filius hominis. ideo sensum potius quam verba Christi resumũt. Attenderũt quoque quod Christus non dubitanter, sed certitudinaliter dixit, si exaltat⁹ fuero: propter quod dicunt eũ dixisse, oportet exaltari. Sed vnde sciebant quod Christus per sui à terra exaltationem, intellexit suam G
crucifixionem? Ad hoc quidam respondent, quod apud Iudæos erat prouerbium, per exaltationem designari crucifixionem: velut si aliquis ei quem cupit suspendi, dicat, eleueris in altum. Sed si hoc ita esset, tunc vtique verbum Christi valde manifestum fuisset, nec Euangelista indiguisset illud exponere tanquam obscurum. Vnde secundum Augustinum verbum illud exaltationis adeo fuit obscurum, quod nec discipuli pro tunc illud intelligebant: ideo secundum Augustinum & Bedam Iudæi illud intellexerunt non vigore sapientiæ, sed peste ac stimulo inuidentiæ. Iam enim decreuerunt crucifigere Iesum, propterea stimulata eorum inuidia dedit eis facilem intellectum sermonis eorum propositũ designãtis. Itaque dicunt, Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? tanquam dicant, verba tua contraria sunt. Dicis enim, quod tu filius hominis sis Messias, & item quod sis crucifigendus, hæc autem simul stare non valent, quoniam nos audiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum, ideo diligentius scisciamur à te, [*Quis est iste filius hominis?*] quem dicis crucifigendum. quasi dicant, Tu ille esse non potes, cum te Christum esse insinues. Magna proculdubio cæcitas atque peruersitas Iudæorum istorum, volentium demonstrare quod ideo Iesus non sit christus, quoniam dixit se occidendũ.
Danie. 7. Cum Daniel qui prophetauit de Christi æternitate, apertissime vaticinatus sit de eius passione, Post
Danie. 9. hebdomadas (inquiens) sexaginta duas occidetur Christus. Et Esaias, qui de Christi interminabili pa-
Esaiæ. 53. ce prædixit, de eius quoque amarissima passione præscripsit, Nos putauimus eum quasi leprosum, & H
Psal. 106. percussum à deo, & humiliatum. Dauid quoque eodem Psalmo quo dixit de æternitate Christi, de pas-
Psalm. 21. sione adiecit, De torrente in via bibet. Et alibi dicit Psalmista, Aruit tanquam testa virtus meus, & lingua adhęsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Itaque, simul stant mors Christi, & eius ęternitas dupliciter. Primò, quoniam mors conuenit ei ratione naturæ humanæ, æternitas ex parte diuinæ naturæ. Secundò, quoniam licet secundum assumptam humanitatem occisus sit, & homo esse ad tempus desiit, tamen post triduum glorificatus est in carne assumpta, & secundum humanitatẽ ad vitam impassibilem suscitatus, sicque æternitas competit ei etiam quo ad naturam assumptam à par-
Hebrę. 7. te post. iuxta illud Apostoli ad Hebræos, Christus eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, semper viuens ad interpellandum pro nobis. [*Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est,*] hoc est, non penitus caretis notitia veritatis, sed de luce cognitionis Christi parum habetis, videlicet quia cognoscitis, quod maneat in æternum. Imperfecta vero est vestra cognitio, quoniã ignoratis quomodo passio & ęternitas Christi sibiinuicem non repugnent, quia non referuntur ad idẽ secundum idem, seu eodem modo, vt dictum est. Vel sic, Adhuc modicum, id est, modico tempore seu paucis diebus, lumen in vobis est, hoc est, ego qui sum lux mundi, inter vos conuersor atque deãbulo,
Baruch. 3. ideo [*Ambulate,*] id est, de imperfecta notitia Christi ad eius perfectiorem cognitionem procedite, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A totum intelligite,ſcilicet Chriſtum eſſe crucifigendum,& in æternum victurum,[*Dum lucem habetis,*] id eſt,dum me ſplendorem lucis æternæ præſentem conſpicitis,qui vos inſtruere ſum paratus,[*Vt non tenebræ vos comprehendant*]id eſt,ne caligo vitiorum,& cæcitas ignorantiæ atque perfidiæ animas veſtras capiant,illaqueent,ſeu conſtringant,ſecundum quod Salomon ait in Prouerbiis, Iniquitates ſuæ capient impium,& funibus peccatorum ſuorum cõſtringetur.[*Et qui ambulat in tenebris(erroris & culpæ) neſcit quo vadit,*]id eſt, inordinate & errabunde incedit,nec proprios actus intelligit, neque ad finem ſalubrem perueniet,ſed tendit periculoſius, & perit magis quam arbitratur. Omnis enim qui peccat eſt ignorans,ſecundum philoſophos & theologos,quoniam acquieſcit malo ſub ſpecie boni, & operatur illicita tanquam bona.Vnde Salomon in Prouerbiis loquitur,Via ſtulti recta in oculis eius.Denique,& nos ambulare debemus per ſemitas æquitatis,& via mandatorum cæleſtium currere,dum lucem gratiæ,& veritatis notitiam habemus:quemadmodum dicit Apoſtolus, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.Et,Noli negligere gratiam dei,quę data eſt tibi.[*Dum lucem(id eſt,me Chriſtum)habetis(præſentem)credite in lucem,*]vnigenitum filium dei,ad quem pater ait per Eſaiam,Dedi te in lucem gentium.Et,Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.[*Vt filii lucis ſitis*] id eſt, filii Chriſti ,per fidem , dilectionem,& imitationem ipſius,quemadmodum ad Galatas dicit Apoſtolus,Omnes vos filii dei eſtis per fidem.Vel filii lucis,id eſt,gratiæ & ſapientiæ.[*Hæc locutus eſt Ieſus (obſtinatis Iudæis) & abiit,*] extra Hieruſalem, [*Et abſcondit ſe ab eis*]tranſeundo per medium eorum, cedẽs furori eorum,quoniam nondum venit hora ſuæ paſsionis : danſq́ue exemplum ſæpe humiliter declinandi ac fugiendi, potius quam potenter reſiſtendi,vel ſeipſum perſecutionibus ingerendi,ſecundum quod dictũ eſt plenius circa finem octaui capituli.Veruntamen agnoſcendum,quia vt alii tres Euangeliſtæ concorditer referunt,Ieſus antequam ſe abſcondit, intrauit in templum,eiiciens inde ementes & vendentes.Cumq́ue cum ſacerdotibus,ſcribis & phariſæis,acriter diſputaſſet, relictis illis, diſceſsit & introiuit Bethaniam.Nihilominus,feria ſecunda & tertia reuertebatur,& prædicauit in templo.

Hebræ.1. Proue.15. Proue.12. Pſal.118. Galat.6. 1.Timo.4. Eſaiæ.49. Eſaiæ.9. Galat.3. B Ioann.7. Matth.21. Marci.11. Lucæ.19.

¶Explanatio reſiduæ partis huius XII Cap. [*Cum autem tanta ſigna feciſſet Ieſus coram eis.*] Articulus XXXII.

D Einceps oſtenditur Iudæorum obſtinata perfidia prophetice prænunciata, [*Cum autem tanta ſigna*]quæ nũc deſcripta ſunt, vtpote ſuſcitatio Lazari,illuminatio cæci nati,impetratio vocis cæleſtis,[*Feciſſet Ieſus coram eis.*]Multa autem ſigna tunc fecit,puta in die palmarum,quæ Ioannes non recitat.Vnde apud Matthæum inducitur,quod cum eſſet in templo acceſſerunt ad eum cęci & claudi,curauítque eos.[*Non credebant in eum(imo nec ei) vt ſermo Eſaiæ impleretur quem dixit.*]Quod ait, vt ſermo Eſaiæ impleretur,intelligendum eſt,concomitanter,non cauſaliter. Non enim ob hoc fidem Ieſu ſpreuerunt, vt verificarent verba Eſaiæ. Sic enim nouiſſent Eſaiam de eorum excæcatione C prænuntiaſſe,& quod Ieſus eſſet Chriſtus quem Eſaias prædixit non recipiendum à populo Iudæorũ, pro maiori parte eorum, ſed ex incredulitate ipſorum conſecuta eſt impletio vaticinii Eſaiæ:nec ſolũ Eſaiæ,ſed inſuper Dauid & Hieremiæ,ac Danielis.Scriptum eſt enim in libr.Pſalmorum,Obſcurentur oculi eorum ne videant. Et Hieremias ait,Reliqui domum meam,diuiſi hæreditatem meam,dedit contra me vocem ſuam,ideo odiui eam.Daniel quoque dixit, Non erit eius populus qui eum negaturus eſt.Deinde ponuntur verba Eſaiæ in perſona prophetarum loquentis,[*Domine,quis credidit auditui noſtro?*]Præuidens enim Eſaias in ſpiritu ſancto,quam pauci Iudæorum reciperent Chriſtum, admirãdo inquirit,Domine,quis Iudæorum. quaſi dicat,modica pars eorum credidit auditui noſtro,id eſt, verbis ac myſteriis Chriſti,quæ tu nobis reuelaſti de Chriſto,& quæ audiendo à te didicimus. Auditus quippe eſt ſenſus diſciplinæ,ſecũdum Philoſophum,& iuxta Apoſtolum,Fides eſt ex auditu.Vel, Quis credidit auditui noſtro,id eſt,verbis propheticis quæ audiuimus à te? Quamuis enim Iudæi dicant prophetis ſe credere,tamen ſecundum veritatem eis non credunt,quia non recipiunt veram eorũ expoſitionem,ſed literalem,carnalem,& ſuperficialem quæ occidit,Vnde Saluator locutus eſt Iudęis incredulis,Si crederetis Moſi,crederetis forſitan & mihi.[*Et brachium domini*] id eſt,filius,virtus & ſapientia patris,verbũ omnipotens,per quod facta ſunt omnia, [*Cui reuelatum eſt?*]id eſt,paucis Iudæorũ D notificatum eſt per illuminationem internam,prout in Actis Petrus teſtatur,Deus dedit eum manifeſtum fieri nõ omni populo,ſed teſtibus à deo præordinatis. Dicitur autem filius dei brachium patris, quia per ipſum facta ſunt omnia.De quo Eſaias,Parauit (inquit) dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium.[*Propterea non poterant credere,quia iterum dixit Eſaias,*]quantum ad ſenſum, non quo ad formam verborum.¶Dicit aliquis,Si non poterant credere propter prophetiam Eſaiæ,ergo ipſi excuſantur à culpa,cum omne peccatum ſit voluntarium,& Eſaię prænunciatio erit cauſa incredulitatis ipſorum . Dicendum, quod prænunciatio Eſaiæ non fuit cauſa effectiua , vel à priori,ſed cauſa,ſignum,& à poſteriori,perfidiæ Iudæorum.Ex illa etenim prophetia agnoſcitur& probatur,nõ cauſatur Iudæorum obſtinatio atque perfidia. ¶Porro,quod ait,non poterant credere,non eſt intelligendum de impoſsibilitate abſoluta,quoniam liberi arbitrii permanſerunt,nec præſcientia dei neceſſitauit eos ad mala,ſed de impoſsibilitate ex ſuppoſitione, ita quod impoſsibilitas hæc non refertur ad eorum voluntatem ſecundum ſe aſſumptam ſeu ſimpliciter cõſideratam, ſed vt talem,videlicet vt induratam,& habituatam in peſsimis:iuxta quem ſenſum,arbor mala non poteſt fructus producere bonos,nec ſuperbus poteſt ſaluari,nec iuſtus dãnari. De hoc ſuperius dicta ſunt plurima , propter quod tranſeo.Veruntamen Auguſt.per non poſſe intelligit non velle.Quemadmodum Apoſt.ait de deo,q̃ ſeipſum negare non poteſt,id eſt,non vult.[*Excæcauit oculos eorum*].i.deus exigentibus Iudæorum pec

Ioann.11. Ioann.9. Ioann.12. Matth.21. Eſaiæ.53. Pſalm.68. Hiere.12. Danie.9. Eſaiæ.53. 2.Corin.8. 2.Cori.3. 1.Ioann.3. 1.Cori.1. Eccle.1. Act.10. Ioan.1. Eſaiæ.52. Eſaiæ.6. Matth.12. Lucæ.6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

catis ſubtraxit,ſeu non infudit intellectui eorum lumen fidei,& ſapiẽtiæ ſalutaris,[*Et indurauit cor eorum,*]id eſt,voluntatem eorum indurari permiſit,gratiam mollificantem,& animæ conuerſiuam iuſte ſubtrahendo,[*Vt(hoc per modum ſequelæ,non cauſæ ſumendum eſt)non videãt oculis*] interioribus,ea quæ fidei ſunt,[*Et intelligant corde,& conuertantur, & ſanem eos.*]Negatio illa propoſita verbo,videant,ad alia tria referenda eſt verba,vt ſit ſenſus, Excæcauit illos, vt non intelligant corde per donum intellectus penetrando,& clare contemplando ea quæ ſpectant ad fidem catholicam,ſecundum quod dictum eſt Eſaiæ. 7. per Prophetam,Si non credideritis,non intelligetis. hic ſumitur cor pro intellectu. & conuertantur ad Chriſtum,& ſanem eos à vulneribus animæ ſeu peccatis. ¶ Hoc vltimum verbum dicitur in perſona Hiere.17. dei,qui ſolus poteſt mentem ſanare. Vnde loquitur Hieremias,Sana me domine, & ſanabor. & Pſalm. Pſalm.40. Sana animam meam,quia peccaui tibi. Quoniam ergo Iudæi non crediderunt in Chriſtum, non ſunt Hebræ.1. intus à deo curati,præſertim cum ſine fide & merito Chriſti nemo poſsit ſaluari,purgari aut iuſtifica- Actu.13. ri. Propterea in Actis apoſtolorum Paulus dixit Iudæis,Per Ieſum vobis remiſsio peccatorum annũciatur ab omnibus,à quibus non potuiſtis in lege Moſi iuſtificari. Itaque deus dicitur excæcare & in- Deut.2. durare,non influendo malitiam,ſed non dando ſubſidium:iuxta quem modum ſcriptum eſt in Deuteronomio, Noluit Seon rex Eſebon dare tranſitum filiis Iſraël, quia indurauit dominus deus ſpiritum eius,& obfirmauerat cor illius,vt traderetur in manus Iſraëlis. Hæc verba nũc elucidata,[*Dixit Eſaias*] id eſt,dicenda & ſcribenda accepit à deo,qui ſibi per reuelationem angelicam ea monſtrauit,[*Quando* F Eſaiæ.6. *vidit gloriam eius*] id eſt,quando in ſpiritu viſione imaginaria præagnouit excellentiam Chriſti,qui eſt verus deus& dominus,[*Et locutus eſt de eo*].i. de chriſto prophetauit,quod in eius aduentu excæcarentur,& indurarentur Iudæi. Nam vbi Eſaias ait verba præallegata,præmiſit,Vidi dominũ ſedentem ſu- Ioann. 1. per ſolium excelſum,& eleuatum,& plena erat domus à maieſtate eius. Et quod ibi pẽr domum ad li- 1.Ioan.4. teram intelligendus ſit Chriſtus filius dei,probat glorioſus Hieronymus authoritate Ioannis Euange- 1.Timo.6. liſtæ,hoc loco manifeſte dicentis,quod Eſaias dixit hæc, vtpote quod Iudæi non poterant credere in Chriſtum,quando vidit gloriam eius. Palam eſt autem,quod per gloriam iam non intelligitur increata beatitudo,vel diuina eſſentia filii,quam nullus in hac vita poteſt conſpicere per ſpeciem, vt dictum eſt plenius ſuper illud,Deum nemo vidit vnquam,ſed magnificẽtia Chriſti,quam deus Eſaiæ per ſpiritũ prophetiæ oſtendit. Vel ſi per gloriã accipiatur increata felicitas,& natura filii dei,tunc viſio præinducta accipi debet de viſione per fide. Nouerat enim Eſaias Chriſtum filium patri eſſe æqualẽ.[*Veruntamen & ex principibus*]id eſt,de numero principalium Iudæorum,videlicet ſcribarum & phariſęorum,magnorumque ciuium,[*Multi crediderunt in eum*]id eſt, Ieſum credebant eſſe Meſsiam & verum doctorem propter miracula eius,& quia crediderunt ſcripturas prophetarum in ipſo impleri,non tamen ſic crediderunt, quod credendo obedirent dogmatibus Chriſti, vel quod eius diuinitatem per fidem agnouerint. Fuítque fides eorum informis,& plurimum incompleta,nec ad ſalutem ſufficiens: Matth. 5. ſubditur enim,[*ſed propter phariſæos(hoc eſt,timore incredulorum phariſæorum)non cõfitebantur*] hoc eſt,ver G bis non exprimebant,nec opere demonſtrabant fidem ſuam etiam tunc,& vbi,quando, & quomodo debuerunt,[*Vt de ſynagoga non eicerentur,*]id eſt,ne ab ingreſſu templi & ſocietate Iudæorum tanquam excommunicati repellerentur,quod valde opprobrioſum cenſebant: nec tantæ fuerant perfectionis, quod propter iuſtitiam voluerũt perpeti perſecutionem.[*Dilexerunt enim gloriam hominum,*]id eſt,temporalem honorem & famam laudis humanæ,[*Magis quam gloriam dei*]id eſt,cæleſte præmiũ,quod pro merito perſecutionis atque iuſtitiæ datur à deo. Vel gloriam dei,id eſt,diuinum honorem, quoniam magis voluerunt ſe ab hominibus honorari,quam vt ipſi deum honorarent. quod eſſe non potuit ſine peccato mortali,quia éx neceſsitate prȩcepti tenetur vnuſquiſque plus amare deum,quam ſeipſum,& Exod. 20. vniuerſa creata:plus quoque appetere bona cæleſtia & ęterna,quam temporalia,humana atque terre- Deut.6. na. Et item plus appetere honorẽ & gloriam dei quam ſuam. Tenetur(inquam)plus deſiderare, quod Matth.22. deus ab omnibus glorificetur & honoretur,quam nos:ideo dici ſolet, quod principes iſti non confi- Marci.12. tendo fidem ſuam peccauerunt mortaliter. Primò, quoniam ex officio habuerunt vulgum inſtruere, quod non fecerunt debito tempore,ſed permiſerunt plebem ſeduci,& chriſti mortem expetere. Secũdò,quoniam honorem deo debitum omiſerunt timore humano. Tacendo enim dabant aliis occaſio- 1.Ioann.5. nẽ putandi,ꝙ fides chriſti eſſet falſa,& deo contraria,ex quo multa diuino honori contraria ſequebã- H tur. Qui enim non credit in filium,mendacem facit patrem. Confiteri quippe fidem, pertinet ad præceptum affirmatiuum. Ideo quamuis non obliget ad ſemper,obligat tamen ſemper,videlicet pro loco & tempore:idcirco mortale peccatum incurritur,quando omittitur contra charitatem dei vel proximi. Veruntamen aliquis forſitan probabiliter affirmaret,quod aliqui principum credentium ex diuina diſpenſatione licite tacuerunt,quia videbant ſe nihil poſſe proficere:ſed hoc nihilominus certũ eſt, quod illi qui plus dilexerunt gloriam hominum,quam dei,erant extra ſtatum ſalutis. ¶ Poſſet interea dubitari,quomodo nomine principum credentium intelligãtur & phariſæi,cum ſubdatur,quod pro- Ioann. 3. pter phariſæos non confitebantur. Rurſus,quomodo phariſęi poterant principes de ſynagoga eiicere, Ioan.9. cum principes fuerint ſacerdotes,quorum fuit de ſynagoga repellere? Dicendum,quod aliqui phariſæorum credebant,quorum vnus extitit Nicodemus,ſed maior eorum pars fuit incredula,qui vel,ꝓpria poteſtate,vel ſua ſuggeſtione poterant credentes de ſynagoga eiicere,accuſando eos apud Pontifices,qui erant de ſecta phariſæorum. Plurimi quoque ſacerdotum fuerãt phariſæi.[*Ieſus autem clamauit & dixit.*]Euangeliſta non exprimit locum & tempus huius prædicationis Chriſti, nec aliquid ſu- Matth. 21. per hoc legi. Sed quoniam paulo ante Euangeliſta differuit, quod Ieſus abiit,& abſcondit ſe,puto ꝙ Marci.11. iſta de qua nunc agitur prædicatio,non ſit facta in die palmarum,in qua Ieſus facta proceſsione,mira- Lucæ.19. culorum operatione,& ſermocinatione prolixa,abiit atque abſcondit ſe,ſed die ſequenti, quando ſe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cundum alios Euangeliſtas rediit in Hieruſalem & prædicauit in templo, niſi forte iſta dicãtur per re capitulationem. Dixit igitur Ieſus, [*Qui credit in me*] ſecũdum quod deus ſum, quoniam ſola diuinitas fidei eſt obiectum, [*Non credit in me*] duntaxat: iuxta quem ſenſum dictum eſt ſupra, Mea doctrina nõ Ioan.7. eſt mea, ſed eius qui miſit me. Vnde nunc ſubditur, [*ſed in eum qui miſit me*] id eſt, in deum patrem, imò in totam ſuperbenedictam trinitatem, quæ eſt vnum fidei obiectum & cauſa, & trium perſonarum eſt vna fides. Vel ſic, Qui credit in me, ſecundum quod deus ſum: ſic enim credendum eſt in me: non credit in me, ſecundum quod homo ſum, quia ſic non ſum fidei immediatum propriúmque obiectum, [*ſed in eum qui miſit me,*] quoniam licet ex verbo & humanitate conſtet vna hypoſtaſis Chriſti, tamen verbum & pater plus conueniunt in hoc propter quod aliquid eſt obiectum fidei, quam verbũ & natura aſſumpta. Fidei nempe obiectum eſt veritas prima. Pater autem & verbum, ſunt vna prima exemplariſque veritas. [*Et qui videt me*] oculo interiori nunc per fidem, & ſpecialem contemplationis gratiam, vel in futuro per gloriam, ſeu facie ad faciem, [*Videt (eodem modo) eum qui miſit me.*] Pater enim & filius ſicut ſunt inſeparabiles in eſſentia, ſic & in cognitione: idcirco qui noſcit vnum, noſcit & alium, præſertim cum pater & filius correlatiue dicatur. Cognito autem vno correlatiuorum, cognoſcitur reliquum, cum vnum ſit de propria ratione alterius. Tanta quoque eſt ſimilitudo patris & filii, vt cognito filio, agnoſcatur & pater, quia & filius eſt naturalis & perfecta patris imago, in quo quicquid patris

B eſt, pleniſsime lucet. Propter quod infra teſtatur diſcipulis, Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtiq; cognouiſſetis. ¶ Deniq;, vna eſt iam fides ſuperſanctæ trinitatis: ſic in patria eſt vna beatifica viſio eius fidei correſpondens atque ſuccedens. [*Ego lux*] per eſſentiam tanquam ſapientia patris verúſque Deus, qui ſum lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mũdum, [*In mundum veni,*] id eſt, per incarnationis myſterium inter homines apparui, atque in terris eſſe cœpi per humanitatem, qui ante fui in terra per ſolam diuinitatem. Hoc Chriſto eſt proprium, nec aliquis ſanctorum vnquã hoc dicere auſus fuit. Quamuis enim ſancti ſint lumina quædam, habent tamen aliquid tenebroſitatis vel defectibilitatis admixtum. [*Vt omnis qui credit in me*] fide formata, quæ dum opportunitas adeſt, agit per dilectionem, [*In tenebris non manebat*] id eſt, in vitijs & ignorantiæ nebulis. Vnde per Eſaiam pater ait ad Chriſtum, Dedi te in lucem gẽtium, vt aperires oculos cæcorum. Fides igitur illuminationem & purificationem meretur, prout in Prouerbijs legitur. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. [*Et ſi quis audierit verba mea (id eſt, præcepta & documenta) & non cuſtodit ea,*] memoriter recolendo, rite credẽdo & obediendo. [*Ego non iudico eum nunc*] in primo meo aduentu iudicio condemnationis. [*Non enim veni vt iudicem (id eſt, condemnem & perdam) mundum*] id eſt, habitatores terræ: [*ſed vt ſaluificem mundũ*] pro hominum culpis ſatisfaciendo, eíſque æternam beatitudinem promerendo, atque faciliter indulgendo. de hoc dicta ſunt multa in ſuperioribus, maxime capitulo tertio. [*Qui ſpernit me,*] hoc eſt, non obedit, vel ex infidelitate vilipendit me, tanquam purum hominem, vel me reputat ſeductorem vt in-

C fideles Iudæi, [*Et non accipit verba mea (credendo & obediendo) habet qui iudicet (id eſt, condemnet) eum,*] tempore ſuo. [*Sermo quem locutus ſum*] id eſt, doctrina mea, [*Iudicabit*] hoc eſt, condemnabilem demonſtrabit, ſeu pœna & reprobatione dignum oſtẽdet [*Eum in nouiſſimo die*] ſicut lex ciuilis iudicare dicitur furem. Vel ſermo quem locutus ſum, id eſt, ego ipſe qui ſum verbum, & ſermo patris, ſecundum quod ſcribitur ad Hebræos, Viuus eſt ſermo dei. Chriſtus autem expreſsit ſeipſum, quoniam docuit ſe eſſe hominum ſaluatorem. [*Quia ego ex meipſo non ſum locutus,*] quia vt homo accepi à deo trinitate ſapientiam, & quicquid habeo ex tempore, ſcilicet ab incarnationis exordio. ¶ Porro vt deus æternaliter genitus ſum, & ſic ex meipſo non ſum locutus, quia à meipſo non ſum: ſed qui per generationem æternã dedit mihi eſſe, dedit etiam loqui & ſapere, poſſe & agere. [*Sed qui miſit me pater, ille mihi mandatum dedit,*] id eſt, ſecundum aſſumptam humanitatem præcepit, [*Quid dicam, & quid loquar*] prædicãdo in publico, vel ſeorſum docendo. Pater ergo vel trinitas in incarnatione oſtendit, reuelauit, & iuſsit animæ Chriſti, quicquid poſtmodum dixit. Hoc ait Saluator, ad oſtendendũ quod prædicatio ſua ſit vera & ſancta, quia diuinitus iuſſa. Propter quod qui eam non ſeruãt, in die nouiſsimo damnabuntur ab ipſo Chriſti ſermone. [*Et ſcio, quia mandatum eius,*] quod mihi dedit, & quod ego mundo propoſui, [*Vita æterna eſt,*] id eſt, ad felicitatem æternam perducit, iuxta illud quod apud Matthæum habetur, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Et Baruch, Hic liber mandatorum, & lex quę eſt in ęternum, omnes qui

D tenent eam ad vitam. [*Quæ ergo ego loquor*] docendo & prædicando, [*Sicut docuit (id eſt, reuelauit & iuſsit mihi, ſecundum humanitatem aſſumptam) pater ſic loquor*] id eſt, obedienter, iuſte & vere, nõ deuians aliquo modo à regula æquitatis diuinæ, cum humanitas mihi vnita ſit inſtrumentum animatum, coniunctũ, inobliquabile, & proprium verbi ſeu deitatis.

Ioan.7. 1.Cor.13. Ioann.14. 1.Cori.1. Ioann.1. Baruch.3. Galat.5. Eſaiæ.43. Proue.3. Ioann.3. Ioann.7. 1.Cor.1. Hebr.4. Matth.19. Baruch.4. Matth.24. Marci.13.

¶ Declaratio Cap. XIII. [*Ante diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus quia venit hora eius.*] Artic. XXXIII.



Mittit hoc loco, & tranſilit Euangeliſta Ioannes magnam partẽ doctrinæ Chriſti & operum eius, ſcilicet prædicationem eius, quam fecit in Hieruſalem feria ſecunda & tertia poſt palmarum, & quomodo inſidioſe interrogabatur à Sadducæis & Phariſæis. Et qualiter duriſsime redarguebat phariſæos ac ſcribas, ſicut etiam inſtruxit ſeorſum diſcipulos ſuos de conſummatione ſeculi, de perſecutione Antichriſti, iudicioque finali. Hęc & multa huiuſmodi pulcherrima omiſit Ioannes, ſciens ea ab aliis euangeliſtis ſufficienter deſcripta. Feſtinat autem ad deſcribendum præclariſsimum illum Chriſti ſermonem factũ in cœ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

na,quem alij euangeliſtæ omiſerunt, & ab ipſa cœna ſumit amoroſum exordium, ſicque exorſus eſt, [*Ante diem feſtum paſchæ,*]id eſt,proxima die ante paſchalem ſolennitatẽ,ſcilicet luna ſeu die 14. pri-
Exod.33. mi menſis apud Iudęos,qui ab Aprili incipiunt menſes,in quo patres eorum ab Aegypto educti ſunt, hoc eſt,feria quinta proxima diei paraſceues, in cuius quintæ feriæ veſpera incipiebatur paſchalis feſti uitas,offerebaturque & edebatur agnus paſchalis,ita quod dies paraſceues fuit prima dies paſchalis celebritatis,loquendo de integris feſti diebus,non tamen fuit celeberrima,ſed ſabbatum ſequens.Paraſceues quippe vocabatur,quia in ipſo parabant cibos pro illa die, & ſabbato ſubſequenti: quod adeo celebre fuit,vt nec cibos pararent in eo.[*Sciens Ieſus,quia venit hora eius,*] id eſt, quod tempus ſuæ paſſionis diuinitus præſtitutum de proximo immineret, [*Vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem*]id eſt,de loco huius terrenæ habitationis atque humanæ conuerſationis,tendat per paſsionem,reſurrectionem & aſ-
Epheſ.5. cenſionem, ad patriam beatorum, & regnum cælorum:in quo pater ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur,quamuis vbique vere & ſubſtantialiter ſit,quoniam ibi euidentius ſe oſtendit & excellentius operatur. Tranſiuit autem Chriſtus ad patrem ſecundum naturam aſſumptam, & quamuis non tranſiuit ad patrem directe per loci mutationem,eo quod pater vbique ſit,nec diſtat ab aliquo locali diſtantia, ſed per diuinæ atque paternæ gloriæ ampliorem participationem, id eſt, per corporis ſui glorificatio-
Ioan.1. nem:tranſiuit tamen ad locum vbi pater eſſe dicitur,puta ad cælum empyreum per loci mutationem, & corporalis atque ſenſibilis præſentiæ ſubtractionem. ¶ Porro ſecundum naturam diuinam, nunquã receſsit de ſinu,nec ex corde patris: & quo iuit per humanitatem ,ſemper fuit per diuinitatem, ſecundum quam manſit & hic vnde tranſiuit.[*Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo*] id eſt,electos & prædeſtinatos diſcipulos cæteróſque ſuos fideles, illos præcipue viros ac fœminas ,quæ eum corporali-
Act.2. ter ſequebantur,quibus & miſit ſpiritum ſanctum in die pentecoſtes. Hos vtique omnéſque prædeſtinatos viatores Chriſtus dilexit ſecundum quod deus eſt dilectione æterna & increata: quantum vero eſt homo,dilexit eos dilectione charitatis infuſæ. ¶ Denique ,naturali amore diligit omnes,quo ad id
Sapien.11. quod ſunt ex deo, ſicut & deus diligit omnia quæ ſunt, & nihil odit eorum quæ fecit, vt ait Sapiens.
Ioann.5. Hos Chriſtus dilexit ſingulariter & perfecte,ſicut infra loquitur eis, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.in vita quoque ſua Chriſtus exhibuit eis ſigna ſeu opera ſynceriſsimæ dilectionis,inſtruẽdo,
Matth.10. conſolando,à phariſæis defendendo,maximas gratias conferendo,vt prædicarent & curarẽt infirmos,
Lucæ.9. dæmoneſque fugarent: & breuiter dici non poteſt,nec excogitari,quam affectuoſe & dulciter,quam
Baruch.3. pie & familiariter inter eos conuerſabatur,fouens eos corporaliter & ſpiritualiter, velut ſi nutrix foueat lactẽtem infantulum,idcirco traxit & transformauit totum affectum eorum in ſe,ita quod de eius
Ioann.15. paſsione & corporali diſceſſu audire nil poterant,imò nec cogitare.[*Vſque in finem,*]id eſt,perſeueran-
Ioann.18. ter vſque ad mortem:nec dubium quin & poſt mortem[*Dilexit eos,*]quod maxime patet ex hoc,quod animam ſuam poſuit pro eis,& dum ipſe capiebatur à Iudæis dixit,Sinite hos abire. Vel vſq; in finẽ dilexit eos,quia in vltimo die quo fuit cum eis,paſsibili modo demonſtrauit ipſis pręcipua ſigna amoris, & maxima munera contulit,tradens eis ſacramentum corporis ac ſanguinis,ſacramentumque ordinis:
Matth.26. vel in finem,id eſt,ad hoc vt ad veram beatitudinem(quæ eſt finis noſter)eos perduceret. [*Et cœna facta*]id eſt,ad effectum non ad finem perducta.Nondum enim erat finita,vt infra patebit,ſed agnus paſchalis forſitan erat comeſtus.[*Cum diabolus iam miſiſſet in cor(id eſt,dudum cordi proditoris ſuę gerendo inſpiraſſet)vt traderet eum Iudas Symonis Iſcariothis*] proditor iam præfatus, qui fuit de vico nomine Scarioth
Lucæ.22. oriundus,& forte dictus eſt Iudas Symonis,quia filius viri nomine Symonis. Diabolo nempe ſuggerente, concepit Iudas propoſitum vendendi tradẽdíque Chriſtum,& die præcedenti vendidit eum, atque exinde quærebat opportunitatem vt traderet eum Iudæis ſine turbis. Vnde in Luca habetur, Intrauit ſatanas in Iudam,qui cognominabatur Iſcarioth.[*Sciens Ieſus(ſcientia increata vt deus, & infuſa vt homo)quia omnia dedit ei pater in manus*]hoc eſt,quod deus pater omni creaturæ eum præpoſuit,& ſuper omnia poteſtatem ei conceſsit,etiam ab incarnationis principio: quoniam eo ipſo quo Chriſti hu-
Pſalm.8. manitas verbo ſuppoſitaliter eſt vnita,eſt omni creaturæ prælata, & habet poteſtatem ſuper vniuerſa
Hebræ.8. creata,quemadmodum dicit Apoſtolus,Omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Et chriſtus apud Matthęũ,
Matth.28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.Chriſtus ergo cognouit bona ſibi diuinitus præſtita, imò & quilibet noſtrum ſcire & aduertere debet beneficia dei quæ ſortitus eſt,vt ſit gratus deo dato-
1.Cori.2. ri. Propter quod ait Apoſtolus, Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritũ qui in deo eſt,
Mich.5. vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis.[*Et quia à deo exiuit*]id eſt,ſciens, quod per incarnationem miſ
Ioan.12. ſus fuit à deo in mundum.Exiuit quoque à patre per generationem æternam : iuxta illud Micheæ,E-
Pſalm.18. greſſus eius ab initio à diebus æternitatis.Sciens inſuper,[*Et(quod)ad deum vadit*] id eſt, ad patrem iam reuerteretur per paſsionem & aſcenſionem,vt dictum eſt plenius præcedenti capitulo. Hinc ait Pſal. A ſummo cælo egreſsio eius,& occurſus eius vſque ad ſummum eius.[*ſurgit à cœna(manducationem interrumpendo)& ponit,*]id eſt,depoſuit[*Veſtimenta ſua (vt congruentius obſequium ſequens impenderet.)Et cũ ac cepiſſet linteum,*]quo erat lauandorum pedes terſurus,[*Præcinxit ſe.Deinde miſit aquam in peluim.*] Omnia iſta fecit per ſe,vt perfectæ humilitatis præberet exemplum.[*Et cœpit lauare pedes diſcipulorum,*] qui forſitan ſatis immundi atque lutoſi fuerunt,quoniam nudis pedibus inceſſerunt diſcipuli ſicut Chri-
Apoca.19. ſtus.[*Et extergere*]pedes lotos[*Linteo quo erat præcinctus,*]in quo eluceſcit incomparabilis humilitas chriſti,qui cum eſſet rex regum,& dominus dominantium,pauperum,ſimpliciúmque illorum diſcipulorum pedes lauare,& ante eorum genua ſe inclinare dignatus eſt. ¶ Denique,vt Euangeliſta magnitudinem dignationis & humilitatis iſtius inſinuaret & exaggeraret,præmiſit de Iuda,& de excellẽtia ſciẽtiæ atque potentiæ Chriſti:quia ex hoc quod talis ac tantus,tam potens ac ſapiens,non ſolum fideliũ diſcipulorũ,ſed & agniti proditoris voluit pedes lauare,innoteſcit huius humilitatis profunditas.[*Ve-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *nit ergo ad Symonem Petrum.*]Origenes ordinem verborum iſtorũ attendens, dicit quod chriſtus vltimo lauit Petrum, ita quod ab inferioribus cœpit. Sic enim verba Euangeliſtæ ſonare videntur. Nam dicit quod cœpit lauare atque extergere, & ſic venit ad Petrum, quaſi aſcẽdẽdo, ita quod lotio fuit incœpta antequam venit ad Petrum. Sed iſtud Auguſtino non placet, quoniam nõ eſt probabile, quin & aliqui aliorum diſcipulorum expauiſſent, & Chriſti obſequium humiliter recuſaſſent, quemadmodum Petrus, quos vtique Chriſtus informaſſet, ſicut informauit poſtea Petrum: quo audito, Petrus non recuſaſſet, ſicut nec alii recuſauerunt, inſtructione Petri audita. chryſoſtomus autem ſentire videtur, quod Iudas ex ſua impudentia ſe primo ingeſſit, nec renuit, quo loto, chriſtus venit ad Petrum. Sed melius eſt, vt cum Auguſtino dicamus, quod Chriſtus incepit à Petro, nec aliquis ſe ingeſit, ſed à principali diſcipulo orſus eſt Chriſtus. ¶ Ad argumẽtum igitur Origenis dicendum, quod Euangeliſta primo recitat factum in generali, dicendo, cœpit lauare: deinde explicat idem in ſpeciali, eo quo actum eſt ordine, dicens, Venit ergo ad Simonem Petrum. & talis modus loquendi frequens eſt in ſcripturis. [*Et dicit ei Petrus,*]ex magna humilitate & reuerentia Chriſti, [*Domine, tu mihi lauas*] id eſt, lauare diſponis [*Pedes?*]quaſi dicat, Tu talis ac tantus, cui dixi, Tu es Chriſtus filius dei viui, cui & turba paulo ante clamauit, Benedictus qui venit in nomine rex Iſraël, O ſanna in altiſſimis: tu tantæ ſapientię, ſanctitatis, & poteſtatis, qui ſolus ſine peccato es inter viros, cuius veſtimentorũ contactu ſanati ſunt ægri, qui mortuos ſuſcitaſti, mihi piſcatori & peccatori, mihi idiotæ, impotenti ac fragili, in tam abiecto & infimo
B actu miniſtras, ante genua mea te proſternis, tuis ſanctis ac venerabilibus manibus pedes meos immũdos ac ſordidos tangere vis & purgare? Hoc nullatenus decet. O quam magnus fuit Ieſus in oculis Petri, cum dixit, Tu, & quam paruus fuit Petrus in oculis propriis quando adiecit, mihi. [*Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quod ego facio (id eſt, facere volo) tu neſcis modo,*] id eſt, cauſam huius humilitatis atque obſequii nondum intelligis, ideo opus iſtud non ſcis: quoniam ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere. [*Scies autem poſtea,*]quare hæc facio, ſcilicet vt humilitatis exemplum exhibeam, vobiſque iſta imitanda relinquã. Infra enim chriſtus hanc rationem aſsignat: ideo etiam chriſtus lauit pedes diſcipulorũ ante Euchariſtiæ communionem, vt inſinuaret, quod ſpiritualis lotio affectuum animæ, præcedere debet ſacramẽti perceptionem. [*Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum*]id eſt, nunquam hoc fuſtinebo, vt tantum coram me humilieris, qui non ſum dignus contingi à te. ſimili humilitate dixit Petrus in ſua vocatione, Exi à me, quia homo peccator ſum domine. ¶ Denique Petrus iſta dicendo, habuit zelum dei & Chriſti eius, ſed non ſecundum ſcientiam. Debuit enim magiſtro infallibili & non erranti protinus acquieſcere & parere, maxime poſt vnam admonitionem, & viſo quod magiſter in propoſito perſeuerauit: ſed nimius feruor amoris ad Chriſtum fuit ei ſæpe erroris occaſio: vnde cum chriſto paſsionem diſſuaderet, meruit mox audire, Vade retro me ſatana, quia non ſapis quæ dei ſunt: ſimili modo nunc audit increpatione comminatoria. [*Reſpondit ei Ieſus, Si non lauero te, non habebis partem mecum.*]Hoc de lotione corporali & ſpirituali poteſt intelligi. De corporali ſic, Si non lauero te, id eſt, niſi obedieris mihi
C in hoc, vt lauem tibi pedes, non habebis partem mecum, id eſt, non eris particeps gloriæ meæ in cælo, non eris hæres dei, cohæréſque Chriſti. Petrus enim peccaſſet mortaliter, niſi Chriſto conſenſiſſet in iſto. Nam licet lotio pedum non ſit de iure naturali vel diuino ſimpliciter, fuit tamen de iure poſitiuo & diuino, propter Chriſti præceptum: ſicque fuit neceſſaria ad ſalutem, non ex ſua natura, ſed quoniã iuſſa: ſicut primis parẽtibus neceſſarium fuit non guſtare fructum ligni ſcientiæ boni & mali. ¶ Si autẽ quis inſtet & dicat, quod Petrus potuiſſet ſaluari, quamuis Chriſtus non lauiſſet pedes ipſius, quoniã poterat poſtea pœnitere de inobedientia illa. Reſponderi poteſt, quod ſi Petrus nullatenus obediſſet in lotione præfata, meruiſſet indurari, fuiſſetque relictus tanquam incorrigibilis & rebellis. Vel verbũ Chriſti, Non habebis partem mecum, intelligendum erat conditionaliter, ſcilicet ſi Petrus in tali volũtate perſiſteret. Secundo, Si non lauero te per ſanguinis mei effuſionem & aſperſionem: de qua lotione ſcriptũ eſt in Apocalypſi, Quia dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Si (inquã) ita non lauero te à reatu originalis peccati, & à peccatis mortalibus, quæ incidere poteris, imò & incides me ter abnegando, non habebis partem mecum. Lotio iſta pertingit ad animam, per hoc quod gratia ei infunditur. ¶ Præterea aduertendum, quod quando Chriſtus verba hæc protulit, fuit Petrus ſine peccato mortali, quoniam paulo poſt ſubditur, Et vos mundi eſtis: non tamen poterat beatitudinẽ adi
D piſci, niſi per chriſti paſsionem à reatu originalis peccati eriperetur. Quamuis autem beatitudo patriæ ſit bonum ſpirituale & indiuiſibile, perfectum, totum & integrum: ſancti tamen dicuntur habere partem cum Chriſto, quia conſortes ſunt beatitudinis ſuæ, & minus habẽt de felicitate quam ipſe, ipſúmque præmium cæleſte quod ſortiuntur, eſt pars eorum, quia eſt bonum quod inter omnia bona prouenit eis. Sic enim & deus dicitur pars iuſtorum: iuxta illud Threnorum, Pars mea dominus dixit anima mea. Et in Pſalmo, Dominus pars hæreditatis meæ. Itemque, Deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Vnde ad Moſen ait de Leuitis, Ego pars eorum. De prædicta vero parte electorum cũ chriſto, dicit Apoſtolus ad Coloſſenſes, Dignos nos fecit in partem fortis ſanctorum in lumine. [*Dicit ei Symon Petrus, Domine, non tantum pedes meos*]à te lauandos expono, [*ſed & manus & caput,*] id eſt, totũ corpus. Totũ enim malo lauari à te, quamuis prorſus indignus ſim, quam ſeparari à te, maxime in futuro. [*Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt*].i. in baptiſmo purgatus, [*Non indiget niſi vt pedes lauet*] id eſt, affectiones purificet, ne circa terrena & caduca inordinate afficiatur, [*ſed eſt mundus totus.*]Hoc dupliciter accipi poteſt. Primò ſic, ſed eſt mundus totus, id eſt, in baptiſmo ab omni peccato originali, actuali, mortali & veniali omnino mundatur, quantum ad culpam & pœnam, ita quod euolaret ſi ſtatim decederet: tamẽ ſi ad tempus notabile ſuperuixerit, non poteſt eſſe ſine venialibus: quæ quamuis ſingula poſsint vitari, non tamen omnia, propter ſenſualitatis fomitem, & cætera vulnera animæ: propterea indiget pedes

Matth. 19. Ioan. 12. Matth. 9. Matth. 14. Marci. 6. Ioan. 11. Matth. 9. Marci. 5. Lucæ. 7. Matth. 4. Lucæ. 5. Lucæ. 5. Roma. 10. Matth. 16. Marci. 8. Roma. 8. Gene. 2. Apoc. 1. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Thre. 3. Pſalm. 15. Pſalm. 72. Num. 18. Col. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Proue. 34 lauare, id est, se ab affectibus venialiũ emũdare quotidie, quoniã iustus septies cadit in die. Et in mul- E
Iacobi. 3. tis offendimus omnes. Secundo sic, Sed est mundus totus. i. si lauerit pedes suos modo iam dicto, tunc est omni culpa liber ac purus, saltem frequenter, & ad aliquod tempus. Talis ergo nõ indiget lauare caput. i. rationem superiorem, quoniam illa non consentit peccato, sed inhæret vacatq; diuinis: nec manus. i. opera vitæ actiuæ, cum sint virtuosa in se, dũmodo affectiones cordis sint lotæ: sed quoniã corruptibili circundatus est corpore, & terram calcat, indiget iugiter pedes lauare. De quibus in Canticis dicitur, Laui pedes meos. Vel sic, Qui locutus est. i. per gratiæ *infusionem* purificatus à mortali, nõ indiget nisi vt pedes lauet. i. ab istis terrenis infimisq; affectibus se expediat, sed est mũdus totus. i. si hoc fecerit, mundus est corde & corpore: secundũ quod dicit Apost. Mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & spiritus. [*Et vos (discipuli mei) mundi estis*]. i. à labe peccati mortalis iam alieni, habẽtes simplicem oculũ ordinatámque voluntatẽ. Veruntamen perfecti nõ erant, neque in passionibus plenarie reformati, quia in ipsa cœna facta est inter eos cõtẽtio quis eorũ videretur esse maior. [*Sed nõ omnes,*] quia vnus vestrum sceleratissimus est. Cur autem Christus exceptionẽ hanc fecerit, subditur, [*Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum.*] Omnia enim præsentia, præterita, & futura distincte cognouit secundum vtranque suam naturã. [*Propterea dixit, Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorũ, accepit (.i. reinduit) vestimenta sua: & cum recubuisset iterum*]. i. iterum ad mensam sediſſet, & ab officio qui euisset. My
Apoca. 1. stice quando Christus lauit nos à peccatis nostris per passionem & sanguinem suũ, deposuit vestimẽ- F
Esaiæ. 53. ta. i. corpus suũ aduersariis tradidit, vt per mortẽ separaretur ab anima: de quo in Esaia dicitur, Quare
Esaiæ. 63. rubrum est indumentũ tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torcular? Postquam vero passione cõpleta nos lauit, recepit propriũ corpus, quia diuina potestate susciſtauit. Tunc q̃ recubuit, quia
Act. 7. ad dexteram patris se collocauit, non amplius visurus corruptionem, nec experturus laborẽ. [*Dixiteis,*
Psalm. 15. *scitis quid fecerim vobis*]. i. quid per istam lotionem pedum prætendo. Non quærit ex ignorãtia, sed vt discipulos reddat intentos. [*Vos vocatis me magister (propter doctrinam & sapientiam) & domine*] propter po-
Ioann. 1. testatem & prælationem, [*Et bene dicitis (quia sic est) sum etenim:*] imò Christus est summus, solus, vnicús-
Psalm. 23. que magister, secũdũ perfectã rationẽ magistri, quoniã solus intus illuminat effectiue & principaliter. Propter quod alibi dicit, Vnus est magister vester. ¶ Denique, ipse est vniuersalis dominus, ad quẽ omnes prælati & principes cõparantur, sicut ministri ad regem, sicut media ad finem, sicut instrumenta ad artificem. ¶ Quomodo autem Christo indifferenter conueniat ratio magistri, & domini, secundũ
1. Timo. 2. eius diuinam naturã atque humanã, tactum est sæpius. Nec mirum, si Christus nuncupet se dominum ac magistrũ, cum & Paulus doctorẽ se gentium appellet, & multi sanctorũ patrum propria bona interProue. 27. dum propalauerint. Non enim sine idonea id causa fecerunt, sed ad dei honorem, & proximorũ ædificationem. Quod vero Salomon ait, Laudet te alienus, & non os tuum, intelligendum est, q̃ homo nõ debet seipsum inaniter cõmendare, nec sine efficaci, multúmque proficua causa sibiipsi in virtutibus testimonium perhibere, cum sit periculosum, & sæpe speciem mali habens. Porro apostoli appellãdo G
Iesum dominũ ac magistrum bene dixerũt: non solum quoniã Christus magister & dominus est, sed etiam quia eius doctrinã discipulariter audierunt, & humiliter eius iussionibus paruerũt. Qui vero nõ acquiescunt doctrinæ Christi, neque obediunt, inaniter vocãt eum magistrũ & dominum. Ideo alibi
Malach. 1. loquitur Christus, Quid dicitis mihi domine domine, & non facitis quæ dico? Et Malachias, Filius honorat patrem suum, & seruus timet dominũ suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si
Esaiæ. 33. dominus ego sum, vbi est timor meus? De hoc magistro, & domino Christianorũ Esaias pulcherrime protestatur, dicens, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit vos. [*si (pro quia) ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes*]. i. in corporalibus ministrare, & ad literam pedes inuicem, pro loco, causa, & tempore lauare. Istud
Deut. 6. enim est præceptũ affirmatiuũ: sicut & illud quod est in Deute. Per nomen domini dei iurabis. Quẽ admodum ergo ad iurandũ non tenemur, nisi in casu necessitatis: sic nec ad pedum fratrũ lotionẽ. Veruntamen extra casum necessitatis implendum est præceptum huiusmodi lotionis ad literã ex debito congruentię & honestatis, quando rationabilis se offert occasio, vel laudabilis cõsuetudo. Spiritualiter vero implendũ est quotidie, vtpote vt vnus studeat affectum alterius purificare orando, docendo, hortando, increpando, exemplariter cõuersando. Voluit autem christus pedes discipulorũ lauare, ne de- H
dignemur fratribus (quamuis inferioribus & abiectis) in vilibus & despectissimis ministrare, portãdo, tergendo, & cætera similia exhibendo. [*Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*]. i. non verbo duntaxat, sed opere docui vos quid agatis. Nã in moralibus plus mouent facta quã
Actu. 1. verba. Vnde in Actis dicitur, cœpit Iesus facere & docere. ¶ Expedit igitur pedes aliorũ lauare multis de causis. Primo, vt Christo conformetur. Secundo, vt humilitatis Christi memoria cordibus nostris fortiter imprimatur. Tertio, vt alii nostræ humilitatis obsequio ædificentur. Quarto, quia huiusmodi lotio & corporis coram alio inclinatio, disponit & excitat ad humilitatem. ¶ Deinceps probat Saluator, q̃ Christiani debeant eum imitari in obsequio sanctæ humilitatis & lotionis. [*Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo,*] loquẽdo de seruo ac domino formaliter, vtpote inquantũ sunt tales. Loquẽdo autem de eis materialiter, planum est, quod sæpe seruus sapiẽtior, fortior atque nobilior sit domino suo: quemadmodũ Dauid Saule. Saul quippe percussit mille, & Dauid decẽ milia: fuitque Da
1. Reg. 3. uid de tribu Iuda nobilissima, Saul de genealogia Beniamin inferiori. [*Neque apostolus (.i. legatus seu missus) maior est (.i. dignior est) eo qui misit illum.*] Vnde nec vos duodecim quos misi ad prædicandũ, & apoMatth. 10. stolos appellaui, maiores me estis. Nõ ergo debetis abhorrere, aut verecundari in faciendo quæ ego feMarci. 3. ci. Simili intentione dicit Saluator apud Matthæum, Non est discipulus super magistrũ, nec seruus suMatth. 10. per dominũ suum. [*si hæc scitis,*] si opus humilitatis quod feci, istámque doctrinam recte intelligitis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Beati eritis (in patria) si (nunc) feceritis ea,*] imitando veſtigia mea, meíſque obtemperãdo doctrinis. ¶Hęc quippe ſcientia cum ſit practica & moralis, ordinatur ad opus, ideo beatificat ſcientem & operantem: ſcientem vero & negligentem condemnat: quemadmodum Iacobus ait, Scienti bonum facere & non facienti, peccatum eſt illi. Hinc ait Pſalmiſta, Iuſtitia illius, ſcilicet dei in filios filiorum his, qui ſeruant teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum eius ad faciendum ea. Vnde ſecundum philoſophos, Quid eſt virtus ſcrutamur, non finaliter vt noſcamus, ſed vt operando boni efficiamur. Sed heu multi curioſi & vani plus ſtudent & appetunt ſcire quàm facere, apparere quàm eſſe, reputari quàm operari. [*Non de omnibus vobis dico,*] quòd eritis beati, vel quòd doctrinam meam implebitis. Hoc addidit propter Iudam proditorem, quem nouerat fore damnandum. propter quod ſubditur, [*Ego ſcio quos elegerim*] id eſt, ad vitam æternam præordinauerim ſeu prædeſtinauerim. Sic autem non fuit Iudas electus. Veruntamen ſuperius dixerat Chriſtus, Nónne ego vos duodecim elegi? quorum vnum conſtat fuiſſe Iudam, ſed ibi accipitur electio communiter pro vocatione dei ad aliquam gratiam gratis datam, vel gratum facientem, ſiue finaliter conſummetur, ſiue temporaliter amittatur, quemadmodum ibi dictũ eſt plenius. ¶Cur tamen Chriſtus ſuſtinuerit Iudam præſcitum & reprobum, patefacit, [*ſed vt impleatur ſcriptura*] pſalmi 40. cuius exordium eſt, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. [*Qui manducat panem meum*] id eſt, domeſticus, commenſalis atque diſcipulus meus, qui de eleemoſynis mihi datis nutriebatur, qui etiam panem Euchariſtiæ in cœna de manu mea accepit, [*Leuabit calcaneũ (id eſt, plantam pedis ſui) contra me,*] id eſt me conculcare, ſuppeditare ſeu opprimere fataget, tradendo me manibus aduerſariorum meorum. ¶Loquitur autem Chriſtus ſecundum communem modum loquendi, quo dicimus opprimenti, quid me ſuppeditas? Vnde per pedem hoc loco ſpiritualiter deſignatur animoſitas, vel audacia cordis, qua ſe Iudas Chriſto oppoſuit. Allegat autẽ Chriſtus non verba ſed ſenſum ſcripturę. Noſtra vero trãſlatio habet ſic, Etenim homo pacis meę in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. In alio quoque Pſalmo idem aliis atque prolixioribus verbis exprimitur, Etenim ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & cætera. Porrò præallegatus Pſalmus 40. de Chriſti proditione, paſſione, reſurrectione, Iudæorúmque deiectione, aperte cõ ſcriptus eſt, ſicut in expoſitione libri pſalmorum oſtendi. Loquitur igitur Chriſtus ſecũdum communem modum loquendi, aſſerendo ſe ſupplantatum à Iuda, quemadmodum & in Eſaia habetur, Incuruare vt tranſeamus, & poſuiſti dorſum tuum viam tranſeuntibus. Calcaneum quoque ſumit pro planta: ſicut & Salomon dicens, Oculi ſapientis in capite eius, oculi vero ſtulti in calcaneo. [*Amen dico vobis*] iſtud de mea proditione, & proditoris damnatione, [*Priuſquam fiat, vt cum factum fuerit*] id eſt, cũ me traditum, & illum noueritis à ſeipſo ſuſpenſum [*Credatis, quia ego ſum*] id eſt, quod ego ſim, quem me eſſe affirmo, videlicet Chriſtus filius dei. quoniam futura pure contingentia certe prædicere, cordiúmque arcana cognoſcere, ac denudare, non competit niſi deo, & illuminatis ab ipſo. Talia autem deus nõ
C reuelat hominibus ad confirmandũ errorem, ſed talia Chriſtus cognouit, atque prædixit. Hinc Eſaias ait, Quæ ventura ſunt annuntiate, & ſciemus quia dij eſtis vos. [*Amen amen dico vobis, qui accipit*] id eſt, charitatiuè & piè tractat, alit ſeu hoſpitat, [*Si quem miſero*] id eſt, aliquem miniſtrorum meorum, [*Me accipit*] id eſt, mihi miniſtrat, méque in membro meo ſuſcipit & honorat: imò rem mihi tam placitam facit, ac ſi mihi in propria perſona talia exhiberet. ¶Frequenter ſcriptura loquitur de capite & membris quaſi de eodem: vnde & Paulo dictum eſt ſæuienti, Quid me perſequeris? Et Zacharię dominus loquitur, Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Hinc apud Matthæum ait Saluator, Quàm diu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. [*Qui autem me accipit*] per fidem & charitatem, debitamque obedientiam, vel per gratię infuſionem, & ſpiritualem inhabitationem, [*Accipit eum qui me miſit*] id eſt, deum patrem, imo & ſpiritum ſanctum. Qui enim credit, amat ſeu veneratur vnam perſonã diuinam, totam ſuperſanctam trinitatem honorat, credit ac diligit, honórque vnius redundat in alium: nec trinitas (quantum ad inhabitationem in cordibus electorum) ſeparabilis eſt, cum omnia opera eius ſint indiuiſa. ¶Poſtremo penſandum, quod chriſtus in cœna pręcipue dedit & docuit duo documẽta, hæcque docebat factis & verbis, videlicet humilitatem & charitatem. Docuit enim humilitatem facto, pedes diſcipulorum mundando & extergendo: deinde verbo, adiiciens, Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Et, Non eſt ſeruus maior domino ſuo: multáquè talia, quę alij euãgeliſtę deſcribunt: vt eſt
D illud apud Lucam, Qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Rurſúſque, Ego (inquit) in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Secundo docuit charitatẽ. primò in opere, donans corpus ſuum & ſanguinẽ in ſpiritualem animę refectionem. deinde in verbo, Mandatum (inquiens) nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Et, In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem. Quoniã ergo chriſt⁹ in nouiſsima cœna hæc duo tã ſingulariter commendauit, debemus præcipue ad humilitatẽ & charitatem ſtudere, ac tẽdere: quoniã totius ſpiritualis ędificij baſis eſt ſancta humilitas. charitas autem eſt turris ſtructuræ virtutum.

A Beati eritis (in patria) si (nunc) feceritis ea, Iacob. 4. Pſal. 102. Ioan. 6. Pſalm. 40. B Matth. 26. Marc. 14. Eccle. 2. C Matth. 26. Eſaiæ. 41. Actuũ. 9. Zacha. 2. Matth. 26. D Lucæ. 22. Ibidem. Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 13.

¶Proſecutio huius cap. [*Cum hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu.*]
Articulus XXXIIII.

P Oſt manifeſtationem proditoris obſcuram, pandit Chriſtus apertius proditorem. [*Cum hæc,*] quæ in præcedenti articulo expoſita ſunt, ſcilicet, Qui manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum, [*Dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu,*] id eſt, in anima, quantum ad partem ſenſitiuam vehementer affectus, ſeu naturali timore inſtantis paſſionis commotus, atque dolore compaſsionis miſerrimi Iudæ concuſſus. Hæc autem turbatio non fuit inordinata, nec rationem Pſalm. 40.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioan.11. præueniens, sed potestatiuè assumpta, nec fuit in superiore animæ parte. Quomodo autem & cur Chri E
Ioan. 12. stus tales passiones assumpserit, in duobus præcedentibus capitulis plene tractatum est. Quod enim nunc ait, quod Iesus turbatus est spiritu, eundem habet sensum cum verbo quod dixit præcedenti capitulo, Nunc anima mea turbata est. ¶ Si vero quæratur, an fuerit turbatus anima & corpore: dicendum, quod passiones naturales cum sint in appetitu sensitiuo, sunt communes animæ & corpori, & in vultu apparent. Sic & in isto turbatio fuit in anima & corpore: sed sicut in anima non fuit interior deordinatio, sic in vultu non fuit inhonesta distortio: fuit tamen ibi congrua quædam immutatio, interioris doloroſæ affectionis indicium, erátque discipulis vehementer pœnosum & graue huiusmodi afflictionem & mœstitiam videre in prædicto magistro, qui se semper habuit ad eos tam solatiose, gratiose & dulciter. [*Et protestatus est*] veritatem de sua proditione, [*Et dixit, Amen amen,*] hoc est, vere, vere. Replicatio quoque ista certitudinis signum est, & excitatio mentis ad aduertendum. [*Quia vnus ex vobis me tradet*] hac nocte. [*Aspiciebant ergo adinuicem discipuli,*] id est, vnus inspexit alium ex admiratione, si forte vnus eorum posset alteri aliquid certi de hoc intimare, [*Hæsitantes,*] hoc est, dubitantes, [*De quo diceret,*] id est, quem discipulorum notaret dicendo, vnus vestrum. Quilibet enim eorum præter Iudã fuit sibi conscius de bono affectu ad magistrum, & quod nil tale proponeret, idem quoque de condiscipulis existimauit. Veruntamen certi de veritate verborum Christi, & quod magna esset fragilitas
Matth. 26. Mar.14. infirmitatis humanæ, putabant sic futurum, sed dubitabant per quem: imò secundum Hieronymum F
Lucæ.22. quilibet eorum timuit sibimetipsi. Puto quòd Iudas ne notaretur, etiam aspexit ad alios quasi attonitus, cum tamen sciret se tangi atque notari: imò vt alij euangelistæ testantur, cum discipuli valde contristati dicerent Christo singulatim, Nunquid ego sum domine? etiam Iudas interrogare audebat, Nũ quid ego sum Rabbi? [*Erat ergo recumbens,*] id est, amicabiliter & familiariter reclinatus seu quiescens, [*Vnus ex discipulis eius in sinu Iesu.*] nam brachium huius discipuli erat in sinu Iesu, & caput eius fuit ad
Ioan.12. pectus Christi, ad cuius latus sedebat, vnde infra mox dicitur, Cum recubuisset ille super pectus Iesu. [*Quem diligebat Iesus,*] id est, amicabilius, familiariúsque se habebat ad eum, ostendendo ei specialia signa amoris, quorum præcipuum fuit, quod fecit eum recumbere super pectus suum & in sinu, quemadmodum fieri solet charissimis pueris. Denique per hanc circumloquutionem intelligit euangelista Ioannes seipsum. Est enim consuetudo actorum scripturæ canonicæ, vt loquantur de se quasi de aliis. [*Innuit ergo huic (discipulo) Symon Petrus, & dicit ei,*] id est, innuendo dixit, vel potius sine prolatione verborum, quodam signo exteriori indicauit, [*Quis est de quo dicit*] quod tradet eum? Si nosti, indica mihi, vt impediam tantum piaculum: vel si ignoras, quære silenter à magistro, & tunc mihi reuela. Petrus in omnibus inuenitur in Christi amore feruentior, propterea & nunc præ cæteris solicitatur, angustatur, & scisscitatur: imò secundum Augustinum, si sciuisset proditorem, dentibus eum dilaniasset, quod intelligendum est, si potuisset, quia & Iudas erat robustus, si Christus permisisset, qui hoc nequaquam admisisset. ¶ Quare Petrus more solito non interrogauit per seipsum? Dicunt aliqui, G
quod non audebat, quoniam increpatus iam fuit de incauta loquutione, Non lauabis mihi pedes in æternum, forte non sedit tam apte ad inquirendum occulte sicut Ioannes: vel quia plus confidebat de familiaritate Ioannis, quam sua. [*Respondit Iesus (Ioanni silenter,) Ille est cui intinctum panem ego porrexero.*] Iste panis non fuit consecratus, nec sub eius speciebus fuit corpus Christi, sed sub pane non intincto re
Lucæ.22. cepit Iudas corpus Christi, quemadmodum discipuli alij: imo secundum ordinem narrationis Lucæ
Matth.26. Euangelistæ, consecratio corporis Christi, & communicatio discipulorum præcesit verba Christi de
Marci.14. proditore. Sed secundum ordinem recitationis Matthæi & Marci aliter fuit, vnde non videtur certum quid horum præcesserit. [*Et cum intinxisset panem,*] id est, paruum frustum panis in calice vel catino, [*Dedit Iudæ Simonis Iscariotis.*] Ioannes tamen Christo sic ordinante non aperuit Petro, quod didicit, ne in mensa pacis oriretur grandis turbatio. [*Et post buccellam,*] id est statim post prædicti panis intincti sumptionem à Iuda, tũc [*Introiuit in eum Satanas,*] id est, aliquid de nouo, & abundantius, quàm ante operabatur in proditore. Nam ante buccellam introiit Iudam, sicut in principio huius capituli dictum est, sed nunc totaliter occupauit eum, ita quod à proposito pessimo non poterat reuocari. Nec dubium, quin etiam dæmon intrauerit Iudam, quãdo corpus & sanguinem Christi sumpsit indigne. ¶ Dicitur autem diabolus hominem introire, non quod illabatur essentiæ eius, sed vbi operatur ibi est: estque in loco diffinitiuè, & infra terminos hominis dimensiuos continetur, atque in sensibus interioribus o- H
peratur, non autem directe in intellectu, secundum Thomam. ¶ Præterea Satan intrauit in Iudam, non propter buccellæ malitiam, sed propter ipsius Iudæ ingratitudinem, incorrigibilémque duritiam, qui tot beneficiis & obsequiis sibi à christo impensis, toties quoque à Christo modeste, occulte, & patientissime increpatus, non pœnituit, neque cessauit, quousque conceptum malignitatis affectum deduxit in opus: vel forsitan Iudas considerauit se per buccellam referari à christo ipsi Ioanni, quo viso, exasperari cœpit & indignari, sicque dæmon plus quàm antè possedit vasculum suum. [*Et dicit ei*
Matth.26. *Iesus, Quod facis,*] id est, facere intendis & optas, [*Fac citius*] eundo ad principes sacerdotum, vt me tradas eorum ministris, quos intendis tecum adducere. Hoc Christus dicit non exhortando, consulendo, vel
Psal.78. imperando, sed permittendo & prænunciando: sicut sæpissimè ait in psalmis, Appone iniquitatem su-
Ibidem. per iniquitatem ipsorum. &, Obscurentur oculi eorum ne videant. Item quòd ait, citius, non dicit desiderãdo festinatam iniquitatem Iudæ, sed celerem redemptionem naturæ humanæ, & quoniam hora passioni præfixa iam proxima fuit. [*Hoc autem nemo sciuit discumbentium*] .i. discipulorum, qui cum christo edebant, & adhuc ad mensam sedebãt, [*Ad quid (Christus) dixerit ei*] videlicet Iudæ .i. nullus discipulorum intellexit sensum horũ verborũ, præter Iudam. Et mirũ si Ioannes, cui Christus proditorẽ prodidit, non intellexit hæc verba. Ad quod dici solet, quod Ioannes auditis verbis Christi, & cognito

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A proditore tam triſtis fuit atque attonitus, quod nõ aduertit verba ſequẽtia: vel forte Ioãnes dicẽdo, ne mo diſcumbentium excipit ſeipſum ſicut & Iudam, quia nunc dixit, quod Chriſtus ſibi oſtendit prodi torem, per quod innuit ſe verba ſequentia intellexiſſe. [*Quidam enim (diſcipulorum) putabant, quia loculos habebat Iudas,*] id eſt, repoſitoria, in quibus poſuit & portauit eleemoſynas Chriſto datas. De loculis i- Ioan.12.
ſtis dictum eſt plenius in præcedenti capite. [*Quod dixiſſet*] id eſt, verbis pręinductis ſignificaſſet [*Ei Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum,*] id eſt, victualia pro die paſchæ neceſſaria, [*Aut vt egenis aliquid daret.*] Quoniam enim Iudas procurator Chriſti habuit loculos, Chriſtꝰ ad hæc duo voluit elee moſynas capere, ſecúmque deferre, & vt ipſe atque diſcipuli eius ex eis veſcerentur, & de reliquo pau peres alerentur, ſeu veſtirentur.

¶ Quæritur, quomodo diſcipuli iſta putabant, cum Chriſtus eis prædixerit, quod ſexta feria occideretur, iamque proteſtatus fuit, quòd ab vno eorum eſſet tradendus? Dicendum, quòd præ triſtitia, turba tione, atque anguſtia vix ſpiritum habebant, nec penſabant, quæ audierunt. Non tamen putabãt verba Chriſti ſibiinuicem eſſe contraria, aut non vera: & forte q̃ Chriſtus nondum determinauit eis certam horam tempore huius cœnæ, vel quod in nocte inſtãte caperetur, ſed hoc poſtea retulit eis, ſicut poſt pauca ſubiungitur. [*Cum ergo accepiſſet ille (proditor) buccellam*] intinctam in ore, & eam manducaſſet. Aliqui tamen dicunt, quod accepit eam duntaxat in manu. [*Exiuit continuo*] agitante diabolo, qui animam
B eius penitus indurauit & excęcauit. Vnde ait Pſalmiſta, Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. [*Erat autem nox,*] quæ eſt tempus magis aptum ad huiuſmodi opera proditionis, quàm dies: erat quoque dẽſiſsima nox in corde Iudæ, quia caligine impietatis & falſitatis erat repletus: & certum eſt, quod cœna celebrata poterat eſſe nox. [*Cum ergo exiſſet*] Iudas ad prodendum Ieſum [*Dixit Ieſus, Nunc clarificatus eſt filius hominis.*] ¶ Hoc quadrupliciter accipi poteſt. Primò, de filio hominis, quantum ad corpus eius myſticũ, vt ſit ſenſus, Nunc clarificatus eſt filius hominis, id eſt, per receſſum filij perditionis, ſeu Iudæ à ſocietate mea purgatum eſt corpus meum myſticum, collectio diſcipulorum meorum, hæc mea eccleſia, id eſt à commiſtione peſtiferi emendata. Decor autem & impuritas diſcipulorum, redun dat quodãmodo in magiſtrum, ideo falſis diſcipulis abdicatis, clarificatur magiſter. Secundo ſic, Nunc clarificatus eſt. i. verax & iuſtus oſtenſus eſt filius hominis, per hoc q̃ vitioſum diſcipulum à ſe remo- Matth.25.
uit, dicendo, Quod facis fac citius. Tertiò, ſecundum Auguſt. & Bedam, Nunc clarificatus eſt filius ho minis. i. per ſeparationem Iudæ ab electis diſcipulis, præfigurata eſt clarificatio Chriſti quam habebit in die iudicij, quando ſeparabit prędeſtinatos à reprobis, ſicut ſeparat paſtor agnos ab hœdis: per quam ſegregationem omnibus declarabitur veritas atque iuſtitia Chriſti. Quartò ſic, Nũc clarificatus eſt, id eſt, in proximo eſt, vt per paſsionem & reſurrectionẽ, ac diuerſa miracula clarificetur, ſeu vere ac ſubli miter agnoſcatur filius hominis, ſicut nũc ſæpe præhabitum eſt. [*Et deus*] pater vel trinitas, [*Clarificatus eſt in eo*]. i. Chriſto, quoniã quicquid Chriſtus vt homo fecit, dixit & pertulit, totum retulit, totũq; ceſ-
C ſit ad honorem & gloriã patris ac trinitatis. Vnde ſuperius dixit, Ego non quæro gloriã meam, ſed honorifico patrem meum. Et iterũ, Ego quę placita ſunt ei facio ſemper. ¶ Dicitur autẽ deus pater vel tri Ioan. 8.
nitas per Chriſtũ hominẽ clarificatus nõ in ſe, ſed in cordibꝰ hominũ, qui per Chriſtũ ad dei verã no- Ibidem.
titiã, cultũq; deuotũ perducti ſunt: ſimili modo dicitur deus ab hominibus ſanctificari, magnificari, ſeu Deut.15.
exaltari. [*Si (pro quia) deus (pater ſeu trinitas) clarificatus eſt in eo*]. i. per Chriſtũ modo iam dicto, [*Et deus*] pa 2.Reg.7.
ter ſeu trinitas [*Clarificabit*]. i. gloria immortalitatis ornabit [*Eum*] videlicet Chriſtum quantũ ad corpus Iudith. 13.
aſſumptum, [*In ſemetipſo*]. i. in ſe deo patre, vel trinitate, in quo conſiſtit beatitudo Chriſti, ſecundum Ezech.34.
qđ homo eſt. Vnde dicit in ſemetipſo, ad innuendum cæleſtem ac ſempiternã glorificationẽ corporis Eſaiæ.2.
Chriſti, quam glorificationem promeruit chriſtus, honorando & glorificando deum ſecũdum modũ Zacha.14.
præfatũ: iuxta illud Apoſtoli, Factus eſt obediens vſque ad mortem, propter quod & deus exaltauit il Phil.2.
lum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. [*Et continuo clarificabit eum*] .i. ſtatim tertia eum die reſuſcitabit, corpore glorificabit, & hominibus reuelabit. Hoc conſtat impletũ in die paſchæ, ſicut Chriſtus prædixit in pſalmo, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctũ tuum vide re corruptionem. Et in Actis Petrus, Deus (inquit) patrũ noſtrorũ glorificauit filium ſuum Ieſum. Per Pſalm.15.
Eſaiã quoq; Chriſtus teſtatur, Glorificatꝰ ſum in oculis domini. [*Filioli,*] filiolos vocat diſcipulos, quia Actu.3.
adhuc puſilli fuerunt, ſeu imperfecti: vel ad inſinuandum teneritudinem dilectionis ſuæ ad eos, [*Ad-* Eſaiæ.49.
D *huc modicum*] id eſt, pauco tempore, [*Vobiſcum ſum*] eo modo quo nunc, puta in carne paſsibili, & con-
uerſatione conſueta ac naturali. Sic enim non fuit cum eis, niſi vſq; ad horã ſuæ captionis ſeu mortis. Secundum hũc modum exiſtendi dixit Chriſtus poſt paſsionem diſcipulis, Hæc ſunt verba quæ locu tus ſum vobis, cum adhuc eſſem vobiſcũ. Sed quoniã in Actis habetur, q̃ Chriſtus poſt paſsionẽ ſuã Lucæ.24.
apparuit ſuis per dies 40. poteſt ſic accipi, Adhuc modicũ, videlicet vſq; ad aſcenſionẽ, vobiſcũ ſum vi Actu.1.
ſibiliter, quamuis impaſsibiliter. [*Et ſicut dixi Iudæis, Quo ego vado*]. i. ad patrem & regnũ cęleſte, [*Vos non poteſtis venire,*] quamuis ſitis in ſtatu ſalutis, quia nunc dixi quod mundi eſtis, niſi ego primo intrauero, & ianuam regni aperuero, ſeu moriendo vos à reatu originalis peccato ſecero liberos. Hæc verba, vide licet, quo ego vado, nõ poteſtis venire, dixit Saluator Iudæis, quæ illi nõ intelligẽtes dixerũt, Nunquid interficiet ſemetipſum? [*Et vobis dico modo*] pro ſpeciali & maximo documento, [*Mandatum nouum*] id
eſt à vetuſtate peccati eripiens animam, eámque ſpiritualiter innouans, [*Do vobis (videlicet) vt diligatis* Ioan.7.
inuicem ſicut dilexi vos,] id eſt, ſpiritualiter, ſanctè & ordinate, non carnaliter, nec lingua duntaxat, ſed opere & veritate. ¶ Chriſtus autem dilexit nos ordinatiſsime, & efficaciſsime ac feruentiſsime. Sic ergo vnus noſtrum alium debet amare ordinate, vtpote ad vltimum finem, qui eſt æterna felicitas, efficaciter ſubueniendo ei in omnibus neceſſariis atque vtilibus, præſertim in ſpiritualibus, imo ponen- Hiere.31.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

do animam ſuam pro proximo ſuo in certo caſu, vt dictum eſt. item feruenter, vt magno affectu deſi- E
deret omne bonum alterius. Denique ad inſinuandum, quàm diligenter ſit obſeruandum iſtud præce
1.Petri.4. ptum, Chriſtus repetiuit, [*Vt & vos diligatis inuicem.*] Hinc Petrus exhortatur, Ante omnia mutuã in vo
biſmetipſis charitatem continuam habẽtes, quoniam charitas operit multitudinem peccatorũ. De hoc
Ioan.12. charitatis præcepto multa pulchra atque magnifica ſcribit Ioãnes in prima ſua canonica, vt eſt, Qui di
Ibidem. ligit, in lumine permanet. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo
eat, quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Qui non diligit, manet in morte. Itaque præceptum
Exod.20. de dilectione proximi nouũ à Chriſto vocatur, non quantum ad tempus, quia in veteri teſtamento tra
Deute.6. ditum fuit. Vnde cum ſcriba interrogaſſet, Quod eſt mandatum magnum in lege? Chriſtus reſpondit,
Matth. 22. quòd primum, maximúmque mandatum fuerit legis, Diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo,
Marc. 12. &c. Secũdum autem (inquit) ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sed dicitur nouũ,
Lucæ.10. quoniam renouat obſeruantem. Vel dicitur nouum, quantum ad modum tradendi, quia in nouo teſta
Matth.5. mento præcipitur frequentius, excellentius & latius, quam in veteri lege. Nihilominus Chriſtus
Luc. 6. diu ante cœnam dedit iſtud præceptum, videlicet in ſermone quem fecit in monte: vt patet in Mat-
thæo, Ibi enim præcepit inimicos amari. ¶ Quæritur, cum præceptum diligendi deum ſit ſummum, pri
mum, & maxime renouatiuum, cur de dilectione proximi ait Saluator, præceptum nouum do vobis vt
diligatis inuicem? Dicendum, quod ideo, quoniam dilectio dei & proximi inſeparabiles ſunt. Eadẽ nẽ F
pe eſt charitas habitualis qua deus, proximúſque diligitur, quoniam ratio diligẽdi proximum eſt de⁹.
Roma.15. Vnde ſcriptura quandoque cõſtituit perfectionem in dilectione dei, vt omnibus conſtat, quandoque
in dilectione proximi, vt cũ dicit Apoſtolus, Qui diligit proximum, legem impleuit: quãdoque in dile
Matth.22. ctione dei & proximi, vt cum aſſerit veritas, In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Ve
rum hæc intelligenda ſunt, inquantum in dilectione dei includitur dilectio proximi, & econtra. Abſo
1.Tim.1. lute vero loquendo, ſumma perfectio conſiſtit in actu charitatis, maxime dei, propter quod dicit Apo
ſtolus, Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide nõ ficta. [*In hoc cognoſcẽt*]
.i. cognoſcere poterunt, [*Omnes*] ritè conſiderantes, etſi non certitudinaliter, tamen cõiecturaliter & ſa
tis probabiliter, [*Quia diſcipuli mei eſtis*], i. veraciter Chriſtiani, & meis ſermonibus obediẽtes, [*Si dilectio
nem*] nõ carnalem vel naturalem, ſed diuinam & ſpiritualem, infuſam & meritoriam, puram atque gra
tuitam [*Habueritis ad inuicem.*] Quamuis enim per alias quaſdam virtutes hoc poſsit cognoſci, videlicet
per humilitatem & veram patientiam, per audientiam verbi dei, maxime tamen per dilectionẽ cogno
Matth.11. ſcitur, cum ipſa ſit vita animæ, origo, forma, & finis virtutum, pertinens maxime ad gratiam gratum fa-
cientem. ¶ Denique ſicut apud Mat. loquitur Chriſtus, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde:
nec ait, Diſcite à me mundum creare, miracula facere, dæmonibus imperare, cordium arcana cognoſce
re: ſic loco præſenti differuit, In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habue-
ritis ad inuicem: & non ait, ſi miracula feceritis, ſi omnium gentium linguas noueritis, ſi dona prophe- G
tiæ, ſapientiæ, ſcientiæ ſortiti fueritis, vel alia quælibet bona ad gratiam gratis datam ſpectantia, quoniã
omnia hæc bonis & malis extant cõmunia. quo docemur ſup omnia & in omnibus dilectionẽ exquire
1.Cor.13. re, cuſtodire & conſummare, ſine qua nihil nobis prodeſt, vel ſufficit ad ſalutem. Propter quod dicit
Apoſt. Si habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnẽ
fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. ¶ Poſtremò, & hoc intuen
Matth.5. dum, quod qui vnum hominem odit, nec deum, nec aliquem alium, neque ſeipſum veraciter di-
ligit: eſt enim in mortali peccato. Ideo omnem hominem quãtumlibet aduerſantem, amare neceſſe eſt.
[*Dicit ei Symon Petrus, Domine quo vadis?*] Hoc Petrus interrogat ex feruore & pia præſumptione: nã &
paulò antè audiuit à Chriſto, Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Petrus ergo ex feruore cupiẽs ire
cum ſuo magiſtro, & ex pia (quamuis incauta) præſumptione, arbitrans ſe potentem ad omnia ſuſtinẽ
da propter Chriſtum, ſciſcitatur Chriſtum quò iret, tanquam diceret, Sequar te per ignem & aquam,
ſoláque mors auferet me à te in vita præſenti: & per huiuſmodi mortem, merebor tecũ ęternaliter per
manere in patria. Chriſtus autem nõ directe reſpõdet Petro, ſed cogitationi eius occurrit, præſumptio
nẽque reprimit, ſubdens, [*Quo ego vado non potes me ſequi modo*] id eſt, nondũ tantę perfectionis es, vt poſ
ſis propter iuſtitiã mori, vel per mortẽ martyrij patriã ingredi: ſed oportet vt ego pro te & ante te mo-
riar, atque moriẽdo tibi gratiã perfectionis merear, quam cõſequeris, cum miſero tibi ſpiritum ſanctũ, H
& extunc vere paratus eris mori pro me, & ingredi regnum cœleſte poſt me: vnde ſubiungitur, [*Sequ
eris autem poſtea.*] nam poſtea crucifixus eſt propter Chriſtum Romę. [*Dicit ei Petrus*] ex indiſcreto feruo
re, & cõfidentia propriarum viriũ inordinata, [*Quare non poſſum te ſequi modo?*] q.d. Vtique poſſum, ideo
addit, [*Animam meam pro te ponam*] id eſt, meipſum, ſeu vitam corporalem pro tuo amore & pro te fina
liter poſsidẽdo morti exponã. Quãuis hoc falſum fuerit materialiter pro tẽpore dominicæ paſsionis,
quia oppoſitũ accidit, tamen formaliter verum fuit, quoniã Petrus ſic intẽdebat. Sed quomodo audet
tam aperte contradicere verbis Chriſti? Nunquid voluit chriſtum probare mendacem? nõ vtique, ſed
forte putauit verba chriſti myſtice intelligẽda, vel præauiſando prolata, ita ꝙ pertinerẽt quaſi ad pro
phetiam comminationis, quæ aliquando non impletur. [*Reſpondit Ieſus, Animam tuam pro me pones*] hac
vice. Hoc dicit Saluator, non affirmando, ſed pie inſultando & abnegãdo. propter quod ſubditur, [*A-
men amen dico tibi, non cantabit gallus hac nocte, donec*] id eſt, quouſque [*Ter me negabis.*] Idem dicũt Matth.
Matth. 28. & Luc. ſed videtur contrarium quod apud Marcum legitur, In hac nocte, antequam gallus bis vocem
Lucę.22. dederit, ter me es negaturus. Dicẽdum quod per galli cantum intelligitur totum exercitium galli in cã
Marc.14. tando, videlicet cantus eius vſque ad conſummationem, ſeu cantus ſui terminationem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ¶Declaratio cap. XIIII. [*Et ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrum.*] Art. XXXV.

IN super videns christus animas discipulorũ vehementer desolatas, primò, quoniam se mox moriturũ asseruit. Secundò, quia ab vno ipsorũ se dixit tradendũ. Tertiò, quia Petri negationem prædixit, imo (vt alij referunt Euang.) quando Petro hoc dixit, cæteris quoque discipulis loquebatur, Omnes vos scãdalũ patiemini nocte ista in me. Hinc igitur turbabantur vehementissimè, intimèq; dolebãt, præsertim quoniã christi mox futuram resurrectionem, suámque ab illo consolationẽ non attenderunt. Mitigans ergo Christus eorum mœrorem, [*Ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrum.*] Supra dixit Christus, Nũc anima mea turbata est. & in cœna turbatus est spiritu: quomodo ergo nunc ait discipulis, nõ turbetur cor vestrũ, præsertim cũ eius actio sit nostra instructio, & ipse cœpit facere & docere? Dicendũ quod ibi dictũ est de turbatione inferioris partis animæ sponte assumpta, quę sequitur rationẽ, nec actũ intellectiuæ partis obfuscat, nec mentis tranquillitatẽ diminuit. Christus vero nunc admonet de turbatione inordinata, rationẽ præuẽiente & impediente, quæ paci & trãquillitati opponitur: quę turbatio consurgit ex pas
B sione animi immoderata, puta tristitia, dolore, ira. Talis igitur turbatio est abiicięda in omni aduersitate per veram ac stabilem patientiam, & studẽdũ est paci internæ. [*Creditis in deum,*] verum & viuũ, omnium creatorem. Forte discipuli nondum habuerunt explicitam, resolutámque fidem de trinitate: sicut nec de diuinitate christi, quãuis christus vtrunque frequenter insinuauerit eis: rudes quippe fuerunt, non intelligentes quæ dicebantur. [*Et in me credite*] quoniam ego sum deus. consequens enim est, vt qui credunt in deum, credant in me: imò qui nõ credunt in christũ, non habent fidẽ formatam, nec credunt in deum, sed infideles censentur. ¶His verbis christus suam diuinitatẽ demonstrat, quoniã nõ est credendum in aliquẽ, nisi in verum deũ, cum fides sit virtus theologica, cuius obiectũ est deus seu veritas prima, quamuis alicui vel per aliquem possit credi, quemadmodũ de præcursore inductum est, Hic venit in testimonium, vt omnes crederent per illum. Denique his verbis ostendit se Christus sic occidendum, vt tamen incessãter permaneat viuus, potens seipsum suscitare, suósque discipulos, quos corporaliter deseruit, conseruare, per quod consolatur mœstos discipulos: quos rursus consolatur, cõ
C memoratione & pollicitatione futuræ felicitatis. [*In domo patris mei*] id est, in ecclesia triũphante, in cœlesti beatitudine, in patria beatorum, [*Mansiones multæ sunt*] id est, diuersi gradus præmiorum, variæ dignitates & distinctiones in participando fruitionem bonitatis diuinæ, secundum quod in præsenti vita fuerint gradus atque distinctiones meritorum, quibus præmia correspondent. Et charitatis feruori correspondet ac datur præmium essentiale, quod est visio dei per speciem, propter quod visio dei in mentibus comprehensorum distinguitur quantum ad gradum perfectionis, secundũ quod vnus in via feruentius dilexit deũ quàm alter. Vnus enim clarius intuetur, ac dulcius atque perfectius fruitur Deo quàm alter, quoniam charitatis affectio aperit, capacémque efficit mentem amantis amãti. Vnde quidam dentius deum dilexit, plenius eum participat, possidet, retinet.

¶Oportet scire, quòd beatitudo ista seu diuina fruitio dupliciter cõsideratur. Primo, per comparationem ad suum obiectum, quod est deus, & sic vna est æqualis & indistincta, quæ ex parte dei nõ habet gradum aut differentiã. Vnde omnibus in vinea dei laborantibus, dicitur idem denarius dari diurnus, per quem vita designatur æterna. Secundo per comparationem ad subiectũ, quod est mens creata deo vnita, sicque diuersificatur, multiplicatur, distinguitur, secundum modum præactum. Porro in patria ex spiritibus angelicis & humanis, seu angelis & hominibus, vna constat & resultabit ecclesia, quæ vocatur triumphans, ita quod singuli hominum electorum ad aliquem pertinebunt chorum seu ordinẽ angelorum: sicque secundũ differentiam angelicorum ordinum accipi potest diuersitas cœlestiũ mansionum, quæ non est corporaliter accipienda. Vbi vitandus est error Eustachij, qui dixit ex hominibus prædestinatis decimũ chorum constitui, ita quod præter Christum & eius beatissimã genitricem, nullus hominum posset ad angelicæ beatitudinis paritatem, imo nec ad angelorum infimi ordinis ęqualitatem pertingere, quantumcunque proficeret. De his differentibus mansionibus domus patris ę-
D terni accipi potest quod dicit Saluator, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quemadmodum enim viatores, in quibus deus per fidem & gratiam habitat, dicuntur domus, templum & ecclesia dei, dicente apostolo, Templum dei sanctũ est, quod estis vos. Rursúsque, Christus fidelis fuit in domo sua, quæ domus sumus nos. sic comprehensores, in quibus habitat deus per gloriam, dicuntur domus & templum, atq; triumphatrix ecclesia patris, de qua in Apoc. habetur, Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Et ad Galatas Apost. ait, Illa quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. In hac domo multæ sunt mansiones, quoniam mentes istorum deus diuersis modis inhabitat. Nihilominus potest per domum patris intelligi ipsum cœlum empyreum, quod est summi regis palatium, locúsque beatorum, in quo sunt multæ mansiones, quia in ciuibus huius loci sunt distinctæ præmiorum participationes. [*Si quo minus*] id est si aliter esset, seu minus quam vobis nunc dixi, videlicet, si iam in domo patris mansiones multæ non essent, [*Dixissem vobis*] quod subditur, [*Quia (id est quod) vado vobis parare locum*], i. mansionem in domo patris cœlestis. Sed hoc dicendum non fuit, quoniam iam paratę sunt mansiones istæ ex parte dei, qui tãtæ bonitatis, potestatis, & sapientiæ est, quod paratus est omnibus cor mundũ habẽtibus dare mansionẽ in domo sua cœlesti. Hinc in Matthæo inducitur, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à cõstitutione mundi. [*Et si abiero*], i. in ascẽ

Matth. 26. Marci. 14. Lucę. 22. Ioan. 12. Ioan. 11. Ioan. 13. Actu. 1. Psalm. 45. 1. Ioan. 1. Matth. 20. Lucæ. 16. 2. Cor. 6. Hebræ. 3. Apoc. 21. Galat. 4. Matth. 25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sione à vobis corporaliter receſſero cœlum introeundo,[*Et præparauero vobis locum.*]Quomodo intel- E
ligendum eſt hoc?Iam enim dixit manſiones eſſe paratas:qualiter ergo vadit vt prę̃paret eas?Dicendũ
quod manſiones paratę̃ ſunt quantum eſt ex parte dei : ſed qui ad eas peruenient,indigent præparari à
Chriſto,vt digni ſint ad illas perduci. Eſt itaque ſenſus,[*Et præparauero vobis locum*] .i.ſpiritum ſanctũ
miſero vobis,per cuius virtutẽ & gratiá præparabimini ad adipiſcendũ locum manſionis cœleſtis. Vel
Rom.8. praparat Chriſtus locũ electis,interpellãdo,ſecundũ quod homo eſt,deũ patrẽ pro ipſis, quemadmo
Hebrę.9. dum ad Hebræos dicit Apoſt.Non in manufacta ſancta Ieſus introiit exẽplaria verorum,ſed in ipſum
cœlum,vt appareat nunc vultui dei pro nobis.Et alibi,Qui etiam(inquit)ĩterpellat pro nobis .[*Iterũ*
venio]id eſt,in morte cuiuſlibet veſtrum redibo ad vos ſaltem inuiſibiliter ſeu per effectum, & per an
gelos quos mittam,vt animas veſtras adducant ad meum tribunal,[*Et accipiam vos ad meipſum*]id eſt,mi
hi vos copulabo loco & gloria,transferendo animas veſtras de via,peregrinatione, atque exilio ad pa-
triam,[*Vt vbi ſum ego*]id eſt,in regno cœleſti,in quo ego iam ſum per diuinitatem. Nemo enim aſcen-
Ioan.3. dit in cælũ,niſi qui deſcendit de cælo filius hominis,qui eſt de cælo. Vel,vbi ego ſum,id eſt,in tali bea
titudine,qualem anima mea nunc habet videndo deum per ſpeciem,[*Et vos ſitis*]quantum ad animam
ante diem iudicij. Animæ enim cum fuerint ab omni reatu immunes,mox perducũtur ad patriam:iux
ta illud diui Pauli,Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur,quod æ-
dificationem habemus ex deo,domum non manufactam æternam in cælis. Quidam exponunt ſic,Ite F
Actu.1. rum venio.i.in fine mundi viſibiliter redibo,ſecundum quod in Actis apoſtolorũ angeli dicunt,Quẽ
admodum vidiſtis eum eũtem in cælum,ſic veniet.[*Et accipiam vos ad meipſum*] id eſt,in corpore & a-
nima glorificatos transferam vos ad aulam cæleſtis palatij. [*Et quo vado,*] id eſt,terminum aſcenſionis
meæ,videlicet patrem,[*ſcitis*] ſaltem per fidem implicitam,imò explicitam,loquendo de paternitate
Matth. 5. in generali. Sæpiſsime enim apoſtoli audierunt ab ore Chriſti,quod vocauit deum patrem , dicendo,
Ioan.11. Pater meus,qui eſt in cælis.Et,Gratias ago tibi pater Et,Pater clarifica nomen tuum . Sed quod deus
Ioan.12. eſſet pater Chriſti paternitate naturali,ita quod Ieſus eſſet filius dei naturalis & vnicus,veruſq́ deus,
Ioan.12. & patri conſubſtantialis,nondum ſtabiliter cognouerunt.[*Et viam ſcitis*]id eſt,viam qua itur ad patrẽ
aliquo modo,quamuis imperfecte cognoſcitis,ſcilicet me,vel paſsionem meam,per quam vado ad pa-
trem.[*Dicit ei Thomas*]loquens in perſona ſui & condiſcipulorum,ſaltem quorũdam,[*Domine neſcimus*
quo vadis]id eſt terminum tuæ abſceſsionis à nobis,[*Et quomodo poſſumus viam(qua itur ad patrem)ſcire?*]
Videtur Thomas verbis magiſtri directe contradicere.Non tamen putauit Ieſum aliquid falſi dixiſſe,
nec intẽdebat verba eius reprobare,ſed exiſtimauit dictum Chriſti & ſuum poſſe ſimul ſtare, quoniã
Chriſtus ſæpe loquebatur figuraliter & obſcure.Denique vtrunque verum fuit .Sciebant enim viam
& terminum confuſe & incomplete,neſciebant autem determinate & proprie. Rurſus,ſciebant viam
& finem ſeu terminum materialiter,non formaliter.Sciebant enim ea per fidem quo ad id quod ſunt,
non tamen ſub propria eorum ratione formali qua huiuſmodi ſunt.Sciebant nempe,ſed neſciebant ſe G
ſcire.Nam nouerant Chriſtum & patrem,eo modo quo dictum eſt,ſed quod Chriſtus eſſet via,& pa
ter terminus itineris Chriſti,ignorauerunt.[*Dicit ei Ieſus*]oſtendens quod vtique nouerant viam, quo-
niam nouerant Ieſum,[*Ego*]ſecundum quod homo,dei & hominum mediator,aduocatus & põtifex,
hominum & dei placator,[*Sum via*]qua itur ad patrem ſpirituali acceſſu,amando,cõtemplando & o-
bediendo,[*Veritas & vita*]ſecundum naturam diuinam.Ego enim & pater ſumus vna,æterna, infini-
ta,exemplarísque veritas,quæ eſt diuina eſſentia,omnis veritatis creatæ origo fontana,menſura, finis
& cauſa:ſumus quoque vna vita ſuperſubſtantialis,ſuperplena,incomprehenſibilis & perfecta. Ergo
cognoſcendo filium,cognoſcebãt quodãmodo patrem,qui eſt id quod filius.Ex quo vltra elicitur, q̃
Chriſtus ſit terminus noſtrę tendẽtiæ,vtpote finis noſter,& vera felicitas,imò quemadmodum iuit ad
patrem ſecundũ naturam aſſumptã,à quo miſſus fuit:ſic iuit ad ſeipſum,ſecũdũ qd̃ deus eſt,quoniã &
à ſeipſo vt deus miſſus eſt.Iuit nempe ad patrẽ quaſi ſeſſurus ad dexterá ei⁹.i.in potiorib⁹ bonis patris.
Illa autẽ ſunt etiã bona filij ſecũdũ eius diuinitatẽ,quẽadmodum infra teſtatur,Omnia quæcunq; ha-
Ioan.16. bet pater,mea ſunt.Itaq; Chriſtus eſt via qua imus,veritas in qua ambulamus, vita ad quam pertingi-
mus.Via eſt inquantum nos deo reconciliat,veritas inquantum nos ſua viſione felicitat, vita inquantũ
nos ſua fruitione perfundit.¶Deinde oſtendit quod ſit via,[*Nemo venit ad patrem*]in præſenti per gra
tiam,nec in futuro per gloriam,[*Niſi per me*].i.me Saluatorem mundi credendo & imitando:imò nun- H
Ioan.10. quam aliquis adultus eſt ſaluatus,niſi habendo fidẽ ſaltẽ implicitã de Chriſto.Vnde ſuperius dixit ſe
Hiere.3. oſtium ouium & paſtorem. Ipſe ergo Chriſt⁹ eſt dux noſter,ipſe porta,via & ianua,ipſe medius inter
1.Tim.2. patrem & nos,per cui⁹ incarnationem deificamur,per cuius paſsionem & mortem viuificamur ,cuius
merito,virtute & gratia deo patri coniungimur.[*Si cognouiſſetis me,& patrem meum vtique cognouiſſetis.*]
Iam dixerat Chriſtus,Et quo ego vado ſcitis,& viam ſcitis,videlicet quia patrem & filium cognoſce-
bant:quomodo ergo nunc ait,Si cognouiſſetis me,& patrem meum vtique cognouiſſetis,quaſi nec fi-
lium nec patrem cognouerit?Dicendum,quod aliquo modo nouerunt,& aliquo modo non nouerũt,
vt ſit ſenſus,Si cognouiſſetis me,fide illuminata atque diſtincta ſecundum deitatem meam , & patrem
meum vtiq; cognouiſſetis,eodẽ modo,& tã clare,vt me,primo propter patris & filij ſubſtantialẽ idẽti
tatem ſeu vnitatẽ. Secũdo,quoniã pater & filius ſunt correlatiua,quorũ natura eſt,vt vno cognito,co-
gnoſcatur & reliquũ. Tertiò,quoniã pater & filius adeo ſimiles ſunt, vt vno cognito , alius cognoſca-
tur. Quarto,quoniã filius eſt naturalis & perfecta patris imago,in qua quicquid patris eſt , pleniſsime
ſplendet.[*Et amodo*].i.ex hoc tempore.ſ.poſt paſsionem meam [*Cognoſcetis eum*]magis perfecte q̃ mo-
do,præſertim cũ miſero vobis ſpiritum ſanctũ , in patria vero cognoſcetis eũ ſicuti eſt,[*Et vidiſtis eum*]
1.Ioan.3. viſione interiori,confuſa & imperfecta,eo modo quo vidiſtis me ſecundũ naturam diuinam.credide

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A runt enim apoſtoli omnia verba Chriſti eſſe vera. & quoniã Chriſtus dixit ſe patri conſubſtantialẽ, di Ioan.10.
cẽdo, Ego & pater vnũ ſum⁹, ac multa ſimilia, idcirco diſcipuli cognouerũt aliquo modo Chriſtũ ſe-
cundum diuinitatem, quamuis illa cognitio fuerit inſtabilis, imperfecta, obſcura. [*Dicit ei Philippus (fra-
ter Nathanaelis) Domine, oſtende nobis patrem*] quem dicis iam viſum à nobis. q.d. Tu dicis, quod vidimus Ioan.1.
patrem, quod intelligi non poteſt niſi de viſione imperfectæ notitiæ, ideo precor, oſtende nobis pa-
trem. i. ad perfectam & clarã perduc nos ad patris notitiã, [*Et ſufficit nobis*]. i. nihil amplius appetemus:
quoniã viſio iſta eſt finis noſter ac vera felicitas, nec pater ſeorſum cognoſcitur, ſed vna diuina perſo-
na nota, tota ſuperbenedicta agnoſcitur trinitas. ¶ Quidã aſſerunt, quod Philippus putabat, patrẽ poſ-
ſe corporalibus oculis conſpici, quemadmodum Chriſtus ſenſibiliter videbatur, ſed non puto hoc ve
rum. Sic enim Philippus fuiſſet de numero hæreticorum, qui poſuerunt deum in ſua natura eſſe corpo
reum: nec opinor quod Chriſtus tantam dei ignorantiam ineſſe permiſit cordibus diſcipulorum ſuo-
rum amantiſsimorum, præſertim cũ ſuperius dixerit mulieri Samaritanæ, Spiritus eſt deus, & eos qui Ioan.4.
adorant, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Talem vtique modum orandi inſtruxit apoſtolos. [*Di-
cit ei Ieſus, Tanto tempore vobiſcum ſum*] .i. tandiu conuerſatus ſum inter vos, & multa de deo vos docui, Matth.6.
[*Et non cognouiſtis me?*] diſtincte, ſcilicet quod ſum deus dei vnigenitus & homo in vna perſona, quod Baruch.3.
B totiens vobis inſinuaui, in quo patet maxima ruditas veſtra. Sed cum Philippus dixerit, Oſtende no- Actu. 1.
bis patrem, cur Chriſtus increpat eos de hoc q̃ ipſum necdum cognouerunt? Dicendum quod ideo,
quoniã cauſa ignorãdi patrẽ fuit ignorantia filij, qui ideo venit in mundũ, vt homines ad dei patris co
gnitionem perduceret, iuxta illud Ioannis, Scimus, quoniam filius dei venit & dedit nobis ſenſum, vt
cognoſcamus verum deum. & quia per idem eſt ignorare filium & patrẽ, propter quod ſubditur, [*Phi- 1.Ioan.5.
lippe qui videt me*]. i. vere cognoſcit me ſecundum diuinitatem, [*Videt & patrem*] oculo mentis, eo mo-
do quo conſpicit me: qui enim videt me per fidem, videt & patrem per fidem, & qui videt me per ſpe
ciem, videt & patrem per ſpeciem. Hoc eſt, quod iam paulò antè diſſeruit, Si cognouiſſetis me, & pa-
trem meũ vtique cognoſcitis. Rationes autẽ huius iam aſsignatæ ſunt quatuor, quarũ vnã ſolam tan-
git Aug. ſ. quod iſtud dictum ſit propter omnimodam ſimilitudinem filij cum patre, ſicut de duobus
valde ſimilibus dicimus, Vidiſtis iſtum, illum vidiſtis. [*Quomodo tu dicis (in perſona diſcipulorum) oſtende no
bis patrem?*] quaſi nullo modo videritis eũ, & quaſi ſeorſum cognoſceretur ſine me, & quaſi cognitio
patris dignior eſſet q̃ notitia mei. Hæc quippe videtur Philippus in ſua prece præſuppoſuiſſe, quæ er-
ronea ſunt: ideo pius magiſter increpat diſcipulum ſic precantem, Oſtende nobis patrem, non q̃ hoc
orandum non ſit, ſed quia orandum non eſt ſecundum exiſtimationem qua id orauit Philip. [*Non cre-
dis quia ego*] ſecundum diuinitatem ſum [*In patre, & pater in me eſt?*] per identitatẽ ſubſtãtiæ. Cũ enim pa
ter ſit ſua eſſentia, filius quoque ſit eadẽ eſſentia, vbi eſt eſſentia patris, & ibi pater: & vbi eſſentia filij,
C ibi & filius. In tribus vero diuinis perſonis eſt vna eſſentia, ideo ſingulæ earum in ſingulis ſunt. Hunc
modũ ponit vir magnus S. Hilarius. Damaſcen⁹ ait vnãquanque diuinã perſonã eſſe in alia, per circũ-
inſeſsionẽ. ¶ Inſuper palã eſt, quod pater in filio ſicut in naturali imagine, patrẽ perfecte repræſentan
te: filius quoque in patre tanquã in ꝓprio ſempiternóque fõte, à quo immanẽter egreditur, & inegreſ
ſibiliter oritur. certũ enim eſſet, q̃ quælibet diuina perſona eſt in alia, ſicut amatũ & cognitũ in aman-
te & cognoſcẽte: ſed quia hoc creatis prędeſtinatísque mẽtiusb & deo cõmune eſt, idcirco dicẽdũ,
q̃ quælibet diuina perſona eſt in alia, ſicut amatũ & cõprehẽſum in amãte & cõprehendẽte plenarie,
ita q̃ quælibet diuina perſona cognoſcit ac diligit aliã, quantũ amabilis cognoſcibiliſſq; cõſiſtit, vtpo
te amore penitus infinito, immenſum ardorẽ habente, & cognitione claritatis immenſę: propter quod
quęlibet eſt in alia incõprehẽſibiliter, intime & ſuperintimiſsime, quia quo amor feruẽtior, eo intimio
rem efficit vnionem. [*Verba quæ loquor vobis (per corpus aſſumptum) a meipſo*] ſecũdũ naturam aſſumptam,
[*Non loquor*]. i. nõ ſenſu vel adinuẽtione humana, ſed ex inſpiratione & regulatione æternæ & increa-
tæ ſapiẽtiæ, quę per meã humanitatẽ loquitur & operatur, ſicut per inſtrumentum vnitum, animatum
& proprium, quod deuiare non poteſt. Vnde ſicut lingua Chriſti mouebatur ab eius anima ad loquẽ
dum, ſic anima eius in omnibus dirigebatur à diuinitate ad intelligẽdũ, & ad cætera omnia quæ per-
egit. Vel q̃ ait, A meipſo non loquor, intelligi poteſt de Chriſto ſecundum diuinitatem, vt ſit ſenſus,
A meipſo non loquor. i. à meipſo non habeo poteſtatẽ & ſapiẽtiam loquendi & operandi, quoniam
D à meipſo non ſum: ſed quicquid habeo & ſum, accepi per generationẽ æternã à patre. Vnde ſuperius
dixit, A meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor. [*Pater autem in me manens, ipſe facit ope-
ra.*] ¶ Pater manſit in filio ſecundum naturam aſſumptam, quia per ſummã ſingularẽq̃ gratiam ha- Ioan.8.
bitauit in eo ſicut in tẽplo. Vnde ſuperius dixit Chriſtus de corpore ſuo, Soluite templũ hoc. ¶ Porrò, ſecundũ filij diuinitatẽ, ipſe pater mãſit & manet in filio, quia inuariabiliter perſeuerat, & eſt in eo Ioan.2.
per identitatẽ naturæ & circuminſeſsionem, ſicut nunc dixit filius, Ego in patre, & pater in me eſt.
¶ Pater igitur facit opera. i. miracula & cætera vniuerſa Chriſti geſta, & hoc dupliciter. Primò, quia
per Chriſtũ vt hominẽ operabatur & agit, ſicut per inſtrumentũ atque miniſtrũ, ita q̃ quicquid Chri
ſtus homo fecit, fecit virtute patris, patre operante tanquã cauſa principali, & Chriſto homine tanquã
cauſa inſtrumẽtali. Secũdo, quoniã pater omnia fecit per filiũ ſecundũ diuinitatem ipſius, iuxta illud, Ioan.1.
Omnia per ipſum facta ſunt. Itaque per hoc q̃ ait filius, Pater in me manẽs, ipſe facit opera, innuit q̃
ſua ac patris tãta eſt ſimilitudo & vnitas, atque tã intima vnio, ſeu exiſtẽtia vnius in alio, q̃ opera eo-
rum ſint eadẽ, ſeu operatio indiuiſa. Ex quo ſequitur, q̃ amborũ ſit vna poteſtas, & vna eſſentia. Quę
enim ſubſtantialiter diſtinguũtur, in opere diuerſificãtur. Hinc dictũ eſt ſupra, Quęcũque facit pater,
hæc & filius ſimiliter facit. Deinde Chriſtus affatur diſcipulos in cõmuni, [*Non creditis*] q.d. Hoc imò Ioan.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

credere debetis,[*Quia ego in patre & pater in me est? Alioquin*].i.si propter verba mea non creditis hoc, E
[*Propter opera ipsa credite*]id est ex consideratione totius vitæ meæ,quam scitis fuisse sanctã & irrepre-
hensibilem,& miraculorũ meorũ,quorũ aliqua totã facultatẽ naturæ excedũt,cæterorũque magnaliũ
meorũ.s.quod futura pure cõtingentia prænũciaui,cordiũque reseraui arcana,credite ꝙ ego in patre
sum,& ille in me,ita quod amborum sit vna essentia & potestas,indiuisaque opera.[*Amen amen dico
vobis qui credit in me(per fidem perfectam,)opera(miraculosa)quæ ego facio,& ipse faciet*]similia eis,nõ sua vir
tute,sed mea.Vnde Marcus ait,Signa eos qui crediderint hæc sequentur.In nomine meo dæmonia e-
Mar.16. iicient,linguis loquentur nouis,&c.[*Et maiora horum faciet.*]Hoc constat in apostolis adimpletũ,quo-
Matth.15. niã sua prędicatione plureis cõuerterunt q̃ Christ⁹.Ipsi quoque cõuerterunt eos,nec legẽ scriptã rece
Psal.104. perũt.Rursus Christus prædicauit in vna plebe,& vno idiomate secundũ qđ ait,Non sum missus nisi
Actu. 2. ad oues, &c.Apostoli vero trãsierũt de gẽte in gentẽ,& omniũ loquebãtur gẽtiũ linguis.Iterũ Chri
Lucæ.7. stus nõ legitur suscitasse nisi tres mortuos,aliqui autẽ discipulorũ plures suscitauerũt.Iterũ præcipuũ
Marci.5. quoddã inter opera Christi fuit,ꝙ ad tactũ vestimẽti ei⁹ sanabãtur infirmi:sed de Petro inducitur,ꝙ
Lucæ.8. eiiciebat infirmos in plateis,quatenus Petro veniẽte,vmbra eius obũbraret quẽquã ex illis,& cura-
Ioan.11. retur.Denique ꝙ apostoli dicũtur maiora fecisse,q̃ Christus, secũdũ Aug. intelligẽdũ est, nõ quo ad
Actuũ.5. opus operatum,quoniam Christus suscitauit mortuos quod est maximũ,nec maius miraculũ fecerũt
apostoli,sed quo ad modũ agẽdi.Causa vero cur credẽtes operarẽtur maiora quã Christus,à Christo
subiungitur,[*Quia ad patrem vado*].i.quia ad patrem ascendo,plenarie glorificabor in meipso,& in o- F
mnibus gentibus,ad quorum conuersionem decet maiora fieri à vobis,q̃ ego feci: & item decet vt cũ
glorificatus fuero in corpore,maiora fiant in nomine meo,quã feci ego cũ essem mortalis.Vel sic,quia
ad patrem vado.i.per hoc quòd ascendo,fiet vt mittam vobis spiritum sanctum,quem ante ascensio-
nem meam non potestis recipere.secundum quod dictum est,Spiritus nondum erat datus, quoniam
Ioan.7. Iesus nondum erat glorificatus.Et infra dicetur,Si non abiero,paracletus non veniet ad vos:si autem
Ioan.16. abiero,mittam eum ad vos.Cum vero spiritum sanctum in tanta plenitudine receperitis,facietis maio
ra quam ego per me feci; nõ quod maior erit virtus & gratia spũs sancti in vobis q̃ in me,sed quoniã
decens est,vt cum ad patris dexteram ascendens peruenero,per maiora signa glorificer per meos fide
les,quàm antea per meipsum.¶Sed cum Christus simpliciter dicat, Qui credit in me,opera quæ ego
facio & ipse faciet,& maiora horũ faciet.videtur ꝙ nullus sit veraciter christianus, nisi miracula ope
retur,& maiora quàm molitus est Christus.Et respondendum,ꝙ Christus ad literã loquitur,maxime
de perfectis fidelibus tẽpore primitiuæ ecclesiæ,cæterisque personis credẽtibus,electis ad hoc,vt gra
tiam signorũ sortiantur,sicque per eos alij conuertantur.Si vero vniuersaliter accipiatur sentẽtia chri
sti,intelligenda est spiritualiter,quoniã deuoti spiritualiter agunt miracula,quæ Christus corporaliter
gessit.Mortuos nempe resuscitant,dum mortalibus vitiis implicatos cõuertunt ad Christum, reducẽ G
do eos ad vitam gratiæ in præsenti.Talib⁹ enim dicit Apostolus,Filioli quos iterum parturio. Et hoc
Galat.4. quodammodo maius est,q̃ corporaliter suscitare defunctum,vt asserit Aug.quòd maius est impiũ iu
stificare,q̃ cælũ & terrã creare.Et iuxta Gregoriũ,miracula ista spũaliter exhibita,tanto sunt ampliora,quanto & spũaliora.Melius tamen puto dicẽdũ,ꝙ verbũ Christi quo ait,Qui credit in me,&c. intelligendũ sit particulariter,tam de credentibus q̃ de operibus.Præterea rationabiliter dici potest, ꝙ Christus hæc dixerit,ad insinuandum inæstimabilem potestatẽ fidei christianę,si fuerit consummata,
Marci.9. quia vt alio in loco ait Saluator,Omnia possibilia sunt credenti.Et,Si habueritis fidem sicut granũ si
Matth.21. napis,dicetis monti huic,Tolle te,& iacta te in mare,&c.Tantã nanque efficaciã contulit deus catho-
Matth.1. licæ fidei,vt sciamus ꝙ christi doctrina sit vere diuina,quæ in seipsa tam pura est,atque perfecta,vt di
gna sit fide absque miraculis.¶Sed ne ex hoc ꝙ dictũ est,maiora horũ faciet,crederet aliquis discipu
los Christi Christo posse æquari,vel propria potestate operari,adiecit Saluator,[*Et quodcunque petieri-
tis patrem in nomine meo*].i.per me,seu per virtutem & merita eorum,quæ pro humana salute assumpsi,
feci,& pertuli.¶Nomẽ autẽ Christi est Iesus,quod interpretatur saluator:idcirco in nomine filij dei
& Christi patrem petere,est illa rogare,quæ vere expediunt animæ,scilicet bona spiritualia & hone-
sta,quæ sunt virtutes,& dona,& gratia,vel etiam corporalia,inquantum necessaria sunt ad spiritualia
bona adipiscenda,augenda,conseruanda,aut consummanda Quodcunque ergo sic petieritis,[*Hoc fa-* H
ciam].i exaudiam precem vestrã,& implebo quod postulatis.Nõ dicit,Hoc faciet pater,sed hoc faciã,
vt ostendat se simul cum patre exaudire,gratiãque cõferre,iustificare & saluificare,ita ꝙ ipse & pater
sunt vnus exauditor:in quo declarat se esse patri æqualem,consubstãtialem,verũmque deum:quoniã
preces fidelium exaudire, iustificare,& saluare,deo est proprium.¶Interea,si quis rite cõsideret,sciet
quod ineffabilis,prorsũsque incõprehẽsibilis sit profunditas sacræ scripturæ,præsertim in euangelio
excellentissimi euãgelistę deificati Ioãnis. Nã vbicunque aliquid de Christi humilitate in verbo vel
facto ait scriptura,mox aliquid de eius sublimitate annectitur,& econtra frequenter,ne vel homo pu
rus,vel deus phãtastice incarnatus putetur. Paris enim periculi est secundũ Leonem papã,si illi vel no
stræ naturæ humilitas,vel diuinæ naturæ maiestas inesse negetur. Quoniã ergo Christus nunc dixit,
quod credentes in ipsum maiora facturi essent q̃ ipse,ne ex hoc aliud quippiam minus dignũ sentiret
Ioan.16. de filio dei,subiecit,Si quid petieritis patrem in nomine meo,hoc faciam,& non dixit,Hoc faciet pa-
ter:& tamen hoc infra ait,Si quid(inquiens)petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis.[*Vt glorifice
tur pater in filio*].i.ad hunc finẽ principaliter vos exaudiã,quatenus de⁹ pater gloriosus,pius atq; omni-
potens agnoscatur,& à fidelibus digne honoretur in filio.i.per gratiam à filio datã.¶Sed quoniã ex-
audire cõpetit Christo,ratione diuinæ naturæ,in qua patri æqualis est:aduertendũ ꝙ Christus sic ex-
audit,vt pater per filium glorificetur.i.ad gloriã patris,vt etiam exaudiat ad gloriam suiipsius ac spũs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ſancti. Nam quicquid fit ad gloriam vnius diuinæ perſonæ, ad totius ſupergloriosiſsimæ ſit gloriam trinitatis: & quicquid vna diuina perſona agit ad gloriam alterius, agit ad gloriam propriam. Non enim ſic operatur ad gloriam alterius, quaſi vna ſit dignior alia: ſed quicquid efficit deus, facit & ordinat ad gloriam ſuam finaliter, vt eius perfectio in creaturis reſplendeat, vt ipſe honoretur ab intelle- Proue.16.
ctualibus rebus. Hinc ſcriptum eſt, Omnia propter ſeipſum operatus eſt dominus. Et per Ezechielē Ezech.36.
dominus ait, Non propter vos ego faciam, dicit dominus deus, notum ſit vobis, ſed propter nomen ſanctum meum. ¶ Præterea, Chriſtus reſumit quod dixit, aiſque, Si quid, id eſt, aliquid dignum, quod in ordine ad vltimum finem alicuius dignitatis valeat reputari, [*Petieritis in nomine meo.*] Hic non ex- 2.Cor.12.
primit patrem, quia iam eum expreſsit: & item, quia à quacunque diuina perſona petatur, filius exau- Matth.8.
dit & tota trinitas. [*Hoc faciam.*] ¶ Poſſent hic multa inquiri, quomodo intelligenda ſint hæc, cū Pau Marc.5.
lus ter orauerit ſtimulum carnis ſibi auferri, & exauditus non ſit: ſed legio dæmonum quæ petiit mit
ti in porcos, cognoſcitur exaudita. Ad hoc autem & ſimilia breuiter reſpondendum, quod quando o- Lucæ.8.
ramus debito modo, ſeu cum conditionibus tribus ad orationis exaudibilitatem requiſitis, indubitā- Matth.6.
ter exaudimur, quæ conditiones ſunt tres. Prima, vt petamus inſtanter, ſeu inceſſanter: iuxta illud Lu Lucæ.18.
cæ, Oportet ſemper orare, & non deficere. Secundo, vt petamus ſalubriter, prout Ioannes habet, Hęc
B eſt fiducia quam habemus ad deum, quia quodcunque petierimus ſecundum voluntatem eius audit Proue.28.
nos. vnde nunc dicitur, in nomine meo. Tertia, vt petamus pro nobiſmetipſis, quia pro aliis non ſem- 1.Ioan.3.
per audimur, eo quod obicem ponant gratię dei. Poſſet autem & quartū addi, videlicet vt orans o- 1.Ioan.5.
bediat deo, ſeruando præcepta. Qui enim declinat aurem ſuam ne audiat legē, oratio eius erit execra-
bilis. idcirco ait in prima canonica ſua Ioannes, Chariſsimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fi-
duciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, &c.

¶ Proſecutio huius Cap. [*Si diligitis me, mandata mea ſeruate.*]

Articulus XXXVI.

Matth.5.
MVltipliciter iam conſolatus fuit Chriſtus diſcipulos de ſuo receſſu paſsionéque Lucæ.6.
mœſtos, nunc vero denuo conſolatur eos, promittendo ipſis conſolatorē per- Marci.5.
petuum atque dulciſsimum, ſcilicet ſpiritum ſanctum, cuius delectatio ſeu cō- Deut.5.
ſolatio omnem corporalem conſolationem vehemēter excedit, [*Si diligitis me*] Marci.12.
vere & ſpiritualiter, vt dicitis, [*Mandata mea*] quibus præcepi amicos, inimicóſ- Matth.6.
que diligi, non iraſci, deum diligere, vanam gloriam abhorrere [*Seruate*] vſque Matth.24.
C in finem. Qui enim vſque in finem perſeuerauerit, ſaluus erit. Signum nanque 1.Ioan.2.
dilectionis eſt obſeruatio pręceptorum, & exhibitio operis: iuxta illud Ioānis, Matth.7.
Qui ſeruat verbum Chriſti, vere in eo charitas dei perfecta eſt. Non enim otioſa eſt charitas, ſed vo- Ioann.15.
luntatem amantis vnit, atque parificat voluntati amati, vt quod velit vnus, velit & faciat alius. Ideo a-
libi dicitur, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ prȩcipio vobis. ¶ Monet ergo & imperat Chriſtus, vt
ſi diligamus eum, impleamus eius præcepta. Primò, ne eius dilectionem & gratiam per negligentiam
& torporem perdamus: oportet enim vt per opera nutriatur & conſeruetur. Secundò, vt in dilectio-
ne proficiamus, quoniam (teſte Auguſt.) charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. Ter-
tiò, ne quis fallat ſeipſum. Vix nempe eſt quis ita peruerſus, qui non blandiatur atque perſuadeat ſi-
biipſi, quod vtique diligat deum, præſertim cum naturaliter diligatur ab omnibus. Vt ergo omnes co
gnoſcant, an diligant deum dilectione ſupernaturali, meritoria, gratuita, & infuſa, audiūt à Chriſto, Si
diligitis me mandata mea ſeruate: tanquam dicat, non ſe exiſtimet me amare, qui meis non paret prę-
ceptis. Vult enim contraria meæ voluntati, nec pleno affectu mihi vnitur. [*Et ego (ſecundum humanam naturam) rogabo patrem (tanquam maiorem) & alium paracletum,*] id eſt, conſolatorem & aduocatum per-
ſonaliter à me diſtinctum, ſcilicet ſpiritum ſanctum, [*Dabit vobis*] infundendo cordibus veſtris dona
illius. ¶ Dicitur autem ſpiritus ſanctus conſolator, quoniam animam recreat, delectat, lætificat. Item-
que aduocatus, non quod ſit minor patre & filio, ſed quoniam corda eorum quos replet, facit deum
D iugiter inuocare, & mitigare. Iuxta quem ſenſum dixit Apoſtolus, ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis ge Roma.8.
mitibus inenarrabilibus. Denique Chriſtus dicendo, alium paracletum dabit vobis, inſinuat, quod &
ipſe ſit nobis à patre datus conſolator & aduocatus, de quo aſſerit Paulus, Per Chriſtum abundat cō- 2.Corin.1.
ſolatio noſtra. Et Ioann. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt pro- Ioan.2.
pitiatio pro peccatis noſtris. ¶ Sed quid eſt quod Chriſtus præmittit, Si diligitis me, mandata mea ſer
uate: & poſtea ſubdit, Et ego rogabo patrem & alium paracletū dabit vobis. quaſi aliquis poſsit Chri
ſtum diligere eiuſque præcepta implere, antequam ſpiritum ſanctum ſuſceperit? Et reſpondendum,
quod Chriſtus loquitur de donatione ſpiritus ſancti à patre, non quo ad primam ſpiritus ſancti infu-
ſionem, ſed quantum ad pleniorem ſuorum chariſmatum communicationem: ſicut ait Apoſto. Deus Roma.16.
ſpei repleat vos omni pace & gaudio in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti. Et ali- 2.Cori.1.
bi, Aemulemini chariſmata meliora. Porro ad literam præcipue loquitur Chriſtus apoſtolis, & de do-
natione ac miſsione ſpiritus ſancti in ſigno viſibili, & plenitudine illa abundanti, quæ facta eſt in die Act.2.
Pentecoſtes, ad quam amor Chriſti & obedientia mandatorum diſponunt: de qua ſuperfluentis ſpi- Lucæ.24.
ritus ſancti receptione, dicit Saluator diſcipulis apud Lucam, Vos autem ſedete in ciuitate, quouſque
induamini virtute ex alto. [*Vt maneat vobiſcum (id eſt, corda veſtra per ſua dona inhabitet) in æternum,*] vtpo-
te nunc in via per gratiam, & in futuro per gloriam. Non enim recedet à vobis per corporalem ſui à
vobis elongationem ſicut ego, cum non ſit incarnatus, ſed iugiter intra vos erit, quantum eſt ex parte

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſui. Si verba iſta ad apoſtolos referãtur, poſſumus dicere quod Chriſtus his verbis promiſit atque pr̃ E
dixit apoſtolis, quod per aduentum ſpiritus ſancti in die Pentecoſtes confirmandi eſſent in bono, ſic
quod deinde nunquam peccarent mortaliter, & per conſequens nunquam amitterent gratiam gratũ
facientem, ſpiritus ſcilicet ſeu ſpiritum ſanctum: qui tunc amitti atque recedere perhibetur, dum eius
dona perduntur, illa præcipue quæ gratum facientem concernunt, & per peccatum mortale tollũtur.
Si vero generaliter referantur ad omnes, dicendum quod deus pater quantum in ſe eſt, dat omni fide-
li ſpiritum ſanctum quatenus in eo permaneat in ẽternum, id eſt, habendo gratiam ſpiritus ſancti, creſ
cat, maneatq́ue in ea quouſque perducatur ad gloriã. [*Spiritum veritatis.*] ¶ Spiritus ſcilicet dicitur ſpi-
Ioan.15. ritus veritatis. Primo, quia eſt ſpiritus filii, cui veritas appropriatur. Procedit quippe à filio ſicut à pa-
Roma.8. tre. Vnde ait Apoſtolus, Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic nõ eſt eius. Rurſũſq́ue, Miſit deus ſpi
Galat.4. ritum filii ſui in corda noſtra clamantem, abba pater. Secundo, quoniam ſpiritus ſanctus eſt ſubſtan-
tialiter veritas ipſa. Nam tota trinitas eſt vna ſumma ſimpléxque veritas. Tertio, quoniam inſtruit ve
ritatem, omnémque errorem repellit. [*Quem mundus non poteſt accipere,*] id eſt, amatores mundi, homi-
nes carnales, vani & ambitioſi, qui terrena magis quam cæleſtia amãt & agunt. Talium enim amor cõ
trariatur ſpiritui ſancto, iuxta quod ſcriptum eſt, Adulteri neſcitis, quia amicitia huius mundi inimica
Iacobi. 4. eſt deo? [*Quia non videt eum*] oculo mentis, id eſt, cordis intuitum ad eum non dirigit, diſponendo ſe ad
gratiam eius, ſed ſenſibilibus iſtis immergitur, [*Neque ſcit eum*] cognitione diligenti, vel per guſtum di F
uinorum & experientiam ſpiritualium exercitiorum. Animalis etenim homo nõ percipit ea quę ſunt
1.Corin.2. ſpiritus dei, ſecũdum Apoſtolum. Nihilominus multi ſunt ſubtiles & eruditi in theologia, qui vtique
vident & ſciunt ſpiritum ſanctum, fide informi: ſed non recipiunt eum, quia nõ vident eum per cor-
Pſalm.84. dis ſui ad eum directionem, nec ſciunt eum per diligentem ac debitam conſiderationẽ. Nec enim cõ-
Titum.1. uertuntur ad cor, & deum quem ſe dicunt cognoſcere, negant operibus. Qui ergo vult ſpiritũ ſanctũ
recipere, vel ſeruare, affectum ſuum à mundo, & his quæ ſunt in mundo auertat, non ſe per exteriora
1.Ioann.2. diffundat, non circa vana & curioſa cognoſcenda ſe occupet, ſed redeat ad ſeipſum, diuina ſtudeat vi-
dere & ſcire. Hinc Ioã. ait, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, quia ſi quis diligit
1.Corin.2. mundum, non eſt charitas patris in eo. ¶ Poſtremo, quamuis ſpiritus ſanctus non ſemper maneat in e-
lectis & virtuoſis hominibus, quantum ad gratias gratis datas, quæ nõ ſunt de neceſsitate ſalutis, cu-
iuſmodi ſunt prophetiæ, gratia miraculorum: iugiter tamen manet in eis, quantum ad dona gratiam
gratum facientem concernẽtia, vt ſunt charitas, humilitas, manſuetudo. Per hoc quod dictum eſt, quẽ
mundus non poteſt accipere, non eſt intelligendum quod peccatores & ſeculares nequaquã poſsint
accipere ſpiritum ſanctum: ſic enim conuerti non poſſent, eſſétque deſperandum eorum de ſalute: ſed
ſic intelligendum eſt, quod inquantum tales non ſunt capaces ſpiritus ſancti, quamuis ſpiritus ſanctus
poſsit eos miſeric orditer præuenire, incapacitatem auferre, ſeipſum infundere. Sic enim pater dat ſpi- G
1.Cori.12. ritum ſanctum, vt ſpiritus ſanctus præſtet ſeipſum. [*Vos autem cognoſcetis eum,*] id eſt, ſpiritus ſanctus ſe-
1.Coii.7. ipſum vobis reuelabit, agnoſcetíſque eum, non ſolum per fidem illuminatam & ſapientiã ſpecialem,
ſed inſuper per ſuę dulcedinis guſtum, per ſuę poteſtatis & pietatis experientiam. Nónne Paulus co-
Lucæ.19. gnouit ſpiritum ſanctum, de quo tam multa conſcripſit? Alii (inquiens) per ſpiritum datur ſermo ſa-
Ioan.13. pientię, alii ſermo ſcientię, alii gratia ſanitatum, alii operatio virtutũ, &c. Ratio huius cognitionis ſub-
iungitur, [*Quia apud vos manebit,*] tanquam familiaris director, [*Et in vobis erit*] quaſi gratioſus inhabi-
tator. [*Non relinquam vos orphanos,*] id eſt, patre priuatos, hoc eſt, quamuis ad modicum tempus recedã
à vobis, ego qui ſum non ſolum dominus & magiſter veſter, ſed etiam pater, quia paternam ſolicitu-
Matth. 9. dinem gero de vobis, paterno affectu vos diligo, paterna vos pietate cuſtodio. Niſi enim Chriſtus eſ-
Marci.2. ſet pater fidelium, & ſuorum diſcipulorum pater fuiſſet, nõ diceret apud Matthæũ, Nunquid poſſunt
Lucæ.5. filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? quanuis inquam ſic recedam à vobis, & interim ſi-
tis ſimiles orphanis, quia mea præſentia atque ſolatio deſtituti, non tamen diu ſic deſinam vos. Pro-
pter quod ſubditur, [*Veniam ad vos*] poſt reſurrectionem perſenſibilem apparitionem, ſpiritualem cõ-
ſolationem, internamq́ue viſionẽ, [*Adhuc modicum (temporis reſtat) & mundus me iam non videt,*] id eſt,
illo tempore conſummato, homines mundani me vltra non videbunt in ſeculo iſto. Hoc modicum
fuit vſque ad ſepulturam, quoniam Chriſto ſepulto amplius non viderunt eum amatores mũdi. [*Vos*
Actu.2. *autem videbitis me*] poſt reſurrectionem oculo corporali & intellectuali. Hoc dicit Chriſtus, quia poſt H
reſurrectionem apparuit ſolis diſcipulis: propter quod Petrus ait, quod deus dedit eum manifeſtum
fieri, nõ omni populo, ſed teſtibus prę ordinatis à deo. Idco autem videbitis me, [*Quia ego viuo,*] id eſt,
ſtatim poſt paſsionem ad immortalem vitam reſurgo, & indeſinenter viuo ſecũdum diuinitatem, per
Gene. 45. quam poſſum ſuſcitare meipſum, & oſtendere vobis. [*Et vos viuetis*] id eſt, interim non occidemini:
Lucæ. 24. tunc quoque reuiuiſcet ſpiritus veſter, ſicut de Iacob in Gene. legitur, quod audiens Ioſeph viuere,
Ioan.20. reuixit ſpiritus eius. Vel, viuetis per gratiam ſpecialem, per quam digni eritis me videre. [*In illo die*] vi-
delicet poſt reſurrectionem, cum ſpiritum ſanctum receperitis per influxionem meam, & aperuero
vobis ſenſum ad intelligendum ſcripturas, [*Vos cognoſcetis (per fidem) quia (id eſt, quod) ego*] ſecundum di-
uinitatem [*Sum in patre meo*] per conſubſtantialitatem & circumineſsionem, & ſæpius dictum eſt, [*Et
vos in me*] ſicut membra in capite, ſicut contentum in continente, vt palmes in vite, vt amans in dile-
cto, vt effectus in exemplari atque fontali principio. Electi autem ſunt in Chriſto ſecundum vtranq;
eius naturam, & inquantum Chriſtus eſt homo, ſumus in eo per communionem naturæ: inquantum
vero eſt deus ſumus in eo, ſicut in cauſa ſaluante & conſeruante, & ſicut in vltimo fine. [*Et ego in vobis*]
per charitatem & gratiam & glorioſam inhabitationem, quaſi in templo & ſede. Nam anima iuſti eſt
Sapient.7. ſedes ſapientiæ, & congregatio electorum eſt templum, domúſque Chriſti. Hinc ſecundum Apoſto-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A lum, Christus per fidem habitat in cordibus nostris. Et in Deuter. Moses ait, A mantissimus domini habitabit confidenter, & in eo quasi in thalamo tota die commorabitur, & inter humeros illius requiescet. Præterea Christus secundum diuinitatem est in patre ingressibiliter, sicut triuus in fonte, sicut verbum in dicente, sicut conceptus in intelligente. Secundum humanitatem quoque est in patre sicut in capite. Caput enim christi deus, iuxta Apo. Est etiam Christus in nobis per sacram eucharistiæ communionem. [*Qui habet mandata mea,*] id est, diuina præcepta cognoscit, [*Et facit ea*] per obedientiam, sicut de iusto ait in Psalmo, In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. [*Ille est qui diligit me.*] quoniam argumentum dilectionis est operatio, cum charitas non sit otiosa, aut negligens. Vnde Ioan. dicit, Hęc est charitas dei, vt mãdata eius custodiamus. [*Qui autem diligit me*] siue vt hominem pro se passum, siue vt deum pro se incarnatum, atque saluantẽ, [*Diligetur à patre meo,*] id est, merito suæ dilectionis dona patris recipiet, eíque placebit. ¶ Aduertendum quod dilectio trinitatis ad nos est æterna, idcirco per omnem differentiam temporis explicatur. Nam supra dictum est, verbo præteriti temporis, Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et Paulus, Propter nimiam (inquit) charitatem qua dilexit nos pater. Infra quoque ait Christus per verbum temporis præsentis, Ipse pater vos amat. nunc vero futuro vtitur, dicens, Diligetur à patre meo. Omnes autem prædestinatos diligit deus æternaliter, atque simpliciter, etiam nunc quando non diligunt, sed iniqui sunt.

B Nam ipse prior dilexit nos. Diligit inquam eos secundum suæ prædestinationis intuitum: cum autem conuertuntur & diligunt, impendit eis suæ dilectionis effectum, quem plene ac finaliter impendit, cũ cæleſtem beatitudinem sortiuntur. Non prædestinatos autem nõ diligit absolute vel simpliciter, quia non vult eis simpliciter gloriam felicitatis æternæ, sed cum diligunt deum & in statu salutis sunt, diligit eos secundum præsentem iustitiam. Cum ergo ait Saluator, Qui diligit me, diligetur à patre meo, intelligi potest vel de electis, qui perseuerant & consummantur in bono, atque in Christi dilectione discedunt, & hi diligẽtur à patre simpliciter, atque finaliter, à quo veram beatitudinem consequẽtur: vel de præscitis, qui diligunt Christum ad tempus, & tunc diliguntur à patre secundum præsentem iustitiam. Veruntamen verba ista hoc loco sic intelligenda non sunt, sed de prædestinatis duntaxat, qui diligunt vsque in finem. Subiungit enim Saluator, [*Et ego diligam eum*] id est, æternaliter eum amabo, & verę dilectionis signa ei ostendam, dando ei gratiam saluificam in præsenti, gloriámque in futuro. Custodit enim dominus omnes diligentes se. Et in Prouerb. Salomonis, æterna sapiẽtia loquitur, Ego diligentes me diligo. Deinde Christus declarat suæ dilectionis præmium vltimatum, [*Et ego manifestabo ei meipsum,*] id est, dabo ei claram diuinitatis meæ notitiam, seu beatificam visionẽ, quæ est tota merces, vt infra habetur, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, & quem misisti Iesum christum. Potest tamen referri ad apparitionem christi post resurrectionem, qua se manifestauit discipulis in humanitate glorificata, quamuis non manifestauerit se in specie corporis glorificati. Sed prima expositio aptior est, quoniam Christus generaliter loquitur de amante, & mercede amantis. [*Dicit ei Iudas, non ille Iscariotis*]

C hoc est, non oriundus de vico nomine Scarioth, qui tradidit dominum, sed Iudas frater Iacobi minoris, cuius Iudæ est vltima septem Canonicarum epistolarum, consanguineus christi, quoniã filius materteræ eius. [*Domine quid factum est (id est, cur accidit) quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo*] hoc est, cur tantum præsers nos cæteris, cũ simus abiectæ personæ? Mirabatur hinc Iudas, quia humilibus mirum videtur, dum aliis præferuntur, cum ipsi alios præferant sibi. [*Respondit Iesus, & dixit ei,*] sicut patebit. causa huius fuit, quia discipuli in spiritualibus bonis excellentiores fuerunt mundo, qui pertinet ad massam perditionis. [*Si quis diligit me*] non sola dilectione naturali, qua & reprobi diligunt deum, & angeli apostatæ deum dilexerunt ante ruinam, etiam plus quam seipsos secundum Thomam & Scotum, imò secundum Augustinum, qui dicit quod intellectualis creatura naturali dilectione plus diligit deum, quam seipsum: aliter quid naturale esset inordinatum, cum tamen peccatum non sit, nisi recessus ab eo quod est secundum naturam, secundum Damascenum: vel recessus ab ordine, iuxta magnum atque diuinum Dionysium: sed qui diligit me dilectione gratuita & infusa, quæ est actus virtutis theologicæ, quæ charitas appellatur, quandoque tamen dilectio pro habitu sumitur, id est, pro charitate. [*Sermonem meum seruabit*] hoc est, euangelicam doctrinam custodiet, præceptis obediet, testimoniis credet. Amator enim voluntati dilecti seipsum conformat: idcirco qui vere

D diligit christum, approbat quæ approbat Christus, odit quæ reprobat ille: facit quod Christo placet, vitat quod displicet illi. Vnde in Prouerbiis dicitur, Serua mãdata, & legem, quasi pupillam oculi tui. Et Psalmista, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et certe quicunque cordialiter diligit aliquem, verba eius memoriter retinet, eius sermonibus in licitis acquiescit. Ex charitate ergo procedit obedientia. [*Et pater meus diligit eum.*] Qui enim diligit vnam diuinarum personarum, diligit omnes tres: & qui ab vna illarum diligitur, simul à tribus amatur: quia sicut nos diligimus Trinitatem, eadem dilectione, ita à singulis diuinis personis eadem charitate amamur. Quomodo autẽ amans christum, & ei obediens diligetur à patre, iam dictum est plenius super illud, Qui diligit me, diligetur à patre meo. Dominus enim diligit iustos, imò secundum Aristotelem, Vir contemplatiuus, atque theoricus est amantissimus deo. [*Et ad eum veniemus*] non per loci mutationem, vel corporalẽ accessum, sed per gratiæ augmentationem, per dilectionis incrementum, per omnium spiritualium bonorum multiplicationem. ¶ Istud enim intelligendum est non de primæuo aduentu patris & filii ad cor amantis, quoniam nemo diligit, vel obedit, nisi primo tota Trinitas eum præuenerit, & per gratiæ infusionem mentem eius intrauerit: sed qui diligit, gratiis potioribus adimpletur. Habenti enim dabitur. Et amor facit omnia esse communia. Vnde quo deum amamus ardẽtius, eo omnia bona sua copiosius nobis cõmunicat & infundit. Et si timentibus deũ nihil deest, quid poterit deesse amãti, vel quid poterit deus

Ephes. 3. Deut. 33. 1. Cor. 11. Psalm. 1. 1. Ioann. 5. Ioann. 3. Ephe. 2. Ioan. 6. 1. Ioann. 4. Ioann. 17. Lucæ. 24. Ioan. 21. Prouer. 7. Psal. 146. Matth. 13. Lucæ. 19. Psalm. 33.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1.Cori.6. negare ſuo feruido amatori? cum iuxta Apoſtolum, Qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt. ¶Porro ſi aliquid negat, hoc facit ex magna charitate, videlicet quia videnti non expedit impetrare quod orat, vel ipſa dilatio vtilis ei conſiſtit. [*Et manſionem apud eum faciemus*] hoc eſt, mentem eius gratioſe & pie inhabitabimus. Si enim teſte Apoſtolo, Corpora noſtra ſunt templum dei, quanto magis animæ? Et ſi debemus deum glorificare, & portare in corpore noſtro, quanto magis in anima per iugem memoriam, verum amorem, contemplationemque ſynceram? Præterea vbique & in omnibus eſt deus, ſed illos inhabitat in quibus eſt per dona gratiæ gratum facientis, & tam diu inhabitat quandiu perſeuerãt in gratia. Qui autem tẽpore tentationis ſuccumbunt, non ſtabiliter inhabitantur à deo. Hinc in Apocalypſi Ioannes ait, Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. [*Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.*] Interdum tamen ſeruat eos memoriter, nec vt obediat, ſed vt prædicando, loquendo, docendo, ſeu diſputãdo, doctus appareat, vel temporale lucrum ſortiatur. Et quia non ſeruat per obedientiam verba mea, idcirco nõ diligetur à patre meo, nec veniemus ad eum. [*Et ſermonem quem audiſtis*] ex ore meo [*Non eſt meus,*] ſecundum quod homo ſum, tanquam principalis doctoris vel locutoris, [*ſed eius qui miſit me patris*] qui per me loquitur tanquam per legatum & magni conſilii angelum, ſecundum quod homo ſum. Simile eſt quod ſupra dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. ¶ Auguſtinus & Gregorius ſic exponunt, Quoniam Chriſtus eſt verbum & ſermo patris, ideo ſermo quẽ loquitur Chriſtus, non eſt chriſti, ſed patris qui genuit verbum. Sed hoc verum eſt de verbo increato & ſermone æterno, non ſonanti vel tranſitorio. Chriſtus autem nunc maxime loquitur de ſermone quem protulit, & aures diſcipulorum immutauit, tanquam obiectum auditus immediatũ ac propriũ. Perſona vero loquens non auditur per ſe, vel tanquam obiectum auditus, ſed mediãte ſono. [*Hæc locutus ſum vobis, apud vos manens*] corporaliter & viſibiliter: [*Paracletus autem (id eſt, aduocatus & conſolator propter cauſas paulo ante inductas) ſpiritus ſanctus.*] Conſtat quod vnaquæque hypoſtaſis ſit ſpiritus & ſanctus, ſed cũ tertia perſona dicitur proprio nomine ſpiritus ſanctus, hoc quod dicitur ſpiritus ſanctus, pro vna dilectione accipitur. [*Quem mittet pater*] non miſsione locali, vel motu corporali, cum ſpiritus ſanctus ſit deus immenſus, omnia implens, nec loco, nec tempore, nec actione mutabilis, ſed miſsione ſpirituali per infuſionem donorum paracleti, vt mitti dicatur ratione ſui affectus, quem patre volente cauſat in rationali creatura. [*In nomine meo*] id eſt, in me, per me, & propter me. Pater enim omnia operatur per filium ſecundum filii diuinitatem, & per filium ſecundum naturã aſſumptam, id eſt, per merita vnigeniti filii ſui dat nobis virtutem & gratiam, & dona ſpiritus ſancti ad gloriã Chriſti, & vt perducamur ad Chriſtum noſtræ beatitudinis fontem. [*Ille vos docebit omnia,*] non ſimpliciter omnia, ſed omnia de quibus ſubiungitur, [*Et ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis,*] id eſt, vniuerſa quę vobis nunc prædico vel prædicaui proprio ore, quæ non poteſtis modo intelligere, propter eorum profunditatem, & veſtri ingenii tarditatem, veſtræque animæ multiplices paſsiones, actionem intellectus impedientes, videlicet propter magnam triſtitiam, timorem, dolorem, inſtruet vos ſpiritus ſanctus per ſupernaturalẽ mẽtis veſtræ illuminationem: quemadmodum dicit Apoſtolus, Dabit tibi dominus de omnibus intellectum. & ſuggeret, id eſt, commemorabit, ſeu ad memoriam deducet vobis omnia quæcunque dixero vobis. Hæc enim pro maxima parte obliti erant apoſtoli, quia & cum dicebatur, nõ intellexerunt ea perfecte, nec firmiter impreſſerunt memoriæ, variis afflictionibus impediti: ſed veniens in eos ſpiritus ſanctus, reduxit oblita ad eorum memoriam, adiiciens oblitorum & rememoratorum intelligentiam luculentam. [*Pacem*] internam & ſpiritualem, pacem gratiæ, pacem viæ, non perfectam, neque continuam, ſed perficiendam & perpetuandam [*Relinquo vobis,*] id eſt, habendam & cuſtodiendam præcipio, imò & confero, & ſi non modo, tamen poſt reſurrectionem, quando dicturus ſum, Pax vobis: vnde ſeipſum exponens, adiecit, [*Pacem meam,*] id eſt, veram mentis trãquillitatem [*Do vobis*] nũc inchoatiue, quam dabo vobis in patria perfectiue, ſeu conſummate: de qua pace dicit Apoſt. Pax chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras. Itémque, Pax Chriſti exultet ſemper in cordibus veſtris,

¶ Denique, pax eſt tranquillitas ordinis, quæ conſiſtit in hoc, quod caro obedit ſpiritui, ſenſualitas rationi, & ratio deo. Dum ergo anima ab inquietudine paſsionũ eſt libera, & diuinæ legi rite ſubiecta, pacem habet in ſe, & cum deo, imò cum proximo quantum in ſe eſt. Non enim contra aliquem paſsionibus agitatur, non inuidia ſtimulatur, non ira turbatur. Interdum tamen proximus cum homine tam pacato atque pacifico pacem non habet propter ſuam peruerſitatem. Vnde ad Romanos dicit Apoſtolus, Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Vel ſic, Pacem gratiæ relíquo vobis in via, pro dono præcipuo, pacẽ glorię do vobis in futuro pro prẽmio. Hinc enim ſecundum Auguſtinum, dicẽdo, Pacem relinquo vobis, nõ addit, meam, quia pax electorum in via, eſt multis tribulationibus & peccatis admixta: qualis non fuit pax chriſti, qui caruit omni culpa: ſed dicẽdo, pacem do vobis, addit meam, quoniam pax ſanctorum in patria aſsimilatur perfectæ paci Chriſti, quoniam caret omni malo culpæ & pœnæ. Tũc nempe perfecte implebitur quod per Eſaiam dominus pollicetur, Sedebit (inquiens) populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. [*Non quomodo mundus dat,*] id eſt, non pacem carnalem & ſecularem, qualem dant & procurant ſeculi huius vaniſsimi amatores, [*Ego do vobis.*] Illa etenim pax eſt quieta quædam fruitio temporalium diuitiarum, carnalium deliciarum, & cæterorum bonorum mundi huius, qualem habet anima vitioſa cum propria carne: de qua apud Matthæum ait Saluator, Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Huic malæ paci opponitur bona diſcordia, quam inter Phariſæos & Sadducæos miſit Paulus. De hac inordinata, perniciosáque pace, quæ eſt conſenſus aliquorum in malo, ait Pſalmiſta, Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. ¶Porro de pace ordinata iam dicta,

E F G H

Eſaiæ.9. Ioan.7. Ioann.1. 1.Cor.1. 1.Ioan.4. 2.Timo.2. Ioan.2. Philip.4. Col.3. Roma.12. Eſaiæ.52. Matth.10. Lucæ.12. Act.24. Pſalm.72.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A quam ad Galãtas ponit apoſtolus inter fructus ſpiritus, quum è regione ſcriptum ſit, Non eſt pax impiis dicit dominus. Hæc etenim pax ex charitate procedit, quoniam charitas ordinat hominem ad deũ & proximum, & ſic facit concordiam. Propter quod dicit Propheta, Pax multa diligẽtibus legem tuã. Pax iſta maxime appetenda & obſeruanda eſt famulis Chriſti. Beati enim pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Et iuxta Apoſtolum, In pace vocauit nos deus. Et, Non eſt deus diſſenſionis, ſed pacis. Hinc ad Epheſios hortatur, Soliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. [*Non turbetur cor veſtrum*] id eſt, non inordinate afficiatur affectione pacem internam impediente, [*Neque formidet*] humano, vel carnali timore, de quo dicitur, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et Salomon in Prouerbiis, Iuſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit. De quo rurſus dicit ſcriptura, Qui timet deum, nil trepidabit. Eſt autem alius timor bonus & virtuoſus, de quo in Prouerbiis habetur, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Apoſtoli autem habuerunt inordinatum timorem. Metuebant nanque Iudæos, ne Chriſtum & ipſos occiderent. Admonet igitur Chriſtus eos ad ſortem & inconcuſſam cordis conſtantiã. Cur autem ex ſua paſſione turbari non debeant, neque pauere, ſubiungitur, [*Audiſtis quia ego dixi vobis, Vado,*] id eſt, per paſſionem ſecundum humanitatem à vobis recedo ad modicum tempus, [*Et venio ad vos,*] id eſt, cito poſt reſurrectionem vos denuo viſitabo. [*Si diligitis me*] dilectione pura, ſpirituali, & perfecta, qualis non eſt dilectio veſtra ad me, ſed eſt pro magna parte ſenſualis & naturalis. Vnde &

B ſpiritum ſanctum nõ poteſtis recipere niſi à vobis receſſero. [*Gauderetis vtique, quia vado ad patrem*] per paſſionem, id eſt, congratularemini mihi propter glorificationem corporis, quam acquiro per mortẽ: quoniam moriendo, mereor mox reſurgere, glorificari in corpore, ad cælos aſcendere, ad patris dexteteram reſiſtere. Quamuis ergo de paſſione ſecundum ſe accepta, non ſit gaudendum, tamen inquantũ eſt cauſa tantæ felicitatis, eſt vtique cauſa, materiáque lætandi: & ad amicitiam pertinet, vt de bono dilecti, eiúſque proſperitate cordialiter iocũdemur. [*Quia pater maior me eſt.*] Hoc verbum viuificum, fuit inimico filii dei ſuperbiſſimo Arrio occaſio mortis, ita vt diceret filium dei puram creaturam à patre ſubſtantialiter differentem: cum tamen ex circunſtantia textus apertiſſime pateat, quod Chriſtus hoc loco dicat patrem ipſo maiorem, ſecundum id quod competit ſibi mori. Eſt igitur ſenſus, gauderetis, quia vado ad patrem, quia pater maior me eſt, ſecundum naturam aſſumptam, idcirco eundo ad eum, glorificor magis quam ante: cui glorificationi congaudere debetis.

¶ Porro, quod filius ſit patri vere æqualis, conſtat ex eo quod ait Apoſtolus, Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. [*Et nunc dixi vobis,*] quod mihi futurum eſt in paſſione, & reſurrectione, & aſcenſione, [*Vt cum factum fuerit,*] id eſt, cum verba mea videritis vere impleta, [*Credatis*] quod ego ſum Chriſtus filius dei, quem me eſſe affirmo, quoniam niſi is eſſem, non poſſem vobis futura pure contingentia, & ſupernaturalia, quæ fieri nequeunt niſi à deo, qualia ſunt reſuſcitatio & glorificatio mortui, tam vere ac certe prædicare.

C [*Iam non multa loquar vobiſcum*] in carne iſta mortali ante paſſionem: cuius cauſa annectitur, [*Venit enim princeps mundi huius,*] id eſt, diabolus dominus iniquorum, qui mundi nomine deſignantur: vnde de ipſis dæmonibus ait Apoſto. ad Eph. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, contra mundi rectores tenebrarum harum. Venit quippe diabolus, quia iam inſtigauit Iudam, vt traderet Ieſum, & principes ſacerdotum, vt eadem nocte facerent eum comprehendi, & die ſequenti. Venit quoque (vt reor) ad tentandum Ieſum, ſi forte eſſet Chriſtus, vel ad peccandum poſſet induci. Nondũ enim diabolus certus fuit de hoc, aliter non inſtigaſſet Iudæos ad Chriſti occiſionem. Quod autem diabolus poſt tentationem factam in deſerto, in pinnaculo, & in monte, redierit ad tentandum Ieſum, elici poteſt ex hoc, quod ſcriptum eſt apud Lucam, Conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab eo ad tempus. [*Et in me non habet quicquam,*] id eſt, nihil culpæ inuenit in me: de quo ſcriptum eſt per Eſaiam, Iniquitatem nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Vel, in me non habet quicquam, id eſt, aliquid poteſtatis, vel iuris, quia nil nocumenti vel pœnæ poteſt mihi inferre per ſuos, vel per ſe, niſi quantũ ego ipſe permiſero, præſertim cum pœna infligatur pro culpa, & mors ſit pœna peccati. Sed quia ex hoc dubitari poſſet, cur Chriſtus pati voluerit, qui non habuit culpam, adiecit, [*Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem,*] id eſt, ideo pati volo, vt innoteſcat hominibus, quantum diligo patrem: propter cuius honorem recuperandum

D mori volo pro hominum ſaluatione, vt redempti atque ſaluati laudent & honorent patrem, ſeu totam trinitatem in præſenti, & in futuro. [*Et ſicut mandatum dedit mihi*] ſecundũ quod homo ſum, [*Pater (vel trinitas) ſic facio.*] Præcepit enim deus Chriſto homini, vt omnia illa faceret, prædicaret & cõ ſummaret, per quæ deus ab æterno decreuit ſaluare genus humanum. Huic autem præcepto, chriſtus vt homo pleniſſime atque promptiſſime obediunt, dicente Apoſtolo, Factus eſt obediens vſque ad mortem. Hinc beatiſſimus Dionyſius operationem Chriſti appellat theoandricam, id eſt, dei virilem, quoniam quicquid fecit vt homo, fecit quaſi diuinitatis inſtrumentum. [*Surgite (à menſa) eamus hinc.*]

¶ Solet quæri, quorſum tunc iuit Chriſtus cum apoſtolis. Ad quod reſpondent Hilarius, Beda, & alii ſancti, quod iuit ad locum in quo fuit tradendus: ſed hoc improbat Lyra, quoniam infra in principio capituli 18. habetur, Hæc cum dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentẽ Cedrõ, vbi erat hortus, in quem introuit Ieſus cum diſcipulis eis, & ibi captus eſt Ieſus. Verum iſtud facile ſoluitur, vt dicamus, quod Ieſus cum diſcipulis ſurrexit à loco conuiuii, & iuit verſus villam & hortũ, vbi noſcitur conprehenſus. Non tamen peruenit ad locum illum, niſi ſermone iſto (qui vſque ad 18. capitulum protrahitur) conſummato, quem fecit in via, vel ſtando, vel procedendo, & forte nunc ſtando, nunc ambulando. Denique aliqui dicunt, quod Ieſus videns diſcipulos timore mortis ſic concuſſos, quod non aduerterunt ſenſum verborum ſuorum, quia erant in ciuitate aduerſariorum etiam tem

Galat. 5.
Eſaiæ. 57.
Pſal. 118.
Matth. 5.
1. Cor. 7.
1. Cori. 14.
Matth. 10.
Proue. 28.
Eccle. 34.
Proue. 28.
Philip. 2.
Matth. 16.
Ephe. 6.
Ioan. 13.
Matth. 26.
Matth. 4.
Ibidem.
Marci. 1.
Lucæ. 4.
Eſaiæ. 53.
Heſt. 13.
Philipp. 2.
Ioan. 18.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pore noctis, sicque continue direxerunt oculos suos ad ianuam, timentes ingressum Iudæorum, ideo E
Marci 14. eduxit eos ad locum securiorem, qui ignoratur: quod non videtur multum probabile, quia vt alii referunt euangelistæ, Petro dicente, Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo: & omnes discipuli similiter dixerunt. Ex quo patet, quod erant quasi animati ad moriendum cum magistro, quamuis postea instante & viso periculo succubuerint.

¶ Expositio Cap. x v. [*Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.*]
Articulus xxxvii.

[*Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.*] Christus se dicit vitem per similitudinem propter multa. Primo, quoniam sicut vitis habet ramos, seu palmites multos: sic Christus cum sit caput ecclesiæ, habet membra quam plurima, puta fideles, quorum collectio est mysticum corpus. Secundo, quoniam sicut vitis est
1. Cori. 11. arbor optimos fructus producens: sic Christus merito suæ cõuersationis & passionis, copiosissimum protulit fructum, innumerabiles saluans & conuertens ad
Hebræ. 4. deum: quemadmodum ad Hebræos dicit Apostolus, quod multos filios adduxit in gloriam.
Psalm. 71. Et Psalm. Benedicẽtur (inquit) in ipso omnes tribus terræ. Vnde F
Esaiæ. 49. ad insinuandum innumerabilitatem eorum, qui per Christum saluantur, qui sunt quasi botri & ger-
Esaiæ. 46. mina eius, deus pater vel trinitas ait ad eum per Esaiam, Parum est, vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad vltimum terræ.
Act. 10. Tertio, quoniam sicut lignum vitis est despectum, & tamen perutile: sic christus despectus fuit, cum esset omnium salus. Et non solum Christus, sed & ipsa ecclesia dicitur vinea, cum sit fœcũda in bonis, & multos continens filios: estque boni odoris atque saporis, laudabilem famam habendo, & diuina gu-
Esaiæ. 5. stando, ac filios suos spiritualibus poculis reficiendo. Vnde Esaias dicit de synagoga, Vinea domini Sa-
Oseæ. 10. baoth domus Israël est, & vir Iuda germen delectabile eius. Et in Osea, Vitis frondosa domus Israël.
Matth. 21. Vnde apud Matthæum dicit Saluator, Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, &c. Sed cum Christus non sit vitis, nisi per similitudinem, quomodo loquitur, Ego sum vitis vera? Dicẽdum quod dicitur vitis vera, propter veram similitudinem, non propter veram naturæ communionem cum vite:
Esaiæ. 40. sicut in Esaia inducitur, Vere fœnum est populus. Et item, vt se distinguat à praua ac sterili vinea: cui
Hiere. 2. apud Hieremiam dominus protestatur, Ego te plantaui vineam electam, quomodo ergo cõuersa es mihi in prauũ vineæ aliena? Non enim est vitis vera quæ talis est: de qua per Esaiã ait dominus, Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Sic ergo Christus dicitur vitis, quomodo appellatur agnus, leo, pa-
Esaiæ. 5. tria. Porro, cum vitis & palmites sint eiusdem naturæ, ipsáque vitis sit sub agricola, indigens eius cultu- G
Ioann. 1. ra, vel influentia: constat quod Christus dicat se vitem secundum naturam assumptam, secundum quã
Apoca. 21. ait, Pater maior me est: secundum diuinitatem vero agricola est, quemadmodum pater: imò tota trini-
Ibidem. tas superbenedicta & superdignissima est vnus agricola. Subdit ergo, [*Et pater meus agricola est,*] id est,
1. Cor. 1. agricolæ similis. Primo, quoniam sicut agricola mittit semen in terram, & plantat arbusta: sic deus in-
Ioan. 14. fudit animæ Christi gratiam, quæ est quasi semen virtutum: plantauit quoque in ea omnem scientiam, ac virtutem. Secundo, quoniam colit corda fidelium, ea à sentibus vitiorum purgando, per gratiam fœcundando, semen verbi cælestis in eis spargendo, & tandem in horreũ patriæ introducendo. Hinc Co-
1. Cori. 3. rinthiis scribit Apostolus, Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. [*Omnem palmitem in me non ferentem fructum*] id est, omnem infructuosum fidelem, qui fide informi, non charitate & bonis operibus mihi coniungitur, vnde non fert fructum in me, id est, opera bona & sancta desideria non producit in charitate, & gratia mea, [*Tollet*] id est, à consortio electorum separabit [*Eum*] pater, nunc gratiam subtrahẽdo, seu non influendo, & in futuro gloria eum priuando. Huic simile est quod Ioannes baptista as-
Matth. 3. serit, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quod sic sola sterilitas condemnatur, ipsa iniquitatis exequtio quantum torquebitur? Istud intelligendum est de his, qui in negligentiam finaliter perseuerant. [*Et omnem qui fert fructum,*] id est, omnem fidelem, qui habet
Galat. 5. fidem quæ per dilectionem operatur, & deo obedit, ac profert fructus: de quibus ad Galatas dicit A- H
Ibidem. postolus, Fructus spiritus est charitas, id est, actus charitatis, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, mansuetudo, &c. [*Purgabit eum*] pater, saltem à venialibus, & à reatu præteritorum mortalium, si
Iacobi. 3. habuit ea. In multis enim offendimus omnes. Et, Iustus septies cadit in die. Omnes quoque iustitiæ
Proue. 24. nostræ sunt quasi pannus menstruatæ. Purgat etiam deus iustos in via ab habitu dissimilitudinis, & mi-
Esaiæ. 64. noratione perfectionis: quemadmodum iuxta Dionysium angeli inferiores dicuntur purgari per hoc quod lumen intellectuale in eis augetur, seu confortatur. Purgat autem deus diuersis modis fideles: videlicet per pœnitentiam, per lachrymarum effusionem, per aduersa, videlicet per tentationes, perse-
1. Petr. 5. quutiones & infirmitates: nec dubium, quin per charitatis feruorem, qui operit multitudinem pecca-
Psalm. 84. torum, continuamque in diuinis diligentiam maxime deleantur peccata, quantum ad maculam, & reatum. [*Vt fructum plus afferat,*] in bonis operibus magis abundet. Nam in via dei non proficere, est deficere. Vnde oportet incessanter agere bona, & de virtute in virtutem procedere. ¶ Sed si ita est, quid est, quod multi cum cœperint agere bona, mox decidunt, & non solum non purgantur, sed pristinam gratiam perdunt? Dicendum quod Christus loquitur de proficientibus & electis: vel distributio præinducta intelligenda est pro generibus singulorum, non pro singulis generum: sicut & illa quę est in Da-
Danic. 7. niele, Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. [*Iam vos mundi estis*] à labe mortalium vitiorum, & ab incredulitatis errore, [*Propter sermonem*] id est, audiendo & obseruando doctrinam euangelicam, [*Quem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A *locutus ſum vobis.*]Beati enim qui audiunt verbũ dei,& cuſtodiũt illud. Et verba Chriſti animam purgant,illuſtrant,perficiunt, propter quod ſcriptum eſt,Beati ſumus nos,quia quæ placita ſunt deo,manifeſta ſunt nobis.[*Manete in me*]per fidem & charitatem, perſeuerando vſque in finem: quod ſi feceritis,[*Et ego manebo in vobis*]per gratioſam inhabitationem,benignam cuſtodiam,& ſingularem prouidentiam. Nunquã enim deus recedit à nobis,niſi primo receſſerimus ab ipſo. Et cum auerſi fuerimus, inuitat vt redeamus, ſempérque paratus eſt pœnitentes ſuſcipere. Idcirco impœnitentium prauitas nullum habet excuſationis colorẽ.[*Sicut palmes non poteſt facere fructum (ſcilicet vuas) à ſemetipſo,niſi manſerit in vite*]non præciſus,ſed humorem atque pinguedinem à ſtipite vitis trahens,[*Sic nec vos*]Apoſtoli,nec aliquis alius,poteſtis in bonis & meritoriis actibus fructificare,[*Niſi in me manſeritis*] per fidem & gratiam,nõ innitentes propriis viribus,ſed pietati & gratiæ meæ,præſertim cum ſitis membra mea. Quemadmodum ergo ſi palmes vel membrum abſcindatur,ſtatim areſcit,putreſcit, & priſtina virtute,fœcunditate & operatione priuatur, ſic fideles niſi Chriſto per charitatem inhæſerint, nil poſſunt meritorie operari,ſed peccati vetuſtate corrumpuntur,vitiis implicantur,tentationibus ſuperantur. Lucæ.11.

¶Cum enim beatitudo hominis ſit omnino ſupernaturalis, videlicet viſio dei per ſpeciem,nõ poteſt intellectualis creatura ex ſuis naturalibus aliquid agere,quod ſit meritorium beatitudinis huius,ſed indiget ſupernaturalibus mediis,quibus ad finem hunc perducatur. In quo damnatur hæreſis Pelagii,aſ- 2.Corin.3.
B ſerentis hominem propriis viribus poſſe iuſtificari,ac promereri. Quo contra dicit Apoſtolus,Fiducia talem habemus ad deum,non quod ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Et iterũ,Deus eſt qui operatur in vobis,& velle,& perficere pro bona voluntate,hoc eſt ex ſua voluntate benigna. Hinc apud Oſeam perhibet dominus, Perditio tua ô Iſraël ex te,in me tantummodo auxilium tuum. Nemo ergo præſumat,nullus ſe iactet, vel alteri præferat,aliúmve contẽnat. Vnde monet Apoſtolus,Itaque qui ſtat,videat ne cadat. [*Ego ſum vitis,vos palmites*]non per eſſentiam,ſed per ſimilitudinem: ſicut oſtenſum eſt. Philip.2. Oſeæ.13. 1.Cori.10.

¶Denique ſicut fidelis dicitur palmes & arbor,ſic appellatur oliua:iuxta illud Hieremiæ, Oliuã vberam,pulchram,fructiferam,ſpecioſam,vocauit dominus nomen tuum. Et in Pſal. Ego quaſi oliua fructifera in domo dei. Hoc quoque ſciendum, quod ſicut palmes quandiu manet in vite,pretioſus,ſpecioſus,ac nobilis eſt:ſi vero præcidatur,viliſsimus eſt,ad nullum vſum conueniens, niſi vt comburatur,prout dominus ait Ezechieli,Fili hominis, quid fiet ligno vitis,&c. Sic Chriſtianus quam diu manet in Chriſto per charitatem & gratiam,cũctis rite gẽtibus præfertur dignitate & merito. Quid enim chriſtiano tali felicius,cui regna ſunt parata cęlorum,qui chriſto incorporatus eſt,& deificatus in eo? ſi vero ſe auertat à Chriſto, & euangelicæ legis obedientiam deſerat,fit prorſus contemptibilis,atque viliſsimus. Hinc chriſtianorum dignitatem inſinuans Petrus,Vos(inquit)genus electum,regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. De auerſis autem & recidiuantibus ait, vilitatem eorum declarans,Contigit illis illud veri prouerbii,Canis reuerſus ad vomitum,& ſus lota in volutabro luti. [*Qui manet in me*]modo iam dicto,cuius videlicet intellectus mihi vnitur per fidem,voluntas per dilectionem,memoria per ſtabilitatem, [*Et ego in eo*] permaneo, conſeruando dona gratiæ meæ in anima eius,[*Hic fert fructum multum,*]id eſt,operibus bonis abundat,& creſcit in gratia. Quemadmodũ enim caput influit membris vitam & motum, & ſicut vitis ſuis palmitibus influit pinguedinem & humorẽ: ſic Chriſtus fidelibus influit vitam gratiæ,& motum actionum ſanctarum,humorem recepta dona alentem,itémque chariſmatum diuinorum pinguedinem. Vnde orat Pſalmiſta, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.[*Quia ſine me*] id eſt,ſine gratia mea gratum faciente,[*Nihil (meritorium) poteſtis facere.*]Propter quod dicit Apoſtolus, Gratia dei ſum id quod ſum. Et, Omnia poſſum in eo qui me confortat. Hinc apud Hieremiam legitur, Scio domine,quia non eſt hominis via eius,nec viri eſt vt ambulet,& dirigat greſſus ſuos. Nemo ergo ſibiipſi blandiatur, vel in ſeipſo glorietur,cum nil habet boni à ſe,& hoc ipſum quod habet,nec ad momentum poteſt ſeruare, ni conſeruetur à Chriſto. Denique ipſa prima mentis ad deum conuerſio, dei donum eſt & à deo. Propter quod Hieremias precatur,Conuerte nos domine ad te & conuertemur.[*Si quis me*] id eſt,in fide,charitate,& obedientia mea,[*Non manſerit,mittetur foras*]id eſt,ab electorum grege ſegregabitur,nunc voto & merito,& in futuro,loco,& præmio,atque in tenebras exteriores mittetur:quemadmodum ſcriptum eſt,Tollatur
D impius,ne videat gloriam dei.[*Sicut palmes (mutilus) & areſcet*] per ſterilitatẽ ab opere bono,id eſt, humore gratiæ,roréque gloriæ deſtituetur,nec erit tanquam lignum,quod plantatum eſt iuxta decurſus aquarum,ſed ſicut arbor quæ aruit,quoniam non habebat humorem,[*Et colligent eum*]id eſt, reprobis adunabunt eum angeli ſancti,executores diuini iudicii:de quibus ſcriptum eſt,In conſummatione ſeculi exibunt angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminũ ignis.ideo ſubditur,[*Et in ignem mittent*] id eſt,in ignem infernalem proiicient eum,cum dixerit iudex,Ite maledicti in ignem æternum. ¶Iſtud quoque particulariter adimpletur in morte ſingulorũ:de quo igne ait precurſor apud Lucam,Paleas comburet igne extinguibili. Eſaias quoque ait, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.[*Et ardet,*]cur non ait,& ardebit? quod ſi dixiſſet, verum dixiſſet, ſed verbo præſentis temporis vſus eſt,quoniam id quod fiet,deo præſentialiter cõſtat:& in eius præſcientia iam fit,quod in executione futurum eſt. Ardebit ergo,& non conſumetur,optabit mortem,& æternaliter punietur:quemadmodum in Apocalypſi dicitur,Cruciabitur iniquus igne & ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorum & agni, & fumus tormentorum eius aſcendet in ſecula ſeculorum. Et Pſalmiſta,Cadent ſuper eos carbones:in ignem deiicies eos,in miſeriis non ſubſiſtent.[*ſi manſeritis in me*]conformando voluntatem veſtram voluntati meæ,per charitatem & obedientiam verã,[*Et verba mea in vobis manſerint*] per iugem memoriam,& ſtabilem verborum adimpletionẽ,[*Quodcunque vo-* Matth.25. Matth.13. Eſaiæ.26. Pſalm.1. Hiere.17. Marci.11. Matth.13. Lucæ.3. Eſaiæ.66. Apoca.9. Apoc.14. Pſalm.139. Threno.5. Hiere.10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lueritis petetis] id eſt, quicquid placuerit animæ veſtræ poſtulabitis à patre, vel à me, [*Et fiet (id eſt, dabitur) vobis*] dummodo orando maneatis in me, orãdo vere ſalubria, prout mihi eſt placitũ, orãdo quo- E
Lucæ.18. que inſtanter. Sed quoniam iuſti non exaudiũtur ſemper pro aliis, quamuis petant ſalubriter & inſtanter pro illis, ideo ait, [*Fiet vobis,*] quia non ſemper fit aliis, eo quod ponant gratiæ obicem. [*In hoc glorificatus eſt pater meus*] id eſt, in hoc patris cæleſtis honor conſiſtit & gloria, non ob ſuam indigentiam, ſed ad noſtram vtilitatem, [*Vt fructum plurimum afferatis*] id eſt, multa opera meritoria perpetretis, alióſque conuertatis ad deum, vt ſint filii veſtri in Chriſto renati. ¶ In fructificatione ergo, & optima cõ-
Eſaiæ.44. uerſione fidelium glorificatur deus, quoniam honoratur in eis, eiúsque maieſtas & ſanctitas in tali conuerſione relucet, & tales deus ad gloriam ſuam creauit: ſecundum quod ait apud Eſaiam, Omnem qui
Ioan.5. inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. [*Et efficiemini mei diſcipuli*] credendo & obediendo, nec ſolum ſeruãndo præcepta, ſed etiam adimplendo cõſilia, & in hoc conſiſtit glorificatio patris. Qui enim honorificat filium, honorificat patrem. [*ſicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.*] Pater diligit filium ſecundum vtranque eius naturam, quia ſecundum naturam diuinam diligit eum tam perfecte & feruide, ſicut ſeipſum, videlicet amore immẽſo: ſecundum naturam vero aſſumptam, diligit eum amore præcipuo, magis videlicet quam cuncta ſimul creata. Amare quippe eſt alicui bonum velle. Maius autem bonum dedit & voluit deus Chriſto homini, quam toti vniuerſo, vtpote perſonalem vnionem
1.Ioan.3. cum verbo. chriſtus quoque diligit nos ſecundum vtranque ſuam naturam, quia vt deus diligit nos a- F
Ioan.3. more æterno, non tamen immenſo, ſed ampliori quam aliqua pura creatura diligit aliam. Porro vt homo diligit nos amore creato, infuſo, valde ardenti, atque præcipuo, quoniam animam ſuam poſuit pro nobis, & tantum noſtram concupiuit ſalutem, quod ad eam retulit quicquid fecit aut pertulit. Quemadmodum itaque pater diligit filium, ſic filius diligit nos, quoniam vt amor patris ad filium eſt gratuitus, ſic amor filii ad nos gratuitus eſt. Rurſus quemadmodum pater diligit filium, vt hominẽ, ſic filius
Roma.8. diligit nos. Sic enim pater diligit filium, volendo ei felicitatẽ æternam. Filius quoque nos amat ad idẽ.
Eſaiæ.53. Iterum, Sicut pater diligit filium, non tamen pepercit ei, ſed manibus impiorum tradidit eum: ſic filius
Proue.3. diligit ſuos fideles, non tamen parcit eis, ſed quanto ſunt chariores, tanto pluribus tribulationibus illos
Iudith.8. exercet: prout Sapiens ait, Tãquam aurũ in fornace probauit electos. Et Iudith, Omnes qui placuerũt
Iacobi.1. deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles. Propterea non debemus in aduerſitatibus contriſta-
Prouer.3. ri: ſed iuxta Iacobi documentum, Omne gaudium eſtimare, cum in diuerſas tentationes inciderimus. Hinc nempe in Prouerbiis Salomon loquitur, Diſciplinam domini fili mi ne abiicias, & ne deficias cũ ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus, corrigit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. [*Manete in dilectione mea,*] quæ eſt animæ vita, in qua perſeuerandum eſt iugiter, quoniam ſola perſeuerantia coronatur: nec aliquid præferendum, aut comparandum eſt diuino amori, ſed deus præ creaturis amandus eſt in infinitum. Idcirco ſecundum doctores potius deberet homo mortem corporalem ſubire, G
1.Ioann.4. quam vnum veniale committere. Quam autem beatum & ſanctum ſit in diuina dilectione manere, patet ex verbo Ioan. in ſua canonica, Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. [*ſi præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea,*] & tandiu in dilectione amnemus, quãdiu obedimus: quemadmodum etiam obſeruatio præceptorum procedit ex charitate, ſic conſeruat eandem:
Ioan.8. quoniam operatio perficit habitum, gratiámque meretur maiorem, qua habitus charitatis confortatur, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, ſecundum quod homo ſum. Nam quę placita ſunt illi facio ſemper, & quicquid iuſſit mihi per inſpirationem facere pro hominum ſaluatione, feci hucuſque,
Philip.2. eroque ei obediens vſque ad mortem, [*Et maneo in eius dilectione,*] pleniſſima, quia plus diligo eum, quã omnes electi. [*Hæc (moralia documenta) locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit,*] id eſt, ſpiritualiter
Philip.4. gaudeatis in deo, quemadmodum ego. Vel, vt gaudium meũ in vobis ſit, id eſt, beatitudo & gloria mea vobis communicetur in patria: prout Apoſtolus dicit, Si compatimur & conregnabimus. Vel, vt gau-
2.Timo.2. dium meum in vobis ſit, id eſt, vt ego de vobis, quaſi de bonis filiis glorier, quia beneplacitum eſt do-
Pſal.49. mino in populo ſuo. Et, Gaudium domini eſt fortitudo veſtra: quod non eſt ſic intelligendum, quaſi
Neem.8. gaudium dei aut Chriſti ex nobis augeatur: ſed quod deus vel Chriſtus in ſe delectetur propter ſeipſum, approbans bonum noſtrum, & gaudendo in nobis gaudium ſuum infundens, ac tribuens nobis.
Pſalm.16. [*Et gaudium veſtrum*] id eſt, ſpiritualis conſolatio quam habetis in via, [*Impleatur*] in patria. Iuxta illud, H
Pſalm.15. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Nec enim aliud implet noſtri intellectus capacitatem, & ſciendi auiditatem, niſi veritas prima, immenſa, per ſpeciem cognita: aliud quoque non implet noſtræ voluntatis deſiderium, niſi bonitas ſumma, & infinita, per fruitionẽ poſſeſſa. Patet ergo quod finis noſtrę creationis eſt gaudium plenum, tamque exuberans & perfectum, vt eo adepto, maius non cupiatur. [*Hoc eſt præceptum meum*] id eſt, præceptum præcipuum, quod ſpecialiter recolo, & diligenter ſeruari volo, [*Vt diligatis inuicem*] dilectione diuina, infuſa, & ſpirituali, [*ſicut dilexi vos*] id eſt, ordinate ad adipiſcendum vitam eternã, & item feruenter atque ſtabiliter. Nullus tamen diligere poteſt æqualiter Chriſtum. Qui autem ſic diligit proximos, propter nullam iniuriam ad odium cõcitatur, nec ob alicuius rei temporalis damnum ſibi illatum charitatem relinquit, cũ eius omiſsio ſit maximum damnum. ¶ Quamuis ergo multa ſint Chriſti præcepta, & præceptum diligendi deum ſit primum & maximum: tamen de præcepto mutuæ dilectionis proximorum ait Salua-
Roma.13. tor, Hoc eſt præceptum meum, quoniam dilectio proximi includit dilectionem dei, cum deus ſit cauſa & finis diligendi proximos. Et teſte Apoſtolo, Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non
Exod.20. adulterabis, non mœchaberis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, & ſi quod eſt aliud
Deut.5. mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. ¶ Deinde chriſtus oſtẽ-
Leuit.19. dit quæ ſit ſumma dilectio proximi, & quomodo aliquis diligit proximos ſicut Chriſtus dilexit nos,
Matth.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam (id est, vitam corporalem; aut se totũ) ponat*] id est, mor ti corporali exponat [*Quis pro amicis suis.*] Vita enim est maxime appetibilis, atque amabilis. Mors autẽ est omnium horribilium horribilissimum. Ideo vitam propriam contemnere, mortémque subire pro proximorum salute, est maxime charitatis effectus, ac signum. Cum enim sint quatuor ex charitate amanda, quorum vnum alio extat præstantius, scilicet deus, anima propria, proximus, & proprium corpus: ideo propter deum despicienda & exponenda sunt alia tria, & proprium corpus pro proximo. Veruntamen nemo debet animam suam spirituali morti exponere, vel eius salutem post ponere propter proximorum profectum, aut felicitatem, quamuis opera bona non debita sint sæpe omittenda ad vitandum scandalum pusillorum. Vnde apud Matthæum dominus ait, Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Hanc autem dilectionem habuit Christus, qui pro suorum electorum salute, mori ex charitate dignatus est. ¶ Sed videtur, quod pro amicis animam ponere non sit dilectio maxima, quoniam pro inimicis mori maius censetur. Rursus videtur Christus passus pro inimicis: quorũ vtrunque patet ex his quæ ad Romanos dicit Apostolus, Commendat autem charitatem suam in nobis deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, & cum adhuc inimici essemus, reconciliati simus deo per mortem filij eius. Dicendum, quod quicunque pro alio moritur, maxime diligit illum, quamuis odio habeatur ab eo, & sic est amicus eius ex parte sui, quoniam B diligit eum: sicque loquitur Christus, vt per amicum intelligatur quilibet proximus dilectus, quamuis non diligens. Vel dicendum, quod dilectio, qua quis animam ponit pro inimico, non est maior quàm illa qua moritur pro amico, quantum ad interiorem affectũ, cum inimicus non sit amico plus diligendus, quamuis maior appareat, seu euidentius ostendatur in effectu. Ad secundum dicendum, quod pro omnibus amicis, & inimicis, reprobis & electis occisus est Christus, eósque redemit sufficienter, seu quantũ in se fuit: pro solis vero electis efficaciter, qui fructum dominicæ passionis consequuntur, qui licet fuerint inimici secundum præsentem dei iustitiam, & propriam culpam, erant tamen amici secundum æternã prædestinationẽ. [*Vos amici mei*] id est, mihi dilecti, & dilectores mei estis, [*si fecerit is quæ ego præcipio vobis,*] vt non solum amicos, sed & inimicos in me & propter me cordialiter diligatis, optãdo eis saltem in generali bona animæ. Impletio enim præceptorũ est amicitiæ certum indicium. [*Iam non dicam vos seruos,*] seruitute procedente ex timore seruili, quem perfecta charitas mittit foras. Nõ enim seruitis timore pœnæ, sed amore iustitiæ, atque intuitu gloriæ. Ad hãc seruitutem pertinet quod dictum est octauo cap. Seruus nõ manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Verum omnes electi & virtuosi sunt serui sequitute procedente ex timore casto, & filiali, qui charitatem consequitur, vel ex ipsa charitate. Ad quam seruitutem pertinet illud Matthæi, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Hic seruus est amicus, & filius. De illa prima seruitute, atque timore seruili, scribit Apostolus ad Romanos, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis C spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. De hac seruitute charitatiua, & sancto timore, dominus ait apud Esaiam; Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis. Et alibi, Ad quem respiciam nisi ad trementem sermones meos? Cur autẽ apostoli non dicantur serui, subiungitur, [*Quia seruus (seruitute timoris seruilis) nescit quid faciat dominus eius,*] id est, secretoria facta domini sui. Hoc nempe videmus quotidie, quod homines in potestate & dominio cõstituti, non reuelãt seruis, qui puri serui sunt, sua secreta: seruis tamen fidelibus, quorum probitatem experti sunt, committunt, pandúntque secreta. Tales enim serui non sunt puri serui, sed aliquid de proprietate filiorum participant, cum amorosi sint ad dominos suos. Vnde in Ecclesiastico dicitur, Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. Et alibi, Seruus sapiẽs dominabitur filiis stultis. [*Vos autem dixi amicos*] dei & mei, hoc est, dilectos, familiares, & cõmunicantes bonis nostris, [*Quia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.*] Certũ est, quod Christus quando hæc dixit, nondum patefecit apostolis omnia quæ audiuit à patre, cum infra testetur, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Augustinus ergo exponit hæc verba per modũ propheticę denunciationis, vt ponatur præteritum pro futuro, vt sit sensus, Omnia illa nota feci, id est notificabo vobis in patria, quando venerit quod perfectũ est, & euacuabitur quod ex parte est. Tũc enim videbimus deum per speciẽ, & in illo cætera omnia conficiemus. Porrò superius dictũ est sępius, D quomodo christo secũdũ vtrãque naturã cõueniat audire, seu audiuisse à patre. ¶ Quòd autẽ nulla pura creatura omnia noscat quæ Christus cognoscit, vel à patre audiuit, secundũ quod deus, certissimũ est. Sic enim cognoscit actualiter infinita, imo & infinities infinita. Rursus, Nulla intellectualis creatura citra christũ cognoscit distincte & particulariter omnia quę Christus, vt homo: quia quęcũque cognoscit verbũ notitia visionis, cognoscit anima Christi. Itaque quod ait, Omnia quæcũque audiui à patre meo, nota feci vobis, intelligendũ est, non de omnibus absolute, sed de omnibus quæ Christus à patre audiuit notificanda esse discipulis secundũ exigentiam status eorum, & secundum vtilitatem ecclesię: iuxta quem modum scriptum est in prima Ioannis canonica, Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed vnctio docet vos de omnibus, & nostis omnia. Talis nãque distributio accõmoda frequens est in scripturis, vt cũ ait Psalmista, Nihil deest timẽtibus deũ. Et in libro Sapientiæ legitur, Venerũt mihi omnia bona simul cũ illa, puta cum sapiẽtia: & tamẽ pauca sunt omnia bona vitæ præsentis, iuxta illud, Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Sic quoque ait Apostolus, In omnibus diuites facti estis in Christo, ita vt nihil desit vobis in vlla gratia. [*Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos.*] Siue intelligatur hoc de electione æterna, quæ est prędestinatio, qua christꝰ secundũ naturã diuinã quosdã ab ęterno elegit: siue de electione tẽporali, qua christꝰ in mũdo cõuersans quosdã ad gratiã & apostolatum vocauit, verum est, quod ipse nos elegit antequam eum elegimus, sicut & nos dilexit antequam

Matth. 22. Marci. 12. Galat. 5. Iacob. 3. Matth. 16. Roma. 5. 1. Ioan. 4. Ioan. 8. Matth. 25. Roma. 8. Esaiæ. 65. Esaiæ. 66. Eccle. 33. Proue. 17. Ioan. 16. 1. Cor. 13. Ibidem. 1. Ioan. 2. Psalm. 33. Sapien. 7. Matth. 25. Luc. 19. 1. Cor. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Baruch.3. eum dileximus. Elegit ergo apoſtolos, cæterósque ſaluandos, id eſt, ex ſua liberalitate præ cæteris ordi E
nauit eos ad vitam æternam, & de gratia ad hoc neceſſaria ipſis præuidit: quoſdam quoque ex multitu
1. Ioan.4. dine diſcipulorum ſuorum elegit in apoſtolos: ex quo ſequitur, quod gratia dei non eſt ex meritis præ
uiis, nec ideo deus quenquam elegit, quoniam vidit illum ſe electurum, cum nemo poſsit Chriſtũ me
ritorie eligere, ſine præuia fide quæ eſt donum dei, & mentis ſuæ auerſione à rebus caducis, eiúſque cõ
uerſione ad deũ, quod non fit ſine gratia ſpeciali & gratum faciente. Propter quod frequẽter orat Pſal
miſta, Domine deus conuerte nos. Et Apoſtolus ad Epheſios, Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc nõ
ex operibus: dei enim donum eſt, ne quis glorietur. Itémque ad Titum, Apparuit benignitas & huma-
Pſalm.79. nitas Saluatoris noſtri dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdum ſuam miſericordiã
Epheſi.2. ſaluos nos fecit. [*Et poſui*,] id eſt, ad hoc inſtitui atque paraui, [*Vos, vt eatis (per totum mundum) & fructũ*
Titum.3. *afferatis*,] id eſt, ſpirituales filios generetis, baptizando, docendo, ædificando, quatenus impleatur quod
dictum eſt, In omnem terram exiuit ſonus eorum. [*Et fructus veſter maneat*,] id eſt, eccleſia per vos con-
Pſalm.18. uerſa, atque in Chriſto renata, vſque in finem ſeculi perſeueret, & deinde ad ęternam hęreditatem per
tingat. Vel ſpiritualiter ſic, Poſui vos in vita pręſenti, in via huius exilij, in corpore iſto mortali, vt eatis
de bono in melius, de fide in opus, de ſtatu animali ad ſpiritualem, & fructum afferatis, id eſt, tanquam
Pſalm.91. bona arbor fœcũdi ſitis in actibus virtuoſis: iuxta illud in Pſalmo, Iuſtus vt palma florebit. Et illud O-
Oſeę.14. ſeę, Iſraël germinabit ſicut lilium. & fructus veſter maneat, id eſt, ęterna mercede pręmietur. Opera e- F
Apoc.14. nim illorum ſequuntur illos. [*Vt quodcunque*] vere expediens & ſalubre, [*Petieritis patrem meum in nomi-*
ne meo (inſtanter) det vobis.] Superius dixit, Quodcunque petieritis patrem in nomine meo hoc faciã: hic
dicit, Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis: ex quo cõcluditur, quod pater & filiꝰ
ſunt idem dator gratiarum, vnúſque auditor precum noſtrarum, & per conſequens vnus deus. Quorũ
enim vna eſt operatio, eadem eſt natura.

¶Explanatio ſequentis partis huius xv. cap. [*Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.*] Articulus xxxviii.

Requenter magiſter vnitatis, totius charitatis exemplar, dominus Ieſus ſuos diſcipulos, & ſub il
F lorum perſona totam eccleſiam prouocat ad charitatem fraternam, propter rationes præmemo
ratas, [*Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*] Qui enim diligit fratrem ſuũ, in lumine permanet.
[*Si mundus*] id eſt, homo mundanus & impius, vel congregatio talium, [*Vos odit*,] imò quia ſic eſt. Nunc
enim odiunt vos aduerſarij mei, ſcribæ & phariſæi: & poſt meam aſcenſionem, cum prędicare cœperi
Matth.24. tis, magis vos odient, deinde principes terræ & multi gẽtilium odio vos habebũt. Vnde apud Matthęũ
ait Saluator, Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. [*Scitote*] ad conſolationem veſtrã,
1. Ioan.2. & vt ſeruetis patientiam, [*Quoniam me priorem vobis odio habuit.*] Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primo G
Ioan. 7. ſic, me priorem, qui prior ac maior ſum vobis, odio habuit: vnde ſuperius dixit Saluator, Me odit mũ
Pſalm.68. dus, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quoniam opera eius mala ſunt. Et in Pſalmo, Multiplicati
ſunt (inquit) ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Secũdò ſic, Me priorem vobis, id eſt, me
prius quã vos odio habuit mundus, id eſt, populus iſte Iudaicus, carnalis, ac reprobus. Nã ex odio quo
odit me, concepit rancorem aduerſum vos. [*Si de mundo fuiſſetis*] per imitationem culpæ, ad ſocietatem
ſecularium hominum pertineretis, & illis in vita conformes eſſetis, [*Mundꝰ quod ſuum erat diligeret*,] hoc
eſt, tunc iſti terrenorum amatores vos amarent carnali & vitioſo amore, tanquam aliquid ſui, & quaſi
ad eandem perditionis maſſam, ſeu idem corpus diaboli pertinentes. Similitudo enim eſt cauſa amoris,
Eccle.27. & omne animal diligit ſibi ſimile: ſicque amatores mundi amant ſuos amatores. Veruntamen non
eſt ſic intelligendum, quod quilibet mundanus amet quemcunque mundanum, præſertim, cum in-
Prouer.15. ter ſuperbos ſemper ſint iurgia, & filij huius ſeculi iugiter contra ſe dimicent, eo quòd vnus habeat
quod appetit alter, ſed mundanus amat mundanum ſibi conuenientem. Et quamuis ſimilitudo ſit
per ſe cauſa amoris, per accidens tamen eſt cauſa rancoris. [*Quia vero de mundo non eſtis*,] id eſt, ad gre-
gem reproborum non pertinetis, [*Sed ego elegi vos de mundo*,] hoc eſt, à mundanis & vanis hominibus vos gratioſe & pie ſeparaui, [*Propterea odit vos mundus*,] tanquam ſibi diſſimiles, & ſuis deſi-
derijs contrariantes. Veruntamen non omnes mundani odiunt bonos. Videmus quippe, quod mul- H
ti ſecularium libenter conuerſantur cum deuotis, & eleemoſynas eis communicant, nec tamen corri-
gunt vitam. Chriſtus ergo loquitur de hominibus prorſus mundanis, in quibus ratio penitus excæ-
catur, & induratur voluntas intantum, vt odiant religionem, & quicquid religioſum aſpexerint qua-
ſi ſuperuacuum iudicant. De talibus dicit Ioannes, Propterea mundus non nouit nos, quia non no-
uit deum. Et iterum ait Ioannes, Nolite mirari ſi odit vos mundus, nos ſcimus quoniam tranſlati ſu-
1. Ioan.3. mus de morte ad vitam. [*Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis.*] vt ait Ioannes, Non eſt ſeruus ma-
Ibidem. ior domino ſuo. Hoc Chriſtus commemorat, vt diſcipuli, omnésque Chriſtiani exemplo Chriſti diſ-
Ioan.13. cant pati aduerſa, & in omni tribulatione gaudere. Propter quod Petrus hortatur in prima ſua epiſto-
la, Si exprobramini in nomine chriſti, beati. Et deinde, Communicantes chriſti paſſionibus gaudete,
1. Petri.4. vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Non ergo ſe putet regnaturũ cum Chriſto, qui iam nõ vult o-
Ibidem. dio haberi, & tribulari à mundo. [*Si (pro quia) me perſecuti ſunt*] Iudæi verbis, & factis, dicẽtes, inſanit, dæ
Ioan.10. monium habet, blaſphemat, & nunc me præcipitare, nunc lapidare volentes, [*Et vos perſequentur.*] Hoc
Marc.2. patet impletũ in Actibus Apoſtolorũ, quomodo clauferũt & flagellauerũt apoſtolos. [*Si ſermonem meum*
Lucæ.4. *ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt*]. i. ſicut prædicationẽ meã ſpreuerũt, quia nec credere, nec obedire vo
Ioan.10. lebãt, ſic veſtrã deſpiciẽt pro maiori parte. Quãuis enĩ nõnulli Iudęorũ p chriſtũ, & multi p apoſto-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A los sint conuersi,tamen comparatione aliorum,quasi nulli fuerunt.Propter quod ait Christus per Esaiam,Hæc dicit dominus ad me,vt reducam Iacob ad eum,& Israël non cõgregabitur.Oseas quoque Ego(inquit)erudiui eos,& in me cogitauerunt malitiam,reuersi sunt,vt essent absque iugo.[*sed hæc omnia facient vobis,*]id est,odio vos habebunt,persequentur,sermonem vestrum despicient,[*Propter nomen meum*]extinguendum.i.vt fidem & famam meam extinguant,iuxta illud Hieremiæ,Nomen eius non memoretur vltra.Vel,propter nomen meum,quasi ob causam meritoriam tantæ persecutionis.i. propter fidem,cõfessionem,& prædicationem nominis mei,[*Quia nescinnt eum qui misit me*] id est,deũ patrem.Quamuis enim diuinitatis vnitatem agnouerunt,secundum illud Psalmi,Notus in Iudæa deꝰ. non tamen cognouerunt personarum trinitatem,nec patrem sub proprietate relatiua,sed nec deũ cognouerunt formata notitia:de qua dicit Ioannes,Qui se dicit nosse deum,& mandata eius non custodit,mendax est.¶Hæc vero ignorantia nequaquam excusat,cum sit affectata & iuris,atque ex odio emanauit.Sæpe enim prædicauit eis Christus de patre cælesti,sed noluerunt attendere.Similiter gentiles christianorum persecutores non excusantur per nescientiam,quoniam prædicatores christi pertinaciter repulerunt,& à veritate auerterunt aures,quasi aspides surdæ.[*si non venissem*]in propria persona per incarnationis mysterium ad Iudæos,prout prænunciauerunt prophetæ,[*Et locutus eis non fuissem (proprio ore)peccatum non haberent,*]tam enorme ac multiplex vt nunc.Itaque dicendo, Peccatum nõ ha

B berent, non abnegat cætera peccata:sed peccatorum tam grandem enormitatem: quemadmodũ supra dixit de cæco,Neque hic peccauit,neque parentes eius.Augustinus tamen exponit sic,Peccatum,id est infidelitatis culpam,quæ est magnum valde,& virtualiter omne peccatum,non haberent.Christus enim fuit eis specialiter repromissus,idcirco non poterunt de perfidia Christi redargui,nisi Christo eis misso,atque loquuto.[*Nunc autem excusationem non habent de peccato suo,*].i.infidelitate,& cæteris excessibus in me commissis:quoniam tot visis miraculis,& prophetarum scripturis tam euidenter impletis, credere contempserunt ex sua malitia,quæ eorũ animas obnubilauit:propterea venit super eos ira dei vsque in finem,secundum Apostolum.[*Qui me odit,& patrem meum odit.*]quoniã patris & filij est vna essentia,vna voluntas,vnáque veritas.Qui igitur odit Christum propter opera eius,ac documẽta,odit & patrem,cuius sunt opera illa,& documenta,quemadmodum filij:imò qui non credit in filium,mẽdacem facit patrem.¶Insuper adhuc ostendit christus grauitatem & inexcusabilitatem peccati Iudæorum,[*si opera nõ fecissem in eis,*]hoc est,supernaturalia facta,omnem creatam potestatem transcendẽtia, [*Quæ nemo alius fecit,*]id est,tam magna & multa , quanta & qualia nullus præcedentium prophetarum vel patriarcharum peregit.Quamuis enim quidam illorũ magna fecerit,scilicet Moses , Iosue,Helias, & Helisæus,non tamen comparari queunt Christo,qui de quinque panibus,tribúsque piscibus quinque milia satiauit:de septẽ quoque panibus,ac paucis piscciculis 4.milia,qui cæcum à natiuitate illustra

C uit,quatriduanũ mortuum reduxit ad vitã,super pelagi vndas transiuit,& alia innumerabilia fecit pro digia:in cuius passione supernaturaliter eclipsatus est sol, & luna solitũ cursum vehementer mutauit, cũ quo multa sanctorum(qui dormierant)corpora surrexerunt,& venientes in sanctam ciuitatem,apparuerunt multis.[*Nunc autem & viderunt*]me præsentem quem expectabant futurum,& opera mea miraculosa,sicut Esaias prędixit,Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.[*Et oderunt me,& patrem meum.*]Me enim voluerunt,& volunt occidere,patrisque æterni honorem & cultum auferre.Cur autem deus permiserit tantum malum,& quid boni consecutum sit illud,subiũgitur,[*sed vt.*]dictio ista, vt,sumitur iam concomitanter,non causaliter[*Adimpleatur sermo(propheticus)qui in lege eorum,*]scilicet in libro Psalmorum,in Psalmo qui incipit,Saluum me fac deus,quoniam intrauerunt aquæ:qui Psalmus ad literam scriptus est de Christi passione,& Iudæorum excæcatione.[*scriptus est (hic sumitur lex pro tota veteris testamenti scriptura)quia odio habuerunt me gratis,*]dupliciter.Primò,quoniam sine rationabili causa oderunt me.Ego enim multa beneficia contuli eis,sed retribuerunt mihi mala pro bonis,odium pro dilectione,persecutionem pro liberatione,mortem pro veritatis testificatione.Secũdo,quoniam ex hoc,ꝙ me oderũt,nullum consecuti sunt commodum,sed maximum detrimentum.Illud autem gratis oditur,ex cuius odio nullum emolumentum acquiritur.Vnde & Hieremias prædixit, Attẽde domine,& audi voces aduersariorũ meorum.Nunquid redditur pro bono malum?¶Porrò in Psal

D mo præallegato sic scriptum est,Multiplicati sunt super capillos capitis mei,qui oderũt me gratis.Idẽ quoque habetur in Psalmo,in quo legitur, Non supergaudeãt mihi qui aduersantur mihi inique,qui oderunt me gratis,& annuunt oculis.ex quo in expositione libri Psalmorum probaui,ꝙ Psalmus ille, cuius exordium est, Iudica domine nocentes me,sit ad literam exponendus de Christo. Lyra vero exponit eum literaliter de Dauid , & tamen hoc loco dicit Christum allegare scripturam huius Psalmi, quo dato Psalmus iste exponendus est ad literam de Christo,cum probatio nõ valeat,nisi ex sensu literali,secundum Augu.Illi ergo oderunt me gratis,quasi non sim Christus,sed seductor.[*Cum autem venerit*]non locum mutando,sed in signo visibili de nouo operando,& maximam gratiam infundendo, [*Paracletus,*]hoc est,consolator spiritussanctus,qui spem veniæ imprimendo lætificat pœnitentem,& diuinorum sapidam cognitionem præstando exhilarat contemplantem,[*Quem ego mittam vobis*]dando & influẽdo mentibus vestris munera eius:imò & ipsum,iuxta illud Apostoli, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.¶Porrò per hoc quod Christus asseruit, quem ego mittam vobis,ostendit,quod spiritus sanctus ab ipso procedat. Non enim vni diuinarum personarum competit dare,vel mittere aliam secundum naturam diuinam , nisi ratione originis , seu authoritatis ad illam:ideo nunquam legitur pater missus à filio , vel,spiritu sancto, sed econtra . Non itaque congrueret filio mittere spiritum sanctum,nisi esset in filio authoritas respectu spiritussancti,videlicet nisi à filio emanaret. Quod vero adiecit,à patre,accipi potest dupliciter.Primo sic,quem mit-

Esaiæ. 49. Oseę.7. Matth. 10. & 24. Luc. 6. Marc.10. Hiere. 11. Psalm.82. Ioan.8. Psalm. 75. 1.Ioan.2. Psalm.57. Ioan. 9. Ephes.5. Iosue.10. Exod. 7.8. 9.10. 3.Reg.17. & .18. 4.Regũ.4. 5.6.&7. & 8. Matth.14. Lucæ.9. Ioan.6. Marc.8. Ioannis. 9. Ioannis.11. Matth .27. Esaiæ.30. Psalm. 68. Psalm. 43. Hiere.18. Psalm. 68. Psalm. 34. Rom.5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tam vobis à patre, quasi à fonte, de quo profluit spiritus sanctus: vel quem procedentem à patre, mittã E
Ioan. 14. vobis. Secundò sic, quem mittam vobis à patre, hoc est, virtute diuina quam susce pi à patre, à quo habeo quod spiritus sanctus procedit à me processione æterna, & mittitur à me missione temporali. [*Spiritum veritatis*] hoc est, spiritum meum, qui sum veritas, & sapientia patris: vel spiritum, qui est examen
1. Cor. 3. & doctor totius veritatis. Dicit enim Apostolus de spiritu sancto ad Romanos, Si quis spiritum Chri-
Roma. 4. sti non habet, hic non est eius. [*Qui à patre procedit.*] Hoc addit Saluator, ne putaremus, quòd à filio dũtaxat procederet spiritus sanctꝰ, eo quod dixit, Quem ego mittam vobis. Procedit ergo à patre & filio non quasi à distinctis personis, sed inquantum sunt vnum in natura & voluntate. Est nanque spiritus sanctus amor. Amor vero est germen atque processio voluntatis. Quemadmodum ergo mundus creatus est à tribus personis, non inquantum sunt distincta supposita, sed vt sunt vnus deus in essentia, atque potentia indistinctæ, ita quod tres personæ sunt vnus creator: sic spiritus sanctus procedit à patre & filio, per id in quo idem sunt, scilicet per voluntatem, propter quod sunt vnus spirator, vnus fõs, vnúmque principium spiritus sancti. [*Ille testimonium perhibebit de me*] per opera sua miraculosa. ¶ Hoc autem in die sancto pentecostes constat impletum. Per hoc siquidem quòd spiritus sanctus infudit formidolosis illis idiotis, rudibúsque discipulis, inuincibilem, fortissimámque constantiam, diuinarũ scripturarum copiosam notitiam, omnium quoque linguarum notitiã, aperte monstrauit, quod Iesus (pro cuius honore hoc factum fuit) esset verus Christus. vnde tam forte testimonium perhibuit christo spi- F
Acto. 2. compuncti sunt corde, & conuersi ad Christum: quemadmodum in Actis apostolorum plenius recitatur, vbi legitur, Cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicẽ dicentes, Quidnam vult hoc esse? Et post pauca, His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos, Quid faciemus viri fratres? [*Et vos testimonium perhibebitis,*] de me, virtute
Ibidem. spiritussancti efficaciter prædicando. Vnde in Actis probat Petrus, in hac missione spiritussancti impletam esse prophetiam Ioëlis, per quem dominus ait apud Ioëlem, Effundam de spiritu meo super omnẽ
Ioël. carnem. Hinc Petrus & Ioannes, qui in passione fugerunt, accensi spiritusancto, principibus sacerdotũ, Christi testificationem prohibentibus, cum ingenti authoritate dixerunt, Obedire oportet deo magis
Acto. 5. quam hominibus. Non enim possumus quæ audiuimus & vidimus non loqui. [*Quia ab initio mecum estis*]. i. ab exordio prædicationis meæ, vel cõuersionis vestræ ad me, mihi inseparabiliter adhæsistis, propter quod estis idonei testes, quasi certissimi de re gesta, & digni estis recipere gratiam testificandi de me. Hinc apud Lucam Christus ait apostolis, Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis,
Luc. 22. Ioannes quoque in principio primæ suæ canonicæ, certitudinem apostolicæ prædicationis insinuans,
1. Ioan. 1. ita exorsus est, Quod audiuim', quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ tractauerunt, de verbo vitæ, quod vidimus, & audiuimus, annunciamus vobis. [*Sed hæc*] de aduentu spiri- G
tus sancti & cæteris multis, [*Locutus sum vobis, vt non scandalizemini*] id est, ne tempore persecutionis cadatis per impatientiam, vel infirmitatem, cedendo tormentis. Per prædicta enim confirmauit eos in fide, futuráque mala seu aduersa prædixit, atque exemplo sui discipulos ad patientiam incitauit, quæ omnia præseruant à scandalizatione: quia & iacula præuisa minus lædunt, & qui ante persecutionẽ sagaciter pensat quanta sint tribulationũ fructus, merces atque vtilitas, cũ omni alacritate ipsas amplecti tur, eo quod purgent à culpa, disponãt ad gratiam, christo conforment, ab æternis pœnis eripiant, pur-
Matth. 10. & 24. gatorij pœnas abbreuient, & ad gloriam introducant cæleſtem. [*Absque synagogis faciunt vos,*] id est, infideles Iudæi à societate sua & communione, ac materialibus suis synagogis vos repellent, tanquam ex
Marci. 13. communicatos, & hæreticos. Hoc in actibus Apostolorũ legitur adimpletũ in Paulo & Barnaba. [*Sed*
Lucæ. 21. *venit hora,*] id est, tempus propinquat, & prope est [*Vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare deo*]. i. rem deo placitã facere. Si hoc quod ait, deo, intelligatur de deo vero, locus iste de solis Iudeis,
Acto. 14. persecutoribus discipulorũ Christi erit intelligẽdus. Sola enim plebs Iudeorũ habuit veri dei notitiã.
Ioan. 7. Infideles ergo Iudæi, quoniam Iesum pro seductore, & eius discipulos pro hypocritis tenuerũt, quasi sub specie boni vellẽt cultũ dei Israël impedire, legẽ destruere, homines ad pseudochristũ cõuertere, ideo existimabant occisionẽ discipulorum esse sacrificiũ deo. Si vero quod ait, arbitretur obsequiũ se præstare deo, intelligatur de quocũq; deo persecutorũ, intelligi potest hic locus cõmuniter: quia qui- H
cunque tyranni & æmuli fidei christianæ occiderũt discipulos Christi, putabãt se suo deo rẽ gratissimã facere. ¶ Quæritur, cũ dicat Ambrosius, Intentio imprimit speciẽ operi tuo: estque cõmune dictũ, Si finis siue intentio bona sit, opus est bonũ: quomodo persecutores apostolorũ, qui persequendo eos putabãt se obsequi deo, & ei honorẽ facere intendebant, nõ excusantur à culpa? Dicendũ, quod verbũ Ambrosij intelligendũ est de intẽtione operi correspõdente, nõ de intentione operãtis dũtaxat. Quẽadmodũ ergo non excusatur qui hostẽ occidit vt viuat pacifice, sic nõ excusantur prædicti. Porrò cõmune dictũ intelligendũ est, de fine proportionato, nõ extorto & abusiuo. Hinc patet error, periculũque multorũ delinquentiũ, qui quædã illicita perpetrantes, excusant se, dicẽtes, Nil mali intendim', cũ tamen opus eorũ sit tale, vt bono fine fieri nequeat, loquẽdo de fine proportionato ac proprio. [*Et hæc (mala) facient vobis, quia non nouerunt patrem,*] secundũ proprietatẽ relatiuam. Nõ enim nouerũt generationẽ ęternam, vel emanationẽ diuinarũ personarum adintra. Vel, nõ nouerunt patrẽ, notitia salutari, quę charitate ornatur, & obedientia cõprobatur. [*Neque me*] vnigenitũ patris secundum naturã meam diuinã & propriam. Vel, neque me, secundũ naturã humanam vt à verbo assumptã, quamuis facietenus noscãt me. Qui enim ignorat patrem, & filium nescit: cum pater & filius sint correlatiua, quorũ vnum diffinitur per reliquũ. Hæc tamen ignorantia non eos excusat, cum fuerit affectata & iuris, procedens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ex obſtinatione vel peruerſitate, qua veritatem recipere contempſerunt. Hæc dicta ſunt ſæpe, idcirco illa prætereo. [*ſed hæc (de veſtra futura perſecutione) locutus ſum vobis (præmuniendo vos contra mala futura,) vt cum venerit hora eorum*,] hoc eſt, tempus perſecutorum quo vos aggredientur, [*Reminiſcamini, quia (id eſt, quod) ego dixi vobis*,] iſta antequam facta ſunt, hócque recolendo confirmemini in fide, & talia non velut inopinata & improuiſa vos obruant, ſed tanquam diu prænota, æquanimiter tolerentur. [*Hæc autem vobis initio*,] quo mecum conuerſari cœpiſtis, [*Non dixi.*] Quod ſaluator dixit, Hæc vobis &c. nõ eſt referendum ad immediate præcedentia, ſcilicet ad prænũciationem perſecutionum, quia vt alij Euangeliſtæ teſtantur, Chriſtus diu ante hoc tempus prædixit apoſtolis ſuiipſius, ac ipſorum multiplicem perſecutionem futuram: ſed referendum eſt, ſecundum Auguſtinum, ad ea quæ paulo antè præmiſit de aduentu, & conſolatione ſpiritus ſancti. De talibus enim nunc primo edocuit eos: cuius ſubditur cauſa, [*Quia vobiſcum eram*,] per corporalem ſenſibilémque præſentiam, ex qua magnam conſolationem habuiſtis, & adeo magnam, ſed ſenſualem partim, & imperfectam, quod ſpiritualis conſolationis non fuiſtis capaces, nec vobis tam neceſſaria vt modo, ideo nunc iſta retuli vobis, quatenus de meo corporali receſſu ſeu paſsione non nimium doleatis. Lucæ.22.

¶Expoſitio cap. XVI. [*Et nunc vado ad eum qui me miſit.*]

Articulus XXXIX.

B ADhuc Chriſtus fons pietatis, compaſsionis amator, condolens mœſtiſsimis ſuis diſcipulis, conſolatur eos de corporali ſuo receſſu, eo quòd hoc ipſum expediat eis. [*Et nunc vado*] id eſt, per paſsionem & aſcenſionem reuertor ſecundum formam ſerui quam indui, [*Ad eum qui me miſit*] hoc eſt, ad patrem cæleſtem, adipiſcendo beatitudinem pleniorem, quantum ad præmium accidentale, videlicet corporis glorificationem, in cæleſtibus manſionem, ad patris dexteram conſeſsionem. Et quamuis Chriſtus vt homo non redierit motu locali ad patrem, qui vere vbique eſt: tamen ad locum in quo pater ſpecialiter eſſe aſſeritur reuerſus eſt motu locali aſcendendo ſuper omnes cælos. ¶Porrò quod ait, Vado, ideo dicit, quia in proximo fuit, vt rediret ad patrem. Quædam tamen reſtabant, videlicet occiſio pro mundi ſalute, & reſurrectio: ſed Chriſtus ante paſsionem interdum ſic loquitur, quaſi iam talia fuiſſent cõpleta, eo quòd in proximo erant complenda. [*Et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis.*] Supra capitulo 13. in huius ſermonis exordio legitur Petr⁹ Ieſum quæſiſſe, Domine, quo vadis? Et ſequẽti ibi capitulo, Locutus eſt Thomas, Domine, neſcim⁹ quo vadis. quomodo ergo nũc veritas dicit, Nemo ex vobis interrogat me &c. Ad quod reſpondetur dupliciter. Primò, ſecundum Auguſtinum, quod hæc verba Chriſti ad tempus aſcẽſionis ſunt referenda: vt ſit ſenſus, Vado. i. prope eſt vt aſcendam ad eum qui me miſit, & nemo ex Psalm.44. Ioan.12. Ioan.14.

C vobis interrogat me, hoc eſt, tunc nullus veſtrum inquiret, quo pergam, quia tam manifeſte aſcendam ad cælos, quod non erit dubium vel quæſtio, quo aſcendam. Videntib⁹ enim illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Secundo, dicendum, quod in principio huius ſermonis aliqui (vt dictũ eſt) ſciſcitabantur Ieſum quo iret: ſed poſtea egreſsi ſunt de loco cœnaculi, & chriſto cœptum ſermonem continuante in alio loco, ibíque dicente, Vado ad eum qui me miſit, nullus Apoſtolorum interrogauit quo iret, & hoc fuit ex magnitudine admirationis, timoris, atq; mœſtitiæ, propter ea quę audierunt à Chriſto, videlicet q̃ omnis qui interficeret eos, arbitraretur ſe obſequiũ deo præſtare &c. Obmutuerunt itaq; vehementer attoniti, quã deiectionem eorum Chriſtus quodammodo exprobrando, nemo (inquit) ex vobis interrogat &c. [*ſed quia hæc*] de veſtris futuris perſecutionibus, & receſſu meo corporali à vobis [*Locutus ſum vobis, triſtitia*] aliqualiter indiſcreta, ac immoderata [*Impleuit cor veſtrum*,] quod ex ſua imperfectione nondum vere paratum eſt ad ſuſtinenda mundi aduerſa, neq; me diligit dilectione pure ſpirituali, ſed partim ſenſuali: vndè & corporalem præſentiam nimium cupitis, quã præcurſor, tanquam vir perfectus, nõ curauit. Non enim legitur Chriſtum corporaliter aſſecutus, quoniã caro non prodeſt quicquã. ¶Prætereà per hoc q̃ ait, Triſtitia impleuit cor veſtrum, innuit, q̃ vehemẽtiſsime triſtabantur, ideo eos benigniſsime conſolatur. [*ſed ego (qui ſum veritas increata) veritatem*] proportionalem, [*Dico vobis. Expedit vobis*]. i. animabus veſtris ſalubre eſt, tanquam diſpoſitiuum ad veſtrã

D ſempiternam ſalutem. [*Vt ego vadam (ad p̃trem modo præinducto.) Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos*] in tanta plenitudine, atque in ſigno viſibili, vt in die pentecoſtes. Iam tamen apoſtoli quibus dixit, Vos mundi eſtis, habebant paracletum ſecundum quod requiritur ad ſalutem. [*Si autem abiero, mittam eum ad vos*]. i. copioſiſsima dona eius vobis infũdam. ¶Cur autem ſpiritus ſanctus hoc modo mittendus non fuit, niſi poſt Chriſti aſcenſionem, præhabitum eſt, ſcilicet, quia apoſtoli chriſtum aliqua liter ſenſualiter diligebant, quandiu cum ipſo corporaliter conuerſabantur, quia reuera etiam in naturalibus pulcherrimus atque dulciſsim⁹ homo fuit, & valde affectuoſe, ſuauiter, ac humiliter habuit ſe ad apoſtolos, quaſi ſponſus ad filios ſuos. Quantum autem affectio hominis habet de carnalitate, tantum impedit de ſpiritus ſancti receptione. Hinc Paulus perfectionem ſortit⁹, Chriſtumq̃ puriſsime amans, ac ſpeculans, Etſi nouimus (inquit) Chriſtum ſecundum carnem, tamen nunc iam nõ nouim⁹. Secundò, quoniã ſpiritus ſancti tam eximia plenitudo danda non fuit, niſi reconciliatis per paſsionem dominicam. Tertiò, quoniam chriſtus rex noſter tam excellenter dona diſtribuere non debebat, niſi cum reuerſus fuit ad patriam ſuam, & ſedit in ſede regni ſui. Quarto, quoniã membra tãta gratia adornanda non erant, niſi ipſo capite glorificato: propter quod dictum eſt, Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. [*Et cum venerit*] id eſt poſtquam ſpiritus ſanctus vobis cum tanta plenitudine fuerit datus, ita quod abſtulerit vobis omnem inordinatã formidinem, atque infuderit Ioan.14. Ioan.15. Ioan.6. Ioan.14. Actu.2. Ioan.15. 2.Cor.6. Ioan.7. Actu.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

veram animi libertatem,inconcuſſam conſtantiam,iuſtitiæ tenacitatem,& feruidam dei ac proximi di E
lectionem,quod totum factum eſt in die pentecoſtes.[*Ille arguet mundum,*]id eſt per veſtram prædica-
tionem increpabit mundanos, & reprobos,[*De peccato*] infidelitatis, quod habuerunt; [*Et de iuſtitia*]
quam omiſerunt,id eſt,de contemptu & omiſsione iuſtitię. Iuſtitia nempe non increpationem, ſed
laudem meretur, verum omiſsio & contemptus iuſtitiæ meretur redargui,[*Et de iudicio,*] eorum te
merario,vel de iudicio diuino,quod timuerunt. Arguet ergo mundum de iudicio,id eſt,de temeritate
ſuæ præſumptionis,qua non timuerunt diuinum iudicium. Erant enim mundani homines his tribus
vitiis ſpecialiter implicati,quoniam infideles,iniuſti,& temerarij extiterũt.Deinde Chriſtus verba ſua
exponit,[*De peccato quidem*]arguet ſpiritus ſanctus mundum,[*Quia non crediderunt (amatores mundi) in
me,*]primo Iudæi,deinde quidam gentilium,cum tamen tanta ſigna à me, vel à vobis fieri conſpexiſ-
ſent,propter quod ſunt inexcuſabiles.[*De iuſtitia vero (omiſſa ab eis arguet eos) quia ad patrem vado,*]pro
pter quod mihi glorificato,& ſuper omnes cælos exaltato,magis quàm ante obedire debuerant,cũ vi-
diſſent atque audiſſent ſufficientia fidei argumenta de mea aſcenſione. Poſt aſcenſionem enim per a-
Matth.28. poſtolos demonſtrauit deus trinitas hominibus excellentiam Chriſti,videlicet,quod data ei eſſet om-
Actuũ.10. nis poteſtas in cælo & in terra,& quod non eſſet in aliquo alio ſalus,ideo obediendum fuit ipſius præ
ceptis.Vel ſic,Arguet mundum de iuſtitia Chriſti,quam non acceptauerunt iniqui: quia ideo ad pa-
trem vado,per quod patet iuſtitia mea,videlicet,quod dicta prophetarum verificaui,patri in omnibus F
obediui,irreprehenſibiliter vixi:ideo acceptanda & imitanda fuit iuſtitia mea,videlicet iuſta conuer-
ſatio mea.Tertio ſic,Arguet mundum de iuſtitia credentium præſertim apoſtolorum,id eſt,compara
tione iuſtitiæ fidelium magis damnabiles erunt,& ideo arguentur,quod iuſtitiam credentiũ non ſunt
ſecuti,quia ego ad patrem vado,id eſt in veſtro conſpectu aſcendo,propterea imitari debebant iuſtitiã
fidei veſtræ.Omnes expoſitiones iſtæ videntur ſatis redire in idem.[*Et iam non videbitis me*]ad tempus,
nec eo modo vt nunc,ſcilicet in carne mortali: nec tam frequenter & continuate vt ante,quando con
uerſatus ſum inter vos.[*De iudicio autem,*]diſcretionis quod abiecerunt, vel diuinæ diſcuſsionis, quod
Baruch.3. non timuerunt,arguet eos,[*Quia princeps huius mundi,*]id eſt,diabolus cũ ſatellitibus ſuis mundanis ho
minibus prævalens ac dominans,[*Iam iudicatus eſt,*]id eſt reprobatus atque damnatus à me,& item de
Matth.12. corde fidelium electorum electus,& hoc iudicium homines debuerunt attendere cum vera diſcretio
Marc.3. ne,itémque diabolo tanquam eiecto & victo fortiter reluctari, diuini quoque iudicij rigorem ac po-
Lucæ.11. teſtatem vereri,eo quòd deus principem huius mundi tam potentem,fortem, armatum, regem filio-
Iob.41. rum ſuperbiæ,cuius poteſtati non eſt poteſtas aliqua ſuper terram comparabilis, tam diſtricte damna
Eſaiæ.14. uerit. Ex quo patet quòd fragiles, imbecilléſque homines facillime poſsit damnare: & vtique ſi pen
ſemus quàm horrende & feſtinanter deus à principio principem dæmonum cum ſuis fautoribus de-
iecit,& condemnauit,propter vnum cogitationis tumorem,valde timere debemus diuinæ iuſtitiæ iu-
2.Petri.2. dicialem rigorem. Hinc enim Petrus habet, Si deus peccantibus angelis non pepercit, ſed rudentib⁹
inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, nouit dominus iniquos in diem iudicij crucian- G
dos ſeruare.

¶Denique licet diabolus à principio ſuæ ruinæ ſit iudicatus,& in fine ſeculi quodammodo iudican-
dus,ſpecialiter tamen iudicatus fuit à Chriſto conuerſante in mundo,qui cum tentaretur,dixit diabo
Matth.4. lo,Vade retro ſatana. Et alias,Si fortior illo ſuperuenerit,vniuerſa vaſa eius diripiet.Rurſuſque,Nunc
Luc.4. princeps huius mundi eiicietur foras.[*Adhuc multa*]de credendis,& obſeruandis,de myſteriis Chriſti
Marc.3. & eccleſiæ,de ſtatu ſeculi futuri,conſummationéque mundi[*Habeo vobis,*]quaſi futuris totius mundi
Ioan.12. doctoribus,[*Dicere (vt poſitus & alios informare) ſed non poteſtis (omnia illa) portare*]in corde,id eſt,capere,
intelligere,retinere,[*Modo,*] quoniam triſtes,& pauidi eſtis Paſsiones enim cum fuerint vehementes,
Iob.9. actum rationis multum impediunt,vnde anima quieſcẽdo fit prudens.Et Iob ait,Neque poſſum me-
tuens reſpondere.Ideo quoque nõ poterant capere,quoniam carnales & rudes fuerunt,& impræpara
ti.[*Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem,*] non ſimpliciter omnem,ſed om-
nẽ de qua nunc loquor,videlicet omnia quæ habeo vobis dicere ad veſtram ſalutem,atq; eccleſiæ in-
ſtructionẽ,quomodo dixi capitulo præcedenti,Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vo-
Ioan.15. bis.Hoc fuit in die pentecoſtes impletum,quãdo ſpiritus domini repleuit primitiuam eccleſiam in o-
Acto.2. mnibus ad ipſam ſpectantibus.¶Deinceps Chriſtus oſtendit,cur ſpiritus ſanctus ſit ad inſtruendum H
tam perfecte idoneus,[*Non enim loquetur à ſemetipſo,*]hoc eſt,non vos illuminabit per allocutionẽ inter
nam,virtute aut ſcientia non recepta,ſed ſibi à patre communicata,ita quòd locutio eius erit tã vera,
ſicut locutio patris,vel potius eadem numero cum locutione patris,eo quod operatio trinitatis ſit in-
diuiſa.Itaque ſpiritus ſanctus non loquetur à ſemetipſo,quia non eſt à ſemetipſo,ſed poteſtatem atq;
Ioan.4. ſcientiam,imò quicquid habet,& eſt,recepit à patre & filio,tanquam ab vno principio.[*Sed quæcunque
audiet,loquetur.*]Verba hæc ſanũ ac ſobrium exigunt intellectum. Cum enim ſpiritus ſanctus ſit verus
deus,& per conſequens infinitã plenitudinẽ ſcientię habens à patre,& filio,non eſt opinandum,quod
reuelauit alicui hominũ abſolute omnia quæcunque audiuit,hoc eſt,per ſpirationem paſsiuã,ſeu pro
cedendo cognouit à patre & filio. Rurſus,Cũ ſpiritus ſanct⁹ ſit deus,& per cõſequens ſimplex,& pe
nitus immaterialis,nõ eſt putandũ,quod aliquid corporaliter audiat.Iterũ autem ſit deus æternus,nõ
eſt arbitrandũ,quod aliquid auditurus ſit,auditúſve fuerit in futuro.Eſt igitur ſenſus,Quæcunque
vobis neceſſaria ſeu vtilia ad informationẽ eccleſiæ audiet.i. ſe per æternã proceſsionẽ cognouiſſe o-
ſtendet.Vel audiet.i.in æternitatis momento omne tempus includente audit,ſeu ſpirando cognoſcit.
cũ enĩ proceſsio ſpiritus ſancti ſit ęterna,per verba omniũ tẽporũ explicatur,quoniã omne tẽpus cõ
prehendit æternitas. [*Loquetur*] .i.cordibus veſtris inſpirabit locutione interna: de qua ait Propheta,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et Iob, Semel loquitur deus, & ſecundo idipſum non repetit. [*Et quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.*] Ex quo conſtat quod apoſtoli erant prophetæ, imò ſummi prophetæ, quod maximè patet in euangeliſta Ioanne, qui in Apocalypſi deſcribit totum militantis eccleſiæ proceſſum à tempore apoſtolorum, vſque in finem mundi. Prædixit quoque ſpiritus ſanctus apoſtolis futura quæ erant pro Chriſto paſſuri, itémque præmia quæ fuerant ſortituri: ſed & cæteris credentibus nunciauit futura gaudia electorum, atque ſupplicia reproborum. [*Ille clarificabit*] hoc eſt, ſpiritus ſanctus per veſtra documenta, atque miracula, me clarum, glorioſum, & ſanctum eſſe oſtendet, dando hominibus veram notitiam de me ſecundum vtranque naturam. Tanta enim gratia decorauit ſpiritus ſanctus apoſtolos, quod per eos totus pene mundus conuerſus eſt, & Chriſti claritatem nouit, ac honorauit, [*Quia de meo accipiet*] id eſt, eſſentiam & ſapientiam à me procedendo habet. Sic enim de ſpiritu ſancto per modum futuri ait, accipiet, cum tamen ab æterno ſuſceperit à filio quicquid habet, & eſt, ſicut iam paulo ante prædixit, quæcunque audiet, quia cum ſancti ſpiritus proceſsio ſit æterna, per verba omnium temporum deſignatur. Græci dicunt, quod Chriſtus idcirco non ait, de me accipiet, ſed de meo, quia ſpiritus ſanctus non procedit à perſona filij, ſed ab eo quod eſt filij, puta de ſubſtantia patris, quæ communicata eſt filio. Hoc autem confingunt, quoniam in verbis ſequentibus chriſtus probat, quod ſpiritus ſanctus à ſe vere procedit. [*Et annunciabit vobis*] futura, & cætera nunc commemorata. [*Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt,*] nō ſolum per fruitionem, vt dixerunt hęretici, ſed & B per ſubſtantialem identitatem, continentiamq́ realem, hoc eſt, totam ſuam eſſentiam, poteſtatem, & perfectionem pater mihi communicauit: imo quicquid conuenit patri, competit filio, ſola relatione ſeu proprietate notionali, in qua diſtinguuntur, excepta. ideo virtus ſpiratiua communicata eſt, & competit filiō. [*Propterea dixi, quia de meo accipiet*] hoc eſt, de plenitudine diuinitatis meæ, ſeu de me procedit, quaſi dicat, Cum in patre & in me ſit vna eſſentia, vna voluntas, vnáque virtus: quemadmodum ſpiritus ſanctus procedit à patre, ſic & à me, quoniam id per quod competit patri ſpirare, eſt in me, ſicut tres perſonæ ſunt vnus creator, quoniam id per quod cōpetit patri creare, eſt in filio & ſpiritu ſancto, nec aliud obſtat. ¶ Porrò, ſpiritus ſanctus eſt amor, ideo procedit à voluntate. Voluntas autem in patre & filio eſt vna numero. De hac materia multa inducit Anſelm⁹ in libro de proceſsione ſpiritus ſancti. [*Et annunciabit vobis,*] quæ dicta ſunt per ſe, vel per angelos ſanctos. [*Modicum & iam non videbitis me,*] id eſt, pauco tempore tollar à veſtro aſpectu, videlicet ab hora comprehenſionis iam imminentis, vſq; ad diem reſurrectionis, in quo vobis denuo apparebo, [*Et iterum modicum & videbitis me,*] hoc eſt, præ dicto tempore paſsionis, ac ſepulturæ meæ completo, rurſus modico tempore ero vobiſcum corpora Acto. 1.
li præſentia, ſcilicet à die reſurrectionis vſque ad aſcēſionem: propter quod ſubditur, [*Quia vado ad patrem*] id eſt, cælos mox aſcendam, vbi deus pater ſpecialiter eſſe ac habitare aſſeritur, ideo videbitis me, ſed non diu corporali intuitu. Vel ſic, quia ad patrem vado, id eſt, per paſsionem tendo ad plenam glo
C rificationem, ideo modico tempore nō videbitis me. [*Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem.*] Per hoc quòd Euāgeliſta ait, ex diſcipulis eius, videtur innuere, quòd non omnes apoſtoli, ſed quidam eorum dixerunt quæ ſequuntur: & puto quòd illi qui tardioris erant ingenij, præſertim cum verba hæc Chriſti ſint multum ad intelligendum facilia. [*Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid eſt hoc quod dicit nobis modicum?*] quid intelligit dicendo nobis, modicum, cum additione oppoſitorum, quaſi dicant, Videtur contrarietas eſſe in verbis eius, [*Neſcimus quid loquitur.*] forſitan ex reuerentia Chriſti, vel timore non audebant Chriſtum interrogare, ſed inter ſe quaſi ſecrete conferebant, & cōquirebant, ſi forte vnus eorum poſſet ſatisfacere alteri. Verum cum hoc non poſſent, decreuerunt interrogare magiſtrum: qui ſciens ſecreta cordis eorum, præuenit eoſdem, quemadmodum ſubditur, [*Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare.*] Chriſtus non ſolum vt deus, ſed inſuper vt homo cognouit vniuerſorum cordium abdita, & quicquid in tota creatura vnquam fuit, eſt, aut erit. [*Et dixit eis, de hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me,*] id eſt, horum verborum intellectum inueſtigatis: ad quod Chriſtus reſpondet, [*Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos,*] id eſt, intus & foris plangetis illo modico tempore quo non videbor à vobis. tanquam dicat, Per id quod dixi, modicum & non videbitis me, ſignifico tempus paſsionis meæ, & ſepulturæ.
D [*Mundus autem gaudebit,*] id eſt, mundani Iudæi, ſacerdotes, ſcribæ, & phariſæi gloriabuntur de mea occiſione, & ſepultura, militúmque cuſtodia, quaſi certi de hoc, quod reſurrecturus non eſſet, qui Pſalm. 38.
tanto lapide fuerat clauſus, militibúſque vallatus. Vnde fertur in Pſalmo, A duerſum me lætati ſunt, & conuenerunt, congregata ſunt ſuper me flagella. [*Vos autem contriſtabimini*] triduo mortis meæ, propter meam occiſionem, veſtram à me ſeparationem, & deſolationem, inhoneſtámque fugam. Hæc triſtitia non fuit illicita, quamuis quantum ad aliquid fuerit inordinata, videlicet, quia de corporali receſſu Chriſti nimis dolebant, nec eius paſsionem conſiderabant, quaſi ſalutem mundi, atque introitum vitæ æternæ. [*Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium,*] id eſt, prædicto mœrori ſuccedet conſolatio magna in die reſurrectionis, & deinceps cum apparuero vobis. ¶ Gaudium quoque infelicium Iudæorum cito verſum eſt in mœrorem & luctum, quoniam vehementer doluerunt, & erubuerunt, quando in die pentecoſtes, & poſtea cœperunt apoſtoli in nomine Chriſti tam inſuperabiliter prædicare, tot milia Iudæorum conuertere, tanta quoque prodigia operari: poſtea à Romanis decieti ſunt penitus, tandémque in æternam prolapſi ſunt pœnam. Denique non ſolum apoſtoli, ſed cūcti electi nunc in hoc mundo plorant, & flent, amore dilecti ſuper omnia Ieſu chriſti. Itē præ deſiderio exiſtendi cū deo, & exglorię dilatione, propria inſuper, & ſuper aliena deflent peccata, & ita ſunt Pſalm. 41.
eis lachrymę panes die ac nocte, & lauant cum Dauid per ſingulas noctes lectū ſuū. Mūd⁹ vero videli Pſalm. 6. Prouer. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioh 11. Luc. 6. Psalm. 65. Tob. 3. Naum. 1. Eccle. 7.

cet reprobi, modo gloriatur cum malefecerit, ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt in in fernum. quibus ait Saluator, Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis, & flebitis. Electorum quoque tristitia cito in gaudium conuertetur, iuxta quod dicunt in Psalmo, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Hinc scriptum est, Post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis. Et Naum primò, Bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Magis ergo optemus nunc cum electis vtiliter contristari, & plangere, quàm cum mundo inaniter iucundari, intimoratáque mente redire. Melius enim est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. ¶ Prætereà adducit Christus exemplum ad hoc, quod dixit discipulos contristandos, & cito lætificandos. [*Mulier cum parit, tristitiam habet,*] ex dolore qui instat, [*Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ*] id est, pœnæ ac tristitiæ precedentis, quoniam non attendit, nec curat ea, [*Propter gaudiũ*] id est præ gaudio concepto ex hoc, [*Quia natus est homo*] id est filius, [*In mundum.*] Magis enim solet pariens exultare nato filio, quàm filia. [*Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis*] de meo recessu, & passione: [*Iterum autem*] post resurrectionem [*Videbo vos,*] ita quòd simul à vobis videbor, [*Et gaudebit cor vestrum,*] mihi congratulando, & de propria consolatione, ac saluatione lætando. Quemadmodum infra habetur, Gauisi sunt discipuli viso domino. ¶ Moraliter, Mulier est ecclesia vel anima, fidelis quę cum parit, id est, opera pœnitentiæ facit, vel aliorum conuersioni intendit, tristitiam habet de suis, & alienis peccatis, & propter labores & afflictiones vitæ præsentis, prout Apostolus testatur, Nullam requiem habuit caro nostra, sed supra modum grauati sumus, ita vt tæderet nos viuere. Cum autem peperit puerum, id est, aliquem ad Christum conuerterit, vel ad regnum cælorum præmiserit, vel opus bonum p duxerit ad perfectionem, vel seipsam perfecte reformauerit ad Christi imitationem: iam non meminit pressuræ præhabitæ, propter gaudium fructus cõsequuti: quoniam natus est homo, id est, per gratiam reformatus, spiritualem vitam sortitus, vel esse glorię sempiternę adeptus. Vnde Paulus filiis suis, quos spiritualiter peperit, scribẽs, Quæ est, inquit, gloria nostra? Nónne vos? ¶ Potest quoque moralitas ista referri ad primitiuam ecclesiam, collectionem videlicet apostolorum, quæ tunc peperit cum tristitia, quando de Christi passione ingemuit: postquam vero peperit puerum, id est, flendo & eiulando Christi purissimi præsentiam fuit adepta, non meminit prioris tristitiæ, propter gaudium, quod habebat, quia natus est homo in mundum, id est, Christus ad immortalem vitam fuerat suscitatus, & mundo exhibitus. [*Et gaudium vestrum*] spirituale [*Nemo tollet à vobis,*] quia nõ solum in prosperis, sed etiam in aduersis gaudebitis, sicut in Actibus dicitur, quòd ibant gaudentes in conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Et Apostolus, Quasi tristes, semper autem gaudẽtes. Veruntamẽ Christus ideo dicit hoc, quoniam gaudium apostolorum, omniúmque deuotorum fidelium, licet in hac vita interdum interrumpatur, & mœrori commisceatur, non tamen aufertur omnino, sed cito post hanc vitam perficitur, atque internam stabilitatem sortitur. [*Et in illo die me non interrogabitis quicquam.*] Si per hoc quod ait, in die illo, intelligatur totum tempus à resurrectione vsque ad ascensionẽ, non videtur posse saluari hoc verbũ: nã inter diẽ resurrectionis, & ascensionẽ dominicá, apostoli interrogauerunt: quia & Petrus dixit ad Christũ de Ioanne, Domine, hic autẽ quid? quando Christus apparuit eis ad mare Tyberiadis: in ascensione quoque qui conuenerant, interrogabant, dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Si autem textꝰ dicatur habere, Et in illo die me nõ rogabitis quicquam, rursus instantiam patitur, quia paulò pòst dicitur, In illo die in nomine meo petetis: nec dubium quin inter resurrectionem & ascensionem apostoli deprecati sint patrem in nomine Christi. Si vero, quod ait, in illo die, referatur ad diẽ determinatum, probabile videri potest, quod aliquo certo die, quo Christus eis apparuit, vel alio eum interrogauerunt: nam & Euangelistæ non referunt apostolos interrogasse Christum, nisi quod apud Ioannem legitur Petrus interrogasse, & discipuli in Actis apostolorum. Secundum hoc sensus esset, In illo die tãtam illuminationem vel certitudinẽ dabo vobis de mea resurrectione, quod non erit necesse aliquid interrogare. Quidam vero referunt ad diem æternitatis, in quo gaudium electorum consummatur, nec aliquid vltra molestiæ patitur. Tũc enim beati nihil interrogant, neque rogant,, quantum ad ea quæ ad essentiale præmium pertinent: orãt tamen pro aliis, & quibusdam operibus dei vnus alium, & omnes christum interrogare possunt, quemadmodum Christo ascendente, angeli inter se cõquirebant, Quis est iste qui venit de Edom? Et, Quis est iste rex gloriæ? Christum quoque interrogabant, Quare ergo rubrum est indumentum tuum? &c. secundum quod Dionysius & Hieronymus verba Esaiæ exponunt.

Ioan. 21. Act. 1. Ioan. 16. Ioan. 21. Act. 1. Esaiæ. 63. Psalm. 23. Esaiæ. 63.

¶ Expositio residuæ partis, [*Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.*] Artic. XL.

A [*Amen amen dico vobis, si quid*] salubre & decens [*Petieritis*] instanter, & pro vobis [*Patrem*] cœlestẽ [*In nomine meo,*] id est, per me dei ac hominum mediatorem, per virtutẽ passionis meæ, & merita omnium quæ pro humana salute assumpsi, feci, ac pertuli, per incarnationem, cõuersationem, obedientiam, patientiam meam, [*Dabit vobis,*] & si non statim, tamen tempore opportuno, vel si non id quod petitis, tamen aliquid melius. ¶ Ad exaudibilitatem nempe orationis (vt dictũ est) hæc tria requiruntur, atque sufficiunt. Primo, vt vere salutaria requirantur: vnde secũdum Damascenum, Oratio est petitio decentium à deo. Secũdo, vt indesinenter cum plena fiducia oret quis, dicente Apostolo, Sine intermissione orate. Et Iacobus, Postulet (inquit) in fide nihil hæsitans. Tertiò, vt oret pro se, quod dico, non quasi non sit orãdum pro aliis, quum Iacobus dicat, Orate pro inuicem, vt saluemini. sed quia oratio etiam iusti, quamuis salutaris atque assidua, interdum non exauditur pro aliis, propter indignitatem & incapacitatem eorum, quoniam indesinenter obicem ponunt gratiæ dei: propter quod dominꝰ

Damasc. 1. The. 5. Iacob. 1. Iaco. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ait ad Hieremiam de populo Iudæorum prauiſsimo,Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me,nõ eſt anima mea ad populum iſtum. Oremus ergo cum omni reuerentia deum patrem per vnicum filiu m eius,certiſsimi quod exaudiet nos vltra,& amplius quam meremur,quum ſit noſtræ ſalutis amator. Si conſideremus quanta pater fecit pro nobis,quantũ dilexit nos,quanta beneficia contulit,quanta promiſſa ſpopondit:dubitare nequaquam poterimus, quin libentiſsime preces noſtras ſuſcipiat: ſed omnino decens & iuſtum eſt,vt cum cordis cuſtodia,cum ingenti diligentia, cum puritate mentis & ſtabilitate dominum maieſtatis oremus,ne quem orando mitigare ſtudemus,impie conuerſando exacerbemus. ¶ Veruntamẽ,hoc implere maximo eget labore, ad refrenandum animi euagationem,propter quod abbas Agathon dixit,Non eſt labor, ſicut orare deum. Itaque quantumcunque videmur à deo repelli,non exaudiri,non aſpici,nullatenus deſperemus,nec frangatur ſpes noſtra, ſed veritatem ſcripturæ pẽſantes,ſcimus ſperantem in domino non poſſe repelli. Ideo dicit Pſalmiſta,Lætetur cor quærentium dominum,quærite dominum,& confortamini,quærite faciem eius ſemper. [*Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo.*] Supra orauit Philippus,Domine,oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Porro (vt in aliis Euangeliſtis inuenitur) diſcipuli ante hanc cœnam multa ſaluberrima deprecati ſunt Chriſtum,dicendo,Adauge nobis fidem. Filii quoque Zebedæi petierunt,vt vnus eorum ad dexteram Chriſti,aliuſque ad ſiniſtram ſederet in regno. Orationem quoque dominicã legerunt frequẽter. Quomodo ergo hucuſque nil petierunt in nomine Chriſti? Dicendum, quod nullus petit in nomine Chriſti,niſi Chriſtum vere cognoſcat, eumque ſaluatorem eſſe perpendat. Apoſtoli autem hucuſque nullam fidei ſtabilitatem habuerũt de Chriſti diuinitate, & de cæteris eius myſteriis. præterea Chriſtus non negat ſe exoratum ab apoſtolis,ſed quod nil petierunt patrem in nomine ſuo, quia non recte ſenſerunt de Chriſto in omnibus,præſertim quantum ad eius diuinitatẽ. [*Petite*] in nomine meo indeſinenter,[*Et accipietis*] quod petitis. Omnis enim qui petit,accipit: & qui quærit,inuenit, & pulſanti aperietur. Hinc fertur in Pſalmo,Sperent in te qui nouerunt nomen tuum,quoniam non dereliquiſti quærentes te domine. Sic veraciter eſt,ſi noſceremus nomen dei noſtri,id eſt,formatam,expertam, & illuminatam notitiam de eo haberemus,nullatenus diffideremus, nec fatigaremur, aut ceſſaremus, ſcientes ſuæ bonitatis abyſſum,ſuæ miſericordiæ pelagus,ſuæ charitatis ardorem. Hoc itaque poſtuletis,[*Vt gaudium veſtrum*] ſpirituale,quod poſt reſurrectionem habituri eſtis de me,[*ſit plenum,*] id eſt, perficiatur in patria,vt gaudeatis de me,non ſolum ſecundum quod homo ſum, paſſus pro vobis, ſed inſuper vt deus creator veſter & beatificator,vt bonitas infinita,deus immenſus,fons totius beatitudinis veſtræ. Nunquam poterit gaudium noſtrum eſſe plenum, niſi primum veritatem per ſpeciem cõtemplemur, atque diuina bonitate in ſeipſa immediate fruamur,ex qua contemplatione & fruitione tanta dilectio oritur, quod maiorem ſancti in patria nequeunt affectare. Habent enim & poſſident poſſeſsione ſecura ac ſempiterna quicquid abſolute deſiderant,quum felicitas ſit bonum perfecte cõtentatiuum,atque quietans,vtpote ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. [*Hæc in prouerbiis*

C *locutus ſum vobis,*] id eſt,cum quadam obſcuritate,& ſimilitudine parabolica. Sic enim chriſtus loqui ſolitus fuit ante paſsionem. Vnde & nunc ſimilitudinem mulieris parientis induxit, [*Venit hora,*] id eſt, tempus propinquat,[*Cum iam non in prouerbiis,*] id eſt,obſcure,ſicut hucuſque,[*Loquar vobis.*] Quãuis autem Chriſtus diſcipulis loquebatur hoc modo obſcure, nihilominus expoſuit eis ſenſum: propter quod ait ad eos,Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei,cæteris autem in parabolis. Ideo Marcus teſtatur, Seorſum diſcipulis ſuis diſſerebat omnia: non tamen tam clare, vt poſt reſurrectionem: idcirco nunc ſubditur, [*ſed palam de patre meo annunciabo vobis,*] id eſt,clariorem quam ante dabo vobis notitiam dei patris:quod factum eſt in die pentecoſtes, quando apoſtoli recepto ſpiritu ſancto,limpida quadam acie mentis cognouerunt de patre, totaque ſuperbeatiſsima trinitate, quæ ante audierunt à filio,ſed parum,vel nihil intellexerunt de eis. ¶ Veruntamen quod ait,palam, non eſt intelligendum de viſione clara & immediata per ſpeciem, ſed ſingulariter euidenti per fidem: de qua dicit Apoſtolus, Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes. Denique ante diem pentecoſtes Chriſtus proprio ore clare docebat diſcipulos de diuinis,quando aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas,inſufflauitque in eos,& ait, Accipite ſpiritum ſanctum. [*In illo die in nomine meo petetis,*] id eſt,patrẽ per filium vere ac rite orabitis,quia tunc cognoſcetis filium ſpiritualiter,ac ſyncere, quomodo ſit dei

D & hominum mediator,per quem omnia gratiæ dona hominibus impartiuntur à patre ſeu trinitate. ¶ Quidam exponunt hunc locum ab illo verbo,Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, de viſione & illuminatione ſanctorum à Chriſto in patria, vbi omnia vident in verbo, & deum palã conſpiciunt,non per ſpeculum in ænigmate, ſicut modo: quam expoſitionem reprobat Auguſtinus per id quod adiectum eſt,In illo die in nomine meo petetis. Sancti autem in patria non petunt, vt dicit,cum petitio ſit indigentiæ, quæ in patria locum non habet. Ad quod dici poteſt,orant pro aliis, & pro certis punctis ad accidentale præmium pertinentibus. [*Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de,*] id eſt,pro [*vobis.*] Quomodo in telligendum eſt hoc,cum ſupra in hoc ipſo ſermone dixerit Chriſtus apoſtolis,Ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit vobis? Rurſus ſine mediatore chriſto nullus habet acceſſum ad deum,nec aliquid promeremur,vel exaudimur,niſi virtute & merito Chriſti? Ad hoc quidam reſpondent,quod Chriſtus rogat vt homo,& non rogat vt deus. Quamuis autem hoc verum ſit,tamen non videtur ad propoſitum ſatisfacere,quoniam Chriſtus cauſam, cur non rogabat patrẽ pro diſcipulis ſuis,aſsignãs adiecit,[*Ipſe enim pater amat vos,quia vos me amaſtis.*] Inſuper paulo poſt in hoc ipſo ſermone chriſtus rogat patrẽ pro apoſtolis,Pater (inquiẽs) ſerua eos in nomine tuo. Et,Pater ſanctifica eos in veritate. Non ergo vult dicere,quod nequaquam orabit pro eis, ſed quod tantæ perfectionis & gratiæ erunt,quod non indigebunt deo reconciliari, ſed ei amantiſsimi erunt, familiares,

Hiere.15.
Pſalm.93.
Pſal: 104.
Matth. 21.
Marci.11.
Lucæ.11.
Iacob.1.
Ioann.14.
Lucæ.17.
Matth.20.
Marc. 10.
Matth.7.
Marci.2.
Lucæ.11.
Pſalm.9.
Matth. 13.
Lucæ.8.
Marci.4.
Act.2.
2.Cori.3.
Lucæ. 24.
Ioan.20.
1.Timo. 2.
1.Cori. 3.
Ioan.14.
Ioann. 17.
Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& præaccepti, tanquam conformati in gratia, ita quod poſt ſpiritus ſancti ſuſceptionem nunquã peccabunt mortaliter, ideo actus & preces ipſorum erunt deo placentes ſine ſpeciali adiutorio interceſſionis recõciliatoriæ: non tamen excluditur Chriſti ſubſidium, ſed inſinuatur quam familiariter & ſecure poſſint patrem accedere, ideo addit, [*Ipſe enim pater amat vos*] amore æterno, [*Quia,*] cuius cauſa à poſteriori, vel ſignum eſt, quod [*Vos me amaſtis*] actu charitatis infuſæ. Certum, ſæpéque dictum eſt, q amor dei præuenit & cauſat omne meritum noſtrum, & quicquid boni habemus: idcirco amor diſcipulorum ad Chriſtum, nõ eſt cauſa à priori quod pater diligit eos, ſed ſignum, quoniam amor eorum ad Chriſtũ, eſt effectus amoris dei patris, vel trinitatis ad eos. Propter quod in epiſtola Ioãnis habetur, Nos ergo diligamus deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. Quia igitur pater nos primo amauit, idcirco amamus vnicum filium eius. [*Et credidiſtis*] fide formata, [*Quia à deo exiui,*] id eſt, à patre æternaliter genitus ſum, ſicque exiui ab eo emanatione immanente, ſicut egreditur notitia à mente, & verbum ab intelligente: vel, exiui, id eſt, in mundum directus ſum à deo trinitate, qui me hominus viſibilem præbuit, ac ſocium dedit. [*Exiui à patre,*] iuxta illud Eccleſiaſtici, Ego ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam, [*Et veni in mundum*] per humanæ naturæ aſſumptionem, atque cum hominibus piam conuerſationẽ: [*Iterum relinquo mundum,*] id eſt, ab hominibus, & loco terreſtri recedo, quãtum ad naturam aſſumptam, per victorioſiſſimam aſcenſionem. Qui enim deſcẽdit ipſe eſt & qui aſcẽdit ſuper omnes cælos. [*Et vado ad patrem*] per humanę naturę collocationem in cælo empyreo, in quo pater ſpecialiter eſſe, & commorari cenſetur, quoniam ibi excellentius operatur, & ſeipſum clarius manifeſtat: quamuis ſecundum ſe nullam habeat habitudinem, vel determinationem ad locum: ſed in ſeipſo inuariabiliter, æternalitérque ſubſiſtat, tanquã ens vere incircunſcriptum, ſimplicitérque, & perfectiue infinitum. [*Dicunt ei diſcipuli eius, Ecce nunc palam loqueris,*] dicendo quod pater amet nos, quia dileximus te, &c. [*Et prouerbium nullum dicis,*] loquendo de exitu tuo à patre, & aduẽtu in mundum, ſed ipſam veritatem nude ſine parabola loqueris. ¶ Chriſtus nanque non ſemper parabolice loquebatur diſcipulis: & licet paulo ante iam dixerit, Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, quod ad tempus poſt reſurrectionem relatum eſt, nõ tamen negauit, quin etiam ante paſſionem loqueretur eis quædam de deo ſine prouerbiis. [*Nunc ſcimus*] per fidem & experientiam quandam, [*Quia ſcis omnia.*] Hoc ideo aſſerunt, quoniam Chriſtus præuenit interrogationem eorum, & cogitationes eorũ cognouit, ſicut iam patuit: imò ex diuerſis verbis & factis Chriſti cognoſcere poterãt, quod nil eum lateret. [*Et non opus eſt tibi,*] id eſt, ad hoc quod reſpondeas non oportet nec indiges, [*Vt quis te interroget,*] quia tu noſti dubitationes, atque propoſita cordium, vnde nõ oportet tibi aliquid notificari, ſed vniuerſa mẽtium noſcis arcana. [*In hoc credimus quia a deo exiſti,*] vt dicis per generationem æternam, ita quod omnia ſcis quæ ſcit pater, ſisque deus: quoniam omnia noſcere modo iam dicto, deo eſt proprium. ¶ Secũdum Auguſtinum apoſtoli nõ intellexerunt verba Chriſti, quibus ſe dixit exiſſe à patre, ſed putabant ſe ſcire quod ignorabant. Veruntamen certum eſt, quod credebant eum exiſſe à patre, ita quod diuinitus directus ſeu miſſus eſſet in mundum: ſed an verba præinducta de exitu generationis diuinæ acceperint, non eſt adeo certum. [*Reſpondit eis Ieſus, Modo creditis,*] clarius, & magis explicite quam ante: tamẽ & ante crediderunt. Sed ne Apoſtoli de ſua quaſi perfectione gloriari inciperent, quoniam dixit eis, quod pater ipſos amaret, nec ipſe pro eis rogaret, eo quod eſſent deo amabiles: mox de eorum ruina, & inſtabilitate adiicit, [*Ecce venit hora*] id eſt, indefinẽter propinquat, [*Et iam venit*] id eſt, in proximo eſt, vnde quaſi præſens reputatur, quia quod modicum eſt non computatur, [*Vt diſpergamini vnuſquiſque in propria,*] id eſt, fugiatis à me, & quilibet ſuum latibulum, vel commodum quærat, quomodo poſſit ſaluare ſeipſum de manibus Iudæorum: quod in comprehenſione Chriſti impletum eſt, quando diſcipuli relicto eo, omnes fugerunt, quemadmodum per Zachariam fuit prædictum, Percute paſtorem, & diſpergentur oues gregis, [*Et me ſolum relinquatis,*] id eſt, veſtro conſortio deſtitutũ, atque humana ope priuatum, iuxta illud in Pſalmo, Longe feciſti notos meos à me, & elongaſti à me amicũ, & proximũ. [*Et non ſum ſolus,*] id eſt, ſine coſorte, ſeu pari naturę, nec ſine aſsiſtente, & adiuuante, [*Quia pater mecum eſt.*] Pater enim & filius inſeparabiles ſunt natura, & operatione: loquendo de filio ſecundum diuinam naturã, ſic quoq; ſunt naturę conſortes ſeu pares. Sunt enim nõ ſolũ vnius eſſentię, ſed & vna eſſentia, vnũque eſſe. Loquẽdo autẽ de dei filio ſecundũ naturã aſſumptã, ſic pater fuit cum filio tempore paſſionis tanquam adiutor, & liberator, animam eius in omnium virtutum ſtabilitate conſeruans, eúmq; à morte celeriter ad immortalem vitam reſuſcitans. Propterea apud Eſaiã, Dominus (inquit) deus auxiliator meus. [*Hæc*] omnia quæ in hoc ſermone effatus ſum, [*Loquutus ſum vobis, vt in me pacẽ habeatis,*] id eſt, veram animæ tranquillitatem, & pacem internam, ac ſpiritualem: de qua dicit Apoſtolus, Pax Chriſti exultet ſemper in cordibus veſtris. Hanc pacem habemus in Chriſto, id eſt, in contemplatione, & in dilectione ipſius, quoniam Chriſtum eiuſque opera & perſecutiones, beneficia, & promiſſa penſando, pacem cordis habemus, quantumcunque foris turbemur. Sed & pax multa diligentibus legem dei. Idcirco dicit Pſalmiſta, Tribulatio & anguſtia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea eſt. Hoc nempe eſt ſanum, optumumque cõſilium, vt in omni perſequutione ſeu tribulatione demus nos ad conſiderationem legis diuinæ, & eorum quæ Chriſtus pro nobis ſuſtinuit. [*In mundo preſſuram habebitis,*] id eſt, perſequutiones, tẽtationem, & aduerſitates innumeras. Omnes enim qui volũt pie viuere in Chriſto, perſequutionem patientur: quod maxime verũ fuit in primitiua eccleſia, præſertim in apoſtolis, quando omnis qui occidit chriſtianum, arbitrabatur ſe obſequium præſtare deo. [*Sed confidite,*] id eſt, ſpem præualendi per gratiam meam habete, nam [*Ego vici mundum,*] id eſt, amatores terrenorum, perſequutores iuſtorũ, videlicet ſacerdotes, ſcribas, ac phariſæos, quos verbis & factis confudi, & vici, quia nec ſapientiæ meæ potuerunt reſiſtere, nec miracula abnegare, nec me à via

2. Tim. 4.
1. Ioan. 4.
Eccle. 24.
Baruch. 3.
Ephe. 4.
Matth. 26.
Marci. 14.
Zacha. 13.
Pſalm. 87.
Eſaiæ. 70.
Col. 3.
Pſalm. 118.
Ibidem.
2. Timo. 3.
Act. 5.
Hiere. 70.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A æquitatis auertere: sed & per patientiam vici vniuersam eorum malitiam. imò tunc christus vicit mũdum, cum eum mundus occidit: tunc sapientia vicit malitiam, & ipse sua morte meruit mundi principatum, atque iudiciariam potestatem, dedítque suis militibus fiduciam, formam, & potestatem vincẽdi hunc mundum. Meruit enim per suam persequutionem cunctis fidelibus gratiam superãdi ac triũphandi in omnibus, quam deus per Christũ nobis largitur, dicente Apostolo, Gratias agimus deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. Itemque, In omnibus (ait) triumphat nos in Christo Iesu, & omnia possum in eo qui me confortat. ¶ His verbis consolatur nos christus, ne in aduersis pusillanimes, aut debiles efficiamur, sed clamemus in cælum ad eum qui pro nobis vicit mundum, & miserebitur nostri deus noster, pugnans & expugnans pro nobis. Rursus, quoniam Christus vicit mundum, debilitata est mundi potestas, nec plus potest in nos quàm Christus permiserit. Hinc ergo monemur in omni aduersitate esse constantes, confidendo in christo, vt eius persequutiones considerando, quẽadmodum ad Hebræos scribitur, Per patientiam curramus propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ. Et Petrus, christo (inquit) passo in carne & vos eadem cogitatione armamini. Hic finitus est præclarissimus, admirabilis & prolixus christi sermo, factus, vel potius inchoatus in cœna. Post hæc Euangelista describit orationem & gratiarum actionem Christi pro suis discipulis, & vniuersis fidelibus.

1. Cor. 15. 2. Cori. 2. Philip. 3. Iosue. 23. Hebrę. 12. 1. Petr. 4.

B ¶ Elucidatio Cap. XVII. [*Hæc loquutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit, Pater venit hora.*] Artic. XLI.

COmpleto sermone profundissimo, doctrinali atque prophetico, subiungit filius dei orationem sublimem pro suiipsius glorificatione, quantum ad præmiũ accidẽtale, pro dei patris clarificatione in cordibus hominum, pro apostolorũ, omniumque credentium salute & conseruatione. Et quia orando debemus dei laudem & gratiarum actionem miscere, ipse Saluator orando ad patris sui laudem, itémque gratiarum actionẽ sæpe conuertitur. Ait itaque sanctissimus Euãgelista, [*Hæc,*] id est, sermonem in quatuor præcedentibus capitulis iam descriptum, [*Loquutus est Iesus,*] apostolis, partim sedendo vsque ad id, Surgite eamus hinc: partim stando vel ambulando vsque ad locum præsentem, quem plane sermonem fecit non solũ ad apostolorum, sed vniuersorum quoque instructionẽ fidelium, quamuis hic sermo pro magna parte ad solos sit referendus apostolos. [*Et subleuatis oculis*] corporalibus [*In cælum,*] de quo in Genesi habetur, In principio creauit deus cælum & terram. ¶ Verum siue hoc intelligatur de cælo visibili seu stellato, quod dicitur firmamentum, siue de cælo empyreo, quod est locus & mansio beatorũ, & vnũ de quatuor coæquęuis secundum Strabum, & Bedam. cur Christus, qui secundum naturam assumptã

C vidit indesinenter deum patrem, & trinitatem æque perfecte per speciem clarius quam omnes electi, cur inquam oculos corporales leuauit in cælum? quasi per hoc oculi sui interiores iuuarentur, vel excitarentur ad contemplationem sublimiorem, aut feruentiorem affectionem ad deum. Et respondendum, quod fecit hoc non ad suum profectum, necessitatem, vel indigentiam, quia quomodocunque corpus eius fuerat situatum, anima eius semper æque perfecte ferebatur ad deum, non in vigilia tantũ, sed & in somno, qui contemplationem, dilectionémque animæ Christi nequaquam impediuit: sed ad nostram informationem, vt edoceret nos, quod in orando debemus oculum mentis ad deum dirigere cum magna intentione: atque vt hoc perfectius faciamus, debemus & oculos corporales ad cælum materiale leuare, quatenus inspiciendo magnificum opus dei, & habitaculum eius, excitemur ad speculationem diuinæ creatricis, atque in cælo habitantis maiestatis, cælestium gaudiorum memoriam, quia ad mentis nostræ eleuationem ad deum, plurimum confert industria exteriorum actuum, situum, applicationum, quoniam corporalia ad spiritualia ordinantur, & bonus corporalium vsus spiritualibus suffragatur. ¶ Porro inter hæc corporalia ad internam deuotionem prouocantia, sunt oculorum eleuatio, pectoris tunsio, corporis prostratio, genu flectio, brachiorum extensio, manuum complicatio, multiformis inclinatio. Propter quod in Thren. loquitur Hieremias, Leuamus corda nostra cum manibus ad deum in cælos. Et Psalmista, Leuaui oculos meos in montes. Denique publica-

D nus percutiebat pectus suum. Et Salomon in libris Regum fertur orasse genibus flexis, & manibus in cælum leuatis. Erigamus ergo cum Christo oculos cordis ad deum vbertim, secundum quod scriptũ est, Oculi mei semper ad dominum: quia oratio est ascensus mentis in deum. Vnde qui orat corde vago, intimorato, & dissoluto, nõ orat veraciter, nec exauditur. Hoc egit Ezechias, qui ait, Attenuati sunt oculi mei suspiciẽtes in excelsum. [*Pater*] naturalis, & cõsubstantialis, à quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur, cui nomen & ratio patris propriissime ac verissime competit, [*Venit hora,*] passionis meæ: vel, venit hora, id est, tempus iam imminet faciendi quod precor, videlicet clarificãdi me: quã horam tu ipse, & ego ab æterno determinauimus atque præfiximus, [*Clarifica filium tuum.*] Tripliciter pater clarificauit Christum post hanc orationem. Primo, per signa facta in passione, videlicet quod ad vnam Christi responsionem, omnes aduersarii eius qui venerant capere eum, abierũt retrorsum, & ceciderunt in terram: item per solis obscurationem tam longam, & supernaturalem, per terræmotũ, veli templi scissionẽ, & suscitationem multorum sanctorum in die paschæ, qui venerunt in sanctam ciuitatem, apparueruntque multis. Secundo, per glorificationem corporis Christi, quæ facta est per resurrectionem, ascensionem, & quatuor dotium collationem, videlicet impassibilitatis, claritatis, subtilitatis, & agilitatis. Tertio, clarificauit eum in cordibus hominum, quos conuertit ad christum, ita quòd

Thre. 3. Psal. 120. Lucæ. 18. 3. Reg. 8. Psal. 24. Ezech. 38. Ephe. 5. Ioan. 18. Matth. 37.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eius maiestatē cognoscere, ac venerari cœperunt. Pro omnibus clarificationibus istis orauit nunc chri E
stus. Sed cur ista precatus est Iesus, quū sciret certissime patrē sic decreuisse, vt clarificaret taliter filiū
suum? Dicendum, quod non est inconueniens ea postulare à deo, quæ scimus danda esse ab eo, quia &
deus sic prædestinauit, vt daret ea per preces seruorū suorum. Quoniam vero glorificatio Christi ho-
minis ordinatur finaliter ad gloriam patris, subiungitur, [*Vt filius tuus clarificet te,*] per prædicationē A-
postolorum clarum te faciat in cordibus hominum, dando eis notitiam & venerationem nominis tui
altissimi. Nisi enim pater clarificasset Christum, muudus non credidisset in eum, & per consequēs nec
patrem cognouisset: ideo Christus petit se clarificari, quatenus homines credant Euangelio eius, sicq;
Christus per sui Euangelii annunciationem clarificaret & patrem. [*Sicut dedisti ei*] ab incarnationis prin
cipio, [*Potestatem omnis carnis,*] id est, virtutem & dominationem super totum genus humanum. Poni-
Psalm. 63. tur ergo pars pro toto, videlicet caro pro homine: quēadmodum in Psalmo, Ad te omnis caro veniet.
Esaiæ. 40. Atque in Esaia, Videbit omnis caro, quod os domini loquutum est. Denique (vt dictum est sæpe) eo
ipso quo Christi humanitas vnita est verbo hypostatica vnione, prælata est omni creaturæ. Potest
quoque ad Christum secundum diuinitatem referri: quia per hoc quod pater dedit filio diuinā essen-
tiam, dedit etiam ei omnipotentiam, seu potestatem omnis carnis, omnisque naturæ, hoc est, potesta-
tem per quam ipse vnigenitus filius vniuersa creauit, gubernat, & posidet. Itaque, sicut dedisti ei po-
testatem omnis carnis, sic clarifica eum, [*Vt omne*] genus hominum, [*Quod dedisti ei*] per prædestinatio- F
Roma. 8. nem æternam, per temporalem vocationem, & fidei synceritatem. Quos enim prædestinauit, hos &
Ephe. 1. vocauit, secundum Apostolum: qui iterum ait, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Nemo
Ioan. 6. quippe venit ad filium, nisi pater traxerit eum. Illos ergo pater dat filio, quos decreuit saluari per eum,
& conuertit ad fidem catholicam viuam, & perseuerantem, [*Det eis vitam æternam*] pro eorum salute
moriatur, eisque æternam beatitudinē mereatur vt homo, & largiatur vt deus. Ex hoc innotescit, quod
Christus nunc loquitur de datione potestatis omnis carnis temporali, quæ competit sibi secundum
naturam assumptam: quoniam illa finaliter ordinatur ad redemptionem humanam. Datio vero huius
1. Cori. 13. potestatis æterna, competens Christo secundum diuinam naturam, non ordinatur ad aliud creatum,
sed potius finis est omnis creaturæ. [*Hæc est autem vita æterna,*] id est, vera atque cœlestis felicitas con-
Deut. 32. sistit in hoc, [*Vt cognoscant,*] clare per speciem, quod Apostolus dicit, facie ad faciem, [*Te*] patrem [*So-
lum deum verum,*] qui es deus verus, præter quem non est alius deus: ita quod dictio illa exclusiua, so-
lum, determinat deum, excludens omnem aliam deitatem: quoniam non est deitas præter eam quæ est
in patre, & pater quæ eadem numero est in tribus personis, quę sunt vnus solus verus deus: estque hoc
modo vnaquæque earum solus deus verus, ex quo eluceſcit perfidia Arrii, atque Eunomii, arguentiū
ex hoc loco, quod filius & spiritus sanctus sint puræ creaturæ, quasi solus, determinaret personam, &
personæ excluderet consortium. Sic ergo cognoscant te [*Et*] item [*Quem misisti Iesum Christum,*] id est,
in claro & fruitiuo aspectu patris, & filii, secundum eius diuinitatem, haud dubium quin & spiritus san G
cti, beatitudo omnis mentis creaturæ essentialiter sita est. Trinitas nanque superbenedicta est vnum
beatificum obiectum omniū beatorum: in cognitione autem Christi secundum ipsius humanitatem,
beatitudo consistit, quantum ad præmium accidentale, & ex consequenti, vel secundario. ¶ Ex his cō-
stat, quod beatitudo consistit in actu intellectus essentialiter ac directe, ita quod cōtemplatio summæ
ac primæ viritutis clara, & immediata est essentia beatitudinis, seu ipsa felicitas: tamen in quantum con-
templatio habet fruitionem adiunctam. Non enim cognitio sine dilectione atque fruitione perfecta
est. Hinc dicit Augustinus, quod visio est tota merces, in qua vtique Ioannes nostram deiformem, &
summam perfectionem, & per consequens veram felicitatem constituit, dicens in prima sua Canoni-
1. Ioan. 3. ca, Charissimi, nunc filii dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quum apparuerit, simi-
les ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.
¶ Præterea omnes sancti dei visionem quasi summum, finaléque bonum desiderauerūt. Hinc Moyses
Exod. 33. domino loquens, Si inueni (inquit) gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te. Et
Psalm. 84. Psalmista, Ostēde faciem tuam, & salui erimus. Sed & Aristoteles naturali ratione inductus 10. Ethic.
felicitatem constituit in speculatione optimi speculabilis. Ex quibus patet, quam rudis sit Saracenо-
rum, Iudæorúmque cæcitas, qui felicitatem ponunt in exterioribus bonis, delitiisque carnalibus, scili- H
cet in voluptatibus gustus & tactus, atque similibus. Corporalia enim non sunt bona simpliciter, ne-
que finalia, sed ad spiritualia ordinantur. Carnales insuper voluptates nobis & bestiis sunt communes,
& in se viles sunt. Beatitudo autem consistit in summis, honestisque bonis, & felicitas est bonum prę-
Philip. 2. dignum, spirituale, diuinum, videlicet optima operatio optimæ potentiæ, secundum virtutem perfe-
Baruca. 3. ctam. [*Ego te clarificaui*] sanctum & summum ostendi, ac honoraui, [*Super terram,*] id est, inter homines
Act. 1. viatores habitantes in terra: quibus manifestaui maiestatem tuam docendo, signa agendo, omne bonū
tibi attribuendo, alios ad cognoscendum ac honorandum inducendo, tibi vsque ad mortem obedien-
do, item in omnibus sanctissime cōuersando. [*Opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.*] id est, quic-
quid ad humani generis redemptionem præcepisti me facere, docendo, inter homines conuersando,
Esaiæ. 49. persequutiones ferendo, nunc ad effectum perduxi, & quod restat, videlicet, vt mortem crucis susti-
neam, nūc tam prope est, vt quasi factum reputetur: de quo opere ait Christus per Esaiam, Opus meū
cum deo meo. [*Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum,*] id est, in conspectu tuo glorifica me,
quantum ad præmium accidentale, & ad dexteram tuam exalta, & pone me secundum naturam assum
ptam, [*Claritate quam habui prius quam mundus fieret apud te,*] beatitudinem meam, seu gloriam sem-
piternam, quę competit mihi secundum diuinitatem, cōmunica corpori meo per redundantiam quan-
dam. Vel sic, clarifica me in cordibus hominum apud temetipsum, id est, vere sicut bonum & iustum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A videtur in oculis tuis, claritate quam habui prius quam mundus fieret, æternam beatitudinem meam reuelando hominibus. Vel ſic, clarifica me apud temetipſum, in patria collocando me ſuper omnem principatum, poteſtatem, virtutem, & dominationem, claritate quam habui, id eſt, gloria iſta accidentali, quam habui ſecundum quod homo ſum ante mundi creationem, in tua diſpoſitione inuariabili, atque æterna, hoc eſt, fac & da mihi nunc quod in æternitate dare & facere decreuiſti. Ephe. 1.

¶Porro Saluator dicendo ad patrem, Ego te clarificaui, & opus conſummaui quod dediſti mihi, oſtēdit orationem ſuam exauditione condignam. Deus enim glorificantes ſe glorificat, obedientes remunerat, voluntatem iſtorum faciet, exaudiens deprecationem eorum iuxta Pſalm. Quod vero ait, prius quam mundus fieret apud te, ſic intelligendum eſt, ab æterno antequam totum vniuerſum crearetur, vt eſſet in eſſe rato, ſeu creatæ ac propriæ ſubſtantiæ, vbi tu æternaliter es, qui cælum & terram imples. [*Manifeſtaui nomen tuum,*] id eſt, teipſum [*Hominibus*] per fidem [*Quos dediſti mihi de mundo,*] puta diſcipulis meis, quos de mundo eduxiſti, id eſt, de vita & communione hominum impiorum, & conuertiſti eos ad me, quos vtique decreuiſti ſaluare per me. Vnde Paulus teſtatur, Eripuit nos de præſenti ſeculo nequam, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. Horum corda Chriſtus edocuit verbis de ſignis atque operibus diuinis, de trinitate, de patre cæleſti. Et quamuis apoſtoli antequam Chriſto adhærerent, habuerunt notitiam aliqualem de deo patre, ſecundum ea quæ dicuntur abſolute de ipſo, vt quod eſſet verus deus, creator omnipotens, &c. non tamen cognouerunt eum ſecundum proprietatem relatiuam, per quam dicitur pater naturalis vnigeniti filii dei. Primam quoque notitiam patris perfecit in eis Chriſtus, ſic manifeſtauit eis patrem, ſecundum ea quæ ei abſolute conueniunt, magis clare quam antea cognouerunt, de quibus Chriſtus ait per Eſaiam, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. [*Tui erant*] per creationem, gubernationem, & prædeſtinationem, [*Et mihi eos dediſti*] per temporalem vocationem, ſeu piam eorum conuerſionem, infundendo eis gratiā meritis meis, vt ſint membra mea, fructúmque paſſionis meæ finaliter fortiantur, [*Et ſermonem tuum ſeruauerunt,*] id eſt, doctrinam tuam memoriter tenuerunt, & impleuerunt quantūm requiritur ad ſalutem: vel ſermonem tuum, id eſt, me verbum tuum ſeruauerunt per fidem, & charitatem, [*Et nunc cognouerunt*] per fidem, quamuis nondum perfectam: vel ſecundum Auguſtinum, Chriſtus ponit præteritum pro futuro, dicens tales fuiſſe & eſſe apoſtolos, quales erant futuri recepto ſpiritu ſancto. [*Quia omnia quæ dediſti mihi,*] hoc eſt, vniuerſa quæ habeo, [*Abs te ſunt,*] id eſt, mihi à te collata ſunt, ita quod non operor arte magica, nec ope diabolica, prout impoſuerunt mihi Iudæi, ſed virtute diuina, [*Quia verba quæ dediſti mihi,*] hoc eſt, quæ animæ meæ infudiſti, ac reuelaſti à ſuæ creationis principio: vel quæ mihi verbo tuo dediſti per generationem æternam, per quam dediſti mihi vniuerſorum ſcientiam, omnitúmque verborum intellectum, & exemplarē rationem de omnibus, quum ſim ars rationibus plena, [*Dedi eis*] prædicando eis documenta cæleſtia, [*Et ipſi acceperunt ea*] diligenter aduertendo, atque credendo, [*Et cognouerunt vere, quia a te exiui*] per generationem æternam: ſic tamen, quod manſi in te per ſubſtātiæ identitatē, [*Et crediderunt*] fide formata ac viua, [*Quia tu me miſiſti*] de cælo ad homines per incarnationis myſterium. [*Ego pro eis*] tanquam chariſſimis, [*Rogo*] tuam paternam bonitatem, oratione ex deliberata ratione procedente, quam ſemper exaudis ex me: ſicut ſuperius dictum eſt, Ego ſciebam, quoniam ſemper me audis. [*Non pro mundo,*] id eſt, reprobis amatoribus huius ſeculi [*Rogo,*] de quo mundo dicit Iacobus, Quicunque voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei conſtituetur. ¶Si Chriſtus non orauit pro mundo, quomodo dixit in cruce pro crucifixoribus ſuis, Pater, ignoſce illis? Et in Pſalmo, Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam. Itémque Hieremias, Recordare (inquit) quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Quod apud Eſaiam legitur prophetatum, Ipſe peccata multorū tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. Ioannes etiam profitetur in prima ſua Canonica, Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris tantum, ſed & pro totius mundi. Dicendum, quod Chriſtus non ſolū vt deus per ſcientiam increatam, ſed item vt homo per ſcientiam inditam, nouit diſtincte, & plene, qui & quot eſſent ſaluandi, qui etiam & quot eſſent damnandi. Rurſus, quoniam Chriſtus vt homo comprehenſor fuit quo ad ſuperiorem animæ partem, voluntas animæ eius ſuperior erat voluntati diuinæ perfectiſsime conformata. Quemadmodum ergo ſancti in patria non orant ſimpliciter pro eorum ſalute quos deo reuelante ſciunt præſcitos: imò nec abſolute, atque ſimpliciter deſiderant eorum ſalutem: ſic Chriſtus non orauit oratione ex deliberata ratione prodeunte pro reprobis: fecit tamen pro eis, quod in ſe fuit, ex naturali amore, & pietate, vel affectione forte, vel alio modo orauit pro eis in generali, vel in ſpeciali, ſicut & aliquo modo voluit eos ſaluari, hortans eos ad pœnitentiam: quemadmodum ex naturali ac inferiori appetitu, quo refugiebat mortem, orauit, Tranſeat à me calix iſte. Et per hanc diſtinctionem, faciliter ſoluerentur authoritates præallegatæ, quæ & aliter ſolui poſſunt. Nam oratio eius fuſa in cruce pro quibuſdam occiſoribus ſuis per conſenſum, creditur exaudita: ſed illi nō erant finaliter pertinentes ad mundum perditionis. Similiter orationes eius ante paſſionem pro Iudæis fuſæ in aliquibus illorum fortitæ ſunt effectum, quando poſt reſurrectionem nonnulli conuerſi ſunt, qui vſque ad Chriſti mortem contra eum ſæuierunt.

B C D

3. Reg. 2. Pſal. 144. Hiere. 23. Galat. 4. Eſaiæ. 8. Ioan. 10. Ioann. 11. Iacob. 4. Lucæ. 23. Pſal. 108. Hiere. 18. Eſaiæ. 53. 1. Ioan. 2. Matth. 16. Marc. 14. Lucæ. 23.

¶Inſuper quod ait Ioannes in ſua Epiſtola, verum eſt, quod Chriſtus quantum in ſe eſt, eſt propitiatio pro totius mundi dilectis, quamuis in multis non adipiſcatur effectum, quoniam ponunt obicem gratiæ ſaluatoris. [*ſed pro his quos dediſti mihi,*] hoc eſt, quos per me ſaluare diſpoſuiſti, atque per gratiam conuertiſti ad me, [*Quia tui ſunt,*] id eſt, à te ab æterno dilecti, ac prædeſtinati. De quibus ait Apoſtolus, Nouit dominus qui ſunt eius. ¶Sed ſi erant ſic patris, & à patre filio dati, ita quod perire nō poterant, quid neceſſe fuit orare pro eis? Et reſpondendum, quod ſine præuiis meritis erant prędeſtinati:

1. Ioann. 2. 2. Timo. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sic tamen quod prædestinationis effectum sine meritis Christi & precibus obtinere non debuerunt. E
Prædestinatio nanque vniuersa includit, quæ ad salutem prædestinati concurrunt, ideo comprehendit
Ioan.16. & preces, quæ pro prædestinatis funduntur. [*Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.*] Hoc dupliciter intelligi potest. Primo, de increatis, & infinitis diuitiis patris, & filii. Pater enim se totum communicat filio, dans ei per generationem æternam diuinitatis plenitudinem. Est itaque sensus, Omnia mea, hoc est, quicquid absolutæ perfectionis, quicquid beatitudinis, essentiæ, & maiestatis in me est, vel competit mihi, est in te, & conuenit tibi, quoniam vnum sumus, & indistincti in his quæ absolute dicuntur: per solam vero relationem distinguimur. Secundo, exponitur de bonis creatis: quia omnia creata sicut sunt opus, & possessio filii, ita & patris: imò pater & filius sunt vnus possessor, factor, & dominus totius entis creati. Lyra exponit aliter, dicens, quod propter inseparabilem vnionem diuinitatis & humanitatis in Christo, sit idiomatum communicatio: q uia humana ascribenda sunt deo, & diuina homini
Ioan.16. Christo. Quamuis autem hoc verum sit, non tamen videtur ad propositum: Christus enim nunc loquitur patri: certum autem est, quod propter communicationem idiomatum, ea quæ sunt Christi
Act.4. hominis, non conueniunt patri, neque econtra. Non enim pater est passus, quamuis deus sit passus, nec pater est incarnatus, nec filius est innascibilis. [*Et clarificatus sum in eis,*] hoc est, claritatem meam & dignitatem iam partim cognoscunt, dicentes, Nunc scimus, quia scis omnia, & credimus, quia à deo existi. Post effusionem verò spiritus sancti plenius clarificatus est Christus in discipulis suis, & per eos, F
quando & Petrus dixit de Christo, Hic est omnium dominus, & non est in aliquo alio salus. [*Et iam non sum in mundo,*] hoc est, propinquum est valde vt corporalem præsentiam subtraham hominibus, [*Et ego ad te venio*] per passionem & ascensionem secundum naturam assumptam, ideo indigent tua pia custodia. Propter quod oro, [*Pater sancte,*] qui es essentialiter sanctus, purus, ac superpurissimus, sanctitas infinita, omnisque sanctitatis origo causalis, indeficiens, & fontana, [*Serua eos in nomine tuo,*] id est, in
Psal.36. teipso eos gratiosè custodi, ne pereant, quamuis ad horam cadant, fugiendo à me. Itaque serua eos in nomine tuo, in fide & charitate nominis tui, vt perseuerent in te, & quum ceciderint, non collidantur,
Actu.4. te manum supponente. [*Quos dedisti mihi*] conuertendo eos ad me, [*Vt sint vnum*] per charitatem, sintque
Hiere.23. vnum mysticum corpus per sanctæ dilectionis coagulum: quemadmodum in Actis apostolorum habetur, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Vnde apud Hieremiam dominus prænũciauit, Dabo eis cor vnum, & animam vnam. Sicut enim inuidia coniunctos dissociat, sic charitas disiunctos vnificat. [*Sicut & nos,*] id est, tu, & ego [*Vnum sumus*] in essentia, voluntate, & veritate. Itaque dictio illa, sicut, non denotat iam omnimodam parilitatem, sed aliquam assimulationem, secũdum quod dici solet, Omne simile est dissimile. Aliqui vero, vt abbas Ioachim, verba hæc male intelligentes, dixerũt quod pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut sunt tres personæ, ita & tres substãtiæ, seu essentiæ, vnum per charitatẽ in volũtate. [*Cum essem cum eis*] corporali præsentia [*Ego seruabam eos in nomine tuo,*] G
id est, in tua fide, & charitate. Christus nempe secũdum naturam assumptam seruauit discipulos, quasi *instrumentaliter* docendo, hortando, exemplariter conuersando, & increpando: secundum naturã autem diuinam seruauit eos efficienter, ac principaliter, operando intus per gratiam: sed in hac seruatione nõ differt à patre, & spiritu sancto: quoniam tota trinitas est vnus electorum custos, & cõseruator:
Psal.114. Iob.10. Psalm.23. de quo legitur, Custodiens paruulos dominus, &c. [*Quos dedisti mihi, ego custodiui,*] id est, discipulos à periculis erui, in bono retinui, atque hucusque perduxi, tanquam pastor bonus, pius magister, & dominus potens, [*Et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.*] Loquitur Christus, ac si nunc cum hæc dixit, cũ
Matth.26. discipulis corporaliter non fuisset, eo quod mox recessurus fuit ab eis: similiter loquens de Iuda, dicit eum iam periisse, quamuis adhuc viueret, quoniam in proximo suspensurus erat seipsum, æternalitérq; damnandus: vel iam periit, gratiam amittendo, mortem animæ incurrendo, atque æternam pœnam
2.Thess. 2. promerendo. ¶ Dicitur autem Iudas proditor filius perditionis, hoc est, æternæ damnationis, quia tam copiosè & enormiter fecit digna morte æterna: vnde de Antichristo dicit Apostolus, Nisi reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis. [*Vt scriptura*] libri Psalmorum, loquens de proditore, & eius pœ-
Psal.108. Act.1. na ac maledictionibus [*Impleatur.*] Psalmus enim centesimus octauus, qui incipit, Deus laudem meam ne tacueris, de traditore conscriptus est. Vnde quod ibi habetur, Episcopatum eius accipiat alter, Petrus in Actis apostolorum allegat de Iuda. In hoc autem Psalmo de perditione proditoris multa scribuntur, quæ oportebat impleri. H

¶ Prosecutio præsentis capituli, [*Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo.*] Artic. XLII.



Vnc autem ad te venio,] hoc est, tempus nunc imminet quo veniam ad te per corporalem ascensionem, & corporis mei glorificationem, [*Et hæc*] videlicet sermonem præscriptum, & orationem præsentem, [*Loquor in mundo*] inter discipulos meos, [*Vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis,*] id est, quatenus spiritualem lætitiam, verámque beatitudinem, quæ est gaudium consummatũ, adipiscantur nunc inchoatiue, atque in patria plene. Hoc quippe est finis doctrinæ Christi, & omnium quæ fecit, pertulítque pro nobis. Apostoli autem post resurrectionem, & spiritussancti missionem vbertim experti sunt quandam futuræ beatitudinis prælibationem, gustando quam dulcis est dominus: sed gaudium illud non potuit esse completum in vita præsenti, in qua omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiũtur. Ideo consolatio præsens tribulationibus permiscetur. [*Ego dedi eis sermonem tuum,*] hoc est, Euan-
2.Tim.3. gelicę legis doctrinam docui eos, vt & ipsi eam obseruent, ac prædicent aliis. Misit enim Christus a-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A postolos prędicare regnum dei ante pasionem,vt habetur apud Matthæum.[*Et mũdus odio eos habuit,*] id est, vitiosi scribę & pharisæi cum suis amatoribus. Oderant enim apostolos propter Christum:nã & timore Iudæorum sedebant apostoli clausi in conclaui,sed post resurrectionem dominicam,quando vbique prædicauerunt euangelium Christi,odio habiti sunt à Iudæis,ac Gentibus:secũdum quod Christus apud Matthæum legitur prædixisse,Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Propterea dicit Apostolus,Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. huius odii causam subiungit,[*Quia non sunt de mundo,*]id est,ad sortem,& societatem hominum mundanorum non pertinẽt, nec illorum conuersioni se conformant,imò vitia talium detestantur & arguunt,ideo odiuntur ab eis. Nam dissimilitudo parit rancorem,& peruersi odio habent eos,à quibus veraciter redarguuntur. Itaque non sunt de mundo per operum secularium imitationem,quia per gratiæ aspirationem cor suum auerterunt ab istis terrenis,amantes cælestia,[*sicut & ego non sum de mundo,*]id est,de numero hominũ mundanorum,qui terrena cælestibus præferunt. [*Non rogo vt tollas eos de mundo,*] hoc est,de hac vita mox auferas eos,transferendo eos ad beatorum patriam statim post resurrectionem meam. Primo enim oportet Christianam fidem prædicari per eos, & Gentilitatem conuerti, Ecclesiámque firmari, vnde mors eorum esset in detrimentum ecclesiæ: ipsi quoque multo amplius promerebuntur manendo in mundo,quousque publicata sit fides.Hinc Apostolus Paulus ad Ephesios primo capitulo, Per-

B manere(dicit)in carne necessarium est propter vos.[*sed vt serues eos a malo*] culpæ secundum ordinem prædestinationis æternæ.Nõ orauit Christus,vt à malis pœnalibus vitæ huius seruarentur, quum hoc saluti eorum non expedierit. Beati enim qui persequutionem patiuntur propter iustitiam: sed ne per impatientiam,inconstantiam,vel timorem deficerent in aduersis.[*De mundo non sunt,sicut & ego non sum de mundo.*]Hoc christus resumit,vt nobis commendet gratiam dei,qui electos gratiose discernit,& separat à mundanis.[*Sanctifica eos in veritate.*]¶Superius dixit Christus Apostolis, Vos mundi estis. Et, Ipse pater amat vos.Itémque, De mundo non sunt:cur ergo nunc deprecatur patrem, vt eos sanctificet,quasi sancti non essent?Et respondendum, quòd mundi erant,carendo mortalibus, & de mundo non fuerunt per opera scelerata,non tamen sine venialibus erant, nec perfecti in gratia: ideo Christus petit,vt pater sanctificet eos,hoc est,ab omni immunditia,defectu,& imperfectione expurget,in gratia quoque perficiat:quod post resurrectionem cœpit impleri,quando Christus insuflauit in eos, dicens,Accipite spiritum sanctum. In die autem pentecostes penitus purificati & confirmati fuerunt in bono,adeptis primitiis spirituſsancti. ¶Denique quis est in hac vita sic mundus,vt nõ habeat amplius sanctificari?quum dicat Apostolus, Quæ quidem retro sunt oblitus, in anteriora extendo meipsum: idcirco precatur, Qui cœpit in vobis opus bonum,perficiet vsque ad diem Iesu Christi. Itaque sanctifica eos in veritate,hoc est,veraciter dando eis puritatem mentalem,veritatémque triplicem,vtpote vitæ,iustitiæ,& doctrinæ. [*Sermo tuus veritas est,*]id est,prædicatio quam loquor in nomine tuo,& ex

C te,omni caret mendacio,estque tam pura,& sancta,vt potius dicenda sit veritas,quam vera.Vnde dicit Psalmista,Principium verborum tuorum veritas. Increatus etiam sermo dei, videlicet verbum æternum,& veritas,iuxta quod ait,Ego sum via,veritas,& vita.¶Superius Christus orauit,Sanctifica eos in veritate,moxque quasi expositiue adiecit, Sermo tuus veritas est.tanquam dicat, Hoc est sanctificari in veritate,seruare,& opere adimplere sermonem dei,seu sacram scripturam.

¶Prẽterea,sermo dei,sacra scriptura,Euangelium Christi,intantum est veritas,vt ad Galatas dicat Apostolus, Licet angelus de cælo euangelizet vobis præterquam euangelizamus,anathema est.Nil igitur falsius,nil prorsus detestabilius,quam quod fidei dissonat Christianæ.[*sicut tu me misisti in mundũ*] id est,ad populum Iudæorum,quia non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël,[*Et ego misi eos*]puta Apostolos,[*In mundum,*] id est, ad eundem populum instruendum,præcipiens eis,In viã gentium ne abieritis,sed ad oues quæ perierunt domus Israël.Quemadmodum ergo pater misit filium ex charitate, & pietate,vt hominibus æternam salutem annunciaret,sic Christus pie & charitatiue destinauit apostolos ad prædicandum regnum cæleste.¶Quidam dicunt,quod Christus ponit hic præteritum pro futuro,quoniam ante pasionem non misit apostolos in mundum,sed ad Iudæos duntaxat. Sed hoc modici ponderis est. Sicut enim Christus dicit se missum in mundum,qui tamen perhibet se ad solum populum Israëliticum missum:sic intelligi potest, quod asserit se misisse apostolos in

D mundum, quia ad populum Israëliticum misit eos. Post pasionem autem locutus est eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. [*Et ego pro eis,*] id est, pro salute earum, [*Sanctifico meipsum,*]id est,opera sancta facio,per quæ mereor eis gratiam,& gloriam,non mihi,nisi gloriam præmii accidentalis. Omnia enim opera sua, persequutiones & mortem retulit Christus ad nostrum profectum, atque subsidium:nec opera sua auxerunt gratiam, vel sanctitatem suæ mentis, sed nobis meritoria erant.Vel sic,pro eis,hoc est, ad ædificationem & informationem eorum sanctifico, id est,sanctũ ostendo,& fateor meipsum:quia vt credant in me,dico,& factis ostendo,quod sim christus filius dei,sanctus sanctorum,& mundi saluator. Sancti enim frequẽter suam perfectionem declarant ad dei honorem,vel proximorum instructionem,vel ad propriæ spei subleuationem:secundum quod Paulus ait,Nihil minus me arbitror feciſse ab his,qui sunt supra modum apostoli. Et Ezechias, Memento(ait) domine, quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto. Tertio sic, Ego pro eis sanctifico,id est,sanctum sacrificium ago,& offero meipsum in ara crucis: quemadmodum scriptum est ad Ephesios,Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis,oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.Cuilibet autem harum expositionum consonant verba sequentia.[*Vt sint & ipsi sanctificati,*]hoc est,ab omni macula culpæ mundati,[*In veritate,*]id est,in me,qui veritas sum. Vel,in veritate fidei,quæ est fundamentum totius sanctificationis æternæ. Hanc quippe veram sanctificationẽ

Matth.10. Marci.3. Act.1. Marci. 16. Marci. 14. Galat.1. Amos.5. Ephe.1. Matth.5. Lucæ.6. Matth .25. Ioan.13. Ioan.20. Actu.2. Roma.8. Philip.3. Philip .1. Psalm.118. Ioan.14. Galat.1. Matth . 15. Marci. 10. Matth. 28. Marci.16. Matth.16. 2.Cori.11. 4.Reg.20. Ephes.5. Ioan.14.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

meruit nobis Christus in sua conuersatione & passione, quam per sacramentum ecclesiæ obtinemus: primo omnium in baptismo, deinde in pœnitentia. ¶ Deinceps orat Christus, non pro apostolis tantũ, vt hucusque ab eo loco, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, sed pro omnibus mẽ brisuis, seu vniuersis fidelibus. [*Non pro eis autem,*] hoc est, apostolis, [*Rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me,*] id est, pro cunctis ad fidem conuertendis, qui vel immediate, vel mediate conuertentur, & credent per prædicationem apostolorum. Qui enim non audierunt immediate ipsos apostolos, audierunt successores vel discipulos apostolorum, sicque per verbum apostolorũ crediderunt mediate. ¶ Sed si Christus orauit pro credituris, ergo non orauit pro cæteris discipulis suis, qui tẽpore huius orationis defuerũt, & tamen credebant in eum: nec orauit ꝓ Maria Magdalena, Martha, Ioãnna, &c. Dicendum quod omnium horũ fides in passione defecit. Vnde & postea quasi iterũ credere inceperunt, etsi non per prædicationem apostolorum, tamen per verbũ dei quod cõmissum est apostolis, primo & maxime vt illud euangelizarent. [*Vt omnes*] credentes [*Vnum sint*] per fidem catholicam & indiuiduam charitatẽ, per eiusdem finis appetitionem, sintque vnum mysticũ corpus, vnũ templum, & habitaculum spiritus sancti, quemadmodũ Philippenses hortatur cum omni affectu sanctus Apostolus, Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, implete gaudium meũ, vt idẽ sapiatis vnanimes, idem sentientes. [*sicut tu pater es in me*] sicut in naturali imagine, sicut in charissimo ac vnico filio, sicut in verbo tuo tibi cõsubstãtiali, æquali & coæterno, [*Et ego in te*] in sinu tuo, in corde paterno, in supersplendidissimo fonte, de quo sic emano, vt inuiolabiliter perseuerem in eo, [*Vt & ipsi in nobis vnum sint*] non per consubstantialitatem, quemadmodũ ego & tu vnum cõsistimus, sed per charitatem & gratiã, & item sicut media vniuntur in fine. ¶ Ecce quomodo magister charitatis & vnitatis finaliter cupit vnitatẽ sanctæ dilectionis inesse suis fidelibus. Propter quod ait vas electionis, Idipsum dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata. [*Vt mundus credat*] i. cæteri qui nondũ cõuersi sunt, quẽadmodũ isti. Nõ enim omnes simul cõuersi sunt ꝓ apostolos. [*Quia*] i. quod [*Tu me misisti,*] hoc est, rogo, vt qui primo credent, tãtam habeant vnitatem & charitatem in omni perfectione & gratia, quod cæteri nondum credentes ex consideratione sanctitatis illorum conuertantur ad fidem. Tanta quippe debet in Christiano homine, præcipue religioso viro esse perfectio, vt quicunque, siue infidelis, siue iniquus conuersionem illius inspexerit, fateatur veram esse fidem catholicam, & sanctam consistere euangelicam legem, quę talem edocet vitã. Propter quod Petrus in sua monet epistola, Conuersationẽ vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum. Hoc quoque in apostolis, & primitiua ecclesia adimpletum legitur in Actibus apost. vbi habetur, quod habebant gratiã ad omnem plebẽ, & beatificabat eos populus. [*Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis.*] Quidam per claritatem istã intelligunt immortalitatem, quam Christus iam dedit discipulis suis in spe: vel ponit præteritum pro futuro, propter certitudinem prædestinationis diuinæ. Alii nomine claritatis intelligunt virtutem miraculorum, per quam clarificatur diuinitas, quam virtutẽ & gratiã dedit Christus discipulis, Ecce (inquiens) dedi vobis potestatem calcandi super serpẽtes, i. scorpiones. Videtur autem per claritatẽ hanc Christo collatã significari perfectio scientiæ, vel dignitas gratiæ inditæ Christo, quã ipse suis iam discipulis cœpit cõmunicare, & plenius fuit cõmunicaturus: quemadmodũ dixit superius, Omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Cui expositioni magis consonare videntur sequentia, [*Vt sint vnum*] per charitatem [*sicut & nos vnum sumus*] per naturam, [*Ego in eis*] sicut caput in membris per influentiam vitæ ac motus: quia per fidem & gratiã mentes eorum inhabito, [*Et tu in me,*] per consubstantialitatẽ & circuminsessionem, secundũ quod deus sum, sed secundũ quod homo, es in me per gratiã summã & singularem. [*Vt sint consummati in vnum*] i. ad perfectionẽ mutuæ vnionis (quæ habetur in patria) perducã tur, vbi inseparabili charitate cõnexi sunt, & vbi est deus omnia in omnibus, [*Et cognoscat mundus*] per fidẽ in via, atq; per speciẽ in patria, [*Quia tu me misisti.*] ex qua cognitione maxime inflãmatur electorũ dilectio ad patrẽ & filiũ, eo ꝙ pater vnigenitũ suũ miserit ꝓpter nos in hũc mũdũ: ipseq; filius in hoc & in aliis vsque ad mortẽ patri consenserit, vel obediuit pro nobis. [*Et dilexisti eos*] ab æterno & gratis [*Sicut & me dilexisti,*] non tamen intantum vt me, quem secundũ naturã diuinam diligis amore prorsus immenso: secundũ naturam autẽ assumptam ampliori quã vniuersitatem creaturarũ. Vel, dilexisti eos sicut & me. i. ad eundem finẽ, seu beatificam dei fruitionẽ ad quam me dilexisti, secundũ quod homo sum. Tertio sic, Dilexisti eos sicut me. i. quemadmodũ diligis me, vt filium naturalẽ: sic diligis eos, vt filios adoptiuos. [*Pater quos dedisti mihi,*] hoc est, electos meos, quos meritis meis decreuisti saluari, [*Volo*] imperialiter secundũ quod deus, & vt homo, volo, deprecor, atque desidero, [*Vt vbi sum ego*] . i. in patria, in qua nunc actualiter sum, quantum ad naturã, atque hypostasim verbi: prout testatus sum Nicodemo, Filius hominis qui est in cælo. Sic enim Christus omnia vere ac substantialiter implet: iuxta illud in Hieremia, Nunquid non cælũ & terrã ego impleo? vel, Vbi sum ego, hoc est, in regno cælesti in quo statim per ascensionẽ futurus sum secundũ naturã humanã: aut certe vbi sum ego, hoc est, in beatifica visione, seu vera beatitudine, in qua anima mea nunc actualiter est, [*Et illi sint mecũ*] post vitæ huius curriculũ. Quãuis enim fideles sint iam cũ Christo per fidẽ & gratiã, quum ipse promiserit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationẽ seculi: nihilominus aliquo modo nunc distãt ab eo, dicente Apost. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidẽ enim ambulamus, & non per speciẽ. [*Vt videant*] oculis cordis [*Claritatem*] . i. gloriã [*Meam*] videlicet increatã beatitudinẽ, verã diuinitatẽ: vel gloriã meam . i. creatã felicitatẽ animę meæ, & corporis mei glorificationem, quæ corporalibus oculis conspicietur, [*Quam*] claritatem increatã, [*Dedisti mihi*] ab æterno per generationẽ diuinã: claritatem vero creatã dedisti mihi in tẽpore vtpote beatitudinẽ animæ in incarnatione,

Philip. 2. Ioann. 1. Actu. 9. 1. Cor. 1. 1. Pet. 2. Actu. 2. Lucæ. 10. Ioan. 15. Ephe. 3. Col. 3. 1. Ioann. 4. Philip. 2. Ioann. 3. Hiere. 23. Matth. 28. 2. Corin. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A glorficationẽ corporis in reſurrectione, [*Quia dilexiſti me ante cõſtitutionẽ mũdi*] ſcđm naturã diuinã, tãq; ibi ęternaliter ſubſiſtẽter præſentẽ, atque ſimillimũ: ſcđm naturã vero humanã pater dilexit filiũ ab ęterno, non quaſi vt ſic exiſtentem, ſed quia naturam huius humanam ad tantam beatitudinẽ præordinauit, volens ei tantũ bonũ, vt verbo vniretur, ac frueretur à ſuæ creationis principio. ¶ Porrò, ſi hoc q̃ ait, quia dilexiſti me, accipiatur vt cauſa, ꝓprie dicta eius quod dixit, quam dediſti mihi, tunc verba prę inducta, videlicet vt videant claritatẽ meam, non erunt intelligenda de increata claritate Chriſti. Hãc enim pater non dedit filio ob hoc, quia dilexit eũ ante conſtitutionem mundi: quia non ex præuia dilectione, ſed naturali emanatione generat filiũ. Si vero accipiatur, vt ſignum, intelligi poſſunt verba prę habita de claritate filij increata. [*Pater iuſte*] fons vniuerſæ iuſtitiæ, regula æquitatis, atque menſura totius rectitudinis. Iuſtus enim dominus & iuſtitias dilexit. Vnde in Sapiente ſcriptum eſt, Cum ſis iuſt⁹ omnia iuſte diſponis. Virtus enim tua iuſtitię initium eſt. [*Mundus te non cognouit*] notitia ſalutari, formata. Euang. Ioannes accipit mundum nunc pro reprobis, ac mũdanis hominibus. Vnde & apud Mathæũ dicitur, Væ mundo ab ſcandalis. Hic mundus in maligno poſitus eſt. Interdũ vero pro electis in hoc mundo verſantibus, de quibus nunc dixit, vt cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti. ¶ Denique licet philoſophi per naturalẽ rationẽ, Iudæi quoque per ſcripturas; & mali Chriſtiani per fidẽ informẽ agnouerũt deum: tamen philoſophi non cognouerũt patrem ſecundũ proprietatẽ paternitatis, & rela

B tionẽ realem, neq; Iudæi, niſi forte per fidem implicitã: tamen vt dictum eſt, Prophętę & aliqui erudiores in lege, habuerũt notitiam trinitatis. Mali quoque Chriſtiani licet agnoſcant patrẽ & trinitatem per fidẽ informẽ, non tamen habent de eo cognitionẽ formatã, quæ requiritur ad ſalutẽ. [*Ego autem cognoui te*] comprehenſiue ſecundũ quod deus ſum. Nemo enim nouit filiũ niſi pater, neq; patrem niſi filius. Cognoui etiam te ſecundũ naturã aſſumptã, beatifica viſione ab initio incarnationis. [*Et hi*] apoſtoli [*Cognouerunt*] iam, [*Quia tu me miſiſti*]. i. in hunc mundum direxiſti, [*Et notum feci eis nomen tuum*] per fidem, docendo eos, quod tu ſis pater æternus à quo exiui, [*Et notum faciam eis*] nomen tuũ poſt reſurrectionem, cum per inſufflationẽ, & ignearum linguarum apparitionem infudero eis ſpiritum ſanctum, ad intelligendũ ſcripturas, ac myſteriũ trinitatis: clariſsime vero, ſeu per ſpeciẽ notificabo te eis, quum ad patriã perducẽtur, vbi omnia intuebuntur in verbo. Ibi enim quælibet diuina perſona ſeipſam & ſingulas notificat facie ad faciẽ cuiſlibet beatorũ. Nihilominus notificatio illa appropriatur filio quũ ipſe ſit veritas, & ſapientia patris. Vnde beati aſſeruntur cũcta videre in verbo, quũ immediate cõſpiciãt ſupergloriioſiſsimã trinitatem, quaſi vnum ſimpliciſsimum, beatificúmque obiectũ. [*Vt dilectio qua dilexiſti me.*] Certũ eſt, ꝙ dilectio dei ſit ipſemet deus diligens. Verũtamen pater dicitur diligere filium cũ ſpiritu ſancto, ſecũdũ enſum quo hoc exponẽdũ eſt. Poteſt itaque ſic exponi, vt dilectio qua dilexiſti me. i. tu ipſe me diligens, vel ſpiritus ſanctus quo diligis me, [*In ipſis ſit*] per lumẽ gratiæ in præſenti, & item per lumen gloriæ in futuro. Sic autẽ ſit in eis, vt & ipſi diligantur à te, & tu ſeu amor tuus

C ad me diligatur ab eis. Ad hoc ordinatur cognitio, vt amemur à deo, eũque amem⁹. [*Et ego in ipſis ſim*] quaſi in templo, inhabitando corda eorũ, vt vniti ſuo capiti vitam gloriæ ſortiantur.

¶ Expoſitio cap. XVIII. in quo incipit paſsio Chriſti Ieſu, [*Hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron.*] Artic. XLIII.

Hæc cum dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trãs torrentem Cedron.] Paſsionẽ Saluatoris, per

H quam viuificatus eſt mundus, ſinguli Euangeliſtarũ deſcribunt, tanquã vnũ inter pręcipua opera Chriſti. Mori nãque & ab impiis crucifigi dignatus eſt Ieſus, vt merito obediẽtiæ ſuæ ac mortis, totum genus humanum ab originali peccato, per inobedientiam contingente, & à morte æterna hinc conſecuta eriperet: imò ab omni peccato ſaluaret, ab omni liberaret pœna, atque miſeria, tãdémque plenariam animæ & corporis glorificationem præſtaret: item vt ſuæ dilectionis feruorem & immenſitatem nobis inſinuaret, vt formam daret vincendi aduerſa, & ab inordinata mortis curaret formidine, vt patientiam demonſtraret. Rurſus, vt innoteſcat quàm enorme & graue ſit peccatum, pro cuius expiatione oportuit pati vnicum filium dei: vt iuſtitia dei appareat, qui maluit occidi filium ſuum dilectum & innocentem, quàm peccatum manere inultum, aut inexpiatum: vt miſericordia dei reſplendeat, qui ſic compaſſus eſt ſuæ creaturæ, quod pro eius ſaluatione proprio filio non pepercit. Vt demum magnitudo diuini amoris ad nos eluceſcat, dum propter nimiam charitatem ſuam, qua di-

D lexit nos, filium ſuum ſic affligi, ſic turpiſsima atque pœnaliſsima morte permiſit occidi, vt nos ſempiternam obtineamus lætitiam. Ait igitur felix Euangeliſta, [*Hæc*] hoc eſt, ſermonem & orationem præſcriptos, & etiam alia multa quæ ab aliis Euangeliſtis deſcribuntur, [*Quum dixiſſet Ieſus,*] partim in cœnaculo, ad minus vſque ad illud, Surgite eamus hinc, & partim (vt aliqui dicunt) in via locum verſus captionis: quibuſdam vero apparet, quod omnia hæc dixerit in cœnaculo, quia ſubiungitur, [*Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis,*] vndecim apoſtolis, quibus & dixit in cœna, Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Iudas vero iam abiit, [*Trans torrentem Cedron*] vltra flumen ſic dictũ. Et dicitur torrens Cedron, id eſt, cedrorum ibi creſcentium, currenſque per vallem Ioſaphat, inter Hieruſalem & montem Olueti. [*Vbi*] id eſt vltra quem torrentem [*Erat hortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius.*] Hortus iſte fuit in villa Gethſemani, ſitus ad radices montis Oliuarum. Vnde Matthæus dicit Ieſum veniſſe in villa Gethſemani. Lucas vero quod exiuit in montem Oliuarum: quæ omnia ſimul ſtant, quia per montem iſtum venit ad hortum. ¶ Conuenienter autem dominus Ieſus omnium virtutum floribus adornatus, vigore & viriditate ſapientiæ atque ſcientiæ decoratus, cuius anima à ſuo vigore & viriditate nunquam aruit, ingreſſus eſt hortum viriditatis vbertatíſque locum. Vtinam & cor noſtrum ſit hortus delitioſus, virtutum ſcientiarúmque graminibus plenus, redolens, quaſi Chriſti odor bonus, in quem Chriſtus intrare dignetur: quemadmodum ſponſa orat in Canticis, Veniat dilectus meus in hortum ſuum. [*Sciebat autem & Iudas qui tradebat,*] & tunc traditurus fuit

Aeron. 13. Roma. 8. Epheſ. 2. Sapien. 2. Ioan. 14. Lucæ. 22. Matth. 22. Lucæ. 22. cant. 5. 2. cor. 2. Cant. 5. Matth. 26.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Marc.14. Lucæ.22. [*Eum,*]vtpote Ieſum[*Locum iſtum,*]videlicet hortũ,nec latuit Iudã,quod Ieſus iam illuc fuiſſet profectus,cuius cauſa ſubiungitur,[*Quia frequẽter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis*]etiam tẽpore nocturno,quoniã erat locus quietus,orationi contẽplationiq; aptus.Ideo apud Lucam ſcriptum eſt,quod exiuit ſecundum conſuetudinẽ ſuam in montẽ Oliuarũ.Ex quo patet,quod Ieſus tẽpus nocturnũ in oratione,& in actibus ſanctis expendit,locumq; ſolitariũ,& quietum à ciuitate competenter diſtantem expetiit: non quòd indigeret adminiculo loci, quem nil ab actibus intellectiuæ partis animæ potuit impedire,vel ad eorum exercitium promouere:quoniã iugiter fuit in eadem perfectiſsima mentis diſpoſitione ſubſiſtens:ſed vt daret nobis exemplũ ſic faciẽdi,quatenus à ſtrepitu hominum elõgati, deũ

Ibidem. libere & attente cum cordis ſtabilitate precemur.¶Porrò,in hoc horto fecit Ieſus trinam orationem, factúſque in agonia ſudorẽ emanauit ſanguineum: vbi & angelus ei apparuit,ipſum confortans.[*Iudas ergo cum accepiſſet cohortem,*]hoc eſt,multitudinẽ militum Romanorũ ſub tribuno cõſiſtẽtiũ,[*Et à pon-*

Matth. 26. *tificibus*].i.principibus ſacerdotũ,[*Et phariſæis,*]haud dubiũ quin & à ſcribis,[*Miniſtros,*]qui erãt Iudęi.

Marc.14. Muniuit enim ſe proditor familia vtriuſque curiæ,ne quis auderet vel poſſet defendere Ieſum.cohortem autem cum tribuno miſit Pilatus prędes ad inſtantiã Iudæorũ.[*Venit illuc cum laternis & facibus, & armis,*]videlicet lumine,gladiis,& fuſtib⁹.Erat enim profũda nox, ideo ne errarẽt in perſona,& ne Ieſus latẽter diffugeret,venerũt cũ lumine.[*Ieſus itaque ſciens omnia quæ uentura erãt ſuper eum,*]hoc eſt,in iurias & tormẽta ſibi mox inferenda,[*Proceſſit*]obuiam eis intrepidus.Finita enim trina oratione,dixit F diſcipulis,Surgite,eamus.Ecce appropinquabit qui me tradet.[*Et dicit ad eos,Quem quæritis?*]Non quę

Ioan.14. rit quaſi ignorãs, ſed vt oſtendat ſe capi ac mori paratũ:& ex illorũ reſpõſione conuenienter reſpon-

Matth. 26. deat,ordinãteq; veniat ad ſequẽtẽ effectũ.[*Reſponderunt ei,Ieſum Nazarenum.*]Non enim cognouerunt

Marc.14. Ieſum,quãuis lumẽ adeſſet,& ante eũ nouiſſent:imo nec Iudas eũ cognouit,quouſq; placuit Chriſto. Quẽadmodum enim diuina virtute fecit ſe ſæpe inuiſibilẽ hoſtibus ſuis,quãdo voluerũt eũ pręcipitare & lapidare:ſic nũc fecit ſe eis incognoſcibilem,donec punctũ ſuæ captionis inſtaret.[*Dicit eis Ieſus,*

Lucæ.4. *Ego ſum*]Ieſus Nazarenus:imo & verus deus,qui olim locutus ſum Moyſi,Ego ſum q̃ ſum.Hæc dices

Ioan.10. filiis Iſraël,Qui eſt,miſit me ad vos.[*Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipſis*] in acie,quia dux

Exod.3. fuit,atq; præceſſit,vt primitus accedẽdo & oſculando,oſtẽderet virum quẽ quęrebant.[*Vt ergo eis dixit Ieſus, Ego ſum, abierunt retrorſum, & cecidерunt in terrã,*]nec ſurrexerũt,niſi domino Ieſu annuente.¶Ecce quanta eſt virtus Chriſti,qui vno verbo illos ita proſtrauit:qđ vtiq; miraculoſe factũ eſt diuina virtute,mediante verbo quod dixit,Ego ſum,quod terribiliter auribus illorũ inſonuit. Tanta nanq; fuit

Matth.21. vis verbi illius,quantã voluit chriſtus eã eſſe. Item mediante ſui vultus apparatu,quem eis oſtendit in

Marc.11. timore & maieſtate. Quẽadmodum enim eiecit de tẽplo omnes emẽtes,& vendentes: quoniã terruit

Lucæ.19. eos egredientibus igneis radiis ex oculis eius,atque diuino quodã fulgore in eius facie radiãte : ſic nũc

Ioan.11. iſtos deiecit in terram.Et ſi illa eiectio ſecundũ Origenẽ & Hieronymũ tã mira fuit, q̃ ſuſcitatio Lazari ei vix præferatur:multo vtiq; mirabilior extitit iſta armatorũ,pugnatorum,atq; turbarũ tantarũ de- G iectio.Merito quoque cadebãt retrorſum,qui ſtabant ex aduerſo Chriſti,& vt miſerabiliores apparerẽt,ac penitus victi,tanquã qui filio dei ſe opponere præſumpſerũt.[*Iterũ interrogauit eos,Quem quæritis? Reſponderunt ei,Ieſum Nazarenũ.*]Non enim pœnituerunt viſo tã inſigni miraculo Chriſti,propriãq; in

Eccle.7. firmitatẽ experti,quoniam obſtinati erãt:& quẽ deus cõtemnit,nemo corrigere poteſt.[*Reſpondit eis Ie-*

Matth 26. *ſus,Dixi vobis,quia ego ſum.Si*]pro quia[*Ergo me quæritis*]ad capiendũ & occidendũ,non ad contẽplandũ,

Marc.14. diligẽdũ,& perfruendũ:quomõ me quærunt electi,[*ſinite hos*]diſcipulos meos[*Abire.*] Omnia hæc

Roma.1. operatus eſt Chriſtus.Primo,ad maieſtatis ſuæ declarationẽ.Secundo,ad infidelitũ illorũ commonitionẽ,videlicet vt ſuam infirmitatẽ,& chriſti virtutẽ attẽderẽt.Voluit enim chriſtus eos quantũ in ſe erat,cõmonere,vnde & auriculã amputatam reſtituit proprio loco.Tertio,vt penitus inexcuſabiles fierẽt perſiſtentes in malo.¶Deniq; Chriſtus dicendo,Si me quæritis,ſinite hos abire,dedit hoſtib⁹ ſuis licentiã quandam,hoc eſt,nõ prohibitionẽ,ſed permiſsionẽ,capiendi ſe:nõ tamẽ dedit eis admonitionem,vel iuſsionẽ faciendi tantũ piaculum.Iuſsit vero,vt deus,ne caperẽt ſuos diſcipulos,& neceſſario obedierũt,non valẽtes voluntati iubentis reſiſtere:alias mirũ eſſet, quòd non comprehẽderunt apoſtolos,maxime Petrum,qui Malchum tã grauiter vulnerauit.Cur autẽ Chriſtus iuſsit ne diſcipulos tã gerẽt,ſubdit Euangeliſta,[*Vt impleretur ſermo quem dixit*]Ieſus capitulo prędicti,[*Quia quos dediſti mi-*

Marc. 14. *hi*]ô pater[*Non perdidi ex eis quenq̃,*]nullũ electorũ apoſtolorũ perire permiſi.Hoc dixerat chriſtus his H

Lucæ.22. verbis,quos dediſti mihi ego cuſtodiui.¶Poſſunt autem hæc verba exponi dupliciter. Primo,de corporali conſeruatione,eritq; ſenſus,Nõ perdidi ex eis quenq̃,id eſt,nullũ apoſtolorũ mecũ occidi permiſi,ſed de manu hoſtiũ illos eripui.Secundo ſic,Non perdidi ex eis quenquã i.nullum illorũ dãnari permiſi.Si autẽ chriſt⁹ permiſiſſet apoſtolos hac vice capi,periſſent,ſecũdũ Auguſtinũ, quia infirmi erant,& ad moriendũ pro Chriſto imparati.Nã & princeps eorum ſola interrogatione concuſſus,ter

Matth.26. negauit. Dilata eſt ergo eorũ occiſio,quouſq; confirmati fuerunt in fide,& euangelicam legem diſſeminauerũt:tũcq́ue moriendo pro Chriſto nõ perierũt,nec perdidit eos chriſtus,ſed ampliorẽ ſunt cõ

Luc.22. ſequuti ſalutẽ.[*Simon ergo Petrus habens gladiũ.*]Apud Lucã legitur Chriſtus dixiſſe apoſtolis, Qui nõ habet,vendat tunicam ſuã & emat gladiũ.cui reſponderũt,Domine,ecce duo gladij hic.Horũ duorũ gladiorũ vnũ detulit Petrus.Porrò gladii iſti ſecundum quoſdam fuerũt magni cultelli,quibus vti ſolent piſcatores:alij dicunt, q̃ erant gladij proprie dicti.[*Eduxit eum*]de vagina,[*Et percuſſit pontificis ſeruum,*]ex magno amoris feruore,quo Ieſum dilexit præ cæteris,volẽs vlciſci filium dei bono zelo, ſed indiſcreto,[*Et abſcidit auriculam eius dexteram.*]Forte putauit eũ occidere, imo ſecundũ Chryſoſtomũ intendebat ei caput amputare.[*Erat autem nomen ſeruo Malchus,*]quem Petrus ſtans iuxta Ieſum nõ magis læſiſſet q̃ alium,niſi ille primo cœpiſſet mittere manum ſacrilegam in filium dei.Hoc equidem ſcit Petrus quando cœperũt comprehendere chriſtum, qui ſecundum Lucam tetigit locum vulneris,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A & restituit aurem, atq; sanauit. [*Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladiũ in vaginam.*] Christus patientiæ doctor, qui docuit & præcepit aduersarios diligi, & persequutoribus bona impendi, impleuit qđ docuit: per quod damnatur ira & impatientia nostra, qui nec vnum verbum durius prolatũ possumus, vel potius nolumus sustinere, & interdũ nec cõtenti sumus æquale dãnum rependere, sed modice læsi volumus offensorem nostrũ prorsus deprimere: quo cõtra dicit Apostolus, Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Et Psalm. Si reddidi (inqt) retribuẽtib⁹ mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. [*Calicem quem dedit mihi pater,*] id est, mortẽ quam pater vult me sustinere pro mundi salute, [*Non vis vt bibam illum?*] id est, mortem hanc gustẽ: tanꝙ dicat, Erras hoc volendo. Vnde & alio loco quũ Christus passionẽ suã prędixisset, cœpissetque Petrus increpare eũ, dicẽs, Domine propitius esto tibi, nam hoc nõ erit. Respõdit ei Iesus, Vade retro me Satana, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quę hominũ. ¶ Quæritur, si pater dedit Christo hunc calicem, quid peccauerunt Iudęi, qui eũ christo dederunt, intulerunt & propinauerũt? Dicendum quod pater ideo dicitur calicẽ Christo dedisse, quia per eius passionem decreuit humanũ genus redimere, & quia permisit eũ occidi. Voluit ergo christum mortẽ patienter & charitatiue sufferre, non tamen voluit Iudæos tantum crimẽ cõmittere, vnde nec excusantur: quia nec ea intẽtione Christũ occiderũt, qua pater voluit eũ mori. Hinc in Actis Petrus testatur, Deus qui prænũciauit per os omniũ prophetarũ pati christũ suum, impleuit sic. [*Cohors ergo & tribunus*] princeps cohortis, qui erant Gẽtiles à Pilato trãsmissi, [*Et ministri Iudæorũ,*] præsertim põtificũ [*Cõprehenderunt Iesum,*] violentiã inferentes ei, qui non habebat peccatũ. ¶ Est autẽ & alia comprehensio Christi bona ac spiritualis per amorẽ & contẽplationem, de qua dicit Apost. Sequor autẽ, si quo modo cõprehendam, in quo & cõprehensus sum. Sponsa quoq; in Cãticis, Apprehendã (ait) te & ducam in domũ matris meæ. [*Et ligauerunt eum*] in manibus. Fertur quoq; ꝙ ferream catenã miserũt in collũ eius. Dixerat enim eis Iudas, Ducite eũ caute. [*Et adduxerunt eum ad Annam primum.*] i. priusquã ducerẽt eũ ad Cayphan: nã primo occurrit eis ab extra venientibus domus Annæ. Voluerũt ergo eũ lætificare, prẽsentãdo ei ligatum quẽ oderat: item vt ei reuerentiã exhiberẽt tanquã affini Cayphæ, quẽadmodũ subditur, [*Erat autẽ socer*] ipse Annas [*Cayphæ,*] quia habuit filiã Annæ, [*Qui*] Cayphas [*Erat pontifex anni illius.*] Quãuis enim secũdũ legẽ debuit esse vnus summ⁹ sacerdos vsq; ad finẽ vitę suæ, cui succederet fili⁹ eius, iã tamen ꝑ ambitionẽ Iudæorũ, quolibet pene anno mutabãtur pontifices. Annas vero & Cayphas tanꝙ pecuniosiores, frequentius præsidebãt vicibus alternatis. [*Erat autẽ Cayphas qui cõsilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo.*] Hoc dictũ est supra. Hoc ideo puto repetere Euangelistã, vt christi occisionẽ retorqueat maxime in principes sacerdotũ: qui secundũ Augustũ. voluerũt quasi immunes videri à mortẽ christi: propter quod in Actis apostolo. dixerũt apostolis, Implestis Hierusalẽ doctrina vestra, & vultis super nos inducere sanguinẽ hominis istius. [*Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus,*] qui cõmuniter fertur fuisse Ioannes. Sed si ita est, cur more solito nõ adiecit, quem diligebat Iesus? Forsitan ideo, quia nũc recitat factũ in quo infideliter egit. Primò, fugiendo à Christo: deinde à longe sequẽdo: propterea reputat se indignũ solito titulo. Hi ergo præ cæteris sequuti sunt Christum, quia in eius amore magis arserũt, concupierũntque videre quẽ exitum res ipsa haberet. Quãuis itaq; primo cum aliis apostolis aufugissent, tamẽ assumpta quadã fiducia, rursus sequuti sunt Iesum. Marcus Euãgelista de sequela Petri nil refert, sed ait, quod adolescens quidã amictus syndone sequutus sit christũ, quem adolescentẽ aliqui asserunt fuisse Ioannẽ, quamuis postea de solo Petro dicat ꝙ à lõge sequutus sit eũ. [*Discipulus autem ille erat notus pontifici.*] causam notitię diuersi diuersimode tradũt. Quidam ꝙ frequẽter portauit pisces ad domũ Annæ: alij ꝙ propter nobilitatẽ suæ prosapiæ fuerat ei notus, quia de tribu Iuda, & semine Dauid. [*Et introiuit cum Iesu in atrium pontificis.*] Annã vocat pontificem, nõ quia tũc erat, sed quoniã & ante, & postea fuit. [*Petrus autẽ stabat ad ostiũ*] atrii [*Foris*] nõ audẽs, vel nõ permissus intrare. [*Exiuit ergo ille alius discipulus qui erat notus põtifici, & dixit ostiariæ*] rogans eã, vt intromitteret Petrũ, [*Et introduxit Petrũ*] annuẽte precibus suis ostiaria. Discipul⁹ iste quando intrauit cũ aliis, putauit quod Petrus se sequeretur: quem quũ videret deesse, egressus est vt introduceret eũ. [*Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nũquid & tu ex discipulis es hominis istius?*] Hoc mulier suspicabatur, quoniã vidit Petrũ timide introeuntẽ: & forte ex dispositiõe habit⁹ sui notauit, ꝙ esset de cõsortio Iesu. videtur autẽ hęc mulier quasi cõpassiue loquuta, dicẽdo, hominis

D isti⁹: qđ nihilomin⁹ intelligi potest quasi despectiue dictũ. [*Dixit ille, Non sum,*] in quo patet infirmitas Petri, & verũ esse qđ dixerat Christ⁹, Sine me nihil potestis facere. Vbi enim ô Petre, vbi iã verba tua, quę pauloante tã secure dixisti, Quare nõ possum te sequi modo? Animã meã ꝑ te ponã. Et si oẽs scãdalizati fuerit, ego nunquã scãdalizabor. Itémq;, parat⁹ sum tecũ & in mortem & in carcerẽ ire. & ecce vna voce ancillæ deiect⁹ es? Nemo ergo se iactet, nullus præsumat, null⁹ propriis viribus innitatur. [*Stabãt autem serui & ministri.*] Hoc forsitan dicit, quia & quidam de seruis tribuni affuerũt & forte cũ seruis Iudæorũ steterũt. [*Ad prunas, quia frigus erat,*] quẽadmodum sępe est vernali in æquinoctio, [*Et calefaciebãt se,*] quia post mediã noctẽ tempus est magis frigidũ. [*Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se,*] cui interior ignis sanctæ dilectionis extinguebatur. Stetit autẽ inter ministros, quasi audacter, ne notaretur. [*Pontifex interrogauit Iesum de discipulis suis,*] cur vel quomodo eos collegisset, & vbi iã mansissent, qui & quales essent, [*Et de doctrina eius.*] Examinauit itaq; Annas Iesum de duob⁹, videlicet de discipulis suis, ac documentis, vt aliquid calũnię inueniret in Christi respõsis. Quærebat igitur Iesum quid docuisset. [*Respondit Iesus, Ego palã loquutus sum mũdo.*] Ad primã quæstionẽ nihil respõdit, quia discipuli eius laude pro tũc digni nõ erãt: ad secũdã vero respõdet, ego palã. i. in locis publicis voce expressã, in communi audiẽtia loquut⁹ sum mũdo, videlicet bonis & malis, doctis, atq; indoctis. Nõ tamen loquebatur Christ⁹ semper palã. i. plane ad intelligendũ turbis, quẽadmodũ ait discipulis, Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei, cæteris autẽ in parabolis oĩa fiũt, vt vidẽtes non videãt, & audientes.

Ibidem.
Matth. 5. Lucæ. 6.
Rom. 12. Psalm. 7.
Matth. 16. Marc. 8.
Actu. 5.
Esaiæ. 53.
Philip. 3. Cant. 2.
Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Num. 35.
Ioanni. 11.
Actu. 4.
Matth. 26. Lucæ. 22. Marc. 14.
Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.
Ioan. 15. Ioan. 13. Matth. 26. Lucæ. 22.
Matth. 13. Marc. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lucæ.8. Esaiæ. 44. non intelligant.[*Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo,quo omnes Iudæi conueniunt.*]His videtur contrarium,quod ſecundum alios Euangeliſtas Chriſtus frequẽter docuit alibi,quàm in ſynagoga & templo,puta in monte,in naui,in via,in domo Marthæ,aliiſque locis diuerſis. Et reſpõdendum,quod per ſynagogam intelligere poſſumus cõgregationem Iudæorum:Chriſtus autem raro vel nunquam legitur docuiſſe aliquem ſolum priuate,quãuis interdum hoc fecerit,vt quando loquutus eſt mulieri Samaritanæ ad puteum.Dum ergo prædicauit diſcipulis,docuit in ſynagoga.Secundo,nomine ſynagogæ intelligi poteſt quælibet domus Iudæorum,ordinata ad cultum diuinũ,nõ ad ſacrificia,in qua cõuenerunt ad orandum,ac audiendũ lectionem legis & prophetarũ. Et quamuis non habuerũt niſi vnum tẽplum,in quo licuit ſacrificia immolare,habuerunt tamen in ſingulis vrbibus ſynagogas,in quibus legitur Chriſtus frequenter prædicaſſe. Sit igitur ſenſus, Ego ſemper, temporibus aptis, quomodo alibi dicitur,Oportet ſemper orare.id eſt,omni tempore deputato,vel debito,docui,loquendo de prædicationibus magis ſolennibus & protractis,in ſynagoga,ſcilicet materiali vel cõgregatione populi,& in templo Hieruſalem,quo omnes Iudæi conueniunt certis temporibus ſecundum legem,[*Et in occulto loquutus ſum nihil.*]Quomodo verũ eſt hoc,cum apud Marcum dicatur,Cum eſſet in domo ſingularis,interrogauerunt eum diſcipuli?Dicendũ,quod ſenſus verborum eſt iſte,In occulto,id eſt,ſuſurratorie,ſeu latenter,animo occultãdi,quaſi nõ audẽs apparere,&à cõmunitate audiri,loquutꝰ ſum, id eſt,prędicaui,nihil.Hinc enim dicit Apoſtolꝰ,Quę dico vobis in tenebris,dicite in lumine: & quæ auditis in aure,prædicate ſuper tecta .¶Sed his rurſus obuiare videtur,quod apud Eſaiam de Chriſto prædictũ eſt,Nõ clamabit,nec audietur foris vox eius.Reſpõdendũ,quod verbis illis aufertur à Chriſto inordinata eleuatio vocis,& vana ad plebẽ vociferatio:de quo clamore ait Apoſtolus, Omnis ira, & indignatio,& clamor tollatur à vobis.Fuit ergo ſermocinatio Chriſti modeſta,non ex impetu paſſionis clamoroſa.His verbis Chriſtus oſtendit veram eſſe ſuam doctrinam.Suſpecta nãque & falſa documenta,prædicantur in angulis,atque latibulis:vnde ſuprà dictum eſt,Omnis qui male agit,odit lucem,& non venit ad lucẽ,ne manifeſtentur opera eius.Qui autem facit veritatem,venit ad lucẽ,vt manifeſtentur opera eius,quia in deo facta ſunt.[*Quid me interrogas?*]animo reprehẽdendi,nõ proficiẽdi, cui nec credis,[*Interroga eos qui audierunt quid loquutus ſum ipſis.*]quaſi dicat,Illorũ teſtimonio volo ſtare:quod nõ faciunt ſeductores,ſed negãt in manifeſto,præſertim coram iudicibus, quod prædicãt in ſecreto.[*Ecce hi ſciunt quæ dixerim ego,*]& ideo debes ab eis inquirere,quia plus credis eis,quã mihi.Nõ erat hic Annas dignus veritatem prædicatã ab ore Chriſti audire, quoniam ad calũniãdum quęſiuit. [*Hæc quum dixiſſet*]Ieſus,[*Vnus aſſiſtens miniſtrorum,*]pontificis,volẽs placere domino ſuo,[*Dedit alapam Ieſu,dicens, Sic reſpondes pontifici?*].i.quomodo audes tam præſumptuoſe & reprehenſiue reſpondere tãto patri,ac principi,non præmittẽdo verba reuerentiæ.Videtur huic facinoroſiſsimo ſeruo,q̃ Chriſtꝰ nimis audacter reſpondiſſet ſummo ſacerdoti,eúmque de imperita interrogatione reprehẽdiſſet.[*Reſpondit Ieſus,Si male loquutus ſum*].i.falſe & indiſcrete. Quãdoq; enim aliquis loquitur male,nec loquẽs malũ,aut falſum,ſed verum & bonũ:quia quod bonũ & verum eſt,non loquitur cũ debitis circunſtãtiis actus virtutũ.[*Teſtimonium perhibe de malo*].i.oſtende in quo male dixi:[*Si autem bene,*].i.prudenter & iuſte reſpõdi,[*Quid me cædis?*]quaſi temerarium;quum pœna infligatur pro culpa.Ex hoc patet, quia quod alibi docet Saluator,Si quis te percuſſerit in vnã maxillã,præbe ei alterã,intelligendũ ſit ſecundum animi præparationẽ,quando videlicet expedit vel oportet ad dei honorẽ,vel proximorũ ędificationẽ,vel aliam piã cauſam,non ſecundũ operis exhibitionem,niſi pro tẽpore, loco & cauſa.

Matth.5. Luc.6.

¶Proſequutio huius cap. XVIII. [*Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.*] Artic. XLIIII.

Oſtquam Ioannes narrauit quod alij Euangeliſtę omiſerunt,videlicet quid paſſus ſit Ieſus in domo Annæ,procedit ad ea quæ alij quoque deſcripſerunt:quæ pro magna parte omittit Ioannes, tanquã ſufficienter recitata per illos.[*Et miſit eum,*]ſcilicet Ieſum[*Annas ligatum ad Caipham pontificem.*]Præſentatus enim fuit Chriſtus Annæ ligatus:vnde & Annas iudicans eum vinculis dignum, miſit eum ſic ad Caipham,tanquam ad principalem,in cuius domo erãt collecti ſacerdotes,ſcribæ,ac phariſæi & ſeniores,vt Chriſtus à caipha in audientia talium examinaretur.[*Erat autem Petrus ſtans & calefaciens ſe.*]Secundũ Auguſtinum & eius imitatores,qui dicũt trinã negationẽ Petri in domo Annæ cõpletam,Euãgeliſta nũc redit ad deſcribẽdũ quod cœpit narrare de Petri negatione: propter qđ verba pauloante inducta reſumit,dicendo,Erat autem Petrꝰ.Alij dicũt trinã negationem Petri factã in domo Caiphæ,& per anticipationẽ eſſe intelligẽda,quæ ſcribit Ioãnes de negatione prędicta: quorũ aſſertioni videntur alij tres Euangeliſtę fauere,qui nil ſcribunt de perductione chriſti ad Annã,ſed quod Petrꝰ ſequutus ſit chriſtũ vſque in atriũ caiphæ,&ibi ter Chriſtũ negauerit. Quidã vero affirmant,q̃ Petrꝰ negauit ſemel in domo Annę,biſq; in habitaculo caiphę, & ita quod nũc ait Euãgeliſta referẽdum eſſet ad ſtationẽ Petri in domo caiphæ.[*Dixerunt ergo ei*]miniſtri qui ſtabãt adignem, [*Nunquid & tu diſcipulus eius es?*]huius videlicet deceptoris: quod cõiiciebãt forte ex diſpoſitione ac habitu Petri,& quia cũ verecundia,timore & cõpaſsione ſedebat.[*Negauit ille & dixit,Nõ ſum.*]chriſtus prędixit Petro,q̃ ter negaturus ſe eſſet:nũc autẽ aſſerit Euãgeliſta,q̃ Petrus negauerit ſe eſſe diſcipulũ Ieſu, ſed hoc negãdo negauit & Chriſtum.[*Dixit vnus ex ſeruis pontificis,cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam,Nõne te vidi in horto,*]quo cepimꝰ Ieſum[*Cum illo?*]quaſi dicat,Facialiter te cognoſco, quoniã recolo q̃ vidi te in horto cũ illo.[*Iterum ergo negauit Petrꝰ.*]Poſtremo quomodo in deſcriptione negationis Petri differãt inter ſe Euãgeliſtę,dixi ſuper Matthęũ,idcirco nũc pertrãſeo.[*Et ſtatim gallus cantauit*]ſecũdavice,quia ſecũdũ Marcũ chriſtꝰ prędixerat Petro,In hac nocte antequã gallꝰ bis vocẽ dederit,ter me es negaturꝰ.[*Adducũt ergo*]Iudęi[*Ieſum à Caipha in prætoriũ.*]Prætoriũ appellat̃ ſedes,vel domꝰ in qua reſidebãt ad diſcernẽdas populi cauſas ipſi prętores,q̃ dicũtur quaſi præceptores,quia prę-

Matth.26. Marc.14. Matth.36. Marc.14.

A cepta dabant ſubiectis. Hoc loco multa omittit Ioānes, quæ alij Euangeliſtæ ſcripſerūt, videlicet quo- Matth.26.
modo Cayphas Chriſtum diſcuſsit blaſphemum, mortéque dignum iudicauit. [*Erat autem mane.*] Nā Marc.14.
hora prima dominum Ieſum ducebāt ad Pilatum. Ex auiditate enim ſuæ occiſionis tam mane obtule Lucæ.22.
runt eum Pilato vinctum: quoniam conſuetudo eis fuit illos offerri præſidi vinctos, quos iudicabant
morti obnoxios. [*Et ipſi non introierunt in prætorium*] præſidis, [*Vt non contaminarentur*] ingrediendo domū
viri gentilis contra legem, fierēntque immundi ad edendum cibum paſchalem. de quo ſubiicitur, [*Sed
manducarent paſcha,*] id eſt, azymos panes, non agnum paſchalem, qui in veſpere præcedētis diei fuit co
meſtus. ¶ Græci vero putantes hoc loco per paſcha intelligi agnum paſchalem, dicunt quod Ieſus paſ
ſus ſit feria quinta, in qua agnus typicus offerebātur, vt ſit figuratum ſeu veritas correſpōdens figuræ
etiam quantum ad tempus. Sed hoc eſt manifeſte contra alios Euangeliſtas, quēadmodum ſuper Mat
thæum plenius declaraui. Ecce hypocritę iſti excolentes culicem, & camelum glutientes, timentes par Matth.23.
uum peccatum, non maximum, formidantes maculari ingrediendo domum pagani, & non verentes ef
fundere ſanguinem chriſti. [*Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,*] in hoc cedēs obſeruationi eorum, [*Et dixit,
Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?*] tanquam dicat, Præſentatis mihi iſtum vinctum qua
ſi morte dignum, quid ergo obiicitis ei? Pilatus quippe à rege Romanorum iudex Iudææ conſtitutus,
voluit Romanorū legem ſeruare: quibus conſuetudo nō erat quenquā damnare, niſi præſentes habe
B ret accuſatores, locúmque defendendi acciperet ad abluenda crimina, vt habetur in Actis apoſtolorū. Actu.25.
[*Reſponderunt, Si non eſſet hic malefactor*], i. enormis tranſgreſſor, morti obnoxius, [*Nō tibi tradidiſſemus eū,*] Matth.27.
ita ligatū vt morti adiudicetur: quaſi dicerent, Tales & tanti ſumus, & ſuſpicari nō decet, velle nos in- Marc.15.
nocentem morti exponere. [*Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eū vos, & ſecundum legem veſtrā iudicate eū*] dā Lucæ.23.
nando eū ad mortem, ſi ſecundū legē veſtram id meruit: vel dimittendo, ſeu minori pœna torquendo
ſi mortē non promeruit, iuxta legē. quaſi dicat, Si tantæ authoritatis atque iuſtitiæ eſtis vt nudis verbis
veſtris credendū ſit, ergo iuſte iudicate eū, & nolite me in tali negotio prægrauare. [*Dixerunt ergo ei Iu-
dæi, Nobis non licet interficere quēquam.*] Quidam dicūt quod Iudæi hoc vere dixerunt, eo quod Romani
abſtulerunt eis iudicium ſanguinis, quāuis minora iudicia reliquerint eis. Sed huic dicto obuiare vi-
detur, quòd Iudæi pauloante frequenter tentauerunt occidere Chriſtū, lapidando, aut præcipitando: Ioan.10.
eodem quoq; anno occiderūt Stephanū. Denique, vt habetur in Actis apoſtolorū, principes ſacerdo- Lucæ.4.
tū cogitauerūt interficere ipſos apoſtolos; quādo Gamaliel eos cōpeſcuit: imo Iudęi lapidauerunt Pau Actu.7.
lū, putātes & mortuus eſſet. Probabilior ergo videtur aſſertio dicentiū, videlicet quod nō licuit Iudęis Actu.5.
interficere quenquā in feſtiuitate paſchali, ne ſanguinis effuſione tātæ ſolennitatis ſanctitatē fœdarēt. Actu.4.
Vel potius opinandū eſt cum Auguſtino, quod callide hoc dixerunt, quatenus Chriſto à iudice repro
bato, ipſi viderētur immunes. [*Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus,*] id eſt
ob hoc concomitanter Iudæi renuerunt propria authoritate occidere Chriſtum, atque dixerunt, No- Ioan.12.
C bis non licet interficere quenquā. vt verbum Chriſti quo prędixit, qualiter & à quibus occideretur, Matth.15.
ſortiretur effectum. Dixit enim apoſtolis, Ecce aſcēdimus Hieruſalem, & filius hominis tradetur prin Marc.9.
cipibus ſacerdotū, & ſcribis, & tradent eū gentibus ad illudendū, & flagellandū, & crucifigendū: quib⁹ Lucæ.19.
verbis ſignificauit ſe à gentib⁹ exequutiue interficiendū. [*Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vo-
cauit Ieſum.*] Iudæi enim cū clamore & ſtrepitu magno inſtabant, vt Ieſum dānarēt: idcirco Pilatus nō Matth.20.
potens Ieſum examinare in tanto tumultu, introiuit in locū ſecretū in propria domo, puta prętoriū, vt Matth.27.
ibi quiete & diligēter inquireret facta Ieſu. [*Et dixit ei, Tu es rex Iudæorum?*] vt dicunt te dixiſſe. i. Eſt ne Marc.15.
verū quod tibi obiiciunt. ſ. quod dixeris te regem Iudæorū? Hoc nanq; impoſuerunt Chriſto Iudæi,
imò & duo alia, iuxta illud Lucę, Cœperunt illū accuſare, dicentes, Hunc inuenimus ſubuertentē gē-
tem noſtrā, & prohibentē tributa dari Cæſari, & dicentē ſe chriſtum regē eſſe. Pilatus autē duo prima Lucæ.23.
non aduertit, quia quū eſſet gentilis, nō curauit quomodo Ieſus doceret Iudæos: ſecundū quoq; agno
uit falſum, quia percepit Chriſtū dixiſſe, Reddite quæ ſunt Cęſaris, Cęſari, & quę ſunt dei deo. Tertiū
vero, videbatur imperatori Romanorū contrariū, qui præcepit, ne quis ſine ſuo cōſenſu appellaret ſe
regē, vt dicitur. Specialiter autem dicitur imperator abſtuliſſe Iudęis regiū nomen, propter eorū ſuper
biā, atque frequētem rebellionē. Hinc ergo Pilat⁹ ſolicite ſciſcitabatur, an eſſet rex Iudæorum. [*Reſpon* Matth.22.
dit Ieſus, A temetipſo hoc dicis,] videlicet quod ſim rex Iudęorū, [*An alij tibi dixerunt de me?*] Nō ex igno Marc.12.
D rātia quęrit hoc chriſt⁹, ſed vt hac occaſione reſponſionis Pilati aliquid dicat ſalubriter ad noſtram in Lucæ.20.
ſtructionē proficuū. [*Reſpondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus ſum?*] tanquā dicat, A meipſo iſta nō quæro,
quia Iudęus nō ſum, vnde nec curo de quęſtionib⁹ legis eorū: nec iſta concipio ex me, quaſi peritus in
lege illorū, [*Gens tua,*] videlicet populus iſte Iudaic⁹, de quorū numero atque progenie es, [*Et pontifices
tui tradiderunt te mihi.*] Ex quo apparet & aliquid magnū ſit in cauſa, eo quod tui tradūt te alieno ad cō
demnandum. [*Quid feciſti?*] quaſi dicat, Verba illorum, & quid tibi impponūt audiui, ſed eis non credo,
ſciens partim falſa eſſe quæ aſſerunt, & item quod per inuidiā tradiderunt te mihi: ideo tu ipſe dic ve
ritatē, paratus ſum credere tibi, propter ea quæ audiui de te, vtpote quod tanta mirabilia perpetraſti.
[*Reſpondit Ieſus, Regnum meum non eſt de hoc mundo,*] id eſt, mundiale, terrenum & temporale, ſed cæleſte,
ac ſpirituale, per quod Chriſtus ſatisfecit Pilato zelante pro cæſare. Per hoc enim quod Chriſtus non
quęſiuit dominationem terrenam & tēporalem, patet quod non derogauit imperatori, qui tunc mun-
di monarchiam tenebat. ¶ Sed poteſt quis dicere, regnū Chriſti eſt eccleſia militans, degens in ſeculo
iſto, quomodo ergo regnum eius non eſt de hoc mundo? Rurſus, chriſtus eſt princeps regum terræ, Apoc.1.
vt dicitur in Apocalypſi, ergo & omnium terrenorum regnorum. Iterum dictum eſt ſuprà, Pater dili Ioan.3.
git filium, & omnia dedit in manu eius. Itémque, Dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ex quibus ſe- Ioan.17.
quitur, quod omnia regna mundi huius ſint eius. Regna autem mūdi ſunt de mundo. Dicendū, quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

siue per regnũ intelligatur principatus, seu gubernatio regis, siue subiecti illius: verum est quod regnũ E
Christi non est de hoc mundo, id est, tale quale est regnum mundi huius, vel pertinẽs ad mundanorũ
sortem regnorum. Gubernatio enim mũdana est cum pompa, & gloria, cum diuitiis, atque deliriis: vel
saltem cum familia multa & magnificentia eorũ, quæ ad mundum respiciunt. similiter subditi munda
norum regum secularibus occupãtur negotiis, & in exterioribus subiiciũtur regibus suis. Porrò, guber
Zacha.9. natio Christi est interna, per fidem, charitatẽ, seu gratiã, in cordibus electorũ suorũ: de quibus dixit su
Matth.11. pra, De mũdo non sunt, sicut & ego nõ sum de mundo: intelligẽdo per mundũ homines terrenos, car-
Philip.3. nales, mũdanos. Christꝰ quoq; in paupertate & humilitate, in afflictione & aduersitate prẽfuit suis, qui
Rom.8. potius sunt cælestes, q̃ mũdiales, dicẽte Apostolo, Nostra cõuersatio in cælis est. Et, Qui in carne sunt
placere deo nõ possunt. [*si ex hoc mundo esset regnum meum,*] id est, mundanum & temporale, consistens
in exterioribus, & dominatione terrena, ac virtute armorũ, [*Ministri vtique mei,*] quos tunc haberẽ, sed
modo non habeo, vtpote homines seculares, similes satellitibus atque militibus regũ mundanorũ: vel,
Zacha.9. ministri mei, quos nunc habeo, videlicet angeli sancti, cæteriq; credẽtes, [*Decertarent,*] id est, pugnarẽt
Matth.25. pro me. [*Vt nõ traderer Iudæis.*] Tales etenim reges nolũt opprimi, capi, aut hostibꝰ subiici: subditi quo-
Lucæ.21. q; eorum vsq; ad mortẽ pugnant pro eis. [*Nunc autem regnum meum non est hinc*] .i. de hoc mundo, vt pa
Esaiæ.50. tuit. Primus enim Christi aduentus promissus, prẽnũtiatúsque fuit in paupertate, abiectione & humili
tate, vt pateretur pro mundi salute. Secundus vero, erit in maiestate & gloria, vt iudicet mũdũ, & om- F
nes aduersarios suos deiiciat & condemnet. Ex quo elucescit cæcitas Iudæorũ prẽstolantium primum
Christi aduentũ in tanta maiestate & gloria, quòd omnia mundi regna ipsis subiiciet, mundiq; monar
cha consistet, non attendentes q̃ Hieremias Christũ alloquẽs prophetauit, Quare quasi colonus vẽtu
Hiere.14. rus es in terra, & sicut viator declinãs ad manendum? [*Dixit ei itaq; Pilatus, Ergo rex es tu.*] Pilatus audita
Christi respõsione, notauit q̃ admisit se esse regẽ, quãuis non terrenũ, ideo solicite inquisiuit de huius
modi regno, quod secundũ verba Christi nõ pertinuit ad Iudæos. [*Respondit Iesus, Tu dicis quia rex sum
ego*] .i. veritatem quam à me interrogas, tu ipse profers, quia vere sic est, quod rex sum. Quãuis enim in
Matth.26. terrogatio interrogatiue proposita nõ sit certa, nec falsa, tamen hoc ipsum quod significat est verũ, vel
falsum, si simpliciter proferatur, videlicet assertiue, vel negatiue: sicq; verbũ Pilati quo dixit, Ergo rex
es tu, verũ fuit simpliciter sumptũ, seu assertiue prolatũ. christus autẽ talem habuit modum respon den
Hiere.23. di. Nam quũ Iudas dixisset, Nunquid ego sum domine? Respondit, Tu dixisti. ¶ Porrò, quod Christꝰ
Zacha.9. sit rex, vtriusq; testamẽti testãtur scripturæ. Scriptũ est enim de eo apud Hieremiam, Regnabit rex &
Lucæ.1. sapiens erit. Zacharias quoq; ait, Ecce rex tuꝰ venit tibi mansuetus. Item Lucas, Regnabit (inquit) in do
mo Iacob in ẽternum, & regni eius nõ erit finis. Ioannes quoq; in Apocalypsi, Agnus dominus domi
Apoc.17. norũ est, & rex regũ. de cuius regno quod non est hinc, contestatur Apostolus, Cum tradiderit regnũ
Apoc.19. deo & patri. [*Ego in hoc*] .i. propter hoc natus sum temporali natiuitate ex virgine. De æterna quippe
1.Cor.15. generatione modo non loquitur. [*Et ad hoc veni in mundum*] per incarnationis mysteriũ, non per diuini G
tatis mutationem, vel descensum localem, [*Vt testimonium perhibeam veritati*] .i. vera affirmem, veritatẽ
1.Ioan.3. prędicem, falsa reprobẽ, iniusta cõdemnẽ. Venit enim filius dei, vt dissoluat opera diaboli. ¶ Perhibuit
autem christus testimoniũ veritati doctrinæ, euangelicam legẽ docẽdo: veritati iustitiæ, opera Iudæo-
Ioan.7. rũ redarguen do: prout supra dixit, Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia ope
ra eius mala sunt. veritati quoque vitæ, quia quod docuit, adimpleuit. Denique testimoniũ perhibuit
Ioannis.8. veritati, vtpote sibimetipsi, vt dictum est supra, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso. Ipse
Ioan.14. autem est via, veritas & vita. [*Omnis qui est ex veritate*] æterna & increata, nõ solum per creationem vt o-
mnia, sed per prædestinationem & imitationem, hoc est, quæ pertinet ad deum, quasi electus ab eo, &
filius eius per adoptionem, [*Audit vocem meam*] .i. doctrinę meæ, tandem aliquando atque finaliter an
tequã hinc recedat, credit, & acquiescit: & tales sunt regnum meum, hoc est quod alibi scriptum est,
Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo nõ estis. [*Dicit ei Pilatus, Quid est*
Ioan.8. *veritas?*] Pilatus quia iudex erat, audito nomine veritatis, scisciatur quid sit veritas, quæ maxime respi
cit iudices, quorũ interest vera ac falsa discernere. ¶ Possunt autẽ verba Pilati dupliciter accipi. Primo
vt intelligatur quæsisse in cõmuni diffinitionẽ veritatis. Secundò, vt intelligatur specialiter interroga sse,
quid sit veritas: de qua audiuit à christo, Omnis qui natus est ex veritate: ex quibus verbis pensauit
quòd veritas esset quoddã principium hominũ. [*Et quum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos.*] non expe- H
ctauit Christi respõsionẽ, præ nimio desiderio liberandi & excusandi eum: iã enim percepit innocẽ
tiam christi, & forte sic festinauit, quia repẽte occurrit memoriæ eius modus eripiendi Christũ de ma
nibus Iudæorũ, qui modus subiũgitur, [*Et dixit eis, Ego nullam in eo inuenio causam*] mortis, diligẽti ac de
Matth.27. bita inquisitione prẽmissa. [*Est autẽ consuetudo vobis, vt vnũ*] reum [*Dimittam vobis*] .i. ad vestrũ honorẽ,
Marc.15. atque instantiã, [*In pascha*] .i. in festiuitate paschali. Hanc consuetudinem habuerunt Iudæi, non ex le
Luc.23. gis præcepto, sed ex prędecessoribus suis, qui & hoc impetrauerunt ab Imperatore, vt iudex ab illo cõ
stitutus in Hierusalẽ, & Iudæa, dimitteret eis vnũ vinctũ in pascha quemcunque petissent, in recorda-
tionẽ liberationis patrum suorum de seruitute Pharaonis, quę liberatio fuit in pascha. [*Vultis ergo dimit
Exod.12. tam vobis regem Iudæorum?*] Pilatus Romano Imperatori obediens, vocat Iesum regẽ Iudęorum deriso
Matth.27. rie & iocose. Nõ enim assertiue dixit eum regẽ Iudæorũ, quia Imperator prohibuit aliquẽ sine suo cõ
Marc.15. sensu Iudæorũ regẽ vocari, & quia audiuit à Christo, Regnũ meum nõ est de hoc mundo: sed idcirco
Lucæ.23. sic loquitur, vt ostendat quã vana & friuola fuerat Iudęorũ obiectio, qui hoc christo imponebant, q̃
dixit se regẽ Iudæorũ. quasi dicat, qualẽ apparentiã habet hoc, quod iste paup dixerit se regẽ Iudęo-
rũ, quantũ ad regimẽ, de quo imperatori & mihi est cura. [*Clamauerunt ergo rursum omnes*] Iudęi aduer
sarij Saluatoris, non tamẽ omnes simpliciter. Aliqui etenim aderãt amici christi, videlicet Nicodemꝰ, Io
seph, &c. dicẽtes, [*Nõ hũc, sed Barrabã*] nobis dimitte. [*Erat autẽ Barrabas latro,*] (q̃ vt Lucas refert) propter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A seditionē factā in ciuitate & homicidiū, missus fuit in carcerē. Hūc locū ponit Ioannes trūcatē, sciens ꝙ alii Euangelistæ eū descripserint plenius. ¶ Aduertendū ergo quod Pilatus ex corde cupiens Iesum eripere, excogitauit industrioſe, proposuitque Iudæis duos, quorum alterū eligerent sibi dimitti: & ne alium magis quam Iesum peterent sibi dimitti, proposuit Iesum & Barrabam latronem seditiosum & homicidam, arbitrans quod nequaquam tam sceleratum ac odiosum eligerent. Pontifices vero & pharisæi persuaserunt populo, vt eligerent Barrabam, & Iesum crucifigi deposcerent: quod & fecerunt. Ephe.5. Vnde & merito venit super Iudæos ira dei vsque in finem, quia latronem præposuerunt filio dei.

¶ Declaratio Cap. XIX. [*Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum.*] Artic. XLV.

Mittit Euangelistarū vnus quædam quæ alii descripserunt. Ioannes itaque hoc loco omit-
O tit quod recitat Lucas: quomodo scilicet Pilatus misit Iesum ad Herodem, qui quum Iesum alba veste indutum, spretū, & illusum remisisset, ipse Pilatus rursus instabat quomodo Iesum Lucæ. 23. eriperet. Cumque Iudæorum furore pensato, considerasset quod non posset Iesum omnino immunē dimittere cum pace illorum, cogitauit eum castigare ad satisfaciendum illorum furori, nō vt Christū persequeretur, quem nouerat innocentem, sed vt cæsum dimitteret. Fecit ergo quod subditur, [*Tunc ergo,*] dum vidit se verbis nihil proficere, sed Iudæos latronem præ Christo eligere, [*Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit*] eum, id est, per suos seruos fecit expoliari vestibus, alligari columnæ, flagellis
B crudeliter percuti, quod erat tenerrimo, naturalissimo, ac nobilissimo corpori Christi inæstimabiliter pœnale. ¶ Nos quoque iugiter recordemur, quæ & quāta pro nobis sustinuit agnus sine macula, eiúsque exemplo discamus libenter ferre aduersa, pro eius amore omnia dura ac aspera affectuose toleremus, corrigamus quoque & castigemus nosipsos, meditemur quam erubescibile fuit in regia ciuitate, in die solenni, in tot milium præsentia, in aduersariorū conspectu, sic nudari, ligari, & cætera quæ sub- Matth.27 sequuntur sufferre: sicque discamus contemnere omnem humanum honorem, & esse parati ad contu- Marc. 15. melias, irrisiones, confusiones pro Christo. [*Et milites (præsidis) plectentes coronam de spinis,*] id est, iuncis Lucæ.23. marinis longis, acutis, & valde punctiuis [*Imposuerunt capiti eius*] cum illusione, quia dixit se regem, [*Et veste purpurea circumdederunt,*] id est, vestiebant [*Eum.*] Matthæus vocat chlamydem coccineam, & forte Matth.27. fuit aliquid rubeū simile purpuræ. [*Et veniebant ad eum & dicebant (irridendo,) Aue rex Iudæorum.*] quasi dicerent, O miser & stulte, qui te iactasti esse regem Iudæorum, propter hoc meruisti has pœnas. [*Et* Ioan.16. *dabant ei alapas,*] quemadmodum Sibylla legitur prædixisse, Dabunt deo alapas manibus incestis. Et in Iob, Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes percusserunt maxillam meā, satiati sunt pœnis meis. Denique milites hæc fecerunt congregata ac præsente vniuersa cohorte secundum Matthæum: ponētesque genua sua adorauerunt eum, & surgentes conspuerunt vultum ipsius, percutiebant quoque ca- Matth.27. put eius benedictum arundine. ¶ Hæc omnia intentissimam exigunt meditationem, crucifórmem imitationem, amoris inflammationem, itémque perēnem gratiarum actionem. Ille coronatus est spinis, vt nos coronemur corona de lapide precioso, danda electis in patria: iuxta quod scriptum est, Accipient
C regnum decoris, & diadema speciei de manu domini. Ille purpureo indumento pro illusione indui nō negauit, vt nos vestibus gloriæ, duplici stola vestiamur. Vnde per Esaiam inducitur, Induit me vesti- Psalm. 20. mento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. In Prouerbiis quoque, Omnes domestici eius ve Sapien.3. stiti duplicibus. Denique tantas illusiones, consputationes, contemptus sustinuit, vt ab illusione diaboli, à confusione æterna, à vilificatione perpetua liberemur. [*Exiuit iterum foras,*] de prætorio ad Iudæos stantes ante domum suam, [*Pilatus, & dixit eis, Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis, quia nullam in eo causam inuenio,*] propter quam occidi meruerit, quasi dicat, Educo eum castigatum, si forte in verbis offendit: ex quo potestis attendere, quod nullam causam mortis in ipso comperio: quia si sic, non flagellassem eum, sed morti mox adiudicassem. [*Exiuit ergo Iesus portans (in capite) spineam coronā,*] capiti sacratissimo dire infixam, [*Et purpureum vestimentum.*] ¶ O quantus dolor apprehendit & penetrauit cor maternum dulcissimæ ac virgineæ matris, quum filium suum vnicum atque charissimum, quem plus amauit quam seipsam, sic vidit egredientem, taliter cruentatum in vultu, sic crudelissime contrectatū, tam miserabiliter apparentem. Non recedat à memoria nostra dispositio domini Iesu taliter egredientis. Tunc vtique speciosus forma præ filiis hominum, visus est non habens speciem, neque decorem, cum vultus eius clarissimus sputo & sanguine fuit perfusus. ¶ Obsecro te domine Iesu rex Christe, vt Esaiæ. 53.
D huius tuæ apparitionis merito, detur mihi nunc gratia taliter conuersandi, vt post vitæ præsentis incolatum tibi præsenter sine omni labe peccati, ornatus splendore virtutum, ne tuo tribunali oblatus cōfundar. [*Et dixit*] Pilatus [*Eis,*] puta Iudæis, [*Ecce homo*] qui dixit se regem, id est, cernitis nunc, quam dire & supersufficienter correptus sit, quam miserabilis appareat, ita vt merito contentari & cōpati debeatis, non grauiorem vindictam expetere. Hac nempe de causa eduxit Pilatus Iesum, tam lamentabiliter sauciatum, vt ad compassionem emollirentur corda Iudæorum, cessaréntque persequi innocentē. [*Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri*] fautores eorum speciales, [*Clamauerunt, dicentes, Crucifige, crucifige eum.*] In quo patet, quam lapidea, sæua, & inuidissima erant illorum corda, qui homini innocenti sic læso & deformato, quod adamantina pectora in eius compassione potuerunt mollescere, nequaquam compassi sunt, sed voce repetita præ nimio desiderio clamabant, Crucifige, crucifige, quasi illa tormenta insufficientia fuerint. Et ô beatissima genitrix dulcis Maria, quam pœnalissimum erat benignissimæ animæ tuæ audire verbum illud crudelissimum, atque asperrimum. Tunc vere impletum Psalm. 63. est quod Psalmista prædixit, Exacuerunt vt gladium linguas suas. Et denuo, Filii hominum dētes eo- Psal.65. rum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. [*Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. Ego non inuenio in eo causam,*] necis seu crucifixionis. Illi qui dicūt Iudęos vere dixisse Pilato, Nobis nō licet interficere quenquā, quasi omnino ablatum fuerit eis iudicium sanguinis, dicunt quod Pilatus ista re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpondit ex indignatione, & irriſorie, quaſi dicat, Si audetis vel poteſtis, occidite eum. Alij dicũt, quod E
Pilatus idcirco hæc dixit, quod Iudæi voluerunt immunes videri à morte Chriſti. Propterea commiſit eis iudicium. quaſi dicat, Si imò iuſtum eſt eum occidi, facite hoc per vos, & non imponatis mihi hoc onus: ideo dixit iſta Pilatus, vt acciperent Ieſum, tenerentque ligatum vſque poſt feſtum, & tunc facerent ſecundum quod vellent. [*Reſponderunt ei Iudæi, Nos habemus legem*] diuinitus datam, [*Et ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit*,] id eſt, eſſe perhibuit. Nam ipſa nocte paſsionis adiuratus à Caypha, an eſſet Chriſtus filius dei benedicti, manifeſte reſpondit, quod imò. Impoſuerunt ergo chriſto, quod nomen & gloriam diuinitatis ſibi vſurpauit, ſicque ſecundum legem occidendus eſſet tan-
Leuit. 24. quam blaſphemus. Lex tamen præcepit tales lapidari, non crucifigi. ¶ Mira peruerſitas ac cæcitas Iu-
Ioan. 18. dæorum, quaſi ideo mentitus ſit Ieſus, quia dixit ſe filium dei, quum tamen per ſcripturas & ſigna oſtenderet ſe eſſe Chriſtum, & per conſequens filium dei. [*Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem,*] videlicet quod Ieſus dixit ſe filium dei, [*Magis timuit,*] non propter legem Iudæorum, ſed formidauit ne ſi ſic eſſet, quemadmodũ Ieſus ferebatur dixiſſe, & per conſequens grauiſsimum ſacinus commiſiſſet flagellando filium dei, magis quoque quam antea timuit Ieſum occidere, ne occidendo hominem, ſimul occideret deum. ¶ Sed quomodo Pilatus vir gentilis atque idololatra, expers notitiæ veri dei timuit, audito, quod Ieſus dixit ſe filium dei? Dicendum quod multi gentilium idololatrarum cognouerunt eſſe vnum ſummum deum: imò ſecundum Damaſcenum omnibus naturaliter inſitum eſt eſſe F
deum. Rurſus probabile eſt, quod Pilatus inter Iudæos habitans, aliqua audiuit de deo Iſraël, & de iudiciis ac omnipotẽtia eius, vnde & plagam dei potuit abhorrere. [*Et ingreſſus eſt in prætorium iterum,*] ducens Ieſum ſecũ, vt eũ ſecretius diligẽtiúſq; diſcuteret, [*Et dixit ad eum, Vnde es tu?*] Secũdũ quod recitat
Lucæ. 23. Lucas, antequã Pilatus flagellauit Ieſum, audiuit quod Galilæus eſſet, propter quod miſit eum ad Herodem: cur ergo nunc ſcifcitatur, & ait, Vnde es tu? Dicendum, quod quia audiuit Ieſum dixiſſe, ſe eſſe filium dei, quærit diligentius de loco & principio ſuæ natiuitatis, an ſcilicet vere de deo natus ſit, an ex
Eſaiæ. 53. hominibus. [*Ieſus autem reſponſum non dedit ei,*] vt impleret quod de ipſo cecinit Eſaias, Quaſi agnus coram tondente obmuteſcet. itẽ, quia Pilatus capax non erat diuinæ generationis Chriſti. & rurſus, quoniam Chriſtus noluit paſsionem propriam impedire, quam facillime impediſſet, ſi Pilato atque Herodi reſpondiſſet ad ſingula. [*Dicit ergo ei Pilatus,*] vehementer admirans taciturnitatem Chriſti in tali articulo, & quia ſeipſum poterat faciliter excuſare, atque è manibus Iudæorum excutere, [*Mihi non loqueris?*] tanquam dicat, Stulte & mirabiliter habes te in hoc, quod iudici non reſpondes, prout melius vales, loquendo mihi cum reuerentia, & timore, vt moris eſt captiuorum iam iudicandorum. [*Neſcis quia poteſtatem habeo,*] tanquam præſes & iudex rite inſtitutus [*Crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te?*] imò per eandem poteſtatem poſſum vtrunque, & quia hoc ſcis, merito reſponderes. [*Reſpondit Ieſus,*
Roma. 13. *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi eſſet datum deſuper,*] hoc eſt, à deo omnipotente, à quo
Iacob. 1. deriuatur & datur omnis poteſtas, dicente Apoſtolo, Non eſt poteſtas niſi à deo. Ab ipſo enim eſt o- G
Sapien. 6. mne bonum, omnéque donum. Propterea niſi poteſtas iniquorum principum & iudicum eſſet à deo, ſcriptum non eſſet in libro Sapientiæ, Præbete aures vos qui continetis multitudines, quoniam data eſt vobis poteſtas à deo, & virtus ab altiſsimo, qui ſcrutabitur cogitationes veſtras cito, & horrende apparebit vobis. Dat ergo deus poteſtatẽ etiam impiis per ſe, vel per alios, ſed illi abutuntur. Poteſt quoque ſic accipi, Non haberes poteſtatem contra me, niſi datum tibi eſſet deſuper, à ſuperiori principe, ſcilicet imperatore Romano. [*Propterea,*] quia hæc dicis ſtudio dimittendi me, & ea quæ feciſti in me, feciſti humano timore, non ex inuidia vt Iudæi, vel ex cupiditate vt Iudas, [*Qui me tradidit tibi,*] videli-
Matth. 26. cet populus Iudæorum, maxime ſacerdotum, vel Iudas originaliter, [*Maius peccatum habet,*] id eſt, gra-
Marci. 14. uius peccat in me quam tu, propter cauſam prædictam: & etiam quoniam prima cauſa, quæ alias mo-
Lucæ. 22. uet, & prouocat ad opera praua, plus peccat quam cauſa ſecunda & proxima. ¶ Itaque amplius peccat,
Ioan. 13. qui tradit innoxium iudici ſcienter & ex rancore, quam iudex qui ex ſuperioris poteſtatis timore illũ diiudicat. Veruntamen Pilatus propriis verbis damnauit ſeipſum. Dicens enim ſe habere poteſtatem dimittendi Chriſtum, nec tamen eum dimittens, quem ſciebat innoxium, demonſtrauit ſe poteſtate
Eccle. 4. conceſſa abuſum: nec debuit timore humano relinquere æquitatem, ſed vſque ad mortem agonizare pro illa, præſertim quũ iudex debeat eſſe quaſi animata iuſtitia. [*Exinde quærebat Pilatus dimittere eum,*] H
etiam magis quam ante. Intellexit enim ex verbis Chriſti, quod non ſine peccato poſſet occidere, quẽ nouit innoxium. [*Iudæi autem clamabant, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris,*] qui te ad iſtam præſidentiam promouit: hoc eſt, honorem Cæſaris non defendis, nec eius præcepto obedis. ¶ Iudæi videntes ſe non proficere per allegationem ſuæ legis, quam Pilatus tanquam alienigena non curauit, aſtute obiiciunt ei tranſgreſsionem imperialium ſtatutorum, ſcientes quod non auderet contra Cæſarem agere. Imperatores nanque Romani prohibuerunt, ne aliquis ſine eorum conſenſu aſſumeret ſibi regium nomen. Propterea ſubditur, [*Omnis enim qui ſe regem facit*] propria authoritate, [*Contradicit Cæſari,*] qui poſcit oppoſitum. Poſſumus autem per Cæſarem intelligere Tyberium, ſub quo paſſus eſt dominus: nihilominus Cæſares qui ante eum fuerunt, iuſſerunt hoc ipſum. [*Pilatus ergo cum audiſſet hos ſermones,*] timens offendere Imperatorem, & accuſari apud illum, atque priuari officio, & in exilium mitti, [*Adduxit eum foras*] extra prætorium coram frequentia populi, [*Et ſedit pro tribunali,*] id eſt, in ſede ad iudicandum [*In loco qui*] Græcè, [*Dicitur Lithoſtratos, Hebraice autem Gabatha.*] Lithoſtratos, ſecundum Bedam, fuit locus ſublimis, habens lãpideum pauimentum. Vnde Lithoſtratos dicitur quaſi lapide ſtratus. [*Erat autem paraſceue paſchæ*] id eſt, feria ſexta ante ſolenniſsimum diem feſtiuitatis paſchalis, quia fuit ſabbatum. Vel, Paraſceue Paſchæ, hoc eſt, ſexta feria, quæ fuit vna ac prima dierum paſchalium.
Exod. 29. Paraſceue autem eſt nomen græcum, quod interpretatur præparatio, quia in eo parabant Iudei dupli-
Leuit. 19. ces cibos, videlicet pro ipſa feria, & ſabbato ſubſequenti, in quo ſecundum legem non licuit coquere,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A [*Hora quasi sexta.*]contrarium videtur,quoniã apud Marcum legitur,Erat hora tertia,& crucifixerunt eum:ergo ante tertiam Pilatus sedit pro tribunali, quum certum sit primo iudicatum esse Iesum, quã cruci appensum. Iterũ in Luca dicitur,quod erat hora fere sexta,quando crucifixus est Christus. Matthæus autem scribit,quod ab hora sexta vsque ad nonã, tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã, & in toto tempore illo pendebat Saluator in cruce. Dicendũ, quod hora sexta eleuatus est Iesus in cruce vel parum ante sextam,vt innuit Lucas,ideo Pilatus sedit ad iudicandum,secundum Ioannẽ,ante sextã. Marcus vero qui dicit Iesum hora tertia crucifixum,retulit hoc ad animum Iudæorum,qui hora tertia clamauerunt,Tolle,crucifige eum:vel ideo dicit hoc Marcus,quia crucifixus fuit infra tertiã & sextam:mediũ autem per vtrunque extremorũ exprimitur.[*Et dicit Iudæis,Ecce rex vester.*]Quemadmodũ tactum est,hoc ait Pilatus derisorie,& ad verecundiam Iudæorum.quasi dicat, Quid apparentiæ habet hoc quod dicitis istum egenum & miserabilem voluisse vsurpare regnum Iudæorũ temporale cõtra Imperatoris decretum?[*Illi autem*]implacabili inuidia,ac furore repleti,quibus & grauis fuit ad videndũ,[*Clamabant,Tolle,tolle,*]hoc est,à terra & consortio hominũ aufer, [*Crucifige eum.*] quod genus mortis ignominiosissimum fuit,& sceleratissimis deputatũ.[*Dicit eis Pilatus,Regem vestrum crucifigam?*] quasi dicat,Hoc cedit in confusionem vestrã, si illum suspendo in ligno,qui secundũ popli opinionẽ fuit,& est rex vester. Tamen(vt dixi)Pilatus non vocat Iesum regem Iudæorũ ex animo,ne contra cę

B sarem agat.[*Responderunt*]pontifices, [*Non habemus regem nisi Cæsarẽ.*]¶O infelices pontifices,nõ pastores,sed deuoratores gregis vestri. Si enim non habetis regem nisi Cęsarẽ,vbi est quod loquitur Esaias, Dominus iudex noster,dominus legifer noster,domin' rex noster,ipse veniet & saluos nos faciet? vbi insuper est quod de Christo Psalmista prædixit,Et dominabitur à mari vsque ad mare. Et Zacharias, Exulta satis filia Sion,Ecce rex tuus venit tibi mansuetus,ipse pauper.Rursusque Esaias,Super solium Dauid,& super regnum eius sedebit. Quomodo excæcauit vos malitia vera?Nónne Cæsar rex alienus fuit & alienigena,opprimens vos & dominans vobis propter peccata vestra?Nónne promissus fuit vobis rex verus ex populo vestro surrecturus rex Messias? cur ergo alienæ potestati subiicitis vos in ęternum,& verum promissumque principem abnegatis?Nunc impletum est illud Hieremię,Negauerunt dominum & dixerunt,non est ipse.Illud quoque Danielis,Non erit eius populus,qui eum negaturus est.¶Denique Christum respuendo atque dicendo, Non habemus regem nisi Cæsarem, meruerunt vsque in finem mundi Romano Imperio subiugari, prout videmus impleri, & Daniel prophetauit, Finis(inquit)eius vastitas,& vsque in finem perseuerabit desolatio. [*Tunc ergo,*]quando videlicet vidit se nihil proficere,& illos implacabiles esse,se quoque si non acquiesceret petitioni illorum,imperatorem posse offendere,quem pontifices tantum honorauerunt,vt dicerent se regem nõ habere, nisi illũ. [*Tradit Pilatus eis illum,*]vtpote Iesum flagellis cæsum & spinis coronatum,[*Vt crucifigeretur,*]authoritate suæ sententiæ latæ contra Iesum.Nam ante iam tradidit eis illũ,dicendo,Accipite eum vos,& crucifigite:sed hoc modo non dixit diffiniendo iudicium contra Iesum:nunc vero adiudicauit fieri peti-

C tiones eorum.[*Susceperunt autem Iesum*].i.milites præsidis in manibus suis nefariis, exuentes eum chlamydem coccineam,& propria indumenta eum induentes,[*Et eduxerunt*] eum extra Hierusalem:vel susceperunt eum Iudæi ,quia Pilatus tradidit eis Iesum,id est, suæ voluntati expositum acceptauerunt. [*Et baiulans*]Iesus[*sibi crucem,*]propriis humeris,[*Exiuit.*]Tunc iuxta Esaiæ vaticinium,factus est principatus eius super humerum eius, quoniam crucem propriam baiulando, meruit principatum omnis terræ.Egrediendo itaque vrbem portauit crucem ad aliquantulum spacium, postea dederunt crucem Christi ad deferendum Symoni Cyrenensi patri Alexandri & Rufi discipulorum Christi,ne Iesus in via moreretur sub onere crucis, sed vt eum diutius duriusque affligerent. ¶ Consideremus præterea malignitatem Iudæorum,quorum machinatione milites præsidis posuerũt lignum crucis super collũ Christi,quod non fecerunt latronibus secum eductis.Turpissimam enim, & acerbissimam ei mortem intulerunt: & quicquid confusionis,contẽptus & crudelitatis excogitare potuerunt, fecerunt in eum. Pensemus quoque patientiã & mansuetudinem Saluatoris, qui omnia ista patientissime tulit,& sicut Hieremias prænunciauit,Quasi agnus innocens ductus est ad immolandũ:qui cum malediceretur nõ maledicebat,nec faciem suam auertit ab increpantibus,& conspuentibus in se.Attendamus etiã quare hæc pertulit,scilicet propter nos,quorum iniquitatẽ supergressæ fuerunt caput nostrũ, & simus grati

D ei verbo ac opere,abnegãdo nosipsos,tollendóque crucẽ nostram quotidie, quatenus impleamus qđ ad Hebræos monet Apost. qui quum dixisset, Iesus vt sanctificaret populum, extra portam passus est, addidit,Exeamus ergo ad eum extra castra,improperium eius portantes.Nõ enim habemus hic manẽtem ciuitatem,sed futuram inquirimus.Crucifigamus carnem nostram cum vitiis & concupiscentiis. Exiuit ergo,[*In eum qui dicitur Caluariæ locum.*] Caluaria est caput hominis mortui, vnde locus in quo crucifixus est Christus,appellatur locus Caluariæ:non quod caput Adę sit ibi sepultum,vt quidã finxerunt,quum Adam legatur sepultus in Ebron:sed quia damnati ibi occidebantur,sicque locus abũdauit ossibus mortuorum.Sic ergo duxerunt Iesum in locũ inhonestum, atque turpissimum, in quo ipse mori elegit,vt nos ad empyrei cæli splendidissimam mansionem feliciter transferamur.[*Hebraice autem*]vocatus est[*Golgatha, vbi eum crucifixerunt*]milites ministri prędis,erantque quatuor,[*Et cum eo alios duos,*]haud dubiũ quin latrones secundũ Matthæum,quos Lucas nominat nequã,Ducebantẽ(inquiens)cum eo & alii duo nequam.[*Hinc & hinc*].i.ex vtroque latere Christi,[*Medium autem Iesum:*] quod idcirco fecerũt milites ex instigatione Iudæorũ,vt Iesus impius videretur,quasi fuisset princeps latronũ.Deo autẽ ordinante,seu permittente factũ id est, vt impleretur quod per Esaiã de christo inuenitur prædictum,Et cũ sceleratis reputatus est.[*Scripsit autem & titulũ Pilatus*] .i.scribi fecit sermonem,continentẽ causam crucifixionis Iesu, [*Et posuit super crucem*].i.superiori parti crucis iussit affigi, forte cum aliquo affere. [*Erat autẽ scriptũ*].i.titulus verba hęc cõtinebat,[*Iesus Nazarenus rex Iudæorũ.*]

Marci.15. Lucæ.23. Matth.27. Sapient.2. Marci.15. Lucæ.23. Esaiæ.53 Psalm.21. Zacha.9. Esaiæ.9. Sapient.6. Hiere.5. Danie.9. Daniel.8. Matth.27. Lucæ.23. Esaiæ.9. Matth.15. Lucæ.23. Hiere.11. 1.Pet.2. Psalm.37. Lucæ.9. Matth.16. Hebrę.13. Galat.5. Iosue.4. Matth.27. Marc.15. Lucæ.23. Matth.27. Luc.23. Esaiæ.53 Matth.27. Marc.15. Lucæ.23.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ieſus eſt nomen perſonæ, Nazarenus eſt agnomen, locum conceptionis & nutritionis ſignificans, rex Iudæorum eſt cõplexum explicans cur crucifixus ſit dominus, videlicet quia dixit ſe regem Iudæorũ. [*Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus,*] Caluarię, [*Vbi crucifixus eſt Ieſus, & erat ſcriptus, hebraice, græce, & latine*].i. in tribus principalibus idiomatibus mundi magis notis, atque communibus, vt legeretur ab omnibus. Hebraica nanque loquela eminebat, quoniam prima, & in ea ſcripta fuit lex & prophetæ, pertinuitque ad vnius veri dei cultores. Græca vero lingua pollebat propter naturalem ſapientiã, ſeu philoſophiam, ingeniumque Grecorum. Latina vero propter dominium Romanorum. [*Dixerunt ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli ſcribere*].i. ſcriptũ relinquere [*Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum.*] Videbatur enim Iudæis titulus præſcriptus in eorum verecundiã redundare: qui tamen fuit veriſimus, quia ſpecialiter datus eſt Ieſus in regem Iudęorũ: quemadmodũ
Pſalm. 2. Matth. 27. Marci. 15. Lucæ. 23. ait in Pſalmo, Ego autem conſtitutus ſum ab eo ſuper Sion montem ſanctũ eius. [*Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi*].i. firmũ manebit, nec illud mutabo. [*Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperunt veſtimẽta eius, & fecerunt quatuor partes*] de veſtibus, [*Vnicuique militi partem, & tunicam*] ſuperiorẽ acceperunt. Ex quibus primo elicitur, quod quatuor erant milites crucifixores. Secũdo, quod Ieſus nudus eleuatus eſt in
Eſaiæ. 53. crũce: imò tam nudus, vt venit ex vtero matris, & ſicut Adam quando peccauit in paradiſo ſecundum Ambroſiũ. vnde & mater eius creditur peplum ſuũ inuoluiſſe loco viriliũ. Omnia iſta deuotã & gratam memoriã exigunt, & piam imitationem. Ecce enim ſanctus ſanctorũ vnigenitus filius dei inter latrones ſuſpenditur, cum ſceleratis reputatur, nudus in cruce leuatur, vt nos impii iuſtificemur, & cum ſanctis annumeremur, veſtimentiſq; virtutũ induamur. Non ergo quæramus in hoc mũdo magnificari ſiue laudari, non inter doctos & eminentes locari, non pretioſis veſtibus, atq; ſuperfluis indui, ſed
Marc. 15. Chriſtũ in vera humilitate & paupertate iugiter imitari, velle contẽni, peccatores reputari. [*Erat autem tunica inconſutilis*].i. non cõſuta, [*Deſuper contexta per totum*].i. artificioſe elaborata per modũ retis, atque cilicii, non inciſa, quã virgo benedicta creditur ſuo dilecto propriis manibus operata. [*Dixerunt ergo*] milites quatuor [*Ad inuicem, Non ſcindamus illã,*] diuidẽdo eã vt alias veſtes, quoniã partes illius fuiſſent inutiles: & forte propter operis ſubtilitatẽ, raritatẽ ſeu ſpecialitatem, quilibet militũ deſiderauit eã integram adipiſci, [*Sed ſortiamur de illa cuius ſit*] .i. ſortem mittamus ad quẽ tota pertineat: vnde patet ꝙ
Pſal. 21. ſuper tunicam inconſutilẽ duntaxat miſſa ſit ſors. Quomodo autem ſoluẽdum ſit, quod huic videtur contrarium, dixi ſuper Marcũ. Hæc ergo fecerunt atque dixerunt, [*Vt,*] intelligendo per, vt, concomitantiã, nõ cauſam directã, [*Scriptura*] Pſalmi [*Impleretur, dicens*] in perſona chriſti, [*Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi,*] faciendo quatuor partes de illis, [*Et in veſtem meam,*] id eſt, ſuper tunicam inconſutam [*Miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt,*] implentes neſcienter prophetarum eloquia.

¶ Expoſitio ſequentis partis huius Cap. XIX. [*Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius.*] Articulus XLVI.

DEinceps agit Euãgeliſta de mutua compaſsione chriſti dei, eiuſque virgineæ genitricis, quæ tanto intimior erat, cordialior atque pœnoſior, quanto feruentior erat amor vnius ad alium. Certum eſt autem, quod incomparabili dilectione amauerunt ſe mutuo vltra omnem æſtimationẽ. [*Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius.*] O verbum doloroſum & affectuoſum. Quid enim ſuſtinuit mẽs illa dulciſsima virgineę matris, quando tam prope aſsiſtebat filio patienti vnico, & prorſus chariſsimo, cuius teneritudinem ac innocentiã nouit: quem licet ſciebat fructuoſiſsime pati, citóque reſurrecturum, nihilominus vehementiſsime ei condoluit, intantũ vt cõſideratio fructus dominicæ paſsionis & reſurrectionis tolleretur ab intellectu ipſius, quoniã vis doloris omnino abſorbuit animam eius. Propter quod aſſerit Damaſcenus, quod dolor parturientiũ fuit tũc duplicatus in ea. [*Et ſoror*] matris eius,
Matth. 27. Lucæ. 23. videlicet [*Maria*] vxor [*Cleophe,*] quæ fuit mater Iacobi minoris, [*Et Maria Magdalene,*] item mater filiorum Zebedæi ſecundũ Matthæum: Matthæus tamen affirmat, quod mulieres iſtæ erant de longe ſtãtes. Et Lucas, Stabant (inquit) omnes noti eius à longe. Ad quod dicendũ, ꝙ ad tẽpus ſtabãt proprius, deinde remotius: vel ſtabant prope, & à longe reſpectu diuerſorum. [*Cum vidiſſet ergo Ieſus matrẽ & diſcipulum ſtantem, quem diligebat.*] Per hanc circunlocutionẽ loquitur Ioannes de ſeipſo quaſi de alio, [*Dicit matri ſuæ, Mulier.*] Non ait mater, ne illa audito nomine tam ſuaui nimium cruciaretur atque deficeret. [*Eccè filius tuus.*] hoc aliqui referunt ad ipſum Chriſtũ, quod oſtendit ſeipſum matri ſuæ, tanquam diceret, Ecce quid patitur homo, quem peperiſti: ecce quid cõuenit mihi ex parte naturæ, quã aſſumpſi ex te. Sed quia mater piiſsima tota erat intenta ad cõſiderationem, & cõpaſsionem filii ſui, & filius eam cõſolari volebat, nõ ad ampliorẽ excitare dolorẽ: propterea aliis magis apparet, quod Chriſtus demonſtrauit Ioannẽ dicendo, Ecce filius tuus, quaſi diceret, Hucuſq; me habuiſti præſentẽ, & de meo aſpectu iugiter conſolationẽ ſortita es, ſuique ad obſequiũ tuum intentus: nunc ſubtrahor tibi, nunc vnico dilectóque nato orbaris, nec tecum ero vt fui mortalis, humanam tecum cõuerſationem efficiẽs: ideo ne penitus deſolata remaneas, conſtituo tibi filium, qui ſit loco mei, tibi obſequioſus, cõſolatiuus, familiaris, chariſsimus, vt virgini virgo cohæreat atque deſeruiat. Sed qualis eſt iſta mutatio ô domina benedicta, amantiſsima virgo Maria? Datur tibi pro filio creatoris, filius piſcatoris: pro vero deo, pura creatura: pro domino, ſeruus: pro filio naturali, adoptiuus. Veruntamen aptior & dignior poſt Chriſtum non fuit, qui tibi relinqueretur pro illo. [*Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua,*] id eſt, tibi eam cõmitto vt ei filialiter ſemper aſsiſtas, obſequaris, prouideas. ¶ O ſancte Ioannes, quantus tibi eſt honor & gloria, quod incomparabilis ille theſaurus, vas omnis ſanctitatis, domina mundi, regina cæli, quæ cũ patre æterno habẽt ac genuit vnum eundemque filium, à quo ſpiritus ſanctus vere procedit, & datur & mittitur, tibi committitur, mater tua efficitur, & tu filius eius appellaris. Vere diligebat te Ieſus, quẽ ad tantam gratiam præelegit. ¶ Denique iſta commiſsio fuit Ioanni valde cõſolatoria, qui in matre domini ſui de cætero quaſi in illo lætabatur. ¶ Ex hoc facto Chriſti docentur filii habere ordinatam, ac

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A debitam curam ſuorum parentum, præſertim in tempore tribulationis & neceſsitatis. Propter quod dicit Apoſtolus, Si quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt in- 1. Timo. 5.
fideli deterior. ¶ Inſuper ex hac commiſsione quidam eliciunt, quod Ioſeph ſpõſus Mariæ iam obiit. Patet quoque ex hoc, quod mater Chriſti aliũ non habuit niſi dominum Ieſum, vt confundantur hæretici. [*Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam*] matrem, in ſuam fidem atque cuſtodiam, obſequẽs ei cum omni reuerentia & amore. ¶ Diſcipulus iſte electus deſignat vnumquenque fidelem. Quemadmodum ergo Chriſtus dixit Ioanni, Ecce mater tua: ſic vnicuique Chriſtiano dedit matrem ſuã in ma-
trem, ita quod ipſa eſt mater, & aduocata omnium noſtrũ, quam poſt deum ſumme amare & venerari Lucæ. 2.
debemus. ¶ Denique, quotidie paſsionẽ domini recolentes, debemus ſimul reuoluere, quomodo chriſto compaſſa ſit mater dulciſsima: quomodo tunc gladius doloris perfodit animam eius: ſecũdũ quod Symeon prophetauit. Penſemus ergo quid paſſa ſit, dum vnicum ſuum percepit iam captum, dum vidit eum preſentari Pilato, quando audiuit eum tam mendaciter accuſari, dũ vidit eum ab Herode alba veſte illudi, à Pilati ſatellitibus flagellari, ad locum paſsionis cum propria cruce educi, in patibulo eri- Eſaiæ. 53
gi, inter latrones ſuſpendi. Dum inſuper audiuit ab eo verba nunc memorata, Mulier, ecce filius tuus, Matth. 27.
& cætera, quæ alii Euangeliſtæ plenius recitant. [*Poſtea ſciens Ieſus quod iam omnia conſummata ſunt,*] ſci Marci. 15.
licet eloquia prophetarum de ſua paſsione prædicta: pauca nempe reſtabant, quę mox erant implenda, Lucæ. 23.
B ideo omnia tũc conſummata dicuntur: ſicut cõmuniter de re pene finita dicimus, factũ eſt. Verũtamẽ
quod ait Euangeliſta, Poſtea ſciens Ieſus, non eſt ſic accipiendũ, quaſi aliquid tũc cœperit ſcire, quod Pſalm. 68.
ante paſsionem neſciuit. [*Vt conſummaretur ſcriptura*] Pſalmi quo legitur, Et dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto. [*Dixit, Sitio.*] Ad literam Chriſtus corporaliter ſitiebat ex diuturna Pſalm. 21.
afflictione, vehementi labore, & ſanguinis effuſione, in tantum vt dicat in Pſalmo, Lingua mea adhæſit faucibus meis: quæ vtique ſitis pœnaliſsima fuit. Spiritualiter vero multo frequentius ſitiebat noſtrã ſalutem, pro qua omnia fecit, ac pertulit. [*Vas ergo poſitum erat plenum aceto.*] Aliqui dicũt, quod piæ mulieres ex conſuetudine contulerunt vinum damnatis ad mortẽ, & etiam Chriſto atque latronibus, dãtes vaſculum vini ductori eorum. Milites vero dederunt Chriſto acetum pro vino huiuſmodi. Quidã etiam aſſerunt, quod potus aceti accelerat mortem: & ergo dederunt Chriſto acetum, vt citius moreretur, ſicque de eius in cruce cuſtodia expedirentur. [*Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponẽtes,*] id eſt, ligno hyſſopi, calamo ſiue arundini. Impleuerunt etenim ſpongiam, & calamo eam impo- Marci. 15.
ſuerunt, [*Obtulerunt ori eius.*] Quia enim erectus fuit in ligno, indiguerunt huiuſmodi inſtrumento, vt Matth. 27.
poſſent eum attingere. [*Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum.*] Marcus dicit, quod noluit bibere. Concordia tamẽ liquet ex verbo Matthei dicentis, Quũ guſtaſſet, noluit bibere. Parũ igitur bibit, ſicque accepit: Philip. 2.
ſed quia quod parum eſt, pro nihilo computatur, Marcus affirmat, quod noluit bibere. [*Dixit, Conſummatum eſt,*] quod de mea paſsione fuerat prophetatum, myſterium quoque humanę redemptionis iam Matth. 27.
Luca. 23.
extat impletum. Mors etenim Chriſti erat vita ſaluſque mundi. [*Et inclinato capite,*] factus obediens vſ- Pſalm. 30.
C que ad mortẽ, & quaſi gratias agẽs patri, [*Tradidit ſpiritum,*] id eſt, poteſtatiue animam ſuam à proprio Ioan. 10.
corpore ſeparauit: clamans videlicet voce magna, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. In Ioan. 15.
quo innoteſcit, quam vere erat præfatus, Poteſtatem habeo ponendi animam meã, & nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. [*Iudæi ergo, quoniam paraſceue erat,*] id eſt, feria ſexta proxima ſab- Exod. 16.
bato præſolenni, [*Vt non remanerent in cruce corpora*] crucifixorum, videlicet chriſti atque latronum, ſabbato viua. [*Erat enim magnus,*] id eſt, multum celebris, [*Dies ille ſabbati,*] puta dupliciter. Primo, quia ſabbatum in ſe celebre fuit ſecundum legem. Secundo, quoniam erat vna dierum paſchalium, idcirco noluerunt corpora illo die pendere in aris, ne diuturni, horrendíque cruciatus ſuo horrore ſolennitatem diei fœdarent, incutiendo tranſeuntibus tædium ac pauorem. [*Rogauerunt Pilatum, vt frangerentur*] à ſuis militibus crucifixoribus, [*Eorum crura, vt tollerentur*] non crura tantum, ſed tota corpora de patibulis. Huic preci conſentit Pilatus, quia ſubiungitur, [*Venerunt ergo milites,*] famuli præſidis, [*Et primi quidem*] id eſt, latronis pendentis ad dexteram Chriſti, vel primi, id eſt, principalioris latronis, [*Fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo,*] qui pẽdebat ex alio latere. [*Ad Ieſum autem cum veniſſent*] id eſt, ad corpus eius exanime, ſumendo partem pro toto, [*Vt viderunt eum iam mortuum, nõ fregerunt crura eius.*] Crura ſiquidem frangebantur, vt mors acceleraretur in eis qui erant ſuſpenſi. [*Sed vnus lancea*
D *latus eius aperuit.*] De hoc milite multa dicuntur, vt conſtat. Cur autem aperuit latus eius, diuerſæ cau- Galat. 5.
ſæ redduntur. Vna, vt certificaretur de morte Chriſti. Alia, quia Iudæi induxerunt eum ad hoc. [*Et* Apoca. 8.
continuo] de latere Chriſti: non vtique naturaliter, ſed miraculoſe, propter myſticas rationes. Primo, ad oſtendendum, quod corpus Chriſti erat vere ſumptum, atque compoſitum ex elementis, non de cælo allatum. Secundo, ad deſignandum puritatem corporis Chriſti. Tertio, ad inſinuandum, quod ſicut redemit nos ſuo ſanguine, ita & lauit nos aqua lateris ſui. [*Et qui vidit teſtimonium perhibuit,*] ſcilicet, ipſe Euangeliſta Ioannes qui vidit omnia iam præfata, [*Et*] teſtificans, [*Scripſit hæc, & verum eſt teſtimonium eius,*] quum ſit per ſenſum & experientiam notum, [*Et ille ſcit*] deo reuelante, & ſcientia experimentali conteſtante, [*Quia vera dicit, vt & vos credatis.*] Cognitio enim euangelicæ legis conceſſa Ioanni, ordinabatur ad totius eccleſiæ illuminationem, quę habetur in via per fidem, in patria autem per ſpeciem. Exod. 12.
[*Facta enim ſunt hæc,*] videlicet quod veniẽtes ad Ieſum, non fregerunt crura ipſius, [*Vt ſcriptura*] Exodi, [*Impleretur, Os non comminuetis ex eo.*] Noſtra tranſlatio habet ſic, Nec os eius confringetis. Sed quum hoc ad literam dictum ſit de agno paſchali Iudæorum figuratiuo, quomodo Euangeliſta dicit hoc in Chriſti paſsione impletum? Iterum quomodo hac authoritate probat propoſitum ſuum, quum probatio non procedat, niſi ex ſenſu literali, ſecundum Auguſtinum? Dicendum, quod ſicut apoſtolus Auguſtin.
ad Hebræos allegat de Chriſto, quod ad literam dictum eſt de Salomone, videlicet, Ego ero illi in pa- Hebr. 1.
trem, & ipſe erit mihi in filium: ſic hoc loco Ioannes allegat de Chriſto, quod conſtat ad literam di- 2. Reg. 7

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1.Cori.10. ctum de agno paschali. Vtraque tamen allegatio efficax est ad probandum. Creatura etenim siue ra- E
Psalm.17. tionalis siue irrationalis considerari potest dupliciter. Primo secundum se. Secundo prout est figura
Matth. 21. Christi, qui non solum per homines, sed etiã per irrationalia figurat, imò & per inanimata. Vnde dicit
Act.4. Apostolus, Petra erat Christus. haud dubium quin figuratiue. & quod Christus ex Psalmo allegat de
Apoca. 5. se, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, quidam exponunt ad literã de lapide materiali in tẽplo
Ioann.1. Salomonis. Hinc Christus dicitur leo, agnus, lapis angularis, vitis. Dum ergo aliquid in scripturis dici-
Hiere.11. tur de huiusmodi creaturis secundũ se, tunc talia principaliter exponũtur de eis. Cum vero literaliter
Psal.117. dicuntur quædam de eis, vt sunt figura Christi, tunc talia principaliter, quamuis non primo, intelligũ-
1.Cori.10. tur de Christo, & verificantur in eo: vt est illud de Salomone; & lapide ab ædificantibus reprobato,
2.Reg.7. similiter in præsenti. Quod enim de agno paschali dictum est, Os eius non confringetis, dictum est de
Psalm.117. eo inquantum fuit figura Christi vt immolati: quod spiritu sancto reuelante agnoscens Ioannes, dicit
Exod.12. scripturam illam impletã in Christo, de quo vtique principalior est sumenda. [*Et iterum alia scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt.*] Nostra translatio, seu textus Hieronymi talis est, Aspicient ad me quẽ
Nume.9. confixerunt: sed redit in idem. Propheta quippe loquitur in persona Christi. Ioannes autem sensum
Zacha.12. magis quam formam verborum allegat. Quod autem Zacharias dixerit verba illa nõ de se, sed de chri sto, patet per id quod protinus addit, Et plangent eum planctu quasi super vnigenitum. ¶ Quæritur, F
quid allegatio huius authoritatis spectat ad id quod immediate præmisit, quod non fregerunt crura Christi? Dicitur quod ista authoritas inducitur ad approbandum quod dixit superius, Vnus militũ lãcea latus eis aperuit, & quod crucifixerunt eum. Propheta nanque dicendo, Viderunt in quem transfixerunt, innuebat quod transfigerent Christum: & hoc Euangelista ostendit impletum. Videbunt ergo infideles Iudæi in die iudicii Christum in quem transfixerunt, non per se, sed per milites præsidis: & eum qui latus Christi aperuit, quos induxerunt ad hoc. Ipsi quoque qui hoc fecerunt, conspicient
Apoca.2. Christum, qui cicatrices vulnerum conseruauit in corpore, ad inflammationem electorum, & confusionem reproborum. Videbunt igitur Christum in die nouissimo, iuxta illud Apocalypsis, Ecce venit cum nubibus & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. ¶ Insuper tractat Euangelista de Christi sepultura, quam voluit Christus honorifice fieri. Primo, quoniam decuit: ipso enim occiso, satisfactum fuit plenissime pro totius generis humani peccato: ideo decens fuit, vt extunc inciperet glo-
Esaiæ.11. rificatio Christi, haberetque post ignominiosam mortem, venerabilem sepulturam. Secũdo, vt impleretur quod per Esaiam erat prædictum, Erit sepulchrum eius gloriosum. [*Post hæc autem,*] Christo iam mortuo, [*Rogauit Pilatum*] sine cuius licentia dãnati & crucifixi non poterant sepeliri, [*Ioseph*] oriundus
1.Reg.2. [*Ab Arimathia*] ciuitate Iudææ. Arimathia secũdum Bedam ipsa est Ramatha, de qua fuit Samuel natus, vt legitur in libris Regum. Rogauit autem Pilatũ, [*Eo quod esset discipulus Iesu*] credens & partim obe-
Matth.10. diens verbis eius: non tamen fuit perfectus discipulus, subditur enim, [*Occultus autem propter metum Iu-* G
Leuit.23. *dæorum,*] videlicet ne de synagoga expelleretur. Nondum ergo impleuit quod docuit Christus, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Nihilominus Lucas Euangelista appellat eum iustum & bonũ. Nondum enim requirebatur ab eo tota euãgelicæ legis perfectio. [*Vt tolleret corpus Iesu*] de cruce, & sepeliret illud: non ipse solus, sed adiuuantibus eum iustis qui aderant. [*Et permisit Pilatus*] hoc fieri, quoniã Io-
Marc.15. seph iste notus fuit Pilato, & vir potens, diues, ac nobilis. Propter quod in Marco scriptum est, quod
Lucæ.23. fuit nobilis decurio, idque propter reuerentiam eius, & propter innocentiã Christi: itemque propter rumorem redeuntiũ de loco dominicæ passionis, percutientium pectora sua atque dicentiu, quod mirabilia illa facta fuerunt propter iniustam Iesu occisionẽ, præsertim cum & Cẽturio idipsum testatus
Ioann.3. sit, dedit Pilatus consensum. [*Venit ergo Ioseph & tulit,*] hoc est, de cruce deposuit, [*Corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus,*] princeps Iudæorum & Pharisæorum, [*Qui venerat ad Iesum nocte, primum*]. i. tẽpore iam elapso, videlicet circa principiũ prædicationis Christi, [*Ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum*] id est, vnguentum ex talibus speciebus factum, quo corpora defunctorum cõdiebantur, ne putrefierent. [*Acceperunt ergo,*] Ioseph & Nicodemus [*Corpus Iesu, & ligauerunt eum lintheis*] id est, pannis lineis corpus eius inuoluerunt, scilicet lintheamine & sudario, &c. [*Cum aromatibus,*] iam prædictis. Vnde videntur non habuisse plenam fidem de Christi resurrectione, adhibentes ei sanctam vnctionẽ cõtra putrefactionem: ignorantes illud propheticum in Iesu complendũ, Non dabis sanctum tuũ videre H
Psalm.15. corruptionem. Ioseph ergo & Nicodemus quamuis vsque ad passionẽ Christi fuerunt occulti eius discipuli: tamen in passione visis mirabilibus quæ fiebant, animati fuerunt ad exhibendum corpori eius sepulturæ obsequium. [*Sicut moris est Iudæis sepelire*] qui corpora defunctorum aromatibus cõdiunt, & sumptuosissimas sepulturas efficiunt: vnde patet quod in sepeliendis mortuis obseruãda est patrię cõsuetudo, dummodo non sit contra fidem & æquitatẽ. [*Erat autem in loco*]. i. prope caluariæ locum, [*Vbi*
Matth.27. *crucifixus est*] Iesus, [*Hortus, & in horto monumentum nouum,*] quod Ioseph exciderat sibi in petra, secundum Matthæum. [*In quo nondum quisquam positus fuerat.*] In tali enim sepulchro voluit Christus poni,
Exod.29. quia si alii in eius monumẽto iam sepulti fuissent, dixissent forsitan Iudæi, quod cadauer alterius esset sublatũ, aut suscitatũ. [*Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum*]. i. propter exigentiã sextæ feriæ, in qua non licuit operari, nisi vsque ad vesperam, in qua inchoabatur sequentis diei solennitas, durans vsque ad vesperam subsequentem, [*Quia iuxta erat monumentum,*] hoc est, proximum loco passionis, [*Posuerunt Iesum,*] id est, corpus eius. Iam enim dies cœperat occumbere: propter quod non poterant corpus christi longe portare, vel eius sepulturam differre, sed accelerauerunt, alias oportuisset expectare vsque ad finem festiuitatis instantis. ¶ Post remo, ex his elucescit, quam deuote & reuerenter Ioseph & Nicodemus sepelierunt christum, sumptui non parcentes; & quia in monumento quod Ioseph sibiipsi iussit parari, posuit Iesum. Debemus autem & nos cum venerabilibus viris his Christum de cruce deponere, hoc est, de fine suæ passionis gaudere. Quemadmodum enim in meditatione dominicæ passionis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A contriſtari & compati debemus domino ſaluatori: ſic in meditatione finis huius paſsionis, vel de hoc, quòd terminata eſt paſsio chriſti, & eius humanitas à tanta afflictione erepta, lætari habem⁹, & hoc eſt chriſtum à cruce deponere. Inſuper debemus eum mixtura myrrhæ & aloes condire, id eſt, mortificatione vitiorum, & bono ſanctæ cõuerſationis odore venerari & vngere, & intra nos ſepelire, imprimẽdo eum noſtris præcordiis per beneficiorum ſuorum amorem, iugem memoriam, per ſuæ diuinitatis contemplationẽ, per ſuæ bonitatis feruentẽ amorem, per ſuæ conuerſationis cruciformem imitationẽ: quẽadmodum ait in cãticis, Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuum. Debemus quoque eũ inuoluere lin theis. i. ſyncericate conſciẽtiæ & animi puritate, cordíſq; diligẽti cuſtodia, vt perſeueret in nobis, ſicut moris eſt Iudæis. i. veris confeſſoribus, qui corde credũt ad iuſtitiã & ore confitentur ad ſalutem, ſepelire dominũ Ieſum. Hęc autem maxime ſpectãt ad ſacerdotes, qui corpus & ſanguinem chriſti quotidie cõſecrant, tractant, manducãt, vt ſint purificati actu, ore & corde. Sed heu multi impudẽtiſsimi, ingrati, intimorati, irreuerẽter nimis accipiunt filium dei ac virginis: nõ ſolũ ſpiritualibus vitiis implicati: ſed turpiſsimis quoque gulę & luxurię culpis inquinantes corpus ſuum & animam: nõ attẽdẽtes, nec formidãtes verbũ apoſtoli, Quicunq; mãducauerit panẽ hunc, vel biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini.

Canti. 8. Rom. 10. 1. cor. 1.

¶Explanatio Cap. xx. [*Vna autem ſabbati, Maria Magdalene venit mane.*] Articulus XLVII.

B

Matth. 18. Marc. 16. Luc. 24.

IN Vangeliſta deſcripta dominica paſsione, ſtylum conuertit ad deſcribendum reſurrectionem illius, [*Vna autem ſabbati*] id eſt, prima die poſt ſabbatum, ſeu ſeptimum diem ſolennẽ apud Iudæos, puta die dominico. Vnum enim in ſcripturis quandoque pro primo accipitur, ſicut in Geneſi, Factum eſt veſpere & mane dies vnus, id eſt, primus. Quemadmodum autem pagani nominant dies hebdomadę nominibus planetarũ, Latini vero & chriſtiani nomine feriæ: ſic Iudei nuncupant eas à ſabbato, tanquam à die principaliori, ita quod prima dies poſt ſabbatum appelletur prima ſabbati, ſecunda dies ſecunda ſabbati ſecundi, ſicque deinceps. [*Maria Magdalene*] ſoror Marthę ac Lazari, [*Venit mane, quum adhuc eſſent tenebræ, ad monumentum.*] [Occurrunt hic duo dubia. Primum, cur de ſola Magdalena faciat mentionem Ioannes? Secũdum, quomodo hic dicitur, quum adhuc tenebræ eſſent, quũ apud Marcum ſit ſcriptum, quod venerunt orto iam ſole? Ad primum dicendum, ꝙ ideo, quia Maria Magdalena feruentior erat atque inſtãtior, magíſque operoſa in iſto negocio: ei quoque in primis apparuit Chriſtus. Ad aliud reſpondetur, quod ſecundum Lucam, Maria Magdalena cum aliis beatiſsimis fœminis venit ad monumentum ſummo diluculo, vtpote in auroræ initio, in quo certum eſt aliquid lucis eſſe, & apparere in altioribus partibus terræ: aliquid quoque caliginis, præſertim in baſsioribus locis. Sic ergo ortus fuerat ſol quantum ad apices montium, non tamen viſui hominũ apparebat, propter quod tenebrę erant paucę & tenues. [*Et vidit lapidem reuolutum à monumento*]. i. à loco in quo iacuit corpus chriſti amotum. Monumentum autẽ quãdoque accipitur pro domuncula illa in qua fuit petra in qua excisum erat chriſti ſepulchrũ: interdum vero pro ſolo ſepulchro, ſic modo accipitur. Vidit nanque reuolutũ lapidẽ nõ à prædicta domuncula, imò adhuc erat intrà domunculã. [*Cucurrit ergo*] recedens à monumẽto, [*Et venit ad Simonẽ Petrũ,*] tãquã ad principalioré inter apoſtolos. cucurrit autẽ ex magna admiratiõe & deſiderio, cupiẽs aliquid certius de re ipſa cognoſcere. Secũdũ diuerſas quippe affectiones paſsionesq; animæ, corpus diuerſimode mouetur. [*Et ad aliũ diſcipulũ quẽ diligebat Ieſus,*] puta Ioannẽ præſentis Euangelij deſcriptorem. Hi enim duo apoſtoli inuicem familiariores fuerunt, & frequentius cõiuncti & combinati fuiſſe legũtur: vnde & chriſtũ comprehẽſum ſimul ſequuti ſunt, ſimul quoq; principibus ſacerdotũ reſpondẽrũt, Obedire oportet deo magis, quàm hominibus: ſimul aſcenderũt in templũ ad horam orationis nonam, ſimul miſsi ſunt ad Samaritanos orare pro eis vt acciperent ſpiritũ ſanctum. Denique ſecundũ aliorũ Euangeliſtarũ doctrinam, etiã aliæ mulieres venerunt cũ Maria Magdalena ad monumentũ, videlicet Maria Iacobi & Salome, itémq; Ioanna ſecundũ Lucam: quæ omnes ſecundũ Lucam duos angelos conſpexerũt, à quibus didicerunt Chriſtũ reſurrexiſſe. Atque ex præcepto angelorũ venerunt, & nunciauerunt vndecim apoſtolis quod audierunt ab angelo, ſcilicet, quod Chriſtus reſurrexiſſet. Ioannes autẽ nunc ſolum exprimit Petrũ & ſeipſum ſub ſolita circũlocutione. Hęc enim nũciatio Mariæ Magdalenę videtur alia ab illa quã alij Euangeliſtę deſcribũt, & prior illa. tamen quo ordine facta ſint omnia quæ quatuor Euangeliſtæ enarrãt, & conſonantiã habeant, nõ eſt facile declarare: propter quod expoſitores varios modos aſsignãt circa hæc, quorum iudiciũ aliis committo, vt teneat vnuſquiſque quod in Euangelio magis cõcordat. [*Et dicit eis, Tulerũt dominũ de monumento.*] putauit hæc Chriſti prædilecta diſcipula, quòd milites præfidis, vel Iudæi abſtuliſſent chriſti corpus de tumulo, & alibi poſuiſſent illud, & forſitan formidauit, ne contumeliã aliquã corpori irrogarent. [*Et neſcimus vbi poſuerũt eum*]. i. corpus ipſius. [*Exyt ergo Petrus*] à loco quo ſe propter Iudęos abſcõdit, [*Et ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentũ.*] Iã enim milites receſsiſſe videntur, vel Maria annũciauit apoſtolis, quod iacuerunt vt mortui. Iſti duo præ cæteris apoſtolis profecti ſunt ad ſepulcrũ ex præcipua dilectione ad chriſtũ, ardentiſsime cupientes agnoſcere, quid accidiſſet eorũ magiſtro. Porrò quod ait Ioannes, Venerũt ad monumentũ, dicit per anticipationẽ: vnde mox ſubdit quomodo venerũt, [*Currebant autẽ duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcurrit citius Petro.*] Erat nanque iunior atque agilior: & forſitan Petrus magis timuit notari quàm Ioannes, quia iam ante negauit ſe eſſe chriſti diſcipulum, [*Et venit prius ad monumẽtum. Et quum ſe inclinaſſet,*] vt per oſtium ſpeluncæ in qua fuit ſepulcrum introſpiceret, & quid contigiſſet, intueretur, [*Vidit linteamina poſita,*]. i. pannos lineos quibus inuolutũ fuit corp⁹ dominicũ, ordinate repoſitos & plicatos, ad oſtendendum, quod corpus domini nõ fuit furtim ſublatũ, vel ab aduer

Matth. 18. Marc. 16. Luc. 24. Geneſi. 1. Marc. 16. Ibidem. Lucæ. 24. Ioan. 18. Actu. 5. Actu. 3. Actu. 8. Matth. 18. Marci. 1. Lucæ. 24. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Ioan. 18.

C

D

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fariis asportatum, quia secum tulissent huiusmodi pannos, sed diuina virtute resuscitatũ. Angelus etenim domini qui descendit, lapidémque reuoluit, etiã pannos præfatos disposuit, quos Christus à suo corpore resurgens potestatiue amouit. [*Non tamen introiuit*] domunculam in qua erat sepulchrum, nolens ingredi ante Petrum ætate & dignitate maiorem, forte propter reuerẽtiã Petri, & vt ei nunciaret quod vidit. [*Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum*]. i. præmemoratam domunculam. Non enim sufficit ei à longe prospexisse, sed veritatẽ voluit certius perscrutari, locum quoque sepulchri intueri vacuum. Cum enim noua ac mira contigisse audimus, licet credamus sic esse, nihilominus accurrimus, idq; quod gestum est, intueri satagimus. [*Et vidit lintheamina posita*]. i. ordinate composita, quemadmodũ dictum est de Ioanne, [*Et sudariũ quod erat super caput eius*], scilicet Christi, [*Nõ cum lintheaminibus positum. sed seperatim inuolutum in vnum locum.*] quod totũ factum est dispositione diuina, angelico famulatu: ad declarandũ quod corpus Christi non esset furtiue ab eius discipulis de monumento sublatum, prout deus nouit Iudæos dicturos. Discipuli enim, vel quicunque alii totis viribꝰ festinassent in furando corpus, propter custodum præsentiam: vnde non occupassent se tam diu, & curiose in remouendo & componendo lintheos, quibus ligatum fuit corpus dominicum. [*Tunc ergo introiuit*] domunculam tumuli [*Et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum,*] animatus exemplo Petri, & conformans se maiori. Inferior enim facile imitatur actum superioris. vnus quoque amicorum & familiarium alium in suis operibus sequitur celeriter & frequenter. [*Et vidit*] quę dicta sunt de positione lintheaminum atque sudarij, [*Et credidit: nondum enim sciebat scripturas.*] Hoc chrysostomus exponit dupliciter. Primo sic, Credidit Christum resurrexisse, cuius ratio subditur, Nondum enim, &c. quasi dicat, Ideo tunc credidit Christum resurrexisse visis his quæ dicta sunt, & non ante credidit hoc authoritate scripturæ, quoniam nondum sciebat scripturas prophetarum, quia oporteret eum à mortuis resurgere: quas si sciuisset, non tunc primo credidisset propter visa, sed ante propter scripturas.

Lucæ.24.
Psalm.40.
Psalm.15.
Sopho.3.
Oseę.6.

¶De Christi autem resurrectione habetur in Psalmo, Tu autẽ domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Et iterum, Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et Sophonias, Expecta me (inquit) in die resurrectionis meæ in futurum. Oseas quoque, Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Hanc expositionem Augustinus, Gregorius & Beda non acceptant, vnde aliter exponũt: quã expositionem etiam tangit Chrysostomus, Credidit quod à Maria Magdalena audiuit, videlicet quod corpus domini esset sublatum: idcirco autem hoc credidit, Nondum enim sciebat scripturas, quia oporteret eum à mortuis resurgere: in quo vtique patet grãdis discipuli huius simplicitas, qui cum aliis apostolis tã frequenter audiuit à christo, quod cõ summarentur iam omnia quæ scripta erant de filio hominis, quia tradendus esset gẽtibus ad illudẽdũ, flagellandũ, crucifigendum, & tertia die resurgeret: in cœna quoque asseruit, Postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Vt enim frequẽter prætactum est, magna erat apostolorum hebetudo & ignorantia ante spiritus sancti illustrationem. Quamuis ergo nequaquam putauerunt Iesum falsa dixisse, non tamen attendebant verba ipsius: imò nec certam eorum cognitionem habebant. Ista expositio melior est, textui quoque conformior. Denique Ioannes non videtur prius credidisse, quã Maria Magdalena: imò si ipsa vidisset Petrum & Ioannem credere, quod Iesus resurrexisset, protinus illorum fidẽ fuisset sequuta. Sed immediate dicetur, quod Maria hæc necdum credebat, quin potius Iesu sibi apparẽte, Domine (inquit) si tu sustulisti eum, &c. sed & in Luca scribitur, quod Petrꝰ visis quę dicta sunt, abiit, secũ mirans quod factum est, vnde videtur non credidisse. [*Abierunt ergo iterum discipuli,*] Petrus & Ioannes, [*Ad semetipsos*]. i. ad sua latibula, de quibus ad monumentũ venerunt, vel ad cõdiscipulos, qui erant vnũ cum eis in domino. ¶Porro de moralitate huius scripturæ, quomodo per Petrum ecclesia ex gentibus congregata designetur, per Ioannẽ vero synagoga, multa iam dicta sunt: quę quum sint notissima, nunc relinquo, aliam moralitatem breuiter tangens. Per Mariam itaque, quæ interpretatur amarum mare, exprimitur peccatrix, & pœnitens anima: quæ quum fuerit gratiosa ac dulci christi prę sentia spoliata, seipsam affligit amaritudine cõpunctionis, & pœnitentiæ lachrymis, dicens cum Psalmista, Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legẽ tuam. Per monumentum figuratur mortificatio carnis, vel absconsio hominis, qua se retrahit & abscõdit ab his quę mundi sunt: iuxta illud psalmistæ in psalmo quinquagesimoquarto, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Igitur anima nostra quæ deum frequenter offendit, quærat Iesum in monumẽto. i. in vitiorum mortificatione, & suiipsius sepelitione à seculo isto: quemadmodum dicit Apostolus, Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Rursũsque, Mortificate membra vestra quæ sunt super terrã. Qui enim sunt Christi, carnẽ suam crucifixerũt cum vitiis & concupiscentiis. Cũ vero anima nõ inuenerit Iesum in tumulo isto, hoc est, quando in corporali afflictione, & actibus pœnitẽtię non inuenit consolationẽ & gratiam experimentalẽ, currat & nuntiet petro, qui interpretatur firmus, agnoscens vel principalis. i. viro forti in fide, docto, & ad aliorum gubernationẽ idoneo: atque Ioãni, qui interpretatur gratia dei. i. ei qui verã sortitus est experiẽtiã inter bonũ & malũ per gratiã specialẽ ac deuotionem frequentẽ. His igitur dicat, Tulerunt dominũ de monumento. i. in pœnitentię actibus, ac lamentis Iesum nõ inuenio modo iã tacto. Tunc isti hoc audito admirãtes, currẽt cursu mentali ad monumentũ, considerãdo qualitatem operũ animæ talis: & non inuento illic Iesu, videbunt lintheamina posita & sudariũ inuolutũ, .i. habitus gratiæ & donorũ cum laborioſis vitæ actiuæ operibus, quãuis præsentia domini Iesu non percipiatur per deuotionẽ experimentalẽ & cõsolationem internã. Solet nempe sępe huiusmodi præsentiã suam abstrahere, animãq; in afflictionibꝰ magnis, in cordis ariditate, mentis quoque duritia quadã relinquere, abscõdens ad tẽpus faciem suã, vt quęratur auidius, inueniatur affluẽtius, teneatur stabilius, possideatur felicius. Veruntamen adest in desinẽter per occultum gratiæ habitum, per bona opera quæ necessaria sunt ad salutẽ, quãuis putatur abesse, & indignatꝰ abisse. Interdũ quoq; anima se affligẽs

Matth.20.
Marc.10.
Lucæ.18.
Ioan.13.
Matth.26.

Lucę.24.

Psalm.118.

psal.54.

Galat.6.
Coloss.3.
Galat.1.

A non inuenit Iesum, vel magnum profectum in corporali exercitatione, in pœnitentiali labore, in via rigoris, quia non quærit Iesum cum vera discretione, & sancta humilitate, quando videlicet non est rationabile obsequium eius, vel propriis viribus & laboribus plus iusto ~~innititur, non ponens totam~~ spē suam in deo & meritis Christi, sed putans se aliquid feciſſe aut esse, quum ita non sit. Rom.12. Psal.177.

¶ Pretereà per cursum Petri & Ioannis designatur affectuosus accessus viri actiui ac contemplatiui ad Iesum, vt videant eum, qui est omnium finis. Currit autem Ioannes seu contēplatiuus, citius Petro seu actiuo, quia feruentior solet esse atque stabilior in diuinis, sed non intrat in primis, donec Petrus ingrediatur, quia frequenter actiui ante contemplatiuos pertingunt ad finem. Abierunt ergo discipuli, non audentes diutius perseuerare iuxta sepulchrum propter Iudęos. [*Maria autem*] Magdalena [*stabat ad monumentum foris,*] id est, in horto prope domūculam, in qua erat sepulchrum, [*Plorans*] inconsolabiliter: quia non solum viuente magistro fuit priuata, sed & corporis eius solatio destituta, nec vidit modum recuperandi hoc damnum, & esse aut viuere sine Iesu, in quem totaliter fuerat transformata per charitatem, erat ei tormentum. Stabat ergo ad monumentum, in quo eluceſcit eius constantia, ardēnsque dilectio, quia apostolis abeuntibus non receſsit. Erat autem vnicum ei solatium, quod vel in loco esse potuit, in quo dominum suum reliquit, non valens ei amplius approximare. Hinc igitur māsit in loco dominicæ sepulturæ, beatam se reputans, si vel in tumulo illo mereretur sepeliri. ¶ Sed cur stetit foris, &

B non potius intus? Dicendum, vt oculos suos hincinde circūduceret, si forte videndo aliquid de suo dilecto magistro perciperet, quemadmodum moris est his qui quęrunt amiſsum. [*Dum ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum.*] Iam ante vidit monumentum dominici corporis spoliatum thesauro, idque intimauit discipulis, nunc rursus inclinat se, vt per ostium domunculæ monumentum inspiciat. Exceſsiua nanque dilectio rationem non pensat, sed impetum sequitur affectionis impellentis, nec quid scientis. Ideo sæpe quærit amiſsum in loco vbi certiſsime vidit ipsum non esse, habens spem cōtra spē, & sæpe formidans, ne visus in præcedentibus inquisitionibus sit deceptus. [*Et vidit duos angelos in albis sedentes,*] quos Lucas nominat viros, dicens, quod apparuerunt in veste fulgenti, videlicet alba & candida. Vnde quibusdam videtur, quòd Maria primo aspectu non sciuit, quod essent angeli. Apparuerunt ergo in splendidis stolis, quoniam gloriam resurgentis, claritatem supernæ solennitatis, & gaudium magnum nunciauerunt. Huiusmodi quoque vestis puritati naturæ angelicæ, sanctitatique mentis, supernorum spirituum correspondet. Sunt enim essentiæ simplices, in quibus nulla est labes peccati. [*Vnū ad caput,*] id est, ad superiorem partem sepulchri dominici, [*Et vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Ie su.*] Sic angeli sancti sederunt propter reuerentiam loci, & quoniam illum nunciauerunt, in quo est duplex natura, vna summa, & alia bassa, imo & infima in intellectualium ordine naturarum. Matthęus & Marcus loquuntur de vno angelo. Vnde secundum Augustinum apparuerunt ibi tres angeli, vnus extra sepulchrum, & duo intra illud. [*Dicunt ei illi*] duo angeli, vel vn' ex persona amborum, [*Mulier quid* Lucæ.24. Matth. 28. Marc.16. August.

C *ploras?*] Non ex ignorantia quærunt, sed vt consolentur Mariam: q.d. Potius gaudere te decet, quàm flere, cum dominus tuus glorificatus surrexerit, & tibi mox apparebit. Fletus autem Marię partim increpabilis extitit, quia processit ex fidei defectu atque errore, sicut subiungitur, [*Dicit eis, Quia tulerunt dominum meum,*] id est, Iudęi vel milites corpus domini mei hinc portauerunt, [*Et neſcio vbi posuerunt eū,*] tanquam dicat, Si hoc scirem, aliqualiter consolarer, quia afferrem corpus domini mei, & illud mecum iugiter conseruarem. [*Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum,*] id est, retrospexit, vel quia splendorem angelicorum vultuum atque vestituum diu ferre non poterat, vel vt ex impatienti amore hincinde prospiceret, si quid de suo chariſsimo domino ac magistro posset percipere: vel quod potius credendum est secundum Chryſostomum, ideo retrospexit, quoniam angelos quorum colloquio fruebatur, vidit assurgere, seu magnam reuerentiam & inclinationem exhibere cuidam retro eam, videlicet Christo, qui retro accesſit, & angelis in specie dominatoris apparuit. Volens igitur Magdalena cognoscere, quisnam ille esset, conuersa est retrorsum, [*Et vidit Iesum stantem.*] Quoniam etenim perseuerauit, nullámque indignam consolationem admisit, meruit consolatorem & desideratum cordis sui inuenire ac cernere. Perseuerādum est ergo in opere bono vsque in finem, estque implendum quod ait Psalmista, Renuit consolari anima mea. [*Et neſciebat quia Iesus esset.*] Quia enī affectuosè querebat Iesum, Matth.24. meruit eum aspicere, sed quia minus bene de eo sensit, meruit eius cognitione priuari. Fidem nanque Psalm. 76.

D resurrectionis illius non habuit, ideo nec eum cognouit, quia veraciter scriptum est, Nisi credideritis, non intelligetis. [*Dicit ei Iesus, Mulier.*] Consuetudo est Hebraici idiomatis quamcunque fœminei sexus mulierem vocari: vnde de virgine sancta dicit Apostolus, Misit deus filium suum natum ex muliere. Hiere.10. [*Quid ploras? quid quæris?*] Idcirco Christus interrogauit, vt sui amorem in corde Mariæ accenderet, Marc. 4. renouaret, augeret, sicque illa sui dilecti efficeretur capacior, quoniam amor aperit cor amantis ad susceptionem amati. [*Illa existimans quia hortulanus esset.*] In specie enim tali apparuit ei Christus. vel ideo Lucæ.8. Galat.4. hoc existimauit Maria, quoniam Iesus apparuit ei in horto, ad quem putauit neminem aduenisse, nisi horti cultorem vt illum excoleret. Spiritualiter quoque erat Iesus hortulanus cordi Marię, de ea eradicans germina mala dubitationis, & ignorantiæ, atque peccati, & inserens ei semen virtutum, fidei lumen, & cęteros fructus spiritus sancti. Quemadmodum itaque Iesus apparuit duobus discipulis in specie peregrini, ita apparuit Magdalenæ in specie hortulani. Habet enim glorificatus in corpore potestatem exhibēdi se visibilem & inuisibilem, cognoscibilem & incognoscibilem, vel in forma qua placet. Verum de modo qualiter fiat hoc, & in quo subiectiue consistat huiuscemodi alia effigies, longa est disputatio, quā relinquo. Hoc tamen certū est, quod corpus glorificatū perfectè subiectū est imperio Luc.24. animæ, manétque iugiter clarificatū, quomodocunque appareat, visus autē intuentis diuersimode immutatur. Potuit autem christus similitudinem sibi placentem formare in aspicientium oculis, non tamē decepit eos, nec fuit ex parte eius illusio, sed nōdum credentes meruerunt eum sub alia intueri effi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gie,ſicque à propria incredulitate oriebatur eorum deceptio.Chriſtus vero talem ſe eis exhibuit,qua- E
lis ſuit in corde ipſorum,vtpote alterius diſpoſitionis:ſed iſta alteritas ad veritatem ordinabatur,vt gra
Ioan.11. datim atque paulatim manifeſtam veritatis ſorturentur notitiam.idcirco non fuit ex parte Chriſti dece
ptio.[*Dicit ei,*]puta Maria Chriſto,quẽ hortulanũ materialis horti putauit,errans in hoc,[*Domine.*]Pu
to quod licet Ieſus apparuit in ſimilitudine hortunali,nihilominus in veneranda quadam effigie ſe prę
ſentauit Mariæ,idcirco quãuis ipſa eſſet diues ac nobilis,tamen appellauit eũ dominũ,præſertim quũ
vere humilis fuerit:cuius humilitas in hoc ipſo commẽdatur,quòd hunc quem putauit horticolã,ap-
pellauerat dominũ [*Si tu ſuſtuliſti eum,*]hoc eſt,ſi corpꝰ Ieſu hinc deportaſti.¶Cur exiſtimauit hoc?Di
cendum quod ideo,quoniam Ieſus in forma hortulani apparuit, forſitan habens palam in manu.Quo
niam ergo putauit curam illius horti pertinere ad eũ,ſuſpicata eſt,ꝙ corpus domini aſportaſſet,ſaltem
cum adiutorio.Rurſus inueſtigatur cur de eo cuius nomen expreſsit,loquitur indiſtincte, ſi tu ſuſtuli
ſti eum?Reſpondendũ ſecundum Gregorium,quoniã conſuetudo eſt ſeruenter amantium,vt nullum
putent ignorare,quod ipſi indeſinenter reuoluunt in corde.Aliter reſpondetur,quod ideo nomen ſe-
ſu non exprimit,quia putauit illum cui loquebatur,ex circunſtantia loci,temporis,cauſæ,& aliorũ ſi-
gnorum facillime poſſe coniicere quem ipſa notauit:& forte dicẽdo,eum,direxit oculos ſuos ad tumu
lum,quaſi dicat,Illum noto quẽ ſcis ibi fuiſſe ſepultum.¶Denique ſicut Chriſtus ſuſcitauit ſeipſum, F
ſic ſuſtulit ſe de monumento,quia per diuinitatis naturã excitauit & abſtulit ſe de morte ac monumẽ
to quo ad naturã aſſumptam.[*Dicito mihi vbi poſuiſti eum,& ego eum tollam,*]portãdo corpus eius ad do
mum meam,vt ibi in loco ſecuro illud reponam.Maria hæc loquitur ſecundum feruẽtium amatorum
morem,qui rationem&poſsibilitatem parũ attendunt,exiſti mantes ſuã poteſtatẽ parificari dilectionis
ſeruori.Si enim poſitum fuiſſet corpus Ieſu in atrio principis ſacerdotum,vel in medio Iudæorũ,quo
modo illud tuliſſet Maria?Et ſi alibi,quomodo illud per ſe ſolã baiulaſſet?Sed forte dicere voluit,Ego
eum tollam auxilio aliorum.Loquitur tamen hæc beatiſsima Magdalena,quaſi paratiſsima ſe expone-
re mortis periculo, vt corpus domini ſui poſsit acquirere. [*Dicit ei Ieſus,Maria.Conuerſa illa,dicit ei,Rab-
boni,quod dicitur magiſter.*]Statimvt Ieſus dixit,Maria,cognouit magiſtrum diſcipula.Sic nanq; cõſueue
rat eam vocare,& in ipſo nominis ſono ſenſit Maria vim occultam,ſolitámque dulcedinem,quas expe
riri ſolebat ante paſsionem dum Ieſus dixit ad eam,Maria.Senſit ergo Maria quàm affectuoſe ac dulci
ter Ieſus dixit ad eam, Maria, moxque audito hoc nomine,& magiſtro cognito, immutata ſunt om-
nia viſcera eius,liquefacta eſt quoq; anima eius,vt dilectus loquutus eſt,&maximus dolor in ineffabi-
Cant.5. le gaudium repente mutatus eſt.Quantum enim doluit de ſui amantiſsimi magiſtri,ac domini occiſio
ne,& ſublatione,tantum gloriabatur de eius apparitione,reſuſcitatione,glorificatione. Conuerſa illa,
ſpiritualiter à mœrore ad gaudium, ab infidelitate quadam & dubitatione ad fidem ac certitudinem.
Chryſoſtomus vero imaginatur,quòd Maria putans Ieſum hortulanum,viſo eo,mirabatur,cur ange
Lucæ.24. li ei tantam reuerentiã exhibuiſſent,idcirco conuertit ſe ad illos,interrogare volens de hoc.Quod cum G
facere ordiretur,Chriſtus dixit ad eam,Maria,quo audito agnoſcens magiſtrum in voce,ſicut diſcipu
li in panis fractione,rurſus conuertit ſe ad eum,& dixit,Rabboni.Sic quippe conſueuerat eum voca-
re,ad cuius pedes tam libenter ſedere,cuiúſque verba tam diligenter audire ſolebat. Hoc dicto Maria
ex vehemẽti amore,qui intimè&immediatè cupit vniri amato,voluit pedes chriſti amplecti & oſcula
ri,procidens ante eum,quemadmodũ ante paſsionem ſolita fuit:ideo ſubditur,[*Dicit ei Ieſus,Noli me tã
gere*]tactu corporeo,nec ſpũali indigno.i.noli de me ſentire nunc ſicut hucuſque,noli mihi vniri ſo-
lum aut finaliter quo ad naturã meã viſibilem.[*Nondum enim aſcendi ad patrem meum*].i.ad patris æqua-
litatem me peruenisse nõ credis,ſed hominẽ purum exiſtimas,idcirco non debes tangere,ſentiendo de
me minus digne,amandóque me vt hominem tantum.¶Prohibuit ergo Chriſtus à Maria ſe tangi, nõ
Matth.28. ꝙ poſt reſurrectionem tactũ mulierũ vitauit,quum de duabus ſcriptũ ſit, Acceſſerunt & tenuerũt pe
des eius:ſed propter myſticã rationẽ,videlicet ꝙ nemo debet eũ ſpiritualiter tangere,niſi habeat verã
fidem de ipſo:quam nullus habet,niſi qui credit eũ patri æqualem.[*Vade autem ad fratres meos*].i.apoſto
los:qui fratres Chriſti dicuntur propter naturæ aſſumptæ ſpecificam conuenientiã,conuerſationis mu
tationẽ,amicitiæ ſingularitatem,æternæque gloriæ hæreditatem:de quibus ait in Pſalmo,Narrabo no
Pſalm.21. men tuum fratribus meis.Vnde ad Hebrẽos ait Apoſtolus,Non confunditur fratres eos vocare.¶Prę
Hebræ.2. tereà,multas ob cauſas nominat eos fratres.Primò,vt oſtendat ſe veram carnem,integrã, totámque hu H
manã naturam habere poſt reſurrectionem ſicut & ante.Secũdo,vt det illis fiduciã redeũdi ad ipſum,
qui propter fugã ab ipſo poterant nimiũ formidare.Tertiò,propter noſtram inſtructionẽ,ne exaltati,
deſpiciamus eos cum quibus tempore paruitatis noſtræ conuerſabamur.[*Et dic eis,Aſcendo*]poſt dies
paucos ſecundũ naturam aſſumptã,cui competebat aſcẽdere,non diuinæ,[*Ad patrem meũ, & patrẽ ve
ſtrum.*]Diſtincte ait,patrem meum & patrem veſtrũ,quoniam pater æternus eſt pater chriſti per natu
rã,aliorũ vero per gratiam.[*Deũ meum*]ſecũdum quod homo ſum,[*Et deũ veſtrum*]ſecundũ quod per
Apoc.2. meam incarnationẽ & paſsionẽ reducti eſtis ad eũ.¶Deus autẽ qui vtique omniũ deus eſt,dicitur ſpe
Pſalm.77. cialiter deus illius,cui ſpecialiter prouidet,adeſt,cõmunicat,& à quo ſpecialiter amatur & honoratur,
3.Reg.17. qui toto corde ad ipſum conuerſus eſt,omnẽque ſpem ſuã in ipſo fundauit.Hinc ſancti homines dice
re cõſueuerunt,Deꝰ meus,vt patet de Helia,quod imperfectis non cõpetit.Propter quod beatus Dio
Dionyſiꝰ. nyſius ex humilitate præcipua loquitur,Deus,& ſi fas eſt dicere,meus.Deus ergo pater vel trinitas ſpe
cialiſsime fuit deus Chriſti ſecũdũ naturã aſſumptã,quoniã gratioſiſsime eũ prævenit, eſq; in omnib⁹
affuit, cooperabatur, & incõparabilia dona præſtabat:maxime quoque diligebatur, ac honorabatur à
Ioan.8. Chriſto homine,quẽadmodũ ait ſuperius,Ego quæ placita ſunt ei,facio ſemper. Aſcendit autẽ chri-
ſtus ad patrẽ motu locali,nõ ꝙ pater loco diſtabat ab eo vel eius humanitate,quum ſit vere vbiq; ſed
quia localiter aſcendebat ad cęlum empyreum,in quo pater ſpecialiter eſſe & habitare cenſetur,quo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A niam excellentius ibi operatur, ſéque euidentius manifeſtat. Hac commiſsione fecit Chriſtus Mariam apoſtolorum apoſtolam, mittens eam ad illos nũciare reſurrectionem dominicam. Decuit enim, vt ſicut per fœminam oblata eſt viro mortis occaſio, ſic per fœminam nunciaretur viris facta redẽptio. Venit Maria iuſsioni obediens, [*Annuntians diſcipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi*] Ioanni, qui recedendo à monumento ante eam, non merui ſimul cum ea vel primus videre Chriſtum reſuſcitatum. Genes. 31.

¶ Denique, in expoſitione huius Euangelij pulchre, atque dulciſsime, multúmq; deuote, & affectuoſe loquitur Origenes, & in fine ſic exhortatur, Sequamur huius mulieris affectũ, vt perueniamus ad effectum, ploret vnuſquiſque ad Ieſum, & quærat fideliter Ieſum, apparebítq; ei, quia nõ celauit ſe quærenti peccatrici. Diſce peccator à peccatrice plorare propter dei abſentiã, deſiderare eius præſentiam, nullam conſolationẽ extra Ieſum recipere, nulla aduerſa timere, & omnia mundi, pſpera propter chriſtum contemnere. Audeo tibi confidẽter promittere, ſi in his perſeueraueris, Ieſum quem quærebas, inuenies & cognoſces.

¶ Proſequutio præſentis cap. [*Cum eſſet ſero die illa vna ſabbatorum.*]

Articulus XLVIII.

B HOc loco deſcribit Euãgeliſta quintam chriſti apparitionem factam in die paſchę, & etiam ſextam quæ facta eſt preſente Thoma in octaua Paſchę. Quinquies enim apparuit Chriſtus in die Paſchæ. Primo Magdalenę, quemadmodum in Marco legitur, Surgens Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Secundo, mulieribus redeũtibus à ſepulchro: iuxta illud Matthæi, Ecce Ieſus occurrit illis, dicens, Auete. Tertiò, Petro, quãuis locus ignoretur, creditur tamen quod redeunti à monumento. Quartò, duobus diſcipulis euntibus in Emaus, ſecundum quod recitat Lucas. Quintò, vndecim apoſtolis in conclaui, ſicut nunc conteſtatur Ioannes, [*Cum ſero eſſet,*] hoc eſt, hora veſpertina & nocte incipiẽte, [*Die illa*] in qua apparuit Magdalenæ [*Vna ſabbatorum,*] i. quæ dies fuit vna dierũ illius hebdomadæ, qui omnes dicebantur ſabbata, quia feſtiui, [*Et fores,*] id eſt, ianuę, [*Eſſent clauſæ, vbi erãt diſcipuli,*] hoc eſt, apoſtoli, & etiã alij ſecundum Lucam, [*Congregati propter metum Iudæorum.*] in quo patet eorum infirmitas, qui timebant eos qui corpus potũerũt occidere. ¶ Dicunt quidam, quod apoſtoli erant diſperſi in die propter metum Iudæorum, ſed de ſero conueniebant ad locũ vnum. Euangeliſta vero nunc dicit, quòd erant congregati propter metum prædictũ. Lucas quoq; habet, ꝙ mulieres regreſſæ à monumento, nunciauerũt quæ audierunt illis vndecim, quod fuit clara die, quia poſt hoc Petrus & Ioannes cucurrerunt ad monumẽtum. Ex quibus patet, quod diſcipuli etiam in die ſederunt collecti ianuis clauſis, propter metum Iudęorũ: imò minus audebant exire diebus quã noctibus. [*Venit Ieſus*] oſtio clauſo, per penetrationem dimenſionum. Corpora enim glorificata omnia penetrant per dotem ſubtilitatis ſecundum quoſdam, non tamen ſine grandi miraculo, prout Thomas ſuper quartum ſententiarum ſatis demonſtrat. Quemadmodum igitur Ieſus exiuit vterum matris, ea integra remanente: ſic intrauit & exiit domum non apertam, diuina omnipotẽte virtute. [*Et ſtetit in medio diſcipulorũ.*] Ipſe nanque eſt mediator, doctor, reconciliatórque noſter, ideo cõpetebat ei eſſe in medio: ſicut & ante paſsionẽ locutus eſt, Ego in medio veſtrum ſum. Magiſter quippe virtutum mediũ ſemper elegit, quia in medio virtus conſiſtit. Quomodo autem factum ſit, quod nunc refert Ioannes, Lucas plenius edocet. quo legitur, quod quũ Ieſus cognitus fuiſſet à duobus diſcipulis in fractione panis, & diſparuiſſet, illi ſurgentes regreſsi ſunt in Hieruſalem eadem hora, inuenerũntque vndecim cõgregatos, & eos qui cum illis erant, quibus dixerũt, quomodo Ieſus apparuiſſet eis in via, & qualiter eũ cognouerunt, quibus iſtã narrantibus, venit Ieſus, & ſtetit in medio diſcipulorũ, [*Et dixit eis, Pax vobis.*] Quod docuit Chriſtus hoc fecit. Præcepit autem diſcipulis, In quamcũque domũ intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui: hinc ipſe domum ingrediẽs, in qua erant chariſsimi ſui, electiſsimíq; diſcipuli, ait, Pax vobis. Rurſus ſic eos ſalutauit, quoniã pauloante in qua nocte tradebatur, differuit, Pacẽ relinquo vobis. Quod igitur tunc reliquit, nunc attulit, dedit, & auxit. Diſcipuli quoque pace maximè indigebãt, quoniã multipliciter conturbati erãt, ac territi, videlicet propter præteritam Chriſti paſsionem, propter Iudæorum crudelitatem, & proprij cordis quandam hæſitationem de Chriſti reſurrectione, de cuius veritate nondum fuerant roborati. ¶ Inſuper ſic ſalutauit diſcipulos, quoniã pax eſt maximũ bonum, omníque Chriſtiano præcipuè appetendum, per quam homines fiunt filij dei: quemadmodũ

D ſcriptum eſt, Beati pacifici, quoniã filij dei vocabũtur. Propter quod ait Dionyſius, quod omnia appetunt pacẽ, & propter hanc agũt omne quòd agunt. ex quo cõcluditur, quod pax eſt vel ipſa beatitudo, vel proxima ad beatitudinem diſpoſitio. Chriſtus autem præſertim nũc loquitur de pace interna, quæ eſt trãquillitas animi, vtpote quies à motibus propriis inordinatis, videlicet à timore immoderato, à triſtitia ſeculi, quæ ſecundum Apoſtolum mortem operatur, dolore rationem impediẽte. Non enim oportauit diſcipulis quietem ab exterioribus perſecutionibus ad tempus, quos in medio luporum erat miſſurus, ſed vt in omni turbatione extrinſeca conſeruarent pacem internã. Propterea ad Hebręos monet Apoſtolus, Pacẽ ſequimini & ſanctimoniã, ſine qua nemo deũ videbit. [*Et quum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus.*] Forte & pedes: imo & pedes, vt infra ex verbis Lucæ Euangeliſtæ patebit. In his enim quinque vulnerum remanſerunt cicatrices, in teſtimoniũ identitatis corporis paſsi, reſuſcitati, & glorificati: itẽque in ſignũ victorię Saluatoris. Oſtẽdit ergo diſcipulis manus perfoſſas, & latꝰ lãcea perforatũ, vt ſcirent, quod ipſe eſſet qui pauloãte pendebat in ligno, & quod idẽ numero corpꝰ reſumpſiſſet. ¶ Multa hoc loco omittit Ioãnes, quę recitat Lucas, ea quoque quę Lucas omiſit, ſuppleuit Ioãnes. Itaq; Luca teſtante, Chriſtꝰ diſcipulis dixit, Videte manus meas, & pedes meos, palpate & videte, quoniã ſpiritꝰ carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere, & alia multa in hac apparitione dicta & facta recitat Lucas. [*Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino*] dñorũ, qui in fœmore ſuo ſcriptũ habet, Rex regũ, & dominꝰ dominãtiũ. Gaudiũ nẽpe eſt diffuſio animi in cõceptiõe boni, oriturq; ex vnione potẽtiæ cũ

Matth. 24. Marc. 16. Luc. 24. Luc. 24. Ioan. 21. Luc. 24. Luc. 22. 1. Tim. 2. Luc. 22. Luc. 22. Matth. 10. Luc. 10. Ioan. 14. Matth. 5. 2. Cor. 7. Marc. 10. Luc. 10. Hebr. 12. Luc. 24. Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Luc. 14. Apoca. 19.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bono conuenienti. Quoniam ergo discipuli viderunt Iesum summum et conuenientissimum bonum, E
quem maxime diligebant, de cuius passione vehementer dolebant, cuius beatitudini cordialiter congratulabantur, ideo viso eo vltra quàm existimari posset, aut exprimi, lætabantur. Gauisi sunt autem propter Iesum, & propter seipsos, quia magistro suo intime cõgaudebãt, & de suo profectu exhilarati sunt, videntes se non esse deceptos, sequendo Iesum, propter quem omnia sua reliquerunt, & multa perpessi fuerunt ac patiebantur. [*Dicit ergo eis iterum, Pax vobis.*] Siquidem viso domino Iesu cõturbati
Lucæ. 24. fuerunt atque conterriti, iuxta Lucam, ideo repetit, Pax vobis, quæ etiam repetitio confirmationis indicium est, dilectionísque signum, & admonitio discipulorum, vt pacem iugiter appetant, præcipuéque exquirant. Vel ideo bis ait, Pax vobis, quia optauit eis pacem gratiæ in præsenti, & pacem gloriæ in futuro. [*Sicut misit me pater, & ego mitto vos*] .i. Quẽadmodum pater misit me ex vera charitate & pietate, ad prædicandum euangelium vitæ Iudæis, à quibus multas varias persecutiones, & tandem amarissimã perpessus sum mortem, quorum tamen hominum nonnullos conuerti: sic ego nunc mittã vos
Sapient. 2. ad prædicandum euangelicam legem Iudæis, ac gentibus ex charitate et pietate ad vos, et itẽ ad illos, à quibus multa aduersa et mortem sustinebitis, quosdam vero eorum cõuertetis. [*Hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctum.*] Postquam Saluator dixit discipulis, Sicut misit me pater, & ego mitto vos, infudit discipulis spiritum sanctum, quia officium prædicationis, quod eis commisit, sine speciali gratia spiritus sancti expleri non valuit. Oportet enim vt prædicator verbi cœlestis in F
seipso abundet charitatis feruore, et sapiẽtia diuinorum, quatenus ignita proferat verba, motiua et penetratiua, sitque sententiosus, discretus et instructiuus in sermonibus suis. ¶ Denique per corporalẽ illam insufflationem & inspirationem euidenter signauit superintellectualem atque internam processionem seu inspirationem, qua spiritus sanctus ab ipso procedit: prout plenius probat Anselmus in li
Matth. 10. Matth. 22. Marci. 12. bro de processione spiritus sancti. Rursus dicendo, Accipite spiritũ sanctum, insinuauit se per authoritatẽ dare spiritum sanctum, quod nequaquã sic esset, nisi spũs sanctus ab ipso procederet. Sed nõne
Lucæ. 10. apostoli ante hanc horam habuerũt spm̃ sanctum? Habuerunt vtique, non autẽ tam copiose & efficaciter, seu ad tot, tantósq; effectus vt ex hac hora, quia & nunc data est omnibus eis potestas ligãdi atq; soluẽdi, sicut mox introducetur. ¶ Augustin⁹ facit hic grandẽ quæstionẽ, cuius se solutionem nescire fatetur. Quærit ergo, cur Christ⁹ bis dedit spiritũ sanctũ, semel in terra ante ascensionem, & semel de cælo post ascẽsionem. Tangit autem Aug. quandam solutionem sub dubio, puta q̃ ideo, quoniã duo sunt præcepta charitatis: quam rationem Grego. & Beda affirmant esse huius rei causam, videlicet q̃ in terra dedit, vt diligatur ꝓximus, deinde de cælo vt diligatur deus. Sed quia per eandem gratiam vtrunque præceptum impletur, nec vnum sine alio valet impleri, imò & vn⁹ est habitus charitatis, qua deus proximúsq; diligitur, ideo potest alia ratio assignari. Vt enim Dionysius docet, Natura nõ procedit à distanti in distans, nisi per medium, quem ꝓcessum auctor naturæ deus sublimis & benedictus
Roma. 13. 1. Cori. 14. 1. Cori. 1. Sapien. 8. obseruat frequenter, præsertim, cum teste Apost. Quæ à deo sunt, ordinata sunt: vnde & admonet, O- G
mnia decenter, & secundũ ordinem fiant in vobis. Hinc ergo Christus sapientia patris, disponens vniuersa suauiter, suos discipulos paulatim ad sublimiora attollens, ac pedetentim ad perfectionem perducens, primo dedit eis spiritum sanctum in terra per insufflationem, non in tanta plenitudine, nec in signo tam euidenti vt postea, quatenus per ista ad illam exuberantissimam spiritus sancti susceptionem, quę facta est in die sancto pentecostes disponerentur. [*Quorum remiseritis peccata*] eos legitime absoluendo, & diuina virtute (quæ sola dimittit peccata) vt causa principalis, instrumentaliter vi clauiũ cooperando, [*Remittuntur eis*] à deo, saltem quo ad culpam: non tamen semper aut totaliter quantum ad pœ-
Act. 3. 1. nam. Tamen per orationem sacerdotis virtutémque clauium, & per pudorem ac contritionem confitentis aliquid pœnæ dimittitur, tanto vtique amplius, quanto pudor & contritio fuerint fortiores. Possunt enim esse tam magni, quòd tota pœna dimitteretur. [*Et quorum*] peccata [*Retinueritis,*] id est, nõ dimiseritis, sed retinenda iudicaueritis, eo quòd non vere pœniteant, nec dignos se præbeant ad indulgentiam obtinendam, [*Retenta sunt*] id est, deus illa imputabit hominibus talibus.

¶ Oportet itaque vt iudicium ecclesiæ conformetur diuino iudicio, seruando videlicet rectum pro-
Dionysi⁹. cessum, & debitum clauium vsum: vnde vltimo ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo ait Theologus, Sacerdotes hierarchicis sibi collatis virtutibus vti oportet, prout diuinitas mouerit eos. Agens enim instrumentale non sortitur efficaciam, nisi secundum quod à principali causa mouetur. Propter quod H
2. Cori. 13. ꝓfitetur Apost. secundum potestatem quę data est mihi in ædificationem, & nõ in destructionẽ. Itaq;
Matth. 16. Christus nunc ait & cõfert vniuersis Apostolis, quod ante passionem Petro singulariter dixit, Quod cũque, inquiens, ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Ideo autem Petro tanquam principaliori inter Apostolos, & capiti vniuersalis ecclesię hoc dictum est singulariter, vt cum sit ordo in ecclesia, hęc potestas credatur primo ac principaliter residere in summo pontifice S. Petri vicario, atque ab ipso deriuari in archiepiscopos & episcopos, & ab ipsis tanquam à mediis in simplices sacerdotes. Veruntamen quamuis omnis sacerdos in sua ordinatione ligandi ac soluẽdi potestatem recipiat, & licet secundum Thomam realiter idem sint character sacerdotalis, & potestas prædicta, quæ etiam clauis vocatur: non tamen habet huius potestatis executionem, nisi ei subiiciatur materia. s. homines super quos sibi iurisdictio detur, seu cura animarum cõmittatur à superiore, qui sicut dat eam inferiori, sic potest eam ei auferre in toto vel parte legitima causa occurrente. Præterea, Christus dicendo discipulis, Quorum remiseritis peccata, &c. manifeste ostendit se esse verum deum, qui solum potest tantam conferre potestatem hominibus, quæ nec angelis data est. Decuit autem, vt postquam deus assumpsit humanam naturam, homines ab illo acciperent diuinam virtutem, & supernaturalem quandam deificationem, quod maxime datum est sacerdotibus. per hoc quę fuit dispensatores sacramentorum nouę legis, in quibus gratia continetur & datur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Omnibus quoque fidelibus datur deificatio talis, per diuersa dona & gratiã spiritussancti: secundum quod in epistola canonica Petri inducitur, Maxima & precio sa nobis promissa donauit, vt per hęc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ. ¶ Postremo de hac materia, & quid sit clauis, & quomodo sacerdos euangelicæ legis dicatur peccata dimittere, an. s. aliquid cooperando, vel duntaxat ostendendo, de verbis quoque Hierony. circa hoc, plurima dixi super Matthæũ, quæ non sunt hoc loco repetenda, quanuis ista sine illis plene intelligi nequeant. Dedit itaque Christus Apostolis, eorúmque successoribus diuinam, & admirabilem potestatem, qua alios possunt soluere & ligare, à regno excludere, & in illud inducere. Sed videant ministri ecclesiæ, vt tanta virtute digne vtantur, existendo in gratia, causásque cõfitentium sapienter pensando ac discernendo, & priuatum amorem ac odium, cæteráque inordinatas affectiones penitus repellendo: quoniam si indignos absoluunt, vt dignos ligent, dicetur de eis illud Ezechielis, Interfecerunt animas quæ nõ moriuntur, & viuificabant animas quę non viuunt. [*Thomas autem vnus ex duodecim,*] hoc est vnus apostolorum, qui ante passionẽ Christi erant duodecim, quando Iudas fuit vn⁹ illorum. vel vnus ex duodecim, quia dũ Ioannes euangelium præsens descripsit, successit Matthias in locum Iudæ, sicque Thomas fuit vnus apostolorum, qui Matthia electo fuerunt duodecim. [*Qui dicitur Didymus,*] quod interpretatum est dubius, quia de Christi resurrectione præ cæteris fuit incredulus, [*Non erat cum eis, quando venit Iesus.*] Hinc videtur contrarium quod Lucas habet, duos

B discipulos regressos à castello Emaus, inuenisse congregatos vndecim, quorum vnus extitit Thomas. Respondet Augustꝰ quòd Thomas affuit redeuntibus illis duobus, quibus loquẽtibus Thomas propter aliquam causam exiuit, & interim apparuit Christus. Potest etiã dici, quod iste sit sensus verborũ Lucæ, inuenerunt congregatos vndecim. i. Apostolos, qui pro tunc vndecim erant, quãuis nõ fuerunt omnes collecti. Est quoque cõsuetudo scripturę, vt aliquid attribuatur toti communitati, quia maiori vel principaliori eius competit parti. ¶ Quæritur, quum Thomas defuerit, quando Iesus venit, insufflauit, spiritum sanctum largitus est, & dicebat, Quorum remiseritis peccata, &c. an ipse spiritum sanctum bis recepit, & potestatem ligandi atque soluendi sortitus est? Dici potest quod post octo dies apparenti Iesu, Thomas recuperauit quod in die paschæ per absentiam suam non accepit. ¶ Insuper teste Gregorio, diuina dispensatione factum est, vt Thomas tũc deesset, videlicet, ad nostrã informationem, quatenus (Thoma dubitante) propter suam absentiam, Christus appareret frequentius, suámque resurrectionẽ probaret lucidius. [*Dixerunt ergo ei*] in domum regresso [*Alij discipuli, Vidimus dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittãm digitum meum in locũ clauorum,*] hoc est in partes manuum clauis fixas, [*Et mittam digitum meum in latus eius*] tãgendo lateris aperturam [*Non credam.*] tam durus ad fidem & grossus fuerat Thomas, quod nec tot tantísque testibus credidit, nec videre satis putauit, sed voluit etiam corpus manu tractare seu tangere. Non enim considerauit omnipotentiam dei, nec recordabatur verborum Christi, quibus prænunciauit se resurrecturum tertia

C die, sed quàm impossibile esset naturaliter hominem passum resurgere. [*Et post octo dies,*] hoc est die octaua inclusiue, [*Iterum erant discipuli eius intus*]. i. in domo prædicta propter metum Iudæorũ vt ante, [*Et Thomas cum eis.*] puto quòd Thomas post præscriptam apparitionem magis q̃ ante mansit cum apostolis, timens ne Iesus denuo illis appareret se absente, [*Venit Iesus ianuis clausis.*] Propter quod dixit Manichæus, q̃ Iesus habuit corpus phantasticum, nõ attendens omnipotentiam dei, quæ potest vnũ corpus per aliud ducere, ambobus integris permanentibus. [*Et stetit in medio*] discipulorũ, [*Et dicit, Pax vobis.*] Ista iam semel exposita sunt. [*Deinde dicit Thomæ,*] ostendens se verba illius agnoscere, [*Infer digitum tuum huc*] in locũ clauorum manuum mearũ, & palpa fixuras earũ, [*Et vide manus meas*] clauis perforatas, [*Et affer manum tuam, & mitte in latus meum,*] tangendo aperturam illius, [*Et noli esse incredulus, sed fidelis.*] quia dixisti te nõ crediturum, nisi videris ac tetigeris ista. ¶ Ecce quanta fecit Christus pro conuersione vnius, quàm piè & charitatiuè seipsum exhibuit Thomę diffidenti, nam & si Thomas plura aut certiora resurrectionis argumenta petisset, nõ denegasset ipsi ea Saluator. [*Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus & deus meus*] es tu, in quo diuinitatem Christi fatetur. Tanta enim euidentia veritatis conuictus corde credidit, & ore cõfessus est q̃ Iesus cuius humanitatem vidit, esset ver⁹ deus, quẽadmodum ante passionem ab ipso audiuit, Ego & pater vnũ sumus. ¶ Præterea, an Thomas tetigerit latus & manus Christi, an ex reuerentia id omisit, non est certum, nec potest ex textu præsenti determinari: vnde diuersi diuersimode de hoc opinantur. [*Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma*] oculis carnis,

D quãtum ad naturam meam assumptam, [*Credidisti,*] quod non vidisti, videlicet quod sim deus. Aliud itaque vidit, & aliud credidit: vidit hominem, & credidit deum. [*Beati qui non viderunt & crediderunt.*] Hoc aliqui asserunt dictum de aliis discipulis, sed non apparet: nam discipuli qui aderant omnes iã viderant Christum. Propterea Augustꝰ dicit hoc dictum de nobis ac cæteris qui crediderunt, credunt & credent in Christum fide formata, quem nõ viderunt oculo corporali: quemadmodum Petrus habet, In quem nunc nõ videntes, creditis. Actus enim fidei meritorius est, eo q̃ ex naturali ratione non habeat certitudinem, sed diuinæ authoritati innititur, cui intellectus se subiecit. Qui autem Iesum oculo corporali nõ viderunt, & tamen credũt, magis innituntur authoritati diuinæ atq; scripturis, q̃ qui oculo carnis eum intuiti sunt, ideo sunt nunc beatiores in spe cæteris paribus: quod addo, quia nõ est arbitrãdum. q̃ aliquis præter apostolos, qui Christum nõ vidit & credidit, sit simpliciter beatior Thoma, quamuis quantũ ad aliquid ei præferatur. [*Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.*] Hoc intelligi potest tam de signis, quibus Christus se resurrexisse probauit, quorum multa omisit Ioannes, & aliqua illorum alij Euangelistę scripserunt, q̃ de cæteris miraculis quæ operatus est ante passionem coram discipulis, quorum pauca scribit Ioannes: alij autem Euangelistæ multa illorum describunt signorũ, singuli tamen & omnes aliqua omiserunt, tam de doctrina q̃ de miraculis Saluatoris, in quo patet insufficientia scripturę Euangelistarum per comparatio

1. Cor. 4.
2. Petri. 2.
Matth. 16.
Ezech. 13.
Actu. 1.
Lucæ. 4.
Matth. 26.
Roma. 10.
Ioan. 10.
1. Petri. 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem ad eminentiam operum, documentorúmque Christi, quæ à nullo mortalium plene possunt de- E
scribi secundum doctores. [*Hæc autem scripta sunt, vt credatis*] fide per dilectionem operante, [*Quia Iesus*
est Christus filius dei] naturalis ac vnicus. Per supernaturalia enim opera sua ostendit Iesus se esse filium
dei, ideo talia scripta sunt, vt qui ea non vidimus, audiendo seu legendo credamus quod Iesus sit filius
dei. Potius quoque ait Euangelista, vt credatis quia Iesus est filius dei, quã filius virginis, quoniã prin-
cipalis sua intentio in descriptione huius Euangelii fuit, ostendere Christi diuinitatem atque diui-
nam generationem, quia de Christi humanitate & generatione eius materna alii Euangelistæ satis scri
1. Petr. 1. pserunt. [*Et vt credentes vitam habeatis*] gratiæ in præsenti, & vitam gloriæ in futuro. Cognitio enim fi-
dei ordinatur finaliter ad vitam ęternam, quę est visio dei per speciem. Vnde Petrus, Videntes (inquit)
Actu. 14. exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportãtes finem fidei vestræ salutẽ, fructum animarũ ve
strarũ. Itaque vitã habeatis, [*In nomine eius*] i. virtute & gratia christi, vel in ipso christo tanquã in cau-
sa & obiecto beatitudinis nostrę, quia non est aliud nomen datum hominibus sub cęlo, in quo oportet
nos saluos fieri.

¶ Expositio Cap. vltimi, [*Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare*
Tyberiadis.] Articulus XLIX.



Post hæc Euangelista describit aliam Christi apparitionem factam in Galilæa,
Luc æ. 1. [*Postea,*] scilicet post aliquantulum tempus à præmemoratis apparitionibus in F
Hierusalem factis, [*Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis*] .i. iuxta littus
Matth. 28. maris situati prope vrbem cui nomen Tyberias, quæ in honorẽ Tyberii Cęsa-
ris sic vocata est, quod mare alio nomine appellatur stagnũ Genezareth & ma-
re Galilææ, quia in prouincia Galilææ habetur. Patet ergo quod ista apparitio
facta sit in Galilæa. Vt enim in Matthæo legitur, Iesus in die resurrectionis di-
xit mulieribus, Nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.
Discipuli igitur ex præcedentibus apparitionibus confortati in fide & animati, exierunt in publicum,
& Galilęam ingressi sunt, vbi cum paucis diebus morarentur, contigit quod nunc attestatur Ioannes.
Primo autem refert rem gestam summatim, deinde refert ordinẽ quo fiebat, secundũ quod subditur,
[*Manifestauit autem se sic*] .i. modo qui sequitur. Christus nempe dũ volebat repente disparuit, & dũ vo
lebat subito rursus apparuit: nec erat continuo cum discipulis, sed certis locis atque tẽporibus secũdũ
præordinationẽ diuinam, prout vtile vel necesse fuit ad informationem & consolationẽ primitiuæ ec-
Matth. 4. clesiæ. [*Erant simul Symon Petrus,*] qui à natiuitate vel circuncisione dictus est Symon, & à Christo no-
Marci. 3. minatus est Petrus, vt patuit primo capitulo, [*Et Thomas, qui*] cognomento [*Dicitur Didymus*] .i. dubius,
Ioann. 2. vt dictum est in præcedenti capitulo, [*Et Nathanael*] legis doctor, frater Philippi Apostoli, [*Qui*] Na-
Ioan. 20. thanael, [*Erat*] oriundus [*A Chana*] villa [*Galilææ,*] vbi Christus conuertit aquam in vinum. Huic Na- G
Ibidem. thanaeli perhibuit Christus testimonium tale, Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est, vt plenius di-
Ioann. 1. ctum est primo capitulo. [*Et filij Zebedæi*] Ioannes & Iacobus, [*Et alij ex discipulis eius duo,*] quorum no
mina reticentur. Omnes ergo simul septem fuerunt. [*Dicit eis Symon Petrus,*] qui in omnibus operosior
atque feruentior comprobatur, [*Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum.*] Licuit autẽ discipulis ad
tale officium reuerti propter victus necessitatem, quia in se licitum erat. Matthęus vero ad teloneũ nõ
rediit, quia huiusmodi opus raro vel nunquam exercetur sine peccato, secundum Gregorium. Hi er-
Matth. 20. go discipuli quoniam pauperes erãt, & Iesus prouisor eorum recessit ab eis, ad piscandũ profecti sunt.
Marc. 1. In quo patet Nathanaelis magna humilitas, quia vir tantus ad humile opus accessit. [*Et ascenderunt in*
Lucæ. 5. *nauim,*] forsitan accommodatã vel conductam, cõmunem siue vacantẽ. Proprias enim naues & cętera
omnia reliquerũt. [*Et illa nocte nihil prendiderunt,*] hoc est, nullũ piscem ceperunt: quod licet ex naturali
causa accidisse potuerit, tamen diuina factũ est dispensatione, vt mox futura captio miraculosior ap-
pareret, atq; ad christũ declarãdũ efficacior. [*Mane autẽ facto stetit Iesus in littore.*] Tota igitur nocte per-
misit discipulos infructuose laborare, & fatigari, vt postea viso Iesu & piscibus copiosissimis cõpre-
hensis, cordialius exultarent. ¶ Permittit nanq; electos suos in nocte seculi huius. i. in tẽpore præsentis
vitę, quę tribulationibus, culpis atque miseriis plena est, multipliciter tribulari, affligi, fudare, vt tandẽ
Psal. 103. quietem sortiti plenius iucundentur: iuxta illud in Psalmo, Lætati sumus pro diebus quibus nos humi H
liasti, annis quibus vidimus mala. Porro, mane facto apparet Iesus taliter laborãtibus, id est, cõsumma
to cursu temporis huius tenebrosi, quando traducit eos de hoc magno, turbulentóque seculo ad portũ
securitatis æternæ seu patriam electorũ, vbi sol intelligentiæ incessabiliter oritur, nec dies tẽdit ad oc-
casum aliquando. Potest quoque per mane istud intelligi finis tẽtationis & persecutionis cuiuscunq;,
in quo splendor gratiæ menti gignitur, spiritualis cõsolatio datur, & omnia interiora animę renouan-
tur. Tunc Iesus apparet his quibus tale mane conceditur, statque in littore, hoc est, in loco tranquillo,
Psalm. 30. vbi flagellatum non appropinquat tabernaculo suo, videlicet extra & supra hunc mundũ inquietudi-
nibus plenum, inuitans suos ministros vt festinent venire ad ipsum, aspirando indesinenter ad patriam.
Denique ad literã stetit Christus in littore maris, non supra aquæ fluenta, quia volebat discipulos suos
paulatim ad suam cognitionẽ perducere: si autem stetisset supra aquam, obstupefacti fuissent & territi,
arbitrantes phantasma esse vel spiritum, quemadmodũ ante passionẽ, quando ambulauit super mare.
Matth. 14. Tunc enim præ timoris magnitudine clamauerũt. ¶ Mystice vero stetit in littore, ad insinuandũ quod
Marc. 6. amplius cum eis non erat in aquis tribulationũ, & fluctibus vitæ mortalis, sed ad impassibilẽ, tranquil-
lissi mamque vitã resuscitatus consisteret: vnde ad innuẽdum quod hoc modo cum illis nõ esset, qui-
bus tamen præsens loquebatur, ait apud Lucã, Hæc sunt verba quæ loquutus sum vobis, quum adhuc
Lucæ. 24. essem vobiscum. [*Non tamen cognouerũt discipuli, quia Iesus est.*] In alia nãque effigie apparuit eis, quem-
admodũ Magdalenæ, vt dictum est in præcedẽti capitulo, vbi & declaratũ est, qualiter factum sit hoc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A Apparuit autẽ diſcipulis, ſecundum Chryſoſtomũ, in ſpecie viri volentis emere piſces, quod conuincitur ex eo quod ſubditur, [*Dixit ergo Ieſus, pueri.*] Pueros vocat diſcipulos non ætate vel indiſcretione, ſed ſimplicitate, puritate & innocentia, per quem modum chriſtus ait in Pſalmo de ſeipſo, Ne auertas faciem tuam à puero tuo. Et de ipſo dixit primitiua eccleſia, Conuenerunt aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, Pontius Pilatus & Herodes. De prædictis pueris ſuis atque diſcipulis ait chriſtus per Eſaiam, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. [*Nunquid pulmentarium*] .i. aliquid cibi quod decoctum apponatur ac manducetur cum pane vt ſapidus ſit, [*Habetis?*] quaſi dicat, habetis aliquos piſces? Quærit, vt ex illorum reſponſione conuenienter conſulat atque ſubinferat. [*Reſpondérunt ei, Non. Dixit eis, Mittite in dexteram nauigii rete,*] id eſt, rete veſtrum proiicite in aquam ad dexteram partem nauiculæ, [*Et inuenietis*] quod quæritis, ſcilicet piſces in copia. Prædicit effectum futurũ in ſe penitus cõtingentem, vt quum factum viderent quod prædixit, ſcirent eum eſſe Chriſtum. [*Miſerunt ergo rete in aquam*] deſignatam, [*Et iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.*] Ex quo elici poteſt, quod diuino nutu piſces ſubito illuc adducti atque collecti ſunt, vel fortaſsis diuina virtute producti. Non enim pauloante ibi fuerunt, quia diſcipuli tota nocte circa locum illum erant piſcati. [*Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus Petro, Dominus eſt.*] Quemadmodum diſcipuli ante paſsionẽ vocabant Ieſum, nunc magiſtrum, nunc dominũ, iuxta illud, Vos vocatis me magiſter & domine: ita & poſt paſsionem. Ioann. 13.

B ¶ Denique Ieſus eſt ille dominus, de quo ait Pſalmiſta, Tu dominaris poteſtati maris, qui in exordio mundi quinto die fecit piſces maris. Loquitur autem Ioãnes ſpecialiter Petro tanquam familiariori ac principaliori. Ioannes vero cognouit Ieſum per miraculoſam piſcium captionem, & quia vidit verbũ eius tam copioſe impletum, vel Ieſus primo oſtendit ei ſpeciem ſui cognoſcibilem. [*Simon Petrus vt audiuit quia dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe. Erat enim nudus.*] Quod Petrus dicitur ſe tunica ſuccinxiſſe, quia nudus erat, intelligi poteſt dupliciter. Primo, quod ſuper ſimplicem veſtem, qua erat indutus, ſuccinxit ſe, quia diſcinctus fuit. Erat enim nudus, hoc eſt, parũ veſtitus, ita quod comparatione ſolitæ veſtitionis dicitur nudus, quẽadmodũ ei qui parũ indutus eſt, dicimus, cur vadis nudus? Secũdo, quod erat ſimpliciter nudus, ſaltem vſque ad lineas veſtes, & ergo tunica ſe ſuccinxit illam induendo atque cingendo, erátque nudus ſecundum conſuetudinẽ piſcatorũ, vt expeditior eſſet ad opus. Porro ſuccinxit ſe, propter reuerentiam Chriſti, vt ad eum honeſte veniret: dicitque Beda, quod venit nõ ambulando ſuper vndas maris, vt ante Chriſti paſsionem, ſed natando vel peditando: quod improbat Lyra, quia ſi voluiſſet natare non ſuccinxiſſet ſe tunica, nec poterat peditare propter profunditatem aquæ. Diſtabat nanque à littore quaſi ducentis cubitis, & potuit ibi currere nauis. Videtur autem quod Lyra ſufficiẽter probet quod Petrus non acceſsit natando, nihilominus puto cum Beda dicendum, quod non ambulauit ſuper aquas, ſed peditauit. Primo, quia hoc videtur euangelicæ veritati amplius cõcordare. ſequitur enim in textu, [*Et miſit ſe in mare.*] Ex hoc apparet quod aquam intrauit vſque ad magnam corporis partem. Secundo, quia non eſt veriſimile, quod Euãgeliſta tantum miraculum tacuiſſet. Pro eo Matth. 14. Marci. 6.

C enim quod ait, Miſit ſe in mare, poterat dicere, ambulauit ſuper mare. Quod vero arguitur de aquę profunditate non cogit. Quamuis enim Euangeliſta appellet hanc aquam mare, nõ tamen proprie fuit mare, ſed ſtagnum. Loquitur quippe ſecundum conſuetudinem ſermonis Hebraici, qui quamlibet congregationem aquarum notabiliter magnã, nominant mare: iuxta illud Geneſis, Congregationes aquarum appellauit deus maria. Non ergo oportet aſſerere aquam tam profundam fuiſſe. Miſit ſe ergo Petrus in mare, ex feruore & gaudio, cupiens celeriter venire ad ſupercharíſsimum ſuum magiſtrum ac dominum, quem nunc totiens vidit: nec dubium, quin multa ab eo audiuit, quæ non ſunt conſcripta. [*Alii autem diſcipuli nauigio venerunt,*] quia non adeo feruidi erant vt Petrus, nec indigebant ſe in aquã deponere. [*Non enim longe erat à terra,*] id eſt, littore in quo ſtetit Ieſus, vel de prope, ideo poterãt quaſi tam cito venire ad Ieſum vt Petrus, [*Trahentes rete piſcium*] per aquam, vt moris eſt piſcatoribus. [*Vt ergo deſcenderunt in terram,*] de aqua vel naui, [*Viderunt prunas poſitas,*] ſcilicet ignem carbonum, [*Et piſcem ſuperpoſitum*] prunis, qui aſſabatur vt eſſet eſui aptus, [*Et panem*] iuxta prunas. Viderunt ergo neceſſaria victui. Chryſoſtomus aſſerit, quod chriſtus hæc tria creauit ibidem de nouo, videlicet piſcem, panem & prunas: alii quod de nouo formata ſunt ex præiacenti materia. Voluit autem Chriſtus ſuæ reſurrectionis veritatem rurſus oſtendere per manducationem, ideo tria hæc præparauit, ſciens etiam diſcipu- Gene. 1. Chryſoſt.

D los ſame confectos, vtpote qui tota nocte laborauerunt. [*Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.*] Quamuis enim chriſtus potuit omnes ſatiare de piſce ſuperpoſito prunis, voluit tamen vt de piſcibus captis afferrent: quia dum aliunde habemus, non debemus ad miracula perpetranda confugere, nec ſupernaturalia efflagitare prætidia, dũ naturaliter habemus quod opus eſt. Hoc enim eſſet deũ tentare. [*Aſcendit Simon Petrus,*] præ aliis ſemper promptior atque ardentior, [*Et traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus.*] Magnitudinem piſcium exprimit Euangeliſta, ad oſtendendum excellentiam tanti miraculi: propter quod ſubditur, [*Et quum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete,*] quod naturaliter vix triginta piſces poterat ſuſtinere, vt putatur. Multa mirabilia iſta apparitione peracta ſunt. Primo, quod Ieſus oſtendit ſe in alia forma, qua cognoſci non poterat. Secũdo, quod tot piſces repente collecti & capti ſunt. Tertio, quod prunæ & piſcis ac panis de nouo formata ſunt. Quarto, quod rete tot piſcibus repletum manſerit integrum. [*Dicit eis Ieſus, Venite prandete.*] comedit autem chriſtus cum eis de piſce aſſo nunc, quemadmodum ante in conclaui, quamuis Ioannes nõ exprimat. [*Et nemo audebat interrogare eum diſcumbentium, Tu quis es? ſcientes quia dominus eſt.*] Quoniam ergo id nouerant, non audebant inaniter interrogare. Fruſtra enim petiſſent quod certitudinaliter agnoſcebant. [*Et venit Ieſus,*] non à longinquo tunc, ſed iuit ad panem pro tunc, ſicut ſubiungitur, [*Et accepit panem & dabat eis, & piſcem ſimiliter,*] id eſt, cibos iſtos diſtribuit eis, vel antepoſuit, & forte diuiſit, quemadmodum duobus diſcipulis, qui cognouerunt eum in fractione panis. [*Hoc*] tempore [*Iam tertio,*] id eſt, Lucæ. 24.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tertia vice, [*Manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis,*] loquendo de apparitionibus in E
hoc libro descriptis & veris exhibitis, sæpius tamen apparuit discipulis ante hoc tempus quam ter, vt
patet ex dictis. Ioannes quoque iam supra descripsit tres manifestationes Christi post resurrectionem
præter istam, sed prima illarum exhibita est, non ipsis discipulis, sed Mariæ Magdalenæ.

¶ Explanatio sequentis partis, [*Cum ergo prandissent.*] Artic. 1.

Acto itaque prandio Christi cum septem discipulis, [*Dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis.*]
F Sic dicitur Petrus, quoniam pater eius vocabatur Ioannes. [*Diligis me plus his?*] Cum (Salomone testante) nemo sciat an amore vel odio dignus sit, cur Christus interrogat Petrum an se diligat, quod esse non potuit sine gratia gratum faciente, qui facit dignum amore? Rursus, cum (teste Apostolo) nemo sciat quid agatur in homine, nisi spiritus eius, cur Christus sciscitatus est Petrum an diligeret eum plus his, id est, ardentius quam alii discipuli qui aderant, quasi Petrus scire posset quantũ alii afficerentur ad Christum? Et respondendũ, quod Christus interrogat non quasi ignorans, aut discens, sed docere intendens. Quærit ergo an Petrus diligat eum plus quam alii discipuli, non quod Petrus certitudinaliter scire potuit sine reuelatione diuina, quod amaret Christum per charitatem infusam, quæ est virtus theologica, vel quod amaret eum plus quã alii: sed vt doceret, quod aliorũ prælatus debet non solũ diligere christũ, sed etiã debet eum diligere magis feruenter quã alii: imò in omni perfectione & gratia debet abundare atque excellere, vt de plenitudine eius accipiãt vniuersi subditi sui: F
posítque ad instar angelici hierarchæ gregem sibi cõmissum, & vnumqu ẽque subditorũ suorũ secundum suam capacitatẽ, proportionem & indigentiã purgare, illuminare, perficere: vnde quãuis secundũ iura sufficiat eligere sufficientem, bonũ siue idoneũ, nec oporteat eligere meliorẽ, vel sufficientiorẽ in foro contentioso, secũdũ Thomam, aliter electio posset pene semper cassari, & irrita fieri: propter qđ in foro contentioso, iudicióque humano sufficit eligere personam idoneã: tamen in foro conscientiæ tenetur eligens meliorem eligere, eum videlicet qui omnibus pẽsandis melior æstimaretur pro honore dei, & vtilitate ecclesiæ. [*Dicit ei*] Petrus, [*Etiam domine, tu scis, quia amo te.*] Paulò antè dixerat Petrus incaute se præferens aliis, Et si omnes scandalizati fuerint, ego nunquã scandalizabor: nunc autẽ propriam fragilitatẽ expertus, amplioríque discretione & gratia decoratus, nõ audet respõdere, quod plus amet Iesum quã condiscipuli: sed hoc quod sibi constabat, asseruit, dicens, Tu scis quia amo te. Quasi dicat, Tu melius scis interiora mea, q̃ ego ipse, idcirco tuo iudicio sto: quod autem ignoro, nõ dico, neque determino, per quod docemur non præferre nos aliis, nec de illorũ interioribus temere iudicare, sed in dubiis suspensum dare responsum. Dulcis certe & moderata sancti Petri respõsio. [*Dicit ei Iesus, Pasce agnos meos.*] tãquã dicat Saluator, In hoc apparebit quod diligas me, si digne paueris seruos meos, homines pios & innocentes. vel sic, Pasce agnos meos, quia me diligis, aptus es pascere gregem populi mei: nec aliquid maius requiro mihi dari à te ex dilectione tua ad me, nisi vt spiritualiter foueas plebẽ credentẽ. Zelus enim animarum est sacrificiũ deo gratissimum. ¶ Debet autem prælatus pascere subditos suos verbo instructionis, exemplo sanctæ conuersationis, temporali quoque subsidio dum ratio exigit. Porro, de hac materia, scilicet quo modo prælatus pascere debeat gregem Christi sanguine libe ratũ, dicta sunt multa capitulo decimo. Possumus autẽ per agnos intelligere non solũ innocentes, pios & puros, sed quoscunque quos deus prædestinauit ad gatiam talem, qui finaliter agni erunt, & pascua vitæ possidebunt æternæ. [*Dicit ei iterum, Symon Ioannis diligis me?*] ¶ Quæritur, an Petrus certitudinaliter sciuit se diligere Christum. Dicendũ quod apostoli plus post receptionem illam plenariam spiritus sancti, factam in die pentecostes, sciuerunt se primitias spiritus esse sortitos, atque in bono confirmatos, ideo certitudinaliter sciebat se Christum amare: ideo Paulus certissime loquitur, Quis nos separabit à charitate dei? An vero post receptionem spiritus sancti per insufflationem Christi, quæ hanc interrogationem præcessit, apostoli certitudinaliter sciuerint se esse in charitate & gratia indesinẽter, quousque spiritũ sanctum plenius acceperunt, non est adeo certũ. Si autem Petrus hac vice sciuit certitudinaliter se Christum diligere, dilectione meritoria & infusa, hoc fuit per reuelationem. Veruntamen palam est, quod Petrus certissime nouit, & vehementer experiebatur, seu sensit quod amauit christũ, saltem amore naturali & acquisito. Sensit enim se æstuare in Christi affectu, atque memoria, præsertim in eius aspectu. [*Ait illi, Etiam domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei*] Iesus, [*Pasce agnos meos.*] Ista iam H
semel dicta sunt, atque exposita. [*Dicit ei tertio, Symon Ioannis amas me?*] Ter Christus interrogat, & examinat Petrum de sua dilectione, quia prælatus diligere debet deũ cordiali affectu, affectuosis sermonibus, charitatiuis operibus: & iterum, vt Petrus trina diuini amoris confessione, recompensam faciat pro trina Christi timorosa negatione. Vel insinuandum quod promouendi ad prælationem, sæpe, ac diligenter discutiendi, seu considerandi sunt, an sint vere idonei, itemque in charitate præcipui. [*Contristatus est Petrus, quia dicit ei tertio, amas me.*] Videbatur enim quasi Christus respõsionem suam nõ approbaret, nec crederet verbis ipsius. & forte timuit q̃ ideo Christus toties verba sua replicauit, quia vellet ei aliquid prænunciare, in quo ostenderetur non diligere Christum: sicut cum fiducialiter dixit, Animam meã pro te ponam, audiuit, Non cantabit gallus, donec ter me neges. [*Et dicit ei, Domine tu omnia*] cordis arcana, & quicquid fuit, est vel erit, [*Scis*] non solum per naturam diuinã, sed insuper secundum naturã assumptam, per scientiam concretam, seu inditam. [*Tu scis, quia amo te*] ideo non oportet te amplius interrogare, & me famulum tuum affligere. [*Dicit ei, Pasce oues meas.*] Superius dixit bis, pasce agnos meos, nunc ait, Pasce oues meas. Vnde per agnos intelligendi sunt incipientes & proficiẽtes, qui solidum cibum capere nequeunt: quibus loquitur Paulus ad corinthios, Tanquã paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Iam autem per oues designantur perfecti, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus, & quasi aliorum extant parentes. ¶ Præterea Christus committit Petro ter gregem suum, ad insinuandum quod prælatus pascere debet sibi commissos prece mentali,

Ecclē. 9.
1. Pet. 4.
Matth. 26. Marc. 14.
Act. 2. Roma. 8. Psalm. 67. Roma. 8. Ioan. 20.
Ioan. 10.
Matth. 26. Marc. 14. Lucæ. 22. Ioan. 18.
Ioann. 13. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Ioan. 13.
Hebrē. 5. 1. Corin. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A instructione vocali, operatione vitali, triplicíq; cibo vt dictũ est. Vel ideo, vt paulatim agnoscãt, quãtam habeat Christus diligentiã, dilectionẽ & curam pro suis fidelibus, quã solicite velit eos custodiri, quam directe requiret à pastoribus rationem de eis. Et quia prælati debent esse parati ad mo|riendum pro fide, ꝓ iustitia, pro Christo, pro grege cõmisso, ideo cõsequenter Christus prædicit Petro de qualitate sui martyrii, [*Amen amen dico tibi, cum esses iunior*] annis quam nũc, quãdo etiã moribus iunior eras quam modo, [*Cingebas te*] cingulo materiali ad lumbos, cingebas te quoque cingulo cõtinentiæ quãtũ ad appetitũ cõcupiscibilem, & ab illicitis te restringebas: vnde in Actibus apostolorũ Petrus testatur, Nunquã comedi cõmune quid aut immundum. [*Et ambulabas vbi volebas*] pergendo de loco ad locũ ad libitum tuũ, tanquã non ligatus ab aliquo: itemque prædicta faciendo propria libertate sine violentia & cõpulsione. [*Cũ autẽ senueris*] ætate & gratia, scilicet morte tua instante quando dicturus es, Velox est depositio tabernaculi mei. [*Extendens manus tuas*] ad brachia crucis cui appẽderis: quod vtique Petrus promptissime fecit secundũ rationem, & appetitũ superiorẽ, [*Et alius te cinget,*] hoc est, apparitor imperatoris Neronis manus tuas cruci alligabit. non enim clauis affixus, sed funibus alligatus fuit patibulo crucis. Ligauit etiam Petrũ in vrbe Roma antequam educeretur ad mortẽ. [*Et ducet te quo nõ vis,*] hoc est ad locum passionis, & ad amaritudinẽ mortis, quam secundũ naturalẽ ac sensitiuum appetitũ abhorrebis, atque refugies, quãuis secũdũ appetitum intellectiuũ eam libẽtissime petieris, *cupiens dis-*

B *solui & esse mecum in regno.* Veruntamen appetitus iste inferior fugiens mortem, fuit in Petro finaliter subditus rationis iudicio, atq; imperio, ita quod nõ timuit immoderate eos qui corpus occiderũt. Sancti etenim & perfecti viri appetunt, & nõ appetũt mortẽ siue martyriũ, quẽadmodũ æger vult & nõ vult potum amarũ. Aeger nanque secũdũ sensitiuũ intellectum refugit potionem amarã, præsertim si consideretur potio amara secundũ se, inquantũ est afflictiua. Porro, secundũ rationem & voluntatem intellectiuam vult eam maxime prout est valetudinis inductiua: sic virtuosi appetunt mortẽ siue martyrium secundũ rationem, inquantum est ianua quædam ad vitã beatam: secundũ appetitum vero sensitiuum refugiunt eam, prout est vltimum, maximumque terribilium, secundum philosophũ. Vnde hoc modo & Christus refugiens mortem, Pater (inquit) transeat à me calix iste. sed in Christo ratio præuenit & imperauit hunc mortis timorẽ, in cæteris autem motus huiusmodi præueniunt rationem, quia & primi motus non sunt in potestate nostra, propter quod Paulus decollãdus fecit sibi oculos circumligari, ne ensem cernens venientem, pateretur subitum motũ naturalis timoris. Deinde sequuntur verba Euangelistæ exponentis verba Christi præhabita, [*Hoc autem*]. i. præinductum sermonem parabolicũ de Petri martyrio, [*Dixit Iesus, significans qua morte esset clarificaturus deum*]. i. per verba illa christus insinuauit quali martyrio Petrus honoraret deũ moriendo pro fide & æquitate ipsius. Quẽadmodũ enim iusti clarificant deũ recte conuersando, quia in sua conuersatione testantur & pandunt quod deus sit sanctus, sublimis & iustus: sic pro iustitia moriendo ipsum clarificant, quia testantur deũ tantę

C esse veritatis, æquitatis, & amabilitatis, vt potius sit moriendum, quam ab illo aliqualiter recedendum. ꝓpter quod ad Ephesios primo Apostolus loquitur, In omni fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. [*Et quum hoc dixisset,*] hoc est, postquam Iesus prædixit Petro, qua morte clarificaret deum, [*Dicit ei, Sequere me.*] Postquã enim Iesus præmemorata differuit, surrexit de loco conuiuii, cœpitque abire, & dixit Petro hortans eum ad corporalẽ sui imitationem propter mysticam significationẽ. Iam enim verbis referauit Petro, quod crucifigendus esset: volens ergo idipsum facto præsignare loquutus est ei, sequere me, tanquam dicat, per hãc materialem sequelam ad quã te moneo hoc designo, quod spiritualiter imitaturus es me sustinendo mortem crucis propter iustitiam, sicut & ego. Iam nempe sæpe prædixi quod sicut prophetæ interdũ ꝓphetarũt verbis, aliquãdo factis, pariformiter Christus, nũc verbis nũc factis aliqua prænũciauit. Ideo quoq; ait, sequere me, quatenus Petrus exemplo Christi cõfortaretur ad sustinẽdũ crucis supplicium. [*Conuersus Petrus.*] Christo enim dicente, sequere me, orsus est Petrus ambulare corporali gressu post eum: quod cum faceret, sensit alium quendã venire post se, propterea retro aspiciens vidit quis esset. sic ergo conuersus, [*Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem,*] motu progressiuo: quia vt innuit Augustinus, nec Petrus, neque Ioannes cognouit propter quid dixerat Iesus, sequere me. [*Qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est qui tradet te?*] Per hanc

D circumloquutionem significat beatissimus Euangelista seipsum: non enim ad suũipsius iactantiam toties cõmemorat se specialiter dilectum à Iesu, sed vt tanto beneficio gratus consistat, & quia dulcissimum sibi fuit recolere quàm affectuose ac familiariter se habuit Iesus ad eum. Inferioribus quippe magnum est à superiori specialiter diligi. [*Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit ad Iesum, Domine, hic autem quid?*] aget vel patietur pro te, quid ei commitis, qua morte clarificaturus est deũ? Solicitus fuit Petrus pro condiscipulo familiari, ac prædilecto: nec dubium, quin in bonis gratię sibi collatis & conferendis desiderauit eum habere consortem, videlicet in cura pastorali atque martyrio. [*Dicit ei Iesus, Si eum volo manere,*] hoc est, in carne mortali volo Ioannem perseuerare sine martyrio, vtpote in pace, [*Donec veniam,*] ad eum in hora mortis eius, vocaturus & educturus eum de præsentis peregrinationis exilio ad æternæ beatitudinis regnum, [*Quid ad te?*] interrogare de tali secreto futuro. Quamuis enim vt in Ecclesiastico legitur, Vnicuique mandauit deus de proximo suo, & iuxta Pauli doctrinam, debemus singuli quærere non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum: non tamen debemus anxiari, curiose scrutari, vel scisciari quid deus ordinauit de proximis nostris, quantũ ad genus mortis eorum, & quo ad occulta futura. Vnde apostolis de tali negotio quærentibus Christus respondit, Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Quidam præterea hæc verba Christi sic intellexerunt, quod insinuauerit Ioannẽ non moriturũ ante diem finalis iudicii, quando venturus est Christus in maiestate & glotia: vnde quidam dixerũt eum translatum in paradisum terrestrem cum Helia

Eccle. 4.
Act. 9.
1. Petr. 2.
Philip. 1.
Matth. 10.
Matth. 26.
Ephe. 4.
Eccle. 17.
1. Cori. 10.
Actu. 1.
Matth. 25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& Enoch, cum quibus aliqui dicunt eum rediturum & prædicaturum contra Antichriſtum atque ab E
illo occidendum: quatenus ſicut vnus tranſlatus eſt in paradiſum ante legem, videlicet Enoch, qui fuit
ante diluuium, & alter ſub lege, puta Helias: ſic vnus ſub gratia tranſlatus credatur, ac per hos tres, vt-
pote de quolibet tempore vnus, venturi ſint contra Antichriſtum. Quibus repugnare videtur quod in
Apoca. 1. Apocalypſi multa dicuntur de his qui prædicaturi ſunt contra Antichriſtum, qui non aſſeruntur niſi duo, de quibus in Apocalypſi dominus loquitur, Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta: & cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcendit de abyſſo, occidet eos. Alii vero dixerunt Ioannem dormientem iacere in monumento eius apud Epheſum: quia & in loco ſepulchri ſcaturitio quædam percipitur & ebullitio terræ, quod dicunt cauſari ex
Pſalm. 88. eius anhelitu: Dicunt quoque quod in fine mundi morietur pro Chriſto, quia vt ait Pſalmiſta,
Hebræ. 9. Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? Itemque Apoſtolus ad Hebræos, Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium. Has opiniones non approbat Auguſtinus, nō enim videtur quod Chriſtus prædilectum diſcipulum tam diu retardauit à gloria, maxime quod iaceat in ſepulchro, vt dormiens. Cōmuniter ergo tenetur, quod mortuus ſit, & aſſerunt quidā quod in anima & corpore ſit glorificatus in cælo, hoc tamen incertū eſt. [*Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille nō moritur.*] Iſta ſunt verba Euāgeliſtæ narrātis qualiter diſcipuli tūc prēſentes intellexerūt verba chriſti: putabant enim quod Ieſus ſignificaret Ioannem non eſſe moriturum, & quia errauerunt in hoc, id F
circo excludit Ioannes hunc ſenſum, [*Et non dixit Ieſus, quia non moritur,*] id eſt, per verba ſua nō ſignificauit quod Ioannes moriturus nō eſſet, [*Sed*] dixit, [*Si eum volo manere donec veniam,*] ſecundū ſenſum prætactum, [*Quid ad te?*] Hæc enim fuerunt verba Chriſti quæ modo expoſita ſunt. Legitur autem in vita beati Ioannis Euangeliſtæ, quod imminente obitu eius, venit ad eum dominus Ieſus cum apoſtolis, inuitans eum ad feliciſsimam epulationē electorum in patria, ideo Chriſtus dixit, Si eum volo manere donec veniam. [*Hic*] de quo Chriſtus iſta diſſeruit, [*Eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his*] quæ in iſto capitulo, ſeu in toto volumine iſto contenta ſunt. Perhibuit autem Ioannes teſtimonium de his quæ ad Euangelicā pertinent legem, prædicando, docendo, miracula faciendo, irreprehenſibi-
Apoca. 1. liter conuerſando. Alios quoque magnos ſuos diſcipulos ad prædicandum mittendo, videlicet ſanctū Ignatium, beatum Polycarpum, &c. Vnde in Apocalypſi aſſerit de ſeipſo, Qui teſtimoniū perhibuit verbo dei & teſtimoniū Ieſu Chriſti quæcunque vidit. [*Et ſcripſit hæc*] poſt reditū ab inſula Pathmos. [*Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.*] Loquitur ſanctus Ioānes de ſeipſo in tertia perſona quaſi de alio, & quod ait, ſcimus, &c. loquitur in perſona ſui omniumque perfectorū fidelium. ¶ Denique Ioānes ſcripſit quæ audiuit, & vidit propriis ſenſibus immediate à Chriſto, ſaltem pro maxima parte, cætera audiuit à fide dignis, imò omnia ſcripſit inſpirante ac dirigēte ſpiritu, propter quod ait circa exor
1. Ioan. 1. dium primæ ſuæ epiſtolæ, Quod audiuimus & vidimus, annūciamus vobis. ideo teſtimoniū eius certum idoneumque conſiſtit, quoniam viſa & audita certiſsime recitantur. [*Sunt autem,*] hoc eſt, fuerūt, G
[*Et alia multa quæ fecit Ieſus*] id eſt, ſigna & opera omni memoria ac deſcriptione digniſsima, quæ Ieſus à principio incarnationis & natiuitatis fecit per ſe & per ſuos, vſque ad ea quæ hic dicuntur, vel vſque ad miſsionem paracleti, [*Quæ ſi ſcribantur per ſingula,*] hoc eſt, ſigillatim, particulariter & ſeorſum, [*Nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros,*] ſi omnia illa taliter deſcriberentur per ſingula, hoc eſt, omnium hominum in mundo hoc inferiori viuentium capacitatem tranſcenderent: ſi autem intelligatur de mundo & captione, quantum ad ſpatium loci, videlicet quod mundus continere non poſſet tot libros, tunc accipienda ſunt verba iſta per hyperbolen, ſeu exceſſum. Interdum enim homo aliqua dicit per exceſſum, ad deſignandum magnitudinem rei quæ recitatur, vt dum in libro Iu-
Iudic. 20. dicum ſcribitur, quod filii Beniamin ſic ad certum iactabant funda lapidem, quod capillum tange-
Gene. 41. re potuerūt. Itemque in Geneſi Pharao ad Ioſeph, Abſque tui, inquit, oris imperio nemo mouebit manum aut pedem in tota terra Aegypti. Talia autem ſine mendacio aſſeruntur, quoniam narrans agno-
1. Corin. 1. ſcit quouſque credatur, nec intendit decipere, ſed veritatem ipſam euidentius referare: quod fieri nequit, niſi per ſermonem figuralē & hyperbolicum. ¶ Porro, quoniā Chriſtus erat deus & homo, virtus omnipotens & ſapiētia increata operans per humanitatem aſſumptam, ſicut per inſtrumentum cō iunctum, animatum, ac proprium, eluceſcit quod documenta & opera eius excellentiſsima erant.

Finiunt enarrationes præclaræ Diui Dionyſij Carthuſiani (ex cuius ore melle dulcior profluit oratio) in quatuor Euangeliſtas, à doctiſsimis viris in hūc H
vſque diem vehementer deſideratæ, ac nunc demum, ſummo ſtudio, extrema quoque & infallibili diligentia excuſæ, à Roberto Maſſelin,

M. D. L I I.

CES. RENAISSANCE TO S

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

